MARCI ANTONII
SABELLI
J. C. MUTILIANENSIS
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS
Rotæ Criminalis Auditoris

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM,

IN QUIBUS QUAMPLURIMÆ UNIVERSI JURIS Selectiores, Methodicæ, Practicæ, ac Decisivæ Conclusiones circa Judicia, Contractus, Ultimas voluntates, & Delicta, ad Forum Sæculare, Ecclesiasticum, & Conscientiæ spectantes, ordine alphabetico ad instar uberrimi REPERTORII habentur, ab Auctoribus probatissimis, & Decisionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Urbis, & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ distinctæ, ac plenius pertractantur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, PROCURATORIBUS, cæterisque Jurisprudentiæ Professoribus, maximè utile, & ad allevandos labores apprimè necessarium; dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim, & usum quotidianum pertinentia, summo studio, ac diligentia adnotata exhibentur.

EDITIO SECUNDA PARMENSIS,

PRÆTER BONONIENSEM, ET VENETAM,

In qua non solum quæcumque additamenta hactenùs impressa, sed etiam

Novissimæ, Probatissimæ, ac Infinitæ propemodùm, utiles, & necessariæ accessiones exhibentur,

Summo studio, ac diligentia collectæ, ac propriis locis distributæ

A LEOPOLDO JOSEPHO CRESCINI,

J. C., olim in hac Civitate Advocato publico, & Juris Criminalis, Legumque Canonicarum Interprete, modò verò Commissario Complani.

TOMUS SECUNDUS.



PARMÆ, MDCCXXXIII.

Apud Hæredes Pauli Monti, sub Signo Fidei.

SUPERIORUM FACULTATE.

Index Paragraphorum hujus Tomi.

AD

AD LECTOREM.

Quibus rationibus, quibusque partium studiis hujus Operis Actor ducatur, ubicumque de Fori competentia Ecclesiastici cum sæculari, seu de Ecclesiastica immunitate, & illuc spectantibus scribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animadvertes, & ni fallor tàm scribentis genium, & statum, quàm temporum necessitatem, seu mavis corruptelam agnosces; Cæterùm ne imprimendi Operis permissu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo existimares, permittendum fuit eò impressorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuisse, ac si id ageretur non deesse celeberrimos Doctores, solidasque doctrinas, quibus Principibus, & Magistratibus, contra novarum opinionum sectatores, sua jura probè constent.

MAR.

MARCI ANTONII SABELLI J. U. D.

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.

LIBER QUINTUS.

De littera E.

§. EBRIETAS I.

1 Ebrietas sive ebrius dicitur, quando quis sine mensura, & ultra trinam vicem in prandio, vel cœna bibit, *c. quoniam* 44. *dist.* Maur. *de fidejuss. p.* 2. *sect.* 8. *c.* 9. *nu.* 11. Fagnan. *in c. a crapula. n.* 6. *de vit. & honestat. Clericor.*

Hodie tamen cùm usus vini factus sit omnibus familiaris in regionibus nostris, non censetur, nec efficitur quis ebrius, etiam pluries, ac septies bibendo, nisi ab eventu, & effectu, ac juxta qualitates vini, & complexione personarum. Quod ebrietas sit fomes omnium vitiorum, & per se peccatum mortale, maximè si sit assidua, *c. nunmorarum,* §. *alias* 25. *dist.* Menoch. *de arbitr. cas.* 404. *nu.* 1. *& seq.* Maur. *loc. cit. n.* 14. & meliùs Azor. *inst. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 33. *de jejun. fol mihi* 854. *lit. A.* Multa de ebrietate, & effectibus vini immodicè sumpti, quando, & a quibus excuset, vel non, Paul. Rub. *in discurs. ad par.* 11. *decis. Rot. Roman. rec. n.* 69. *& seqq.* Urceol. *tract. de transact. quæst.* 37. *per tot.* Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 11. *per tot.* Fagnan. *in dict. cap. a crapula per tot. & in c. audivimus de reliq. & venerat. Sanct.*

An autem excuset ab aliis peccatis, & a quibus ita ut aliqua dicta, vel facta ab ebrio non sint peccata, quæ alioquin essent, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 52. Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 3. *disput.* 30. ubi plura de ebrietate, quando sit peccatum mortale, vel non, & alia Gab. Vasq. *in S. Th.* 1. 2. *tom.* 1. *disp.* 127. *per tot. fol. mihi* 547. *&c.* Less. *de just. & jur. lib.* 4. *cap.* 3. *dubit.* 3. *per tot. &c.* Tamburin. *Parerg. ad* 4. *eccl. præcept. disp. unic. cap.* 3. *n.* 51. Vide Bordon. *Manual. consul. sect.* 45. *sub n.* 34. Sperell. *decis.* 113. *n.* 37. *part.* 2.

2 Ebrius delinquens non studiosè, sed impetuosè delinquere dicitur, & ideò excusatur a pœna delicti ordinaria, & solùm arbitrio Judicis punitur, etiam si delinquat contra Principem illi maledicendo, & etiam si statutum diclaret, nullam delinquenti esse habendam misericordiam; intelligendo nisi esset levi tantùm ebrietate affectus, vel nisi data opera factus sit ebrius, vel nisi post ebrietatem glorietur de patrato delicto, quia his casibus pœna ordinaria esset puniendus, Menoch. *de arbitr. cas.* 326. *per tot. cas.* 361. *n.* 13. *& cas.* 377. *n.* 6. *& seqq.* Paul. Rub. *in discurs. ad p.* 11. *decis. Rot. Roman. rec. n.* 139. *& seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Ebrietas res.* 1. *per totam*, Paul. Zacch. *quæst. medic. legal. d. q.* 11. *lib.* 2. *tit.* 1. facit quod dixi *in* §. *Inimicitia n.* 8. *in fine*, & benè omnia prædicta probat D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 101. *& seqq. fol.* 158. Vide Dian. *tom.* 1. *tract.* 5. *resol.* 72. Bellegrand. *in compendios. rer criminalium method. tract.* 4. *quæst.* 19. *sub* n. 4. Fagnan. *in cap. si confiterit. n.* 45. *de Accusat.*

An, & quando ebrietas excuset a pœna ordinaria, vel non, Antunez Portug. *de donat. Reg. l.* 3. *c.* 41. *n.* 42. *& seqq.* ubi videtur distinguere, & concludere, juxta hic notata, ex quibus etiam resolvit, an, & quando ebrius sibi mortem inferens carere debeat Ecclesiastica sepultura, vel non.

Quòd ebrietas in delictis excuset à dolo, sed non à culpa, & ideò sit locus pœnæ extraordinariæ mitiori, vel etiam quandoque totali absolutioni, si quis fuerit factus ebrius à sociis per immixtionem aliquam in vino sine sua culpa, vel scientia, Clar. §. *fin. q.* 60. *vers. propterea quæro, n.* 9. ubi quòd est difficile in practica obtinere, vide Duen. *reg.* 259. Tusch. *lit. E. concl.* 1. Cabal. *resol. crim. cas.* 294. *nu.* 86. *& cas.* 297. *n.* 7. *& seqq.* Menoch. *d. cas.* 326. *per tot.* Farinac. *qu.* 93. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. §. 14. *cap.* 2. *n.* 18. *&c.* Christin. *dec. Belgic.* 198. n. 23. *&* 24. *vol.* 4. *idem in Coment. ad leg. municip.* Mechlinen. *tit.* 4. *art.* 8. *n.* 10. *fol. mihi* 197. ubi quod si ebrius aliquem percusserit, non dicitur pacem rumpere, & allegat Sebast. Medic. *de fortuit. cas. par.* 8. *q.* 5. *n.* 42. *& in tract. Mors omnia solvit part.* 1. *nu.* 120. Conciol. *d. verb. Ebrietas resol.* 1. *&* 3. *per tot. et verb. Pax resol.* 85. *per totam*, ubi quando non rumpat pacem, vel cautionem de non offendendo, licèt adversarium offenderit, vide Paul. Zacch. *qu. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 11. *per tot.* ubi plura de ebriis. Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 4. *quæst.* 19. *sub num.* 4. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 19. *n.* 38.

Ebrius durante ebrietate nullum contractum in sui præjudicium gerere potest, etiam cum juramento, cum deficiat consensus, Alex. *in l. dolum, C. de dolo*, Felic. *de societ. c.* 7. *n.* 7. *et seqq.* Maur. *de fidejuss. p.* 2. *sect.* 8. *c.* 9. *n.* 7. Christin. *dec. Belgic.* 140. *n.* 8. *etc. vol.* 2. ubi quòd saltem restituitur in integrum, Maurit. *de restit. in integrum c.* 304. Ayllon. ad Gom. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 29. Hering. *de fidejuss. cap.* 7. *à n.* 127. Paul. de Monte Pico *cons.* 42. *a n.* 8. Urceol. *de Transact. quæst.* 37. *a n.* 9. ubi benè distinguit, & ibi etiam an contractus ebrii sit ipso jure nullus. Bari *de Testament. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 47. 3

Et ideò non potest pro aliis fidejubere, vel aliter se obligare, cùm tunc nullum consilium habeat, quia vera ebrietas mentis exilium inducit, intelligendo de ista, quæ omninò facit carere mente, & consilio, non autem de simplici exhilaratione, & gaudentia propter vinum, quæ non impedit obligationem oriri, & in omnem casum esset concludenter probanda ebrietas, nec obstaret si post illam discussam, & superatam ratificaretur obligatio, Dec. *cons.* 515. Maur. *d. cap.* 9. *per totum*, Paul. Rub. *in discurs. ad p.* 11. *dec. Rot. Rom. rec. n.* 136. *et seqq.* ubi plura moralia, & curiosa de ebrietate. Hering. *loc. cit.*

Neque ebrius potest Matrimonium contrahere, nec ad sacros Ordines promoveri, Dec. *d. cons.* 112. Spec. *de dispens. §. juxta vers. item scias*, Maur. *loc. cit. n.* 6. Gab. Vasq. *in S. To.* 3. *p. tom.* 4. *tract. de matrim. disp.* 5. *c.* 3. *fol.* 345. Christin *d. decis.* 240. *n.* 9. *vide §. Clericus n.* 31. prædictis adde Urceol. *de transact. q.* 37. *per tot.* ubi plura de ebrietate vera qualiter impediat quamcunque obligationem, & Paul. Zacc. *qu. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 11. *per tot.* Turrian. *de just. disp.* 64. *dub.* 12. *per tot. fol.* 8na. Hering. *loc. cit. n.* 126.

Quòd ebrius continuo à mente alienus, non possit facere testamentum, nec ad pias causas, secùs verò si aliquando sit in suo sensu, & judicio naturali, quia tunc posset testari, nisi probetur tempore testamenti fuisse ebrium: quid in dubio, & alia curiosa Antunez Portugal. *de donat. Reg. l.* 3. *c.* 15. *num.* 30. *et seqq.* Spin. *de testam. gl.* 10. *nu.* 12. *et seqq.* Scalon. *de testam. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 47. *et seqq.*

4 Ebrius non potest esse testis, & illius testamentum non valet, cùm nesciat quid dicat, vel agat, Mascard. *de probat. concl* 579. *et concl.* 1358. *nu.* 9. Maur. *ubi sup. n.* 5. vide Farinac. *quæst.* 56. *art.* 12. *vers. ebrius*, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 503. *etc. fol.* 330. ubi quòd ad testimonium ferendum intelligunt idem esse in Popininnibus, & Tabernariis, & non solùm de illis, qui tempore depositionis essent ebrii, sed etiam de aliis, qui soliti sint inebriari, dummodò verè inebrientur, ut non intelligant quid agant; secus si simpliciter exhilarentur, seu gaudentes fiant propter vinum, Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad personas res.* 12. *per tot.* Vide Hering. *loc. cit. nu.* 125. Fagnan. *in c. audivimus n.* 57. *de Rel. et Vener. sanctor.*

5 Ebrietas qualiter probetur, & testes de illa deponentes debent reddere rationem scientiæ, etiam non interrogati, Mascard. *de prob. concl.* 578. Tusch. *lit. E. concl.* 1. *nu* 8. Conciol. *resol. crim. verb. Ebriet. resol.* 2. *per tot.* ubi quòd est probanda ab allegante, & quomodo, *et in verb. Pax res.* 25. *n.* 6. *Reliqua vide in §. Vinum*, & per Paul. Zacch. *qu. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 11. *per tot.* Hering. *loc. cit. num.* 528. Rubeus *ad decis.* 28. *n.* 158. *cum seqq. part.* 3. *recent.* Bellegraid *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 4. *quæst.* 19. *sub n.* 4.

6 Ebrietas, & crapula in Clericis non est causa sufficiens privationis beneficii, sed tantùm suspensionis ab officio, vel beneficio, quando præcedente monitione à crapula, & vino posteà non abstineant, vel desistant, *c. à crapula.* 14. ubi Abb *num.* 1. *et* 3. *de vit. et honest. Cler.* Rot. *p.* 15. *recent. dec.* 31. *nu.* 7. *et per tot.* vide in §. *Clericus nu.* 31. Fagnan. *In c. in c. Si constiterit n.* 5. *de accusat.*

7 Ebrietas est delictum, quòd in Clericis maximè punitur, ac etiam in laicis officium aliquod exercentibus pœna arbitraria; operatur tamen etiam, ut delicta ab ebrio commissa mitiùs puniantur, ut dixi supra n. 2. quoad Clericos textus est, *in cap. fin.* 35. *distinct. cap. à crapula* 14. *de vit. et honest. Cler.* quoad laicos, *l. omne delictum* 6. *§. per vinum*, *ff. de re milit.* & benè probat alios allegans Ant. Pichard. *in §.* 1. *n.* 30. *Instit. de injur. et meliùs in Pract. Instit. sive Manuduct. ad Praxim in caus. crim. par.* 3. *tit. de pæn. n* 50. *fol. mihi* 98.

8 Quid sit ebrietas, de ejus malis, & alia plura curiosa, ac scitu digna, & sacris paginis, Sanctorum Patrum, Philosophorum, & aliorum sententiis, similitudinibus, & exemplis, & historiis habentur in nova Polyantea *verb. Ebrietas*, & qui de illa tractaverint ex nostris Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Ebrietas*, & Com. August. Fontan. *in Bibliotb. leg. part.* 4. *eodem verb. fol.* 471. *etc.* Fagnan. *in dict. cap. à crapula, et in dict cap. audivimus, et in cap. si constiterit.*

9 De ebrietate ab omnibus fugienda, maximè verò à studiosis, quot, & quæ mala producat egregiè sub compendio colligit Mendo *d. tract. de Jur. Academ. lib.* 3. *quæst.* 45. *n.* 536. *fol. mihi* 38.

10 Quotuplex sit ebrietas Luderch. *cons.* 207. *per tot.* Didac. Spin. *de testam. furios. sub n.* 12. *in rubr.* 10. *partis* Barii *de testam. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 47. Urceol. *de Transact. quæst.* 37. *a n.* 5.

11 Ebrii non dicuntur, qui semel, aut bis tales fuerunt Pauluc. *dissert.* 55. *artic.* 4. *sub n.* 206. *tom.* 1.

12 Ebrius habetur loco dormientis, infantis, ignorantis, absentis, dementis, ac mortui Rubeus *in annot. ad decis.* 28. *n.* 99. *part.* 3. *recent.* Urceol. *de Transact. dict. quæst.* 37. *sub n.* 4.

13 Blasphemantes in ebrietate mitiùs puniuntur Abb. *in c.* 2. *de maled.* quem communitèr sequuntur Canonistæ Pellegrin. *Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *sub n.* 38.

14 Ebrius licet tempore ebrietatis non possit per se contrahere, potest tamen per Procuratorem, cui, dum sobrius erat, dedit mandatum, contrahere, & transigere Rube. *ad decis.* 28. *n.* 139. *part.* 3. *recent.* Urceol. *de Transact. quæst.* 37. *n. final.*

15 Sponsio, quod alter alterum in bibendo superabit, non est rata Fagnan. *in cap. a crapula num.* 15. *de vit. et honest. Cleric. lib.* 3.

16 Ebrietas volontaria ad valetudinem recuperandam an sit peccatum, Idem Fagnan. *loc. cit. n.* 33. an ad vomitum provocandum, an ad evitandam Tyranni sævitiam *ibidem et in cap. audivimus de Rel. et Vener. Sanct.*

17 Ebrietas quot modis accipiatur, & quando sit peccatum Fagnan. *in dict. cap. a crapula et in cap. audivimus a n.* 32. 39. *et* 63. *de Rel. et Vener. Sanct. et in cap. si constiterit a nn.* 22. *de Accus.*

18 In ebrietate oportet veniam habere Fagnan. *in d. cap. si constiterit n.* 44. *de Accus.*

19 Ebrius sua culpa, qui in ebrietate homicidium commisit, indistinctè abstinere debet a ministerio altaris Fagnan. *in cap. si constiterit n* 49. *de Accus.*

20 Testi deponenti de ebrietate, vel furore non creditur nisi alleget facti rationem, & causam dicti sui faciat manifestam Zuff. *de legit. process. crim. quæst.* 32. *n.* 8.

21 Ebrietas autem nihil aliud est, quàm voluntaria insania, nec minor furore, licet brevior Odd. *de restitut. in integr. part.* 1. *cap.* 11. *art.* 1. *sub n.* 2. Rubeus *in annot. ad decis.* 28. *nu.* 99. *part.* 3. *recent.* Urceol. *de Transact. quæst.* 37. *nn.* 4. Zacchi. *quæst. med. coleg. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 11. *n.* 2.

22 Ebrietas, vel furor sunt animi vitia in corporis passionem disgredientia, & principaliter consistentia in animo Zuff. *loc. sup. cit. quæst.* 32. *nu.* 7.

23 Hæc duo differunt esse ebrium, vel ebriosum. Innocen. *in cap. cum causam, quæ inter. de testib.* Zuff. *loc. cit. n.* 9.

§. ECCLESIA. II.

1 Ecclesia non potest construi, neque ædificari sine licentia Episcopi Diœcesani, vel Papæ in locis exemptis, quæ sint consideranda in concessione hujusmodi licentiæ, quomodo sufficienter dotanda, quomodo benedicenda, & consecranda. De Altaria itidem consecratione, de benedictione cœmeterii, quomodo & quibus modis polluatur tam Ecclesia, quàm cœmeterium, qualiter posteà reconcilientur, & rebenedicantur, de consecratione calicis, & patenæ, de benedictione sacræ suppellectilis, novæ crucis, imaginum, & campanarum, vide latè per regulas, ampliationes, & limitationes, Pac. Jord. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 5. *tit.* 8. *cum pluribus seqq. fol.* 355. *et seqq. ad* 417. Ricc. *Collect.* 2350. & plura de consecratione Ecclesiæ, atque Altarium Francisc. de Magistr. *in Sil. Eccl. par.* 1. *lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 2. *et* 3.

per

per tot. fol. 235. et ſeqq. Lezan. quæſt. regul. vol. 2. verb. Eccleſia per tot. Vide Fagnan. in cap. quoniam n. 34. et ſeq. de Jurepatr. De Luc. Miſcell. eccleſ. diſc. 30. n 18. et 19. et diſc. 31. & Albic. inter oper. ejuſdem De Luc. diſcept. 1. n. 3.

Quod ſine juſta cauſa non poſſit nova Eccleſia fundari in præjudicium Parochialis, Guid. Pap. deciſ. 361. Ricc. Collect. 2438. inf. n. 3. vide in §. Monaſterium num. 15. et 19. inf. nu. 33. facit. Pignatel. tom. 10. conſult. 12. n. 23. et 36.

2 Eccleſia licèt dicatur eſſe in territorio Principis ſæcularis, non tamen dicitur de illius territorio, & quid inde ſequatur vide latè Sperel. dec. 104. n. 47. & ſeqq. & dec. 127. n. 18. &c. per totam, dixi in §. Cleric. num. Tuſch. litt. E. concl. 3. per totam Pignatel. tom. 5. conſult. 5. d. n. 33.

Quòd Principes ſæculares teneantur protegere, & defendere Eccleſias, & loca pia, idem Tuſch. litt. E. concl. 7. ubi plura de Eccleſiarum privilegiis.

3 Eccleſia non poteſt ædificari in ſolo non libero, ſi tamen fuerit ædificata, etiam in alieno, non poteſt tolli, nec demoliri: ſed ſi dominus ſoli poſtea conſentiat, poteſt cum approbatione Ordinarii in ea juſpatronatus acquirere; & ſi diſſentiat, poteſt ad ſummum prætendere pretium ſoli, Altograd. cum aliis per eum citatis conſ. 10. n. 29. & ſeqq. lib. 2. vide in §. Ædificium n. 13. inf. n. 17.

Quòd ſolum cedat Eccleſiæ, Tuſch. litt. E. concluſ. 21. quando ſit prohibitum ædificare novam Eccleſiam, vel Oratorium, idem Tuſch. concl. 23. &c.

4 Eccleſia quando, & quomodo, ac cujus auctoritate erigi poſſit in Cathedralem ſæcularem, vel in alium ſtatum, Rebuff. in prax. benef. tit. de erectione in cathed. per totum. Rot. par. 5. recent. dec. 353. par. 6. deciſ. 177. in quibus plenè habetur de probatione Cathedralitatis. Ex quibus conjecturis, & probationibus remaneat juſtificata Cathedralitas Eccleſiæ, & ſic Eccleſiam eſſe Cathedralem, Rot. part. 22. recentior. deciſ. 58. per totam, & dec. 144. per totum in eadem cauſa, & deciſ. 349. per totam. Quando, & quomodo poſſit erigi in Collegiatam, idem Rebuff. tit. de erect. in collegiat. per totum Lotter. de re benef. lib. 1. q. 14. &c. De Luc. Miſcell. eccleſ. diſc. 1. n. 5. de Præem. diſc. 1. a num. 12. Alia plura de Eccleſia Cathedrali vide eumdem De Luc. in Indic. general. verb. Eccleſia Cathedralis.

Ex quibus autem probetur Eccleſiam eſſe collegialē, & primæ dignitatis collatio ſit reſervata Papæ, Merl. dec. 87. per totā in Aſculana Plebaniæ 12. Januarii 1623. Ludoviſ. deciſ. 482. facit Ricc. Collect. 3349. latè Rot. par. 10. recent. deciſ. 147. per totam. Quando, & quomodo poſſit de uno loco ad alium transferri, quæ in hujuſmodi translatione requiratur, & quia ſit effectus translationis, Rebuff. loc. cit. tit. de translatione Epiſc. & aliorum per totum, Pac. Jordan. Lucub. vol. 1. lib. 5. tit. 8. per tot. fol. 377. Ludoviſ. dec. 387. Vide infra num. 73. & 74. in noviſſ. addit. Creſcin.

Eccleſia parochialis, ſi in Collegiatam fuerit erecta, ad quem ſpectet cura animarum, an ad Præpoſitum tantùm, vel ad totum Capitulum, Rot. part. 9. rec. dec. 37. per totam, ubi quòd ſpectat ad Præpoſitum, & par. 12. dec. 71. nu. 23. ubi ad Collegium.

Quòd Eccleſia non præſumatur collegiata, niſi talis probetur, Rot. par. 14. recent. deciſ. 156. n. 8. & dec. 192. n. 7. & ſeqq. per totum, ubi plura, ex quibus dicatur Collegiata, vel non, & in Burgen. Præeminentiarum 8. Februarii 1677. coram Bourl. poſt Urceol. de tranſ. dec. 86. ubi etiam plura quando tamquam dignior ſit Parochialibus præferenda in proceſſionibus, & aliis publicis functionibus. De pluribus ſignis, & requiſitis neceſſariis ad probandam Collegialitatem Eccleſiæ, nempe denominatione, convocatione Canonicorum, retentione communis arcæ, Syndici, vel Œconomi, collatione beneficiorum, & hujuſmodi, latè Rot. par. 16. recent. deciſ. 234. per tot. Quòd Parochialis non poſſit erigi in Collegiatam, vel aliam Dignitatem ex auctoritate ordinaria Epiſcopi, ſed opus ſit auctoritate Pontificii, cui reſervatum eſt Dignitates novas inſtituere, & alia ad rem Rot. p. 17. recent. deciſ. 195. per tot. & dec. 297. per tot. & par. 18. dec. 400. infra n. 6. in fine. Pignatel. conſult. 90 d. n. 2. tom. 1. & conſult. 109. d. n. 1. & conſult. 167. nu. 2. tom. 9. Plura Card. De Luc. in Indic. general. verb. Eccleſia collegiata Fagnan. in cap. poſtulaſti nu. 2. & n. 13. de Jurepatr.

Eccleſia ſimplex, vel capella poteſt per Epiſcopum erigi in Curatam, & parochialem ratione augmenti cultus Divini, ſi ſit difficile Parochianis adire ſuam parochiam: ut tamen hoc fieri poſſit intra alterius parochiam plura requiruntur: primo, quòd ſubſit cauſa, quam prius Epiſcopus diligenter inquirere debet: ſecundò conſenſus Epiſcopi tertiò conſenſus Curati primæ parochiæ: quartò, quòd dictus Curatus compenſetur de eo, quod ſibi detrahitur: quintò, quod ædificans deſignet ea, quæ ad luminaria, cuſtodiā, & ſtipendia cuſtodū ſufficiant; & ſic congruā dotē: ſextò ad evitandas opiniones, quòd primus Curatus remittat omne jus, etiam patronatus, quod poſſit in illa nova Eccleſia prætendere: ultimò, quòd ſuper his omnibus Epiſcopus auctoritatem interponat, ut per Rebuff. in prax. benef. tit. de erect. in Curat. & paroch. per totum, ſupra n. 1. vide in §. Epiſcopus n. 65. 5

Quòd ubi Eccleſia parochialis valdè diſtat poſſit deputari Vicarius, relicta cura habituali penes Parochum, illo condemnato ad præſtandam congruam portionem d. Vicario ſi redditus beneficii ſint pro utroq; ſufficientes, aliàs populus, & incolæ in ſubſidium teneantur ſolvere mercedem dicto Vicario pro ſubminiſtratione Sacramentorum deputato, & alia ad rem, Rot. par. 17. rec. dec. 204. ubi in terminis diſtantiæ trium milliarium.

Et quando Vicarius ea conventione inita cum Rectore principali mediante beneplacito Apoſtolico, ex ſervo efficiatur Dominus, ſoluta certa portione ipſi Rectori principali, latè Rot. part. 18. rec. dec. 70. 81. 218. & 647. per tot. omnes in eadem cauſa.

Eccleſia parochialis habet fundatam intentionem ſuper omnibus obventionibus contingentibus intra ſuam parochiam, & illi cedunt omnia oblata capellæ exiſtenti in ſua parochia, tamquam matrici cum declarationibus, de quibus remiſſivè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 399. num. 14. et 15. & facit in cap. 940 n. 31. Ricc. deciſ. 170. latè Merlin. dec. 257. ubi quòd dictæ oblationes ſpectant ad Parochum, & non ad Epiſcopum, & quando fiunt ad certum uſum in illum præciſè ſunt implicandæ, data ipſi Parocho illarum adminiſtratione, vide in §. Oblatio nu. 13. Rot. par. 11. recent. deciſ. 222. ubi alia de eleemoſynis, & jure quæſtuandi, quod pretio æſtimabile reputatur, & deciſ. 229. num. 9. ubi quod ſi non concurrat Parochus ſpectent ad Epiſcopum. Ex quibus autem dicatur Eccleſia parochialis, vel curata animarum, idem Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 865. num. 10. & ſeqq. Ludoviſ. cum Beltramin. deciſ. 387. per totam, Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 52. per totam, dixi in §. Beneficium num. 7. inf. num. 13. §. Parochus num. 3. Rot. part. 13. recent. dec. 37. per totam, & part. 14. dec. 231. Ex quibus etiam cognoſcatur Eccleſia matrix, vel filialis, Rot. part. 13. recent. deciſ. 397. num. 5. & ſeqq. per totam, & par. 18. tom. 1. dec. 7. & dec. 32. ubi de requiſitis parochialitaria, & dec. 192. ubi de eiſdem requiſitis ad effectum concurſus. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cit. cap. 399. num. 8. Et quæ dicatur matrix, & quæ filialis De Luc. Miſcell. diſc. 1. ſub n. 31. de Paroch. diſc. 27. nu. 10. diſc. 12. num. 8. de Decim. diſc. 12. nu. 12. & 13. de Præem. diſc. 42. n. 12. & 13., Alia plura de Eccleſia matrici, & filiali De Luc. in Indic. general. verb. eccleſia; Et vide infra in noviſſim. addit. Creſcin. n. 42. & n. 75. 6

Qualiter Eccleſia parochialis in Collegiatam erecta retineat jura parochialia, & Vicarius, ſive Parochus non à Capitulo, ſed ab Epiſcopo ſit eligendus perpetuus, & non amovibilis, & alia ad rem, Rot. part. 18. recent. deciſ. 400. per tot. ſupra num. 4.

Eccleſia quælibet præſumitur habere ſua bona, cùm aliàs ſine dote non poſſit ædificari, nec conſecrari, c. nemo de conſecrat. diſtinct. 1. c. cum ſicut de conſecrat. Eccl. vel altar. Ludoviſ. deciſ. 483. num. 5. Rot. par. 2. di- 7

2. *diverf. dec.* 141. *num.* 5. *& p.* 6. *rec. dec.* 157. *n.* 29. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 5. *tit.* 8. *per totum fol.* 376. Tusch. *lit. E. concl.* 23. *num.* 7. *& concl.* 24. *&c.* Caputaq. *decif.* 62. *part.* 1.

Quòd si Ecclesia Parochialis dotem non habeat, teneantur Parochiani proprio Curato alimenta pro ejus sustentatione præstare, Surd. *de alim. tom.* 1. *quæst.* 60. *num.* 1. *&c.* Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 106. *num.* 7. Quòd dote semel constituta à fundatore non amplius teneatur, sed diminutio cedat periculo Ecclesiæ dixi in §. *Patronus num.* 4. & idem in congrua assignata, & acceptata à Vicario deputato ad curam animarum, ut illa debeat esse contentus, latè Rot. *par.* 13. *recent. decif.* 48. *& decif.* 347. ubi secus si sit omninò insufficiens, *vide in* §. *Transact. nu.* 27. Rot. *d. par.* 13. *recent. dec.* 392. *per totam*, ubi quòd debetur congrua sufficiens ad sustentationem exercentis curam animarum; quæ sint consideranda in illius taxatione, & non obstante transactione, quando assignatio fuit omninò insufficiens, ita ut nec possit imputari Rectori, quod tenue beneficium acceptarit, de quo etiam Ludovis. cum Beltramin. *decif.* 429. *per totam.* Quòd autem non possit fieri suppressio Ecclesiæ sine justa, & legitima causa, ut ex redituum diminutione, quæ esset concludenter probanda, cum non præsumatur, & cùm suppressio tendat ad diminutionem cultus Divini, Ludov. cum Beltram *dec.* 483. *per tot.*

Quòd Ecclesia parochialis non possit erigi cum minori dote scutorum centum juxta Concilium Tridentinum, etiam de consuetudine, quæ irritatur ab eodem Concilio, Rot. *par.* 15. *recent. dec.* 174. *num.* 4. *et seqq.* Facis Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. *à num.* 12.

8 Ecclesia hæres instituta tenetur ad omnia, quæ testator ordinavit, quamvis dispositio non fuerit solemnis, Gratian. *discept. for. cap.* 637. *n.* 13. *etc.*

Non enim debet locupletari cum alterius jactura, idem Gratian. *cap.* 941. *in fine*. Et innodatur lege conficiendi inventarium etiam in foro canonico, & contentioso, aliàs tenetur ultra vires hæreditarias, maximè quoad creditores, Magon. *decif. Flor.* 130. *num.* 3. *vide in* §. *Hæres nu.* 34. §. *Inventarium n.* 8. Rot. *part.* 6. *recent. dec.* 181. *n. pr. et par.* 9. *dec.* 184. *num.* 19. *et seqq.* Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 70.

Quòd imò Ecclesia, & fiscus non teneantur ad confectionem inventarii neque ultra vires hæreditarias; quid in minore, eorum cessionariis, & hujusmodi, Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. qu.* 14. *per tot.* Vide De Luc. *de Hæred. disc.* 22. *nu.* 12. *de Legitim. disc.* 34. *nu.* 13. Rube. *de Confess. Jur. cap.* 31. *n.* 53. *et* 59.

9 Ecclesia sibi acquirit ex solo contractu absque aliqua traditione, Grat. *discept. for. cap.* 912. *nu.* 11. *et* 28. *per text. in l. ult. Cod. de sacrosanct. Eccl.* Duran. *dec.* 364. *num.* 2. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 157. *etc. fol.* 528. ubi tamen, quòd si agatur de emptione, requiritur solutio pretii, aut fides habita de illo, *vide in* §. *Dominium n.* 3. Paul. Christin. *dec. Belg.* 8. *num.* 4. *vol.* 2. ubi quòd contrarium servatur de consuetudine in illis partibus, *et dec.* 174. *n.* 21. *vol.* 2. Vide Calder. *cons.* 2. *de causa possess. et prop.* Brunneman. *in dict. l. ultim. C. de sacros. eccles. sub n.* 8.

10 Ecclesiæ construendæ potest relinqui legatum, vel hæreditas, ut dixi *in* §. *Legatum num.* licèt secundùm aliquos non possit illi donari, cùm donatio requirat præsentiam donatarii veram, vel fictam: sed contrarium est verius; cùm donatio dicatur facta Deo, qui ubique est, & acceptat, prout etiam valet donatio de eo, quod ponitur in templo ad ornatum illius, licèt nemine recipiente, & non potest revocari, Gratian. *disceptat.* 358. *num.* 34. *vide in* §. *Donatio n.* Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit. per totum.*

11 Ecclesia quamvis sit multum privilegiata, ad mentem D. Augustini non potest hæres institui exhæredato filio, scriptum enim reliquit, quòd qui vult Ecclesiam instituere, & filium exhæredare, alium consultorem, quèm Augustinum quærat, & Deo propitio neminem inveniet, habetur *in c. ult.* 17. *quæst.* 4. quod procedit non tantùm respectu legitimæ, sed totius hæreditatis, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 189. *nu.* 122. cum aliis per Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 3. *licèt ipse num.* 4. probet hujusmodi sententiam procedere tantùm quoad legitimam, vide Dian. *resol. moral. p.* 1. *tract.* 8. *resol.* 83. *et p.* 5. *tract.* 3. *resol.* 114. *vide in* §. *filii n.* 37. *in fine.*

Ecclesia una si sit alteri unita, à quo sit providenda de Rectore vide *in* §. *Unio num.* 10. Merlin. *decif.* 115. *per tot.* Quòd duæ Ecclesiæ æquè principaliter, & non subjectivè unitæ, remaneant utraque in suo statu, & retineant sua bona, & jura, licèt utriusque sit unus tantùm Rector, qui deputando in una Vicarium, debet ille Vicarius ex fructibus Ecclesiæ, cui deputatur, ali, & si non sufficiant tenentur Parochiani supplere, Rot. *par.* 2. *divers. decif.* 73. *per totam.* 12

Quòd subjectio unius Ecclesiæ ad alteram debeat plene probari, nec præscribatur minori tempore 40. annorum, & probata quoad certos actus non extendatur ad alios, nec habeat certam formam à jure, sed illam sumat à consuetudine, Ludovis. *dec.* 17. *per totam*, *& decif.* 24. *in eadem causa*, *et decif.* 39.

Si verò una alteri accessoriè unitur, unita assumit omnimodam naturam illius, cui accessoriè unitur, & propriam amittit, etiam si esset magis digna, Barbos. *de Axiom. jur. axiom.* 4. *n.* 8. *vide in* §. *Unio n.* De Luc. *de Jurisdict. disc.* 21. *n.* 9. *&* 10.

Quòd Ecclesia, vel Civitas de uno loco ad alium translata retineat sua primæva privilegia, quando Superioris auctoritate facta fuit translatio, Gratian. *disceptat. for. cap.* 391. *num.* 22. cum aliis per Rot. *par.* 11. *recentior. decif.* 153. *num.* 12. Vide Pen. *decif.* 117. *n.* 6. *&* 7. ubi Crescin. *in Annot.* De Luc. *de Jurisdict. disc.* 13. *num.* 2. Quomodo autem sit facienda divisio Ecclesiarum Parochialium, si de illa contingat disputari, dixi *in* §. *Divisio num.* 25.

Quòd si Ecclesia fuit destructa auctoritate Superioris amittat omnia jura sua, si verò casu fortuito retineat habitu omnia jura, & reædificata dicatur subrogata in locum primæ cum juribus suis, Beltram. ad Ludovis. *decif.* 405. Fagnan. *in cap cum ex injuncto n.* 10. *de nov. oper. nunc.*, ubi benè declarat.

An autem facta dismembratione Ecclesiæ censeantur quoque dismembratæ decimæ, & alia ad rem Rot. *par.* 18. *recent. dec.* 437. *per tot.*

Ecclesia quælibet de jure præsumitur libera, nisi probatur patronata, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 90. *n.* 1. cum aliis per Cavaler. *dec.* 139. *n.* 1. *& dec.* 236. *num.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 585. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 57. *num.* 5. Vide infra *in novissaddition.* Crescin. ubi alios modernos cumulas. 13

Quomodo autem, & quando præsumatur subdita Episcopo, vel alteri Ecclesiæ, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 72. *per tot.* ubi etiam multa de Cœmeterio, quale dicatur ut gaudeat immunitate ipsius Ecclesiæ.

Ex quibus probetur Curata, quomodo, & quæ requirantur, Ricc. *coll.* 2438. vide *in* §. *Beneficium nu.* 7. *supra num.* 6. Bich. *dec.* 228. *num.* 19. *& seqq.* ubi enumerat quatuor requisita ad constituendam Ecclesiam Parochialem necessaria, nempè locum certis finibus constitutum, in quo Populus ei deputatus degit; exercitium curæ animarum nomine proprio; nomen Curati, vel Rectoris eidem Ecclesiæ Præfecti; ac potestatem fori pœnitentialis, & reciprocam necessitatem recipiendi, & subministrandi Sacramenta, in qua præcipuè jus parochiale consistit, Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *dec.* 7. *num.* 2. ubi probantur dicta quatuor requisita, *& decif.* 192. ubi ad effectum servandi solemnitates concursus.

Ecclesia non remanet violata, neque polluta, quando quis cum moderamine inculpatæ tutelæ, se defendendo in ea interficit injustum aggressorem; secùs autem, si occisio esset injusta, & injuriosa, vel etiam justa in sui substantia, sed injusta ratione loci, ut si Birruarii, vel Carnifex interficerent in Ecclesia justè damnatum ad mortem, veluti Bannitum, vel si aliquis ab Infidelibus martyrio afficeretur in Ecclesia, quia licèt talis mors sit speciosa in conspectu Domini, tamen ex parte agentium est peccaminosa, & damnabilis, ideòque Ecclesia remaneret polluta; violato tamen Cœmeterio, non diceretur violata Ecclesia, ut probat P. Manar. *in Noct. Melanc. Interrog.* 181. *per tot. fol.* 291. Paul. Christin. *decif. Belgic.* 70. *voluminis* 14

s. vide

1. vide Thom. del Bene *de Immunit. Eccl. par. 1. cap. 2. dubit. 2. ſect. 7. ſeqq. fol. mihi* 64. & Michael. Ferro Maniq. *quæſt. Vicar.* 112. *par. pr.* Lezan. *quæſt. regul. vol. 2. verb. Eccleſia à num.* 12.

Quænam quantitas ſanguinis, vel ſeminis effuſi requiratur, ut Eccleſia remaneat polluta, & alia latè Dian. *par.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 58. & 59.

Quòd polluatur Eccleſia per ſeminis emiſſionem, intellige per adulterium, vel furnicationem, & non per ſomnium, aut coitum eum propria uxore, Vivi. *com. opin.* 618. *num.* 1. Quoad ultimum contrarium tenet Lezan. *loc. citat.*

Et qualiter polluatur Eccleſia, vel Cœmeterium quatuor tantùm ex cauſis, nempè injurioſa humani ſanguinis effuſione, luxurioſa humani ſeminis emiſſione, ſepultura Cadaveris infidelis, vel excommunicati, & quando dedicatur ab Epiſcopo notoriè excommunicato, quidquid alii alias cauſas adducant: & quomodo rebenedicatur, Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. titul.* 2. *art.* 38. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 1. *lib.* 5. *titul.* 11. *per tot. fol.* 401. *per tot. fol.* 401. & *ſeqq.* ubi etiam an polluta Eccleſia dicatur pollutum Cœmeterium, & è contra, quid in Capellis, & ſimilibus plenè Thom. del Bene *tract. de immunit. Eccl. par.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 2. *per tot.* ubi per 19. ſectiones totam iſtam materiam ut ſupra declarat *à fol. mihi* 59. *ad* 75. Suarez. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *per tot. fol. mihi* 247. &c. Lezan. *loc. cit. à dict. n.* 12.

An per ſepulturam Infantis non baptizati, ſed nati ex Chriſtianis polluatur Eccleſia, contrarias opiniones, affirmativam tamen tanquam magis communem refert, & approbat Dian. *part.* 11. *tract.* 8. *reſ.* 22. ubi etiam quid ſi conſecretur ab Epiſcopo excommunicato non tollerato, & pariter contrarias refert opiniones, & negativam amplectitur, licet fateatur communiorem eſſe affirmativam. Vide Thom. del Bene *loco citato* Lezan. *ubi ſupra dict. n.* 12.

Quomodo autem reconciliari debeat Eccleſia polluta, varias opiniones refert idem Dian. *d. part.* 11. *tract.* 8. *reſol.* 23. *per tot.* Vide Lezan. *ubi ſuprà à dict. n.* 12.

Quòd reconciliatio ſit facienda, ſumptibus violatoris, vel ſi non ſolvendo, ſivè ignoretur, ſumptibus Parochianorum, Chriſtin. *d. deciſ. Belgic.* 70. *nu.* 1. *volum.* 1. & *deciſ.* 16. *ſub num.* 1. *volum.* 2. Ricc. *collect.* 3264. & 2247. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 116. ubi quòd debet fieri primò ſumptibus violatoris ſi eſt ſolvendo, ſecundò ſumptibus Parochi, tertiò Parochianorum, & poſt hos omnes in ſubſidium ſumptibus Epiſcopi.

Quòd Eccleſia non remaneat polluta ſi quis in ea rixando alium pugno, vel alapa percutiat in naribus, ex quibus magna ſanguinis quantitas exeat, Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *reſ.* 24. ubi allegat etiam contrarium tenentes. Alios caſus de hac materia veluti, ſi percutiatur Cadaver adhuc calidum, ex quo ſanguis exeat; ſi quis ſacculetur, vel aliter vulneretur in Eccleſia, & an requiratur judicis ſententia, prout idem Dian. *loc. cit. reſol.* 25. 26. 27. 28. *et reſol.* 47. ubi quòd Eccleſia remanet conſecrata, ſi quis poſteà in ea celebret, nec celebrans incurrit irregularitatem, neque ſuſpenſionem, licèt alii contra in utroque capite, idem Dian. *p.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 59.

Plura de pollutione, & reconciliatione Eccleſiæ tradit Guant. *in Manual. Epiſcopor. verb. Eccleſiæ reconciliatio.*

25 Eccleſia, an, & quando veniat loco filii, ad hoc, ut Sacerdos illam obtinens dicatur, non decedere ſine filiis, & poſſit ſubſtitutum ſub dicta conditione excludere, dixi *in* §. *Clericus n.* §. *Monaſterium n. et Subſtitutio n.*

26 Eccleſia ſi indigeat reparatione, an tale onus ſpectet ad Rectorem, vel ad Parochianos, & Populum. Vide Capell. Toloſ. *deciſ.* 300. *per tot.* Mainard. *deciſ.* 32. *et ſeqq. par.* 1. Thomat. *deciſ.* 3. *per tot.* qui firmant ſpectare ad Rectorem. Plures alios hinc inde allegat Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 16. vide Petr. Bech. *tract. de Sacreſanct. Eccl. repar.* ubi plenè hanc materiam pertractat, Ricc. *coll.* 2350. 4203. 494. *et* 2636. Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 184. *per tot.* Balmaſed. *de collect. qu.* 36. Bertachin. *vot.* 100. *per tot.* Emerix. jun. *deciſ.* 407. *et deciſ.* 440. De Luc. *Miſcel. eccleſ. diſc.* 29. Mantiſs. ad eumd. De Luc. *libr.* 3. *deciſ.* 12. *n.* 13. *vol. pr. et libr.* 13. *deciſ.* 3. *nu.* 24. *vol.* 4. Pen. & Creſcin. *deciſ.* 86.

Non deſunt tamen alii contrarium tenentes, quos ad concordiam reduci poſſe, putat Sperel. *deciſ.* 67. *et* 68. *per tot.* conſiderando primò; an adſit aliquid deſtinatum pro fabrica Eccleſiæ; ſecundò an adſit legatum, conſtitutio, vel ſtatutum, an conſuetudo, an beneficium ſit pingue, vel tenue, an Eccleſia opulentam habeat dotem, & bona ſuperabundantia, & juxta hunc ordinem ſpectare vel ad Rectorem, vel ad Parochianos, vel ad ipſam Eccleſiam ex alienatione facienda; ac idem eſſe dicendum pro reparatione domus canonicalis, paramentis, luminaribus, alimentis Prædicatoria, & ſimilibus, & de modo compellendi in unoquoque caſu, quamvis idem Sperel. *d. deciſ.* 68. *in fine*, ingenuè fateatur prædicta licèt ſatis rationabilia vix in praxi obtineri poſſe, & revera ego ſemper vidi, & præcipuè occaſione terræmotus ſequuti in Romandiola de anno 1660. ſub die 22. Martii, à quo fuerunt ſubverſæ, & collapſæ pluſquam nonaginta Eccleſiæ in Statu Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, mille centum ſeptuaginta quinque Domus particulares, ducentæ quinquaginta ſex Perſonæ mortuæ, Animalia quatuor centum vigintiquinque, & alia damna, de quibus ſum teſtis occulatus, cum pietate, & juſſu S. C. S. fuerit per me, & alios viſitata dicta Provincia, ad effectum ſubveniendi neceſſitatibus Populi, dictas inquam Eccleſias fuiſſe paulatim per illarum Rectores reſtauratas, prout poſteà intellexi, & præcipuè cum Parochiani propria ſenſerint damna, & de prædictis vide Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reformatione*, plenè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 16. *vol.* 2. ubi qualiter omnibus præferatur, etiam doti, & fiſco in bonis deſtruentis pro illius reparatione, & damno, etiam obtenta abolitione delicti à Principe, & ad quos ſpectet refectio quando non adeſt, vel conveniri non poteſt delinquens, & *deciſ.* 24. 25. 27. 28. *et* 29. *d. vol.* 2. ubi an ad percipientes decimas, an ad hæredes decimantium, vel Prælatorum, qui omiſerunt reparare, an ad Epiſcopos, Canonicos, vel alios Beneficiatos, an ad Populum, an ad Patronos, & an requiratur conſenſus Epiſcopi; prædictis adde Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 184. *per tot.* Ludovic. Bell. *conſil.* 144. ubi quòd in primis eſt attendenda conſuetudo, illa ceſſante an adſint bona pro fabrica, demum Rector, & qui decimas percipiunt pro rata tenentur, ac de æquitate etiam Populus contribuit, &c. vide Caren. *reſ.* 248. *per tot.* Et qualiter Patroni teneantur in ſubſidium, Coſta *remed. ſubſid.* 106. *illat.* 2. *per tot.* Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. loc. ſuprà cit.*

Quòd ad id non poſſint Clerici Rectores compelli per Magiſtratus Laicos, quidquid aliqui contrarium teneant Dian. *reſol. moral. p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 8. Vide Barboſ. *loc. cit. num.* 15., & 16.

Quis ſit Judex competens ad compellendum laicos ubi ad illos ſpectat refectio, an ſæcularis, vel Eccleſiaſticus, Fontanell. *dec.* 523. Balmaſed. *de collect. qu.* 56. *n.* 18.

Qui autem teneantur ad reparationem Eccleſiæ, vel Campanilis ceſſante conſuetudine, vel ſtatuto, ultra jam citatos Manſ. *conſult.* 248. *lib.* 3. ubi adducit plures diſtinctiones, & vide Tondut. *quæſt. canon.* 38. *per tot. lib.* 1. & facit *qu.* 39. & *q.* 133. *par.* 3. *ubi de campanis.*

Quòd ad alimenta Prædicatoris an teneatur Rector, vel Populus, Ricc. *collect.* 1766. idem Sperell. *dec.* 70. *per tot.* ubi quòd eſt ſervanda conſuetudo, Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 71. ubi etiam de eleemoſyna, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 59.

An Eccleſia, quæ ſtetit diù collapſa ſine tecto, & januis, ſit denuò ab Epiſcopo ſolemniter reconcilianda, Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 93. facit Paul. Chriſtin. *d. dec.* 29. *vol.* 2. ubi an in reparatione Eccleſiæ requiratur conſenſus Epiſcopi, & an reficiens efficiatur illius Patronus.

Quòd in reſtauratione, & renovatione Eccleſiæ, vel Capellæ debeant apponi, & renovari arma, & inſignia familiæ, quæ erant in antiqua, Ludoviſ. *dec.* 463. *per tot.* Vide Dian. *tom.* 6. *tract.* 5. *reſol.* 127. & *tom.*

tom. 8. *tract* 10. *resol.* 17.

17 Ecclesia habet privilegium cogendi vicinum ad vendendum sibi pro amplianda ipsa Ecclesia, vel Monasterio; non tamen per viam actionis, sed implorationis officii Judicis, qui strictè, & cum grano salis debet illud impertiri, considerando ne vicinus coactus magnum patiatur detrimentum, Gratian. *discept. forens. cap.* 672. *num.* 15. *et seqq. cap.* 742. *num.* 20. *et seqq. et cap.* 896. *num.* 6. *et per tot.* Soccin. *reg.* 530. *limit.* 8. *et* 9. *inter reg. diversf. fol. mihi* 619. Merend. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 30. *per tot.* Gizzarel. & Addent. *decis.* 37. *per tot.* Covar. *var. resol. lib.* 3. *capit.* 14. Franch. *decis.* 223. *num.* 4. *etc.* Sperell. *decis.* 58. *num.* 16. *et seqq.* plenè Giurb. *dec.* 88. Rot. *part.* 5. *rec. decis.* 372. idem Sperel. *decis.* 68. *numer.* 2. *et* 3. Ricc. *Collect.* 76. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 413. *num.* 41. vide in *§. Venditio num.* 54. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 5. *quaest.* 2. *per tot.* ubi quòd Judex non potest in hoc arbitrari, sed omninò ad vendendum compellere, Sanfelic. *decis.* 307. *num.* 9. *et decis.* 413. *per tot.* ubi intelligit tribus concurrentibus; scilicèt necessitate, contiguitate, & modico vicini præjuditio; aliàs secus, & pro exclusione Ecclesiæ plura, Rot. *d. decis.* 372. *par.* 5. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quaest.* 14. *sect.* 4. *à num.* 97. *tom.* 3. Vide Palm. nep. *alleg.* 329. *n.* 6. *et* 8. *tom.* 4. Cyriac. *controvers.* 231. *a n.* 16. *et controvers.* 290. *a.* 5. Donad. *de Renunc. cap.* 15. *n.* 29. De Luc. *de Servit. disc.* 86. Caren. *resol.* 2.

Quòd pro ædificanda Ecclesia ubi adsit necessitas, vel alia justa causa possit compelli quis ad vendendum fundum, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 40. *fol.* 229. ubi citat. Lambertin. & Vivian. *de jurepatronat.* adde Rot. *p.* 9. *recentior. decis.* 474. *et* 494. ubi tamen quòd si bona sint Emphyteutica tenetur Ecclesia solvere laudemium domino directo, & quindennium tanquam manus mortua, vel affrancare directum dominium, quòd est redimibile. Quoad ultimum contrarium tenet Capon. *discept.* 378. Vide Altimar. *loc. supra addust.*

Quod è contra Ecclesia etiam cogi possit ad vendendum pro ornatu Urbis, & jure congrui, vigore Constitutionis Gregorianæ, quibusdam tamen servatis, prout in ea, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 408. *per tot.* vide *in §. Jus congrui num.* 25. *etc.*

An Ecclesia possit cogi ad vendendum suam partem pro ampliatione alterius Ecclesiæ, vide Mastrill. *decis.* 280. *num.* 9. *etc.* Sanfelio. *dec.* 413. *n.* 7. *et seqq. cum Addit.* ubi alia plura notabilia de dicta materia, Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 538. Latè Altimar. *ubi suprà à n.* 124. Mari. ad Gizzarel. *decis.* 37. *sub n.* 1.

Plura pro Ecclesia, ut possit compellere ad sibi vendendum pro justo pretio, etiam habita fide de illo, urgente necessitate ampliandi, Joseph. de Rosa *Consult.* 22. *per tot.* Caren. *resol.* 2. *per tot.* plenè Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 53. *per tot.* ubi pluribus modis ampliat favore Ecclesiæ, sed pluribus etiam limitat, ut non procedat si Ecclesia faciat ad complacendum aliis, vel ad æmulationem, vel si fieret præjudicium publicæ utilitati, ut si esset distruenda domus illustris, vel Palatium, & similibus modis, Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. par* 5. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 27. *& seqq. fol.* 59. & latiùs *tit.* 9. *cap.* 2. *numer.* 37. *& seqq. fol.* 248. *&c.* Carol. Tap. *decis.* 7. *per tot.* ubi quòd idem est pro ampliandis viis ad ornatum Civitatis, ac etiamsi domus esset fideicommisso subjecta, pro palatiis publicis ædificandis, & pro ornamento Reipublicæ, pro atrio Ecclesiæ, & hujusmodi, nisi tamen agatur de domo Magnatum antiqua in familia, quæ invitis dominis non posset capi pro ampliatione Ecclesiæ, ut decisum testatur, Novar. *quaest. forens.* 32. *n.* 2. *lib.* 1. Tondut. *quaest. canon.* 146. *part.* 3. De quibus omnibus Altimar. *à dict. a* 97.

18 Ecclesia quando possit vindicare cadaver alibi sepultum, unà cum omnibus oblationibus ibidem factis, & an illius appellatione veniat Episcopalia, ita ut Cardinalis eligens sepulturam in Ecclesia sui Tituli de tempore obitus, videatur elegisse in Episcopali, & an parochialis præferatur, vel potius illa, in qua adest sepulcrum majorum defuncti, non facta alia electione per defunctum, vide Grat. *discept. forens. cap.* 817. *per tot. & dixi in §. Sepultura num.* *§. Attentata numer.* 21. Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 93. ubi quòd spoliata cadavere non restituitur ante omnia, & sic in hoc limitatur regula, quòd spoliatus sit ante omnia restituendus, & quare, vide Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 76. *& part.* 18. *dec.* 348. *& dec.* 429. ubi quando ultra expensas, & alia funeria consecutiva, sit restituendum etiam cadaver.

Ecclesia habet fori privilegium, & electionem, 19 etiam quando agit contra laicum, Capyc. *decis.* 160. Diaz. *reg.* 219. *fall.* 2. Franch. *decis.* 234. *num.* 4. *& decis.* 597. *per tot.* Afflict. *dec.* 257. Honded. *consil.* 10. *num.* 13. *lib.* 1. Rot. penes Pacif. de Salvian. *dec.* 234. Beltram. *in Addit. ad dec.* 335. *in fine num.* 10. Ricc. *Collect.* 86. *et* 300. 2283. 2303. Sperell. *dec.* 3. *num.* 21. *et decis.* 98. *per tot.* *facit Constit. Pii IV.* in concessione Religionis factæ Serenissimo Magno Duci Etruriæ, Add. ad d. Franch. *loc. cit.*

Quòd Ecclesia fruatur omnibus privilegiis minorum, & pupillorum, Sperell. *decis.* 130. *num.* 38. *etc.* Ridolphin. *in prax. par.* 3. *cap.* 4. *numer.* 119. *et seqq.* ubi qualiter gaudeat privilegio electionis fori, vigore *l. un. C. quando Imper. inter pupill.* & vide de quo latè Novar. *tract. de elect. for. sect.* 2. *cap.* 49. Martha *vot. Pis.* 209. ubi contra.

Intellige dictam conclusionem de electione fori, quando Ecclesia, vel Clericus agit contra laicum actione reali, vel mixta, non autem merè personali, & ita demum habeat privilegium, & liberum arbitrium conveniendi coram Judice laico, vel Ecclesiastico ad sui electionem etiam in actione reali, vel mixta, si res ipsa apud laicum conventum reperiatur dolo, fraude, rapina, oppressione, aut alio illicito titulo, ex quo resultet quoddam quasi sacrilegium, cujus intuitu competit privilegium prædictum: nam cessante qualitate prædicta, non est recedendum à regula, quòd actor sequatur forum rei, & talis qualitas est etiam in libello per Clericum, vel Ecclesiam exprimenda juxta *text. in c. si clericus laicum de for. compet.* quem sic communiter interpretari, & intelligendum esse testatur Pac. Jordan. Episcopus Traguriensis *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 28. *fol.* 96. vide *in §. Clericus n.* 49. *§. Personæ num.* 10. latè Tusch. *litt. I. concl.* 447. *per tot.* Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 24. *vers. non reticeam*, ubi plures allegat, Ridolphin. *ubi supr. num.* 120. Capell. Tholos. *decis.* 211. *nu.* 4. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 323. Ciarlin. *contr.* 171. *num.* 61. *& seqq.* ubi aliter istam materiam declarat ad favorem Ecclesiasticorum, Cala. *de mod. art. & prob. §.* 1. *glos.* 1. *num.* 88. ubi concludit ut supra dixi Sanfelic. *decis.* 20. *num.* 4. Martha *vot. Pis.* 209. *num.* 7. ubi quòd Ecclesiastici non habent dictam electionem, nisi data violentia laicorum. Vide *in collectan. alleg. divers. ad tom.* 1. *hujus Summ.* Sabell. *cap.* 7. *n.* 145.

Ecclesia tenetur ad onera realia solita imponi su- 20 per bonis per eam acquisitis, nec est exempta ab oneribus, quæ imponuntur ratione rerum, & non personarum, Bellon. *cons.* 40. *per tot.* de quo videnda Rot. *in Albensi Gabellæ, sive onerum* 28. *Junii* 1606. coram Merlino *in Noviss. par.* 6. *decis.* 339. *per tot. & inter ejus impressas decis.* 902. Sperell. *decis.* 35. 36. 37. *&* 182. *per tot.* facit Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quaest.* 5. *per tot.* *dixi in §. Clericus num.* 45. ubi me remitto, *& in §. Gabella num.* 4. latè Tusch. *litt. E. concl.* 12. *et* 13. *per tot. & litt. S. concl.* 609. ubi de statuto faciente bona tributaria Communi, an obliget Ecclesias, ad quas bona transeant, & facit Rot. *p.* 18. *recent. decis.* 473. ubi quòd clericus tenetur ad collectas, quando bona consentiente patre laico fuerunt dicto oneri supposita, & stante simulata, vel collusiva divisione inter fratres facta, assignando illa pro majori parte fratri Clerico, vide Gob. *consult. dec.* 148. *n.* 23. Circa hanc materiam vide Dominum meum Advoc. Cabrun. *lucubr.* 35. *à n.* 6. *cum seqq.* Fagnan. *sup. Decret. in Indic. general. verb. Clericus quoad exemptionem ab oneribus.* Card. De Luc. pariter *in Indic. general. verb. Clericus quoad exemptionem ab oneribus.*

Qua-

Qualiter teneatur Eccleſia pro bonis emphyteuticis ab ea acquiſitis, etiam pro conſtructione, vel ampliatione Monaſterii ſolvere laudemium domino directo, vel etiam quindennium tanquam manus mortua, cùm iſta ſint onera certa, determinata, & ipſis bonis infixa, quid ſit quindennium, & alia latè Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 474. *&* 494. *per tot.* Alkimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 7. *ſubſect.* 3. *n.* 109. *tom.* 3.

Quòd licèt Eccleſia, & Eccleſiaſtici non teneantur ad onera Civitatis, etiam ſi implicent communem tam laicorum, quàm Clericorum utilitatem, tamen intelligi debeat de impoſitionibus publicis, non autem quando Collectæ reſpiciunt principaliter, & primariò commodum, & utilitatem privatam, quia tunc contributio non meretur nomen Collectæ publicæ, ſed potiùs privatæ, & non minus afficit Eccleſiaſticos, quàm laicos, ut benè declarat Thom. del Bene *de Immunit. Eccl. tom.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 16. & ſequitur Rot. *in Ravennaten. Collectarum* 2. *Maji* 1664. *part.* 14. *recent. deciſ.* 182. *per tot. & deciſ.* 302. in eadem cauſa, ubi fuit confirmata prima deciſio, & Anton. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 29. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi quòd debet inſpici cauſa impoſitionis, quæ ſi reſpiciat Eccleſiaſticos, ipſi quoque tenentur vi ſaltem directiva, etiam coactiva de mandato Epiſcopi, adde latè Franciſc. de Angelis *in forem immunit. Eccl. Aſylo poſt tract. de confeſ. Opuſcul.* 3. *per tot.* ubi plura favore Eccleſiaſticorum, & nonnulla etiam pro laicis, profitendo omnes diſimere altercationes, Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 25. *per tot.* ubi qualiter Eccleſiæ, & Monaſteria teneantur ad refectionem viarum, pontium, & hujuſmodi, Flav. Popei *tract. de libert. Eccl. per tot.* ubi plenè de concordia libertatis Eccleſiaſticæ, & publicæ neceſſitatis, ut Eccleſiaſtici teneantur ad onera ordinaria realia bonis impoſita antequàm ad Eccleſiam pervenirent, neceſſitatibus publicis de conſenſu Pontificis obligentur, & in extremis etiam inviti à laicis compellantur: laici verò alia non exigant ab illis, nec eorum coloni ob bona Eccleſiæ, & in patrimonialibus Clericorum ſervetur conſuetudo, &c. vide Lezan. *quæſt. regul. vol.* 2. *verb. Gabella num.* 59. *& ſeqq.*

22 Eccleſia præſtat regulariter delinquentibus immunitatem (exceptis aliquibus caſibus, de quibus dixi in §. *Immunitas num.* 18.) ſi ſit major, & matrix, ideſt Cathedralis uſque ad circuitum quadraginta paſſuum, ſi verò ſit alia minor Eccleſia ad triginta paſſus tantùm, Rom. *conſ.* 227. Aret. *de malef. verb. Senlis Sancti Petronii*, Buſſ. *tit. de capt. numer.* 22. Addit. ad Pract. Papp. *for. inquiſ. gloſ.* 1. *verb. Ad Eccleſiam*, Clas. §. *fin. quæſt.* 30. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 37. *num.* 6. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. E. concluſ.* 9. *& litt. I. concluſ.* 59. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Bel.* 46. *&* 47. *vol.* 2. *& dec.* 55. 56. *&* 57. *vol.* 1. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *de inſult. in Eccleſia fol.* 233. Conciol. *reſol. crim. verb. Immunitas reſol.* 1. *per tot.* ubi ponit novem ampliationes, & declarationes, ac contrarias opiniones de conſuetudine circa dicta ſpatia. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 189. *& ſeqq. ad* 196. *fol.* 532. ubi intelligit, & declarat, dummodò ſpatia prædicta ſint deſtinata ad Chriſtianorum ſepulturam, vel pro habitatione Clericorum, & aliorum Eccleſiæ inſervientium, secùs autem ſi vacua ſint, aut publicis, privatiſvè ædificiis, ſivè viis, aut aliis modis, & in alios prophanos uſus occupata, vide Tuſch. *litt. I. d. concluſ.* 59. *per tot.* plenè Dian. *reſol. moral. par.* 6. *tract.* 1. *per tot.* Ricc. *Collect.* 109. 513. *&* 1792. Sanfelic. *deciſ.* 536. *per tot.* ubi quòd nullibi ſervatur immunitas in dictis ſpatiis 30. vel 40. paſſuum, niſi ſint ut ſupra ad uſum religioſum deſtinata, ſecùs ſi locentur laicis, niſi domus haberet oſtium in atrio Eccleſiæ, vel Monaſterii, nam tunc gauderet, vide *eundem dec.* 240. Lezan. *quæſt. regul. vol.* 2. *verb. Immunit. Eccleſiarum num.* 2. Card. De Luc. *Miſcell. diſc.* 2. *a n.* 13. *& diſc.* 12. Bertachin. *vot.* 20. 62. 90. *&* 158. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 8. *quæſt.* 1. *n.* 8. *et* 11.

Ex dicta quidem paſſuum menſura incipienda eſt à foribus Eccleſiæ, paſſus autem ſunt quinque pedum pro quolibet, & pes quindecim digitorum, idem Pac. Jordan. *loc. cit. numer.* 190. ubi etiam quòd poteſt ulteriùs extendi, ſi circuitus Eccleſiæ latior exiſtat, Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 71. ubi de domibus Eccleſiaſticorum intra dicta ſpatia, & quid ſi habitentur à laicis; & refert contrarias opiniones, ipſe tamen tenet pro immunitate. Sed contrà immunitatem in domibus conducticiis à laicis habitatis, Sanfelic. *dec.* 136.

Quòd cœmeterium etiam ab Eccleſia disjunctum gaudeat immunitate (licèt alii contrà quando eſt ſeparatum ab Eccleſia) Caſtr. Pala. *tom.* 2. *diſp. pr. de immunit. punct.* 6. *num.* 16. Dian. *par.* 4. *tract. pr. reſol.* 108. *in fine, & latiùs part.* 6. *tract. pr. reſol.* 6. ubi ampliat, etiamſi eſſet pollutum, vel interdictum, De Luc. *Miſcell. diſc.* 2. *n.* 15.

Verùm ſi contingat dubitari, an captura laici ſecuta fuerit in loco immuni, vel prophano, quæſtio eſt decidenda per Judicem Eccleſiaſticum, & non per ſæcularem, Sperel. *dec.* 149. Jordan. *ubi ſupra num.* 193. licèt etiam alii per eos relati contrarium teneant.

Et reo aſſerente, ſe captum in loco immuni birruariis autem dicentibus in loco prophano, cui magis ſit credendum, diſſentit idem Sperel. *d. dec.* 49. *num.* 15. *& ſeqq. per tot.* ubi tandem concludit, arbitrio Judicis conſideratis conſiderandis remitti, vide *in* §. *Immunitas num.* 4. *in fine, &* §. *Birruarii num.* 5. Quid ſi dubitetur, an locus ſit Sacer. De Luc. *Miſcel. diſc.* 13. *num.* 5.

Quid ſit Eccleſiæ immunitas, in quibus conſiſtat, quando locum habeat, vel non latè Tuſch. *litt. E. concl.* 8. 9. 10. 11. *per tot. & litt. I. concluſ.* 59. *per tot.* plenè Dian. *reſol. moral. part. pr. tract. pr. part.* 3. *tract. pr. part.* 3. *tract. pr. par.* 4. *tract. pr. par.* 5. *tract. pr. part.* 6. *tract. pr. &* 2. *per tot.* ubi in omnibus dubiis ſemper pro immunitate reſolvit, & ſæpè contra aliorum communes opiniones, vide Farinac. *in Appendice de Immunit. Eccleſ.* ac alios plures, qui integros tractatus de hac materia ediderunt, Suarez. *de Relig. tom. pr. lib.* 3. *cap.* 8. *& ſeqq. fol.* 264. *etc.* Lezan. *quæſt. regul. vol.* 2. *verb. immun. Eccleſiarum.*

Quod dicta immunitas competat toti fabricæ Eccleſiæ, & ſic etiam tecto, turri campanili, & ſimilibus Eccleſiæ partibus, ità ut confugientes, & reperti in eis gaudeant immunitate, Sanfelic. *deciſ.* 16. *dixi in* §. *Immunitas num.* 16. idem Sanfelic. *deciſ.* 19. ubi tamen quòd dicta loca non veniunt ſub nomine Eccleſiæ, ſi agatur de privando immunitate delinquentes in ipſis Eccleſiis, eorumvè cœmeteriis, cum tunc Eccleſia ſit strictè intelligenda, & de delicto intus Eccleſiam commiſſo, ut ibidem latè declarat, & dixi *in* §. *Immunitas num.* 5. *et num.* 18. *verſ. quarto* Et quid veniat appellatione Eccleſiæ in hac materia, De Luc. *Miſcel. diſc.* 2. *n.* 7. *&* 15. *diſc.* 10. *n.* 9. *diſc.* 12. *n.* 17. *In Summ. n.* 5. *& ſeqq.*

Eccleſia nondum conſecrata, ſi ſit auctoritate Epiſcopi conſtructa gaudet immunitate, Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *verſ. quæro ſi conſtructa*, Guaz. *deff. pr. cap.* 37. *num.* 2. *& ſeqq.* ubi aliquibus modis ampliat, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 79. *nu.* 12. ubi etiam per tot. quando ſolemniter conſtructa præſumatur, Sperel. *deciſ.* 62. *num.* 20. Pac. Jordan. *ubi ſupr. num.* 183. *& ſeqq.* Dian. *part.* 6. *tract. pr. reſol. pr. verſ. verum ad confirmationem*, ubi ampliat etiamſi in ea divina non celebrentur, vel non ſit adhuc perfectè conſtructa, & conſtructio quandoque intermittatur, ac idem probat Sanfelic. *deciſ.* 18. ubi reddit rationem, quia cum primus lapis auctoritate Epiſcopi ſit poſitus, talis Eccleſia eo ipſo manet divino cultui dicata, nec poteſt ad prophanos uſus converti, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 530. *verſ. Imo Eccleſia*, Conciol. *verb. Immunitas reſol. pr. n.* 4. Lezan. *loc. cit. num.* 2. Fagnan. *in cap. Eccleſiæ n. pr. et ſeqq. de Immunit. Eccleſiæ* Bellegrand. *in compendioſ. rer. crim. method. tract.* 8. *quæſt. pr. n.* 51. 23

Item Eccleſia licèt collapſa, & deſtructa, ſi ſubſit ſpes refectionis, gaudet immunitate, ſecus autem ſi fuerit deſtructa auctoritate Superioris, & non ſubſit ſpes refectionis, Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *verſ. majus eſt dubium*, Guaz. *dict. cap.* 37. *num.* 4. Pac. Jordan. loc.

loc. sup. cit. num. 186. *fol* 531. Dian. *loc. cit. vers. nota tertiò*, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 47. *vol.* 2. Ricc. *decis.* 14. *part.* 2. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. *vers. Ecclesia diruta*, latè Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 7. *num.* 8. *etc.* ubi quòd debet probari spes reædificationis, ut privilegium immunitatis conservetur, Conciol. *ubi sup. num.* 7. Lezan. *loc. cit. dict. n.* 2. Fagnan. *in dict. cap. Ecclesiæ à n. pr. de Immunit. Eccles.*

Item Ecclesia quamvis interdicta gaudet immunitate, quia honor debitus propter Dei reverentiam non debet illi auferri propter hominum culpam, Clar. *d. q.* 30. *vers. ideò etiam*. Guaz. *d. cap.* 37. *n.* 33. Pac. Jordan. *ubi sup. n.* 187. quicquid contrarium, & malè tenuerit, Marill. *in repet. l. una, C. d. rap. virg.* quem sequutus fuit Evecard. *loc. pers. ad loc. in fine fol. mihi* 531. Quòd Ecclesia etiam interdicta, vel polluta gaudeat immunitate, Dian. *p.* 6. *tract. pr. resol. pr. vers. nota secundò*, Paul. Christin. *d. dec.* 47. *vol.* 2. Conciol. *verb. Immunitas resol. pr. num.* 2. Lezan. *ubi suprà*. Fagnan. *loc. supra cit. n.* 21. Bellegrand. *ubi supra n.* 11.

Item Ecclesia gaudet immunitate, etiamsi Civitas esset capta ab hostibus infidelibus, Guaz. *d. c.* 37. *n.* 32.

An autem Oratoria publica, vel privata gaudeant immunitate dixi in §. *Immunitas n.* 10. *vers. Oratoria*, latè Sansel. *dec.* 219. ubi de Conservatoriis mulierum, an gaudeant immunitate, & negativè post plura in contrarium adducta resolvit; sed vide Addit. ad eumdem Sanfelic. *decis.* 402. *obser.* 36. ubi de pluribus locis immunitate gaudentibus, nempè Seminario, hospitali, hostio, scalis, horto, dormitorio, cubiculo, refectorio, parlatorio, porticu, cæmeterio, conservatorio puellorum, & hujusmodi relativè.

Et plura notabilia de privatis Oratoriis, quibus suffragentur, vel non circa auditionem Missæ, & alia latè Dian. *part.* 9. *tract.* 1. *per tot.* & de prædictis omnibus, quid veniat sub nomine Ecclesiæ, & aliis ad rem, latè Thom. del Bene *tract. de Immunitat. par.* 2. *cap.* 16. *Dubit.* 9. *per tot.* ubi per decem, & septem sectiones benè declarat, quæ loca gaudeant immunitate, vel non, *à fol.* 9. *usque ad* 22. Suarez. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 8. *& seqq. per tot.* Plura idem Lezan. *loc. supra cit.* Plura etiam de immunitate Ecclesiæ Fagnan. *supra Decretal. in Indic. general. verb. Ecclesia quoad immunitatem* De Luc. pariter *in Indic. general. verb. Ecclesia quoad immunitatem*.

23 Ecclesia non præstat immunitatem deferentibus arma prohibita, ut non possint illis spoliari, non tamen violenter extrahendo personas deferentium, Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 18. quem refert Guaz. *def.* 1. *cap.* 29. *n.* 7. ubi tamen asserit aliter tenendum per Bullam Gregor. XIV. super Immunitate, de quo vide *in §. Clericus n.* §. *Immunitas n.* 5. §. *Judex n.* 27. *&* 28. *in Pract.* §. *Arma n.* 30.

Alia plura notabilia de immunitate Ecclesiæ vide *in §. Immunitas per tot.* ubi tam de jure, quàm vigore Bullæ Gregorianæ *in §. Judex nu.* *& in §. Delinquens n.* 1. *&c.*

Materiam immunitatis Ecclesiæ respectu loci, an scilicet competat Ecclesiæ non parochiali, & in qua continuè non servetur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, an Ecclesiæ destructæ, interdictæ, & pollutæ, an Monasteriis Regularium, an hospitalibus, an Ecclesiæ incastellatæ, Sacristiæ Ecclesiæ, tecto, campanili, turri, januæ, scalæ, porticui, atrio, claustro, dormitorio, furno, horto, ambitul, sive septo, parieti exteriori, Cœmeterio, Palatio Episcopi, domui Ecclesiæ pro servitio Clericorum, domui, vel apothecæ Ecclesiæ laicis locatæ, domui Parochiali, seu laicorum existenti intra confines Ecclesiæ, an confinibus Ecclesiæ, an Oratorio publico, vel privato, & hujusmodi locis de pertinentiis Ecclesiæ, vel alterius loci Sacri, & immunis, latè explicat videndus singillatim multis in quolibet capite citatis, Cortiad. *decis.* 40. *& seqq. usque ad decis.* 65. *per tot.* Eamdem materiam immunitatis, respectu personarum, an scilicet immunitas prædicta suffragetur impeditis ingredi Ecclesiam per ministros laicæ potestatis existentes in ea, an militibus militiæ bellicæ, Judæis, Saracenis, aliisque infidelibus, debitoribus ex causa civili, suspectis de fuga, decoctoribus, & fallitis, armatis, an pro bonis introductis, an dimissis, & restitutis non facta integra restitutione rerum ablatarum: an reus extractus, qui gaudet immunitate sit eidem Ecclesiæ restituendus, vel sufficiat libera dimissio; an possit immunitati renunciari, an exiens ab Ecclesia blandis verbis inductus, vel sub promissione impunitatis, vel per metum, vel extractus à privatis gaudeat immunitate, quæ probationes delicti requirantur, ut reus privetur immunitate, an stetur processui Curiæ sæcularis; an carceratus fugiens à carceribus, vel à manibus birruariorum dum ducitur ad carceres, transeundo per locum immunem, vel aliter, an exules, banniti damnati ad triremes, monetarii, falsarii, delinquentes contra cadavera, Clerici, & alii Religiosi, Apostatæ, homicidæ simplices, & qualificati, assassini, vulnerantes per assassinium, vel cum aliis qualitatibus, seditiosi, incendiarii, fures, latrones publici, grassatores, plagiarii, depopulatores agrorum, occidentes, vel mutilantes in Ecclesiis, vel aliis locis immunibus, vel aliter in eisdem locis delinquentes, si fugiant ad alium locum immunem, existentes in Ecclesia si delinquant extra illam, vel existentes extra Ecclesiam, si delinquant intra eam [quæ contingere possunt per emissionem sagittæ, vel sclopi] delinquentes propè locum immunem sub spe confugii, vel exeuntes ad committendum aliud delictum, & posteà redeuntes ad Ecclesiam, an extrahentes aliquem violenter ab Ecclesia, & illum extra locum immunem occidentes, mutilantes, vel graviter vulnerantes, & hujusmodi, an gaudeant, vel non immunitate Ecclesiæ, & alia plura ad rem in unoquoque capite prosequitur, & doctè quidem explicat pluribus citatis idem Cortiada *decis.* 65. *& seqq. per totum tomum secundum*, loquendo ut plurimum de jure communi, & secundùm canones, ubi multam messem invenies, ultra tractatus particulares, à variis Auctoribus de immunitate Ecclesiæ, editos, & idem Cortiada *decis.* 119. probat Bullam Gregorianam de immunitate Ecclesiæ non esse usu receptam, nec servari in tota Hispania, nec in Regno Valentiæ, Sardiniæ, Majoricarum, Portugalliæ, Siciliæ, Castellæ, & alibi, nisi quatenus cum jure communi concordat, idque rectè fieri potuisse per plures rationes, & auctoritates ibidem allatas: ac tandem *dec.* 120. *& ult.* an immunitas possit ab Ecclesiasticis, Rectoribus Ecclesiarum, vel Regularibus Monasteriorum per vim armata manu defendi, & extractio reorum impediri, & à contra an familia Judicis sæcularis extrahere volens reum, & propria auctoritate saltem in casibus permissis, si ei claudantur portæ, & januæ Ecclesiæ, vel Monasterii, possit illas frangere, quæ omnia sunt valdè notanda, quia hujusmodi casus sæpè eveniunt, & evenire possunt, & vide in §. *Immunitas nu.* 26. *per tot.* Et quoad observantiam dictæ Bullæ in Insula Majoricensi ob supplicationem Summo Pontifici porrectam, quæ suspendit ejus effectum, & per alias rationes latè Cresp. de Valdaur. *observ.* 63. *per tot. part.* 2. & Cortiad. *d. dec.* 119. *n.* 33. *& seqq.*

Ecclesia universalis, vel ejus Concilium legitimè congregatum non potest errare in his, quæ fidei sunt, vel etiam de moribus tantùm, & quid in aliis temporalibus, latè Menoh. *de arbitr. cas.* 458. *n.* 31. *& seqq per tot.* Dian. *resol. moral. part.* 11. *in fine tract. de infallibilit. Decret. Rom. Pontif. per tot.* Covarr. *var. resol. libr.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. *& libr.* 4. *cap.* 13. *&* 14. *n.* 1. *&* 12. *& cap.* 16. *n.* 6. Fagnan. *in cap. à nobis il secondo n.* 28. *de sent. excommunicat.* 24

Quòd Ecclesia universalis, & in abstracto sit collectio fidelium, mater spiritualis, quoddam corpus misticum, omnium Magistra, & domina, & qualiter, latè Tusch. *lit. E. concl.* 2. *&* 3. *per tot.* De Ecclesia universali vide infra *in novissim. addition.* Cref.

Qualiter debeat esse cultrix, & auctrix justitiæ, tam in se, quàm in aliis, idem Tusch. *lit. E. concl.* 4. *per tot.* Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 474. *n.* 23. De Luc. *de Alienat. disc.* 4. *n.* 11. Fagnan. *in cap. quæ in ecclesiarum num.* 43. *de Constitutionib.*

Ec-

25 Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ dicantur, & gaudeant privilegio fori, atque Clericatus, vel non, latè Tuſch. *litt. E. concl.* 27. & 28. *per tot. dixi in* §. *Clericus*.

26 Ecclesia, vel alia pia cauſa pro damno ſibi illato, qualiter in bonis damnificantis ſit omnibus creditoribus præferenda, etiam doti, & fiſco, cùm ſavorabilior ſit cauſa Eccleſiæ, quàm alicujus privati creditoris, latè Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 16. *vol.* 2.

Quoad fiſcum idem eſt in aliis, ut dixi *in* §. *Fiſcus n.* 15.

27 Eccleſiæ inferiores non poſſunt in die Sabbati Sancti pulſare campanas antequam pulſaverit Eccleſia Cathedralis, niſi aliter ex immemorabili conſuetudine legitimè probata ſervetur, Merlin. *decis.* 109. *per tot.* Ricc. *Collect.* 4094. ubi etiam quando campanæ debeant pulſari ad arma, & illis pulſatis, qui teneantur exire armati contra malefactores, & in hoc ſe remittit ad Navar. *quæſt. for.* 112. *lib.* 1. De Luc. *de Præem. diſc.* 42. *n.* 14. & 15.

28 Eccleſia gaudet beneficio reſtitutionis in integrum, ſicut minor, ita ut ea petita ſit ſuperſedendum in executione non cœpta, Ricc. *Collect.* 2452. vide *in* §. *Reſtitutio per tot.* vide Odd. *de reſtit. part. pr. quæſt.* 3. *n.* 16. Fagnan. *in cap. requiſivit nu. pr. de reſtit. ſpoliat.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 11. *n.* 13.

29 Eccleſiæ ſæculares, quæ nullius ſunt Diœceſis debent viſitari ab Epiſcopo viciniori, nec ullo modo poſſunt hanc viſitationem effugere; qui Epiſcopus poteſt etiam corrigere, & punire prout opus fuerit, & ſi fuerit legitimè impeditus poteſt per ſuum Vicarium facere, Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de reformat.* Leo. *in theſ. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 74. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 74. *nu.* 7. Ricc. *Collect.* 4086. Reliqua vide *in* §. *Epiſcopus n.* 3. *&c.* De Luc. *Miſcell. diſc.* 1. *n.* 91.

30 Eccleſia quas ſolemnitates ſervare teneatur in alienatione jurium ſuorum, ita ut illis non ſervatis ſit reintegranda etiam per interdictum unde vi, dixi *in* §. *Alienatio n.* 24. & *ſeqq.* §. *Decimæ num.* 16. & §. *Remedium nu.* 6. Rubeus *de Confuſion. Jur. c.* 31. *n.* 55. & 60.

Qualiter Eccleſiæ ſpoliatæ competat reintegratio, etiamſi facto Rectoris ſui eeciderit à poſſeſſione, & de probatione extremorum, Ludoviſ. *decis.* 156. ubi etiam Beltram. de manutentione, licèt Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato.

31 Eccleſiæ, & altaria conſtruuntur ad publicam utilitatem, & juris publici eſſe dicuntur, quod non poteſt impediri nec per præſcriptiones, nec per reſcripta, ob prohibitionem legis, & incapacitatem acquirentium. Ideoque in Eccleſia, & Altari publico, etiam Majori permiſſum eſt cuilibet Sacerdoti Miſſam celebrare pro quibuſcumque defunctis, nec poteſt prohiberi contra jus publicum, ut ſupra, nec ſuffragia animalum, etiam ex pacto in fundatione, reſcripto, vel præſcriptione immemorabili impediri. Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 234. & 257. *per tot.*

32 Eccleſia quælibet habet jus, & facultatem orandi, & faciendi ſolemnem feſtivitatem, & commemorationem, etiam cum Octava pro defunctis, quia ſalubre eſt ſemper pro illis orare, pro quibus etiam ſemper orat Eccleſia univerſalis, (exceptis quibuſdam anni feſtivitatibus, in quibus non licet Miſſas defunctorum celebrare) & ideò privilegium, & indulgentia occaſione prædicta alicui Eccleſiæ conceſſum, vel conceſſa, numquam cenſetur privativè quoad alias Eccleſias, niſi expreſsè ſit dictum, ſed poteſt unaquæque Eccleſia ſuas facere functiones, in quibus debet manuteneri, ut inter Eccleſias Sancti Gregorii de Urbe, & Sanctæ Mariæ ad Martyres vulgò *la Rotonda* fuit reſolutum per Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 316. *per tot.* & *decis.* 481. ubi fuit confirmata prima deciſio, & reſponſum objectis.

33 Eccleſiæ novæ non poſſunt erigi, ne aliis præexiſtentibus fiat præjudicium, *c. quæcumque, c. Eccleſiæ* 16. *quæſt.* 1. *cap.* 2. *de Eccleſ. ædif.* intelligendo ſine licentia Summi Pontificis, & Ordinarii, Seraph. *decis.* 847. *nu.* 1. & *ſeqq.* ubi etiam quæ ſint præjudicia conſiderabilia, vel non ſequitur Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 481. *num.* 4. *dixi in* §. *Monaſterium num.* 15. & 19. ubi plura, & Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 165. ubi quòd nulla Eccleſia, vel Capella ædificari poſſit intra limites parochiæ ſine licentia parochi, qui ſicuti poteſt aliis licentiam concedere, tantò magis poteſt ipſe ædificare; non obſtantibus privilegiis Carmelitanorum, quæ illi non præjudicant, & alia ad rem, latè Carol. Marant. *comr. par.* 5. *reſponſ.* 15. *per tot.* Pignatell. *tom.* 10. *conſult.* 12. *n.* 23. & 36.

34 Eccleſiæ ſemper favendum eſt in dubio, cùm ſit omnium Chriſtianorum mater, nos generet per fidem, lactet, & paſcat, feliceſque eventus illam tenantibus præſtet, & è contra perſequentibus miſeros, & infelices, ut perbellè ex ſacris paginis, hiſtoriis, exemplis, & dilicis oſtendit Addit ad Sanfelic. *decis.* 402. *verſ. Pro coronide uſque ad finem*, vide *in* §. *Juriſdictio n.* 17.

35 Eccleſiæ omnes de jure tenentur celebrare feſtum dedicationis ſuæ, *c. ſolemnitatis* 1. & 2. *de Conſecrat. diſtinct.* 1. *cap.* 1. *diſtinct.* 3. *cap. fin. de feriis.* Abb. *in Rub. de conſecrat. n.* 3. nec poſſunt impediri, & alia ad rem inter duas Eccleſias contendentes de celebratione dedicationis, Ludoviſ. cum Beltramin. *decis.* 472. & 493. *in eadem cauſa*, ubi quòd Eccleſia, quæ olim fuit Cathedralis, poteſt celebrare feſtum dedicationis dictæ Eccleſiæ, nec poteſt impediri per Eccleſiam nunc Cathedralem.

36 Eccleſia una non debet habere duos, vel plures Curatos, ſed unicum ſponſum Sacerdotem, & Rectorem adinſtar mulieris, quæ non poteſt duos, aut plures ſponſos eodem tempore habere, nec unum corpus plura capita, & præcipuum beneficii curati requiſitum eſt, ut Rector curam nomine proprio, & non alieno exerceat, Bich. *decis.* 377. *n.* 11. & *ſeqq.* De Luc. *adnot. ad Concil. diſc.* 9. *num.* 5. *Miſcell. diſc.* 1. *n.* 36. *de Decim. diſc.* 11. *n.* 14. Albie. inter oper. Card. De Luc. *diſcept. pr. n.* 98. & 127. Et Sacerdos Eccleſiæ dicitur nubere Rubeus *de Confuſ. Jur. cap.* 3. *n.* 145.

37 Eccleſia reædificata ſuccedit in locum Eccleſiæ collapſæ, vel dirutæ, ſic & Altaria, quæ in ſuis locis ſunt reponenda cum primævis Sanctorum imaginibus, illorumque feſta celebranda, ac alia opera pie exercenda prout antiquitus ſolebat, & pro his omnibus non tantùm Communitati, ſed cuilibet de Populo competit actio, Rot. *in Ravennat. onerum, ſeu elemoſynarum Lunæ 6. Februarii 1668. coram Tuja part.* 15. *decis.* 177. *per totum.*

Et de inſigniis in Capella, vel Eccleſia reædificata reponendis, ut antea erant, Franciſc. Ant. Tranchedin. *conſult.* 6. *per tot.* vide *in* §. *Arma in fine in Addit.* & Ludoviſ. *decis.* 463. *per tot.* Molin. de Primog. *lib.* 2. *cap.* 14. *à n.* 47.

38 Eccleſia qualiter ſit ſponſa Chriſti, & non ſcortum, ac ideò non poſſint eſſe plures Parochi in una eademque Parochia, latè Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 281. *per tot.* & dixi *in* §. *Parochus*, Rot. *part.* 17. *decis.* 104. *n.* 8. & *ſeqq.*

Quòd noviter conſtructæ intra limites prioris Parochiæ abſque alia limitum diſtinctione, non poſſit effici Parochialis; ſed in adjutorium prioris Parochiæ cum debita congrua Rectori, qui & coadjutor dicitur taxanda Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 90. & *part.* 17. *decis.* 104. ubi plura de fonte Baptiſmali non amovendo ab una Eccleſia licèt filiali, ad aliam Eccleſiam matricem, quia fons baptiſmalis non infert ad parochialitatem, & alia &c.

39 Eccleſia, ſive Oratorium abjorando dictum, tanquam domus Dei, & orationis, non debet ſervire pro congregationibus faciendis, etiam inter Beneficiatos pro illorum negotiis, etiam in Choro, cum non poſſit in prophanos, & ſæculares uſus converti, & abuſus eſt removendus, niſi agatur de rebus ad Eccleſiam ſpectantibus, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 363. *per tot.*

Docto autem poſtèe de quaſi poſſeſſione, & centenaria præſcriptione, quæ vim immemorabilis obtinet, congregandi ſe, ut ſupra, cum pia devotione, ac ſine aliquo ſtrepitu, vel ſcandalo in Populo, quo caſu Eccleſia non eſt locus incongruus pro tractan-

ctaedis negotiis Confraternitatum', fuit recessum à supradicta resolutione, & concessum coadunari, ut coestat per Rot. *d. part.* 58. *decis.* 770. *per tot.*

40 De Ecclesiis, Ecclesiasticis, ac de bonis Ecclesiasticis, de Ecclesiastica jurisdictione, & in sæcularia, & mixti fori; De Ecclesiastico Judice, ac de Ecclesiasticis judiciis, item de Ecclesiastica immunitate quoad personas, & bona, multas paginas implet, plurimos allegans, videndus à eupidit de hujusmodi materiis, Ægid. de Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Ecclesia &c.* Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *col. verb. fol.* 412. *& seqq.* Plura De Luc. *In Indic. verb. Ecclesia.* Fagnan. & Gonzalez *supra Decretales* Pignatell. *in consult. canonic.* Nicoli. Panimol. Bertach. Piton. *discept. eccles. & de Jurepatr.* Ansald. Emeria Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

41 Ae potestas laica possit expellere a Regno Ecclesiasticos, qoia justis Principum mandatis inobedientes, vel alio modo delinquentes sint, vide Bobadill. *Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 66. Padill. *part.* 2. *cap.* 8. *num.* 4. Giurb. *cons.* 48. *sive* 49. Sanz. *de re crimin. controvers.* 78. Del Bene *de Immunit. tom.* 1. *cap.* 9. *dub.* 9. *sect.* 1. *nu.* 1. Raynald. *Syntax. rer. crimin. in Proœm.* §. 7. *n.* 61. apud quos plure videri possunt circa præsentem materiam.

42 Ecelesia moderne constructa non præsumitur esse mattix Coccin. *decis.* 1867. *n.* 82. Anseld. *decis.* 55. *n.* 3. Et vide supra *n.* 6.

43 Possessio bonorum Ecclesiæ est penes Ecclesiam non penes Rectorem Caprar. *decis.* 356. *n.* 18. *par.* 1.

44 Transactio nulliter facta per Capitulum, & Canonicos, non impedit, quin nomine Ecclesiæ agatur in summarissimo possessorio Caprar. *dict. decis.* 356. *num.* 17.

45 Ecclesia nunquam præsumitur eogitasse de filiis naturalibus, cum illi haberi non possint sine peccato mortali Abb. *in cap. præsentia n.* 25. *de Probat.* Caprar. *decis.* 589. *n.* 10. *part.* 2. ubi hoc ampliat *n.* 11.

46 Ecclesia potest pertinere ed unum, & præsentatio ad Beneficium in ea situm pertinere ad alterum Cerr. *decis.* 653. *n.* 4. Caprar. *decis.* 755. *n.* 17.

Ecclesiæ unitæ nuequam vacant, nec resignari, aut permutari valent Add. ad Greg. *decis.* 112. *n.* 5. Ubald. *decis.* 138. *n.* 8. *&* 9. Rot. *rec. dec.* 219. *n.* 22. *cum seqq. & decis.* 310. *num.* 10. *part.* 16. *& decis.* 250. *n.* 17. *part.* 17. *& decis.* 452. *nu.* 5. *&* 6. *part.* 28. Caprar. *decis.* 442. *n.* 19. *&* 20.

47 Ecelesiæ, seu Loca Regularium curam animarum habentes, quoad ipsam curam, & personas illam exercentes, subjaeent Jurisdictioni, & visitatioei, & correctioni Ordinarii, non obstantibus quibuscumque esemptionibus juata dispositionem *Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionis Gregorii XV.* Caprar. *decis.* 206. *n.* 11. *part.* 1.

48 Ecclesiasticus Judex qua auctoritate judicare habeat Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 2. *quæst.* 4. *n.* 18. *& tract.* 3. *quæst.* 15. *n.* 1.

49 Superior Ecclesiæ nulliut Diœcesis jurisdictionem iedependenter a quocumque Episcopo in suot habet Bellegrand. *loc. supra citat. tract.* 4. *quæst.* 7. *nu.* 4.

50 Judca ecclesiasticus potest in ecclesia informationes sumere in causis Clericorum, & Regularium Bellegrand. *loc. cit. tract.* 4. *quæst.* 7. *num.* 7. *&* 8. Secut sæcularis in causis sæcularium, etiamsi agatur civiliter *ibidem*, potest tamen juramentum præstare, cum sit actus religionis; & qui actus fieri possint in Ecclesia Crescin. ad Abeccles. *observat.* 7. *part. pr.*

51 Captus eatra Ecclesiam, & per eam ductus, non gaudet immunitate, quia Ecclesia solùm liberos fovet Bellegrand. *ubi supra tract.* 8. *quæst. pr. nu.* 9.

52 Ecclesiastici non possunt ad pœnam sanguinis condemnari, sed ad summum ed triremes, nec ad finem sanguieis brachio sæculari traduntut Bellegrand. *loc. adduct. tract.* 10. *quæst.* 2. *n.* 2.

53 Ecclesiæ sedilia possessor potest de facto tueri Altograd. *controvers.* 85. *a nu.* 7. Palm. jun. *consult.* 30. Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 2. *n.* 127.

54 Ecclesia Cathedralis, quæ prius erat in opinionu simplicis collegiatæ per declarationem cathedralitatia transformatur in novum corpus cum novo capite, quod est Episcopus Emerix jun. *decis.* 1057. *nn. pr. &* 6. Et per illam tollitur privilegium exemptionis concessum in statu simplicis collegialitatis saltem ie opieione, quod tamen amplia, declara, & subdeclara, ut per Emerix *dict. decis.* 1057. *per tot.*

55 Ecclesia Cathedralis sola habet cum Episcopo spirituale conjugium, ceteræ autem Ecclesiæ se habent adinstar filiarum, & subditarum, & unica dicitur illiut sponsa, eique subieitur quoad imperium, & jurisdictionem ea peculiari natura conjugii spiritualis, nec potest subesse Prælato inferiori Emerix jun. *decis.* 1057. *a n.* 14. *cum seqq.*

56 Ecelesia collegiata potest erigi per Episcopum ex justa causa juxta antiquam opinionem Emerix jun. *decis.* 1084. *n.* 3. Sed contrarium est verius juxta modernam opinionem, *ibidem n.* 4. Antiqua tamen opinio operatur, ut Episcopus durante statu implicito validitatis erectionis possit consuetudine acquirere jus conferendi in illa Beneficia, *ibidem n.* 5. *cum seqq.*

57 Ecclesia custodiri debet à Rectore, aut Patrono per retentionem elavium Emeria jun. *decis.* 859. *n.* 6. *& decis.* 1311. *n.* 5. Et hoc Jus non præscribitur, nisi præscribatur ipsum Juspatronatus *dict. decis.* 1311. *n.* 6. Pro majori tamen commoditate administrationis sacramentorum indulgetur etiam Parocho altera clevis *dict. decis.* 859. *n.* 3. *& dict. decis.* 1311. *n.* 7.

58 Duæ materiales Ecclesiæ ratione unionis habentur pro unica Emeria jun. *decis.* 1185. *n.* 2. *et decis.* 1236. *n.* 1. & vide eumdem *in Indice verb. Unio.*

59 Et in duobus Ecclesiis Episcopalibus quomodo Episcopus se gerere debeat Emerix jun. *d. decis.* 1185. *a n.* 6. *et seqq. et decis.* 1236. *per tot.* & vide eumdem *in Indice, verbo Episcopus.*

60 Inter duas Ecclesias æque principaliter ueitas e primæva erectione in cathedrales in omnibus actibus est servanda alternativa ad evitandas discordias Emerix jun. *decis.* 765. *n. pr.* & vide eumdem *in Indic. verb. alternativa.*

61 Ecelesia Episcopalis sede vacaete a quo debeat administrari Emerix jun. *decis.* 731. *et decis.* 764. *per tot.*

62 Ecclesia noe potest immutari de suo statu per concessiones factas a Principe laico Emerix jun. *dec.* 843. *n.* 4. Neque de sæculari effici regularis, nisi per solum Papam Idem *decis.* 811. *n.* 4. *& dict. decis.* 843. *n.* 5. Et Episcopus nequit immutare statum Ecclesiæ Mantis. ad De Luc. *libr.* 12. *decis. pr. nu.* 21. *vol.* 2. De Luc. *de Regul. disc.* 64. *n.* 3. *&* 9.

63 Ecclesia Parochialis potest conferri non sacerdoti ectu, dummodò sit habilis ad faciendum se promoveri intre annum Emeria jun. *decis.* 212. *n.* 7. *&* 12. *decis.* 224. *per tot. & decis.* 263. *nu.* 7. & vide eumdem *in Indic. verb. Parochia.*

64 Ecclesia præjudicium non recipit per negligentiam Prælati Emeria jun. *decis.* 1021. *nu.* 5. Castald. *consult.* 235. *n.* 11. *tom.* 2. Et vide De Luc. *de Donat. disc.* 12. *n.* 3. *disc.* 15. *n.* 8.

65 Ecclesia privari non potest ex facto procuratoris non habentis speciale mandatom, nec per elienationem nulliter factam Emeria jun. *decis.* 517. *n.* 2. *&* 3.

66 Ecclesia ex quibut probetur situara in Diœcesi Emerix. jun. *decis.* 228. *decis.* 395. *per tot.*

67 Ecclesia quamvis sit intra limires unius Diœcesis potest authoritate Apostolica subiici Jurisdictioni alterius Emeria jun. *decis.* 975. *n.* 5.

68 Ecclesia transferri potest a Papa ab una Diœcesi ad aliam Emeria. jun. *decis.* 975. *n.* 4. *et seq.* Et vide eumdem *in Indic. verb. Dismembratio, et Translatio.*

69 Ecclesiastici submitti possunt per suos superiores statutis Laicorum editis pro bono publico, quod tamen intellige, & declara, ut per Emerix jun. *decis.* 1154. *et decis.* 1222.

70 Licet contractus ab Ecelesia gestus fuerit absque beneplacito, tamen pecuniæ sunt restituendæ, quoties istæ probantur versæ in Ecclesiæ utilitarem Mantiss. ad De Luc. *lib.* 5. *decis.* 23. *n. pr. et decis.* 24. *n. pr. vol. pr.* Quod tamen intellige, & declara, ut *dict. decis.* 23. *et* 24. *et decis.* 25. *et* 26. Et vide Pelm. nep. *alleg.* 386. *n.* 10. *tom.* 3.

71 Ecclesia contrahens nulliter, vel absque beneplacito, habet electionem, an contractui stare velit,

vel

vel non Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 7. *deciſ.* 27. *nu.* 3. *vol. prim.* Poſtquam vero fuit interpellata, & ei præfixus terminus ad deliberandum, ſi non declaret, perdit electionem, & optionem, *ibidem nu.* 4. Et vide Bertachin. *vot.* 154. *n.* 5.

72 In Locatione eccleſiæ, quæ exeedit triennium, enm ſit perpetua, requiritur beneplacitum Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 7. *deciſ.* 28. *n.* 3. *vol. pr.*

73 Eccleſiæ collegialitas ex quibus deſumatur Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 12. *deciſ.* 1. *a n. pr. vol.* 2. *et deciſ.* 2. *eod. lib.* 12. ubi quod eſt concludenter probanda, quando eſt fundamentum gratiæ. De Luc. *de Præem. diſc.* 8. *& diſc.* 51. Vide *ſupr. n.* 4.

74 Collegialitas, & Parochialitas in eadem Eccleſia ſunt compatibiles Mantiſſ. *lib.* 12. *deciſ. pr. num.* 17. *et deciſ.* 2. *n.* 10. *vol.* 2.

75 Ex quibus probetur, quod Eccleſia matrix ſit Mantiſs. *deciſ.* 31. *n n. pr. lib.* 12. *vol.* 2. vide ſupra *n.* 6.

76 Una Eccleſia parochialis nequit duobus Parochus eſſe ſubjecta Mantiſs. ad De Luc. *lib.* 12. *deciſ.* 31. *n.* 19. *et ſeqq. vol.* 2.

77 Non repugnat Juri dari in Eccleſia plores curatos apud quos inſolidum Cura reſideat Mantiſſ. *loc. cit. n.* 22. Exigitur tamen, vel quod adſit Tertius, penes, quem reſideat cura habitualis, vel quod omnes illi, qui ſe prætendunt Parochos, ſe habeant per modum unius per quamdam collegialitatem; Unde ſi unus ſit infeior, alter ſuperior, concludendum, quod iſte habeat jus habituale, alter verò actuale *ibidem num.* 31.

78 Omnes Eccleſiæ exiſtentes in ſæculari Diœceſi ſæculares, non autem regulares præſumuntur Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 3. *deciſ.* 3. *n. pr. et deciſ.* 5. *n.* 4. *vol. pr. et deciſ.* 11. *n.* 17. *et deciſ.* 12. *n.* 12. *eiſd. libr. et vol.*

Ex quibus probetur regularitas Eccleſiæ Mantiſſ. *loc. cit. deciſ.* 3. *et deciſ.* 11. *et deciſ.* 12. Rot. coram Carill. *deciſ.* 224. *num.* 10. Rot. *rec. part.* 16. *deciſ.* 93. *n.* 20.

79 De authoritate Epiſcopi circa Eccleſiam cathedralem regularem Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 3. *deciſ.* 24. *vol.* 1. & vide *in Indic. verb. Epiſcopus et Juriſdictio* Lott. *de re beneſ. lib.* 1. *q.* 18.

80 Lite vertente ſuper ſæcularitate, vel regularitate eccleſiæ debet Judex adiri, nec poteſt Epiſcopus ſibimet Jus dicere Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 3. *deciſ.* 10. *num.* 7.

81 Eccleſia eſt omnium Civium receptitia Mantiſſ. ad ornat. De Luc. *libr.* 13. *deciſ.* 6. *n* 12. *vol.* 4. De Luc. *de Jurepatr. diſc.* 16. *nu.* 5.

82 Miniſtri Eccleſiæ non poſſunt efformare obſervantiam ipſi Eccleſiæ præjudicialem, recipiendo minorem penſionem, quàm debetur Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 13. *deciſ.* 48. *n.* 4. *vol.* 4.

83 Eccleſia poteſt, omiſſis proximioribus, extraneos inveſtire, quando extraneus offert meliorem conditionem Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 4. *deciſ.* 12. *nu.* 26. *vol.* 3. Fulgin. *de Emphyt. tit. de Renov. q.* 1. *nu.* 53. *et* 54.

84 Ad Eccleſiam parochialem tantùm ſpectabat de Jure antiquo Jus ſepeliendi Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 14. *deciſ.* 7. *n.* 15. *vol.* 4. ubi plura ad rem, & quid in Eccleſiis regularium.

85 Eccleſiaſtica perſona præſumitur abhorruiſſe illegitimos, & deſcendentes ab eis Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 13. *deciſ.* 17. *n.* 15. *vol.* 4. Spad. *conſ.* 24. *nu.* 26. *lib.* 2.

86 Eccleſiaſtica qualitas eſt nobilior Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *libr.* 13. *dec.* 33. *n.* 1. *vol.* 4. Ciarl. *contr.* 116. *n.* 12.

87 Eccleſia, Campanilis, & Hoſpitale ſunt ſigna dubia ad cognoſcendam eccleſiaſticitatem Mantiſſ. *loc. cit. deciſ.* 33. *n.* 20. Palm. nep. *deciſ.* 196. *num.* 17. *tom.* 2. Franch. de Cathedr. *cap.* 25. *a n.* 185.

88 Eccleſiaſtici non ligantur ſtatutis Laicorum Mantiſſ. *loc. cit. lib.* 16. *deciſ.* 3. *nu.* 16. *vol.* 4. De Luc. *de Dot. diſc.* 22. *a n.* 2. Bich. *dec.* 251. Celſ. *dec.* 258.

89 Poſſunt tamen uti ſtatutis ſæcularibus per modum privilegii *dict. lib.* 16. *deciſ.* 4. *n.* 14. *deciſ.* 5. *nu.* 13. *&* 16. *vol.* 4. Vide Palm. nep. *deciſ.* 199. *nu.* 58. *&* 59. *tom.* 2.

90 Eccleſiaſticæ perſonæ non ſemper aſſiſtunt parlamentis, uti eccleſiaſticæ, ſed uti habentes temporalem juriſdictionem Mantiſſ. *dict. lib.* 16. *deciſ.* 4. *n.* 7. *& deciſ.* 5. *nu.* 10. *vol.* 4. Del Bene *de Parlam. dub.* 22. *n.* 1. *in fin.*

91 Eccleſiæ inferiores, earumque Prælati an hodie concedere valeant feuda vera, & propria Card. De Luc. *Annot. ad diſc.* 7. *de Feud. ſub nu.* 2. *& ſeqq. & diſc.* 54. *circa fin.* Et an ſubjaceant præciſæ obſervantiæ conſuetudinum feudalium De Luc. *de Feud. diſc.* 71. *ſub num.* 8. *verſ. licet & in ſum. n.* 92. *& n.* 362.

92 Caſtra, & Jura etiam Regalia donata Eccleſiis per Principes evadunt bona eccleſiaſtica De Luc. *de Regal. diſc.* 131. *n.* 3. *&* 7. ubi hoc declaratur, Neque poſſunt per Principes revocari Idem *dict. diſc.* 131. *num.* 6.

93 Jus privativum vendendi bona, quæ vendi ſolent occaſione ſolemnitatis in aliqua eccleſia, ad Eccleſiam ſpectat De Luc. *de Regalibus diſc.* 135. *n.* 8.

Et de Jure privativo vendendi in platea, vel area exiſtente ante Eccleſiam De Luc. *ibidem n.* 2. Antonin. *libr.* 1. *cap.* 74.

94 Hæreditas relicta Canonicis, & Capitulo contemplatione Eccleſiæ non perſonæ cedere debet ad commodum nedum Canonicorum, ſed aliorum etiam Clericorum inſervientium. Caſtald. *conſult.* 193. *n.* 4. *fol.* 146. Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 4.

95 Eccleſia ſuam immunitatem non communicat Colonis. Caſtald. *conſult.* 225. *n.* 4. *fol.* 281. Theſaur. *deciſ.* 116. *& ibi* Add.

96 Eccleſia eſt capax Emphyteuſis ad quoſcumque hæredes tranſitoriæ, ejuſque bona poſſunt relaxari abſque caducitatis incurſu. Caſtald. *conſult.* 235. *nu.* 4. *fol.* 310. *conſult.* 243. *nu.* 15. *fol.* 337. Rot. *rec. p.* 1. *deciſ.* 26. *&* 280.

97 Eccleſia æquiparatur Reipublicæ, Univerſitati, & minoribus Caſtald. *conſult.* 235. *nu.* 13. Duran. *deciſ.* 401. *n.* 15.

98 Eccleſia poteſt alienare bona ſterilia ſine beneplacito. Caſtald. *conſult.* 242. *n.* 5. *fol.* 333. Otthob. *deciſ.* 210. *ſub n.* 1.

99 Legatum relictum Superiori Eccleſiæ, ejus intuitu, non Eccleſiæ contemplatione relictum cenſetur. Caſtald. *conſult.* 243. *n. fin. fol.* 337. Mantic. *de conject. libr.* 8. *tit.* 16. *n.* 4.

100 Eccleſiæ adminiſtratores contraveniendo præceptis teſtatoris faciunt illam incidere incommiſſum Caſtald. *conſult.* 292. *n.* 7. *fol.* 508 Menoch. *conſ.* 78. *nu.* 20. Ruin. *conſ.* 27. *n.* 7. *vol.* 2.

Quod fortius procedit, quando ipſis Adminiſtratoribus fuit onus injunctum Caſtald. *ibid. n.* 8. *fol.* 80. Surd. *dec.* 101. *n.* 6.

Et hoc caſu reſtitutio in integrum Eccleſiæ non conceditur Caſtald. *ibid. n.* 9. *fol* 509. Thomat. *deciſ.* 201. *n.* 32. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 585. *n.* 2.

101 Unuſquiſque poteſt ædificare Eccleſiam in ſuo loco novam, etiàm reluctante Epiſcopo, vel Parocho Bertach. *Vot.* 64. *per tot.* Sed vide Emerix. jun. *dec.* 1243. *n.* 2. *&* 3.

102 Legatum quando dicatur relictum Eccleſiæ, vel potiùs illius Canonicis. Bertach. *Vot.* 102. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 697. *n.* 16.

103 Eccleſia quando dicatur receptitia, & quando valeat conſuetudo in ea inſerviendi gratis, priuſquam participetur de Meſſa communi Bertach. *Vot.* 193. *per tot.* De Luc. *de Canon. diſc.* 17.

104 Eccleſia non privat quem ſua ſepultura, niſi in caſibus à Jure diſpoſitis Palm. nep. *deciſ.* 450. *nu.* 18. *Tom.* 5. ad text. *in cap. ſacris de ſepult.* ubi Gonzal. *n.* 6.

105 Eccleſiæ præjuditium eſt habere plures patronos. Palma nep. *alleg.* 159. *n.* 34. *&* 43. *Tom.* 2. Ex Dec. *conſ.* 149. *n.* 4.

106 Eccleſiæ in præjuditium patronorum numerus augeri non poteſt Palma nepos *alleg.* 163. *n.* 33. *tom.* 2. Ex Dec. *dic. conſ.* 249. *n.* 4.

107 Eccleſia ex quadam obligatione antidotali tenetur benefacere perſonis, quæ eidem benefecerunt Palma nepos *alleg.* 164. *nu.* 4. *tom.* 2. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 54. *n.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 5. *nu.* 4.

108 Eccleſia habet regreſſum ad bona nulliter alienata,

hoc

hoc est absque solemnitatibus Palma nepos *dec.* 5. *n.* 8. Rot. *dec.* 336. *n.* 26. *part.* 10. *rec.*

109 Ecclesis, & Palatium Principia æquiparantur Palma nepos *dec.* 60. *num.* 27. *tom. pr.*

110 Ecclesia in concessione emphyteotica censetur se voluisse conformare cum dispositione textus *in §. Emphyteusim, Auth. de non alien. bonis Ecclesiæ* Palma nepos *decis.* 136. *n.* 21. *tom.* 2.

111 Ecclesia non potest constituere specialem hypothecam absque beneplacito Palma nepos *dec.* 150. *n.* 8. Bicch. *dec.* 502. *n.* 15.

112 Item nec censum imponere super suis bonis Palma nepos *ibidem n.* 9. Bich. *dec.* 144. & 502.

113 Ecclesia pro legatis piis non potest convenire hæredem etiam purum ultrà vires Palma nepos *decis.* 164. *num.* 45. Conciol. *ad Stat. Eug. lib.* 2. *rub.* 34. *num.* 21.

Contrà de veriori Palma nepos *n.* 46. Rosis *part. pr. cap.* 17. *n.* 99.

114 Ecclesia vigore consuetodinis immemorabilis etiam invita cogitur ad renovandum Palma nepos *decis.* 388. *n.* 23. Rot. *dec.* 28. *n.* 9. penes Salgad.

Ecclesia non tenetur ad renovationem, quando devolutio fuit secuta culpa Emphyteutæ Palma nepos *decis.* 188. *n.* 57. De Luc. *de Emphyt. disc.* 12. *nu.* 10. 11.

115 Ecclesia non potest se subiicere oneribus laicalibus Palma nepos *dec.* 196. *n.* 19. Rot. *dec.* 279. *nu.* 56. *part.* 16. *rec.*

116 Ecclesia tenetur imputare in sortem usuras indebitè receptas Palma nepos *alleg.* 205. *nu.* 21. Bich. *dec.* 74. *n.* 19.

117 Ecclesia in iis, in quibus non est in jure specialitèr privilegiata, judicari debet ad instar privati, & secundum regulas Juris communis Palma nepos *dec.* 376. *n.* 78. Castald. *consul.* 78. *n.* 5. 6.

118 Ecclesia est cultrix æquitatis, & non debet locupletari cum alterius jactura Palma nepos *dec.* 376. *nu.* 79. Cer. *dec.* 2. 51. 99.

119 Ecclesia, & manus mortua vigore Bonifacianæ, & Paulinæ sunt adeò incapaces emphyteusis, ut nullo umquam tempore, & ad nullum effectum da pretio participare possint, & de ratione Palma nep. *dec.* 376. *n.* 83. 84. 85. Maresc. *lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 20. *var. resol*

Ecclesia, vel manus mortua nullo modo est capax emphyteusis, nec etiam pretii, vel æstimationis, ob prohibitionem Paulinæ, & quidem nec indirectè Palma nepos *decis.* 377. *n.* 27. 30. 42.

120 Ecclesia habet hypothecam in bonis Prælati, seu Rectoris a die susceptæ Prælaturæ, sicuti uxor pro sua dote in bonis mariti. Palma nepos *dec.* 388. *n.* 25. Barbos. *vot.* 82. *n.* 79. *lib.* 3.

Et talis hypotheca competit Ecclesiæ, cum qualitate, & prærogativa prælationis Palma nepos *ibid. num.* 16.

121 Ecclesiæ licèt sit favendum, id tamen non est faciendum cum alterius damno Palma nepos *decis.* 318. *n.* 16.

122 Ecclesiæ Missarum onera perpetua quomodo debeant acceptare De Luc. *de Don. disc.* 24. *n.* 6.

123 Ecclesiæ onus acceptatum explere tenentur de proprio, licèt diminuantur bona assignata. De Luc. *de Donat. disc.* 54. *n.* 5. *Miscel. disc.* 33. *n.* 5.

124 Quid Ecclesiæ differant ab Oratoriis privatis De Luc. *Miscell. disc. pr. nu.* 33.

125 Ecclesiæ Recognitionem bonæ fidei factam à Prælato servare tenentur De Luc. *de Don. disc.* 28. *n.* 12. Rot. *dec.* 39. & 89. *p.* 7. *rec.*

Ecclesiæ Aequitatem servare debent De Luc. *de Alien. disc.* 4. *n.* 11.

Et in litibus debent benignè se gerere De Luc. *de Cred. disc.* 138. *n.* 9.

Præsertim cum Filiis, vel conjunctis disponentium De Luc. *de Testam. disc.* 40. *n.* 15.

126 Ecclesiæ bona Religionum incapacium dicuntur de dominio Ecclesiæ Universalis De Luc. *de alien. disc.* 19. *n.* 6.

127 Ecclesiæ Antiquiores sunt magis privilegiatæ De Luc. *Miscell. disc.* 32. *n.* 13. *de præeminen. disc.* 24. & 25.

Digniores tamen sunt præferendæ De Luc. *n.* 14. & 15. *ibid.*

Ecclesiæ tenentur de actione de in rem verso ne 128
locupletentur cum aliena jactura De Luc. *de Alien. disc.* 11. *n.* 15.

Ecclesiæ Regulandæ veniunt jure Pupilli contra ad- 129
ministratores De Luc. *de Tutor. disc.* 5. *n.* 2. & *de credit. disc.* 39.

Ecclesiæ prohibere quando possint celebrationem 130
ejusdem solemnitatis De Luc. *Miscell. disc.* 32. *ex. num.* 5.

Hypothecam habent contra œconomi bona De 131
Luc. *de Credit. discur.* 39. *n.* 7. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *q.* 2. *n.* 28. & *q.* 12. *n.* 13. 33.

Ecclesiæ evictionem consequuntur absque denun- 132
ciatione accedente litis scientia De Luc. *de Credit. disc.* 71. *n.* 5. Cavaler. *dec.* 311. *n.* 6. 7.

Voluntatem minus solemnem an impugnare pos- 133
sint De Luc. *de Test. disc.* 21. *n.* 5.

Regulantur activè, & passivè cum sola veritate 134
naturali De Luc. *de Test. disc.* 21. *n.* 3.

Melioramenta in earum bonis facta per Beneficia- 135
tum, cujus commodo cedant De Luc. *de Legit. disc.* 35. *n. pr. in fine.*

Plura de Ecclesia Metropolitana De Luc. *Miscell.* 136
disc. pr. n. 28. *disc.* 52. *de jurisdic. disc.* 96. *n.* 19. *disc.* 97. *n.* 18. *de Præem. disc. pr. n.* 16. & 17.

Ecclesia patronata nequit in Collegiatam erigi si- 137
ne patroni consensu De Luc. *de Jurep. disc.* 66. *n.* 21. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 95.

Ecclesia patronata non præsumitur, sed potiùs li- 138
bera De Luc. *de Jurepat. disc.* 57. *n.* 5. quod amplia, ut *ibid. n.* 6.

Ecclesia patronata ornanda, & restauranda est per 139
patronum De Luc. *de Jurep. disc.* 52. *n.* 12. & invito patrono non potest ab aliis ornari *ibid.* & *Miscell. disc.* 30. *n.* 20.

Ecclesia patronata libertatem acquirit patrono si- 140
moniam committente in translatione Jurispatronatus De Luc. *de Jurep. disc.* 56. *num.* 18. declara tamen, ut *ibid.*

Quid ubi patroni bona confiscentur De Luc. *de* 141
Jurep. disc. 38. *a n.* 4. *et* 5. ubi hoc declaratur.

Ecclesia Regularis esse non potest patronàta absq; 142
privilegio Apostolico in limine fundationis De Luc. *de Jurep. disc.* 55. *n.* 14. ubi hoc declaratur.

Ecclesia quando efficiatur patronata constructio- 143
ne, vel dotatione De Luc. *de Jurep. disc.* 10. *n.* 11. *disc.* 55. *a n.* 2. *et* 16. *disc.* 69. *n.* 11. *et* 12. *Miscell. disc.* 30. *n.* 20.

Ecclesia Monasterii Regularis dicitur per necesse 144
collegiata De Luc. *de Benef. disc.* 63. *num.* 3. Rot. *dec.* 140. *n.* 9. *p.* 7. *rec.*

Ecclesia principalis, si fuerit regularis, ejus quo- 145
que membra ejusdem naturæ esse censentur De Luc. *de Benef. disc.* 63. *n.* 11. ubi hoc declarator.

Ecclesia Regularis diversa est a beneficiis in ea exi- 146
stentibus, quæ possunt esse sæcularia De Luc. *de Benef. disc.* 63. *n.* 4. *de Paroc. disc.* 21. *n.* 4. Lotter. *de re benef. lib. pr. quæst.* 34. *à n.* 71.

Ecclesia Regularis non subjacet visitationi Diœ- 147
cesani De Luc. *de Regal. disc. pr. a n.* 22. ubi hoc declaratur.

Ecclesia succedit de Jure in bonis Clerici intuitu 148
Ecclesiæ quæsitis De Luc. *de Benef. disc.* 81. *num.* 3. *disc.* 82. *n.* 2. 4. *et* 15. *disc.* 100. *nu.* 5. *et* 23. *Annot. ad Concil. disc.* 42.

Ecclesia Universalis dicitur Ecclesia Romana, & 149
de ratione De Luc. *de Benef. disc.* 21. *n.* 6. Applicari sibi solet bona, & Jura Ecclesiarum inferiorum. De Luc. *de Feud. disc.* 128. *n.* 18. Quam potestatem transfuserit in Collegium Cardinalium De Luc. *Relat. Cur. disc.* 3. *n.* 37. repræsentari solet per Concilium generale De Luc. *d. disc.* 3. *nu.* 36. an certam habeat Ecclesiam materialem De Luc. *de Præem. in sum. n.* 6. Plura alia Fagnan. *sup. Decret. in Indic. verb. Ecclesia Romana & universalis.*

Sub nomine Ecclesiasticorum an veniant Mulieres 150
emittentes professionem retractabilem in aliqua domo pia De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 34. *n.* 12.

Ecclesia incepta ob aliquem construi an debeat ab 151
eodem

eodem etiam invito perfici & dotari De Luc. *Miſcell. diſc.* 30. *n.* 11 *et ſeq.* amplia, *ut ibid.* & vide Franceſ. *de Catedr.* 16. *n.* 277.

152 Ecclelia quid ſit Fagnan. *in cap. reſponſo de ſent. excom.*

153 Eccleſia minor in præjuditium Papæ de libertate compromittere non poteſt Fagnan. *in cap. cum tempore nu. pr. et* 6. *de arbitris* quod tamen declara, ut *ibid.*

154 Eccleſia Græca ab Eccleſia Latina diſcrepare non poteſt in eſſentialibus Sacramentorum Fagnan. *in cap. cum veniſſet n.* 25. *de Sacram. Unction.*

155 Eccleſiaſtica poteſtas lege Evangelica à Chriſto ſupernaturaliter conſtituta eſt Fagnan. *in cap. Eccleſia S. Mariæ n.* 13. *et Conſt.*

§. ÆDIFICARE III.

1 ÆDificare quilibet poteſt in ſuo, & domum ſuam uſque ad Celum ſi poſſibile eſſet elevare etiamſi per mille annos ſtetiſſet depreſſa, vel non ædificata, ac etiamſi per talem elevationem officiatur luminibus vicini, imò licèt in totum obſcurarentur, niſi ſit debita ſervitus in contrarium, vel niſi ædes vicini reciperent lumen ex publico, vel niſi obſtaret ſtatutum, vel conſuetudo, vel niſi agatur de ædificando ſuper re communi, vel niſi fiat ad æmulationem, & animo nocendi, vel niſi agatur de tollendo lumine ſcalæ, ſive de ſavore agriculturæ, ſive de domo alteri legata, quia his caſibus non poſſet luminibus vicini ædificando præjudicari ſaltem in totum, ut latè juribus, & auctoritatibus probat Duen. *reg.* 33. *per tot.* Soctin. *reg.* 137. Tuſch. *litt. E. concl.* 36. Urceol. *conſult. for. cap.* 75. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2041. 2219. & 3468. Boer. *deciſ.* 320. *n.* 6. *et ſeqq. per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 576. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 55. *per tot.* ubi omnes dictas ampliationes, & limitationes plures alias addendo, ac etiam de aliis operibus loquendo, latè probat, *et nu.* 64. quòd nihil fieri poteſt in præjudicium loci publici, cum favore publico cenſeatur ipſo jure inducta ſervitus altiùs non tollendi, Rovit. *et add. deciſ.* 92. de quibus omnibus latè, De Luc. *in verb. ædificare in ejus Indice general.* Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat.* 25. *ſub n. pr.* Gob. *conſult. deciſ.* 132. *n. pr.* Manſ. *conſult.* 476. *nu. pr.* Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 14. *deciſ.* 3. *n. pr. vol.* 2. Emerix jun. *dec.* 326. *n.* 2. *deciſ.* 339. *n.* 3.

Quòd quilibet poſſit in ſuo ædificare etiam cum damno vicini, quando fit ad propriam utilitatem, & commodum, non ad æmulationem, & invidiam, & non eſt debita ſervitus in contrarium, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 29. *per tot.* Cavalet. *deciſ.* 188. *per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 29. *num.* 7. *etc.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 572. *n.* 53. *cap.* 658. *n.* 22. plenè Rot. *in Gerunden. altius non tollendi* 24. *Novemb.* 1636. coram Coccino penes Zacch. *quæſt. medic. leg. tom.* 2. *deciſ.* 74. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 55. *per tot.* Vivi. *com. opin.* 234. dixi *in meis reſol. cap.* 15. *per tot.* & ſecundùm ibi ſcripta fuit judicatum, *et in pract.* §. *Ædificare n.* 2. *etc. infra nu.* 12. Rot. *part.* 17. *rec. deciſ.* 61. *per tot.* ubi quòd unicuique licitum eſt in ſuo ædificare etiam cum damno vicini, niſi obſtet ſervitus, vel æmulatio, *et part.* 19. *deciſ.* 272. *per tot.* ubi licèt impediatur Sol, ventus, aſpectus Maris & hujuſmodi Conciol. & Romaguet. *ad Stat. Eugub. lib* 9. *rub.* 32. *et* 34. *per tot.* & latè Andreol. *controv.* 295. *per tot.* De Luc. *de ſervit. diſc.* 2. *n.* 9. *et ſeqq.* Manſ. *d. n. pr.* Cabrun. *dict. lucub.* 25. *num.* 4. *et* Mantiſſ. *loc. cit. n.* 2. ubi hoc ampliat Emerix jun. *deciſ.* 377. *num.* 4. Rocc. Epiſc. *c.* 163. *n.* 35. *c.* 174. *n.* 21.

2 Aedificare licèt, & altiùs tollere appodiando muro communi, & quatenus communis non eſſet, ſolvendo apodium, vel partem muri (intelligendo quando agitur de muro ad id apto, & deſtinato) etiamſi per hujuſmodi elevationem claudatur feneſtra vicini, dũmodò nõ ſit debita ſervitus altiùs nõ tollendi, & nõ fiat ad æmulationem, pulchrè videndus Duran. *deciſ.* 450. *n. pr.* & *per tot.* quem aliàs ſequutus ſum *in d. cap.* 15. *num.* 24. & *in pract. d.* §. *Ædificare nu.* 2. Felic. *de ſociet. c.* 28. *num.* 21. & *ſeqq.* latè Sperel. *deciſ.* 55. *per tot.* Tuſch. *litt. E. concl.* 37. vide Gob. *conſult. dec.* 132. *n.* 2. & 23. Emerix jun. *deciſ.* 336. *num.* 5. *deciſ.* 339. *num.* 4.

Ædificari poteſt ſuper muro communi diviſorio, quando eſt ad id aptus à fundamentis, & eo poteſt etiam fieri caminus ad ignem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 572. *nu.* 47. &c. Tuſch. *d. concl.* 37. Borgn. *deciſ.* 55. *num.* 14. Franciſc. Maria Pecch. *tract. de Aquæduct. cap.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 58. & *ſeqq.* Quoad caminum vide Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 54. & *ſeqq.* & *deciſ.* 57. *num.* 53. ubi contra, ſed concorda ut ibi per eum, De muro diviſorio vide De Luc. *de ſervit. diſc.* 6. *num.* 3. & *diſc.* 7. *nu.* 4. Vide Emerix jun. *loc. cit.* 3

Quæ fieri poſſint, vel non in muro alieno, propinquo, vel communi, & alia ad rem, Conciol. & Romaguer. *ſtat. Eugub. lib.* 5. *rub.* 32 *per tot.* & *rub.* 36. ubi de neceſſario, vel latrina, & dixi in §. *Paries*.

Poteſt enim vicinus, & ſocius uti muro communi ad uſum deſtinatum, & non aliter, Magon. *deciſ. Flor.* 46. *nu.* 6. Theſ. *deciſ.* 41. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 54. 55. 56. & 57. *per tot.* ubi pleniſſimè Card. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 37. dixi *in reſol. cap.* 15. *per tot.* & *in pract.* §. *Ædificare numer.* 4. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 210. *per tot. vol.* 1. ubi reaſſumit doctrinam Theſ. *d. deciſ.* 41. Illumque in omnibus, & per omnia ſequitur Sanfelic. *deciſ.* 188. Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 50. & *deciſ.* 113. *per tot. in eadem cauſa*, ubi plura pro ſuſtinendo ædificato, De Luc. *de ſervit. diſc.* 4. *n.* 2. 4. & *ſeqq.* & *loc. ſuprà cit.*

Ædificari poteſt ſuper pariete, vel propè parietem diviſorium, vel aliàs communem, etiam nullo relicto ſpatio ſecundum *l. fin. ff. fin. regund.* quando non nocet, nec veriſimiliter nocere poteſt vicino, aliàs ſecùs, vide Theſ. *deciſ.* 115. Simon. de Præt. *conſ.* 73. *nu.* 21. Merend. *contr. jur. lib.* 7. *cap.* 37. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 46. *n.* 8. 4

Qualiter ædificium debeat diſtare ab ædificio per unum, vel duos pedes, juxta *d. l. fin.* Ricc. *Collect.* 3980. vide *in* §. *Lex num.* 16. Sanfelic. *dec.* 188. Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubrat.* 3. *num.* 2. Emerix jun. *deciſ.* 377. *nu.* 3. Palm. nep. *alleg.* 261. 262. 263. & 264. *tom.* 3. Rocc. Epiſc. *cap.* 163. & *cap.* 174.

Quando paries, ſivè murus dicatur aptus, & deſtinatus ad ædificandum, quomodo cognoſcatur, vel potius ſimplex diviſorius, vide *in* §. *Paries n. pr.* &c. *in reſol. cap.* 15. *n.* 19. & *ſeqq.* quem locum refert, & ſequitur Urceol. *conſult. for. cap.* 30. *nu.* 28. De Luc. *de Servit. dict. diſc.* 6.

Ædificari non poteſt in re communi, quando ædificans intendit ædificatum fore ſuum, ſi autem velit eſſe commune ſicut pars inferior poteſt, Magon. *deciſ. Flor.* 46. *num.* 9. ubi tamen quòd non vindicat ſibi locum, quando nocet ſocio, cujus damno ſubmoto nihil prohibet etiam illo invito aliquid facere, veluti pingere, incruſtare, ſcalas muro appodiare, & ſimilia; tria enim ſunt, quæ permittunt in re communi invito ſocio ædificare, nempè pactum, patientia, & natura rei, Magon. *loc. cit. nu.* 10. & 11. dixi *in d. cap.* 15. *n.* 22. & *ſeqq.* Ricc. *Collect.* 3981. ubi firmat concluſionem in pariete communi non eſſe licitum aliquid facere in damnum vicini, ex qua infert ad plura notabilia. Vide Bertachin. *vot.* 10. *per tot.* Domin. meum Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 3. *n.* 7. 5

Licere in muro communi ædificare ad ſui utilitatem principaliter, etſi vicino deindè noceat, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 14. & videndus latè Sperel. *deciſ.* 56. *per tot.* Tuſch. *litt. E. concluſ.* 37. *per tot.* Cui autem cedat ædificatum in ſolo communi, Duran. *deciſ.* 450. *num.* 14. & 15. Rot. *part. pr. diverſ. deciſ.* 275. & *part.* 18. *recent. tom. pr. deciſ.* 27. *num.* 59. & *ſeqq.*

Quòd liceat in muro communi aperire portam, vel feneſtram, ſi ſocio nullum damnum afferatur, & facienti magnum commodum reſultet, quidquid teneant aliqui, latè probat, & objectis ſatisfacit Altograd. *conſil.* 100. *num.* 41. &c. *lib. pr.* & hoc quidem jure ſocietatis, & non jure ſervitutis, quæ non datur

socio in re communi, quod est æquivocum, in quo se fundant sectatores contrariæ opinionis, sed hoc benè resolvit Altograd. *loc. citat.* ubi tamen *num.* 78. *&c.* quòd spectat ad facientem probare, non resultare in damnum socii, & hoc idem ego probavi *in meis resolut. cap.* 15. *num.* 7. 8. *&* 9. per doctrinam Castr. *in leg. cos pen. de servit. Urb. præd.* Cæpol. *de servit. Urb. præd. cap.* 62. *num.* 4. *de fenestra.* Gob. *consult. dec.* 13. *nu.* 3. *&* 23.

Quòd tamen ad aperiendam, sive faciendam portam in muro proprio versus fundum vicini, in quo faciens nullam partem soli habeat, non esse permissum, nisi fieret cum obligatione illam semper apertam tenendi, probavi *in dict. resolut. cap.* 79. *num.* 1. *& seqq. per tot.* nec dissentire videtur in his terminis Altograd. *dict. consult.* 100. *num.* 87. *&c.*

6 Ædificari non potest in re communi invito socio, quia cujus solum est, ejus debet esse usque ad Cœlum, & in re communi melior est conditio prohibentis, *leg. Sabinus, ff. com. divid.* Magon. *decis. Florent.* 46. *num.* 3. 4. *&* 5. *decis.* 55. *num.* 7. *& num.* 35. *& seqq.* Altograd. *cons.* 100. *num.* 38. *et* 39. *lib.* 1. Intellige quando agitur de re non apta, nec destinata ad ædificandum, aliàs secus ut supra.

7 Ædificans de proprio in reparationem rei communis monito prius, ac interpellato socio ad concurrendum pro rata expensæ, potest ad sumptum pro illa rata agere contra socium, qui super quatuor menses fuerit contumax, & recusaverit dictos sumptus pro rata sua restituere, reficiens de proprio acquirit sibi dominium totius ædificii, *leg. si ut proponit. C. de ædif. privat. leg. si fratres §. idem respondit ff. pro socio, & facit l. ad curatoris §. domum ff. de dam. infect.* Cæpol. *de servit. Urb. præd. cap.* 59. *num.* 4. *& num.* 123. Ducn. *reg.* 152. *limit.* 11. Felic. *de societ. cap.* 67. *num.* 21. Sperel. *decis.* 56. *num.* 30. *& seqq.* vide alios in *§. Paries num.* Thesaur. *decis.* 41. *num.* 3. Vide Fagnan. *in cap. requisivit n.* 25. *de in integr. restitut.*

Conclusionem indicatam de ædificio communi ab uno ex sociis de proprio refecto, & reparato, benè probant Perez. *ad tit. C. de ædif. privat. n.* 2. & Antunes. Portugal. *de donat. Reg. lib* 3. *cap.* 39 *n.* 5.

Quod pariete communi alterius sumptibus refecto, vel elevato, possit etiam alter eo potiri, sumptibus pro rata refusis, & alia ad rem, Costa *de ratione ruta quæst.* 50. *per tot.*

8 Ædificari potest nedum in proprio, sed etiam in alieno, & quando ædificanti prodest, alteri non nocet, *leg.* 2. *§. item varus, ubi DD. ff. de aq. plu. arcend.* Gratian. *discept. forens. cap.* 541. *num* 8. *&* 9. Altograd. *cons.* 100. *num.* 43. *lib. pr.* ubi propterea infert tanto magis hoc procedere inter socios in re communi, & dixi *in resol. cap.* 15. *n.* 25. *et* 26. adde Tepat. *var. sent. tit.* 576. Surd. *decis.* 168. *nu.* 8. qui ampliat, etiamsi fiat in loco publico. Cephal. *cons.* 702., qui ampliat etiam contra Ecclesiam. Dominus meus Advocatus Cabrun. *lucubr.* 3. *n.* 6.

Quæ quidem conclusio nimis generalis videtur intelligenda ubi agitur de magno commodo ædificantis, & de reficiendo opere destructo, quod erat in alieno naturale, vel quasi, vel manufactum jure servitutis, aliàs secus, ut declarat Paul. de Cast. *in dict. §. item varus num.* 2. Bart. *in leg.* 2. *in princip. sub n.* 13. *vers. secundo casu ff. solut. matr.* Sperel. *decis.* 57. *nu.* 29. *et* 30. vide Tusch. *litt.* P. *concl.* 863. *per totam*, vide Brunneman. *in dict. leg.* 2.

9 Ædificium super pariete, vel solo alieno constructum, cum cedat solo, potest propria auctoritate demoliri à Domino soli, & si murus inferior sit communis, ædificium quoque erit commune, Cæpol. *de servit. Urb. præd. cap.* 40. *de pariete.* Surd. *dec.* 168. Ricc. *Collect.* 3982. Quod illicitè, vel contra formam pacti, statuti, vel consuetudinis constructum sit demoliendum, Gratian. *discept.* 957. *n.* 43. *etc.* Magon. *decis. Flor.* 46 *nu.* 5. Sperel. *dec.* 56. *nu.* 18. *&c.*

Regulariter enim non potest vicinus quidquam facere, immittere, vel projicere in fundum vicini illo invito, *leg. hoc quod dictum ff. de servit. Urb. præd. l. sed si inter eod. tit. leg. quemadmodum §. si pro certo ff. ad leg. Aquil.* & latè ampliando, & limitando declarat videndus Sperel. *decis.* 57. *per totum ubi etiam num.* 15. *& seqq.* an sit licita demolitio propria auctoritate; de quo etiam Gratian. *cap.* 541. *n.* 6. Leoncil. *decis. Ferr. decis.* 46. *nu.* 2. Gob. *consult. decis.* 132. *in princ.* Ciarlin. *controvers. forens. cap.* 30. *num.* 28. Mant. *consult.* 476. Domin. meus Advocat. Cabrun. *lucubr.* 25. *n.* 7. Palm. nep. *alleg.* 136. *n.* 6. *vol.* 3.

Si tamen ageretur de magna, vel maxima demolitione, & ædificium magnam afferet ædificanti utilitatem, & modicum, vel nullum præjudicium vicino, ne aspectus urbis deformetur, quod publicè interest, non esset de facili concedenda, vel permittenda demolitio, sed potius condemnandus ædificans ad solvendam muri partem, ubi adest consuetudo, quod soluta muri parte liceat vicino superædificare, Surd. *decis.* 168. *num.* 5. *& per tot.* Magon. *decis. Luc.* 33. *num.* 20. Card. Tusch. *litt. E. conclus.* 32. *per tot.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 314. *num.* 37. *&c. & cap.* 541. *num.* 7. *& seqq.* dixi in *resol. dict. cap.* 15. *nu.* 24. *et* 25. *& in Pract. §. Ædificare, nu.* 6. Sperel. *decis.* 56. *num.* 29.

Quod ædificium factum contra legis prohibitionem sit diruendum, *leg. quicumque C. de oper. pub.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 78. *num.* 5.

Quod non liceat ædificare in loco publico sine Principis, & Civitatis licentia, & si fuerit ædificatum, si ædificium non afferat damnum non sit demoliendum, sed census super eo imponendus, ut jure directo publicum conseatur, & si præjudicium faciat sit demoliendum; & idem esse si ædificium factum in solo alieno privato sit valdè ædificanti, & nihil, vel parùm domino soli nocivum, ut non sit demoliendũ, ne ruinis Civitas deformetur, & alia Antunes. Portugal. *de don. Reg. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 39. *& seqq.* Anton. de Luc. ad Gratian. *disceptat.* 32. *num.* 8. *&c.* Romaguer. ad Conciol. *stat Eugub. lib.* 5. *rub.* 37. *n.* 9. *& seqq.* Gratian. *cap.* 541. *num.* 10. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 14. *decis.* 3. *n.* 6. *cum seqq. vol.* 2.

Quod domus non possint demoliri, ne Civitatis aspectus deformetur, & quando secus ex causa delicti, vel ut aspectus Civitatis pulchrior efficiatur, soluto pretio domino; quod non possint discooperiri, auferri cupi, & trabes, & etiam pro executione sententiæ, & dirutæ sint reficiendæ: quid si dominus non habeat possibilitatem reficiendi, & alia Conciol. & Romaguer. *d. rub.* 37. *per tot.* & benè etiam Portugal. *d. lib.* 3. *cap.* 39. *num.* 8. *& seqq.*

Ædificium constructum in solo alieno cum consensu, scientia, & patientia domini, maximè mutata forma rei, an privet Dominum possessione, & non sit demoliendum, & an hujusmodi tacita facultas, sivè permissio videatur concessa animo donandi, ita ut ædificans reddatur tutus à demolitione, Castr. *in l. si precario* 18. *ff. si com. præd.* Honded. *cons.* 84. *num.* 55. *libr.* 2. Surd. *cons.* 233. *num.* 19. *lib.* 2. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 314. *per tot. & cap.* 957. *nu.* 51. *& seqq.* Magon. *decis. Florent.* 46. *n.* 11. *&c.* Sperel. *decis.* 56. *num.* 18. ubi loquitur in re communi, & quòd saltem datur actio ad interesse, vel ad cautionem damni infecti, & quid in re aliena, idem Sperel. *decis.* 57. *per tot.* Tusch. *litt. E. conclus.* 32. *& seqq.* 10

Ædificans in alieno an videatur donare, & quid si habeat jus in re de presenti, vel de futuro, & an ipse, ut legatarius sub conditione, & similes, Gratian. *discep. for. cap.* 32. *per tot. cap.* 314. *num.* 38. *& cap.* 442. *num.* 28. *&c.* Soccin. *reg.* 151. ubi adducit septem limitationes, sive casus, in quibus ædificium non cedit solo, Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 32. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3607. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 216. *num.* 5. *et seqq. et decis.* 270. *n.* 12. *dict. part.* 12. Card. Tusch. *litt. E. concl.* 34. Costa *de facti scient. et ignorant. distinct.* 34. *per tot.* Sperel. *decis.* 57. *n.* 22. *et seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 269. *num.* 4. *et seqq. in Lucana domus* 28. *Novembris* 1661. ubi quòd possessio civilis, quæ erat penes alium, quoad solum, extenditur etiam, & prodast quoad domum superædificatam, licèt bona fide possidens, & ædificans non aliter sit cogendus ædificium restituere, quàm si sumptus in extructione erogatos, quatenus aedes pretiosior facta est, recipiat, *per text. in l. Paulus §. domus ff. de pig. et hypoth.* nisi melioramenta ex pacto devolvantur ad dominum directum, ut in casu dictæ decisionis, & 11

vide

vide *in §. Melioramenta*, vide Veg. *conſ.* 53. *n.* 36. *et ſeqq.*, ubi ad plura infert. Hodiern. ad Sur. *deciſ.* 168. Cyriac. *controverſ.* 672. Dominus meus Advoc. Cabrun. *lucubr.* 25. *a nu.* 28. De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 135. *num.* 21. Fagnan. *in cap. requiſivit num.* 23. 24. *&* 35. *de in integ. reſt.*

Quòd ædificans rem alienam, non acquirat illius dominium, ſed totum transferat in dominum rei ædificatæ, ac ideò non poſſit conſequi fructus rei ædificatæ, niſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis cum debitis requiſitis, & alia ad rem, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 323. *num.* 11. *& ſeqq.* vide *in §. Expenſ. n.* 12. Rot. *deciſ.* 165. *&* 166. poſt Cenſ. *de Cenſ.*

De conductore ædificante in re conducta, ad ſuam donec decinet, & poſtea domini utilitatem, ut non intelligatur donare, ſed repetat, Rot. *part.* 17. *deciſ.* 338.

12 Ædificare, vel facere quilibet poteſt in ſuo id, quod ſibi prodeſt, licèt alteri noceat, niſi obſtet ſervitus alteri debita, vel niſi fiat ad æmulationem, quæ licet non præſumatur, poteſt tamen conjecturis probari, ut quando non apparet de aliqua utilitate, vel neceſſitate facientis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 745. *num.* 33. *cap.* 752. *num.* 92. *cap.* 755. *num.* 4. *&* 5. *& cap.* 896. Duran. *deciſ.* 450. *num.* 8. *& ſeqq.* Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 27. *& per tot.* ubi quid facere poſſit vicinus in re propria, vel non, quid in re communi idem Sperel. *deciſ.* 56. *per tot.* & quid in re aliena *deciſ.* 57. *per tot.* ubi planè de his omnibus caſibus per regulas, ampliationes, & limitationes, *ſup. num.* 1. Ariſmin. Tepat. *verſ. ſent. tit.* 576. *per tot.* Rot. *part.* 19. *rec. deciſ.* 272. *per tot.* Ex quibus autem cognoſcatur animus nocendi vicino, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 23. *& ſeqq. per tot. de arbitr. caſ.* 156. *per tot.* ubi exemplificat in multis, & in Principe ædificante caſtrum propè confinia alterius Principis. Multa pro evitanda æmulatione, Magon. *deciſ. Luc.* 29. n. 13. *&c.* Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 75. *num.* 11. *et ſeqq. vol.* 2. Et quod debeat ab allegante probari, Duran. *dict. deciſ.* 450. *num.* 8. *et* 9. ubi etiam *num.* 3. quòd licet ædificare, etiamſi obſcurentur feneſtræ vicini, quando poteſt aliunde lumen habere, de quo videndus latè Sperel. *dict. deciſ.* 55. *per tot.* Urceol. *conſult. for. cap.* 71. *vol.* 2. De omnib. De Luc. *in Indice verb. ædificare*. Vide Gob. *conſult. deciſ.* 132. Ciarlin. *controverſ.* 30. Manſ. *conſult.* 476. Dom. Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 25. Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 14. *deciſ.* 3. *a n.* 3. *vol.* 2. Emerix jun. *deciſ.* 339. n. 5.

Quòd quis poſſit in ſuo ædificare, & facere quod ſibi placet, & prodeſt, licet alteri noceat, intellige etiam dummodò nihil alienum immittat, nec aliquid in alieno immediatè, vel mediatè attingat, ut inferendo ad plura declarat Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 819. *et* 840. *per tot. in eadem cauſa, de quibus dixi in §. Vicinus.*

Quòd in ſuo cuilibet ſit licitum ædificare, & altius tollere uſque ad Cœlum, & feneſtras in ſuo aperire, vel etiam ædificare in parte inferiori ſub terra uſque ad inferos, niſi ſemel fuerit impeditus, & acquieverit, vel niſi agatur de muro communi, qui non poteſt invito ſocio mutari in aliam formam, vel niſi à ſtatuto ſit datus certus modus ædificandi, vel niſi agatur de prædiis ruſticis, in quibus non poteſt impediri ventus neceſſarius ad triturandum frumentum, etiamſi non ſit debita ſervitus, vel niſi noceret loco publico, vel niſi debita ſit ſervitus in contrarium, vel niſi habeatur proſpectus in Monaſteria Religioſorum, vel Monialium, vel niſi agatur de nocendo ei, à quo ædificans cauſam habet, vel niſi reſultet deformitas Civitatis, vel via publica deterior reddatur, vel niſi fiat ad æmulationem alterius, vel niſi impediatur vicino maris aſpectus, nam his caſibus ceſſat dicta regula libertatis ædificandi, ut ſingillatim probat videndus Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3 *cap.* 39. *num.* 23. *& ſeqq. per tot.* idem De Luc. *ubi ſuprà.*

13 Ædificium conſtructum, etiam in proprio ſolo, ei non cadit, quando fuit factum cum pecunia Eccleſiæ, cui acquiritur, dummodò velit ſolvere pretium ſoli, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 953. *num.* 18. *&* 29. Soccin. *reg.* 151. *limit.* 3. Sperel. *deciſ.* 57. n. 23. niſi ædificium eſſet factum in ſolo alterius Eccleſiæ, Bald. *conſ.* 309. *num.* 4. *lib.* 2.

Et quòd favore Eccleſiæ ſolum cedat ædificio, ita ut Eccleſia conſtructa in ſolo alieno non poſſit tolli, neque demoliri à domino ſoli, ſed ſi dominus poſtea conſentiat poſſit *in* illa acquirere juſpatronatus cum approbatione Ordinarii, ſi verò diſſentiat, poſſit ad ſummum prætendere tantum pretium ſoli, in quo Eccleſia fuit ædificata, Altograd. *conſ.* 10. *num.* 30. *&* 31. *lib.* 2. Sperel. *dec.* 57. *num.* 20. vide *in §. Eccleſia num.* 3. *& num.* 17. Surd. *conſil.* 333. *num.* 46. Urceol. *Conſult. forenſ. cap.* 73. *nu.* 37. *vol.* 2. ubi quòd idem eſt in Camera, & Republica, quæ Eccleſiæ æquiparantur.

Ædificium factum in ſolo publico retinetur per ædificantem impoſita illi penſione pro ſolo, dummodò tamen non impediatur via publica ſive aliud jus publicum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 541. *num.* 10. *& cap.* 658. *num.* 22. *&c.* Romaguer. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.* 5. *rub.* 37. *num.* 30. *&c.* vide ſupra *nu.* 9. *verſ. quod non liceat.* 14

Ædificare, altiuſvè tollere quomodo non ſit permiſſum in præjudicium loci publici, Seminarii, Conventus Monialium, vel Regularium Maſculorum, ne in hujuſmodi locis habeatur proſpectus, vel ne illis impediatur flatus ventorum, vel aeris ſalubritas, plenè Rot. *in Romana altius non tollendi* 30. *Maii* 1622. *coram Buratto in Romana Tramontanæ* 17. *Junii* 1623. *coram Pirovano*, Fenzon. *ad Stat. Urb. cap.* 104. ubi inſerit dictas deciſiones, Rot. *in Gerunden. altius non tollend.* 24. *Novembris* 1636. *coram Coccino penes* Paul. Zacch. *quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *deciſ.* 49. *per tot. & deciſ.* 74. *num.* 36. *& ſeqq. per tot.* Franciſc. Anton. Tranchedin. *conſultat.* 12. Gregor. Ganaver. *deciſ.* 10. *per tot. fol.* 103. Franch. *deciſ.* 223. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 40. *et ſeqq. et deciſ.* 58. *per tot.* Urceol. *conſult. for. cap.* 75. *vol.* 2. ubi an liceat ædificare, & altius tollere juxta feneſtram ſcalæ vicini, etiam relicto debito ſpatio, & refert contrarias opiniones, *ſup. n.* 1. vide *in §. feneſtra n.* 1. *in fine*, Novar. *in Prag. Collect.* 138 ubi ampliat etiam exiſtente via publica intermedia, limitat tamen ſi Monaſteria de novo ædificarentur, nam non poſſent facere claudere feneſtras antiquiores vicinorum, Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſit.* 2. *num.* 3. *&* 4. ubi quòd idem eſt in Religioſis, qui degentes propè Monaſterium aliorum non poſſunt ſua in altum prætendere ædificia non obſtante regula, quòd privilegiatus non utatur privilegio ſuo contra pariter privilegiatum, quia fallit in eo, qui actu privilegium habet, & practicè in ca re, & ſpecie de qua agitur, patiturque læſionem, & damnum ab habente ſimile privilegium; videtur tamen intelligere, *num.* 3. ut Religioſi emere debeant iſtam ſervitutem altiùs non tollendi, quod mihi non diſplicet, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 272. *num.* 13. ubi quòd proſpectus non eſt à jure prohibitus inter Moniales, quia inter illas ceſſat inhoneſtatis, ſcandali ratio. Qualitas autem probetur aer bonus, vel malus, teſtes deponere debeant, Rip. *tractat. de peſt. quæſt.* 5. *proœmonial. num.* 10. *& de remed. præſervat. num.* 415. Rot. *deciſ.* 7. *num.* 4. *part. pr. Noviſſ.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 273. *fol.* 284. & vide *in §. Aer*, vide Rovit. & Add. *deciſ.* 92. *per tot.* Mantiſs. ad De Luc. *lib.* 14. *deciſi* 3. *a nu.* 12. *& ſeqq. vol.* 2. Idem De Luc. *de ſervit. diſc. pr. &* 2. *& diſc.* 18. *diſc.* 20. 21. *&* 110. *et in Summ. a n.* 18. 15

Quòd non liceat ædificare in damnum vicini ad occupandum illi ſolem, ventum, vel aerem, & ad cauſandum aerem colatum, etiamſi non probetur debita ſervitus altiùs non tollendi, cùm ipſo jure non cenſeatur impoſita favore agriculturæ, quando ventus, vel ſoleſt neceſſarius ad diſcernendum granum, vel bladas à palcis, & aliundè haberi non poteſt, vel favore ſanitatis tuendæ, ſive favore Eccleſiæ, *vide gloſſ. in leg. fin. C. de ſervit. et aqua*, Duen. *reg.* 33. *limit.* Magon. *deciſ. Flor.* 6. *num.* 2. *etc.* Cæpol. *de ſervitut. ruſt. præd. cap.* 43. *num.* 7. *etc.* Sanfelic. *deciſ.* 128. Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.* 2. *conſ.* 20. *per tot. dixi in Pract. §. Ædificare*, *num.* 3. quem locum ſatis honorificè allegat, & ſequitur Illuſtriſſimus D. meus Joſeph. Urceol. *conſult. forenſ. cap.*

cap. 75. num. 4. vol. 2. cujus auctoritate & doctrina sæpissimè etiam ego usus sum in hisce meis lucubrationibus, prout legentibus patebit, de quibus omnibus De Luc. *in indice verb. ædificare*.

Quando autem non obstante impedimento solis, flatus ventorum, vel prospectus possit ædificari, ut quia agatur de modico, & alia ad rem, Rot *part. 19. recent. dec. 272. per tot.* Emerix jun. *decis. 339. n. 6 et 7. et decis. 377. n. 4.* De Luc. *loc. cit.*

16 Ædificans in muris, vel super muros Civitatis, sive Castri, qua pœna sit puniendus, an aliquo modo possit excusari faciendo fenestras, vel quid aliud, & an sufficiat habere licentiam à communitate, vel sit obtinenda à Principe, latè Cabal. *resolut. crimin. cas. 200.* Ricc. *Collect.* 1639. Gratian. *discept. forens. cap. 658. num. 23. etc.* Paul. Christin. *decis. 149. vol. 4.* ubi quod hodie est limitata pœna capitalis, ut locum habeat tantùm tempore belli, & in Civitatibus limitaneis, & non aliter vide *in §. Ascendens num. pr.* Ganavet. *decis. 39. et 40. per tot.* ubi quod pœna capitalis non habet locum tempore pacis, nec quando transcensus non fuit voluntarius, sed coactus, veluti pro evitando periculo mortis, vel carceris, quia tunc cessat dolus proprius, quo cessante ex hac, vel simili causa, non debet imponi pœna capitalis, & alia plura de mœniis Civitatum qualiter dicantur sancta, sacra, & divini juris, undè hoc proveniat, è quibus, Principis auctoritate, sint reficienda, & omnes contribuere debeant etiam Ecclesiastici, privilegiati 12. filiorum, ac exteri bona possidentes, Conciol., & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 4. rubr. 61. per tot.* & latius Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 3. §. 1. per tot.*

17 Ædificio diruto, & collapso, remanet jus reædificandi, & appodiandi, prout prius erat ad murum vicini, *l. hæc autem §. fin. de servit. urb. præd.* ubi Castr. Magon. *decis. Luc. 29. num. 10.* quod benè declarat Sperel. *decis. 57. num. 29. & 30.* vide *supra n. 8.* Brunneman. *in l. 2. ff. de aqu. plu. arcend.*

Quòd ædificare prohibitus non prohibeatur reficere, Boer. *decis. 44. num. 4. &c.* Thomat. *decis. 179. per tot. dixi in §. Attentata n. 22.* Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect. 78. num. 3. & 4.* ubi quid si vetus ædificium fuerit funditus destructum, & refectio debet fieri juxta mensuram, altitudinem, & latitudinem antiquam, & non ultra, aliter enim diceretur nova constructio.

18 Ædificium vitiosum faciens tenetur domino ad damna, & interesse, etiam pro suis operariis, & si versetur in dolo efficitur infamis, Rom. *cons.* 297. Tusch. *litt. E. conclus.* 39. vide *in §. Locatio n. 10.* ubi melius declaravi.

19 Ædificia posita in prædiis rusticis, sive sint ad usum colonorum, vel Dominorum destinata, non habentur in consideratione de pro se, sed tanquam accessoria, & veniunt in dispositione simpliciter de prædio loquente, etiam non facta aliqua de illis mentione, Seraphin. *decis.* 1377. *num. 3.* Merlin. *dec.* 449. ubi loquitur in sententia, & mandato executivo, ut extendatur etiam ad ædificia existentia in solo, super quo fuit concessa immissio, vide *in §. fundus num. pr.* Gob. *consult. dec. 144. à n. 38.*

20 Ædificium factum post spretam novi operis nunciationem, an, & quando sit demoliendum, vel non, Ricc. *Collect.* 1352. vide in §. *Nunciatio per tot. §. Attentata n. 22.* Card. De Luc. *de servit. disc. 7. n. 8. & disc. 89. a n. 2. cum seqq.*, ubi hoc declaratur.

21 Ædificare fortalitia, & Castra in Confiniis, & fronteriis alterius territorii, vel status, an & quando sit permissum, vel non latè Boer. *dec. 320. per tot. & alios allegavi in §. Princeps. n. 13.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 42. n. 96.* Castill. *de Tertiis, cap. 41. n. 95.* Cabed. *dec. 40. n. 7. part. 2.* Ripol. *de Regal. cap. 33. num. 5.* Cancer. *var. part. 3. cap. 13. num. 19. &c.*

Plura de hac materia, an cuilibet privato liceat propriis sumptibus ædificare Castra, turres, & hujusmodi, reficere muros Civitatis, an ipsi Civitati sine Principis licentia, & alia idem Boer. *tract. de Custod. Clavi. num. 44. & seq.*

Ædificare an possit in area sua, vel solo recipiens stillicidium alterius, Vivi. *comm. opin.* 233. ubi quòd sic, dummodò servitus debita stillicidii non impediatur, & ædificans ipse stillicidium recipiat, allegans Cæpol. *de servit. tit. de stillicid. qu. 7. num. 7.* quem dicit tamen aliter sentire, & alia ad rem de spatio relinquendo, juxta *l. fin. ff. de fin. regun. de quo dixi in §. Lex num. 16.* 22

Et quòd vicinus non possit stillicidium, vel aliquid aliud protendere super solum vicini, Cæpol. *de servit. urb. præd. cap. 32. num. 2. & 3.* Sperel. *decis. 55. num. 52. & decis. 57. num. 10.* cum aliis per Rot. *part. 18. rec. dec. 820. n. 4. & seqq.* ubi etiam quòd nec artem facere, ex qua aliquid in alienum cadat, veluti incisione lapidum, quorum fragmenta cadunt in alterius fundum, vel malus odor causetur, & hujusmodi, de quibus dixi in §. *Vicinus*. Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 5. rub. 33. per tot.* De Luc. *de servit. disc. 17. n. 3.*

Alia plura de materia ædificiorum, latè tradunt Ursel. *cons.* 62. Anton. Gob. *consult. decis.* 132. Tranchedin. *consult.* 12. Pacichel. & alii relati à Com. August. Fontan. *in Bibliotb. legal. part. 4. verb. Ædificare fol. 49. &c.* De Luc. *in Indic. general. verb. Ædificare, & alibi*. Dominus meus Advocatus Cabrinus Rocc. Episcop. Bertach. Mans. Palm. Emerix & alii moderni. 23

In ædificando attenditur consuetudo aut statutum. Cabrun. *Lucubr. 25. n. 8.* Surd. *dec. 178. n. 6.* Gayl. *obser. 69. n. 16.* 24

Ædificio diruto, quod ex aliena materia in alieno solo constructum fuerat, Dominus potest sua cæmenta repetere, nisi ejus æstimatio solvatur. Cabrun. *ibid. n. 35.* 25

Quando adest lis super ædificatione, quando sit admittenda cautio de demoliendo, Bertachin. *Vot. 50. per tot.* Ciarlin. *contr. 30. num. 16. 17.* 26

Quando periculum est in mora potest ædificari, non obstante nunciatione novi operis. Bertachin. *d. Vot. 50. n. 5.* Palma *consult. 104. n. 1.* 27

Regulares an, & quando possint ædificare, & habere prospectum in vicinos. Bertachin. *Vot. 124. per tot.* Rot. *dec. 61. part. 17. dec. 172. part. 19.* 28

Ædificare in suo loco, & altiùs tollere quilibet potest, quamvis longissimo tempore, etiam per mille annos in suo non ædificasset. Cabrun. *lucub. 25. eadem n. 3.* Ciarlin. *contr. for. 30. n. 3.* 29

Quod procedit, etiamsi ædificando luminibus Vicini officiatur. Cabrun. *lucubr. 25. eadem num. 4.* Andreol. *contr. 295. n. pr.*

Fallit, si altiùs tollendo excedatur forma, & status antiquorum ædificiorum; ubi exindè damnum inferatur Vicino. Cabrun. *lucub. 25. ead. num. 5.*

Sed contrarium *num. 6. ibid.*, ubi declaratur.

Ædificia Nobilium continuam requirunt reparationem. Palma nepos *Alleg. 393. n. 47. tom. 4.*

Ædificans contra debitam Servitutem, cogitur demoliri. Palma nepos *decis. 96. num. 3. tom. pr.* 30

Ædificia non destrui publice interest. Palma nepos *dec. 96. num. 4.* 31

Ædificium, quando diù stetit, destrui non debet, sed agens, ratione Servitutis ad demolitionem, interesse tantùm consequi debet; Palma nepos *dec. 96. num. 5.* Fabr. *in C. lib. 3. tit. 24. de Servit. & aqu. def. 6. in princ.*

Ædificia in solo fideicommissario constructa cedunt commodo fideicommissi refuso pretio meliorамentorum. Mantissa ad De Luc. *dec. 8. n. 20. lib. 4. vol. 3.* 32

Privilegium competens monialibus cogendi vicinum ad claudendas fenestras, ne introspiciantur, an competat monasteriis virorum, De Luc. *de servit. disc. 1. sub num. 18. disc. 22. n. 5. & in Summ. num. 22.* 33

An monasterium monialium prohibere valeat in communi muro mansiones construere, ne detur occasio insidiandi clausuras. De Luc. *de Serv. disc. 29 ex num. 7.* 34

Volens construere Palatium, seu nobile ædificium, potest de jure cogere vicinum ad sibi vendendum aream, vel domum. De Luc. *de Serv. disc. 2. n. 20.* 35

Ædi-

36 Ædificium ſuper Eccleſiam, vel ejus partem, an ſit permittendum, De Luc. *de Serv. diſc.* 17. *per tot.*

37 Novum Ædificium fieri non dicitur per reædificationem antiqui, ſeu reductionem ad meliorem ſtructuram. De Luc. *de Serv. diſc.* 19. *n.* 5.

38 Et domus ad meliorem formam redacta, dicitur eadem, non autem nova De Luc. *dict. diſc.* 19. *n.* 6. Rota *rec.* 384. *n.* 2. *p.* 9.

39 Morſæ indicant animum Ædificium proſequendi, De Luc. *de Serv. diſc.* 5. *n.* 1.

40 Habens Ædificium ſuperius non poteſt innovare cum damno habentis inferius, vel è contra De Luc. *de Serv. diſc.* 10. *n.* 7. & 8. ubi declaratur.

41 Area, & Ædificia depreſſiora dicuntur membra palatiorum adjacentium pro eorumdem commoditatibus. De Luc. *de Serv. diſc.* 99. *ſub n.* 8. *ver. Vel, & Verius.*

Nequè attenditur eorum diſtantia. De Luc. *dict. diſc.* 99. *n.* 9.

42 Pactum de ædificando, vel non ædificando, an dicatur reale, vel perſonale. De Luc. *de Serv. diſc.* 12. *ex num.* 2., ubi plurima Mangil. *de evic. quæſt.* 161. *num.* 12. 13. Capyc. Latr. *dec.* 96. *num.* 11.

43 Ædificia in prædiis ruſticis, an, & quomodo augeant eorum valorem De Luc. *de Emp. diſc.* 24. *n.* 7.

44 Ædificii ornatus, in qua parte ſit conſiderandus Balduc. *de prælatione tit.* 2. *dec.* 11. *n.* 3. Gratian. *diſcept.* 742. *n.* 6. Card. De Luc. *de ſervit. diſc.* 76. *num.* 12. *ver. ſed quia Rota*, Rocc. *ſelec. diſp. cap.* 160. *num.* 52.

45 Superædificatum an, & quando ſolo cedat, ita ut melioramenta non ſint reficienda. De Luc. *de locat. diſc.* 53. *n.* 6.

46 Dominus non tenetur reficere id, quod contingat ſuper ædificio per inquilinum ſuperædificato. De Luc. *De Locat. diſc.* 53. *n.* 17.

47 Ædificium quamvis de jure eſſet demoliendum, de æquitate toleratur, quando non contineat dolum, aut delictum poſitivum, De Luc. *de præem. diſc.* 26. *num.* 8. Gratian. *diſcept.* 84. *n.* 36. & *ſeqq.*

48 Præſtita cautione de demoliendo, ſeu claudendo in caſum ſuccumbentiæ datur remedium proviſionale favore ædificantis. De Luc. *de Serv. diſc.* 4. *n. pr.* & 23. ubi declaratur, vid. *nunciatio novi operis*, & *conſtit. obſ.* 247. apud eumdem De Luc.

49 Ædificia in urbe non reddunt fructum juxtà eorum valorem, & dicuntur quodammodò ſterilia Palma nepos *all.* 202. *n.* 55., & continuas expenſas requirunt. *ibid. n.* 56. Cyriac. *contr.* 160. *n.* 57. 58.

50 Ædificiorum in materia plurimum valet axioma illud, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, concedendum eſt. Palma nepos *all.* 260. *n.* 15. Sabell. *reſol.* 15 *n.* 26.

§. ÆGIDIANA CONSTITUTIO. IV.

1 ÆGidiana conſtitutio prohibens appellationem in poſſeſſorio, reducit, omnia ad terminos juris communis civilis, *text. in l. un. C. ſi de moment. poſſ.* & quamvis fuerit facta pro Provincia Marchiæ tantùm, fuit poſtea per Sixtum Quartum extenſa ad omnes Terras, & Civitates Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjectas, & non ad alias, etiamſi cauſa Romæ ageretur ſuper bonis alibi ſitis, & dicitur favorabilis, cùm per eam reducamur ad jus commune, ideòque non ſolùm procedit in judiciis poſſeſſoriis ſummariis, & momentaneis, ſed etiam in omnibus aliis poſſeſſoriis plenariis, ſive adipiſcendæ, ſive retinendæ, ſive recuperandæ, ad inſtar *d. l. un.* quæ ex communi obſervantia, licèt loquatur de momentaneo, & ſummario, procedit etiam in plenariis, ut teſtatur Gratian. *dec.* 55. *per tot.* Pacific. de Salvian. *inſpect.* 4. *cap.* 2. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr.* 1. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *numer.* 255. *etc. fol.* 555. vide latè Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *capit.* 6. *nu.* 22. *et ſeqq. per tot.* ubi plura de hac conſtitutione quando locum habeat, vel non, Merlin. *dec.* 11. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3464. ubi illam duodecim modis ampliat, & totidem limitat. Add. ad Gratian. *cit. dec.* ubi Scopp., & De Luc. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 160. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 10. *deciſ.* 94. *n.* 11. *deciſ.* 103. *n.* 1. *vol.* 2. & *lib.* 10. *deciſ.* 24. *num. pr. vol.* 3.

Quòd Ægidiana locum habeat in Civitate Avenionenſi, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 208. *nu.* 2. & *par.* 12. *deciſ.* 4. *nu.* 1. ubi quòd intrat in poſſeſſorio inter laicos, ſi ſententia ſit valida, & juſta, & *part.* 13. *deciſ.* 203. *num.* 1. & *ſeqq.* Non habet tamen locum in Regno Neapolitano, nec in Ducatu Parmæ, De Luc. *de Feud. diſc.* 83. *n.* 7.

Quòd prohibeat appellationem in quolibet judicio poſſeſſorio, & ſic etiam in Salviano ad effectum ſuſpenſivum, ne ſcilicet impediatur executio, non autem ad effectum devolutivum, Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 6. &c. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 74. *per tot.* & *cap.* 383. *num.* 23. & *ſeqq.* Ridolphio. *loc. cit. numer.* 127. & *ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 354. *n.* 1. & *ſeqq.* Gregor. *deciſ.* 491. *num.* 2. Rot. poſt Pacif. de Salvian. *deciſ.* 5. *num.* 1., & 5., & *dec.* 228. *n. pr.* & vide De Luc. *de Dot. diſc.* 184. *n.* 10.

Ægidiana locum habet tam in prima, quàm in 2
ſecunda inſtantia, & quid ſi lata fuerit ſententia pro reo, & deindè revocata, an duret effectus Ægidianæ, vide diſtinctè per Scapuc. *d. tract. lib.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* Bich. *deciſ.* 29. *num.* 4. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 266. ubi quòd poſſeſſio capta vigore hujuſmodi ſententiæ, non dicitur attentata, quamvis fuerit appellatum, Rot. *part.* 3. *diverſ. deciſ.* 201. *per tot. lib.* 2. Cavaler. *deciſ.* 42. *per tot.* & *deciſ.* 69. *per tot.* ubi etiam quòd Judex non tenetur revocare primam ſententiam, ne fiat mixtura, & cauſa reddatur appellabilis. Vide Rot. *par.* 9. *rec. deciſ.* 354. *n.* 3. & *ſeq.* & *part.* 13. *dec.* 387. *n. pr.* & *ſeq.* ubi quòd non intrat Ægidiana, quando ſententia continet revocationem alterius ſententiæ propter mixturam mali juris partis; & quid ſi ſententia contineret diverſa capitula, & orationes ſeparatas, ubi quòd iſta cautela non ſuffragatur, ſi adſit connexitas, & dependentia unius capituli ab altero.

Ægidiana non habet locum ubi adſunt ſtatuta 3
particularia permittentia appellationem, quæ ſunt intelligenda tam devolutivè, quàm ſuſpenſivè, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 330. *per tot.* facit Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 284. *num.* 22. vide *in §. Appellatio num.* 53. *in fine*. Rot. coram Burat. *dec.* 333. *nu.* 5. & De Luc. *de Dot. diſc.* 34. *n.* 2.

Item non procedit in interlocutoriis, à quibus licitum erit appellare in judiciis poſſeſſoriis, cùm contineant gravamen irreparabile, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 74. *num.* 12. & *ſeqq.* vide *in §. Appellatio, num.*

Ægidiana non habet locum, ubi conſtat de no- 4
toria injuſtitia ſententiæ, cujus effectus tunc debet ſuſpendi; notoria autem injuſtitia dicitur, quæ ex eiſdem actis apparet, vel quando non ſunt probata extrema, vel ſententia non juſtificatur ex actis, Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *quæſt.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 494. *in princ.* & *cap.* 550. *num.* 19. & *ſeqq.* & *num.* 36. &c. Addit. ad Mohed. *deciſ.* 5. *de conſtit.* Rot. *part.* 3. *diverſ. lib.* 2. *deciſ.* 19. Greger. *deciſ.* 491. *num.* 5. Burat. *deciſ.* 151. *num.* 10. *deciſ.* 630. *numer.* 2. & *deciſ.* 850. *numer.* 4. Bich. *deciſ.* 510. *num.* 1. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 24. *num.* 1. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 164. &c. ubi ponit plures alios caſus, in quibus ceſſat Ægidiana, vide penes ipſum, & alios ab eo citatos. Rot. *rec. p.* 7. *deciſ.* 187. Scopp. ad Gratian. *deciſ.* 55. *numer.* 8.

Quòd etiam ſententia nulla non cadat ſub Ægidiana, Rot. *part. pr. recent. deciſ.* 18. *num. pr. part.* 6. *deciſ.* 88. *num. pr.* & *part.* 9. *deciſ.* 283. *num.* 27. & *deciſ.* 286. *num.* 9. &c. ubi quòd quando ſententia eſt nulla, vel injuſta, non intrat Ægidiana, eadem Rot. *d. part.* 9. *deciſ.* 424. *num.* 11. &c. *part.* 10. *deciſ.* 89. *num.* 15. & *part.* 12. *deciſ.* 171. *num.* 9. *part.* 13. *dec.* 114. *num.* 6. & *deciſ.* 179. *num. pr.* ubi quòd injuſtitia ſententiæ Ægidianam excludit, & cauſam ad utrumque effectum appellabilem reddit, Bich. *deciſ.* 29. *n.* 5. &c. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 720. *n.* 2. De Luc. *De Donat. diſc.* 20. *num.* 1.

Ægidiana non procedit, quando in ſententia fue- 5
runt complicatæ duæ cauſæ, quarum una reſpiciat poſſeſ-

possessorium altera petitorium, nam tunc utraque fit appellabilis, ut si fuerit dictum, actorem esse immittendum in causam pignoris, vel hypothecæ, quo casu dicitur pronunciatum in hypothecaria; vel si possessor esset condemnatus ad liberè dimittendum, Scapuc. *d. quæst.* 2. *numer.* 4. *& seq.* Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 34. *num.* 9. facit Gratian. *disceptat.* 266. *n.* 3. *&c.* vide *in §. Appellatio num.* Merlin. *decis.* 29. *num. pr. &c.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 354. *nu.* 19. *& seqq. & dec.* 379. *in eadem causa d. part.* 9. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 547. *sub n. pr.* & coram Emerix jun. *decis.* 299. *sub n. pr.*

Discussio tamen tituli incidenter facta ad elidendam exceptionem rei, non inducit mixturam, sicuti etiam quando sententia est lata per capitula separata, pars appellabilis non retardat partem inappellabilem, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 233. *numer.* 17. *et* 18. ubi quòd ideò tunc intrat Ægidiana, & idem firmat *par.* 14. *recent. dec.* 501. *numer.* 11. *& seqq.* Rot. post Pacif. *de Salvian. decis.* 144. *num.* 8., *et dec.* 229. *num.* 4.

Quod non intret Ægidiana ubi adest mixtura, ut quia sententia revocat aliam, vel continet virtualiter causam nullitatis, Cavaler. *decis.* 505. vide Rot. *d. decis.* 354. *&* 379. Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 159. *& seq.* ubi intelligit quando mixtura est in sententia, secus si esset tantum in processu, Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 701. *num.* 1. *&* 2. ubi quamvis revocatio fuerit per caput separatum.

Quando ratione connexitatis, vel mixturæ una causa appellabilis reddat aliam etiam appellabilem, Gratian. *dec.* 60. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 283. *per tot.* ubi quando sententia continet Bona Ecclesiastica, & Laicalia, an tunc cùm respectu Ecclesiasticorum cessat Ægidiana, cessare etiam debeat respectu laicalium, & sic in totum efficiatur appellabilis, & concludit quòd sic stante individuitate sententiæ, de qua individuitate plura ibidem habentur, & *decis.* 408. *per tot. a part.* 9. *& decis.* 424. *nu.* 7. *&c.* Scopp. ad Gratian. *loc. cit.*

Quòd secundùm aliquos Ægidiana non intret quando in sententia fuerunt apposita illa verba, *donec, et quousque etc.* quamvis contrarium esse veriùs ostendat Scapuc. *d. tract. lib.* 3. *q.* 4. *& seq.* vide *in §. Appellatio n.*

6 Ægidiana non habet locum ubi agitur de bonis Ecclesiasticis, vel inter Personas Ecclesiasticas, etiamsi Clericus esset actor, cum hujusmodi Constitutio sit Laicorum, & inter illos tantum procedat, & tanquam præceptiva, & arctativa quemadmodum non comprehendit Clericos in eorum præjudicium, ita nec è contra in illorum favorem, Honded. *cons.* 20. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 424. Addent. ad Greg. *decis.* 581. *numer.* 8. Scapuc. *d. tract. lib.* 3. *quæstion.* 2. *num.* 6. *& seq.* Gratian. *dec.* 55. *num.* 10. Scacc. *de appellat. qu.* 17. *limit.* 6. *memb.* 3. *num.* 5. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 148. *& seq.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 45. *num.* 15. *&c. decis.* 85. *numer.* 5. *&c. dict. part.* 9. & latiùs *decis.* 283. *per tot. dict. part.* 9. *& decis.* 286. ubi quòd si Persona Ecclesiastica sit admixta in judicio, tunc omnes gaudent beneficio appellationis, & non intrat Ægidiana, etiamsi postea dicta Persona Ecclesiastica nō sit in sententia nominata, de quo latiùs Rot. *part.* 11. *recent.* 196. *num.* 1. *& seqq. & part.* 12. *decis.* 117. *&* 248. *part.* 13. *dec.* 214. *num.* 1. *&c. part.* 15. *dec.* 325. ubi plura ad rem *part.* 16. *dec.* 118. *num.* 1. ubi quòd attenditur tempus sententiæ, & non moti judicii, ac ideò si Persona Ecclesiastica renunciavit liti procedit Ægidiana, *& part.* 18. *dec.* 673. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd quando Persona Ecclesiastica est in causa, etiam tanquam cedens, si ad eam spectet commodum, & incommodum litis, non intrat Ægidiana, &c. *dec.* 710. *n.* 11. *& dec.* 751. *numer. pr. & seqq.* De Luc. *de Judic. disc.* 37. *n.* 60. Rocca Episc. *cap.* 160. *n.* 17. *libr.* 2. Mantisa. ad De Luc *libr.* 10. *decis.* 70. *sub n. pr. & decis.* 83. *sub n. pr. & decis.* 103. *n.* 3. *vol.* 2.

Quòd non intret ubi agitur super re de directo dominio Ecclesiæ, etiamsi agatur solùm in possessorio de utili dominio inter Laicos, Cavaler. *decis.* 493. Rot. post Pacif. de Salvian. *dec.* 238. *& part.* 9. *recent. dec.* 283. *num.* 17. *&c. & dec.* 408. *eadem part.* 9. *& dec.* 414. *num.* 6. *&c. & dec.* 466. *n.* 5. *& eadem part.* 9. *& part.* 10. *dec.* 89. *num.* 2. *&c. decis.* 319. *num.* 5. *&c.* ubi etiamsi unum tantùm corpus bonorum esset de directo dominio Ecclesiæ, nam suffragatur quoad omnia in eadem actione deducta, *& part.* 12. *dec.* 175. *num. pr. & seqq. par.* 14. *dec.* 472. *num. pr. &c.* ubi quòd non intrat quando inter litigantes adest Ecclesia, quæ trahit alios, etiamsi sententia feratur per caput separatum, *& part.* 15. *decis.* 325. De quà tamen conclusione, seclusa auctoritate Rotæ dubitari potest per ea, quæ dixi *in §. Judex num.* 3. vide Ridolphin. *d. cap.* 6. *num.* 151. *& seqq.* ubi benè declarat, & Rot. *part.* 15. *decis.* 46. ubi quòd secùs est quando diversæ, & separatæ feruntur sententiæ, vel etiam una tantùm, sed per capitula separata, *& dec.* 372. *d. par.* 15. De Luc. *dict. disc.* 37. *n.* 60. *Et Consil. observat.* 287. Episc. Piton. *de Jurepatronat. alleg.* 57. *n.* 13. 70. *&* 71. *tom.* 2.

Item non procedit extra Terras Ecclesiæ, Mohed. *decis.* 5. *de Constit.* Gratian. *dec.* 55. *n.* 8. *&* 9. ubi ampliat quamvis causa Romæ agatur. Vide Scopp., & De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Ægidiana locum non habet respectu fructuum, 7 expensarum, & interesse, quorum causa, & respectu datur appellatio ad utrumque effectum, nam stante scientia, qua concessa fuerit immissio cum condemnatione in expensis, & restitutione fructuum, potest appellari ab hujusmodi condemnatione, licèt non ab immissione, de quo Scapuc. *d. tract. lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 8. *&c.* Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 354. *n.* 21. *&c. decis.* 379. *in eadem causa d. par.* 9. ubi quod Ægidiana non intrat, & sententia est appellabilis, quando continet liquidationem valoris, vel est lata ad relationem peritorum, vel imponit perpetuum silentium in petitorio, secùs si limitatè tantùm in possessorio, & alia.

Ægidiana etiam si simus in casibus, in quibus aliàs 8 locum habere solet, cessat, & non procedit si causa de partium consensu facta fuerit appellabilis, Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 31. *num.* 9. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 283. *num.* 3.

Ægidiana Constitutio de solemnitatibus adhibendis in contractibus minorum, non habet locum in contractibus à Mercatoribus minoribus celebrandis, nec in locis, in quibus particularia vigent statuta deponentia de solemnitatibus in hujusmodi contractibus adhibendis: quomodo sit intelligenda Additio Cardinalis Carpensis ad dictam Constitutionem circa Mercatores, & alia, latè Rot. *part.* 9 *recent. dec.* 284. *per tot.* vide *in § Statutum de solemnitatibus.* 9

Et in specie insinuationis in contractibus minorum requisitæ per dictam Constitutionem Ægidianam, non habeat locum Bononiæ, nec alibi, ubi viget statutum particulare certas solemnitates præscribens cujus observantia sufficit, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 151. *num.* 5. ubi allegat Gratian. *discept. forens. cap.* 472. *num.* 3. *&* 4. Seraph. *decis.* 343. Burat. *dec.* 333. vide *in §. Insinuatio n.* 7. *in fine*, & Rot. post Urccol. *de transact. decis.* 35. *num.* 13. ubi contra etiam Bononiæ, quando statutum particulare nihil de ea disponit, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 213. *num.* 25. *& seqq.* ubi benè declarat in terminis statuti Bononiæ. De Luc. *de Donat. disc.* 34. *num.* 2. *de Alienat. disc.* 35. *numer.* 10.

Sed quod in Provincia Marchiæ quoad insinuationem sit servanda, etiamsi extent statuta particularia locorum, & quare, Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 355. *nu.* 3. *& sequent.*

Quòd dicta Constitutio Ægidiana circa solemnitates adhibendas in contractibus minorum fuerit extensa, ac jussa servari etiam in Urbe Romæ per Sixtum IV. *in Constit.* 15. *§.* 12. *Bullar. part.* 1. ac vim habet legis municipalis statuto æquiparatæ, nec ideò intret recursus ad jus civile ordinatum per statutum Urbis *lib.* 1. *cap.* 42. in defectum statutorum, sed contractus in Urbe celebrati per minores etiam forenses sine solemnitatibus dictæ Constitutionis sint nulli benè probat Bich. *dec.* 229. *per tot.*

Ægidiana constitutio quid sit, quando procedat, 10 vel

82 Statuta de Jure circa formam conſtituendi Procuratorem in electionibus Canonicis locum non habent in nominationibus, quæ fiunt per univerſitates Laicorum Piton. *n.* 8. ubi refert deciſionem Rotæ.

83 Nominare, eligere, præſentare, habentur pro ſynonimis Piton. *alleg.* 100. *num.* 391. *tom.* 2. Vivian. *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 50. *de Jurepatr.*

84 In Inſtrumento electionis an ſit neceſſarium, quod Notarius deſcribat nomina ſingulorum Piton. *num.* 394. *ibidem.* Rota *deciſ.* 467. *n.* 14. & 15. *part.* 19. *tom.* 2.

85 Electionis libertas non reſtringitur ob coarctationem ad certum genus perſonarum, ſicut non reſtringitur Electio Summi Pontificis, quæ fit de ſolo cętu Cardinalium Piton. *alleg.* 9. *num.* 65. *tom.* 1. Donat. *tom.* 2. *q.* 10. *nu.* 1. & *ſeqq.* & *q.* 32. *nu.* 7. Lavor. *de Elect. cap.* 20. *n.* 14. Caſtelin. *eod. tract. c.* 3. *n.* 13.

86 Electioni ad ſupremam dignitatem non convenit reſtrictio eligibilium Piton. *n.* 67. & refertur dictum Galbæ Imperatoris.

87 Licèt ſint eligendi, & pręferendi illi de gremio Eccleſiæ, hoc tamen eſt honeſtatis, & convenientiæ, nō autē neceſſitatis, ſecus in paritate vocum ad effectum prælationis Rot. poſt. *alleg.* 30. *n.* 36. & 44. 48. *tom.* 1. apud Piton. *de Jurepatr.*

88 Obligatus ad eligendum unum de certo genere perſonarum præſtare dicitur nudum miniſterium, nec liberalitatem exercere poteſt Piton. *alleg.* 56. *n.* 8. *tom.* 2. Non poteſt electum gravare aliquo onere, quod vitiatur, & non vitiat electionem, ſeu nominationem Piton. *alleg.* 56. *n.* 9. onus tamen ſubit necdum de conſenſu nominati. Piton. *ibid. n.* 10. Non valet onus, & ſubſtinetur nominatio etiam cum lege, quod habeatur pro non facta non ſervato onere Piton. *ibid. n.* 14.

89 Habens facultatem eligendi unum de certo genere perſonarum quando poſſit electo imponere onus Piton. *alleg.* 56. *n.* 18. 19. *tom.* 2. Bertac. *vol.* 116. *n.* 2.

90 Electionem non ſufficit fieri à Capitularibus niſi etiam fiat ab eis Capitulariter congregatis in loco deſtinato Mantiſſ. ad de Luc. *dec.* 1. *n.* 2. *lib.* 12. *vol.* 4.

91 Ex duobus malis minus eſt eligendum Piton. *all.* 47. *n.* 68. *tom.* 1.

92 Jus eligendi ſpectat ad illum, cujus intuitu factum eſt legatum Mantiſſa ad de Luc. *dec.* 29. *n.* 3. *lib.* 13. *vol.* 4.

93 Electio non facta capitolariter per omnium vota non ſubſtinetur Mantiſſ. ad de Luc. *dec.* 1. *n.* 1. *lib.* 12. *vol.* 4. & vide Cavaler. *dec.* 193. *n.* 5.

94 Electio cauſat litem ſuper titulo, quando agitur inter electos Emerix Jun. *dec.* 779. *nu.* 4. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 20. *à n.* 3. *ad* 36.

95 Electio debitori tributa circa modum ſolvendi per moram amittitur, Emerix Jun. *dec.* 415. *n.* 2. Spad. *conſ.* 219. n. 8. *lib.* 2. Rot. Januen. *deciſ.* 144. *nu.* 10. & *ſeqq.* Caſtill. *dec.* 38. *num.* 4.

96 Electio devoluta probari debet plenè, & concludenter in caſu præciſo de quo agitur Emerix Jun. *dec.* 1254. *num.* 1. Paſſerin. *de elect. cap.* 31. *nu.* 23. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 105. & *ſeqq.* Rot. *dec.* 313. *n.* 22. *part.* 19. *recent.*

97 Et devolutio inducta in caſu diſcordiæ in eligentibus circa perſonam eligendam non intrat in caſu non factæ ab aliquo nominationis, tunc enim jus eligendi conſolidatur in aliis coeligentibus, Emerix Jun. *ibid. n.* 2. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 11. Rot. coram Dunoz. jun. *dec.* 356. *n.* 3. & 4. Card. de Luc. *de jurepatron. diſc.* 61. *n.* 16.

98 Et diſcordia in electione ſequi dicitur, ubi electores non conveniunt in perſonam eligendam, Emerix Jun. *ibid. n.* 4. ad text. *in cap. Eccleſia veſtra* 48. *de elect.* & *in c. quorundam ibique* Gloſſ. *in verb. diſcordia de elect.* & *elect. poteſt in* 6.

99 Ubi vero per aliquem non fit electio dicitur negligentia, quæ efficit, ut electio fieri poſſit per alios coeligentes, Emerix Jun *ibid. nu.* 5. Lavor. *de Elect. Canon. tit.* 4. *cap.* 17. *n.* 25. Tamburin. *de jure Abbat. diſput.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 2. & *ſeq.*

Maximè ſi ob negligentiam ad ipſummet negligentem fieri deberet devolutio, Emerix Jun. *ibid. n.* 6. Lavor. & Tamburin. *loc. cit.*

Et jus eligendi præſervatum dicitur etiam favore non eligentium ſi proteſtati fuerunt per ipſos non ſtare Emerix Jun. *ibid. num.* 8. Rot. coram Coccin. *dec.* 1803. *n.* 2. & in rec. *deciſ.* 287. *n.* 3. *part.* 7. 100

Maxime ſi electio, ſeu nominatio nō fuit facta ex culpa competitoris coeligentis, Emerix Jun. *ibid. n.* 9. Rot. *deciſ.* 313. *n.* 25. & *ſeq. par.* 19. *in recent.*

Electio devoluta ad Superiorem fieri debet ſervatis eiſdem legibus, quas ſervare tenebantur Electores Ordinarii Emerix Jun. *ibid. n.* 11. & 12. 105

Electio facta à majori parte de jure præſumitur canonica, Emerix Jun. *dec.* 5. *n.* 1. Rot. *in rec. p.* 8. *in ord.* 244. *n.* 34. 102

Et electo à majori parte debetur prælatio, & adjudicatio Emerix Jun. *ibid. n.* 2. Celſ. *deciſ.* 85. *n.* 1. ubi plures. 103

Electio nulla eſt, ac ſi facta non fuiſſet, ſi fuit facta de perſona non habente qualitates requiſitas per ſtatutum, Emerix jun. *deciſ.* 1254. *numer.* 10. Rot. coram Coccin. *dec.* 1326. *n.* 3. & *ſeq.* 104

In electionibus requiritur major pars votorum habito reſpectu ad totum Capitulum, Caprar. *dec.* 437. *n.* 3. *part.* 2. Paſſerin. *de elect. cap.* 19. *nu.* 18. Maſa *de cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 19. *n.* 30. *et* 37. Card. de Luc. *de benef. diſc.* 13. *n.* 5. *et diſc.* 30. *num.* 3. *de jurepatr. diſc.* 61. *nu.* 17. *et* 23. *et in Admot. ad Concil. diſc.* 32. *n.* 10. *diſc.* 37. *n.* 11. 105

Electiones, quæ ex actibus Capitularibus apparent factæ à majori parte capituli, hæc major pars, attenta juris diſpoſitione, intelligi debet habito reſpectu ad totum Capitulum, Caprar. *deciſ.* 437. *nu* 8. *part.* 2. Paſſerin. *de elect. Canon. cap.* 14. *n.* 18. 106

Electio facta cum ſufficienti numero ſuffragiorum, ſubſtinetur; quoties ſubſecutæ ſunt acclamationes, quibus omnes Capitulares novo electo gratulati ſunt, quæ præſeferre videntur communem omnium conſenſum. Hæc tamen bene ſe habent, ſi nondum completo, & publicato ſcrutinio factæ fuiſſent eum tunc cęteri adhærere poterant novo electo; Secus tamen ſi evenerunt poſt publicatum ſcrutinium, nam tunc conſiderantur tanquam actus ſingulares, & non geſti collegialiter, qui apti non ſunt ad convalidandam electionem, Caprar. *dec.* 437. *n.* 10. & 11. Declara tamen ut infra *part.* 2. De Luc. *de benef. diſc.* 13. *n.* 14. 107

Electione non ſecuta ob paritatem votorum demandataque diſcuſſione qualitatem Coelectorum ut dignior præferretur, prælectus ſubinde à Capitulo præferri debet, Caprar. *dec.* 437. *n.* 13. *part.* 2. 108

Electio ab initio nulla, ſanari non poteſt per ſubſecutam acclamationem Caprar. *dec.* 437. *num.* 14. *part.* 2. Rot. cor. Cerro *deciſ.* 106. *ſub n.* 14. & 15. 109

Electionem, quam quis non impugnavit, & ab ea non reclamavit, poteſt ex ſupervento novo jure impugnare Caprar. *deciſ.* 437. *n.* 16. *part.* 2. Rot. *dec.* 25. *nu.* 22. *et ſeqq.* poſt Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 3. 110

Ordinarius confirmando electionem factam à Capitulo cum ſanatione illius nullitatum, declaraſſe videtur uti nolle jure devoluto, Caprar. *deciſ.* 437. *n.* 17. *part.* 2. Rota *deciſ.* 154. *n.* 19. *part.* 12. *rec.* 112

Electio propria, & rigoroſa, explenda ad formam *cap. quia propter de elect.* fit ſolum quando agitur de Paſtore, ſeu Prælato, præficiendo Eccleſię viduatæ Caprar. *deciſ.* 558. *n.* 1. *part.* 2. *et dec.* 593. *n.* 2. *part.* 2. Rot. coram Manzaned. *dec.* 190. *n.* 2. 112

In electione autem ſimplicis Dignitatis in Eccleſia Collegiata, quæ electio dicitur impropria per publicationem proprii ſuffragii, non requiruntur ſolemnitates *d. cap. quia propter*. Sed ſufficit conſenſus naturalis, quomodocumque ſive verbis, ſive factis explicitus Caprar. *d. dec.* 558. *nu* 3. *et* 4. *part.* 2. *et dicta deciſ.* 593. *nu.* 2. *part.* 2. Rot. coram Manzaned. *deciſ.* 190. *n.* 2. 113

Electio dicitur de omnium conſenſu, licèt in prolatio- 114

latione suffragiorum omnium consensus non intervenerit, dumodo supervenerit per acceptationem, & acclamationem electionis, & est ac si usque ab *initio* intercessisset Caprar. *dec.* 593. *n.* 3. *part.* 2.

515 Actus subsequens, capitulariter gestus, operatur declarationem, & confirmationem electionis antea factæ Caprar. *dec.* 593. *n.* 5. *et* 6. *part.* 2. Rot. *decis.* 796. *n.* 7. *et* 8. *part.* 18. *recen. tom.* 2.

516 Consensus, licèt præstitus à singulis non deperit si fuerit præstitus ab omnibus in unum collegialiter congregatis, Caprar. *dicta decis.* 593. *num.* 8. *part.* 2. Calderin. *in cap. cum in jure de elect.* *n.* 14. *repetit. Canonic. tom.* 2. Gloss. *in cap. sicut de elect.*

517 Electio enim, licèt per consensum singulorum dicitur facta jure Collegii ab ipso Collegio, dum omnes fuerunt collegialiter congregati, Caprar. *ibid. n.* 9. Rot. *in Leodicen. præpositura* 2. *junii* 1687. §. *final. cor. Bon. mem. Benincasa.*

Secus esset, si extra Capitulum, & in propriis domibus fuisset præstitus consensus, Caprar. *ibid. n.* 10. Panormitan. *in cap. quia propter n.* 12. *de elect.*

Consensus ex quibus dicatur fuisse Capitularis, Caprara *d. dec.* 593. *n.* 11.

Consensus omnium Capitularium in electione ex quibus actibus dicatur intercessisse, Caprar. *dec.* 558. *n.* 3. *et* 4. *part.* 2.

Consensus omnium Capitularium eo magis remanet confirmatus ex subsequentibus actibus capitularibus admissionis Electi in Choro, & Stallo Decanali, & aliis actibus Capitularibus, & ex longa acquiescentia, & tolerantia, Caprar. *dec.* 558. *num.* 5. *part.* 2. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 85. *et seqq.* & facit Rot *dec.* 598. *n.* 6. *cum seq.* cor. Cerro.

518 Consensus quod supervenire debeat ante publicatum scrutinium, & electionem procedit in electionibus faciendis ad formam *cap. quia propter*, & in his terminis procedunt, & loquuntur, D. D. secus est in electionibus *impropriis*, quæ fiunt palam, singulis de Capitulo manifestantibus in voce suffragium suum: Hoc enim casu consensus potest quandocumque, etiam post publicatam electionem collegialiter tamen intervenire Caprar. *dec.* 558. *n.* 10. 11. & 12. *part.* 2. Rot. *decis.* 189. *n.* 9. cor. Rembold. *decis.* 210. *n.* 15. & 16. *part.* 9. *rec.*

Et in hoc casu, etiam publicato scrutinio, licet aliis variare, & consentire in electum, Caprar. *ibid. num.* 13. & bene declarat Card. de Luc. *de Canonic. & Cap. disc.* 26. *n.* 8.

Et electio licèt aliàs de jure invalida, validatur, si non ex tunc, ex nunc vigore novi consensus collegialiter præstiti, Caprar. *d. decis.* 558. *n.* 6. *part.* 2. Rot. *decis.* 210. *n.* 12. *vers. ea ratione part.* 9. quæ est eadem cor. Cerro *decis.* 106.

519 Electio debet fieri per vota majora completivè ad totum Capitulum, & non comparativè Caprar. *dict. decis.* 558. *n.* 16.

520 Vota quoties fuerunt publicè lecta per subseniorem Capituli, dicitur manifestasse, quot vota habuisset unus, & quot alter, Caprar. *dec.* 593. *n.* 14. *part.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 19. *n.* 43.

521 Collatio numeri ad numerum requiritur in electione secreta per Scrutinium ad tenorem *c. quia propter*, non in ea, quæ fit per vota publica, ubi unusquisq; audire potest, & numarare quantitatem suffragiorum Caprar. *dec.* 593. *n.* 13. *part.* 2.

522 Electionis actus perfectio non oritur ex solo consensu eligentium, sed etiam electi Caprar. *dec.* 593. *n.* 4. *part.* 2.

523 Electio postquam fuit approbata, & confirmata, non potest amplius impugnari, & de invaliditate redargui Caprar. *d. decis.* 593. *n.* 7. *part.* 2. Novar. *in allegat. impressa* apud Ricc. *collect.* 2579. *in fin.* §. *ad cujus indaginem*, & §. *quod eo magis.*

Consuetudo circa electionem, quæ non est subjecta,
524 *cap. quia propter, de elect.*, sed impropria, quæ expletur per simplicea consensus, & aperta vota ad instar Universitatis, in qua Sacri Canones nihil disposuerunt, sufficit quòd sit probata per plures actus effectuatos, Caprar. *dec.* 593. *num.* 23. *part.* 2. Rota *dec.* 304. *num.* 20., & 21. *part.* 12. *rec.*

Electio facta ab Universitate pro duabus ex tribus
525 partibus, dicitur valida, & legitimè facta, Caprar. *dec.* 60. *num. pr. part. pr.* Lotter. *de Re benef. lib.* 2. *quæst.* 17. *num.* 3. Rota coram Priol. *decis.* 91. *num.* 7. *dec.* 22. *num. pr. part.* 16. *rec.*

Electio facta ab Universitate à duabus ex tribus partibus, altera protestante de non existentia angustiæ
temporis, & recedente, substinetur, quamvis non 526
instaret lapsus quadrimestris ad præsentandũ, Caprar. *decis.* 60. *num.* 11. *part. pr.*, Lotter. *de Re benef. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 7.

Contrarium procedit quando est statutum certum tempus ad faciendam electionem, & allegatur justa causa ad illud expectandum, ut puta expectarentur Electores absentes, Caprar. *ibid. num.* 14. *part. pr.* Rota *dec.* 350. *part.* 17. *rec.*

Ad electionem faciendam ubi superest tempus, & major pars Confratrum se opponit electioni, non potest minor pars ad eam devenire, Caprar. *decis.* 595. *num.* 14. *part.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 17. *num.* 7. Lambertin. *de jurepatr. p.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 12. Passerin. *de Elect. cap.* 11. *num.* 107.

Electio quoties ad formam Constitutionum est facienda per vota, seu suffragia secreta, & iis emissis,
fuerit quis exclusus non potest inde petere judicia- 527
liter admissionem, Caprar. *decis.* 421. *num. pr. part. pr.* Tonduc. *resol. benef. quæst.* 24. *num.* 2. Rota *decis.* 388. *num.* 9. *seqq. part.* 16. *decis.* 695. *nu.* 22. *p.* 18. *rec.*

Constitutiones Congregationis ubi loquuntur in genere de electione, non est facienda differentia an
unus, vel plures concurrant, & petant admitti, quia 528
vis stat in majori, vel minori numero suffragiorum pro regulanda admissione, seu exclusione, Caprar. *d. decis.* 421. *num.* 5. *part. pr.*, & *decis.* 475. *num.* 5. *part.* 2. Samuel. *de Elect. Canon. trac.* 2. *contr.* 3. *concl.* 5. *num.* 9. Passerin. *de elect. cap.* 2. *num.* 7. *vers. immo addit.*

Electio, quæ ex præscripto Constitutionum facienda est mediante Scrutinio per vota secreta, per fabas nigras, vel albas, est facultativa, & reposita in ar-
bitrio eligentium, Caprar. *decis.* 475. *num.* 3. *part.* 529
2. Rota *dec.* 48. *n.* 6. §. *quod confirmatur n.* 7. 8. post Paecichel. *de dist.* & confirmata *dec.* 388. *n.* 9. 10. *part.* 16 & *dec.* 695. *n.* 18.

Electionis libertas verificatur etiam in unico con-
currente Caprar. *decis.* 475. *num.* 5. *part.* 2. Samuel. 530
de Elec. Canon. tract. 2. *contr.* 3. *concl.* 5. *n.* 9. Passerin. *de elect. C.* 2. *n.* 7. *vers. immo addit.*

Electio personarum, quibus ex Constitutione Apostolica concessa est certa Jurisdictio, licèt ex eadem
Constitutione fieri debeat ab Episcopo taliter electi 531
recognoscunt quidem electionem ab Episcopo, sed Jurisdictionem à Papa concedenda, Caprar. *decis.* 215. *n.* 8. *part. pr.*

Electus juxta formam à Testatore demandatam, & habens requisita ab ipso volita, haberi debet, ac si
ab ipso Testatore fuisset electus, & nominatim vo- 532
catus, Caprar. *dec.* 706. *n.* 2. *part.* 2. Rot. *decis.* 244. *sub n.* 16. *part.* 12. *rec.* & in Romana *restitutionis hæreditatis* 17. *Junii* 1697.

Eidemque debetur Immissio, docto de identitate bonorum ad text. *in l. fin. C. de edict. Div. Adrian. tollend.* Caprar. *ibid. num.* 3.

Quandoquidèm, dùm hæc scribo, communi om-
nium Christifidelium voto exoptatur novi Pontificis 533
electio ob mortem Sanctiss. mem. *Benedicti Decimitertii*, idcircò præter ea, quæ tradidit Author noster *in hoc §. n.* 9. & §. *Papa n.* 5., ubi de more addidi Doctores de hac materia pertractantes, nonnulla alia hic mihi placet annectere; Imprimis adest Cæremoniale editum jussu *Gregorii decimiquinti*, & est recollectio omnium canonum in corpore Juris dispersorum, Et *Symmacbus in Concil. Roman. anno salutis* 499. ut refertur *in cap. si quis Papa dist.* 79. decrevit, non posse tractari de Electione futuri Pontificis, eo vivente, & inconsulto sub pœna privationis dignitatis, & sub aliis pœnis, & relevantibus delinquentes impunitas datur, præmiumque promittitur, ut *ibidem*. *Nicolaus Secundus in Concilio Lateran. quadam constitut. quæ incipit in nomine Domini edit. de anno* 1059. & adducitur *in c. in nomine distinct.* 23. Statuit Electionem Pontificis pertinere imprimis ad Cardinales Episcopos, deinde ad Cardinales Clericos: Et reliquus Clerus, & Populus consen-
sum

sum tantùm præstant; Et Pontifex eligi debet de gremio Ecclesiæ Romanæ, si reperitur idoneus, alioquin est eligendus ex alia Ecclesia *ibidem §. eligatur*: Si Papa ob impedimenta non potest in Urbe eligi, potest alibi a Cardinalibus, & aliis eligi *ibidem §. quod si pravorum*. Et si ob eadem impedimenta electus Pontifex non possit inthronizari, nihilominus est verus Papa, & potest regere Ecclesiam Romanam, & de omnibus facultatibus ejus disponere *ibidem §. planè postquam*; Et Papa electus contra formam antedictæ Constitut. & ejus fautores quas pœnas incurrant *ibidem §. quod si quis*; Quod electus in Romanum Pontificem a duobus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante sit Papa, sancitum legitur *in quadam Constitut. Alexand. Tertii in Concil. Lateran. 3. edit. sub ann.* 1179., quæ refertur *in cap. licet de elect.*, Electus verò a minori numero gerens se pro Papa incidit una cum sibi adhærentibus in plures pœnas, de quibus *ibidem*. Sed quod quando Papa moritur in civitate, in qua residebat cum Curia, electio fieri debeat in eadem Civitate per Cardinales in ipsa Civitate præsentes, & teneantur expectare absentes per decem dies continuos solummodò, decrevit *Gregorius Decimus in Concil. Lugdun. sub anno salutis* 1274., & adducitur *in cap. ubi periculum de elect. in 6.*, ubi etiam, quid juris, quando Pontifex moritur extra Civitatem, in qua erat Curia, & quinam sint Executores prædictæ Constitutionis, & quænam pœnæ infligantur contra contrafacientes, & alia de exequiis defuncti Pontificis, & de precibus tàm pro anima defuncti, quàm pro electione novi Pontificis. *Clemens Quintus in Concil. Viennens. de anno* 1310. Constitutionem edidit, quæ habetur *in Clement. ne Romani de elect.*, ubi quod Cœtus Cardinalium Sede vacante jurisdictionem Papalem non exercet, nisi inquantum permittit Concilium Lugdunense, nec illud, vel ejus partem alterare potest, ubi etiam quod officium Camerarii, vel Pœnitentiariorum Papæ durat, eo mortuo, quod si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios surrogare, & ibi ulterius determinat Diœcesim intelligi id, quod in Concilio dicitur de Territorio, & districtu, & statuit moriente Papa extra Curiam, ipsius electionem fieri debere in loco, ubi erat causarum, & literarum audientia, licèt suspensa: Nisi prius ordinatum esset de Curia transferenda, & providet casui, quo contingeret Cardinales omnes exire Conclave, & voluit Cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, ab electione non repelli, & deniquè Electos & alios, qui mittera, vel ire tenentur ad Curiam adstringit ad id Sede vacante.

Clemens Sextus in quadam Constitutione, quæ incipit licet edita de anno 1351. confirmavit Constitutionem *Gregorii Decimi*, de qua supra, & nonnulla statuit circa locum, servos, & cibos Cardinalium in Conclavi.

Julius Secundus in quadam Constitutione, quæ incipit Cum tam Divino edita anno 1505. plura decrevit circa prohibitionem Simoniæ, quæ cadere posset circa electionem Summi Pontificis.

Paulus quartus de anno 1558. *in sua constitutione, quæ incipit Secundum Apostolum* plura adducit in detestationem criminis ambitus commissi in electione Summi Pontificis, & pœnas quamplurimas, & gravissimas statuit contra tractantes de electione futuri Pontificis vivente eodem, & eo inconsulto.

Pius quartus anno 1562. *in quadam Constitutione, quæ incipit In eligendis* aliqua ponit circa maturitatem, & diligentiam adhibendam in electione Romani Pontificis, ibiquè decrevit quod Cardinales absentes per decem dies expectentur, & interim fiant exequiæ defuncti Pontificis, ubi etiam taxantur expensæ: Et lapsis decem diebus post Missam de Spiritu Sancto Cardinales ingrediuntur Conclave, & procedunt ad negotium electionis, singulisque diebus fieri debet Scrutinium, & licet etiam in primo scrutinio accedere, & Cardinales præsentes in Conclavi, & extra lapsis decem diebus possunt Pontificem eligere sed Cardinalis non Diaconus Votum non habet in electione: & voluit etiam quod excommissæ factæ super electione Pontificis sint irritæ, & nullæ, tàm in judicio, quàm extrà. Multa demùm habentur in eadem constitutione & præsertim de potestate Sacri Collegii Sede vacante, de potestate Camerarii, ejusque officialium, de potestate Pœnitentiarii, Datarii, ac Cardinalium, Prælatorum signaturæ gratiæ & justitiæ, de Conclavi, de numero Servorum Cardinalium, de custodibus Conclavis, & de aliis.

Gregorius decimus quintus tandem in *quadam Constitutione quæ incipit Æterni Patris edita anno Salutis* 1621. nonnulla ponit de tribus formis electionis Romani Pontificis, per scrutinium scilicet per compromissum, & per quasi inspirationem.

§. EMANCIPATIO. VI.

EMancipatio juxta ordinamenta Florentiæ debet 1
legi, & publicari in Consilio generali, aliàs dicitur nulla ex defectu insinuationis, Magon. *decis. Flor.* 77. *num.* 7. ubi tamen *num.* 18. quòd talis defectus nocet tantùm ipsis emancipatis, & emancipanti, non autem tertio, Tusch. *litt. E. concl.* 110. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *qu.* 1. *num.* 87. *vers. juxtà tom.* 8.

Quòd in Regno Lusitaniæ debeant emancipationes confirmari per Regem, sive per officiales ab eo ad id deputatos, & in eodem Regno filii, filiævè per per matrimonium exeant de potestate parentum, & alia, Cabed. *decis.* 72. *part.* 2. Altimar. *dict. n.* 87. *vers. in Regno*.

Qualiter sit facienda emancipatio ut sit valida, 2
quas solemnitates requirat, ex quibus tacitè inducatur, an pater teneatur emancipare filium, an possit emancipari filius invitus, quid operetur emancipatio, & alia, latè Tasch. *litt. E. concl.* 109. *& seqq. ad* 117. *text. & DD. in §. præterea Instit. quibus mod. jus patr. potest. solvit.* Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 436. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 130. *n.* 55. *& seqq.* ubi ad exclusionem præsumptæ emancipationis, Altimar. *dict. n.* 87.

An pater cogatur emancipare filium, quid in filio 3
naturali, vel Clerico, & an donata ex hac causa imputentur in legitimam, Ricc. *Collect.* 2463. 3294. Altimar. *cit. nu.* 87. *vers. nec pater, & seqq.* Gregor. *Sintagm. Jur. part.* 2. *libr.* 12. *cap.* 8. Molin. *disp.* 779. Cavalcan. *de Brach. Reg part.* 1. *lit. H. fol. mihi* 48., nisi adsit justa causa Judicis arbitrio Menoch. *de Arbitr. cas.* 138. *num.* 4. Cancer. *var. cap.* 10. *n.* 4.

Quòd pater spontè emancipans filium amittat usumfructum pro dimidia in bonis maternis, aliisque filii emancipati adventitiis, aliam verò medietatem ususfructus retineat in præmium emancipationis eidem filio concessæ, *l. cum oportet* 6. *§. cum autem C. de bon. quæ lib.* Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 224. *n.* 1. *& par.* 15. *decis.* 179. ubi etiam de patrimonio à patre donato, ut ad sacros ordines promoveatur; quòd est proprium filii, ejusque hæredum, nec valet retrodonatio sine Episcopi consensu, Altimar. *loc. cit. vers. pater si emancipet*. Vide Tondut. *quæst. civil. part.* 2. *quæst.* 103.

Emancipatio, & liberatio à patria potestate præsu- 4
mitur ex lapsu decennii, quo filius se gessit pro emancipato, & contraxit palàm sine patris consensu, quando non allegatur contra patrem, sed contra alios ad sustinendum contractum filii; imò ex multiplicitate actuum, etiam minori temporis spatio filius constituitur in quasi possessione libertatis, & existentiæ sui juris, Bald. *in l.* 2. *n.* 5. *C. si advers. rem jud.* Dec. Cagnol. & alii *in l. emancipati C. de collat.* Menoch. *præsumpt.* 55. *nu.* 28. *& seqq. lib.* 6. Franch. *decis.* 10. *num.* 4. Ursil. ad Afflict. *dec.* 183. *num* 8. Trentacinq. *var. resol. lib. pr. tit. de emancipat. resol. pr. num.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 335. *num.* 7. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 24. vide *in §. Filius, num.* 56. *&c. §. Statutum requirens, num.* 36. De hac, & omnibus aliis seqq. conclus. Altimar. *d. dict. n.* 87.

Emancipationis, & patriæ potestatis differentia 5
qualiter sit hodie sublata, & tamen emancipatus non transmittat hæreditatem non aditam, sicut suus, an emancipatus possit in jus vocare patrem sine venia,

& alia, Vivi comm. opin. 235. vide in §. Transmissio.

6 Emancipatio filii infirmi à patre facta, non ex alia causa facta præsumitur, quàm ut ille reddatur habilis ad testandum, & est nulla unà cum testamento ad favorem patris facto, Ror. part. 18. recent. decis. 746. per tot. ubi etiam quòd ad hoc ut emancipatio filii absentis sustineatur, debet fieri cum licentia, & potestate Principis, ita ut nec ratificatio filii absentis emancipati possit validitatem operari, vide in §. Filius num. 61. & Rot. d. part. 18. decis. 791. per tot. in eadem causa, ubi fuit confirmata præcedens decisio, Thoro Compend. decis. Neapol. part. 3. verb. Emancipatio. Et quòd emancipatus non transmittat hæreditatem non agnitam ad hæredes, decisum refert idem Thoro part. pr. verb. Emancipans. Vide De Luc. Conflict. observat. 259.

7 Alia plura de emancipatione, & ejus effectibus, Andreol. contr. 14. 15. 16. & 287. Jul. Capon. decis. 357. & seqq. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 10. Vela dissert. jur. contr. 11. num. 62. & seqq. Cyriac. contr. 319. Giurba ad Consuet. cap. 8. & gloss. 9. 10. 11. & 12. cæterique citati ab Ægid. Castejon. Alphabet. jurid. verb. Emancipatio, & à Com. August. Fontan. in Bibliotb. legal. part. 4. eod. verb. fol. 500. &c. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. n. 87. tom. 8. De Luc. in Indic. general.

8 De patre filium emancipante, ut habeat medietatem ususfructus bonorum adventitiorum filii, etiamsi illam sibi expressè non reservaverit, & alia ad rem, Tondut. quæst. civil. 103. part. 2. & de emancipatione contracta fiducia idem Tondut. quæst. civil. 141. per tot. dict. par. 2.

9 Emancipatio non valet sine Judicis decreto, & si agatur de infante opus est Principis rescripto, sed non ipsius infantis consensu, licèt secùs sit quando emancipatur filius major, l. jubemus C. de emancipat. liber. de vir. patr. potest. par. pr. c. pr. num. 2. & 3.

10 Emancipatio debet esse generalis, nam facta ad unum actum tantùm non valet, sicut si fuerit facta per procuratorem non valet ante ratificationem, & est facienda coram Judice competente jurisdictionem habente, licèt alii contendant sufficere coram Notario, & Judice cartulario: ex quanto tempore præsumatur emancipatio; quid si filius communiter reputabatur emancipatus, & pater sinebat eum publicè negotiari, & alia, quæ sunt notanda ad intelligentiam pragmaticatum, & statutorum disponentium quòd filiusfamilias emancipatus possit obligari sine patria consensu, idem Paschal. d. tract. par. 1. cap. 6. num. 127. et seqq. dixi in §. Statutum requirens etc. nu. 36. cum addit. et §. Filius, num. 56.

11 Emancipatio est liberatio à patria potestate Bald. in l. si viva Matre, C. de bonis maternis l. cum oportet §. cum autem C. de bonis, quæ liberis Cassan. ad Consuet. Burgundiæ rub. 6. q. 3. Caravita in pragm. ad Macedonian. §. 2. n. 7. Galganet. de condition. p. 2. c. pr. q. 41. n. 4. q. 103. n. 6. 7. Giurba ad consuet. Messan. c. 3. gl. 13. n. 10. Calvin. in Lexic. verb. emancipare, et verb. emancipatio Franch. dec. 546. num. 10. Rota tract. de Ingratitud. nu. 27., & ad Rovit. cons. 54. n. 4. lib. 2., et de Privileg. Mulier. cap. pr. nu. 94. 95. Viv opin. 302. n. 8. Baron. de corpore tit. de manib. n. 129. 130. et n. 192. Hodier. in l. hac edictali q. 16. n. 6. Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. pr. sub n. 87. tom. 8.

12 Emancipatus extraneo est similis, Cæphal. cons. 397. n. 79. Menoch. lib. 3. præs. 30. n. 37. 38. Toreét.

13 cons. 99. num. 31. sic potest testari, & facere omnes actus, ut paterfamilias, Muta consuet. 48. num. 67. Baron. sup. d. n. 192. Giurba sup consuet. Messan. C. 7. gl. 11. n. 9. Altimar. supra.

14 De Jure antiquo emancipati non habebantur pro filiis, & secus de Jure novo, Robles. de repræsent. lib. 2. c. 10. nu. 24. seqq. Marta de success. legal. p. 3. q. 2. art. 3. n. 14. Hodiern. in l. hac edictali. q. 16. n. 3. Torre de pact. fut. success. lib. 2. cap. 44. n. 37.

15 Dicebantur de aliena familia, l. pronunciatio 195. §. familiæ vers. idemque evenit, ff. Familiæ, ff. de verb. sign. Torre sup. n. 24. Altimar. supra.

16 Desinebant esse Filii, & habebantur pro extraneis, l. 26. C. de Jure dotium §. cæteri institut. de hæred. qualit. & different. Torre sup. n. 26. Altimar. loc. cit.

17 Sic non erant instituendi, vel exhæredandi, tamquam filii, nec succedebant ab intestato patri tamquam filii, Robl. de repræsent. lib. 2. cap. 10. num. 11. Torre sup. Altimar. supra.

18 Et licet aliqui dicant, quod illi non sint sui, nec agnatione, nec familia §. emancipatos 4. instit. de emancip. Kellemb. de renunciat. success. q. 35. nu. 49. l. sed etiam ff. de adoption. Robles. sup. n. 16. Pichard. §. enunciat. 4. num. 6. instit. de exhæred. liberor. Torre sup. n. 27. 29.

Tamen contrarium est verius hodie de Jure prætorio, nam emancipatus habetur tanquam verè & propriè filius, nam admittitur ad bonorum possessionem, ut verè filius, cum jura sanguinis retineat. Hod. sup. q. 16. n. 8. & Familiam leg. 1. §. fin. ff. si quis ordo bonor. poss. Torre sup. Cum sint verè filii Marta de succ. leg. p. 3. q. 2. art. 3. n. 17. Baron. de Corp. tit. de manib. n. 236. seqq. D. Tartaglia tract. de reservat. statut. art. 16. n. 2. Merlin. contr. 99. n. 32. lib. 2. contr. 77. n. 30. seqq. d. lib. 2. Torre sup. n. 31. Rubeus de consuet. juribus cap. 1. n. 100. Et admittuntur ad fideicommissa cum aliis Giurba c. 3. gl. 12. n. 3. Mantica de tacit. lib. 8. tit. 12. n. 13. Tusc. lit. E. concl. 111. n. 18. Fulgin. de Jure emphyt. tit. de contract. emphy. q. 5. n. 2. Altimar. loc. citat.

19 Succedunt sui, & emancipati l. meminit. C. de legit. hæred. §. si verò, vers. mille, auth. de hæred. ab intest. venient. Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 17. n. 31. Cancer. var. lib. 2. cap. 10. n. 11. Sic debent institui, ut valeat Testamentum §. aliud quoque Capitulum, auth. ut cum de appell. cognos. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 3. num. 10. Hodierna in l. hac edictali quæst. 16. n. 4. Torre sup. n. 33. Marta de success. legal. tom. pr. part. pr. art. 2. nu. 3., & num. 4. fol. 50. ubi n. 15. Secus quo ad successionem ex testamento q. 26. art. pr. nu. 29. Baron. de Corp. tit. de manib. n. 235. Torre sup. n. 33. seqq. Altim. pariter sup.

20 Sic emancipatus rumpit testamentum Patris, si sit præteritus; Marta sup. num. 8. Sic ei datur bonorum possessio contra tabulas, Vasq. lib. pr. de success. §. 10. n. 9. Robles. d. cap. 10. n. 22. Pereg. art. 36. n. 38. de fideicom. Gratian. disc. 937. nu. 19. Hodiern. sup. q. 16. n. 2. Marta de success. legal part. pr. q. 6. art. 3. n. 8. Sic ei debetur legitima, Andreol. contr. 287. 288. Merlin. de legit. lib. pr. tit. 2. q. 3. Torre sup. n. 34., & seqq. Gratian. disc. 37. n. 20. Hodierna. sup. q. 16. nu 4., Et sic dicitur succedere ex testamento Marta sup. n. 9., Secùs filius bannitus, Magon. dec. 85. Ricc. collect. 2463. Baron. sup. n. 233.

21 Si sit relictum aliquid alicui filiofam., si morte patris sui juris efficiatur, illud debetur illi, si non morte, sed emancipatione à patria potestate liberetur l. si ita ff. quando dies legat. cedat. l. mulier. in princ. ff. ad Trebell. l. si mater C. de instit., & substit. Oter. Roman. lucubr. disp. 4. n. 3. Altimar. loc. alleg.

22 Et sicut filio emancipato debetur legitima in bonis patris, sic patri in bonis filii. Merlin. de legit. lib. pr. tit. 2. n. 14. 15. Baron. sup. n. 252. Hodier. sup. n. 17. 18. Altimar. supra.

23 Quod Statutum de Masculis comprehendat etiam emancipatos, Matt. de suc. leg. p. 3. q. 2. art. 3. n. 17. Dec. cons. 129. Altimar. supra.

In Gallia patria potestas durat tantum quinque lustris. Oinot. in §. præterea quib. mod. patr. potest. solvit. D. Rota tract. de Ingratitud. n. 27.

24 Si filius renuntiat emancipationi reincidit in patriam potestatem, Matanta in spec. p. 4. dist. 18. n. 4. Magon. de author. Notarior. c. 49. n. 5. Altimar. sup.

25 Si quis conjunctus habeat adoptatos, & arrogatos, & illos emancipet, cessat talis adoptio, & arogatio, Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. sub num. 87. vers. siquis conjunctos tom. 8.

26 Si emancipatus adoptetur à suo patre naturali, tunc reincidit in Patriã potestatem, & dicitur suus, sic dominium bonorum patris continuatur in suis, post alios Medic. in tract. de deffinitionibus cap. 84. Marta sup. n. 6. p. 2. q. 6. art. 2. Altimar. supra.

27 Emancipatus stat sub correctione patris, Cutell. de donat. disc. 2. quæst. 6. n. 16. Altimar. loc. citat.

28 Plures differentiæ inter emancipatum, & hæredem suum

ſuum ſunt, quia emancipatus, non ſuccedit cum qualitate, & privilegio, quibus ſuccedunt ſui hæredes, quia cum eo non continuatur illud dominium patris, & emancipatus ipſo jure non efficitur ſuus hæres, ſed tantum fit hæres ex neceſſaria aditione, nec transmittit hæreditatem ex potentia ſuitatis, Marta *ſupra part. pr. quæſt. 20. artic. unic. nu. 11. & par. pr. qu. 6. art. 2. num. 2. ſeqq., & art. 3. quæſt. pr. ſeqq.* Cutell. *de donat. diſc. 2. par. 10. nu. 7. ſeqq.* Cævall. *qu. 714.* Gallus *de except. cap. 2. n. 27.* Crasl. §. *Suitas q. 4. n. 9.* Faber. *de error. pragmat. err. 10. n. 25. ſeqq.* Altimar. *ſupra*.

Emancipatus ſoluit Gabellam de hæreditate patris, in locis ubi eſt ſtatutum de illam ſolvendo ex aquiſitione rei, cum dominium bonorum patris non continuetur in filium, ſed de novo acquiratur, ut diximus de hæreditate matris, & de donatione, quæ fit filio emancipato Marta *ſup. num. 12. 14. p. 1. q. 10. art. unic.* Altimar. *ſupra*.

29 Emancipatus ſi acquirat, non præſumitur aquirere ex re patria, Magon. *dec. Flor. 9.* Altimar. *ſupra*.

Emancipatio filii adoptivi ſequuta poſt mortem patris naturalis non retrotrahitur ad effectum, ut idem filius recuperet patris naturalis hæreditatem, alteri, medio tempore, delatam Bic. *dec. 52. n. 24.* Altimar. *loc. adduct.*

Emancipatus filius non poteſt vocare patrem in judicio, ſine venia, Viv. *opin. 235.* Surd. *de alim. tit. pr. q. 17.* Hodiern. *in l. hac edictali q. 16. n. 16. C. de ſecund nupt.* Altimar. *ibidem*.

Nam emancipatio non tollit reverentiam patri debitam, nec filiationem DD. *hic ſup. citati.* Baron. *de corpore tit. de manib. n. 228. 229.* Altimar. *ibidem*.

30 Emancipatio eſt utilis filio, patri damnoſa quia filius aquirit libertatem, & Pater amittit patriam poteſtatem §. *præterea inſtit. quib. mod. juſ. patr. poteſt. ſolu. l. libertas ff. de reg. juris*, Caravit. *ad pragm. Regni Neapol. tit. ad Macedon. §. 12.* Alex. *conſ. 142. vol. 2.* Bald. *conſ. 139. vol. pr.* Giurba *ſup. conſuet. Meſſan. C. 3. gl. 8. n. 2. ſeqq.* Altimar. *loc. allegat*.

31 Filii ante emancipationem nati in Avi paterni remanent poteſtate, ſed reliqui naſcuntur liberi, Pereg. *conſ. 87. n. 6. vol. 5.* Alex. *conſ. 161. vol. 2.* Menoch. *conſ. 807. num. 42.* Carpan. *ad ſtat. Mediolan. n. 485. n. 3. p. 2.* Giurba *d. cap. 3. n. 4. gl. 8.* Marta *de ſucceſſ. legal. tom. 1. p. 1. art. 2. n. 5.* Altimar. *ibidem*.

32 Pater non poteſt emancipare filium, & retinere uſumfructum bonorum filii; Gomez. *var. lib. pr. cap. 3. n. 21., & cap. 9. n. 26.* ubi Aylon. Card: de Luca *de dote diſc. 199. n. 10.* Franch. *dec. 32. nu. 14.* Oldrad. *conſ. 214.* Altimar. *ibidem*.

Etſi reſervetur uſusfructus, emancipatio eſt valida, ſed eſt nulla reſervatio uſusfructus Oldrad. *conſ. 214.* Roman. *ſing. 305.* Franch. *ſup.* Altimar. *ſup.*

Sed Andreol. *contr. 15. n. 65.* hæſitat de hac aſſertione, ea ratione quia emancipatio in hoc caſu non fit conditionaliter, ſed ejus effectus reſtringitur, & ejus effectus poteſt reſtringi. Gomez. *d. num. 21.* Suar. *Commun. Opin. lit. E. verb. emancipatio n. 21.* Giurba *ſup. Conſuet. Meſſan. cap. 7. gl. 11. n. 8. ſeqq.* Papon. *lib. 7. tit. 1. arreſt. 25.* Luca ad Franc. *dec. 32. n. 8.*

33 Pater ſi emancipet filium habet medietatem uſusfructus adventitiorum filii, quamvis illam ſibi expreſsè non reſervaverit. Tondut. *qq. civil. qu. 103. p. 2.* Baron. *de corpore tit. de manib. n. 184. ſeqq.* Rota *part. 14. rec. dec. 224. & p. 15. dec. 179.* ubi etiam de patrimonio à patre donato, ut promoveretur ad Sacros ordines.

34 Sed Pater in adventitiis filii poſt emancipationem quæſitis nullum jus habet, nec uſumfructum contrario patris pacto cum filio emancipationis tempore inito nonobſtante, licet Judicis adhibita ſit authoritas, Caval. *dec. 22. n. 55. p. 3.* Gomez. *in l. 48. Tauri n. 6.* Molina *diſp. 229.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 20. n. 37.* Carpan. *ad ſtat. Med. 485. n. 76. p. 2.* Oldrad. *conſ. 214.* Marſil. *ſing. 518.* Tuſc. *litt. E. concluſ. 115. num. 4.* Cravet. *conſ. 15. n. 2.* Roman. *ſing. 309.* Gomez. *var. lib. 1. cap. 3. n. 21.* Franch. *dec. 32. n. 14.* Coſta *de retrotract. cuſ. 6. c. 9. & q. 148. n. 9.* Giurba *ſup. n. 6. 7. cap. 7. gl. 11. n.* Petr. Gerard. *ſing. 76.* Altimar. *loc. cit.*

35 Verum in bonis maternis poſt emancipationem filio delatis uſum fructum cum filiis habebit pater, vel Avus, pro rata *l. ſi viva matre C. de bonis mater.* Raven. *ſing. 48.* Coſta *de retrotractione q. 148. n. 1.* Giurba *ſup.*, Secùs ſi ex cauſa à Judice ſit juſſus pater illum emancipare. Coſta *de rata port. q. 148. num. 41.* Surd. *de Alim. tit. 9. q. 20. num. 41.* Giurba *ſup.* Altimar. *ſupra*.

Sed in quæſitis ante emancipationem ex cauſa adventitia, dimidium uſus fructus retinet, quamvis illud tempore emancipationis pater non ſibi reſervavit. *l. cum oportet §. cum autem C. de bonis, quæ liber.* Oldrad. *conſ. 214.* Roman. *conſ. 547.* Molin. *diſp. 229.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. 485. n. 10. & 76.* Raudenſ. *ſing. 48.* Tondut. *qq. civil. cap. 103 p. 2.* Gerard. *ſing. 76.* Monter. *dec. 17. n. 44.* Tuſc. *lit. F. concluſ. 351. lit. E. concl. 113. n. 5.* Coſta *de retrotr. q. 148. num. 1.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 20. n. 41.* Quamvis illud tempore emancipationis ſibi non reſervavit, Cancer. *var. cap. 10. nu. 4.* Si voluntaria eſt patris emancipatio, ſecùs ſi juſta ex cauſa invitus pater ad emancipationem cogitur Giurba *ſup. n. 8. ſeqq. ubi n. 7.*, quod pactum, quod pater poſſet habere, aut retinere uſum fructum in bonis à filio emancipato quærendis, nullum eſt Altimar. *loc. cit.* 36

Et quod Filius ſi matrimonium contrahat, eſt emancipatus *l. uxorem C. de condit. inſert.* poſt D. D. Giurba *ad conſuet. Meſſ. gl. 4. n. 34. 37.* quod eſt de jure communi, ſed de jure Panormitano, & aliorum locorum ſecus, Giurba *cap. 3. gl. 8. n. 10. ad conſuet. Meſſan.* Franch. *dec. 546. n. 9. 15.* Anna *alleg. 33. num. 2.* Cabed. *dec. 72. n. 3. p. 3.* Fontanell. *de pactis nupt. cl. 4. gl. 1. n. 29 gl. 2. n. 38.* Sanchez. *de Matrim. lib. 7. diſp. 82. n. 5.* P. Molfeſ. *ſup. conſuet. Neapol. p. 1. c. 3. n. 9.* Cancer. *lib. pr. var. cap. 10. n. 14. & lib. 3. cap. 21. nu. 20. 63.* poſt mille Giurba *ſup.* Camarata *reſp. 29. n. 6.* Giurba *ad conſuet. Meſſan. cap. 3. gl. 8. nu. 17.* Merlin. *contr. 77. n. 27. ſeqq. lib. 2. & ibi.* D. Scoppa Altimar. *loc. cit.* 37

Filius voluntariè à patre emancipatus non poteſt iterum in poteſtatem reduci, *l. ſi liberatus ff. de adoption. l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris*, Caravita *ad pragm. Neap. tit. ad Maced. §. 2. num. 50.* Giurba *ſup. n. 16* Eo invito *ibid. num. 17. 18. 19. 20.* Altimar. *ubi ſupra*. 38

Niſi filius patri deneget alimenta. Surd. *de alim. tit. 8. privileg. 6. num. 5.* Marſil *ſing. 413.* Aſcan. *de patr. poteſt. C. pen. eff. 17. n. 2.* Coler. *de aliment. lib. 2. C. 5. n. 33.* Tuſc. *lit. A. concl. 287. n. 73.* vel filius ſit ingratus. Cutell. *de donat. diſc. 2. p. 7. num. 26.* Giurb. *ſup n. 17. 18.* ubi declarat, *& num. 19.* Greg. Lopez. *l. fin. tit. 18. p. 4.* Molin. *diſp. 229.*

Licet cogi non poſſit, ut filius emancipetur, ſi tamen emancipatus a patre fuerit, quem verbo, aut facto, injuria affecerit, rurſus in poteſtatem à patre, emancipationem revocante reduci poteſt *l. pr. C. de ingrat. lib.* Surd. *de alim. privil. 65. num. 8.* Giurba *ſup. n. 20.* idem ſi filius emancipatus patrem carceratum non adiuvet, vel patrem pauperem non alat. Paſchal. *de patr. poteſt. p. pr. cap. 3. nu. 58. 59.* Marſil. *ſing. 413.* D. Rota ad Rovit. *conſ. 54. n. 28. 29. lib 2.* Quo caſu non poteſt amplius emancipari, ſine Principis reſcripto, Paſchal. *ſup. nu. 58.* Altimar. *loc. ſupra citat.* 39

Verum filius à lege emancipatus, ſi ingratus ſit patri non reincidit in patriam poteſtatem, Menoch. *conſ. 807. n. 46.* Guttier. *§. ſui n. 122. inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Giurba *ſup. n. 21. 23. 24.* 40

Alias ſic Raudenſ. *de analog. c. 37. ex. l. unic. Cod. de ingratis liber.* Tiraqu. *de legibus connub. gl. 3.* Cutell. *de donat. diſc. 2. p. 7. n. 26.* ubi etiam, ſi manus violentas in patrem injecerit.

Filia ſemel emancipata per matrimonium, mortuo viro non redit in patriam poteſtatem, Maſuet. *in praxi. tit. de dote n. 37.* Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. par. 1. c. 3. n. 9.* Guttier. *pract. qq. qu 9. n. 2.* Matrienſ. *l. 8. gl. 3. n. 2. tit. 1. lib. 5. recopil.* Cevall. *q. 2. num. 9.* Giurba *ſup. n. 22* Altimar. ſupra. 41

Et filius, quem juſta ex cauſa invitus pater emancipavit, Juſſu Judicis, in ejus poteſtatem, amplius non incidit, quamvis ingratus, Surd. *de alim. d. privil. 65. n. 46. tit. 8.* Molina *diſp. 229. ad fin.* Gregor. 42

Lop. *l. fin. tit.* 18. *num.* 4. Giurba *sup.* Altimar. *sup.*

43 Quod verò Filius renunciare non possit emancipationi Corn. *consil.* 228. *vol.* 4. Cæphal. *consil.* 423. *nu.* 34. Peregr. *cons.* 97. *n* 82. *vol.* 4. Costa *de rata port. q.* 211. *n.* 5. Tebar. *lib.* 2. *var. tit. de emancipat. col.* 3. Aldovin. *cons.* 2. *n.* 82. Laderc. *cons.* 8. *nu.* 3. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 65. *n.* 3. Giurba *sup. n.* 25. 29.

44 Et filius minor emancipatus non restituitur adversus emancipationem habitam. Raven. *sing.* 173. Tepat. *lib.* 2. *var. tit. de emancipatione col.* 3. Giurba *sup. num.* 25. *in fine.*

45 Emancipatio alia est hominis, quæ vel est expressa, vel tacita. Expressa patris ministerium requirit, & certam formam ab Imperatore præscriptam in *§. nostra inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.* Spin. *de testam. glos. rubr.* 5. *nu.* 20. Nec ab alio, quàm ab ipso Patre præsente explenda est, ut nec per procuratorem, aut nuntium facta subsistat, nisi speciale sit mandatum, vel sit secuta ejus ratificatio Sola *ad decret. Saband. tit. de donat. Minor. gl. pr. num.* 13. Cassan. *ad consuet. Burg. rubr.* 6. *§.* 3. *n.* 5. 6. Carpan. *ad statut. Mediolan.* 326. *num.* 34. *part. pr.* Caravit. *ad pragm. Neapol. ad Maced.* §. 12. *n.* 9. 10. Tusc. *lit. E. conclus.* 109. *nu.* 1. 2. 3. Curt. sen. *cons.* 4. Intrigl. *lib.* 2. *sing.* 54. *n.* 2. Giurb. *sup. n.* 26. 27. Altimar. *supra.*

46 Mater filios non emancipat, quia non habet illos in potestate *l. ubi avia, C. de suis & legit.* Carpan. *ad stat. Mediol.* 485. *nu. pr. p.* 2. Cald. *in l. si curatorem, gl. sine curatore n.* 25. 107. *in fine*, Gratian. *disc.* 331. *n.* 21. Viv. *dec.* 187. *n.* 3. 4. *decis.* 374. *n.* 7. Macerat. *lib.* 1. *res.* 109. *n.* 57. Menoch. *cons.* 807. *n.* 40. *cons.* 162. *n.* 3. Nec Avus maternus, Giurba *sup. consuet. Mess. c.* 3. *gl.* 9. *n.* 1. Altimar. *sup.*

47 Emancipatio fit volente patre, & filio. Cutell. *de donat. disc.* 2. *p.* 7. *n.* 3. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæst. pr. sub num.* 87. *vers. Emancipatio fit tom.* 8. *fol.* 104.

Filius invitus non potest emancipari *l. Judeus C. de emancip. liber. §. generalis coll.* 7. *auth. quib. mod. nat. effic. sui.* Magon. *dec. Luc.* 84. *nu.* 2. 3. Carpan. *ad stat. Mediol.* 326. *n.* 8. *p. pr.* Tusc. *lit. F. concl.* 112. Lambert. *de contract. gl.* 8. *num.* 71. Trentacinq. *de Substit. p.* 1. *c.* 7. *n.* 9. Capon. *discept.* 357. Nisi patri molestus sit filius, sed gravis ingratitudo. Bart. & Bald. *in l. nec Avus C. de emancipat.* Mascard. *de statut. interpretat. conclus.* 5. *nu.* 56., vel rixosus sit. Tusc. *lit. E. conclus.* 199. *nu.* 13. 14. Magon. *dec.* 84. *n.* 3. Giurba. *sup. nn.* 6. 18. 20. *seqq.* Capon. *discep.* 317. Baron. *de corpore tit. de manib. num.* 176. *seqq.* Altimar. *supra.*

Sed Princeps potest filium invito patre emancipare. Muta *consuet.* 48. *n.* 68. Altimar. *supra.*

48 Conditio emancipationis posita à matre in filii Institutione, reiici non potest per filium, ubi filii commodum, & utilitatem respiciat, alias secus Rondin. *in prompt. juris tit. de condit. nu.* 5. Idem Giurba *sup. n.* 12. Altimar. *ubi supra.*

49 Et quod Filius semel emancipatus, iterum emancipari potest, Bald. *cons.* 131. *in fin. vol.* 3. Giurba *sup. n.* 24. Altimar. *ibidem.*

50 Emancipatio nulla, quando post longum tempus valeat. Dec. *cons.* 13. *n.* 2. *cons.* 564. *num.* 12. Aretin. *cons.* 30. 77. Roffell. *ad stat. Perugr. rubr.* 86. *gl. pr.* Roman. *cons.* 402. Tusc. *lit. E. concl.* 109. *n.* 5. Quod non, Alex. *cons.* 109. *n.* 9. *cons.* 119. 141. *vol.* 3. Gram. *dec.* 101. *n.* 25. Caravit. *sup. num.* 54. Giurba *nn.* 25. Sed veritas est, quod si ex lectura sit evidens, ut non possit esse difficultas, tunc tollitur rei evidentia. Gram. *dec.* 79. *num.* 21. Aut solemnitas aliqua in emancipationis actu defficit, tunc verior est opinio, quod emancipatio per lapsum 30. annorum validatur. Tusch. *lit. E. concl.* 110. *n.* 5. Verum filio mortuo, adversus emancipationem illam agere non potest pater, sed extraneus Barbos. *in l. Titia à num.* 18. *ff. solut. matrim.* Quamvis oponeretur nullitas per viam exceptionis. Giurba *sup. n.* 25. Baron. *de corpore tit. de manib. num....* Altimar. *supra.*

51 Emancipatio filiorum, quorum parentes deteguntur hæretici ante emancipationem est nulla, nam statim, ac Pater est hæreticus, filii sunt sui juris, sic non indigent emancipatione. Giurba *sup. consuet. Messan. c.* 4. *gl.* 11. *n.* 13. 14. Muta *consuet.* 48. *num.* 59. Idem dicendum de rebelle, scismatico, & de filio Judæi baptizato. Idem *n.* 60. 61. Quo ad favorabilia, non quo ad damnosa, Baron. *de corpore tit. de manibus n.* 239. Altimar. *supra.*

Patrem in emancipationis præmium filio dare con- 52
suetum est Tusc. *lit. E. concl.* 112. Surd. *cons.* 341. *n.* 9. Clemen. *de patr. potest. cap. ult. n.* 9. At recipere ab illo non, Magon. *dec.* 84 *n.* 26. Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 28. *n.* 6. post mille alios. D. D. Giurba *sup. gl.* 10. *n. pr.* Cutell. *de donat. tract. pr. disc.* 2. *p.* 10. Sed non cogitur Cyriac. *contr.* 319. *n.* 64. Idem Altimar. *loc. alleg.*

Sic non cogitur pater aliquid dare, maximè si jussu Judicis illum emancipet. Idem Giurb. *sup. n.* 2. ubi *num.* 4., quod est in voluntate patris, quod velit tradere, dummodo non præjudicet suis creditoribus, vel aliis, Baron. *de corpor. tit. de manibus n.* 186. *seqq.*

Donatio a patre filio facta in præmium emancipa- 53
tionis est insinuanda, cum sit simplex, non ob causam Add. ad Magon. *d. dec.* 84. Clar. *§. donatio quæst.* 8. *vers. successivè* Tepat. *var. sententiar. lib.* 2. *tit. de emancipat. col.* 2. Guid. Pap. *sing.* 375. Rimin. jun. *cons.* 811. *num.* 7. Giurba *sup. num.* 5. Michalor. *de fratrib. par. pr. cap.* 11. *n.* 18. *seqq.* Cutell. *de don. disc.* 2. *p.* 7. *n.* 22.

Licet donatio inter patrem, & filium sit nul- 54
la. *l. donationes, quas parentes C. de donat. inter virum*, tamen valet in præmium emancipationis, Michalor. *de fratrib. part. pr. cap.* 18. *n.* 12., Et illa donatio confirmatur emancipatione Cutell. *de donat. tom. pr. tract. pr. disc.* 2. *p.* 7. Michalor. *de fratrib. part. pr. C.* 18. *num.* 12. Hermosill. *gl. pr. l.* 3. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 29. *fol.* 232. Bellon. *de potest. eorum quæ fiunt in continenti lib. pr. cap.* 96. *nu.* 8. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *n.* 125. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 29. *nu.* 25. Altimar. *supra.*

Sic donatio ex causa emancipationis facta à patre filio, valet ab initio. Mangil. *de imput. quæst.* 30. *nu.* 44. *& q.* 45. *n.* 34. Crass. *§. legitima quæst.* 22. *num.* 7. Marta *de success. legal. par. pr. q.* 25. *art.* 11. Idem Cutell. *sup. tract. pr. disc.* 2. *p.* 10. *nu. pr. & part.* 7. Idem Altimar. *ibidem.*

Sed donatio facta ob emancipationem, non est ob 55
causam, sed simplex, ut *sup.* diximus Bellon. *sup.*, Sic imputatur in legitimam. Michalor. *de fratrib. par. pr. c.* 3. 7. *n.* 5. 7., *& c.* 11. *n.* 5. Baron. *de corpore tit. de manib. n.* 198.

Talis donatio debet conferri. Michalor. *d. par. pr.* 56
cap. 18. *n. pr. seqq.* Altimar. *loc. supra adduct.*

Collatio locum habet solum in casu successionis *l. pen. ff. de collat. dot. juncta l. pr. §.* 2. *C. de inoffic. testam.* Michalor. *sup. num.* 9.

Et emancipatus non tantùm suo, verùm etiam conferre debet emancipato Michalor. *sup. n.* 10. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst. pr. sub n.* 87. *ver. emancipatus tom.* 8. Et licet aliqui velint non conferri donationem factam ante emancipationem, attamen verior est contraria opinio Michalor. *sup. n.* 11. *&* 13. Altimar. *loc. cit.*

An donatio facta filio emancipato imputetur in legitimam Crass. §. *legitima quæst.* 27. *n.* 7. Mangil.
de imput. q. 29. *n. pr.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 57
2. *n.* 24. Michalor. *sup. part. pr q.* 37. *n.* 56. Altimar. *loc. citat. n.* 87. *ver. donatio facta.*

Etsi pater filio emancipato donet cum pacto quod debeat imputatio fieri, & filius vivo patre decedat, debet nepos in legitimam donationem illam imputare Michalor. *dic. q.* 37. *num.* 7. *& q.* 39. Altimar. *loc. cit.*

Sed donatio semel perfecta revocatur per emancipationem eo ipso, quod filius in patris potestatem
reincidat ex ingrat. vitio, vel alia causa de quibus 58
sup. Cutell. *de donat. disc.* 2. *p.* 7. *n.* 25. *&* 26. Altimar. *ubi sup.*

Donatio a patre filio facta in præmium emancipa-
tionis revocari non potest, quamvis filius consentiat, 59
l. ad resolvendam C. de pred. minor. l. 2. *C. si adverf. donat.* nisi Judex suam ponat authoritatem. Giurba *sup. n.* 6. Altimar. *supra.*

Emancipatio si fuerit nulla, donatio in ejus præmium

60 minm facta etiam erit nulla, ut deciſum refert Sola *ad
decret. Sabaud. tit. de donat. min. gl. pr. n.* 12. 14.
Guid. Papa *deciſ.* 632. Morot. *conſ.* 52. *n.* 18. Te-
pat. *lib.* 2. *tit. de emancipat. col.* 2. Pereg. *conſ.* 87.
n. 8. *vol.* 5. Quamvis adſit juramentum Sola *ſup. n.*
14. Tepat. *ſup. d. col.* 2. *Clem. de patr. poteſt. c. fin.*
n. 82. Giurba *ſup. n.* 7. *ſeqq.* ubi tota materia, An-
dreol. *contr.* 14. 15. Altimar. *ibidem*.

Creditor hypothecam conſervat in bonis filio do-
61 natis, in præmium emancipationis, ſi in fraudem cre-
ditorum, alias non, Lancellot. Gall. *conſ.* 119. *n.* 29.
Pariſ. *conſ.* 53. *n.* 27. *vol. pr.* Sic ſi concurrant credi-
tores patris, & filii ſuper bonis filio donatis, credi-
tor filii præferendus eſt. Carpan. *ad ſtat. Mediol.*
263. *n.* 13. *part.* 1. Niſi aliud expreſſum in emanci-
pationis inſtrumento, Giurba *ſup. n.* 14. 15. Altimar.
loc. cit.

Donatum à patre filio in præmium emancipatio-
62 nis in legitimam computandum non eſt, ſed fratri-
bus conferendum; niſi aliter ſit expreſſum. Caval.
dec. 22. *n.* 51. *p.* 8. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan.* 485.
n. 75. Magon. *dec. Luc.* 84. Tepat. *ſup. col.* 2. Clar.
§. donatio q. 8. *n.* 5. Sola *ad Conſtit. Sabaud. tit.
de don. minor. gl. pr. num.* 71. Riec. *collect.* 2463. &
3294. Giurba *ſup. n.* 1. 2. 4. *gl.* 11. Andreol. *contr.*
54. *n.* 16. *ſeqq. & contr.* 15. *n.* 61. Si nulla eſſet eman-
cipatio, eſſet nulla donatio facta ob illam cauſam,
ſed declarat *n.* 71. Secus ſi eſſet clauſula: *omni modo
meliori*. Altimar. *loc. præalleg.*

Filius emancipatus poteſt compellere patrem ad
reſtituendum turpe illud, quod patri ſuo acquiſivit,
63 dum in ejus erat poteſtate, ſive condemnatus ſit fi-
lius, ſive non, qui ſi turpe illud penes ſe habeat, nec
cogitur patri dare, Dyn. *conſ.* 12. Tuſch. *lit. E. concl.*
213. *n. pr.* 2. 3. Giurba *ſup. n.* 6. & *gl.* 14. *n.* 2. Alti-
mar. pariter *ſup.*

Emancipatus ad fideicommiſſum familiæ relictum
64 cum aliis admittitur, *l. peto, §. fratre ff. de legat.* 2.
Pinell. *lib.* 2. *ſelect. juris c.* 3. *n.* 34. Mantica *de con-
ject. l.* 8. *tit.* 12. *n.* 13. Idem Giurba *ſup. gl.* 12. *n.* 8.
Altimar. *ſupra*.

Emancipationis, & patriæ poteſtatis nulla in ſuc-
65 ceſſionibus eſt hodie differentia, *l. fin. C. de legit.
hæred.*, *auth. defuncto, C. ad Tertull.*, *auth. in ſucceſſ.
C. de ſuis & legit.* Viv. *dec.* 514. Giurba *ſup. n.* 4.
Ruſtic. *de fideicom. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 7. Valaſc. *de par-
titjon. c.* 15. *n.* 60. Surd. *dec.* 96. Caval. *dec.* 22. *n.*
65. *p.* 3. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.* 10. *n.* 596. Man-
tica *de tacit. l.* 14. *tit.* 19. *nu.* 13. & *de conject. ul-
tim. volunt. l* 4. *tit.* 12. *n.* 7. Menoch. *de præſump. l.
pr. q.* 35. *n.* 9.

Filius emancipatus quando debeat conferre ei data
à patre, vel expenſa pro illo, reſolutio eſt, quod ei
66 data ex cauſa neceſſaria non tenetur conferre, ſecus
ex cauſa non neceſſaria, ſed voluntaria, in ſucceſ-
ſione patris cum aliis filiis poſt mille Alderiſ. *tract.
de hæred. action. c.* 14. Cutell. *de donat. diſc.* 2. *p.*
10. *n.* 23. & *ſeqq.* latius *n.* 12.

Hinc emancipatus tantum confert, quantum au-
fert, Alderiſ. *ſup. num.* 194. quod tamen intellige,
67 quoad profectitia, *l. ut liberis C. de collation.* Va-
laſc. *in praxi partitionum c.* 42. *n.* 13. Alderiſ. *ſup. n.*
49. *ſeqq.* non vero quoad adventitia *l.* 1. *§. portio-
nes l.* 2. *§. ſi tres ff. de ea, quæ* Laurent. *in repe-
tit. l. ſi emancipati, in gl. collatio ceſſat n.* 63. *C. de
collation.* Alderiſ. *ſup. n.* 47. Altimar. *de nullit. rubr.*
2. 3. *q. pr. ſub n.* 87. *verſ. emancipatus tantum tom.* 8.

Et collatio debet fieri etiam quo ad donationem
68 illi factam in præmium emancipationis, Decian.
reſp. 22. *nu.* 10. Alderiſ. *ſup. num.* 59. Altimar. pa-
riter *ſup.*

Debet etiam fieri à nepotibus ex filio emancipato,
69 *l. ſi nepotes ff. de collat. bonor.* Alderiſ. *ſup. n.* 60.
Altimar. *ſupra*.

Sed ceſſat collatio in omnibus filiis, ſi ex tacita,
vel expreſſa voluntate patris, vel ejus, de cujus ſuc-
70 ceſſione agitur hoc colligi poteſt, Bald. *conſ.* 210.
vol. 4. Soccin. *conſ.* 127. *vol.* 3. Alderiſ. *ſup. n.* 180.
ubi *n.* 181. refert dictas conjecturas, Hier. a Laurent.
q. 6. & *reſp.* 26. Papon. *lib.* 21. *tit.* 7. *art.* 10. & *lib.* 7.
art. 2. Valaſc. *in praxi tit. pr. l.* 14. *n.* 15. qui tenet
non ceſſare collationem ex conjectura. Gerard.
Mayn. *lib.* 8. *c.* 57. Altimar. *loc. adduct. rubr.* 2. & 3.
quæſt. pr. ſub n. 87. *verſ. ceſſat collatio tom.* 8. Sed
contrarium voluit Ant. Fab. *in Cod. lib.* 6. *tit.* 4. *de
fin.* 2. Sed non fit collatio; & imputatio ſi pater aſſi-
gnaverit bona libera. Surd. *conſ.* 143. *n.* 23. *ſeq.* An-
dreol. *contr.* 15. *n.* 74. *ſeq.* Altimar. *loc. cit.*

Et ſicut ex conjecturis ceſſat collatio, ita ex con-
jecturis debet fieri, licet alias collatio fieri non debeat 71
Decian. *reſp.* 22. *n.* 45. *lib.* 2. Marinis *lib. pr. cap.* 85.
Andreol. *cont.* 16. *n.* 76., puta ſi pater diceret, ut
poſſit diſponere tantùm de bonis propriis. Alderiſ.
ſup. n. 181. Rota *dec.* 389. *p.* 12. *rec.* Conjecturæ de-
bent eſſe concludentes, non generales, & leves. Gio-
vagn. *conſ.* 63. *n.* 85. Cyriac. *contr.* 368. *n.* 5. Luc-
ca ad Marin. *lib. pr. c.* 85. *n.* 11.

Donationem factam à patre filio contemplatione
matrimonii contrahendi, R. Marin. *d. cap.* 85. *n.* 6. 72
dicit ex mille DD. non eſſe conferendam, ſed con-
trarium deciſum refert junctis duabus Aulis S. R. C.
anno 1629., prout etiam contra tenent Cyriac. *contr.*
368 poſt Fontanell. Theſ. Merlin. *dec.* 386. Rota
dec. 389. *n.* 4. 26. Sed opinionem Marin. primo loco
ſuperius allegatam comprobat Andreol. *contr.* 404.

Donationem factam filio, ut ad Sacros ordines pro-
moveatur. Marin. *ſup.* dicit non conferri; Contra 73
dicit Michalor. *de fratrib. p. pr. c.* 5. *nu.* 8. Mangil. *de
imput. q.* 33. *n.* 18. *ſeqq.* Videndus Card. Luca *de dote
diſc.* 52. *n.* 8. *diſc.* 162. *n.* 10. idem Mar. *reſ. c.* 37. *n.* 6.

Bona data à patre filio in præmium emancipationis
non veniunt in fideicommiſſo facto à patre, R. Rovit. 74
conſ. 72. *lib. pr.*, ubi Altimar. ampliat, & limitat. An-
dreol. *contr.* 286. *n.* 56. 57.

De collatione bonorum, & dotium tractant latè
Hermoſill. ad Lopez. Card. Tuſc. *lit. C.* Ariſmin. Te- 75
pat. *tit.* 642. Thomat. *dec. Macerat.* 50. P. Gregor.
Syntag. lib. 46. *c.* 8. Jo. Renhan. Theodor. Spoliman.
Forcatull., & alii, Cutell. *de donat. diſc.* 2. *p.* 10. *nu.*
33. *ſeqq.*

Filius ſi emancipatus legitimam in bonis patris ha-
buit, paternæ ſucceſſioni compellitur renuntiare. 76
Giurb. *cap.* 3. *gl.* 4. *n.* 2. Altimar. *ſupra*.

Filius emancipatus aſſerens bona poſſeſſa fuiſſe ſibi
à patre donata, tenetur hoc probare, Cerro *dec.* 234.
n. 21. Altimar. *ſupra*.

Emancipatus cum ſit verè filius retrahit feudum à 77
patre venditum, Mantua *ſing.* 564. Giurba *conſ.* 34. *n.*
8. Altimar. *ſupra*.

Infans an poſſit emancipari latè Altimar. *de nullit.* 78
rubr. 2. 3. *q.* 1. *n.* 87. *ver. infans tom.* 8.

Ubi requiritur judicis authoritas, competens Ju-
dex debet eſſe reſpectu patris emancipantis, licet re- 79
ſpectu filii emancipati ſit incompetens. Altimar. *loc.
cit.*, ubi hoc benè declarat. Si verò pater, aut filius
eſt Judex, alterius Judicis authoritas non requiri-
tur. Altimar. *ubi ſup.*

Emancipatio poteſt fieri die feriata Surd. *de alim.
tit.* 9. *q.* 20. *num.* 29. Altimar. *loc. cit.*, Si dolus, & 80
fraus abſit Altimar. *ibid.*

Emancipatio coram notario eſt nulla Angl. *conſ.*
93. & 94. Dec. *conſ.* 13. *n.* 2. Altimar. *ſup.* Quid verò 81
ſi patris adſit Juramentum, vel contraria conſuetudo
Altimar. *ibid.*

In emancipatione requiritur ſcriptura *leg. fin. Co-
dic. de emancip. lib.* Maſcard. *de probat. concl.* 597. 82
Altimar. *ſup.*, ubi etiam, an requirantur teſtes rogati.

Si nulla ſit emancipatio, eſt nulla donatio facta
in præmium emancipationis Virgil. *de legit. perſon.* 83
cap. 3. *n.* 91. Michalor. *de fratrib. part.* 3. *c.* 23. *n.* 71.
Altimar. *ſup.* ubi diſtinguit.

Emancipatio quomodo fieri poſſit inter abſentes 84
Altimar. *dic. n.* 87. *ver. atſi cum ſeqq.*

Venter non poteſt emancipari Altimar. *ſup. ver.* 85
venter, ubi reddit rationum.

Emancipatio an poſſit fieri ad unum actum, an 86
ad tempus, an ad certum locum Altimar. *loc. cit.
verb. emancipatio ad unum cum ſeqq.*

Emancipatio eſt introducta ad favorem emancipa- 87
ti Vela *diſſ. pr. a n.* 66. Altimar. *ſup.*

Sed ſi emancipatus ſit impubes, pater remanet tu- 88
tor impuberis Tepat. *tit. de emancipatione in fine*,
&

& impubes si acquirat dignitatem, acquirit emancipationem, sed illi pater potest dare tutorem, Cammarat. *resp.* 29. *n.* 8. & *seqq.* ubi *n.* 11. 12. quod non requirit confirmationem à Judice Cutell. *de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *n.* 24. & *p.* 8. *nn.* 7. & *orat.* 18. *n.* 2. & quando secus *n.* 40. Baron. *de corpore tit. de manib. n.* 199. Si pubes, curator pater ei dari potest Montan. *de excusat. tut. nu.* 81. Virgil. *de legit. person. c.* 4. *n.* 87. *fallentia n.* 88. Jovius *de solemnit. in contract. minor. gl.* 22. §. 14. *n.* 31. Quaovia transeat ad secunda Vota *n.* 31. Sed tenetur inventarium conficere Jovius *ibid.* ubi an teneatur cavere.

89 Impubes emancipatus, etiam invito patre, dicitur pupillus, & habet electionem fori Cutell. *de donat. tract.* 1. *disc.* 2. *p.* 7. *num.* 11. Novar. *in praxi elect. fori. p. pr. sect.* 2. *q.* 4. & *part.* 2. *sect.* 2. *q.* 40. & *q. forens.* 126. *p.* 2. & *supr. pragm. in rubr. de infantibus præd.* Petra *in ritu* 230. *n.* 27. *in fin.* & 28. Altimar. ad Rovit. *dec.* 27. Sansel. *dec.* 134. 274.

Sed contra dicunt Covar. *pract. c.* 6. *n.* 2. ubi addisio. Caneer. *var. cap.* 2. *num.* 12. 13. Barbosa *in l. unic. C. quando Imp. inter pupill.* & *vid. num.* 33. Baron. *de effectib. min. ætat. circa judic. eff.* 41. *in fin.*

90 Sic emancipatio continet favorem emancipati Mendoz. de Castr. *in commentar.* ad text. *l. cum oportet C. de bonis, quæ liber n.* 121. & *seqq.* Vella *dis. pr.* a *n.* 66. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæst. pr. n.* 87. *vers. sic emancipatio tom.* 8.

91 Filii emancipati, si fuerint præteriti, ei competunt remedia querelæ, Michalor. *p.* 3. *c.* 11. *n.* 102. Gratian. *disc.* 637. *n.* 20. Magoo. *dec. Luc.* 84. *n.* 10. 11. Baron. *de corp. tit. de manib. n.* 212. Andreol. *contr.* 287. *n.* 1. 53. *seqq.* Hodiern. *in l. hac edictali q.* 16. *num.* 2.

92 Emancipato filio debetur legitima, & in ea gravari ooo potest, Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 1. *nn.* 37. Hodiern. *sup. n.* 4. Andreol. *contr.* 287. 288. contra Metendam Torre *de pact. fut. success. lib.* 2. *c.* 44. *n.* 35. Michal. *de fratr. p.* 1. *c.* 33. *n.* 13. Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 2. *q.* 3. *n.* 4. *seqq.* Etiam in bonis matris, Andreol. *sup. num.* 4. Sed oon tenetur ad legitimam in casibus, quibus eum cogitur emancipare Tap. *in aut. ingres. gl. sua c.* 3. *nu.* 11. *C. de S. Sanc.* Giurb. *ad cons. Mess. c.* 7. *gl.* 11. Baron. *de corpore tit. de manib. n.* 233. & ut detrahat legitimam, potest malè alienata à patre revocare Hodiern. *in l. hac edictali q.* 16. *n.* 5.

93 Testamentum patris præterito filio emancipato est nullum, nisi esset baonitus Magon. *dec. Luc.* 84. Altimar. *loc. supra cit.*

Et noo imputat in legitimam, quod habuit filius tempore emancipationis Tepat. *var. sent. verb emancip.* Cutell. *de donat. disc.* 2. *p.* 10. *num.* 33. Altimar. *supra.*

Sic datum a patre filio emancipato noo imputatur in legitimam, nisi expressè sit datum pro hac causa Magon. *decis.* 84. Baroo. *de corpore tit. de manib. n.* 195. Altimar. *supra.*

94 Emaocipatus præteritus, per booorum possessionem contra tabulas, dicitur succedere ex testamento Marta *de success. legat. tom.* 1. *p.* 1. *art.* 2. *nn.* 9. Torre *de pact. fut. success. l.* 2. *c.* 44. *n.* 34. Baroo. *supra.*

95 Filius emancipatus succedit simul cum aliis non emancipatis Gratian. *discept.* 914. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. 3. *q.* 1. *sub n.* 87. *ver. sic filius emancipatus*, ubi etiam qood ei debentur alimenta.

96 Filiæ emancipatæ debetur dos Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 5. *n.* 10. Altimar. *sup.* quidquid dicat contra Merenda *controver. lib.* 3. *c.* 15.

97 Sed si dos ei data tempore emancipationis perdatur, difficultas est, an pater teneatur iterum dotare, nam quod non Socin. *l.* 2. *nn.* 24. *ff. solut. matrim.* Torre *de pact. fut. success. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 4.

Sed in contrarium est veritas, ut teneatur iterum dotare, Boer. *dec.* 231. *nu. pr.* & *seqq.* Campeg. *de dote q.* 26. Bald. Novel. *ibid. quæst.* 6. *p.* 6. *privileg.* 5. & 6. Hodiern. *in l. hac edict. q.* 16. *n.* 9. & *seq.* Surd. *de alim. tit. pr. q. pr. n.* 20. & *seq.* ubi dicit filium emancipatum a patre ali debere, quia obligatio alendi à caritate sanguinis oritur, & non à patria potestate *Clement. de patria potest. eff.* 17. *num.* 2. Hodiern. *sup.* Altimar. *loc. adduct.*

98 Sic filius emancipatus Inero *l. hac edictali, C. de secundis nuptiis* non privatur Surd. *cons.* 237. *n.* 25. *vol.* 2. Nam per emancipationem filius non desinit esse filius Hodiern. *sup. num.* 11. 12.

99 Emancipatus si reincidat in patriam potestatem per aliquam causam, de qua sup. hic non potest amplius emancipari absque Principis rescripto Pascal. *de patr. potest. part.* 2. *c.* 3. *n.* 59.

100 Emancipatus an redeat in patriam potestatem Donell. *lib.* 2. *commeat. n.* 24. Altimar. *loc. cit.*

101 Si renunciat emancipatinoem, oon reincidit in patriam potestatem Marant. *in spec. p.* 4. *distin.* 18. *in fin.* Magon. *de ann. Notarii* 49. *n.* 5. Altimar. *supra.*

102 Emancipatio non vitiat filii institutionem Castil. *contr. l.* 2. *contr.* 27. Altimar. *supra.*

103 Legitimatus potest emancipari, & jura successionis conservat Grat. *de nobilit. gl.* 21. *n.* 67. Altimar. *sup.*

104 Sed non filius naturalis, Guid. Papa *decis.* 632. Ricc. *collect.* 2463. Altimar. *loc. præalleg.*

105 Filio emancipato non potest pater substituere pupillariter, quia in pupillari substitutione requiritur patria potestas Fusar. *de substit. q.* 118. *n.* 22. Giurb. *de success. feud.* §. 2. *glos.* 12. *n.* 61. Baroo. *de corp. tit. de manib. n.* 244. *seqq.*

106 Filio hærede institoto, & rogato patre eum emancipare, ei emancipato debetur hæreditas Menoch. *lib.* 3. *præs.* 21. & 23. Altimar. *supra.*

107 Pater à Filio nihil recipere debet propter emancipationem Covar. *in c. quamvis p.* 3. §. 4. *num.* 19. *de pact. in* 6. Cutell. *de donat. disc.* 2. *p.* 10. *num.* 5. & recipiendo imputat in suam legitimam, immò fit indignus filii successione Cutell. Altimar. *sup.*

108 Emancipatus, qui in actu emancipationis habuit suam portionem, non potest amplius aliud prætendere Tor. *de pact. fut. succ. l.* 2. *c.* 7. *num.* 3. Andr. *contr.* 288. *n.* 31.

109 Emancipatus non potest præterire patrem in testamento, alias testamentum irritatur §. *instrumenta, aut. ut cum de apellat. cogn.* Guliel. Benedic. *in cap. Raynutius p. pr. n.* 251. Rot. Rom. post Torr. *decis.* 80. *n.* 3. *fol.* 83. ubi etiam si de bonis Castrensibus, vel quasi castrensibus disponeret Clar. §. *testamentum q.* 48.

110 Frater emancipatus est legitimus tutor suorum fratrum Hodiero. *in l. hac edictali q.* 16. *n.* 3. Baroo. *de corp. addit. ad tit. de manib. n.* 232

111 Emancipatus non transmittit hæreditatem non aditam ad hæredes, decisum refert Thor. *in compend. decis. p. pr. verb. Emancipatio*, Sabell. §. *transmissio* Surd. *dec.* 96. *n.* 13. Molfes. *cons.* 22. à *n.* 7. Vasq. *de transmis. l. pr.* §. 7. *nu.* 5. Ricc. *collect.* 2463. *ver. an autem emancipatus* Vella *dissert.* 81. a *n.* 63. Sed vide *n.* 73. Baron. *de corp. tom.* 2. *n.* 438. *fol.* 150. Altim. *supra.*

112 Pater filii emancipati tenetur restituere dotem maternam, vel pro ea tenetur ad interesse Card. Luc. *de dote disc.* 99. *n.* 10. Altimar. *loc. alleg.*

113 Ut valida sit emancipatio, debet omni fraude carere R. Capic. Latr. *consult.* 123. *n.* 58. Petr. Gerard. *sing.* 76. Altimar. *ubi supra.*

114 Emancipatio aliquando potest esse simulata, & in fraudem facta Brun. *de cess. bonor. p.* 4. *n.* 3. Carpan. *ad statut. Mediol. c.* 263. *n.* 8. *p.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. 3. *q.* 1. *sub n.* 87. *ver. emancipatio*, & *seqq. tom.* 8. ubi latissimè.

115 Emancipatio non præsumitur Pascal. *de patr potest p. pr. c.* 6. *n.* 127. Carpan. *sup. c.* 416. *n.* 10. Mesa *lib.* 2. *c.* 27. *nn.* 20. Altimar. *sup. ver. emancipatio non præsumitur*, obi etiam quid operetur præsumpta emaocipatio, & ex quibus præsumatur emaocipatio.

116 Emancipati filii quamvis non sint hæredes patris, possunt accusare, & remittere de morte parentum, Plac. *cap.* 45. *n.* 2. Altim. *sup. dic. n.* 87. *ver. emancipati filii*, ubi assignat rationem.

117 Emancipatus datus per patrem in arrogationem succedit io feudis emancipaotis Intrigl. *de feudis lib.* 2. *c.* 1. *n.* 236. 237. Mantua *sing.* 564.

118 Et semper emancipatus succedit in feudis Clemente *de patr potest. c. ult. n.* 86. Fulgin. *de jure emphyt. tit.*

de

de contract. emphyt. c. 5. n. 2. Rofental. Scrader. *de feud.*, & omnes DD. tractantes de feudis.

§. EMPHYTEUSIS. VII.

1 EMphyteufia eft rni immobilis conceffio facta à domino pro exhibitione certæ annuæ quantitatis in recognitionem directi dominii, & per quam utile dominium in nccipinntem transfertur, & dicitur amphyteufis quafi melioratio, cum ab initio fteriles tantùm agri concederentur colonis ad melrorandum, licèt hodin etiam fmtilea foleant concedi, fed cum majori pnnfioen; poteft autem celebrai vel ad certum tempus, puta decennium, vel ad tertiam, five quartam generationnm, vel in perpetuum, ut quamdiù folvatur penfio, non poffit auferri, nec rnvocari; & eft duplex nempe privata, quando fcilicet conceditur à privato, & laico; & Ecclefiaftica quando conceditur ab Ecclefia cum caufæ cogaitione, & fervatis fervaodis, ut colligitur *ex text. & gloff. in §. adeò autem*, ubi Oinot. Soac. & alii Interpretes *Inftit. de locat. & conduct. l. 1. ff. fi ager. vect. vel emphyt. & tot. tit. C. de jure emphyt.* Pract. Papp. *libell. ad revoc. fend. gloff. pr. in fin.* Gratian. *difcept. forenf. c. 703. n. 15. &c.* Clar. *in §. Emphyteufis, quæft. pr. & feqq.* cum aliis per eos citatis, latè Tufch. *litt. E. conclnf. 147. & feqq.* Paul. Chriftin. *decif. 119. vol. 3.* Ricc. *in repert. Collect. verb. Emphyteufis*, Ant. Gob. *tract. de permif. fend. ac emphyt. alienat. in Prælnd.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. par. 2. quæft. 18 à n. 1. tom. 4.* Quid fit Emphyteufis vidn Alvar. Valafc. *de Jur. Emphyt. quæft. 1.* Fulgin. *eod. tract. in prælnd. quæft. 1.* Pacion. *de Locat. cap. 3.* Verd. *Inftit. lib. 3. tit. de locat. nu. 2394. & feq.*

An autem in dubio præfumatur potius contractus emphyteuticus, vel cenfualis refervativus, Menoch. *lib. 3. præfumpt. 106. per tot.* Gratian. *difcept. for. c. 566. n. 9. & feqq. cap. 926. n. 6 &c.* vidn *in §. Contractus num. 22.* Tufch. *litt. E. conclnf. 152. per tot.* Merlin. *decif. 545.* ubi qualiter difcernatur unus ab alio, *& decif. 670. per tot.* Rot. *part. 9. recent. dec. 8. per tot. volum. 1. & part. 12. dec. 336.* Ant. Gob. *ubi fupra*, Altimar. *loc. cit. à n. 348.* Marin. *lib. 1. cap. 232. n. 7.* Idem Altimar. ad Rovit. *conf. 14. lib. 3.*

Quibus conjecturis cognofcentur, nn fit emphyteufis, vel locatio, & quomodo differant inter fe, Menoch. *lib. 3. præfumpt. 105. per tot.* Surd. *decif. 198. nu. 10. & feqq.* Oinot. Soac. & Clar. *in loc. fup. cit.* Rot. *par. 13. recent. dec. 319. n. 10. & feqq.* Anton. Gob. *loc. cit.* latè Rot. *par. 17. recent. decif. 123. nu. 24. & feqq. & par. 18. decif. 202. num. 7. & feqq.* Altimar. *ubi fupra à n. 306.* Et ad Rovit. *lib. 3. conf. 54. n. 7. & feqq.* Pacion. *de locat. cap. 3.*

Quòd in dubio maximè ad evitandam caducitatem potius præfumatur contractus cenfunlis, quàm emphyteuticus, Altograd. *conf. 14. n. 68. &c. lib. 2.* ubi tamen limitat fecundùm aliquos favorn Ecclefiæ, & qeando factæ funt folutiones ad titulum livelli, & bona fuerunt frequentius appellata emphyteutica, vel ubi frequentiores funt in loco conceffiones emphyteuticæ, vel ubi probatur de directo dominio, nam his cafibus ceffat dicta præfumptio cenfualis contractus, & refultat Emphyteufis, vide Clar. *§. Emphyteufis quæft. pr.* Altimnr. *loc. cit. nu. 350.* Fulgin. *de jur. emphyt. quæft. 8. n. 11. & 22.* Pacion. *de locat. c. 3. nu. 64.* De Luc. *de emphyt. difc. 33. num. 7. difc. 34. n. 4. & 5. difc. 37. n. 4.* Antonel. *de tempore legal. lib. n. cap. 25. n. 6. c. 55. nu. 45.*

Quando dicatur emphyteufis, vel locatio perpetna, & quid iode refultet, Rot. *part. 12. recent. decif. 268. & par. 13. decif. 175. n. 4. & feqq. & dec. 319. n. 10. & feqq. & part. 15. decif. 309.* ubi pro locatione ftantn partium denominatione, & penfionn fructibus correfpondente, etiamfi conceffio fit in perpetuum Vide *in §. Locatio*, Rot. *par. 17. recent. decif. 123. n. 15. & feqq.* ubi pariter pro locationn ex dictis, & aliis fundamnntis, & *decif. 221.* in eadem caufa, ubi fuit confirmata prima decifio, latè Pacion. *de elect. & conduct. c. 3. per tot.* Rot. *part. 28. recent. decif. 202. n. 7. & feqq.* Vide Bertachin. *vor. 111. num. 7.* De Luc. *de Emphyt. difc. 36. nu. 7.* Caftnld. *confult. 261. n. 4.*

An antem in contractn emphyteutico habeat locum rnmedium *l. 2. C. de refcind. vendit.* Rot. *par. 14. recent. dec. 235.* & dixi *in §. Læfin n. 14. & §. Remedium, n. 36.* Altimar. *ubi fupra à n. 51. ubi de omnib. feq. conclnfionib.* Valafc. *de jure emphyt. quæft. 10. n. 19.* Fulgin. *de contrac. emphyt. quæft. 28.* De Luc. *de emphyt. difc. 54. n. 7.* Roc. *refponf. 22. nu. 4. lib. 2.*

Quod non poffit peti reductio canonis ob fterilitatem, & quare, Rot. *part. 14. recent. decif. 338. per tot.* Vide Vel. *differt. 33. n. 63. 64.* Pegaf. *refol. 3. num. 971.* Ripol. *refol. 7. ex n. 92. & refol. ult. ex n. 32.* De Luc. ad Frnnch. *decif. 233. num. 4.* Altimar. *fup. an. 55.* Nig. *de Landem. tom. 1. quæft. 34. ex n. 14.* De Luc. *de emphyt. difc. 34. nu. 5.*

Multa de nmphyteufi, & cnnfibus, quam connexitatem habeant inter fe emphyteufis, & cenfus, aliaque plura videri poffunt ultra tractatus, & alios citatos, penes D. Gregor. Roffignol. *in Noviff. fuæ Prax. Theolog. legal. tom. 1. Contract. 4. per tot. à fol. 308. & feqq. ad 555.*

Emphytnuis conceffa alicui fimpliciter pro fe, & 2
filiis fuis, poteft ab illis retineri, etiam repudiata hæreditatn paterna, cum ad eam veniant non tanquam hæredes, fed ex pacto, & providentia, & non poffit illis per patrem præjudicari, fecùs fi dictum fuerit pro fe, filiis, & hæredibus, quia tonc requiritur utraqun qualitas, nempè quòd fint filii, & hæredes, Bart. *in l. jnsjurandi, §. fi liberi, n. 4. & 14. ff. de oper. liber.* Clar. *§. Emphyteufis quæft. 37.* Menoch. *lib. 3. præfumpt. 48. n. 12.* Marant. *in repert. l. is poteft, n. 22. ff. de acquir. hæred.* Magon. *decif. Flor. 118. per tot.* Sperel. *decif. 73. nu. 55. &c.* Grar. *difcept. for. cap. 345. per tot.* vide *in §. Feudum, n. 7. & §. Pater, n. 30. in fine, nu. 14.* Paul. Chriftin. *decif. 122. n. 3. &c. vol. 3.* Merlin. *decif. 86. per tot.* Rot. *part. 9. recent. decif. 167. n. 17. &c.* ubi quòd in emphyteufi ex pacto, & providentia non poteft præjudicari aliis vocatis, fed benè quando nft hæreditarin, & fimus in primo acquirente, qui non obftantn quavis prohibitione poreft hypothecare jus, & commoditatem precipiendi fructuad favorem ereditorum, ntiam in præjudicium fucceftorum. Vide *in §. Bona, n. 7. in fine n. 32. & 34.*

Qualirer filius poffit repudiare hæreditatem paternam, & feudum, vel emphyteufim retinere, & qua cautela uti debeat, Ferret. *caut. 37. per tot.* Vide Bertachin. *vot. 100. nu. 13.* Merlin. *de Legit. libr. 2. tit. 1. quæft. 5. n. 13. quæft. 6. n. 8.* Fulgin. *de contract. Emphyt. quæft. 3. fub n. 10.*

Quod emphyteufis non dicatur effe de bonis, & hæreditatn teftatoris, fed extra illa, Magon. *d. dec. 517. n. 16. in fin. n. 6.*

An veniat in reftitutione fideicommiffi, idnm Magon. *decif. Luc. 7. nu. 23. & 38.* vide *in §. Feudum num.*

Quando nutem nmphyteufis dicator ex pacto, & providentia, vel potius hæreditaria, & quomodo cognofcatur, Gratian. *difcept. for. cap. 345. & 351. per tot. cap. 451. n. 16. cap. 481. n. 54. cap. 724. nu. 11. & cap. 813. n. 27. &c.* Urceol. *confult. forenf. c. 32. per tot. litt. E. conclnf. 175. per tot.* Rot. *part. 10. recent. decif. 55.* obi quod conceffa pro fe, filiis, & nepotibus, dicitur nx pacto, & providentia, ac ideò inalienabilis in præjudicinm vocatorum, non obftantn claufula *ad habendum &c.* quæ in hujufmodi emphyteufi pactionata, & aliquo modo reftricta non operatur; item non obftnnte quòd fimus in primo acquirente, quando non habet filios in poteftate, vel nequifitio nft ex titulo lucrativo, nec quòd alienatio fit intnr ipfos comprehenfos, vel ex caufa dotis, quia quòd tunc fit permiffa, intelligitur in præjudicium domini directi, non autem aliornm vocatorum, & alia ad hoc propofitum De Luc. *de Emphyt. difc. 9. n. 9. & feq. difc. 31. à nu. 11. difc. 32. à n. 5. difc. 33. à num. 11.*

Quando eft hæreditnria, nn fufficiat effe hæredem primi acquirentia, vel requiratur probari effe hæredem ultimi decedentis, Bero. *conf. 103. lib. 2.* Altograd. *conf. 25. n. 17. &c. lib. pr.* Quid in mixta, De Luc. *de jurepatron. difc. 60. n. 26.* Vide Bertachin. *vot. 110. n. 13.*

Quòd

Quòd concessa in tertiam, vel quartam generationem, nulla facta mentione filiorum, nec hæredum seputetur ex pacto, & non hæreditaria, ac ideò admittantur nepotes, licèt non sint hæredes, Corn. *cons.* 100. *litt. D. lib.* 4. Clar. §. *Emphyteusis, quæst.* 37. *in fin. n.* 24. *in fine*, Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 18. *n.* 135. *tom.* 4.

Quòd in emphyteusi ex pacto, & providentia filii, & alii comprehensi veniant juro proprio, & non transmisso, & in eis dicatur nova acquisitio, Clar. §. *Emphyteusis, quæst.* 37. *in princ.* Duran. *decis.* 410. *n.* 6. Merlin. *decis.* 86. *n.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 40. 27. *&c.* ubi quod ideò non potest illis præjudicari.

3 Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus, de quibus intelligatur, an scilicet de filiis, & descendentibus, vel etiam de extraneis hæredibus, latè Menoch. *cons.* 255. *n.* 17. *& seqq.* ubi octo casus distinguit, prout ipse refert *lib.* 3. *præsumpt.* 48. *in fine*, vide Tusch. *litt. E. conclus.* 167. *& seqq.* Merlin. *decis.* 506. *n.* 6. ubi quod concessa in perpetuum pro se, & hæredibus transit ad extraneos, etiam si sit Ecclesiastica, *& decis.* 860. *per tot.* vide Rot. *part.* 21. *recent. decis.* 321. *per tot. & decis.* 340. *per tot.* ubi quòd non transit ad extraneos, *& part.* 12. *dec.* 206. *n.* 18. *& seq.* ubi distinguit inter emphyteusim Ecclesiasticam, & laicalem, de qua materia plenè Pacion. *de locat. & conduct.* 53. *ferè per tot.* Altim. *loc. cit. n.* 145. *& seqq. ubi de duab. proxim. conclus.* Gomez. & Ayll. *lib.* 2. *cap.* 41. *nu.* 14. Vel. *dissert.* 15. *a n.* 30. *dissert.* 16. *a n.* 73. Gob. *consult.* 51. *a num.* 1.

Quòd in concessione bonorum Ecclesiæ appellatione hæredum, & successorum, veniant solùm hæredes sanguinis receptius esse testatur Gabriel. *cons.* 84. *n.* 51. *lib.* 2. & alii relati per Rot. *decis.* 211. *n.* 4. *part.* 6. *recent. & in Caetana Bonorum* 3. *Decembris* 1646. *coram Cerro*, §. *Justitia, part.* 9. *recent. decis.* 427. *& in eadem causa confirmata part.* 10. *decis.* 209. *per tot. par.* 11. *dec.* 312. *n.* 10. *&c. dec.* 321. *& in Romana devolutionis Lunæ* 4. *Decembris* 1651. apud Bich. *decis.* 483. Merlin. *decis.* 583. ubi videtur concludere, quòd si emphyteusis sit hæreditaria transeat ad hæredes, etiam extraneos; secus verò si ex pacto, & providentia, prout in casu suo. Sed vide alias decisiones supracitatas, quæ loquuntur de emphyteusi Ecclesiastica, Mart. *vot. Pis.* 207. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 463. *& part.* 17. *decis.* 26. *& decis.* 225. *per tot.* ubi accerrimè disputatur, quando emphyteusis Ecclesiæ transeat ad extraneos hæredes, vel non concluditur pro transitu ex multis in casu decisionis *in fine, nu.* 6. *& nu.* 41. Vide Pacion. *de locat. cap.* 53. *num.* 30. 37. Gob. *consult.* 11. *a nu. pr.* Veid. *Instit. tit. de locat. num.* 2508. Altimar. *sup. num.* 146. Bertachin. *vot.* 110. *per tot.*

Quòd regulariter non transeat ad extraneos hæredes, Franch. *decis.* 235. Altograd. *cons.* 25. *num. pr. &c. lib. pr. in fine, num.* 6. 25. *&* 41. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 319. *&* 481. intelligendo de Ecclesiastica, de qua latè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 350. 371. *per tot. &* 385. ubi tamen quòd non dicitur devoluta ex eo tantùm, quòd reperiatur penes personam extraneam, nisi etiam probetur lineam investitorum esse finitam, quia illa durante nihil interest utrum sit penes investitos, vel alios æquè idoneos de consensu domini directi, *& part.* 18. *decis.* 83. Altimar. *sup. nu.* 147. & vide Delue. *de emphyt. disc.* 28. *disc.* 31. *n.* 2. *disc.* 32. *num.* 3. *disc.* 33. *num.* 3. *disc.* 35. *n.* 4. *seqq.*

4 Emphyteusis concessa cum clausulis generalibus, *ad habendum, tenendum, & quicquid &c.* quæ æquipollent clausulæ, *quibus dederit*, comprehendit etiam extraneos hæredes, & fœminas, ac potest alienari, etiam invito domino, qui potest cogi ad consentiendum, & requisitus recuset, habetur pro consentiente, Gratian. *discept. forens. cap.* 23. *num.* 18. *& seqq. cap.* 218. *num.* 46. *cap.* 344. *nu.* 9. *cap.* 481. *n.* 57. *&c. cap.* 584. *num.* 1. *cap.* 724. *nu.* 13. *& cap.* 43. *n.* 38. *& seqq.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 8. Altograd. *cons.* 22. *num.* 6. *& seqq. lib. pr.* Barbos. *de Claus. claus.* 4. Rota coram Merlino *in Noviss. part.* 6. *decis.* 74. *& dec.* 211. *per tot. & in Romana devolutionis* 4. *Decembris* 1651. *coram Bichin per tot.* ubi pulchrè quando transeat ad extraneos hæredes, vel non, & Merlin. *decis.* 506. *&* 583. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 29. *num.* 11. *&c.* ubi quòd comprehendit extraneos hæredes, maximè si sit concessa Clerico, qui descendentes habere non potest, *& part.* 16. *decis.* 408. *n.* 33. *& seqq. per tot.* ubi plenè, an, & quando dominus directus teneatur alienationi consentire, vel habeatur pro consentiente, in emphyteusi tamen hæreditaria, & ad quoscunque transitoria, quidquid secus sit in emphyteusi ex pacto, & providentia ob disparitatis rationem, de qua ibidem, & alia plura ad rem. Altimar. *loc. cit. num.* 150. Deluc. *de emph. disc.* 33. *n.* 4. *seqq. disc.* 39. *n.* 7. Fulgin. *de emph. tit. de alien. qu.* 10. Verd. *Instit. lib.* 3. *tit. de locat. num.* 2418.

Quòd clausula, *& quibus dederit*, juncto maximè aliquo verbo personalitatem denotante tribuat facultatem alienandi primo acquirenti tantùm, Ludovis. cum Beltram. *decis.* 529. *n.* 2. *& seqq. & num.* 22. ubi tamen quòd non omnes Domini in hoc erant concordes, sed benè quòd in omnem casum dicta facultas non operatur, ut alienatio fieri possit in personam privilegiatam, & potentem, prout Ecclesiam, vel Collegium. Altimar. *loc. cit. num.* 151.

Intellige supradictam conclusionem quando dictæ clausulæ sunt appositæ in parte dispositiva contractus; secùs autem si in executivis, & quomodo id cognoscatur, Barbos. *dict. claus.* 4. *per tot.* Cavaler. *decis.* 293. *per tot.* Urceol. *consult. forens. cap.* 32. *num.* 23. *&c.* aliique omnes prolixè relati; & dixi *in* §. *Clausula num.* 57. latè Fulgin. *de jure emphyt. tit. de alienat. quæst. pr. num.* 282. *& seqq.* Palma *consult.* 68. *nu.* 5. Altimar. *loc. cit. num.* 152.

Item intellige juxta naturam contractus emphyteutici, & ideò si agatur de emphyteusi Ecclesiastica, quæ de sui natura non est ad extraneos transitoria, dictæ clausulæ non tribuunt facultatem alienandi in extraneos in præjudicium vocatorum, maximè si non intervenerint debitæ solemnitates, vel stante expressa prohibitione, ne in una eademque investitura inducatur manifesta contrarietas, & repugnantia, ut latè probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 427. *num.* 11. *& seqq. per tot. et part.* 10. *decis.* 209. *nu.* 3. *in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, & par.* 11. *decis.* 340. *per tot.* ubi quòd Ecclesiastica non transit ad extraneos, & respondet omnibus obiectis, *& pars.* 12. *decis.* 206. *num.* 21. *& seqq. part.* 13. *decis.* 175. *nu.* 8. *& seqq. & decis.* 319. *per tot. &* 481. *& decis.* 510. ubi quando transeat ad extraneos, Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 79. *per tot. & decis.* 350. *per tot. & decis.* 371. *per tot. in fine num.* 41. *sup. num.* 3. *in fine*, Rot. *part.* 17. *decis.* 26. *num.* 3. *&* 4. *& decis.* 373. *num.* 5. *&c.* ubi quòd dicta clausula, *ad habendum*, restringatur ad limites concessionis, cui fuit adiecta, & facultas alienandi ex illa resultans nō operatur in præjudicium vocatorum, sed concedentis tantùm, & ideò illa non obstante datur immissio vocatis ex propria persona in emphyteusi ex pacto, & providentia. Vide *in fine nu.* 34. *vers. cessantibus autem*, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 84. *per tot. & decis.* 90. *num.* 15. *& seqq.* Altimar. *loc. cit. num.* 153. Gob. *consult.* 91. *a num.* 22. Antonel. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 25. Andreol. *contr.* 378. 374. Deluc. *de emphyt. disc.* 31. *num.* 3. Palma *consult.* 68. Castald. *consult.* 200. *n.* 23. *&* 25. *& consult.* 214. *n.* 4. *& consult.* 239.

Multa de dicta clausula, *ad habendum &c.* quomodo restringatur, & enervetur, ut nihil operari valeat, vide per Sperel. *decis.* 120. *num.* 21. *& seqq. & nu.* 49. *& seqq.* Merlin. *decis.* 532. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 583. *num.* 8. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 55. *nu.* 3. *&c.* ubi quòd apposita in emphyteusi ex pacto, & providentia, & ad illam restricta non reddit emphyteusim alienabilem in præjudicium vocatorum etiam si simus in primo acquirente ex titulo lucrativo, & alia.

Quòd non operetur quando est apposita post aliquam limitatam dispositionem, vel concessionem, & ad illam restricta, nec quando adest expressa prohibitio alienandi, Altograd. *cons.* 9. *num.* 4. *& seqq. lib.* 2. *& cons.* 10 *num.* 24. *lib.* 2. Ludovis. *decis.* 529. Merlin. *decis.* 583. *num.* 8. & Rot. *part.* 12. *recent.* de-

decis. 76. num. 20. & seqq. ubi quando dictæ clausulæ suum operentur effectum; & quando non operentur part. 13. decis. 173. num. 8. & seqq. decis. 310. per totam & 481. plenè Pacion. de locat. & conduct. cap. 53. ferè per tot. Altimar. loc. cit. num. 155. Palma consult. 68. num. 6. & seqq.

5 Emphyteusis concessa cum dictis clausulis generalibus cum transeat ad quoscunque, transit etiam ad Monasterium, & fiscum perpetuò, & irrevocabiliter, ac præstabuntur servitia per substitutum, quatenus in illis consistat recognitio, & idem est in feudo, cum tamen Ecclesia, & Fiscus nunquam moriantur, & dicantur manus mortuæ ex quibus non potest procedere alienatio, ne conditio domini directi efficiatur deterior propter laudemia, & similia, tenentur infra annum illam vendere alteri idoneo, & dominus intra biennium declarare, an velit quòd remaneat penes Ecclesiam, vel Fiscum, latè Gratian. disceptat. forens. cap. 481. num. 61. & seqq. ad finem cap. 533. nu. 38. & Ludovis. cum Beltramin. decis. 520. & 529. per tot. Franch. dec. 659. Magon. decis. Luc. 12. nu. 8. ubi Addit. Merlin. dec. 649. vide in §. Bona nu. 5. ubi an possit confiscari, Rot. part. 9. recent. decis. 427. num. 27. &c. & part. 10. dec. 261. & part. 12. decis. 76. num. 20. & seqq. per tot. & decis. 143. nu. 31. &c. ubi quando acquiratur Monasterio durante vita professi, in fine nu. 33. & 61. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 18. nu. 156. tom. 4. Andreol. contr. 374. num. 6. 7. Roxas decis. 339. Antonell. loc. cit. lib. 2. cap. 25. num. 11. Fulgin. loc. cit. tit. de success. quæst. 24. num. 7. Deluc. de emphyt. disc. 28.

An, & quando emphyteusis veniat in confiscatione, vel non, vide Conciol. cum pluribus ab eo citatis ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 76. n. 103. & seqq. Antonez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 22. nu. 62. & seqq. per tot. ubi etiam quid in melioramentis, & alia.

De emphyteusi, & feudo, ac cum ingresso transeat in Monasterium, & apud illud permaneat saltem durante vita naturali ingressi, & progressi; vel professione emissa revertatur ad Dominum directum, sive ad agnatos examinata quæstione ad partes, ac pluribus hinc inde citatis, pro Monasterio concludit Ant. Gob. Consult. 82. per tot.

Quod quando emphyteusis est de sui natura transitoria ad quoscumque hæredes, etiam si sit Ecclesiastica, transeat etiam ad manus mortuas, qualis reputatur etiam Communitas, Rot. par. 14. recent. decis. 377. per tot. Contrarium autem stante pacto, cùm tunc duplex prohibitio magis afficiat, latè probat Ludovis. dec. 521. per tot. ubi quando non possit alienari in personas privilegiatas, & potentes, Rot. part. 17. recent. decis. 26. ubi quòd non potest transire ad manus mortuas, qualis est Universitas, sivè Ecclesiastica, sivè laicalis, ut Confraternitas. Quando autem emphyteusis est reducta ad naturam allodialium, etiam si sit Ecclesiastica, transit etiam ad manus mortuas, nec prætendi potest devolutio, Rot. d. p. 17. decis. 55. per tot. ubi de emphyteusi Civitatis Ravennæ redacta ad naturam allodialium, ut inf. n. 34. & Rot. part. 18. rec. dec. 593. n. 6. & seqq. ubi quando vigore clausularum amplissimarũ sit redacta ad instar allodialium, & possit transire etiam in manus mortuas. Et an Monasterium sit capax bonorum emphyteuticorum, & feudalium. Vide Bardellon. cons. 145. per tot. lib. 2. Deluc. de emphyt. disc. 27. num. 5. Altimar. sup. numer. 157.

Quòd emphyteusis, quæ à persona laica transit in Ecclesiam non amittat suam naturam laicalem, sed sit regulanda juxta terminos emphyteusis laicalis ut in eos omnes transeat, in quos à principio erat transitura, Merlin. decis. 872. Et qualiter tunc Ecclesia acquirens tenetur ad laudemium, & ad quindenium tamquam manus mortua latè Rot. part. 9. recent. decis. 474. & 494. per tot. vide in §. Ecclesia n. 57. & n. 20. Altimar. sup. num. 159. Antonel. loc. cit. lib. 2. cap. 25.

6 Emphyteusis concessa pro se, filiis, & hæredibus suis masculis ab Ecclesia non porrigitur ad extraneos, sed restringitur ad hæredes sanguinis, nempè ad descendentes masculos non obstante clausula, ad habendum &c. quæ ut dixi non operatur quando est apposita post limitatam concessionem, & ad illam restricta, nec stante expressa prohibitione alienandi, quæ virtutem dictæ clausulæ penitus enervat, Altograd. cons. 9. num. 2. & seqq. lib. 2. Merlin. decis. 523. num. 6. & seqq. ubi plura ad enervationem dictæ clausulæ, & decis. 583. Rot. part. 9. recent. decis. 427. per tot. & part. 15. decis. 245. & part. 16. decis. 150. & par. 17. decis. 225. ubi planè pro transitu ad extraneos hæredes ex multis rationibus, & clausulis perpensis, de quibus etiam Pacion. de locat. & conduct. cap. 53. ferè per tot. Antonell. de tempor. legal. libr. 2. cap. 55. num. 68. Altimar. ubi sup. n. 160.

Quando tamen essemus in emphyteusi laica, vel privata pro se, & hæredibus in perpetuum concessa, transiret ad extraneos hæredes, maximè per clausulam ad habendum &c. in parte dispositiva appositam, idem Altograd. cons. 10. num. 22. & seqq lib. 2. Pacion. loc. cit. Altimar. loc. sup. allegato num. 161.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis, non intelligitur concessa pro fœminis, cum in contractibus masculinum non comprehendat fœmininum, nisi concessio facta fuerit à fœmina, vel alicui fœminæ, quia tunc inspecta affectione concedentis venirent etiam fœminæ, Marant. in repet. l. is potest num. 25. & 29. ff. de acquir. hæred. Clar. in §. Emphyteusis, quæst. 32. per tot. Franch. decis. 30. Rot. par. 2. diverſ. decis. 125. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 58. num. 14. & seqq. ubi quando censeantur vocatæ etiam fœminæ, cap. 88. numer. 25. & cap. 813. num. 26. &c. Altograd. cons. 22. n. 22. & seqq. lib. 1. Urceol. consult. forens. cap. 37. num. 1. &c. ubi quod cessat disputatio quando intelligitur repetita qualitas masculinitatis prius expressa, vel stante statuto fœminarum exclusivo, de quo plenè Cavaler decis. 583. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 18. à num. 162. tom. 4. Gob. consult. 102. numer. 15. Andreol. contr. 43. n num. 8. contr. 344. num. 14. contr. 189. num. 11. Fulgin. loc. cit. tit. de success. qu. 9. seqq. Deluc. de emph. disc. 18. 7

Quòd de sui natura emphyteusis sit transitoria, & indifferenter transmissibilis tam ad masculos, quàm ad fœminas, quando verba concessionis sunt apta comprehendere etiam fœminas, nisi adsit statutum illas excludens à successione propter masculos, vel consuetudo concedentis in contrarium, Magon. decis. Luc. 7. per tot. Clar. d. quæst. 32. num 1. 2. & 4. Rot. part. 13. recent. decis. 363. num. 7. & part. 17. decis. 107. num. 5. in fine num. 13. Altimar. ubi supra num. 163. Palma consult. 37. n. 4.

Et venire fœminas in concessione pro se, filiis, & hæredibus probat Altograd. dict. cons. 22. numer. 13. &c. lib. 1. Clar. dict. quæst. 32. num. 2. in fine num. 54. Bich. decis. 326. ubi quòd in emphyteusi etiam Ecclesiastica veniunt descendentes fœminæ, dummodò sint hæredes, non autem extraneæ, quia in hac materia appellatione hæredum veniunt tantùm hæredes sanguinis, & sic descendentes ab investitis, non autem estranei. Altimar. sup. num. 164. Palma consult. 69.

Quod stante statuto exclusivo fœminarum propter masculos emphyteusis non transeat ad fœminas extantibus masculis, latè Altograd. cons. 25. num. 11. & seqq. lib. 1. ubi etiam disputat, an & quando fœminæ unius lineæ excludantur per masculos alterius lineæ, vel non, in fine num. 12. Rot. part. 12. recent. decis. 135. num. 7. & seqq.

Quando fuit prima vice concessa pro masculis, an sine solemnitatibus per simplicem consensum in alienatione præstitum possit fieri transitoria ad fœminas, Magon. decis. Luc. 14. per tot. in fine num. 30.

Quòd emphyteusis Ecclesiastica ad tertiam generationem concessa pro se, filiis, & nepotibus non comprehendat fœminas, nec ab hac regula recedatur ex sola proprietate sermonis, vel verisimili interpretatione, & alia ad rem, quia in præjudicium Ecclesiæ masculinum non concipit fœmininum, Rot. part. 18. recent. dec. 34. per tot. tom. 1.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis masculis, & fœminis, intelligitur ordine successivo, ut scilicet primò admittantur masculi, & illis deficientibus fœmi- 8

minæ, stante statuto fœminarum exclusivo, cui recipiens videtur se voluisse conformare, etiam si fœmina deberet venire ex pacto, & providentia, ac proprio jure, & non tamquam hæres, Marant. *in repet. dict. l. is potest ff. de acquir. hæred.* Gratian. *discept. forens. cap.* 431. *num.* 6. *& seqq. cap.* 70. *num.* 24. *cap.* 347. *per tot. cap.* 481. *num.* 48. *& cap.* 511. *num.* 22. *&* 23. Cavaler. *decis.* 555. *per tot.* Altograd. *cons.* 22. *num.* 18. *&* 19. *cons.* 25. *num.* 11. *&c. lib. pr.* Tusch. *litt. E. conclus.* 170. 179. *etc.* vide Rot. *part.* 32. *recent. decis.* 135. *num.* 12. *& seqq.* Altimar. *ubi suprà à nu.* 186. Fulgin. *loc. cit. tit. de success. qu.* 10. *nu.* 3.

Quòd dicta conclusio non habeat locum in emphyteusi ex pacto, & providentia, sed tunc fœminæ admittantur eodem tempore cum masculis non obstante dicto statuto declarat idem Gratian. *cap.* 813. *nu.* 32. *&c.* sed cavendum ab ista distinctione, vide per Cavaler. *d. dec.* 555. *n.* 2. Rot. *d. part.* 12. *dec.* 535. *n.* 12. *& seqq.* ubi benè declarat.

Quòd fœminæ intelligantur tantùm comprehensæ, quando ex primo investito non supersunt masculi, ita ut interim semel exclusæ, semper remaneant exclusæ donec superest aliquis masculus ex descendentia primi investiti, etiam si concessio fuerit expresse facta pro masculis, & fœminis, & etiam si masculus esset remotior, quàm fœmina, sicut etiam stante statuto fœminarum exclusivo, fœminæ nunquam succedunt; nisi post defectum omnium masculorum, sive agatur de feudo hæreditario, sive ex pacto, & providentia, Altograd. *cons.* 91. *num.* 14. *& seq. per tot. lib.* 2. *in fine num.* 12. & facit Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 135. *per tot.* Ludovis. *decis.* 33. ubi quòd in Territorio Cæsennæ admittuntur fœminæ in bonis emphyteuticis, non extantibus masculis vigore Brevis Innocentii VIII.

Qualiter emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, filiis, & nepotibus per lineam rectam comprehendat etiam nepotes ex fœmina, præcipuè si non adsint nepotes ex masculo, & juxta consuetudinem Civitatis Arimini, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 91. *per tot.*

9 Emphyteusis quando est ex pacto, & providentia, filii intelliguntur vocati ordine successivo, & non concurrunt, cum patre, veniunt jure proprio, & non transmisso, ita ut tot censeantur concessiones, quot sunt gradus succedentium, Durand. *decis.* 410. *n.* 5. *& seqq. supra num.* 2.

10 Emphyteusis pluribus personis simul ab initio concessa, uno mortuo sine filiis, aliis non accrescit; concessa verò uni tantùm pro se, & descendentibus suis, utrique inter ipsos descendentes à primo investito accrescit alteri, uno deficiente sine filiis, & descendentibus: quia primo casu intelligitur unicuique discretivè pro rata concessa, & ideò altero sine liberis decedente, ejus pars alteri non accrescit, sed ad dominum revertitur, & quia in contractibus regulariter non habet locum jus accrescendi, nisi aliter constet de mente contrahentium; secundò autem casu post jus quæsitum filiis primi acquirentis dicuntur venire ex jure investituræ, & impropriè ex jure accrescendi, nec pars lineæ deficientis ad dominum revertitur, sed ad alios vocatos, Bart *in l. si mihi, et Titio num.* 4. *& ff. de verb. oblig.* ubi etiam Alex. *col.* 4. Corn. *cons.* 131. *lib.* 2. *cons.* 122. *et* 285. *lib.* 3. Clar. §. *Emphyteusis, quæst.* 39. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 8. *num.* 5. *& per tot. & decis.* 9. *num.* 8. *& seqq. & decis. Flor.* 117. *in princip.* Gratian. *discept. forens. cap.* 839. *num.* 2. & Sperel. *decis.* 152. *num.* 30. *& num.* 92. *& seqq.* vide in §. *Jus accrescendi num.* 9. *infr. num.* 18. latè Tusch. *litt. E. conclus.* 176. *per tot.* Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 222. *& decis.* 297. *& part.* 9. *decis.* 57. *num.* 10. *& seqq.* ubi plura pro exclusione juris accrescendi. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 18. *nu.* 206. *tom.* 4. Vide Marescot. *lib.* 1. *cap.* 75. *nu.* 3. Bertachin. *vot.* 149. *n.* 6.

Concessa pluribus, cum hoc, ut post mortem illorum revertatur ad concedentem, non devolvitur nisi post mortem omnium, nec in portionibus decedentium, quæ hoc casu superstitibus accrescunt, ut per Gratian. *discept. forens. cap.* 272. *num.* 14. *& per tot. cap.* 451. *& cap.* 707. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 8. *num.* 13. *&* 14. vide in §. *Jus accrescendi num.* 9. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 183. *per tot.* in selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *decis.* 435. *& part.* 18. *decis.* 90. *num. pr. & seqq.* ubi quòd vigore juris accrescendi conventionalis, quidquid sit in legali, non devolvitur ad dominum directum, nisi omnibus vocatis deficientibus. Altimar. *loc. sup. cit. num.* 207.

Quòd stante dictione, *cuilibet, vel cujuslibet*, dicatur unicuique concessa in solidum, etiamsi fuerit apposita hæredibus, vel descendentibus, & non ipsis primis acquirentibus, & habeat locum jus accrescendi, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 398. ubi concordantes allegat. vide Pen. *dec.* 876. Altimar. *loc. cit. num.* 208.

Emphyteusis pluribus simul concessa absque aliquo signo distributivo acquisitionem in solidum denotante, dicitur concessa singulis pro virili, tam respectu utilis dominii, quàm canonis solvendi, quo casu deficiente uno, ejus portio ad concedentem revertitur cessante jure accrescendi, sicut etiam licèt aliàs solutio canonis dicatur individua, isto casu dicitur divisa, sic domino volente, ita ut si unus cesset solvere, ejus tantùm portio cadat in commissum, Magon. *decis. Luc.* 9. *num.* 8. *& seqq.* Corbul. *de caus. privat. ob non solut. canon. limit.* 36. vide in §. *Hæres num.* 15. in §. *Conductor num.* 37. *&* §. *Jus accrescendi num.* 9. Tusch. *litt. E. conclus.* 173. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 107. *num.* 10. *&c. vol. pr.* ubi concludit per cessationem unius rem in totum cadere, & qui solvit potest agere ad interesse contra non solventem. Vide Clar. *in* §. *Emphyteusis quæst.* 8. *num.* 13. *infr. num.* 50. *&* 55. *vers. Plures alios.* Sed non recedas à prædicta communi distinctione, cui nec obstare videtur Christin. *loc. cit.* Altim. *sup. allegat. num.* 209. 11

Emphyteusis ab initio à pluribus stipulata pro se, & illorum hæredibus diffunditur in tot lineas, quot fuerunt acquirentes, & tunc cum in effectu sit in plures lineas diffusa, masculi unius lineæ non excludunt fœminas alterius lineæ stante statuto fœminarum exclusivo: ubi verò ab initio fuit unus tantum acquirens, inspecto hoc stipite omnes descendentes illius considerantur de una, & eadem linea, & tunc masculi descendentes ab uno filio præferuntur fœminis descendentibus ex alio, quamvis inter se videantur esse de diversa linea, cum sufficiat quòd ab uno stipite, & acquirente omnes descendant, licèt etiam esset sequuta divisio, prout latè probat videndus Altograd. *cons.* 25. *n.* 55. *& per tot. lib. pr. & cons.* 91. *num.* 20. *& seqq. lib.* 2. Cavaler. *decis.* 623. *per tot. suprà num.* 7. *&* 8. Gob. *consult. dec.* 149. *n.* 2. Altimar. *ubi suprà nu.* 210. 12

Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, filiis, & descendentibus *in perpetuum*, transit etiam ad fœminas, tum quia de jure ex sui natura eodem modo est transibilis ad fœminas prout ad masculos, tum propter illud verbum *descendentibus*, quod est commune tam masculis, quàm fœminis, præcipuè si stet per se substantialiter, & non adjectivè, ac propter illa verba *in perpetuum*, quæ denotant fuisse actum, ut res ad Ecclesiam ampliùs non revertatur, ut latè pro fœminis probat videndus Altograd. *cons.* 22. *per tot. lib. pr.* facit contra *in cons.* 26. *n.* 74. *lib. pr.* ubi tamen in terminis simplicis stipulationis pro se, filiis, & descendentibus verissimam profitetur dictam conclusionem. Si verò esset concessa pro se, filiis masculis legitimis, & naturalibus, & descendentibus ab illis per lineam masculinam, fœminæ dicantur exclusæ, cùm fuerit expressè stipulata pro masculis, idem Altograd. *d. concl.* 26. *n.* 66. *&c. lib.* 5. vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 363. *num.* 7. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 18. *num.* 189. *tom.* 4. Palma *consult.* 69. *num.* 21. 24. Verd. *Instit. tit. de locat. num.* 2509. 2510. 13

An Emphyteusis Ecclesiastica sit ad fœminas transitoria, saltem in defectum masculorum, vel an fœminæ semel exclusæ semper remanere debeant exclusæ, Surd. *decis.* 95. *per tot.* Bardellon. *cons.* 165. *per tot. lib.* 2. *infr. num.* 7. vide Rot. cor. Pen. *dec.* 870. *n.* 8.

Quòd dicta clausula, *in perpetuum*, apposita in concessione de sui natura ad extraneos non transitoria, de-

denotet quidem concessionem inter personas comprehensas perpetuam, sed illam non extendat ad extraneos non vocatos, Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 381. *n.* 4. *part.* 6. *decis.* 211. *n.* 7. & 8. & *decis.* 217. *n.* 7. & *part.* 13. *decis.* 319. *n.* 4. Bich. *decis.* 326. *num.* 2. Altimar. *nu.* 190. Gob. *consult.* 91. *n.* 12. Deluc. *de emph. disc.* 34. *nu.* 14.

24 Emphyteusis concessa pro se, filiis, & hæredibus, comprehendit etiam fœminas propter illud verbum, *hæredibus* quod est commune utrumque comprehendens, prout etiam quando est concessa ad tertiam, vel quartam generationem, vigore hujus verbi *generationem*, quod pariter commune est utrumque sexum significans, præcipuè ubi amplius non extent masculi, Altograd. *cons.* 25. *num.* 12. & *seqq. per tot. lib.* 1. vide *in §. Appellativa num.* 24. ubi quòd si addita fuerit qualitas generationis masculinæ, tunc non veniunt fœminæ, ad tradita per Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 312. *per tot.* & *part.* 12. *decis.* 34.

An autem requiratur utraque qualitas, nempè quòd successores sint filii, & hæredes, quæ sit differentia inter nomen filiorum, & liberorum in hac materia, vide Urceol. *Consult. forens. cap.* 47. *numer.* 14. & *seqq. per tot.* ubi ostendit maximam differentiam *suprà num.* 2.

25 Emphyteusis acquisita pro se, filiis, & nepotibus masculis tantùm, & illis deficientibus pro filiabus, & nepotibus masculis, & fœminis non comprehendit neptem ex filio masculo, quia in prima parte investituræ masculorum expressio filias, & neptes fœminas excludit, & posterior pars investituræ non potest referri ad illos nepotes, quorum fuit facta diferetiva mentio, & in stipulationibus omissum habetur pro omisso, ut latè probat Altograd. *cons.* 13. *per tot. lib.* 2. ubi respondet rationibus, & fundamentis Gabriel. *cons.* 90. *lib.* 1. contrarium sentientis in valdè simili casu, & vide Urceol. *consult. forens. cap.* 37. *num.* 5. & 6.

26 Emphyteusis recepta pro se, & descendentibus ea linea masculina, non comprehendit filias fœminas recipientia, cum non dicantur de linea masculina, sed sint potiùs initium lineæ fœmininæ, & tamen comprehendit neptes fœminas ex filio, quia talia neptis est comprehensa in linea masculina, quæ initium sumpsit à filio masculo, & sic quandoque neptis remotior est melioris conditionis, quàm filia proximior, & magis dilecta, Alex. *cons.* 53. *num.* 5. & 9. *lib.* 6. Soccin. jun. *cons.* 186. *num.* 14. *lib.* 2. Facchin. *controv. jur. lib.* 11. *cap.* 25. *per tot.* Altograd. *cons.* 13. *num.* 47 *lib.* 2. vide *in §. Filia num.* & *§. Fœmina num.*

27 Emphyteusis acquisita ab aliquo pro persona nominanda, an, & quando alia nominatione non facta transeat ad hæredes stipulantis, Caldas *de nominat. emphyt. quæst.* 7. *per tot.* Gratian. *decis.* 135. Urceol. *consult. forens. cap.* 16. *n.* 11. *n6.* & *seqq.* Rot. penes Bicch. *dec.* 61.

De materia ibi contenta plenè Caldas *d. tract. per tot. à fol.* 1. *ad* 310. ubi tangit, & resolvit omnes quæstiones ad eam spectantes: facit quod dixi *in §. Emptio num.* 39. *§. Nominatio*, & *§. Facultas nu.* 7. idem Caldas *d. tract. lib.* 3. *per tot. à fol.* 1. *ad* 224. Cabed. *decis.* 140. *part.* 1. ubi an nominari possit alia persona quàm nominata in cessione, si illa prædecessit vivente adhuc primo investito, qui habebat facultatem nominandi certam personam admittendam post mortem suam; & negativè concludit: sed fuit concessa revisio, & in contrarium, vide Gamma *decis.* 235. & *decis.* 283. Scopp. & De Luc. ad Gratian. *cit. dec.* 135.

28 Emphyteusis concessa pluribus personis pro se, & eorum filiis, intelligitur, ut filii cujuslibet acquirentis fiat vocati ad partem patris tantùm, & non ad portionem aliorum, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, Alex. *cons.* 204. *num.* 3. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 371. *num.* 9. Magon. *decis. Flor.* 117. *num.* 1. &c. *sup. n.* 10. &c. Fulgin. *de emphyt. tit. de contrac. emphyt. qu.* 34. *nu.* 10.

An autem concessa pluribus cum dictionibus alternativis, censeatur concessa ordine successivo, vel omnibus simul eodem tempore, Altograd. *cons.* 60. *num.* 89. *lib.* 2.

Emphyteusis, ut possit ab Ecclesia concedi, quamvis ageretur de bonis solitis in emphyteusim dari, quæ solemnitates requiruntur vide *in §. Solemnitas num.* 7. latè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 165. *per tot.* & *part.* 13. *decis.* 113. *n.* 13. ubi de beneplacito Apostolico, quando alteratur solitum, & *decis.* 191. ubi latè pro nullitate investiturarum ob alterationem soliti sine beneplacito Apostolico, & utilitate Ecclesiæ, & ex quibus cognoscatur fuisse alteratum solitum modum, de quo eadem Rot. *part.* 15. *decis.* 267. *per tot.* De Luc. *de Emphyt. disc.* 1. *nu.* 130. & *seqq. n.* 138. & *seqq. de Alienat. disc.* 10. *n.* 6. ubi de modica alteratione. 29

Emphyteusis concessa pro uno filio, si adsint plures, an electio spectet ad dominum, vel vitietur concessio propter incertitudinem, vel an debeatur seniori, sive omnes admittantur, & quid in feudo, beneficio, substitutione, primogenitura, & similibus, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 30. *per tot.* ubi post relatas plures opiniones videtur concludere, quòd pertineat ad seniorem. 30

Emphyteusis cum pacto affrancandi, dicitur potiùs mera venditio, & transfert omne dominium in emphyteutam, ut per Gratian. *discept. forens. cap.* 745. *num.* 69. & *seqq. ad* 88. Rot. *in Romana devolutionis* 4. *Decembris* 1651. *coram Bichie num.* 5. & 23. inter ejus impressas *decis.* 483. facit quod dixi *in §. Facultas num.* 9. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 18. *num.* 81. *tom.* 4. Hodiern. *contr.* 1. *nu.* 7. Marcian. *disp.* 63. 98. Gob. *consult.* 91. Bich. *decis.* 483. Deluc. *de servit. disc.* 70. *n.* 17. *disc.* 103. *n.* 11. 31

Ex quibus autem probetur affrancatio, an in ea requiratur beneplacitum Apostolicum, vel præsumatur, & alia ad rem, idem Bich. *decis.* 441. *per tot.* & *d. decis.* 483.

Emphyteusis cum pacto renovandi de 29 annis, in 29. annos dicitur perpetua, nec per lapsum 29. annorum finitur, sed dominus tenetur illam renovare comprehensis in investitura, Gratian. *discept. forens. cap.* 707. *num.* 18. &c. & *cap.* 934 *num.* 5. Magon. *decis. Flor.* 1. *num.* 33. &c. Martha *vot. Pis.* 81. *per tot.* ubi quòd transit etiam ad hæredes extraneos, & si sit Ecclesiastica sufficit semel fuisse impetratum beneplacitum Apostolicum, ut possit quandocunque casus venerit alteri concedi sine novo beneplacito, & licèt non fuerit petita renovatio, non inducitur caducitas; sed oritur actio personalis ad renovandum pro faciliori probatione, Carol. Ant. De Luc. ad de Franch. *dec.* 123. *n.* 2. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *qu.* 18. *num.* 194. *tom.* 4. & *rubr. pr. q.* 7. *subsect.* 3. *n.* 115. *tom.* 3. De Luc. *de emph disc.* 3. *n.* 3. 32

Intellige quando ab initio est concessa in perpetuum cum dicto pacto, quia tunc dicitur unica concessio; secus si ab initio sit facta de 29. in 29. annos etiam in perpetuum renovanda, quia tunc si renovatio non fuerit petita, dicitur ad dominum ipso jure reversa, pulchrè idem Magon. *decis. Flor.* 145. *n.* 12. & *seqq. ad* an. Ludovis. cum Beltram *decis.* 348. *per tot.* & *decis.* 567. *in eadem causa.*

Et quòd si emphyteuta non petierit renovationem intra tempus conventum, non possit amplius illam petere, licèt adsit pactum de renovando, quia intelligitur intra tempus conventum, quo elapso remanet ad dominum devoluta, nisi ut supra fuerit in perpetuum concessa, licèt cum dicto pacto renovandi, quia hoc casu semper durat in suo esse, & renovatio fit ad faciliorem probationem, non autem ad substantiam, Duran. *decis.* 402. *nu pr.* & *seqq.* Rot. *part. pr. recent. decis.* 438. *num* 3. *part.* 5. *decis.* 381. *num.* 14 & *part.* 10. *decis.* 243. *num.* 8. ubi approbat dictam distinctionem, vide *part.* 11. *decis.* 111. *num.* 7. &c. Cribul. *de caus. privat. & temp. finit.* Gregor. *decis.* 348. & 167. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 23. *num.* 16. &c. Fulgin. *de jur. emphyt. quæst.* 33. *num.* 4. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 166. *num.* 4. 10. & *seqq. per tot.* ubi *n.* 12. quòd dictum pactum non tribuit actionem realem, sed tantùm personalem ad interesse adversus Dominum, quando concessio fuit temporalis, & non perpetua ut supra, & *d. part.* 11. *decis.* 230. *num.* 10. &c. *decis.* 357. *num.* 97. & *seqq.* & *par.* 17. *decis.* 135. *per tot.* ob

transit cum dicta distinctione, & quomodo possit facto applicari.

An autem in emphyteusi procedat tacita renovatio, sicut in aliis locationibus Cald. de emphyt. lib. 1. quæst. 2. Fulgin. eod. tract. tit. de renovat. quæst. 5. cum aliis per Pacion. de loc. cap. 64. num. 105. et seqq. ubi refert contrarias opiniones.

De materia renovationis emphyteusis, an, & quando, & intra quantum tempus, ac quibus sit concedenda, vel non, plenè idem Caldas Pereyra tract. de univers. jur. Emphyt. lib. 1. de renovat. Emphyt. per tot. fol. mihi 1. & seqq. ad fol. 175. Rota in Nonantulana Emphyteusis 4. Julii 1681. coram Albergato, ubi de emphyteusi pactionata renovanda consanguineo proximiori ad exclusionem hæredis, ex qualitate tantùm hæreditaria admittendi, habetur penes Jacob. Balduc. in observat. ad Ramon. decis. 25. per tot. Cirocch. discept. 62.

23 Emphyteuta non potest petere renovationem investituræ, quando emphyteusis fuit ad dominum reversa ex culpa sua, veluti ob non solutionem canonis, deteriorationem, vel similes causas: si verò fuerit finita ex aliis causis sine aliqua culpa emphyteutæ, & dominus velit pro se retinere, non habet itidem emphyteuta jus petendi renovationem; secus autem si dominus nolit pro se retinere, sed aliis concedere, nam hoc casu tenetur proximiores emphyteutæ, etiam fœminas præferre, & sic potius illos, quàm extraneos investire, Gratian. discept. forens. cap. 88. per tot. cap. 477. num. 17. & seqq. cap. 813. num. 33. & seqq. ubi videtur limitare, nisi proximiores habeant contra se voluntatem defuncti, qui alteri legasset, cap. 913. nu. 9. &c. cap. 934. per tot. Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. num. 41. & 42. Rot. part. 2. divers. decis. 245. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 151. per tot. & part. 10. decis. 143. per tot. Bich. decis. 57. per tot. Tusch. litt. E. conclus. 226. per tot. Paul. Christin. decis. 122. num. 7. & 8. vol. 3. ubi refert diversas opiniones circa id, an dominus teneatur investire proximiores agnatos, & videtur negativè concludere, sed intellige, quando vult pro se retinere ut supra, vide Cabal. cons. 174. num. 5. & seqq. per tot. lib. pr. ubi ponit plures casus, in quibus non est facienda dicta renovatio proximioribus, Pacion. de locat. cap. 62. num. 35. & seqq. per tot. Caldas Pereyra loc. sup. cit. Vela Dissert. 15. et 16. per tot. vol. pr. Cabed. decis. 203. part. pr. ubi plura pro renovatione emphyteusis filio ultimi emphyteutæ, finitis generationibus, Conciol. & Romaguer. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 76. per tot. ubi qualiter finita emphyteusi teneatur dominus directus illam renovare proximioribus tam de jure, quàm vigore dicti Statuti, & Bullæ Gregorii XIII. ibidem impressæ, quæ ligat etiam Clericos, & vigore similium Bullarum existentium Ferrariæ, Cæsennæ, Urbaniæ, in statu Urbini, Perusiæ, Civitatis Castelli, vel Conventionum inter Clerum, & Communitates, ita ut bona emphyteutica sint redacta ad naturam aliorum bonorum allodialium, & hæreditariorum, & possint alienari sicut illa, ac idem servari in Cathalonia, Francia, Neapoli, &c. Altimar. de nullitat. rubr. pr. part. 2. quæst. 18. à num. 174. tom. 4. Vide Cyriac. contr. 505. Pen. decis. 675. Fulgin. loc. cit. tit. de renovat. qu. pr. Deluc. de emphyt. disc. 6. 7. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 27.

Quòd de æquitate finita emphyteusi dominus teneatur eam agnatis descendentibus ab ultimo defuncto renovare, Franch. decis. 123. Altograd. cons. 5. num. 34. lib. 2. Ursecol. consult. 94. in principio &c. vol. 2. Rot. part. 9. recent. decis. 151. & decis. 317. num. 8. & part. 10. decis. 46 num. 10. & seqq. Non autem transversalibus, Cabal. consil. 174. nu. 9. lib. 1. sed contrarium, quòd imò etiam transversalibus, & non tantùm agnatis, sed etiam descendentibus fœminarum, Pacion. de locat. d. cap. 62. num. 54. vide Add. ad Do Franch. cit. dec.

Quòd renovatio sit facienda juxta formam successionis, Rot. d. part. 10. decis. 71. per tot. ubi etiam an habeat locum repræsentatio, & part. 11. decis. 230. decis. 357. num. 19. &c.

Quò ad fœminas, & illarum descendentes, probat Rot. coram Bubalo 16. Maii 1583. post Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 66. & 67. Duran. decis. 334. num. 1. & seqq. Rot. part. 2. divers. decis. 195. & 198. ubi quod hoc præsertim procedit quando non adsunt masculi, Rot. part. 9. recent. decis. 151. per tot. & decis. 317. n. 8. & part. 10. dec. 46. n. 18. & seqq. per tot. et dec. 143. per tot. & part. 14. decis. 476. ubi de matre filii defuncti præferenda agnatis ejusdem filii etiamsi aliàs mater non sit hæres illius, & par. 15. dec. 63. 66. et 381. ubi semper de matre cæteris præferenda & dec. 251. n. 3. etc. part. 17. dec. 271. ubi pariter de matre præferenda patruo, & amitæ, & illa interim defuncta, renovationem deberi filiis, in quos continuatur lis, & instantia ab ipsa matre incœpta.

Quòd emphyteusi devoluta ob culpam investiti, non teneatur Ecclesia proximiorem investire, licèt nolit pro se retinere, Duran. decis. 241. num. 3. etc. Rot. part. 16 recent. decis. 218. ubi plura ad rem.

Sicut nec quando proximior esset de potentioribus, & in quibus consistat ista potentia, & sit in judicis arbitrio idem Duran. decis. 334. num. 4. et seqq.

Qualiter vigore Brevis Urbani VIII. & Innocentii X. bona emphyteutica ob lineam primi acquirentis extinctam, ad Ecclesiam devoluta, proximioribus defuncti in emphyteusim pro eodem canone sint concedenda, innuit Rot. part. 13. recent. dec. 52. in principio, & meliùs part. 15. decis. 90. ubi quòd in Statu Urbini vigore Constitutionis Urbani VII. imponitur necessitas quibuscunque Dominis directis, finita emphyteusi illam renovandi eis, qui de jure, vel ex æquitate sunt præferendi, sublato prorsus arbitrio pro se retinendi bona devoluta juxta dispositionem juris communis, & d. part. 15. dec. 154. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, vigore dictæ Constitutionis Urbani VIII. Secus tamen est si emphyteusis sit devoluta ob culpam, & non solutionem canonis, ut benè declarat Rot. part. 16. decis. 218. nu. 5. et seqq. per tot. Pacion. de locat. cap. 63. num. 58. et seqq. ubi etiam quid in Urbe, & de ratione dictæ renovationis in Statu Urbini. De Luc. De Emphyt. disc. 5. n. 1., et seq. disc. 6. nn. 2. disc. 7. n. 5., et disc. 19. ex n. 3. Fulgin. loc. cit. qu. pr. Altim. loc. sup. relat. Bertachin. vol. 127. per tot.

Quod quando Ecclesia non vult pro se retinere, teneatur proximiores defuncti investire, & illos extraneis præferre; (intelligendo cum supradicta distinctione) quando autem constet Ecclesiam nolle pro se retinere stante concessione alteri facta cum pacto revocandi ad beneplacitum, & quando secùs, non obstante hujusmodi pacto, maximè revocatione sequuta, latè Rot. in Ravennaten. Emphyteusis 6. Martii 1637. coram Dunozetto in Noviss. part. 7. dec. 202. per tot. Rot. part. 9 recent. decis. 151. per tot. et par. 10. decis. 143. per tot. part. 13. decis. 306. per tot. Bich. decis. 57. per tot. vide Merlin. decis. 389. num. 19. etc. ubi quando possit extraneos præferre si meliorem conditionem offerant, vel pro se retinere, latiùs idem Merlin. decis. 532. per tot. ubi quòd quando emphyteusis est ex pacto, & providentia debet renovari proximioribus, agnatis, etiam fœminis, si verò hæreditaria hæredibus, & alia plura, idem Merlin. decis. 554. per tot. Rot. d. part. 9. recent. decis. 151. per tot et part. 10. dec. 143. per tot. latè Pacion. de locat. cap. 62. num. 25. et seqq. per tot. Rot. part. 18. decis. 92. et 206. per tot. et decis. 531. per tot. De quibus Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. qu. 18. tom. 4. Fulgin. loc. cit.

Quod renovatio sit facienda proximioribus illius, in quem bona fuerunt valide translata, & non proximioribus primi acquirentis, cujus linea amplius non attenditur, stante valida alienatione, Rot. part. 11. recent. decis. 230. num. 16. et per tot.

Qualiter in toto Statu Urbini teneatur Dominus directus renovare emphyteusim hæredibus emphyteutæ, etiam extraneis, & quare, Rot. part. 11. recent. dec. 336. per tot. et part. 15. decis. 90. facit Pacion. de locat. cap. 53. num. 117. et seqq. ubi quòd idem servatur Ferrariæ, Ravennæ, Nonantulæ, Cæsennæ, &c. cap. 63. num. 58. et seqq. ubi qualiter vigore Statuti Urbis lib. 1. cap. 124. & de ratione necessitatis renovandi in Statu Urbini. Et in Abbatia Farfensi, Rot. part. 19. recent. dec. 71. per tot. De Luc. De

Em-

Emphyt. diſc. 8. *ex n.* 2., *et diſc.* 61. *per tot.*

Poſtquàm Eccleſia, vel ejus Prælatus declaravit expreſsè, vel tacitè velle bona devoluta pro ſe retinere, efficiuntur de menſa Eccleſiæ, ita ut amplius alienari, vel in emphyteuſim concedi non poſſint ſine debitis ſolemnitatibus, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 433. *per tot.* ubi etiam an idem ſit in ſucceſſore, ut nec ipſe poſſit infeudare, & videtur velle quòd ſucceſſor poſſit rem ſolutam iterùm infeudare, vel emphyteuticare, vide *in §. Solemnitas nu.* 7. *infr. num.* 28.

Quòd Eccleſia, vel ejus Prælatus cogi non poſſint ad renovationem emphyteuſis poſtquàm eſt finita, licet aliàs pluries fuerit renovata de 29. in 29. annos, ac etiam ſtante pacto, quia illud debet intelligi pro unica vice, non in perpetuum, non ligat ſucceſſores quia perſonale, non procedit ſi Eccleſia velit pro ſe retinere, intelligitur quatenus in qualibet renovatione adſit utilitas Eccleſiæ, & eſt nullum, ut latè probat Rot. *in Foroſempronienſi bonorum* 4. *Martis* 1641. *part.* 9. *recent. vol.* 2. *deciſ.* 10. *per tot. et par.* 11. *dec.* 27. ubi non obſtante quòd aliquo modo declaraverit velle renovare, cùm ante actum, & jus alteri quæſitum poſſit pœnitere, Martha *vot. Piſ.* 244. ubi quòd poſſit cui velit concedere, Bich. *dec.* 402. *num.* 9. *et ſeqq.* Cabal. *conſ.* 174. *num.* 7. *et ſeqq. lib.* 1.

Et quòd quando dominus non vult pro ſe retinere, proximiores etiam fœminæ ſint præferendæ juxta ſuperiùs dicta, ita ut poſſint conceſſionem extraneis factam revocare uſque ad 30. annos, vel intra annum ſi ſit facta agnato remotiori, quod tempus incipit tantùm a die ſcientiæ, quæ eſt probanda ab allegante, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 758. *nu.* 5. & Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 195. *per tot.* ubi ponit aliquas limitationes, & benè declarat videndus Duran. *deciſ.* 431. *per tot.* Tuſch. *litt. E. concl.* 226. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 46. *num.* 32. *& per tot.* & latiùs in eadem cauſa *d. part.* 10. *deciſ.* 143. *per tot.* ubi fuit confirmata prima deciſio, & *part.* 13. *deciſ.* 306. *per tot. & deciſ.* 313. *part.* 14. *deciſ.* 132. *& part.* 16. *dec.* 61. 409. *&* 413. *per tot.* ubi quòd dictus annus incipit tantùm à die ſcientiæ, & ſi proximior jam ab initio agnovit emphyteuſim, & litem contra dominum introduxit, debet immitti contra remotiorem inveſtitum, maximè ſtante clauſula, *ſine præjudicio habentium meliora, & potiora jura*, adde Pacion. *de locat. cap.* 62. *num.* 111. *& ſeqq.* ubi diſtinguit Rot. *par.* 18. *deciſ.* 92. *et* 260. *per tot.*

Sed contrarium, quòd imò nulla actio competat contra alios inveſtitos, ſed agendum ſit re integra contra dominum pro nova inveſtitura, vel ad intereſſe, latè probat eadem Rot. *d. par.* 14. *recent. deciſ.* 237. *per tot.* ubi contraria reſpondet, ſed vide *deciſ.* 576. *d. part.* 14. ubi quòd patitur magnam difficultatem, vel intelligitur quando poteſt negligentia imputari, & *part.* 15. *deciſ.* 374. ubi quòd debet priùs officio judicis implorato obtineri renovatio à domino directo, & poſteà peti præſtatio adverſus poſſeſſorem, & unicum debetur laudemium *part.* 16. *deciſ.* 61. ubi quòd competit actio contra dominum directum perſonalis, & contra inveſtitum realis, & ſic contra utrumque ſimul agendum, quæ deciſio fuit pluries confirmata, ut in fine ejuſdem, & *d. part.* 16. *dec.* 409. *&* 413. ubi latè quando ſit concedenda immiſſio proximiori adverſus remotiorem inveſtitum, *et dec.* 418. ubi non obſtante conſenſu, vel renuntiatione facta à proximiore, ſed minore, & ſine ſolemnitatibus ſtatutariis, & *part.* 18. *deciſ.* 92. *&* 260. *per tot. et dec.* 441. *n.* 11. *& ſeqq.*

An autem Prælatus poſſit rem emphyteuticam ad Eccleſiam reverſam denuò in Emphyteuſim concedere etiam ſuis conſanguineis, negativam opinionem probat Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 24 *per tot.* ubi tamen refert alios contrarium tenentes, Ludoviſ. *deciſ.* 356.

24 Emphyteuſis conceſſa in, vel uſque in tertiam, aut quartam generationem ſimpliciter, computatur à primo acquirente, & ſic primus vocatus cenſetur comprehenſus, & ab eo dinumeratur prima generatio; ſecus autem ſi dictum ſit in ipſius acquirentis, vel ejus tertiam, aut quartam generationem, Alex. *conſ.* 125. *lib.* 5. Ferentill. ad Burat. *deciſ.* 602. *nu.* 25. Ludoviſ. cum Beltram. *dec.* 522. *per tot.* Altograd. *conſ.* 82. *nu.* 61. *lib.* 2. Merlin. *dec.* 420. ubi ſequitur hanc diſtinctionem, quam dicit pluries à Rota approbatam, & rationem reddit, quidquid aliqui contrarium tenueſint; & latiùs in eadem cauſa idem Merlin. *dec.* 454. *per. tot.* ubi etiam quid ſi dictum fuerit uſque ad tertiam generationem finitam; & eandem diſtinctionem, aliis etiam conſiderationibus adhibitis, approbando dictas Merlini deciſiones tanquam egregias, & doctiſſimas rurſus amplexa eſt Rot. *part.* 11. *recen. deciſ.* 355. *per tot. in Append. & deciſ.* 357. *num.* 24. *& ſeqq.* ubi plura quando incipiat à primo, non obſtante dictione ipſius, & *part.* 12. *dec.* 34. *part.* 14. *dec.* 195. & poſt Urceol. *de tranſact. dec.* 15. *& dec.* 94. *per tot. & part.* 16. *recent. dec.* 218. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 7. *ſubſect.* 3. *à num.* 121. *tom.* 3. *& rub. pr. par.* 2. *qu.* 18. *n.* 195. *tom.* 4. Pen. & Creſcin. *deciſ.* 123. Pacion. *de locat. cap.* 53. *n num.* 147.

Quod emphyteuſis conceſſa uſque ad tertiam generationem non computetur à primo acquirente, ſed à deſcendentibus ab illo, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 88. *num.* 27. *&c.* Tuſch. *litt. E. concl.* 157. vide Gabriel. *com. concl. tit. de jur. emphyteuſis concl.* 4. Paul. Chriſtin. *dec* 123. *num.* 10. *vol.* 3. Merlin. *deciſ.* 420. ubi contrarium in hac parte firmat, ut ſupra dixi, & plenè Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 195. *per tot.* ubi plura contra Alex. *d. conſ.* 125. *lib.* 5. *& d. p.* 14. *dec.* 463. *n.* 5. *et part.* 16. *deciſ.* 218. & de prædictis plenè Pacion. *de locat. cap.* 53. *nu.* 147. *et ſeqq.* ubi pluribus modis declarat Franc. de Angelis *tract. de conſ. lib.* 2. *q.* 27. ubi de emphyteuſi Eccleſiaſtica quouſque extendatur, vel ſit nulla ſine beneplacito Apoſtolico. Altimar. Pen. Creſcin. & Pacion. *loc. cit.*

Et ultima generatione finita, devolutio remanet clara, Rot. *in Aeſina bonorum* 27. *Aprilis* 1635. *in Noviſſ. part.* 7. *dec.* 36. *n.* 1. vide Rot. *d. part.* 14. *recent. dec.* 195. *per tot. et part.* 16. *dec.* 153. ubi quòd ſi fuerit pluries de conſenſu domini alienata pro recipiente, & ejus hæredibus, efficitur libera, & ad hæredes tranſitoria, etiam extraneos, & licèt ſit Eccleſiaſtica, concurrente maximè præſcriptione centenaria, quæ vim privilegii, & tituli melioris de mundo præfefert, & quando poſſit prætendi præſcripta etiam totalis libertas, nedum dicta qualitas hæreditaria.

Quòd emphyteuſis conceſſa pro ſe, filiis, nepotibus, uſque in ejus tertiam generationem extendatur ad pronepotes, & ſic comprehendat tres generationes non computato primo acquirente, à quo non incipit prima generatio, ſed à filiis, cùm nemo poſſit generare ſeipſum, latè probat Altograd. *conſ.* 12 *per tot. lib.* 2. ubi multis objectis reſpondet, *et num.* 28. declarat quando illa procedere poſſint, & vide Rot. per Farinac. *dec.* 218. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 122. *et ſeqq.* Tuſch. *d. concl.* 157. *per tot.* Merlin. *dict. dec.* 420. *et* 454. *per tot.* intellige juxta ſupra relatam diſtinctionem, & vide alias ſupracitatas deciſiones, & præcipuè *part.* 14. *deciſ.* 195. *per tot.* & poſt Urceol. *de tranſact. deciſ.* 13. *et deciſ.* 94. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 123. *numer.* 1. *et ſeqq.* ubi quòd ſi ſit conceſſa pro ſe, filiis ſuis, & ad eorum tertiam generationem, tunc generatio incipit à nepotibus propter illud pronomen *eorum*, quod eſt diſcretivum, ac refert generationem extra ſe, *& deciſ.* 221. *in eadem cauſa*, ubi fuit confirmata prima deciſio, *& part.* 19. *dec.* 66. ubi à quibus ſumat initium generatio, & à filiis, non à nepotibus incipere concludit. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu.* 7. *ſubſec.* 3. *nu.* 153. *tom.* 3.

An ſub nomine generationis veniant fœminæ dixi *in §. Appellativa n.* 24. *ſuprà num.* 14.

Quòd vocatis maſculis uſque ad tertiam generationem, non veniant maſculi deſcendentes ex fœminis, Merlin. *dec.* 389. *n.* 13. & Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 34.

Finitis tamen generationibus, tenetur dominus directus eandem emphyteuſim relocare hæredibus, & deſcendentibus accipientis, etiam ſi vellet ſibi, & ſuis uſibus retinere, ac etiam ſi in inveſtitura eſſet appoſita clauſula, quòd finitis illis generationibus, emphyteuſis liberè ad ipſum dominum, vel Eccleſiam cum melioramentis reverti debeat, Barboſ. *de*

Claus. claus. 187. *per tot.* quem consulas, in quibus terminis loquatur.

In contrarium vide Gabriel. *com. concl. tit. de jur. emphyt. concl. pr.* Paul. Christin. *dec.* 122. *num.* 7. *&c. vol.* 3. & dixi *suprà n.* 23. Rot. *part.* 4. *recent. dec.* 295. *per tot.*

An autem emphyteusis concessa usque ad secundam, vel tertiam generationem dicatur hæreditaria, vel ex pacto, & providentia, & quid istud importet, Rot. *in Romana Domorum* 10. *Decembris* 1659. *coram Zarate* post Oleam *de cess. jur. dec.* 45. *sup. num.* 2.

Quòd emphyteusis Ecclesiæ non possit concedi ultra tertiam generationem, *§. Emphyteusis. Authent. de non alien. aut permut.* nisi verba essent generalia pro omnibus filiis, & descendentibus, quia *in §. Licentia Auth. de alienat. & emphyt.* datur licentia alienandi res Ecclesiæ in perpetuum, quod interpretatur in generationem investiti, & sic quousque durat linea primi investiti, non autem ut transeat ad hæredes extraneos, ut declarat Martha *vol. Pis.* 38. *per tot.* vide Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 155. *per tot.* ubi quando efficiatur transitoria etiam ad extraneos hæredes, ut dixi *supra hoc numero, vers. Et ultima*, & plenè Pacion. *de locat. cap.* 53. *num.* 22. *& seqq. per tot.* adde Francisc. de Angelis *d. quæst.* 27. *per tot.* ubi quòd emphyteusis Ecclesiastica concessa ultra tres personas recipientis scilicet, filiorum, & nepotum est ipso jure nulla sine beneplacito Apostolico; illo verò interveniente sustinetur etiam in perpetuum, sed non conceditur nisi ex justa necessitatis causa, & utilitate Ecclesiæ; quibus requisitis non probatis cogendus est recipiens restituere bona cum fructibus, tanquam omnia cum initio nulliter acta, & alia pro dicta nullitate vigore plurium Constitutionum Apostolicarum, & præcipuè Urbani VIII. de quibus ipse *de Angel.* ita ut non suffragetur solitum, nec lapsus 30. annorum, cum observantia, stante clausula decreti irritantis &c. licèt alii contrarium teneant, & re vera tantus rigor non servetur, ut constat ex præcitatis decisionibus. De Luc. *De Emphyt. disc.* 23. *n.* 6., *& disc.* 36. *n.* 12.

25 Emphyteusis Ecclesiastica quando, & quomodo transeat ad filios illegitimos, naturales tantùm, Gratian. *discept. forens. cap.* 218. *num.* 35. *& cap.* 477 ubi loquitur de legitimatis, *& cap.* 758. *n.* 22. *&c.* De Luc. *de Emphyt. disc.* 57. *per tot.*

Quòd non transeat etiam si fuerint legitimati, tam de jure communi, quàm ex Constitutione Pii V. Duran. *decis.* 251. *num.* 4. *& seqq.* latè Sperel. *dec.* 73. *num.* 8. *& per tot.* Thom. Trivis. *dec.* 26. *per tot. lib.* 1. Vide De Luc. *loc. cit.*

Quando possit transire ad legitimatos, pulchrè Magon. *dec. Luc.* 10. *per tot.* ubi etiam quòd si ratione directi dominii transierit ad privatum, mutat naturam suam, & efficitur privata. Vide *in §. Filii num.* 22. *& §. Legitimatio num.... supr. num.* 3. 6. *& infr. n.* 41.

Quibus possit concedi emphyteusis Ecclesiastica, vel non; ad quos transeat, vel non, latè videndus Tusch. *litt. E. concl.* 158. *& seqq.*

26 Emphytheuta debet petere renovationem sibi da jure, vel ex pacto competentem intra annum, quo elapso amplius non auditur, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 88. *numer.* 32. Pacion. *de locat. cap.* 62. *n.* 49. *& cap.* 63. *n.* 35. *& seqq.* ubi quando possit illam petere usque ad triginta annos, ad tradita per Dec. *cons.* 328. *num.* 3. *& per tot.* Peregr. *cons.* 94. *n.* 19. *& seqq. lib.* 2. Bero. *cons.* 119. *n.* 10. *lib.* 1. vide *suprà num.* 23. *vers. Et quod quando.* De Franch. *decis.* 223. ubi latè *Add.*

Qui tamen annus currit tantùm à die scientiæ, idem Gratian. *cap.* 758. *n.* 8. *&c.* Pacion. *d. cap.* 61. *n.* 52. Vide De Loc. *loc. cit.*

Quòd scientia defuncti obsit hæredibus universalibus, Magon. *dec. Floren.* 54. *n.* 23. vide *in §. Feudum num....*

27 Emphyteusis requirit scripturam, & quando agitur ad devolutionem, quomodo probetur dominium, & alia vide per Gratian. *discept. forens. cap.* 188. *per tot. & cap.* 447. *n.* 5. *&c.* Cavaler. *decis.* 291. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 303. *& seqq.* Magon. *decis. Flor.* 145. *num.* 26. *&* 18. ubi quando sit necessaria scriptura, & latè Surd. *decis.* 331. *per tot. lib.* 2. Tusch. *litt. E. concl.* 148. *per tot.* Paul. Christio. *decis.* 219. *num.* 5. *vol.* 3. ubi refert contrarias opiniones, Cabal. *cons.* 174. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. ubi quòd requirit scripturam, sed præsumitur ex longinquitate temporis, diutina possessione, & canonis solutione, ac receptione. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 18. *à n.* 245. *tom.* 4. Valasc. *de jur. emph. qu.* 7. *n.* 3. Connan. *lib.* 7. *comm. jur. cap.* 12. Vultejus. *lib.* 2. *Jurisprud. Rom. cap.* 36. *in fin.*

Quòd imò non requirat scripturam quoad sui essentiam, sed tantùm quoad probationem, & ideò posse etiam per epistolam concedi, sicut, & feudum extra tamen Hispaniæ Regnum, in quo jure Regio sancitum est adhiberi scripturam publicam in contractu emphyteutico Genu. *de scrips. privat. lib.* 3. *qu.* 19. *fol.* 138. vide Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 25. *per tot.* ubi plures allegat pro utraque parte, & tertiam addit opinionem distinguentem, ut scilicet Emphyteusis Ecclesiastica scripturam pro substantia requirat, sæcularis verò non, Ricc. *Collect.* 2147. ubi adducit alias declarationes. G.fanius *lib.* 3. *disp.* 29. *Thes.* 22. *num.* 25. Richater. *de contrac. disp.* 10. *tom.* 3. *sub litt. E. fol.* 312.

An possit probari per verba enunciativa, latè idem Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 45. *fol.* 77.

Qualiter possit probari Tusch. *litt. E. conclus.* 188. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 317. *num.* 1. *& seqq.*

Quando probetur dominium ex recognitione rei emphyteuticæ, & solutione canonis, & quibus præjudicet talis recognitio, Gratian. *discept. forens. cap.* 790. *per tot. & cap.* 912. *n.* 10. *& per tot.* Altograd. *cons.* 14. *per tot. lib.* 2.

Quòd sit concludenter probandum dominium quando agitur ad devolutionem, idem Gratian. *cap.* 533. *num.* 43. *&* 44. *& cap.* 657. *num.* 39. *&c.* Duran. *decis.* 431. *num.* 8. *ubi num.* 9. quòd non probatur ex instrumento concessionis, nec ex solutione canonum, de quo dixi *in §. Dominium num.* 9. *& §. Dominus num.* 14. *& num.* 9. Quomodo, & ex quibus probetur dominium ad devolutionis effectum, latè Bich. *decis.* 402. *&* 485. Rot. *part.* 15 *recent. decis.* 261. *part.* 17. *decis.* 367. *& part.* 18. *dec.* 628. *per tot.* ubi plenè in eadem causa, *& dec.* 629. Vide Rot. cor. Pen. *decis.* 116. ubi Crescin. *in annot.*

Quòd tale dominium non probetur ex assertione facta per venditorem in instrumento venditionis in præjudicium emptoris, Guid. Pap. *decis.* 24. Vide Pen. *decis.* 121.

Quando emphyteuta, vel vassallus tenetur ostendere domino rem emphyteuticam, vel feudalem. Vide *in §. Dominus num.* 14.

Et qualiter possit probare, rem non esse emphyteuticam. Vide *in §. Negativa num.* 16.

28 Emphyteusis pertinet ad proximiores ultimi defuncti, qui sint de comprehensis in investitura, & non ad proximiores primi acquirentis, & sic attenditur proximitas ultimi defuncti, & non primi acquirentis, ita ut quando emphyteusis pervenit ad filios primi acquirentis, si unus decedat cum filiis, illi admittantur, exclusis patruis, etiam proximioribus primo acquirenti, Roland. *cons.* 100. *num.* 16. *lib.* 1. cum aliis per Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 135. *per tot.* & per Altograd. *cons.* 13. *num.* 52. *lib.* 2. facit Urceol. *Consult.* 94. *per tot. vol.* 2. ubi quòd in renovatione facienda in proximioribus debet attendi proximitas non primi acquirentis, sed ultimi defuncti, nulla etiam facta distinctione agnationis, vel cognationis. & inferit duas decisiones Rotæ Romanæ superindè emanatas, & id optimè comprobantes, Pacion. *de locat. cap.* 62. *n.* 73. *& seqq.* Vide De Luc. *De Emphyt. disc.* 25. *n.* 12. *disc.* 12. *n.* 6.

29 Emphyteusis an vivente primo investito possit per dominum directum alteri concedi conferendo effectum in tempus illius finitæ, vel finiti feudi, & quid in Ecclesiastica, vel laicali, & an sit considerabile votum captandæ mortis, si non interveniat consensus dicti primi investiti, latè Gratiso. *discept. forens.*

cap.

cap. 818. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Dominus num.... &* §. *Investitum num....* Tusch. *lit. E. concl.* 278. & 187. Anton. Gob. *tract. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst.* 10. *per tot.* Cabed. *decis.* 138. *part.* 1. ubi pro nullitate concessionis, vel promissionis de concedendo, cùm sit contra bonos mores, & ne detur occasio desiderandi mortem proximi, ita ut nec dominus tale quid promittens teneatur ad interesse, cùm non valeat promissio jure resistente.

Si tamen investitura esset alteri ex falsa causa concessa, vel partim ex vera, & partim ex falsa, nulli præjudicat, nec etiam domino concedenti, & perindè habetur, ac si concessa non fuerit, Altograd. *cons.* 9. *num.* 19. & *seqq. lib.* 2.

Quid autem si dominus vendat alteri directum dominium, an teneatur emphyteuta se obligare de facie ad faciem per novum instrumentum ad favorem novi domini directi, vide hinc inde Franch. *decis.* 615. *per tot.* Add. ad De Franch. *loc. cit.*

30 Emphyteuta vendens rem emphyteuticam cum consensu domini directi, liberatur à præstatione canonis, & ampliùs quoad devolutionem non attenditur illius linea, sed emptoris habentis novam investituram, nisi expresse per pactum fuerit reservata antiqua investitura, quidquid alias in dubio semper prima investitura sit attendenda, Gratian. *discept. forens. cap.* 719. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 14. *n.* 43. & 44. vide *in* §. *Dominus num....* & §. *Investitura num.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 230. *nu.* 26. & *seqq.* ubi etiam qualibet divisione facta sit attendenda linea ejus, in quem devenit, & *part.* 13. *decis.* 113. ubi qualiter sufficiat etiam domini consensus absque alia investitura ad dictum effectum. Caldas Pereyra *tract. de Emphyt. extinct. cap.* 21. *per tot.* ubi an in progressu emphyteusis sit attendenda vita, vel generatio venditoris, sive emptoris. Vide Cavaler. *dec.* 219. *n.* 10. & *seqq.*

Quòd nec incurrat caducitatem ob laudemium non solutum, Surd. *decis.* 200. *per tot.*

Quando autem prima investitura sit attendenda ad effectum cognoscendi, an in secunda fuerint comprehensæ fœminæ, vel non, ita ut si in prima non erant comprehensæ, nec veniant ex vi secundæ, quæ non intelligitur novare primam quoad qualitatem, & naturam emphyteusis, vide Altograd. *cons.* 26. *numer.* 70. & *seqq. lib.* 1. Magon. *decis. Luc.* 14. *per tot.*

Et quando dicatur nova concessio, vel non, latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 277. *per tot. decis.* 321. & *decis.* 340. *num.* 18. & *seqq. per tot.* & *part.* 16. *decis.* 129. ubi qualiter emphyteuta ex dispositione *l. fin. C. de jur. emphyt.* & *c. Potuit de locat & conduct.* possit jus suum vendere requisito domino, qui si nolit emere, teneatur alium emptorem investire ad formam aliarum præcedentium investiturarum, ita ut non attendatur ampliùs linea venditoris, sed solius emptoris; & cum agatur de actu necessario, & non voluntario, nulla solemnitas, nec utilitas, nec beneplacitum Apostolicum requiratur, etiam in emphyteusi Ecclesiastica, ac alia plura ad istorum dilucidationem, facit infrà *n.* 45.

31 Emphyteuta potest in bonis emphyteuticis usumfructum alteri concedere, vel alias similes servitutes imponere sine consensu domini absque incursu caducitatis, quæ tamen servitutes durabunt tantùm emphyteusi durante, & non ultra, Gratian. *discept. for. cap.* 43. *in princ.* Spetel. *decis.* 120. *num.* 3. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. pr. num.* 279. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 18. *n.* 457. *tom.* 4. Gob. *consult. decis.* 82. *num.* 19.

Item potest imponere censum, qui tamen resolvitur resoluto jure emphyteutæ, nisi accesserit consensus domini; & si ultra legalem prohibitionem alienationis, dominus etiam in concessione expresse quamlibet alienationem, & obligationem prohibuerit, nullo modo potest emphyteuta censum imponere, nisi super fructibus, vel super melioramentis, Cens. *de cens. quæst.* 22. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *num.* 20. & *cap.* 903. *num.* 8. & 9. ubi quod census erit nullus & *in cap.* 926. *num.* 5. & *num.* 24. latè videndus Spetel. *decis.* 120. *per tot.* ubi plures articulos distinguit, & multorum opiniones ad concordiam reducit, adde Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 328. *num.* 11. & *seqq.* & *decis.* 483. *num.* 11. & *part.* 11. *decis.* 257. *num. pr.* & vide *in* §. *Census nu.* 43. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. pr. num.* 112. & *seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 227. *num.* 21. & Bich. *decis.* 144. ubi quando census nullatenus substituatur, nec quoad damna, & interesse super dicto fundo, quidquid sit contra impositorem, vel ejus hæredes. Altimar. *de nullit. loc. cit. num.* 467. Card. De Luc. *de emph disc.* 45. *per totum.*

Quòd stante expressa prohibitione alienationis, per impositionem census emphyteuta incurrat etiam pœnam caducitatis, à qua tamen de æquitate possit liberari per extinctionem census factam, antequam dominus caducitatem acceptaverit, Gratian. *discept.* 202. *num.* 26. & vide Sperel. *dict. decis.* 120. Duran. *decis.* 402. *num.* 24. Corbul. *de cens. privat. ob alienat. limit.* 1. Cenc. *de cens. quæst.* 22. *num.* 12. aliosque supracitatos.

Emphyteusis venit in generali obligatione bonorum, & potest etiam expresse obligari sine domini consensu, cùm pignoris obligatio non sit propriè alienatio, quæ tamen hypotheca resolvitur, & remanet extincta resoluto jure emphyteutæ, Clar. §. *Emphytheusis quæst.* 18. Cenc. *de cens. quæst.* 22. *num....* Tiraquel. *de retract. convent.* §. 3. *glos.* 1. *num.* 12. Seraph. *decis.* 1290. Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *cap.* 88. *num.* 39. *cap.* 921. *num.* 8. Surd. *decis.* 286. *per tot.* Franch. *decis.* 226. Sperel. *decis.* 120. *num.* 1. & *seqq. per tot.* Rot. *in selectis per Farinac. part.* 1. *tom.* 2. *decis.* 294. *per tot.* Urceol. *consult. forens. cap.* 32. *n.* 28. & Paul. Christin. *decis.* 123. *num.* 1. & *seqq. vol.* 3. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 170. *num.* 13. & ubi intelligit de hæreditaria *infra num.* 34. vide *in* §. *Bona*, Illustriss. Jo. Bapt. De Luca *tract. de Regal. lib.* 2. *discurs.* 37. ubi videtur intelligere quoad commoditatem fructuum, & donec bona possidentur per ipsum debitorem hypothecantem, vel ejus hæredem, secùs si transierint in tertium titulo singulari, & *discurs.* 38. *num.* 5. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 77. ubi de commoditate, ut cadat sub hypotheca ad favorem creditorum, non obstante alienationis prohibitione, & *decis.* 236. *in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio; & *part.* 18. *decis.* 523. *nu.* 2. &c. ubi an, & quando resoluto jure emphyteusæ resolvatur, vel non omnis hypotheca ab illo contracta. Vide latè Add. ad De Franch. *cit. dec ubi de seqq. conclus.* Castald. *consult.* 296. *n.* 1. 2. & 3. *tom.* 2. 32

Et bona emphyteutica, an & quando alienari, obligari, vel hypothecari possint Salgad. *Labyrint. Credit. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 33. Bertachin. *vot.* 110.

Quòd emphyteusia tam privata, quàm Ecclesiastica possit hypothecæ supponi ratione utilis dominii per emphyteutam irrequisito domino, & absque ulla laudemii solutione, nisi tamen fuerit hypothecata pro tanta summa, ut non sit spes luitionis, quia tunc subsequuta maximè translatione possessionis in creditorem, diceretur vera alienatio ad effectum, ut laudemium, & gabella debeatur, ac caducitas non accedente domini consensu incurratur, benè probat Sperel. *decis.* 74. *num.* 1. & *seqq ad* 15. & *decis.* 99. *num.* 37. & *seqq. per tot.* ubi de pluribus aliis alienationum speciebus, ex quibus caducitas incurritur.

Et quòd dicta hypotheca expiret, si emphyteusis cadat in commissum ubi non intervenit domini consensus, nisi caducitas fuisset declarata per collusionem in præjudicium creditorum, quæ posset colligi ex conjecturis, & ubi emphyteuta nihil opposuit, quo casu non præjudicat creditoribus, sicut nec quando aliàs ipsis satisfieri non potest ex rebus debitoris, tenerentur tamen ipsi solvere canones, Urceol. *consult. forens. cap.* 37. *num.* 7. & *seqq.* Spetel. *decis.* 74. *num.* 6. vide *in* §. *Bona num.* 7. &c. *infr. nu.* 43. *in fine*, & *num.* 50. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de censibus quæst.* 8. *fol.* 283. ubi ampliat etiamsi ipsi Emphyteutæ fuerit renovata, limitat tamen nisi adsit fraus, quæ colligitur ex conjecturis, vel nisi purgetur mora, etiam per creditores ad conservandum jus suum; & idem in feudo renovato post confiscationem,

nem, facit Rot. part. 17. recent. decis. 275. ubi quòd in emphyteusi ex pacto, & providentia datur immissio vocata, exclusis creditoribus ultimi possessoris, non obstante consensu per eum præstito assignationi ad illorum favorem, etiam si fuerit primus acquirens, & alia ad rem.

Quòd dominus directus consentiens alienationi prædii cum onere census non sibi præjudicet, si exinde postea ad eum revertatur jure commissi, Anton. de Ballis loc. cit. quæst. 20. fol. 286. alia vide in §. Hypotheca num. 47.

An autem dominus pro pensione, vel canone præferatur aliis creditoribus, & qualiter ei succurratur, Tusch. litt. E. concl. 195. & seqq. Anton. de Ballis loc. cit. quæst. 9. num. 5. & seqq. per tot. fol. 585.

Qualiter emphyteusis etiam Ecclesiastica, si sit hæreditaria, possit ad instantiam creditorum subhastari, non obstante caducitate ab Ecclesia acceptata ob non solutum canonem, quia permittitur creditoribus illum pro suo debitore solvere, tam de jure, quàm ex speciali Constitutione Bononiæ, latè Rot. in Bonon. Apothecarum 5. Aprilis 1677. part. 19. recent. decis. 52. per tot. & dixi in §. Bona n. 7. etc.

33 Emphyteuta donare potest, vel legare alteri jus suum domino irrequisito (quidquid aliqui contrarium sentiant, & de consuetudine servati testentur) dummodò non personæ prohibitæ, nulla subsit fraus, donet, vel leget rem tamquam emphyteuticam, non pleno jure, priusquam transferat possessionem requisat domini consensum, qui tenetur consentire, si donatarius sit habilis, idoneus ad solvendum, & illum recognoscat in dominum solvendo laudemium pro nova investitura facienda intra duos menses, Clar. §. Emphyteusis quæst. 15. per tot. cum Addit. Pract. Papien. libel. ad fict. præstat. glos. alienavit nu. 5. Gratian. disceptat. forens. cap. 237. num. 6. et num. 30. et 31. cap. 377. nu. 27. cap. 533. n. 34. cap. 633. n. 23. et cap. 913. n. 1. et seqq. Guid. Pap. decis. 46. Altograd. cons. 9. num. 31. lib. 5. ubi quòd procedit ex quo in donatione dominus directus non habet jus, vel arbitrium offerendi, latè Fulgin. de jure emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. num. 210. & seqq. Tusch. litt. E. concl. 214. per tot. Fachin. contr. jur. lib. 3. cap. 97. Surd. decis. 93. Ludovis. cum Beltram. decis. 520. per tot. ubi etiam si donatio sit facta Ecclesiæ, quæ dicitur manus mortua stante indulto Pontificis, vel si agatur de emphyteusi transitoria ad quoscumque hæredes extraneos, vel si Ecclesia nolit retinere, sed parata sit vendere privatæ personæ, vel domino directo volente, facit idem Ludovis. decis. 559. per tot. supr. nu. 5. facit Rot. part. 16. recent. decis. 406. n. 33. & seqq. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 7. a n. 19. Altim. de nullit. rub. pr. part. 2. qu. 18. n. 472. tom. 4.

An autem emphyteuta possit dare in dotem sine domini consensu dixi in §. Bona nu. 2. Tusch. litt. E. conclus. 212. per tot. ubi etiam cui debeatur mortua uxore, adde Boss. de dot. cap. 55. n. 52. & seqq. fol. 580. Et ob cujus culpam tunc cadat in commissum, an scilicet uxoris, vel mariti, Rot. part. 15. recent. decis. 78. infr. sub num. 55. Vide Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 18. n. 469. & 472. tom. 4. Fulgin. tit. de alien. qu. 1. Deluc. de emph. disc. 45. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 7. n. 19.

Et an possit permutare sine dicto consensu latè examinat Altograd. cons. 9. nu. 23. et seqq. per tot. lib. 2. ubi firmat, quòd non, maximè si velit in fraudem consensus domini permutare, si fiat æstimatio rerum hinc inde permutatarum, & si dominus habeat bona æquè commoda, cum quibus permutare potuisset, si requisitus fuisset, & si non simpliciter sit prohibita venditio, sed alienatio, sub qua sine dubio venit etiam permutatio; his autem cessantibus, & ubi esset solum prohibita venditio, non videretur prohibita permutatio, Corbul de cens. privat. ob alienat. limit. 15. nu. 1. et seqq. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. num. 253. et seqq. fol. mihi 212. Caldas Pereyra de emphyt. extinct. cap. 10. per tot. ubi an possit donare, in dotem dare, legare, instituere, an ex donatione debeatur laudemium, & alia. Mantic. de tacit. libr. 22. tit. 28. Altim. loc. cit. nu. 472. Antonel. dic. nu. 19. seqq. Fulgin. dic. qu. 1. nu. 252.

Emphyteusis nova, & non antiqua imputatur in legitimam filiorum, quando fuit acquisita ex propria pecunia patris, secus autem si esset concessa ex mera liberalitate, nam tunc licèt sit nova non imputatur, nec potest pater in ea filiis præjudicare, Marant. in l. is potest num. 30. ff. de acquir. hæred. Surd. decis. 235. per tot. videndus latè Merlin. de leg. lib. 2. tit. 1. quæst. 4. et 5. per tot. et d. lib. 2. tit. 2. quæst. 19. per tot. Anton. Gob. tract. de permis. feud. et emphyt. alienat. quæst. 7. per tot. dixi in §. Feudum nu. 7. latè Merlin. decis. 699. ubi qualiter acquirens bona emphyteutica titulo oneroso possit præjudicare vocatis in investitura, & quòd primus acquirens ad hunc effectum dicitur non tantùm ille, qui emit à domino directo, sed etiam à tertio, cùm semper verum sit, quòd non ex liberalitate domini, sed propria pecunia acquisiverit, & ideò possit de illa liberè disponere, Rot. part. 11. recent. decis. 111. ubi ampliat etiam si emphyteusis sit ex pacto, & providentia, quando procedit ex titulo oneroso, aliàs secus, Rot. d. part. 11. decis. 166. num. 7. Caldas Pereyra quæst. forens. cap. 20. per tot. ubi plura, an, & quando pater possit præjudicare, vel non, filiis in emphyteusi, & feudo, & latiùs idem Caldas dict. tract. de emphyt. extinct. cap. 19. et 20. per tot. ubi an commissum patris noceat filiis, & quando pater possit filiis præjudicare, vel non, dixi in §. Pater num. 30. Fulgin. de Emphyt. tit. de success. quæst. 16. 34

Quòd primus acquirens possit liberè disponere in præjudicium aliorum vocatorum, maximè si ex causa onerosa acquisiverit, Beltramin. ad Ludovis. decis. 549. num. 23. Cavaler. decis. 219. n. 15. et decis. 398. per tot. ubi etiam quis dicatur primus acquirens stante devolutione ob non solutum canonem, & an ex hujusmodi causa possit aliis præjudicere, & latè Sperel. decis. 72. et 73. per tot. Rot. in Cæsenaten. Emphyteusis 24. Decembris 1635. coram Merlino inter impressas ejusdem decis. 699. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 167. num. 17. ubi de hypotheca in præjudicium successorum, et decis. 170. num. 13. & in selectis Farinac. part. 1. tom. 1. decis. 438. ubi quòd Rota sequitur opinionem, quòd primus acquirens possit præjudicare vocatis, vel stante clausula, ad habendum, quæ operatur ut emphyteusis sit transitoria in quoscumque extraneos. Deluc de Emphyt. disc. 10. n. 3. disc. 18. n. 4. disc. 70. n. 2. 9. et 13. in sum. ex n. 27.

Intellige ut primus acquirens possit alienare in præjudicium aliorum vocatorum, quando habet filios in potestate, quibus ideò præjudicare potest, & quando acquisivit titulo oneroso, aliàs autem secùs, Rot. part. 10. recent. decis. 55. num. 10. et seqq. ubi etiam quando emphyteusis dicatur ex causa onerosa, vel lucrativa, vide in §. Feudum nu. 7. Rot. part. 15. decis. 245. num. 3. et 4.

Quòd nova emphyteusis possit alienari à patre acquirente in præjudicium filiorum, sicut etiam quando est illis jus quæsitum sub conditione, si non alienaverit, ut quia in ipsa concessione data fuerit facultas alienandi cum licentia domini, pulchrè Gratian. decis. 65. per tot. vide in §. Feudum nu. 7. De Luc. de Emphyt. disc. 18. n. 9. disc. 70. n. 3. et 14. De Feud. disc. 131. ex n. 7.

Et quando ex consuetudine regionis, vel vigore clausularum, ad habendum etc. emphyteusis est alienabilis, cùm dicatur redacta ad naturam bonorum allodialium, computatur in cumulo hæreditatis ad effectum ex ea deducendi legitimã, vel in eã imputandi, & ad effectũ alienandi, ita ut prout alia bona allodialia, & libera, possit alienari in præjudicium comprehensorum, & vocatorum tam a primo, quàm à cæteris acquirentibus, & dominus directus teneatur consensum præstare, vel si deneget, habeatur pro præstito, dictamque consuetudinem vigere in Romandiola, Ferrariæ, Urbini, & aliis pluribus locis, testatur videndus Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 8. per tot. cum Addit. ejusdem, ubi videtur requirere dictam consuetudinem precisam, & in specie, quod clariùs docet Gratian. disceptat. forens. cap. 447. nu. 26. etc. ubi etiam videtur limitare, nisi in investitura adesset pactum expressum ad favorem vocatorum, quia tunc nihil operaretur consuetudo, facit Magon. decis. Luc. 7. num. 17. etc. ubi de simili consuetudine attendenda, vide in §. Feudum n. 7. Fulgin. de jur. Emphyt. tit.

tit. de alienat. quæſt. 5. *num.* 250. *et ſeqq. et num.* 336. *etc.* Merlin. *deciſ.* 86. *per tot. et melius deciſ.* 699. *per tot. quæ eſt in Cæſenaten. Emphyteuſis* 14. *Decembris* 1639. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 398. *quæ eſt in Ravennat. Emphyteuſis* 9. *Decembris* 1658. *coram Albergato et par.* 14. *dec.* 183. quæ habetur etiam poſt tract. Ugeol *de tranſ. dec.* 10. Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 64. ubi de conſuetudine Civitatis Ravennæ; & plenè de hac materia ad interpretationem conſuetudinis Mantuanæ, aliorumque locorum, quibus alienationes iſtorum bonorum in præjudicium agnatorum admittuntur, videndus Anton. Gob. *tract. de permiſſ. feud. et Emphyt. alienat. per tot.* facit Pacion. *de locat. cap.* 53. *n.* 117. *et ſeqq. ac ferè per tot. ſupr. num.* 23. latè Cocciol *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 76. *per tot.* ubi multa ad interpretationem plurium Bullarum, Conventionum, & Conſuetudinum diverſarum Regionum, & locorum particularium, de quibus *ſupra n.* 23.

Ceſſantibus autem prædictis, non eſt in poteſtate alterius præmorientis præjudicare aliis, ad quos ex prima inveſtitura pertinet emphyteuſis, vel feudum, Magon. *deciſ. Flor.* 62. *nu. pr. et per tot.* Sperel. *deciſ.* 72. *per tot. et deciſ.* 73. *num. pr. et ſeqq.* vide Gabriel. *com. concl. lib.* 3. *concluſ.* 2. *tit. de jur. emphyt.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 123. *num.* 6. *et ſeqq. vol.* 3. *alios allegavi in §. Pater num.* 30. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 283. *per tot.* Anton. Gob. *d. tract.* Bich. *deciſ.* 326. *n.* 4. *etc.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 245. *et par.* 17. *deciſ.* 373. ubi quòd alienatio emphyteuſis ex pacto, & providentia non præjudicat aliis in ea vocatis, quibus ideò datur immiſſio, non obſtante conſenſu per eos alienationi præſtito, quando non conſtat de ſcientia ſuæ vocationis, & comprehenſionis, vide *ſup. nu.* 4. *verſ. item intellige*, Rot. *part.* 18. *deciſ.* 90. *n.* 7. *et ſeqq.* ubi quòd dicta conſuetudo Civitatis Ravennæ recipit duas ſolemnes limitationes, nempè, ut non extendatur ad novas conceſſiones, nec quando in conceſſione apponuntur conventiones illi repugnantes, & dicta conſuetudo originem trahit à concordia inter Clerum, & populum Ravennæ inita de anno 1434. in volumine ſtatutorum ejuſdem Civitatis *lib.* 4. *cap.* 14. *inſerta*. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *qu.* 18. *nu.* 153. *tom.* 4.

35 Emphyteutæ plures inter ſe dividentes rem emphyteuticam, non videntur renunciare juri ſupervanturo poſt mortem unius ex illis propter jus accreſcendi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 707. *nu.* 17. *etc.* Magon. *deciſ. Luc.* 7. *nu.* 33. *et* 42. ubi *Addit. et deciſ. Flor.* 62. *num.* 3. *et per tot.* ubi quomodo deficiente poſtea linea unius ex dividentibus accreſcat aliis, & quid ſtante promiſſione evictionis ſibi invicem facta, idem Magon. *dict. deciſ. Luc.* 7. *num.* 39. *et ſeqq. et deciſ.* 8. *per tot.* facit quod dixi *in §. Diviſio num.* ... vide Tuſch. *litt. E. concl.* 201. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 183. *per tot.* ubi qualiter habeat locum jus accreſcendi, vel pactum de ſuccedendo. De Luc. *de Emphyt. diſc.* 53. *num.* 21.

36 Emphyteuta Eccleſiæ, cauſa & reſpectu ſui utilis dominii, non gaudet aliquo immunitatis privilegio, cum tale dominium utile ſit quid ſeparatum à directo Eccleſiæ, unde licet directum ſit Eccleſiaſticum, utile remanet profanum, & laicale, ac ob id ſubjectum ſtatutis, & legibus ſæcularibus quoad omnia, exceptis tantum oneribus ſordidis, ut latè poſt relatas plures opiniones concludit Menoch. *de arbitr. caſ.* 562. *num.* 22. *et ſeqq. ad* 34. *facit in caſ.* 180. *num.* 9. *et* 10 Ciarlin. *controv.* 17. *num.* 26. *et contr.* 129. *per tot.* ubi tamen videtur inclinare in contrariam partem, ſed fatetur hanc paſſim ſervari, quam tamen aliquibus modis limitat, & declarat, ut ibi per eum, Valaſch. *de jur. emphyt. quæſt.* 17. *num.* 11. *et ſeqq.* Vulpel. *de libert. Eccl. part.* 3. *nu.* 22. Theſ. jun. *in Addit. deciſ.* 216. Mart. *de juriſdict. par.* 4. *caſ.* 13. cum aliis pluribus per eos citatis, facit quod dixi *in §. Judex nu.* 31. *et §. Statutum excludens num.* 20. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 151. Paul. Chriſtin. *dec* 120. *n.* 6. *vol.* 3. vide Add. ad Burat. *deciſ.* 78.

Contrarium de more enixè Eccleſiaſticis, & eorum dependentibus favendo ſuſtinet Sperel. *deciſ.* 121. *per tot.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de meliorum. et expenſ. quæſt.* 10. *num.* 17. *et ſeqq.* Bicch. *deciſ.* 136. *num.* 12 *et ſeqq.* ubi etiam ſi agatur de re minima ratione connexionis. Sed revera prior opinio eſt etiam communis, & uſu recepta extra Statum Eccleſiaſticum, ita ut durum videatur ab illa recedere, & contra ſtimulum recalcitrare, dixi *in §. Clericus num.* 45. *verſ. ſed veritas eſt, et in §. Colonus num.* opinionem Sperelli de jure veriorem putat cum Bart. *in l. privata, C. de excuſat. muner. lib.* 10. Fachin. *controv. jur. lib. pr. cap.* 19. Merlin. *deciſ.* 903. *per tot.* Gratian. *diſcept.* 447. *num.* 21. & alii per eos citati.

Quòd bona emphyteutica Eccleſiæ non comprehendantur ſub ſtatutis, etiam auctoritate Apoſtolicâ conditis, niſi ſint ſpecificata ſaltem ſub univerſalitate verborum, Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 55. *num.* 32. *etc. part.* 13. *deciſ.* 149. *num.* 4. *et ſeqq.*

Debet tamen emphyteuta minus gravari in æſtimo cùm ſit habenda ratio penſionis, quæ præſtatur domino, & ſic bona emphyteutica ratione dicti oneris minus æſtimari debent: quod puto verum in omni emphyteuta etiam privati, Menoch. *dict. caſ.* 562. *nu.* 29. *in fine, etc.* Ciarlin. & alii pro prima opinione citati, Fulgin. *de jur. emphyt. d. quæſt.* 10. *num.* 46. facit quòd dixi *in §. Pactum num.* ubi pactum de retrovendendo quantum minuat de pretio rei.

Quòd emphyteuta teneatur ad onera realia; & non dominus, Tuſch. *litt. E. concluſ.* 151. *per tot.* vide latè Fulgin. *dict. quæſt.* 10. *per tot.*

Item ad expenſas, & ad quas, idem Tuſch. *concl.* 205. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 18. *à nu.* 89. *et à num.* 105. *tom.* 4.

37 Emphyteuta ſicuti non poteſt alienare, ita nec etiam poteſt ſubemphyteuticare, nec alium de emphyteuſi inveſtire, imò nec ad longum tempus locare, Altograd. *conſ.* 5. *num.* 8. 18. *et* 19. *lib.* 2. *inf. num.* 46. Altimar. *loc. cit. num.* 470. *et* 477. Fulgin. *tit. de contrac. emph. qu.* 10. *et tit. de Laudem. qu.* 23. *et tit. de alien. qu. pr. nu.* 75. Andreol. *contr.* 90. *nu.* 2. 3.

Poteſt tamen de conſenſu domini alium admittere ad partem ſuæ emphyteuſis, & qualiter cedendo jura ſua alteri in eum transferat poſſeſſionem, & qualem, idem Altograd. *conſ.* 74. *num.* 23. *et ſeqq. lib.* 2. De Luc. *de Regal. diſc.* 23. *num.* 9. *de Emphyt. diſc.* 69. *num.* 2.

Sicut etiam poteſt dominus directus, durante adhuc inveſtitura alium inveſtire de conſenſu ultimi Emphyteutæ, Bald. *conſ.* 431. *in fine lib.* 2. Rot. *par.* 11. *recenti deciſ.* 357. *num.* 1.

38 Emphyteuta, an, & quando poſſit deſerere bona emphyteutica, & illa licentiare invito domino, ut ſe liberet à præſtatione canonis, Theſaur. *deciſ.* 20 *n.* 3. *& per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 557. *n.* 12. *etc. et deciſ.* 87 *et dec.* 88. *per tot.* ubi loquitur etiam in feudo, & ſimilibus, Tuſch. *littera E. concluſ.* 219. *etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 79. *num.* 37. *etc. vol.* 5. Crivel. *deciſ.* 99. *per tot.* latè Scopp. & De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Quòd emphyteuta non poſſit redimere cenſum, vel canonem per reſtitutionem pretii, & ſic non poſſit compellere dominum directum ad ſibi vendendum jus directum, ſicut nec ipſe cogi ad illi vendendum dominium ſuum utile, latè Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 8. *et deciſ.* 51. *per tot.* vide *in §. Cenſus nu.* 2.

Quòd domo combuſta non liberetur à canone, cùm ad eum ſpectet periculum caſus fortuiti, & per alias rationes, latè Surd. *deciſ.* 198. *per tot.* Altimar. *de nullit rubr. pr. par.* 2 *quæſt.* 18. *à nu.* 91. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Palm. *conſult.* 71. Fulgin. *tit. de meliorat. quæſt.* 9. *n.* 6. *tit. de ſolut canon quæſt.* 1. *ampliat.* 44.

An propter peremptionem rei in totum, vel pro parte liberetur emphyteuta à canone, plenè Mart. Medic. *Exam.* 12. *& deciſ.* 22. *per tot.* ubi etiam plura de ſuperficiario, & quod dixi *in §. Cenſus num.* adde Paul. Chriſtin. *deciſ.* 119. *nu.* 7. *&c. vol.* 3. Altimar. *loc. cit.* Palm. *loc. cit.* Fulgin. *dict. tit. de ſolut. can. quæſt. pr.* Phæb. *deciſ.* 58. Themud. *deciſ.* 116. Gobb. *conſult.* 6. *n.* 4. Pegal. *reſol.* 3. *num.* 930. Leotard. *de Uſur. quæſt.* 57. *et ſeq.*

An licèt emphyteutæ regulariter non fiat remiſſio ob ſterilitatem, ſaltem ob caſum fortuitum, vel devaſtationem rei liberetur à canone, Theſ. *deciſ.* 20. *per tot.*

tot. vide in §. Remissio num. Rot. part. 14. recent. decis. 338. per tot. ubi quòd non potest peti remissio, vel reductio canonis ob sterilitatem.

39 Emphyteuta potest super bonis emphyteuticis Ecclesiam, sive sacellum construere, & ex tali constructione dicitur meliorare, nec incidit in commissum, imò acquirit juspatronatum in Ecclesia ædificata, quid in antiquis probari potest ex inscriptione in marmore sculpta, per quam etiam inscriptionem emphyteuta non potest dici in commissum cecidisse, ut probat Altograd. cons. 10. n. 28. & seqq. per tot. lib. 2.

Qualiter ædificatum super fundo emphyteutico ipsi fundo cedat, Tusch. litt. E. concl. 150.

Ad quem spectet augmentum fundi sive latens, sive patens, idem Tusch. concl. 206. Vide infra in novissimis additionibus Crescin.

40 Emphyteuta habens licentiam alienandi à domino, an possit sine alia speciali, & expressa licentia adiicere, seu apponere pactum ad sui favorem, ut emptore non solvente possit ad rem ipsam venditam redire, & illam recuperare pro pretio non soluto, latè hinc inde disputat Surd. decis. 220. per tot. ubi concludit pro validitate dicti pacti ad favorem emphyteutæ vendentis, & est repetita dicta decisio ab eodem Surd. decis. 344. per tot. lib. 2. Vide Hodiern. ad Surd. loc. cit.

Et infra quantum tempus emphyteuta uti debeat licentia alienandi sibi à domino directo concessa, ita ut eo elapso non possit amplius alienare citra pœnam caducitatis, Surd. decis. 189. num. 10. & per tot. ubi etiam quòd quando licentia fuit ad certum tempus limitata, non extenditur ultra illud, & latiùs decis. 203. per tot. Vide Hodiern. ad Surd. dict. decis. 189.

41 Emphyteusis Ecclesiastica aliàs ad hæredes non transitoria, ad illos transit quando in ea essent facta multa melioramenta, Altograd. cons. 82. num. 7. lib. pr. Gratian. disceptat. forens. cap. 351. num. 10. & seqq. ubi quòd idem est quando solveretur magna pensio, & quasi fructibus correspondens, cùm tunc dicatur potius locatio, de quo, & quod ob id transeat ad quoscumque hæredes, Magon. dec. Flor. 117. nu. 43. & seqq. & decis. Luc. 12. nu. 5. ubi Addit. vide par. 14. recent. decis. 463. per tot. ubi quòd in emphyteusi Ecclesiastica regulariter jure sanguinis succeditur, & quando secus.

Quando ob magnam pensionem dicatur locatio, vel ea non obstante remaneat emphyteusis, benè Surd. dec. 158. num. 20. & seqq.

Quòd regulariter non transeat ad extraneos hæredes, Magon. decis. Luc. 12. num. 7. & seqq. per tot. ubi Addit. vide supra num. 25. & 26. Rot. part. 9. recent. num. 232. & 452. & part. 14. decis. 463. per tot. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 18. nu. 74. tom. 4. Vide Pacion. de locat. cap. 13. Verd. Instit. tit. de locat. nu. 2508. Gob. consult. 11.

Transit tamen, vel saltem debent reinvestiri hæredes pro eodem pretio, quando prædium Ecclesiæ erat sterile ab initio, & fuit reductum ad culturam, Rot. part. 2. divers. decis. 312. nu. 1. facit quod dixi supra num. 23. & latè Pacion. decis. de locat. cap. 62. per tot. ubi plura quando ob melioramenta in re facta possit conductor obtinere renovationem finito tempore locationis, Rot. part. 18. recent. tom. pr. decis. 34. ubi quando non transeat ad fœminas.

Ex quibus verbis, & clausulis emphyteusis Ecclesiastica dicatur etiam ad hæredes extraneos transitoria, licèt aliàs regulariter non sit, latè Rot. part. 9. recent. decis. 232. per tot. & decis. 452. dict. part. 9. in Appendice vide supra num. 3. & 4. Rot. part. 13. recent. decis. 510. ubi benè quando vigore clausularum, ad habendum, & similium, transeat ad extraneos hæredes, & non revertatur ad Ecelosiam ex defectu lineæ ultimi investiti. Quòd regulariter non transeat, etiam stantibus clausulis ad habendum in perpetuum, & hujusmodi, Rota part. 16. recent. dec. 79. decis. 350. & 371. per tot. & decis. 385. per tot. supra num. 3. & 4. Altimar. loc. cit. nu. 135. Pacion. Verd. Gob. loc. cit.

42 Emphyteuta absque incursu caducitatis potest quandocumque etiam durante emphyteusi tollere ædificium per ipsum constructum, sicut etiam arbores plantatas evellere, & ad illum spectabunt, prout quando casu evulsæ fuerunt, Corbul. de caus. privat. ob deteriorat. num. 2. in fine.

Contrarium tamen verius firmat Surd. decis. 78. per tot. & decis. 300. quem refert Gratian. disceptat. forens. cap. 81. numer. 31. &c. Hodiern. ad Surd. dec. 160. nu. 6. 7. Amic. de jur. emph. qu. 47.

An autem, & quomodo possit arbores incidere, aliàs supplentando, vel sylvas cæduas absque incursu caducitatis, & an saltem teneatur ad damna, Mart. Medic. decis. 47. per tot. cum Addit.

Quod non possit incidere arbores fructiferas, nisi resultet in utilitatem fundi, aliàs tenetur ad interesse, leg. in fraudem, §. fin. de jur. fisc. leg. arboribus, ff. de usufruct. & leg. si finita, §. Eleganter, ff. de damn. infect. cum similibus relatis per Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 13. art. 41. num. 4. vide De Luc. ad Gratian. decis. 174. num. 2. Hodiern. ad Surd. decis. 102.

Emphyteuta quando propter deteriorationem, vel quòd male versetur in re emphyteutica, amittat jus suum, & possit expelli, vel non, latè Gratian. disceptat. forens. 152. per tot. ubi qualis debeat esse deterioratio, & quomodo possit excusari, Corbul. de caus. privat. ob deteriorit. per tot. idem Gratian. decis. 174. per tot. ubi quando saltem teneatur ad interesse, Magon. decis. Flor. 145. num. 1. & seqq. ubi quod debet esse in notabili quantitate, ad perpetuum damnum, & cum culpa, vel dolo emphyteutæ, Menoch. de arbitr. cas. 78. per tot. plenè Mart. Medic. dec. 47. per tot. ubi quòd etsi possit excusari ob modicam deteriorationem, tamen tenetur ad damna, & interesse, vide Tusch. litt. E, conclus. 217. per tot. Paul. Christin. decis. 173. num. 33. & seqq. vol. 5. latè Scoppa, & De Luc. ad Gratian. citat. decis. latè Hodiern. ad Surd. dic. decis. 102. per tot. Altim. loc. cit. nu. 440. Gob. consult. 5. n. 92. 43

Quòd amittat solum pro parte deteriorata, & non totum, Magon. decis. Flor. 19. in fine. Ubi tamen num. 8. videtur intelligere, nisi sint simul, & unico pretio plures res concessæ, vide in §. Conductor. nu. Altimar. loc. cit. num. 441., ubi pro utraq; opinione.

Non tamen posset emphyteuta moto sibi judicio per creditores, illis præjudicare per suam malam versationem, & deteriorationem, latè Surd. decis. 102. per tot. vide in §. Bona num. 7. & supra nu. 32. vide Hodiern. ad Surd. dict. decis. 102.

Qualiter possit excusari si in alia parte melioravit, cum admittatur compensatio meliorationis, & deteriorationis ad evitandam caducitatem. Vide in §. Compensatio nu. 36. De Luc. ad Gratian. decis. 174. num. 9.

Emphyteuta privatur jure suo patiendo alium investiri de emphyteusi ad eum spectante, Gratian. disceptat. for. cap. 557. num. 4. & Corbul. de caus. priv. ex eo quod emphyt. pat. alium invest. fol. mihi 81. 44

Item privatur mutatione formæ rei emphyteuticæ, idem Gratian. dict. cap. 557. num. 7. Corbul. de caus. privat. ob mut. rei for. per tot. fol. mihi 87.

Item cadit à jure suo propter pacta non servata, intelligendo de pactis, quæ rem ipsam, vel illius usum respiciunt, secus si sint circa extranea, etiam ipsam, vel illius usum non concernentia, Surd. decis. 180. per tot. Corbul. de caus. ob privat. ob inobservant. pact. fol. mihi 9. Fulgin. de jur. emphyt. in prælud. quæst. 4. num. 2. & de var. cad. quæst. pr. Merlin. decis. 356. num. 1. Rot. part. 12. recent. decis. 41. num. 9. & decis. 306. num. 2. & post Oleam de cess. jur. decis. 45.

Plures alias causas, ob quas emphyteuta privatur jure suo, nempè ob mendacium, non ostendendo instrumentum investituræ, rem incultam relinquendo, non petendo investituram intra legitima tempora possessorem propria auctoritate expellendo, ob mortem civilem, ob renunciationem, ob tempus finitum, ob lineam finitam, ob deteriorationem, ob alienationem irrequisito domino, & ob non solutionem canonis, ultra prædictas latè declarando prosequitur Corbul. tract. de emphyt. & caus. privat. per tot. ubi plurimas incidentes quæstiones decidit, & post eum latè Fulgin. eod. tract. de jur. emphyt. tit. de alienat. per tot. fol. 184. & tit. de var. caducit. per tot. fol. 231. & per to-

totum tractatum. De Luc. *in Indic. general. verb. Emphyt. quoad caducitatem*, Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 2. quæst. 28. à num.* 398. *tom.* 4.

An autem in prædictis casibus devolvatur ad dominum directum, vel ad alios, sive alios agnatos. Vide Ant. Gob. *tract. de permiss. feud. & emphyt. alien. quæst.* 9. *per tot.*

45 Emphyteuta tam Ecclesiæ, quàm privati non potest rem emphyteuticam, nec melioramenta alienare sine consensu domini directi sub pœna caducitatis à jure suo, ac ideò volens alienare debet requirere dominum, an velit emere, illi denunciare pretium, quod ab aliis offertur verè, & realiter, & non fictitiè, nec simulate, eumdem non respondentem per duos menses expectare, vendere solùm jus sibi competens, & sic utile dominium, vel sua melioramenta, & non ipsam rem, non personis prohibitis, & quòd antea non ceciderit à jure suo per aliquam ex causis supra expressis, sicuti quoad privatam emphyteusim, colligitur ex *l. fin.* ubi Bart. Jas. Salyc. & alii communiter *C. de jur. emphyt.* & quoad Ecclesiasticam *ex cap. potuit de locat.* ubi Abb. Anton. de Butr. Anchar. Imola, & alii, Cæphal. *cons.* 195. *lib.* 2. Honded. *cons.* 55. *num.* 21. *lib.* 1. Clar. *§. Emphyteusis quæst.* 13. *per tot.* cum Addit. Corbul. *de caus. privat. ab alienat. in princip. & per tot.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alien. qu.* 1. *n. pr. & seqq.* ubi quòd ratio prædictorum est, ut possit dominus idem pretium offerre, & extraneo præferri, si emere voluerit, vel ut laudemium consequatur à novo emphyteuta, & pro domino recognoscatur, quam quidem regulam, & dispositionem *dict. leg. fin. C. de jur. emphyt.* plurimis modis ampliant, & limitant, & declarant, videndi Clar. Corbul. & Fulgin. *in loc. cit.* Soccin. *reg.* 529. *per tot.* idem Fulgin. *dict. tract. tit. de laudem. quæst.* 11. *per tot.* Tusch. *litt. E. conclus.* 207. *per tot. ad num.* 171. Paul. Christin. *decis.* 122. *vol.* 3. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 269 *num.* 26. *&c.* ubi per quem debeat impetrari dictus consensus, *et n.* 29. quòd non requiritur in contractu permutationis, quia in illo cessat jus prælationis, Cabal. *cons.* 173. *per tot. lib. pr.* ubi quòd emphyteuta cadit à jure suo alienando, subemphyteuticando, vel ad longum tempus concedendo quoad rem alienatam, & talis caducitas præjudicat etiam descendentibus alienantis, licet in investitura comprehensis, & ex propria persona vocatis, nec videtur remissa ob receptionem canonis, stante ignorantia recipientis, vide *supra num.* 30. *in fine*. Altimar. *loc. cit. à nu.* 445. *& à nu.* 490. Vide Verd. *Instit. tit. de locat. nu.* 2438. Rocc. *resp.* 22. *lib.* 2. Mans. *consult.* 39. *ex nu.* 45. Gob. *consult.* 105. *nu.* 74. Bertachin. *vot.* 164. *n. pr.*

An, & quando emphyteuta possit alienare, vendere, donare, permutare, in dotem dare, vel ad longum tempus locare, irrequisito domino directo, vel non, & alia plura ad rem latè Caldas Pereyra *de univers. jur. emphyt. part.* 4. *tit. de Emphyt. extinct. interit. & resol. cap.* 1. *cum pluribus seqq. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *qu.* 18. *tom.* 4. Fulgin. *in tract. de emph.*

Plura de consensu domini directi, an debeat esse expressus, vel sufficiat tacitus, an possit præstari ex intervallo, per procuratorem, tutorem, patrem, & alia, idem Caldas *loc. citat. cap.* 11. *per totum cum multis seqq.*

46 Emphyteuta alienans irrequisito domino cadit à jure suo, quando alienat salvo, & reservato jure domini, cum clausula *non aliàs, nec alio modo*, etiam si sequuta sit ficta traditio, Gratian. *disceptat. for. cap.* 633. *num.* 27. *& seqq. ad* 37. *& cap.* 949. *num.* 4. *& per tot.* Beltram. ad Ludovis. 388. Urceol. *consult. forens. cap.* 33. *num.* 9. & Merlin. *decis.* 781. *num.* 4. *& decis.* 883. *num.* 5. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 53. *n.* 24. *& part.* 10. *decis.* 73. *num.* 20. *& seqq.* ubi plura de similibus clausulis reservativis, & conditionalibus pro excusatione caducitatis *& part.* 19. *dec.* 168. *num.* 12. *& seqq.* vide *in §. Clausula num.* 59. Caldas Pereyra *de emphyt. extinct. cap.* 6. *cum multis seqq.* Altimar. *loc. supra adduct. n.* 492.

Item non cadit à jure suo propter hypothecationem, quæ tamen erit nulla in præjudicium domini, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 855. *num.* 28. *in fine*, vide *supra num.* 32. *& in §. Bona nu.* ... latè Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. pr. num.* 238. *& seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 388.

Item nec per locationem ad longum tempus, quæ tamen erit nulla, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 378. *num.* 30. *&* 31. vide supra *num.* 37. Cabal. *cons.* 156. *lib. pr.* ubi quod per locationem ad longum tempus privatur jure suo, & præjudicat filiis, aliisque sequentibus vocatis, idem Cabal. *cons.* 173. *lib. pr.* Altimar. *loc. cit. nu.* 477. Andreol. *contr.* 90. *nu.* 2. 3.

Item probabilis credulitas, & bona fides excusat à caducitate, Guid. Pap. *decis.* 24. *num.* 1. & Gratian. *disceptat. forens. cap.* 67. *num.* 33. *& seqq.* Rot. *in recollect. per Farinac. decis. post.* 160. *part.* 2. *num.* 6. Vide Altimar. *ubi sup. nu.* 474. 475.

Item minor excusatur, vel saltem in integrum restituitur, Magon. *decis. Flor.* 70. *nu.* 17. & vide in *§. Minor num.* .... Altimar. *loc. cit. nu.* 476. Verd. *Instit. tit. de locat. sub n* 2538.

Qualiter excusatur propter paupertatem, Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 54. Cavaler. *decis.* 94. *n.* 5. Rota *p.* 13. *recent. decis.* 33. *num.* 8.

Item de æquitate excusatur si ante motam litem à domino, revocet alienationem, Gratian. *discept. for. cap.* 949. *n.* 12. *&* 13. Urceol. *consult. forens. cap.* 33. *n.* 14. *&c.*

Item non incurrit caducitatem quando alienat sub conditione, si & quantum de jure potest, vel si domino placuerit, cum conditio non purificata nihil ponat in esse, nec aliquod dominium dicatur translatum, Gratian. *discept. forens. cap.* 949. *n.* 9. & Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alien. quæst. pr. num.* 185. *& nu.* 316. & facit Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 408. *num.* 33. *& seqq.*

Item si in ipso contractu, vel post incontinenti apponat pactum redimendi, quod restituto pretio rescindit venditionem ipso jure, Tiraquel. *de retract. convent. §.* 1. *gloss.* 7. *num.* 4. Magon. *decis. Flor.* 19. *numer. pr. & ubi numer.* 9. videtur restringere dummodo redemptio fiat ante declaratam caducitatem à domino, *& decis.* 145. *nu.* 15. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. pr. num.* 166. *&c.*

Quid in alienatione revocabili, in necessaria datione in solutum facta auctoritate legis, sive judicis, decoctione, & similibus, late Speciel. *decis.* 99. *per tot.* ubi de pluribus alienationum speciebus, ex quibus caducitas incurritur, & laudemium debetur, ac signanter stante decoctione emphyteutæ, & ex hac causa emphyteusis translatione in creditores.

Quòd excusetur quando alienatio fit ex causa necessaria, veluti si fiat in eum, qui poterat vigore statuti retrahere, Gratian. *discept.* 784. *n.* 6. *&c.* Merlin. *decis.* 871. *num.* 2. vel pro assignatione dotis, Rot. *part.* 9. *recent. decis* 53. *nu.* 11. ubi quòd nec tunc debetur laudemium. Vide in §. *Bona num.* 2. Rot. *d. part.* 9. *decis.* 269. *num.* 24. *&c.*

Item excusatur si simpliciter alienaverit, non facta reali traditione, etiamsi clausulam constituti apposuerit, Barbos. *de Claus. claus.* 31. *num.* 26. *&c.* Merlin. *decis.* 883. Urceol. *consult. for. cap* 33. *nu.* 7. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 36. *num.* 45. *& seqq.* ubi quando alienatio non habuit effectum, latè Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst* 1. *n.* 131. *& seqq.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 408. *num.* 73. *& seqq.* Altimar. *loc. cit. num.* 479. Verd. *Instit. lib.* 3. *tit. de locat. n.* 2441.

An excusetur quando sibi dominium reservavit, si devenit ad traditionem, videtur negare, Magon. *decis. Flor.* 91. *num.* 2. *&c.* ubi vide *& decis.* 92. *num.* 11. *& seqq.*

Item excusatur stante pacto alienandi, idem Magon. *decis. Flor.* 143. *num.* 23. melius Fulgin. *loc. cit. num.* 253. *& seqq.* Merlin. *decis.* 883. ubi illud deducit ex natura emphyteusis transitoriæ ad quoscumque, vide supra *nu.* 4. & latè Rot. *p.* 16. *recent. decis.* 408. *num.* 33. *& seqq. per tot.* Altimar. *ubi sup. nu.* 464.

An autem propter alienationem partis rei emphyteuticæ emphyteuta cadat à tota re, vel tantùm a parte alienata, vide Gratian. *discep. forens. cap.* 860. *nu.* 23. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 19. *num* 2. *& per tot.* ubi arguit quòd nec cadat à parte alienata: postea quòd,

ea-

eadat à tota stante individuitata contractus, & tandem videtur concludere, quòd cadat solum à parte alienata, haneque opinionem erebriorem dicit idem Magon. decis. Florent. 145. num. 11. Cabal. cons. 173. num. 7. lib. 1. Ludovis. decis. 219. ubi Addit. intelligit, nisi alienasset uti rem propriam, quia tunc cadit à toto, cum appareat de depravata mente intervertendi dominium directum, Clar. §. Emphyteusis, quæst. 13. num. 10. ubi Addit. Corbul. ampliat. 42. Fulgin. dict. quæst. pr. de alienat. num. 137. & seqq. ubi benè probat, & declarat Dian. part. 10. tract. 16. resol. 59. ubi etiam quando sunt plures domini, si unus tantùm requiratur, an res cadat in commissum quo ad partem aliorum non requisitorum, & affirmat. Antonel. de temp. leg. lib. 2. cap. 55. nu. 67. Altimar. ubi sup. nu. 481., & vide Andreol. contr. 47. n. 19. 23.

Et an habens licentiam vendendi simpliciter, possit partem tantùm vendere. Vide Surd. decis. 188. ut tenet excusari à caducitate, quidquid sit circa validitatem contractus, quem annullari posse videtur ea rationibus per eum adductis.

Plures alias causas, ob quas potest emphyteuta alienans sine consensu domini excusari, nempè si in concessione adsit clausula, pro se, et quibus dederit, vel pro hæredibus, et successoribus quibuscumque, vel cuicumque voluerit, ob dationem in solutum, si alienatio fuerit nulla, vel simulata ob ignorantiam quòd res sit emphyteutica, ob lapsum longi temporis, cùm tunc præsumatur licentia domini, si sit facta alienatio inter ipsos comprehensos in investitura, vel divisio, si sit facta donatio, sive legatum, vel institutio in ultima voluntate, si adsit pactum legis commissoriæ, vel consuetudo in loco alienandi sine consensu domini, vel si agatur de vera permutatione, sive de datione in dotem inæstimatam, quid in compromisso, transactione, stante clausula, ad habendum, etc. recensatione domini, promissione de vendendo, appositione conditionis, receptione canonis post alienationem, & similibus casibus usque ad 52. limitationes, l. fin. C. de jur. emphyt. vide latè per Fulgin. d. tract. tit. de alien. quæst. 1. num. 131. et seqq. per tot. ad 341. & Corbul. de caus. privat. ob alienat. limit. 1. et seqq. usque ad 44. fol. mihi 240. et seqq. ad 309. & alios supra per discursum citatos, Tusch. litt. E. concl. 207. per tot. cum pluribus seqq. Rot. part. 11. recent. decis. 257. num. 4. et seqq. per tot. et part. 16. decis. 408. nu. 33. et seqq. per tot. et p. 19. dec. 168. De supradict. conclus. vide apud Altimar. de nullitat. rubr. pr. part. 2. quæst. 18. a n. 445. tom. 4.

47 Emphyteutæ absque incursu caducitatis possunt inter se ipsos comprehensos dividere, & etiam alienare res emphyteuticas sine consensu domini directi; quia tunc non habet jus offerendi, Altograd. cons. 9. num. 31. lib. 2. Magon. dec. Flor. 16. num. 21. etc. Corbul. de caus. privat. ob alienat. limit. 7. per tot. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. quæst. 1. nu. 204. et. seqq. & dixi in §. Bona nu. vide Tusch. litt. E. conclus. 202. per tot. Paul. Christin. decis. 121. nu. 3. et 6. vol. 3. De Luc. De Emphyt. disc. 39. n. 5. De Regal. disc. 23. num. 4. et 9.

Facta tamen dicta divisione sine domini consensu, si unus cesset in solutione canonis, res tota cadit in commissum; si verò intervenerit consensus domini, cadit tantùm pro parte non solventis, Afflict. decis. 353. num. 6. Gratian. discept. for. cap. 36. num. 25. et per tot. et cap. 675. num. 1. et seqq. De quo tamen vide quæ dixi in §. Hæres nu. 15. Tusch. litt. E. concl. 203. Christin. d. dec. 121. per tot. vol. 3. ubi refert plures diversas opiniones.

Quòd possit fieri alienatio inter ipsos comprehensos, vel ex causa dotis, intellige in præjudicium domini, non autem aliorum vocatorum in gradu anteriori, quando sumus in Emphyteusi ex pacto, & providentia, ut benè declarat Rot. p. 10. recent. dec. 55. num. 23. et seqq. De quibus loquitur De Luc. loc. supra cit.

Qualiter etiam per divisionem cū clausulis, ad habendum, et quicquid, etc. ac pro se, hæredibus, et successoribus, censeatur remissa emphyteusis, vel illi per dividentes renunciatum, post Urceol. de transact. decis. 53. num. 3. et seqq. dixi in §. Divisio num. 10.

Emphyteuta recognoscens emphyteusim à pluribus dominis, si alienet cum consensu aliquorum, cæteris non requisitis, cadit solùm à parte illorum, quorum consensum non requisivit, Magon. decis. Florent. 19. num. 3. Tusch. litt. E. conclus. 208. Paul. Christin. decis. 123. n. 4. vol. 3. 48

Et si plures simul contendant inter se de dominio directo, emphyteuta, vel vassallus habet tria remedia, ne cadat à jure suo propter non factam renovationem, vel non solutum canonem, primum ut recognoscat ultimum possessorem, secundum ut recognoscat omnes cum protestatione, tertium ut neutrum recognoscat, sed protestetur per se non stare, & esse paratum adimplere adimplenda versus eum, qui verus dominus declarabitur, de hoc interim satisdando, Burdellon. cons. 194. per tot. lib. 2.

Quòd stante dicta contentione, & dubietate neutri solvens excusetur à caducitate, Corbul. de privat. ob non solut. canon. limitat. 23. Surdus decis. 6. num. 6. Boer. decis. 106.

Quia causa dominii est præjudicialis, & prius terminari debet, Tondut. de prævent. part. 2. cap. 55. per tot. fol. 250.

Emphyteusis propter non solutum canonem per triennium, quando est à privato concessa, vel per biennium, quando ab Ecclesia, amittitur ipso jure, si dominus directus ita velit, & declaret, ita ut utile dominium emphyteusæ consolidetur cum directo domini, l. 2. C. de jur. emphyt. ubi Jas. & alii communiter Auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles. & cap. potuit extra de locat. Roman. cons. 212. num. 7. &c. Roland. cons. 81. num 6. &c. lib. 3. Paul. Christin. decis. Belg. 120. vol. 3. Vivi. comm. opin. 238. cum aliquibus seqq. Clar. §. Emphyteusis quæst. 8. num. 2. &c. Gratian. discept. forens. cap. 378. num. 3. & seqq. & cap. 36. num. 12. &c. Asin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 48. Altograd. cons. 16. num. 1. lib. 2. & latissimè ampliantes, & limitantes videndi præ cæteris Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. in princ. & per tot. à fol. mihi 327. usque ad fol. 540. & finem operis, & Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. & seqq. per tot. à fol. mihi 276. usque ad fol. 333. Tusch. litt. E. concl. 192. per tot. ad num. 212. & concl. 196. &c. ubi quæ actiones competant domino, Paul. Christin. decis. Belgic. 107. vol. 5. ubi etiam an ob id possit dominus alteri fundum concedere, Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 18. num 398. tom 4 Gob. consult. 24. nu. 10. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 55 Cyriac. contr. 266. contr. 342. 49

Et si Emphyteuta promiserit cum juramento solvere canonem certis statutis temporibus, puta singulis annis, & cessaverit, cadit statim à jure suo, non expectato biennio, aut triennio, nisi adsit aliquod justum impedimentum, Ferret. caut. 20. per tot. Bald. in c. querelam de jurejur. per illum tex. et per tex. in l. si quis major. C. de transact. Gratian. discept. forens. cap. 19. num. 6. Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 40. num. 1. et seqq. Seraph. de privil. juram. privil. 84. Marescott. var. resolut. cap. 61. lib. 1. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de var. caducit. quæst. 1. num. 44. et de solut. canon. quæst. 1. num. 35. etc. ubi de magis communi, alios etiam pro hac parte refert Dian. part. 10. tract. 16. resolut. 56. Altimar. loc. cit. num. 427. Antonel. de temp. legal. cap. 55. nu. 11. 51. lib. 2.

Contrarium tamen, & forte melius de æquitate, nostris maximè temporibus, quibus notarii de stylo in omnibus instrumentis inserunt juramenta, & illaqueunt contrahentes, qui ut plurimum ignorant, quid importent, tenet Clar. §. Emphyteusis quæst. 8. num. 2. Cott. in memorab. verb. Mora, Covar. in r. lect. c. quamvis pactum, §. 4. num. 5. de pact. in 6. Jas. l. 2. C. de jure emphyt. num. 47. qui tamen est sibi contrarius, & recedit in l. si quis major. C. de transact. & quamvis prima opinio sit magis communis, certè ista contraria est magis æqua, & rationabilis ad evitandam pœnam, cum non reperiatur jure cautum, ut emphyteuta privetur ob perjurium, imò nec dici debeat perjurus, cum juramentum sit intelligendum juxta naturam contractus; & in omnem casum prima opinio rigorosa procederet tantùm in ipso emphyteuta

ta jurante, non autem contra illius hæredes, vel successores, nec quando esset adjecta clausula solita, quòd si per biennium, vel triennium non solverit cadat à jure suo, nec ubi ageretur contra minorem, vel contra Religiosum, sive Ecclesiam, mulierem, vel rusticum, nec cessante dolo, quia perjurium non incurritur sine dolo, & dispositio dict. l. si quis major. procedit contra eos, qui in contemptum juramenti contraveniunt, nec habet locum de jure canonico, ut colligitur ex traditis per Fulgin. d. tract. tit. de var. cadu. quæst. 1. num. 44. quæst. 2. num. 20. & tit. de solut. canon. quæst. 1. num. 16. & seqq. & num. 35. & seqq. cum aliis per eum citatis, & facit quod dixi in §. Dispositio n. 13. Dian. d. resol. 56. per tot. Altimar. ubi supra n. 428. Seraph. de privil. juram. privil. 84. Antonel. dict. cap. 55. nu. 12.

Quid si emphyteuta cessavit à solutione canonis, & dominus per aliquod tempus caducitatem declarare distulit, & postea declaravit, an fructus interim perceptos teneatur emphyteuta restituere, plures pro affirmativa refert, sed negativam probat Dian. part. 8. tract. 7. resol. 9. per tot. & part. 10. tract. 16. resol. 57. vers. sed his, ubi plures hinc inde refert, & utramque sententiam probabilem putat. Vide Crivel. decis. Dolan. 58. Paul. Christin. decis. Belgic. 351. vol. 2. & decis. 120. num. 5. vol. 3. Fachin. lib. 1. contr. 94. Benintend. decis. Bonon. 37. Corbul. de jur. emphyt. c. 25. ampliat. 38. Cabal. cons. 106. ubi quòd usque ad diem declaratæ caducitatis debetur canon, & postea fructus usque ad effectualem bonorum relaxationem.

50 Emphyteuta non tantùm primus acquirens, sed etiam ulterior, non solvendo canonem præjudicat omnibus aliis vocatis, nisi hoc fecerit, & cessaverit in fraudem, quæ argui, vel excludi potest ex conjectura, Clar. §. Emphyteusis quæst. 8 num. 14. Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 7. per tot. Cavaler decis. 398. per tot. sup. num. 11. Rot. part. 13. recent. decis. 33. num. 2. ubi quòd caducitas omnibus successivè vocatis obesse solet, & decis. 517. ubi secus stante dolo, & collusione.

An autem caducitas extendatur etiam ad pactum de affrancando, ita ut cadat ab omni jure, & regressu, Rota part. 2. divers. decis. 388. Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. lim. 38. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut canon. q 5. per tot.

Quòd emphyteuta incurrat caducitatem, etiamsi in minimo tantùm deficiat in solutione canonis, probat Altograd. cons. 24. num. 76. &c. lib. 1. ubi etiam plura quando non possit moram purgare. Vide Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 5. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 152. num. 7. Fulgin. de jur. emphyt. titul. de solut. canon. num. 11. & seqq. ubi bene declarat Tusch. litt. E, concl. 211. vide Gob. consult. dec. 24. n. 22.

Qualiter autem creditor Emphyteutæ admittatur ad purgandam moram canonis non soluti pro conservatione sui juris, etiam post sententiam devolutionis, & illius executionem saltem per viam restitutionis in integrum, Sanf. lic. decis 114. per tot. supra num. 32. & Rot. part. 19. recent. dec. 52. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 18. à num. 412. tom. 4.

Plures alias ampliationes ad dictam regulam, quòd emphyteuta non solvens canonem, cadat à jure suo, vide latè per Corbul. tit de caus privat. ob non solut. canon. ampliat. 1. & seqq. qui à fol. mihi 328. usque ad fol. 433. quadraginta quinque enumerat, & Fulgin. d. tract. tit. de solut. canon. num. 2. & seqq. ad 257. qui easdem numero, & pondere adducit, auctoritatibus, & paucis mutatis exornans, adde Tosch. litt. E, concl. 192. per tot. Altim. loc. sup. cit. à nu. 398. Pacion. cap. 55. de locat. Verd. Instit. tit. de locat. nu. 2541.

51 Emphyteuta terrarum buscatarum, vel sylvarum, non cadit à jure suo cessans solvere per biennium, vel triennium respectivè, quia cum hujusmodi terræ reddant fructum solum de quinquennio in quinquennium, ad faciendum biennium, vel triennium prædictum, erunt necessarii decem, vel quindecim anni ordinarii, & sic isto casu quodlibet quinquennium computetur tantùm pro uno anno, quo fructus percipitur, Rol. cons. 83. lib. 1. Borgon. de usufr. num. 245. Gratian. discept. forens. cap. 606. num. 19. & cap. 931. num. 14. ubi declarat procedere quando canon solveretur taxativè de fructibus, secus autem si demonstrativè tantùm. Vide Corbul. de caus. priv. ob non solut. canon. limit. 28. per tot. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. num. 37. Altograd. cons. 20. numer. 1. & seqq. lib. 1. ubi plura de anno naturali, & artificiali, & qualis sit attendendus juxta qualitatem bonorum locatorum, & loquitur de olivetis, quæ solent uno anno reddere fructum, altero verò non, & sic alternatim, & ideò tunc annum intelligi de 24. mensibus, vel de quinquennio in nemoribus juxta prædicta; immò etiam pulchrè ostendit oliveta de sui natura reddere fructum quolibet anno naturali, & defectum alterius anni procedere ex imperitia, vel negligentia colligentium olivas, & quid servandum sit, ut quolibet anno fructum reddant docet ex Plinio, & aliis, Altimar. loc. cit. n. 398.

52 Emphyteuta non solvens canonem per spatium quadraginta annorum, quando contra Ecclesiam præscribat libertatem, & quæ requirantur, & an talis præscriptio extendatur ad canones futuros, Gratian. disceptat. forens. cap. 912 num. 40. &c. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. num. 381. & quæst. 9. per tot. Corbul. de caus. priv. ob non solut. canon. limit. 31. per tot. Dian. part. 8. tract. 7. resol. 36. per tot.

Et an cessans per 30. annos, nullà sibi interpellatione facta perdat rem, vel præscribat, Thes. decis. 514. & 179. per tot. Corbul. & Fulgin. loc. cit.

An & quomodo possit præscribi emphyteusis tam ex parte domini, quàm emphyteutæ, Tusch. litt. E, conclus. 218 per tot.

53 Emphyteuta pro tempore, quo non possedit non tenetur solvere canonem, & ob id excusatur à caducitate, Gratian. disceptat. forens. cap 553. per tot. & cap. 576. nu. 2 supra num. 38. latè videndus Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. num. 280. &c Rot. p. 13. rec. dec. 375. num. 15. &c ubi intelligit quando non possidet sine culpa sui, velutì quando aliquis creditor possessionem occupavit pro suo credito, & d. par. 13. dec. 516. num. 15. ubi quòd secus est si ex facto, & culpa ipsius non possideat.

An autem excusetur pendente lite inter ipsum emphyteutam, & dominum super caducitate, Surd. dec. 6. per tot & dec. 29. n. 10. supra num. 48. Hodiern. ad Surd. dict. decis. 6. per tot.

54 Emphyteuta, qui est creditor domini directi, non solvendo canonem, non cadit à jure suo propter compensationem, quæ ad evitandam pœnam caducitatis inducitur ipso jure quando sumus in debito compensandi, Addit. ad Pract. Pap. lib. 1. ad fict. præst. glos. solvere verb. quæritur, Gratian. disceptat. forens. c. 14. n. 32. & Surd. reg. 152 limit. 2. Magon. dec. Luc. 35. n. 11. Ubeeol. consult. forens. c. 33. num 20. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. num. 300. & seqq. ad 920.

55 Emphyteuta, qui propter impossibilitatem, & inopiam solvere non potuit excusatur à caducitate, Bald. in c. quærelam de jurejur. Marsil. repet Rub. ff. de fidejuss. num. 158 Duran. tract. de condit. & mod. imposs. part. 1. cap. 1. num. 36. Cavaler. decis. 94. num. 5. Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. limitat. 29. Fulgin. de jur. emphyt. titul. de solut. canon. quæst. 1. num. 379. & seqq. Rot. part. 9. recent. dec. 119. num. 11. & seqq. ubi de paupertate, & carceratione, & part. 13. dec. 336. per tot. ubi paupertatem deducit ex quantitate debitorum laritatione, & hujusmodi, ad effectum excusandi emphyteutam à caducitate, & decis. 473. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, deducendo paupertatem etiam ex numerosa familia, debitis, & hujusmodi oneribus, etiam si aliqua alia bona possideret, vide in §. Paupertas, Rot. d. p. 13. decis. 516. num. 6. & seqq.

Excusatur etiam quando per errorem, & non ex malitia omisit solvere, cum caducitas sine dolo non incurratur, Ubeeol. consult. forens. cap. 37. n. 15. & seqq. Altograd. cons. 15. num. 33. lib. 2. Sperel. dec. 99. n. 25. & 57.

Quòd excusetur à caducitate, ex qualibet causa colorata, etiam injusta, & erronea, ac etiam ex errore juris causata, latè Altograd. d. cons. 15. nu. 3. & seqq.

lib.

lib. 5. ubi de eo, qui obtinuerat dilationem ad solvendum à muliere sine solemnitate statuti, quem probat ex multis fuisse excusatum à caducitate, Rot. part. 10. recent. decis. 165. num. 32. & p. 13. decis. 336. nu. 8. ubi quòd excusatur de æquitate ex quacunque causa etiam minus justa, & irrationabili.

Item excusatur ob ignorantiam, quia tempus solvendi non currit ignoranti, Magon. decis. Flor. 69. num. 11. & gl. in l. 2. ubi etiam Bald. num. 22. & glos. num. 182. Cod. de jur. emphyt. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. nu. 40. Cavaler. dec. 94. Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. limit. 20. per tot. Fulgin. de jur. emphyt. titul. de solut. canon. quæst. 1. num. 257. & seqq. ad 280. ubi infert ad plura, & benè declarat infra num. 58. Bich. decis. 483. num. 21. & seqq. ubi quòd ignorantia præsumitur in hærede, maximè muliere, vel minore, & agens ad devolutionem tenetur probare scientiam, ac ex quibus probetur, vel excludatur De Luc. de emph. disc. 45. nu. 6. disc. 36. à n. 5. 12. Rot. recen. decis. 26. n. 13. part. 9.

Item excusatur, si non aderat legitima persona, cui rectè, & tutè solvere posset, Gratian. discept. forens. c. 241. n. 15. & seqq. Fulgin. de jur. emph. tit. de solut. canon. quæst. 1. num. 326. & Corbul. de caus. privat. ob non solut. canon. limit. 9. per tot. Merlin. dec. 224. num. 3. &c.

Item si res emphyteutica fuerit in dotem assignata, & maritus non solvat, excusatur uxor à caducitate, cum spectet ad maritum solvere, & sententia contra illum lata non præjudicet uxori, Menoch. de arbitr. cas. 39. num. 22. Surd. decis. 102. n. 2. Rot. part. 13. recent. decis. 375. nu. 16. & par. 15. decis. 78. per tot. ubi facit in contrarium concludendo commissum dari, sive culpa mariti, sive uxoris, sive amborum fuerit cessatum in solutione canonis Altimar. loc. cit. nu. 431. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 55. n. 10.

Plures alios casus, in quibus excusatur emphyteuta à caducitate ob non solutionem canonis, nempè si concessio sit facta à Principe, si adsit pactum, consuetudo, vel statutum, ut nunquam possit expelli, si alius solverit pro illo, vel alteri pro domino recipienti, si emphyteuta steterit carceratus toto tempore, si fuerit bellum, vel pestis, vel mali spiritus in domo, si non fuit liber & tutus accessus, si fuit impeditus facto, vel præcepto judicis, si non fuerit requisitus stante statuto quòd sit requirendus, si anticipatè solverit Prælato prædecessori, si fundus fuerit ab aquis submersus, si plures domini inter se contendant, si solverit Prælato intruso, si aliquo modo expressè, vel tacitè remittatur à domino caducitas, si res fuerit perempta, si non appareat an sit emphyteuta, vel censuarius, si emphyteusis non fuerit à domino directo ratificata, si ab initio fuerit concessa pluribus, non in solidum, quia tunc cessatio unius alteri non præjudicat, item emphyteuta non cadit à sua naturali possessione, nec quoad præjudicium tertii, nec si bona fuerint subhastata, nec si concessio fuerit ad mensuram, & mensura non sequuta, & similes, vide latè per Corbul. de caus. privat. & non solut. canon. limit. 1. & seqq. usque ad 41. per tot. mihi 433. & seqq. ad. 521. Fulgin. de jur. emph. tit. de solut. canon. quæst. 1. numer. 257. & seqq. per tot. Tusch. litt. E. concl. 192. per tot. supra num. 50. & num. 51. Rot. part. 10. recent. dec. 29. per tot. ubi in specie de excusatione ratione minoris ætatis, & absentiæ, & p. 21. dec. 257. n. 4. & seqq. per tot.

Item qualiter excusetur per oblationem canonis loco, & tempore congruo factam, qualis esse debeat oblatio, latè idem Corbul. loc. cit. limit. 37. per tot. Fulgin. ubi supra qu. 2. per tot. vide in §. Oblatio per tot. §. Depositum, Cabal. cons. 77. lib. 1. ubi quòd facto deposito pro uno anno evitatur caducitas, & quare dixi in §. Mora n. 16. De quibus omnibus contentis sub hoc num. latè Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. qu. 18. à n. 398. tom. 4.

Septima ex adulterata, defectiva, vel aliter vitiata scriptura circa rem, quæ magnam suspicionem in emptore inducunt scientiæ rei furtivæ, si dicta vitia sibi fuerint nota, *cap. ad falsarios*, ubi *glos. in verb. Examinent. de crim. fals.* Hostiens. *in cap. dura sub n. 5. eod. tit.* Farinac. *de Falsit. & simulat. quæst. 151. n. 74. 77. & seqq.*

Octava conjectura resultat ex notitia omissionis registrationis rei venditæ in libris publicis solitis, ac tali de causa ad occultandum fuisse prætermissum, Rot. *part. 5. rec. decis. 283. n. 12. & part. 16. dec. 148. n. 16. & seqq.*

Agentes enim contra, vel præter modum servari solitum, præsumuntur in mala fide, Natta *cons. 438. n. 4.* Menoch. *de præsump. lib. 5. præsumpt. 3. n. 102.* Rot. *part. 18. recent. decis. 306. n. 15.*

Nona oritur ex magna confidentia, & familiaritate inter emptorem, & venditorem, cùm fraudes, & simulationes inter confidentia, & familiaritate conjunctos committi soleant, Honded. *cons. 46. n. 15.* Surd. *decis. 221. nu. 9.* Rot. *decis. 156. nu. 7.* coram Buratto *part. 2. divers. decis. 224. num. 2. & 4. & part. 18. rec. decis. 642. n. 25.* Borgnin. *decis. 21. n. 36. & 37. part. 3.* Farinac. *in fragm. p. 2. verb. Ignorantia n. 109.*

Decimò scientia præsumitur de eo, de quo est publica vox, & fama, seu publicè contingit, vel est notorium, ex qua notorietate excluditur ignorantia forti, vel tamquam nimia crassa, & supina dolum potiùs quàm bonam fidem redolet, *l. nec supina*, *ff. de jur. & fact. ignorant.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 834. n. 6.* Bargagl. *de dolo lib. 2. cap. 3. tit. de dolo. præsumpt. n. 45.* Rot. *decis. 389. n. 10.* coram Priolo, Borgnin. *decis. 14. n. 40. &c.*

Quæ conjecturæ licèt fortè ut singulæ non sufficerent, tamen plures simul junctæ inducunt scientiam rei furtivæ, & malam fidem in emptore, *glos. in l. 3. verb. Ejusdem*, *ff. de testib.* Card. de Luc. *de empt. & vendit. discurs. 13. num. 10.* Rota *part. 9. recent. decis. 25. n. 25. & decis. 40. n. 38.* maximè si civiliter agatur, quo casu plenam faciunt probationem, Bart. *in l. Census*, *vers. Sed qualiter*, *ff. de usucap.* Afflict. *decis. 369. nu. 8.* Mascard. *de probat. concl. 103. n. 63.* Intelligendo quoad conjunctionem conjecturarum, quando sunt in suo genere perfectæ, secus si sint imperfectæ, quia tunc non junguntur ad perfectam probationem constituendam, ne aliàs effectus potior, & nobilior sit, quam causa, juxta doctrinam Bald. *in l. Spadonem*, *§. Si civitatis*, *ff. de excusat. tut.* Alex. *cons. 180. n. 6. lib. 2.* Rota *part. 17. recent. decis. 171. nu. 26. & part. 18. decis. 31. n. 15.* Unio enim probationum in suo genere imperfectarum, nil aliud esset quàm imperfectionum multiplicatio, ut post Hieron. de Laurent. *decis. Aven.* notat Addit. ad Pamphil. *decis. 659. num. 9.* maximè ubi conjecturæ debent esse claræ, & efficaces, ac à lege, & non ab homine productæ, Rota post Torr. *de pact. fut. success. decis. 80. nu. 26. & 27. & part. 18. recent. decis. 423. n. 10. & 11.*

An autem scientia præsumpta resultans ex prædictis, & similibus conjecturis juxta qualitatem factorum, & personarum sit sufficiens ad condemnandum retentores, & receptatores rerum furatarum uti participes furtorum in pœnam ordinariam, dic quòd non, quia ad hoc ut emptores, & detentores prædicti ordinaria furum pœna plectantur, debet eorum scientia per veras, & concludantes probationes apparere, Bonif. *de furt. §. n. 81.* Farinac. *quæst. 117. part. 2. n. 22.*

Benè autem possunt juxta qualitatem indiciorum torqueri super prædicta scientia, & si indicia exuberent ultra torturam ex vehementi præsumptione scientiæ, puniri pœna extraordinaria fustigationis, carceris, vel exilii, & quandoque etiam remigationis secundùm qualitatem, & valorem rerum furatarum ab ipsis receptarum, vel emptarum, cùm scientia præsumpta sufficiat ad imponendam pœnam extraordinariam, ut judicatum refert Ursil. ad Afflict. *decis. 369. num. 5.* Hieron. Cala *super Prag. 11. Regn. Neap. de empt. & vend. part. 3. c. 16. fol. mihi 111.*

Emere, & vendere nemo regulariter cogitur, ut latè explicat Hermosil. *ad l. Partit. tom. 2. glos. 1. leg. 3. tit. 5. fol. 348.* vide *in §. Venditio n. 54.* Jul. Cap. *tom. 5. discept. 352.*

58 Emptio resultat ex permutatione rei venalis æstimatæ Paulus de Castr. *in l. 1. n. 10. ff. de rer. permut.* Rubeus *de Confus. cap. 18. n. 255.*

59 Emptor inductus ad majus pretium ex dolosa assertione venditoris repetere potest excessum Hartm. Pistor. *q. 23. n. 5. lib. 1.* Merenda *contr. jur. lib. 24. cap. 7. à n. 57.* Rubeus *de Confus. cap. 18. n. 68.* Et vide Palm. nep. *alleg. 9. n. 18. & 20. tom. 1.*

60 Emptor dolo suo nocere non debet venditori Rubeus *de Confus. cap. 16. n. 72.* Arias de Mesa *cap. 31. nu. 10.* Bero. *cons. 196. n. 5. vol. 1.*

61 Emptor non tenetur reaccipere rem loco evictionis Rubeus *ibid. n. 134.* Donat. Anton de Marin. *in observ.* ad Revester. *decis. 582. num. 2.* Marin. *resol. jur. lib. 1. cap. 108. n. 18.* & alii.

62 Emptor potest recedere à contractu ob rei servitutem Rubeus *ibid. n. 180.* Surd. *decis. 253. nu. 12. 27.* Altograd. *cons. 10. ta. n. 38.* Menoch. *cons. 1178. num. 10.*

63 Emptor deceptus dolo venditoris tacentis vitium, potest recedere à Contractu Rubeus *ibid. num. 191.* Surd. *decis. 253. n. 13.* Altograd. *cons. 12. n. 42. lib. 2.* Cutel. *de donat. tom. 1. disc. 1. part. unic. à n. 82.*

64 Emptor, & Venditor ad impatia judicari non debent Rubeus *ibid. n. 307.* Urceol. *cap. 5. n. 41.* Rot. post Pacif. *decis. 281. n. 21.*

65 Emptor quando constituatur in mora solutionis pretii Rubeus *cap. 29. n. 51. et seqq.* Tiraq. *de retr. Sang. tit. 1. §. 1. gl. 10. à n. 112.* Giurba *decis. 80. n. 15.* Guttier. *prac. qq. lib. 2. q. 152. in princ.*

66 Emptum ex pecunia fideicommisso particulari supposita non efficitur fideicommissarium, sed hæres gravatus efficitur debitor pretii Palm. nep. *all. 87. n. 8.* maximè quando emptio est facta pro se, & hæredibus, & cum clausula ad habendum *all. 87. n. 9.* emptum ex pecunia fideicommissaria præsumitur, quando pecunia eodem die, quo fuit facta emptio, fuit per gravatum extracta *all. 87. n. 13.* emptio præsumitur facta pro fideicommisso, quando emens non habet aliundè pecuniam *all. 87. n. 21.* emptio, an sit facta nomine proprio, vel pro fideicommisso plurimum attenduntur conjecturæ *all. 87. n. 18.* emptio non potest censeri facta pro fideicommisso, quando est facta pro hæredibus, & successoribus cum clausula ad habendum *all. 88. n. 8.*

67 Emptio quando contrahitur intuitu mutui, ità ut istud sit principale motivum stipulationis, tunc absque eò quòd concurrat injustitia pretii, ob solùm gravamen, quoad coactè dicitur subire mutuatarius; contractus reducitur ad feneratitium vide Molin. *de* Con-

Contract. tom. 2. *disp.* 310. Leotard. *de uſur. diſp.* 16. *nn.* 13. 14. Scacc. *de Cmmb.* §. 1. *qu.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 10. *nu.* 89. Caprara *decis.* 565. *nu.* 4. *tom.* 2.

Declara concluſionem, non procedere, quando quis emit unicè, propter mutuum, ità ut ſine mutuo non fuiſſet empturus, ſed cum emptione primatiò volita exoptavit mutuum, nec gravamen ob mutuum ſenſit, prout requiritur. Caprara *decis.* 565. *n.* 5. 6. 7.

68 Emptio facta de Apotheca, hoc eſt negotio Apothecæ, licèt ſit dictum ab emptore, illam eſſe exercendam a ſuo nepore, hoc non importat, imò excludit acquiſitionem favore nepotis. Caprata *decis.* 618. *num.* 4. *part.* 2.

69 Emprio facta nomine filii, non abrogatur per verba generalia Caprara *decis.* 749. *nu.* 15. *part.* 2.

70 Emptor, ſeu illius hæres, habens in manibus rei pretium, & illius fructus compenſativos, longè excedentes moleſtias illatas, non poteſt agere pro evictione, ſeu liberatione a moleſtiis, contra venditores. Caprara *decis.* 377. *num.* 6. *part. pr.* Rot. *decis.* 158. *n.* 2. *verſ. tum etiàm decis.* 515. *n. pr.* cor. Manzaned.

Et pro relevatione evictionis tenetur agere ſuper inveſtimento, quod fuerat ſpecialiter conventum eſſe faciendum ex pretio, & ſtare deberet pro ſecuritate ipſius emptoris in caſu evictionis, abſque eo quòd vertere ſe poſſit adverſus reliqua bona debitoris. Caprara *decis.* 377. *num.* 7. *part. pr.* Merlin. *decis.* 28. *n. pr.* Gait. *de Credit. cap.* 4. *qu.* 11. *nu.* 1544.

71 Emptor ſi pro evitanda evictione dat in ſolutum proprium prædium poteſt repetere à venditore fructus ejuſdem prædii. Caprara *decis.* 406. *num.* 6. *part. pr.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 5. 6. Mangil. *de evict. qu.* 179. *num.* 32.

Declara, ut per Caprar. *dict. decis.* 406. *n.* 7. & 8.

72 Emptor præveniendo poteſt ſolvere evictionem creditori moleſtanti, & poſtea ſolutum repetere à venditore Caprara *decis.* 406. *nu.* 9. *part. pr.* Hermoſill. ad Lopez. *tit.* 5. *l.* 32. *Gloſ. pr. nu.* 194. *in fin.* Urceol. *conſult.* 25. *num.* 16. Rot. *decis.* 337. *num. pr. part.* 5. *tom. pr. recent.*

Declara in quibus terminis procedat concluſio, ut per Caprar. *dict. decis.* 406. *n.* 10. & 11.

73 Emptor non eſt veriſimile, quòd permiſiſſet rem longo tempore poſſideri à venditore, ſi fuiſſet comprehenſa in venditione Caprara *decis.* 312. *num.* 13. *part. pr.* Rot. *decis.* 958. *num.* 8. coram Amat. Dunozet. *et decis.* 464. *num.* 27. cor. Bich.

74 Emptor habeas publicum inſtrumentum emptionis, dicitur habere probationem probatam, & rem manifeſtam. Caprara *decis.* 541. *n.* 2. *part.* 2.

75 Emptor Accollatarius Cenſuum loco preſit, extinctis cenſibus, non tenetur amplius ſolvere fructus recompenſativos ad eorum rationem, ſed tantum ad rationem damni, quod paſtus fuit venditor. Emerix jun. *decis.* 651. *n.* 1. Gratian. *diſcep.* 716. *nu.* 1. Rot. cor. Peutinger. *decis.* 381. *per tot.* cor. Zarate. *decis.* 103. *nu.* 36.

76 Emptor derogationem fideicommiſſi allegare non valet, ſi non ſervaverit illius formam. Emerix. jun. *decis.* 12. *num.* 4. Roman. *conſil.* 23. *in fin.* & alii.

77 Emptor fructus recompenſativos ſolvere non tenetur pendente ſolutione ad ſoluendam; Et conventio ultra quantitatem, quæ verè ea re percipitur non ſuſtinetur Emerix jun. *decis.* 863. *n. pr.*

Si tamen dilatio fuerit conceſſa correſpectivè ad fructus conventos, non impedit illorum ſolutionem. Emerix. jun. *decis.* 863. *n.* 3. Rot. coram Coccin. *decis.* 431. *n.* 6. *decis.* 453. *nn. pr.* cor. Priolo, & *decis.* 315. *nu.* 6. 7. *part.* 17. *recent.*

Et quomodo correſpectivitas deducatur Emerix. jun. *decis.* 863. *nu.* 4. & *ſeq.* Rot. *decis.* 318. *num.* 36. *part.* 10. *recent.*

78 Emptor manutentionem petere poteſt pro melioramentis factis in re empta, quoties ea ſunt in genere probata, præfixo ei termino ad illa in ſpecie liquidandum. Emerix. jun. *decis.* 209. *n.* 4. Marcheſan. *part. pr. fol.* 1033. *num.* 6. 8. *de Commiſſ.*

79 Emptor obligatus ad retrovendendum toties, quoties, intelligitur ſi intra tempus de jure permiſſum, venditor inſteterit. Emerix. jun. *decis.* 700. *num.* 3. Gratian. *diſcep.* 26. *n.* 34. Rot. *decis.* 10. *nu.* 7. *part.* 2. *diverſor.*

Emptor præferri non poteſt ſuper jure redimendi, niſi cum eiſdem pactis, & conditionibus, cum quibus venditor illud in alium tranſtulit, vel transferre vult. Emerix. jun. *decis.* 633. *n.* 8. 9. Gratian. *diſcep.* 400. *nu.* 36. Giurb. *decis. Sicil.* 55. *num.* 1. *cum ſeqq.* Rot. *decis.* 751. *n.* 1. *p.* 1. *decis.* 395. *n.* 8. *decis.* 396. *num.* 4. *part.* 18. *recen.* 80

Emptor pretio majori non præſumitur emere rem, quam valeat. Emerix. jun. *decis.* 209. *num.* 2. Rot. cor. Peutinger. *decis.* 33. *n.* 5. & *ſeq. dec.* 50. *n.* 3. *ſeqq.* 81

Emptor retentionem poteſt opponere ex juribus dotalibus mulieri ſibi obligatæ adverſus creditores poſteriores. Emerix. jun. *decis.* 201. *nu.* 3. Poſtu. *reſol.* 55. *n.* 41. *ſeqq.* 82

Emptor ſollicitus eſſe non tenetur de inveſtimento. Emerix. jun. *decis.* 12. *n.* 5. Surd. *decis.* 156. *per tot.* ubi Hodiern. 83

Limita in alienationibus bonorum ſubjectis fideicommiſſo, & in aliis contractibus a jure prohibitis, & a Principe permiſſis cum onere inveſtiendi. Rot. *decis.* 42. *n.* 15. *ſeqq.* Emerix. jun. *decis.* 12. *n.* 6.

Limita ulteriùs, quando venditor alienavit vigore facultatis ſibi attributæ a Teſtatore cum onere inveſtiendi. Emerix. jun. *decis.* 845. *numer.* 10. Rot. *decis.* 131. *n.* 6. *ſeq. par.* 7. *rec.*

Emptor ſollicitus eſſe debet de verſione pretii in utilitate fideicommiſſi, ſi contrahat, ſeu emat ab hærede gravato. Emerix. jun. *decis.* 661. *n.* 6.

Emptor ſolvere de proprio, non tenetur ſub ſpe repetitionis a fidejuſſore, ſi eſt tutus exceptione non implementi. Emerix. jun. *decis.* 40. *n.* 4. Rot. cor. Celſo *decis.* 326. *n.* 13. 84

Emens à minore, vel alio ſine ſolemnitatibus alienare prohibito nihilominus conſequitur damna & intereſſe. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 19. *num.* 42. & 43. & *quæſt.* 88. *nu.* 14. & 15. Balduc. *de dote tit.* 4. *dec.* 32. *num.* 58. 85

Emptor fructus reſtituere à quo die teneatur petentl prælationem, & quid dicendum quoad meliotamenta, & expenſas ab eo factas. Corradin. *de præl. quæſt.* 27. *per tot.* Baldue. *de prælatione tit.* 2. *dec.* 5. *n.* 8. 86

Emptor fructus ſuos facit quouſque non fuit dictum de nullitate alienationis factæ à Minoribus, & hujuſmodi ſine ſolemnitatibus. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 559. *n.* 64. De Lue Melphicten. *nu.* 6. Abeccieſ. *obſer. forenſ.* 164. *num.* 4. *uſque ad finem.* Balduc. *de dote tit.* 4. *dec.* 32. *n.* 54. 87

Emptor in Judicio læſionis, in quo ſuccubuit, à die tantum ſententiæ tenetur ad fructus pendente Judicio perceptos Arias Pinellus *in l.* 2. *in* 2. *p. c.* 4. *C. de reſcind. vend.* Balduc. *de prælatione tit.* 2. *dec.* 5. *n.* 26. 88

Emptio, ſeu locatio quando dicatur ad corpus, ſive ad menſuram, & de ejus effectu. Oldrad. *conſ.* 197. Jaſon. *conſ.* 23. *num. pr. lib. pr.* Surd. *decis.* 64. *num.* 15. *ſeqq.* Cyriac. *contr.* 53. *num.* 7. 11. *per tot.* Gregor. *decis.* 104. *num. pr.* & *recen. decis.* 45. *num.* 3. *part.* 16. & *decis.* 1. *nn.* 5. *part.* 17. Bertachin. *vot.* 87. *per tot.* 89

Emens ab hærede beneficiato benè ſoluit creditoribus primò venientibus etiam ſi ſint poſteriores dimiſſi non ſunt ſolvendo, non concorrente notitia anteriorum. Mantiſſa ad De Lue. *dec.* 25. *lib.* 9. *num.* 5. *vol.* 2., hæc tamen concluſio non habet locum, quando creditores poſteriores dimiſſi non ſunt ſolvendo, quia tunc ceſſat ſpes avocationis. *decis.* 25. *lib.* 9. *num.* 6., contrarium tenent alii. *dec.* 25. *lib.* 9. *n.* 7. & quatenùs ſequenda eſſet prima opinio, attamen actio contra ſolventem eſt merè ſubſidiaria, ideoque exerceri non poteſt, niſi facta excuſſione aliorum, & conſtito, quod impoſſibilis ſit avocatio *decis.* 25. *lib* 9. *nu.* 7., emptor moleſtari non poteſt a creditore anteriore, ſi iſto citato fuit pretium conſignatum poſterioribus. *decis.* 25. *lib.* 9. *nn.* 8. & 12. 90

Emptor pro damnis, & intereſſe ex cauſa evictionis agere poteſt, nedum contra venditorem, ſed quoque adverſus fidejuſſorem. Mantiſſa ad De Lue. *decis.* 45. *num.* 4. *lib.* 8. *vol.* 3., ac etiam contra tertium, qui rem venditoris, aut fidejuſſoris acquiſivit poſt factam venditionem, licèt acquiſitio ſequuta fuerit ante evictionem *ibid. num.* 5. emptor imminente evictione rei emptæ poteſt, ad ſe eximendum ab illa voluntariè in ſolutum creditori aſſignare proprium præ- 91

prædium, & à venditore, seu a fidejussore repetere, non solum pretium, sed etiam fructus extrinsecos, quos emptor ex prædio percepisset dec. 45. nu. 9. lib. 8., aut valet præveniendo evictionem dimittere creditorem, & a venditore pretium solutum eum damnis, & interesse prorsùs extrinsecis repetere. ibid. n. 10.

92 Emptor quando offert vicino totum relinquere, tenetur illo, vel totum retrahere, vel totum relinquere. Tiraquell. de retract. lign. §. 23. Gloss. 2. num. 9. Palma nep. all. 8. n. 3.

93 Emptor in contractu individuo duplici onere gravari non debet, ut scilicet invitus partem revendere & partem retinere cogatur. Gratian. discept. for. cap. 947. n. 10. 11. Palm. nep. all. 8. n. 6.

94 Emptionis, & venditionis contractus eodem jura regulatur, ac dationis in solutum Text. in l. si prædium C. de eviction. Aldobr. cons. 12. n. 43. Ludovis. dec. 193. n. 2. & dec. 319. n. 6. & dec. 425. num. 9. Palma Nep. all. 9. nu. 10.

Emptio, & in solutum datio aliquo modo inter se differunt. Palma nep. all. 138. n. 5. 6.

95 Emptor potest ante, seu in actu emptionis suis creditoribus præjudicare. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 6. Gloss. 2. p. 8. nu. 77. & num. 78. Palma nep. all. 184. n. 6.

96 Emptor ante tempus conventum, pretium solvere non tenetur. Abb. consil. 66. num. 2. vol. pr. Magon. dec. Lucens. 31. num. 13. vers. quia isto casu. Palma nep. dec. 10. n. 27.

97 Emptor, à quo res retrahitur, debet conservari indemnis. Menoch. cons. 137. n. 2. Gratian. discep. for. cap. 149. n. 27. Palma nep. dec. 35 n. 4. & 5.

98 Emptio, & venditio ex quibus arguatur usuraria, seu simulata. Rota dec. 139. num. 27. p. 16. Palm. nep. all. 211. per tot. tom. 3.

99 Emptio facta à persona debitis involuta absque cautione multum de pretio diminuit Rota dec. 278. nu. 3. p. 4. tom. 2. & dec. 2. n. 11. p. 15. & dec. 387. n. 5. p. 17. rec. Dunnozet. sen. dec. 283. num. 17. Palm. nep. all. 211. n. 41. tom. 3.

100 Emptio facta tantæ ratæ, quæ ascendat ad scuta 200., an sit nulla ratione incertitudinis, & an ex ea transferatur dominium, vel possessio. Altograd. in suo cons. 10. à n. pr. usq; ad n. 14. Andreol. contr. 271. n. 41. Palm. nep. all. 212. per tot. tom. 3.

101 Emptor detecto onere super re empta habet actionem quanto minoris. Mangill. de evict. qu. 24. à nu. 2. Surd. dec. 165. De Luc. de empt. & vendit. disc. 10. lib. 7. Palm. nep. all. 329. n. pr. tom. 4.

Amplia sive onus sit super toto, sive super parte proprietatis. Vide Seraphin. dec. 321. Palma nep. ibid. num. 2.

102 Emptor, quando detegitur onus super re vendita, habet plures actiones contra venditorem suo arbitrio exercendas. Caball. de ædil. edict. cap. 3. n. 3. Surd. cons. 15. à n. 18. ad 26. lib. 1. Cyriac. contr. 54. nu. 10. Palma nep. all. 330. n. 16.

103 In Emptore scientia onerum requiritur præcisa, certa, & individua, aliàs non relevat. Rota coram Gregor. dec. 425. n. 5. 6. & dec. 525. num. 8., & cor. Othobon. dec. 156. n. 15. & cor. Coccin. dec. 283. nu. 4. Palma nep. all. 330. n. 21. tom. 4.

104 Emptor præsumitur ignorare onera rei emptæ. Cyriac. contr. 272. n. 53. & contr. 372. n. 47. tom. 2. Rota in rec. dec. 803. num. 35. p. 18. tom. 2. Palm. nep. all. 330. n. 22. tom. 4.

105 Emptor in actione quanti minoris, si pretium fuit solutum potest repetere partem pretii oneri corespondentem text. in l. Julianus in principio ff. de actionibus empt. l. quoties ff. de servit. Palm. nep. all. 330. num. 25.

Et si non fuit solutum, potest emptor dictam partem retinere. Aldobrandin. cons. 19. num. 8. Castill. contr. jur. libr. 4. cap. 42. nu. 9n. & seqq. & num. 113. Palma nep. all. 330. n. 26. tom. 4.

106 Emptor semper agere potest actione quanto minoris, quando agitur de vitiis, & oneribus non omnino patentibus, & manifestis, etiamsi dubitaret de eis, aut suspicare potuisset. Altogr. sen. in suo consil. 12. nu. 78. & seqq. usque ad n. 24. vol. pr. & præcisè sub n. 23. Palm. nep. alleg. 330. n. 29. tom. 4.

Emptor cum pacto solvendi partem pretii anteriori 107
creditori habet pro eo retentionem adversus posteriores creditores. Carleval. de judic. part. 2. lib. pr. tit. 3. disput. 35. num. 18. Palm. nep. decis. 246. num. 3. tom. 3.

Etiam si non concurrat cessio. Bald. cons. 22. n. 8. 108
lib. pr. Surd. cons. 444. nu. 14. lib. 3. Buratt. dec. 420. n. 3. Palma nep. dec. 246. n. 4. tom. 3.

Emptor non potest molestari, nisi ei restituatur pre- 109
tium anterioribus solutum. Gloss. in l. prima in princ. in verb. desideravit ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. sol. Grat. dec. Marcb. 66. n. 8. & seqq. & discept. 269. n. 8. & seqq. Palm. nep. dec. 246. n. 5. tom. 3.

Emptor id habere debet, quantum esset habiturus, 110
si mensuratio de tempore factæ venditionis sequuta fuisset. Gratian. discep. 26. n. 69. Cyriac. contr. 151. n. 16. seq. Rot. decis. 227. num. 17. part. 13. recent. Ansald. dec. 27. num. 8.

Emptor habita fide de pretio super re vendita post- 111
ponitur omnibus creditoribus anterioribus, etiamsi agatur de actione subsidiaria, debitore decocto. Adden. dec. 16. nu. 93. usque ad 115. par. 8. rec. Castald. consult. 63. num. 3. Ansald. dec. 68. num. 50.

Emptor cum pacto retrovendendi abstinet a descri- 112
ptione bonorum in sui caput in Catastro, quia nescit, an sit secutura redemptio. Caren. resol. 14. num. 21. Rot. dec. 293. part. 17. Ansald. dec. 74. num. 9.

Interpretatio in dubio capienda est in favorem em- 113
ptoris contrà venditorem. Rota decis. 345. num. 6. part. 3. recent. & dec. 432. n. 25. part. 9. Ansald. decis. 91. num. 2.

Emptor judicialiter conventus ad retrovendendum 114
vigore pacti, non tenetur ad restitutionem fructuum, nisi a die facti depositi per Venditorem. Ansald. decis. 98. num. 35.

Plura alia de Emptione, Emptore, & Empto tra- 115
ctant Em. Card. De Luc. prout in Indic. general. Altimar. de nullit. & alibi Emerix. Caprar. Ansald. Mans. Palm. Mantiss. ad eumd. De Luc. & alii moderni.

§. EPISCOPUS. IX.

EPiscopus ut quis censeatur idoneus debet esse æta- 1
tis saltem 30. annorum completorum, scientia, & morum gravitate præditus: de modo, & inquisitione illius creationis, de consecratione, qualiter postea se irreprehensibilem reddere debeat, quæ vitia vitare, & quas virtutes amplecti, ut se talem exhibeat, latè Pac. Jordan. Lucub. vol. 1. lib. 1. per tot. fol. 60. et seqq. ad 145. ubi signanter quoad vitia, non debet esse bigamus, non superbus, non iracundus, non vinolentus, sive ebriosus, non percussor, non litigiosus, non cupidus, non neophytus, sive novitates inducens circa fidem. Quoad virtutes debet esse hospitalis, benignus, sobrius, prudens, ornatus intrinsecè, & extrinsecè, pudicus, castus, modestus, doctus, justus, sanctus, & suæ domui benè præpositus, prout prædicta omnia vitia, & virtutes singillatim declarat Jordan. loc. cit. & prosequitur circa administrationem Sacramentorum, & alia ad officium Episcopi spectantia infrà n. 44. &c. Tusch. litt. E. conclus. 234. & seqq. Latè Fagnan. & Gonzalez. in c. cum in cunctis de Electia.

Quòd debeat esse de legitimo matrimonio natus, Concil. Trid. sess. 7. cap. 1. de reform. Ugolin. de off. Episc. part. 1. cap. 1. §. 1. nu 5. Rot. part. 10. recent. decis. 229. num. 13. Fagnan, & Gonzalez. loc. cit.

De neophytis an possint eligi ad prælaturas sine dispensatione, & quinam tales dicantur, Dian. part. 6. tract. 7. resol. 1.

Plura de prisco more eligendi Episcopos, & ad quem spectet illorum electio, Dian. part. 10. tract. 2. per tot.

Quòd nomen Episcopi sit Græcum dictum ab Epi, quod significat super, & scopus, quod sonat intentio, vel intendens, & sic græcè dicatur Episcopus, latinè verò Superintendens, vel speculans, ut intelligamus Episcopos fieri, & creari ad superintendendum, & speculandum mores gregis sibi commissi, ejusque saluti invigilandum practicè, & efficaciter

ad

ad evertenda mala culpæ, & pœnæ à ſuis ſubditis, ac ad bona ſpiritualia, & temporalia eis procuranda, & adminiſtranda; aliaque plura de origine, ac primæva Epiſcoporum inſtitutione à Chriſto in Apoſtolis, quo jura procedat poteſtas illorum, ac obligatio reſidendi in eorum Eccleſiis, & Provinciis ad exemplum, & inſtar Apoſtolorum plenè, ac noviſſimè Thom. de Roſa *tract. de reſident. Epiſcop. cap. 2. ſect. 1. 2. 3. 4. & 5. per tot.* cum pluribus aliis ab eo citatis, *& cap. 2. per tot. & cap 4. per tot.* ubi plura de munere Epiſcopali, ut reſideat non perfunctoriè, ſed cum effectu, cùm ſit nomen operis, & non honoris. Vide Gonzal. *in Reg. Gloſſ. 42. num. 18.* Fagnan. *in cap. quanto n. 11. de Conſuetud.*

2 Epiſcopus ratione ordinis dicitur major Cardinali, appellatur nobilis, & perilluſtris, [hodie Illuſtriſſimus propter augmentum titulorum] habetur pro Duce, & Marchione, Comite, Rege, dicitur Sereniſſimus, & Summus Pontifex, (ſed impropriè) ſive potius Summus Sacerdos tanquàm habens culmen dignitatis, & excellentiæ, dicitur etiam Princeps, Conſiliarius, Legatus, oculus Dei, & ſucceſſor Apoſtolorum, ac reddit nobiles ſuos conſanguineos, & collaterales, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 590. num. 15. & ſeqq. per tot.* latiùs Pac. Jordan. *Lucub. vol. pr. Prælud. 1. & Prælud. 11. per tot. fol. pr. & ſeqq. & fol. 44. &c.* ubi plura de nominibus, titulis, epithetis, dignitatibus, & nobilitatibus Epiſcoporum, Tuſch. *lit. E. concl. 237. etc.* Pignatel. *conſult. 7. n. 15., & per tot. tom. pr.* Fagnan. *in cap. Epiſcopalia a n. 25. de Privileg. & in cap. pernicioſam num. 71. de offic. Ordin.*

De Epiſcoporum ordine, & alia de illorum auctoritate, & juriſdictione, Lotter. *de re benef. lib. pr. quæſt. 9. & ſeqq.* Thom. de Roſa *loc. ſup. cit. ſect. 2.* ubi an Epiſcopatus ſit ordo ſacramentalis diſtinctus à ſacerdotali, & alia.

Quòd ratione dignitatis ſit major Cardinali, licèt ratione officii ſit minor, Menoch. *de arbitr. caſ. 70. num. 6.* Sperel. *deciſ. 128. nu. 40. etc.* Fagnan. *in cap. requiſivit n. 67. de ordin. ab Epiſc.* Altimar. *de nullit. rubr. 11. quæſt. 18. n. 75. tom. 2.*

Quòd dicatur Princeps, & reſidere in culmine dignitatis, nec detur major dignitas in Eccleſia, & præemineat Principi ſæculari tamquam Sol Lunæ, probat Altograd. *conſ. 91. nu. 2. etc. lib. 2.* vide Dian. *part. 5. tract. 2 reſol. 1.* ubi quod immò in Eccleſia Dei nulla major eſt dignitas poſt Papatum, quàm Cardinalatus, ac alia plurima de poteſtate, & privilegiis Cardinalium S. R. E. Pignatel. *dict. conſult. 7. tom. 1.* Altimar. *de nullit. dict. rubr. 11. quæſt. 18. nu. 74. & 75. tom. 2.*

Quibus privilegiis gaudeant Cardinales, quoad celebrationem Miſſæ in eorum Capellis domeſticis, latè Dian. *part. 6. tract 8. reſol. 49.*

Plura de Cardinalibus, & eorum privilegiis, Ricc. *collect. 120. & alibi prout in ejus Repert. verb. Cardinalis*, Rot. *part. 12. recent. deciſ. 174.* ubi circa collationem beneficiorum vigore indulti. Vide *in §. Indultum num. 7.* Thom. de Roſa *tract. de reſid. Epiſc. cap. 3. ſect. per tot. fol. mihi 113. et ſeqq.* ubi circa reſidentiam in ſen Epiſcopatibus unitis Sacro Collegio, quibus ea cauſis excuſentur, & hac occaſione multa de illorum dignitate magna, & ſublimi in Eccleſia Catholica, cujus Principes Majores ſunt, atque omnes præcellunt, &c.

Quòd in ſua Diœceſi dicatur habere culmen dignitatis, & præferatur Principi ſæculari, ſicuti lux Solis Lunæ ſplendorem præcellit, & in Eccleſia ſua Cathedrali habere debeat ſedem cum umbraculo à dextris, Princeps verò ſæcularis à ſiniſtris, ita ut in dicta Eccleſia Cathedrali poſſit dictam ſedem Epiſcopalem cum umbraculo tenere, & erigere, illamq; vacuam dimittere coram Principe ſæculari, ut ille nedum Epiſcopo, ſed ejus ſedi vacuæ præcedentiam tribuat; in aliis verò Eccleſiis ita demum poteſt Epiſcopus ſedem erigere cum umbraculo in conſpectu Principis ſæcularis, ut illi præcedat, ſi ipſe perſonaliter interveniat, ſecus autem ſi non interveniat, nam eo abſente non tenetur Princeps ſæcularis illius ſedi vacuæ præcedentiam dare, & ſic non poteſt Epiſcopus tranſmittere ſuam ſedem, ut illa ſtet vacua coram Principe ſæculari, ſicut latè pluribus hinc inde adductis in materia præcedentiarum inter Principem ſæcularem, & Epiſcopum videtur firmare Altograd. *conſ. 1. per tot. lib. 2.*

Multa de Epiſcoporum prærogativis, & quam habeant in ſua Diœceſi poteſtatem, Sperel. *deciſ. 110. per tot. & in tract. de Epiſcopo per tot.* Maurit. Alzedo *in prax. Epiſcop. ſive de excellent. Epiſcop. per tot.*

An Epiſcopi in ſuis Diœceſibus habeant tantam poteſtatem, quantam habet Summus Pontifex in univerſo Orbe, affirmant aliqui, ſed non eſſe verum oſtendit Dian. *part. 7. tract. 10. reſol. 36.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.*

Epiſcopus qualiter poſſit, & debeat ſuam Civitatem, & Diœceſim viſitare, quomodo recipiendus, incipiendo viſitationem à Cathedrali, ibique inviſendo Sanctiſſimam Euchariſtiam an honorificè cuſtodiatur, Fontem Baptiſmalem, Oleum Sacrum, Sacras Reliquias, Sacras Imagines, diſcutiendo miracula, & quæ requirantur ad ſui eſſentiam, Altaria, Cœmeterium, Campanile, Sacriſtiam, Capitulum, Lectoram Theologalem, Pœnitentiariam; Seminarium, & ſimilia, poſteà Eccleſias Collegiatas, Parochiales, inquirendo de adminiſtratione Sacramentorum, & aliis, Capellas, & ſimplicia beneficia, Oratoria, Hoſpitalia, Montem Pietatis, Confraternitates, Monaſteria omnia Monialium ſibi ſubjecta jure quidem ordinario, exempta, & Papæ ſubjecta auctoritate Apoſtolica ſibi à jure delegata, & quoad omnia; ſubjecta verò Regularibus quoad clauſuram tantùm, ſalvis in reliquis privilegiis exemptionis, & quæ præcipuè circa dicta Monaſteria obſervare debeat, Tertiarias, ſive Bizoccas, Regulares in multis, & maximè 49. caſibus, in quibus Epiſcopo, Laicos etiam quoad ſpiritualia, in quibus ſubjacent Epiſcopo, Peregrinos, & vagos: quomodo poſſit recipere impenſas victualium, & ſimiles, & à quibus, latè omnia ſingillatim explicat Pac. Jord. *Lucub. vol. 2. lib. 7. per tot. fol. 1. & ſeqq. ad 113.* Thom. de Roſa *tract. de reſident. Epiſcop. cap. 4. ſect. 6. per tot. fol. mihi 222. & ſeqq. ad 303.* ubi alia plura de viſitatione Diœceſis ab Epiſcopo facienda, & prohibitione receptionis munerum cujuſcumque generis, etiam parvi momenti, & comeſtibilium juxta taxam Innocentii Papæ XI. de qua ibidem *num. 191. fol. 301.* De Luc. *Miſcel. diſc. 1. num. 118. De Juriſdict. diſc. 17., & 43.* & Albio. *diſcept. 2. quæſt. 11. n. 28.* apud eundem De Luc.

Quoad alimenta, Surd. *de alim. tit. 1. qu. 64. per tot. & tit. 4. q. 25.* ubi quòd poteſt recipere victualia tantùm, Roſa *loc. cit. num. 31. & ſeqq.*

Quòd poſſit viſitare Hoſpitalia, & Confraternitates Laicorum, non obſtante quacunque conſuetudine, & privilegio in contrarium, quamvis exiſterent in Eccleſia Regularium exemptorum, & compellere adminiſtratores ad reddendum computa, & rationes, Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 481. num. 15. & ſeqq. ad 26. & deciſ. 188. per tot.* Ricc. *collect. 714. & 1778.* Pac. Jordan. *d. lib. 7. tit. 9. et 11. per tot. fol. 45. &c.* vide *in §. Adminiſtrator n. 19.* Roſa *loc. cit.* De Luc. *de Juriſdict. diſc. 40.* Barboſ. *de Epiſc. allegat. 75.*

Intellige niſi aliter ſit cautum in fundatione, maximè conſentiente Epiſcopo, ut benè declarat Dian. *par. pr. tract. 2. reſol. 89.* vel niſi ſint ſub immediata Regum protectione, ut dixi *in §. Adminiſtrator n. 19. in fine* De Luc. *dict. diſc. 40 num 3., & 4.* Epiſc. Piton. *de Jurepatr. allegat. 23. n. 2. & 3. tom. pr.*

An poſſit Epiſcopus viſitare Hoſpitale fundatum cum pacto, quòd viſitatio ſpectet ad Priorem illius, & iſta viſitatio cenſeatur conceſſa privativè quoad Epiſcopum, vel potiùs cumulativè cum eo, plura hinc inde Ludoviſ. *dec. 4. per tot. & deciſ. 8. in eadem cauſa*, ubi fuit reſolutum non cenſeri derogatum facultati viſitandi Epiſcopo competenti, & ſic viſitationem Priori Hoſpitalis conceſſam intelligi cumulativè, & non privativè quoad Epiſcopum, niſi in fundatione expreſsè cautum ſit, ut Epiſcopus non poſſit viſitare, vel quòd per certam perſonam, & non per aliam fiat viſitatio, quia tunc eſſet excluſus Ordinarius. Vide *in §. Patronus num. 21.*

Qua-

Qualiter autem non possit visitare Monasteria Regularium, & visitando dicatur turbare, nec sit manutenendus, vide Concil. Trident. *sess. 25. cap. 11. de Regular.* Gratian. *discept. forens. cap. 870. num. 6.* & Dian. *part. 10. tract. 16. resol. 26. per tot.*

Quòd imò Episcopus in multis habeat jurisdictionem contra Regulares, & possit illos punire, dixi *in §. Monachus num. 9.* & vide Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 7. tit. 14. de visit. & Cur. Regular. per tot. fol. 97. & seqq. ubi num. 9. seqq.* firmat quoad visitationem Regulares subesse Episcopo respectu Monasteriorum commendatorum, in quibus non vigeat regularis observantia; respectu verò aliorum in quibus vigeat dicta regularis observantia, Episcopum posse, ac debere monere illorum Superiores, ut ipsi visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare negligant, Episcopum ipsum visitare posse, & corrigere, omniaque necessaria decernere, & ordinare, privilegio, aut appellatione non obstantibus, juxta Concil. Trid. *sess. 21. cap. 8. de reformat. & sess. 25. cap. 20. de Regular.* sicuti declarando prosequitur, Jord. *d. tit. 14. per tot.* ubi colligit 49. casus, in quibus Regulares subsunt Episcopo *à fol. 80. ad 96. infr. nu. 5. & num. 46.* Tusch. *litt. E. conclus. 248. per tot.* Dian. *part. 11. tract. 2. resol. 22. & seqq.* ubi ponit plures casus, in quibus Regulares possunt puniri ab Episcopo vigore Concilii Tridentini, de quibus etiam Ricc. *collect. 503.* vide Lezan. *q. regul. vol. 2. verb. Visitatio n. 17.* ubi quibus casibus possit Regulares visitare.

Quòd Episcopus habeat jus visitandi Ecclesias Regularium habentes curam animarum in iis, quæ ad dictam curam, & administrationem Sacramentorum pertinent, non obstante quacunque exemptione: non tamen possit visitare Altaria, quibus dicta cura non incumbit, licèt sint sæcularium, si in dictis Ecclesiis Regularium existant, Rot. *part. 9. recent. dec. 423. num. pr. & part. 10. dec. 44.* facit eadem Rot. *part. 12. dec. 65. per tot. & dec. 181. per tot.* fallit tamen, & cessat dictum jus visitandi in locis, in quibus Regulares haberent jurisdictionem etiam temporalem, Seraphin. *dec. 1067. n. 2.* vide *in §. Confraternitas n. 4.* latè Rot. *p. 13. recent. dec. 391.* ubi intelligit, ut prædicta possit tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus.

Et ad quæ se extendat visitatio Episcopalis in Ecclesiis Regularium, Michael Ferro Manriq. *quæst. Vicar. 63. part. pr.* Thom. de Rosa *dict. tract. de resid. Episcop. cap. 4. sect. 6. num.*

Episcopus quamvis possit pro se, & Visitatoribus percipere victualia, tamen præstanda sunt illa tantùm, quæ consistunt in simplici victu, non autem ea, quæ concernunt alia necessaria personæ, nec equorum vecturæ, Barbos. *de appellat. verb. signif. appell. 270. num. 3. & 4. & de offic. Episcop. part. 3. allegat. 73.* Pac. Jordan. *d. lib. 7. tit. 18. per tot. fol. 107. & infrà num. 7. & 41.* Surd. *de aliment. tit. pr. quæst. 64. & tit. 4. quæst. 22.* Rosa *d. sect. 6. num. 35. & seqq.* Carol. Matant. *controv. part. 4. respons. 49. per tot.* ubi plura ad rem.

Quòd Comissarius, & Vicarius Episcopi non possit à partibus aliquid exigere accedendo ad aliquem locum Diœcesis ad formandum processum, non obstante aliqua contraria consuetudine uti specialiter reprobata, & si quid fuerit solutum, possit tanquam indebitum repeti; sed teneatur Episcopus illi providere de omnibus necessariis, Conciol. *resol. crim. verb. Episcopus resol. 3.*

5 Episcopus de jure communi, & ex decretis Concilii Tridentini habet jus visitandi Ecclesias sibi subditas auctoritate ordinaria, exemptas autem tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, ut de Episcopo Volaterrano, quòd possit visitare in Archipresbyteratu Collis, qui prætendebatur exemptus, vel nullius Diœcesis, resolvit Rot. *part. 2. divers. decis. 207. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg. 344. vol. pr.* ubi de jurisdictione Ordinarii in Capitulum. Vide *in §. Ecclesia num. 29.* latè Rot. *part. 9. recent. decis. 220. per tot.* ubi de Archiepiscopo Salisburgensi, *part. 13. dec. 391. & p. 15. dec. 330 & 340. per tot.* Et coram Emerix. jun. *decis. 411. a n. pr. et seqq.*

Quòd ideò visitando Ecclesias, & Monasteria exempta possit ante se deferre crucem in signum superioritatis, Franch. *dec. 712. per tot.* ubi latè Add.

Quòd de jure habeat fundatam intentionem super jurisdictione suæ Diœcesis, *cap. conquerente de off. ordinar.* Rot. *part. 2. divers. dec. 328. num. 2.* Merlin. *decis. 777.* Ricc. *collect. 1228.* facit quod dixi *in §. Indultum num. 5.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 345. vol. pr.* ubi plura de jurisdictione Ordinarii, & illius Curiæ, *& decis. 346. dict. vol. pr.* plenè Rot. *part. 13. recent. decis. 70. per tot.* ubi plura qualiter Episcopus habeat de jure intentionem fundatam exercendi jurisdictionem in tota sua Diœcesi amplam, & absolutam, etiam si quasi possessionem suam non probaverit, quid stante aliqua prætensa exemptione, & alia ad rem facientia, & dicta decisio fuit iterùm confirmata eadem *part. 13. decis. 221. per tot.* ubi fuit responsum pluribus objectis, & plenè rursum in eadem causa *d. part. 13. dec. 333. & 334. per tot. & decis. 390. & 391. per tot. part. 15. decis. 330. & 340. & part. 18. decis. 530.* De Luc. *An. ad Concil. disc. 5. nu. 2.* Bertachin. *vot. 83. n. 50.* Aosald. *decis. 31. sub n. pr.*, Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Quod tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus possit visitare Ecclesias exemptas, intellige de illis, in quibus non viget Regularis observantia; secus autem in Monasteriis, & Ecclesiis, in quibus vigeat dicta Regularis observantia, nam in illis non potest se intromittere, etiam de consensu, cùm exempti non possint renunciare suis privilegiis sine licentia Papæ in præjudicium reservationis ipsius Papæ, vel alterius superioris, Rot. *in Gandaven. Monast. 29. Aprilis 1641.* coram Pancirolo penes Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice dec. 2. per tot. & in eadem causa part. 10. recent. dec. 30.* vide supra *n. 3. vers. Qualiter autem, & vers. seq.* Dian. *part. 10. tract. 16. resol. 26. per tot.* ubi plura de hac materia ad ornatum, Concil. Triden. *sess. 25. cap. 11. de reform. & part. 11. tract. 2. resol. 14. & seqq.* ubi quid si Regulares habeant curam animarum, latè Rot. *part. 13. rec. decis. 391. num. 2. & seqq.* ubi quòd tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest visitare, corrigere &c. quaslibet Ecclesias, & personas exemptas in concernentibus curam animarum tantùm, *& par. 18. decis. 120.* ubi an, & quatenus visitare possit Ecclesias Religionis Hierosolymitanæ.

Non tamen potest se ingerere in Ecclesiis, quæ nullius sunt Diœcesis, sed tantùm in exemptis, quæ sunt in sua Diœcesi in concernentibus curam animarum, Rot. *par. 13. recent. dec. 493. num. 7. &c.* Vide Rot. coram Emerix. jun. *dict. decis. 411.*

Nec etiam contra Patres Jesuitas, qui in omnibus, sunt exempti ab Ordinario, & soli Sedi Apostolicæ subjecti, ut per Bich. *decis. 421. inter recent. part. 11. decis. 30.* etiam quoad Ecclesias illis unitas, ut in dicta decisione, & dixi *in §. Unio.*

An autem, & quid possit Episcopus, vel potestas Ecclesiastica in Regulares exemptos, in ordine ad plura, latè Thom. del Bene *tract. de Immunit. part. pr. cap. 14. per tot. fol. 543. & seqq. infr. nu. 66.* Vide Lezan. *q. regul. vol. 2. in verb. Episcopus.*

Episcopus uti Sedis Apostolicæ Delegatus, vel ejus 6
Vicarius cum speciali ejusdem Episcopi mandato, potest, & debet toties quoties sibi in Domino videbitur visitare Monasteria Monialium Regularibus subjecta in pertinentibus ad clausuram, & ad hunc effectum septa Monialium ingredi; alia verò Monasteria sibi subdita auctoritate ordinaria quoad omnia visitare juxta dispositionem Sacr. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5. de Regular.* eò quòd ad præscriptum dicti Concilii, quæcunque Monasteria in ordine ad clausuram sunt Episcopis commendata, ut benè probat Sperel. *decis. 97. per tot.* ubi sic passim practicari testatur, & forsè ad ejus instantiam declaratum per Sacram Congregationem Cardinalium Concil. Trid. Interpretum reprobando Rodriquez *tom. 2. qu. regul. quæst. 47. art. 10.* aliter sentientem, & quòd imò potest etiam Episcopus punire Regulares circa clausuram Monialium eisdem subjectarum delinquentes, vel cum Monialibus sine licentia loquentes, & alia, de quibus ibi per eum, & latiùs videndus Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 7. tit. 12.* ubi plenè tractat de Monialibus, illarum visitatione, & regimine ad Episcopum spectante, *fol. 55.*

55. *& ſeqq. & d. lib. 7. tit. 14. num. 236. fol. 92. infrà num.* 33. Prædictam concluſionem ſequuntur Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. pr. cap.* 43. *nu.* 146. Dian. *part.* 11. *tract.* 2. *reſol.* 15. *per tot.* & alii ab ipſis citati, Thom. de Roſa *de reſident. Epiſcop. cap.* 4. *ſect.* 6. *num.* Vide Lezao. *loc. ſuprà cit.*

Et in quibus caſibus Epiſcopus dicatur Sedis Apoſtolicæ Delegatus, & poſſit tanquam talis procedere, & an in dubio dicatur Delegatus, vel Ordinarius, latè idem Jordan. *vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 136. *& fol.* 59. ubi enumerat 21. caſus, in quibus dicitur Delegatus Apoſtolicus, & uti talis procedere poteſt, & quæ ſit differentia inter unum, & alterum modum.

An autem, & quando Confeſſarii Monialium exemptarum ab Epiſcopali juriſdictione, & ſubjectarum Prælatis Regularibus jura Epiſcopalia habentibus, opus habeant approbatione Epiſcopi Diœceſani, vel non, & alia ad rem latè Bich. *dec.* 459. *& inter recent. part.* 11. *deciſ.* 373. *per tot.*

7 Epiſcopus, vel quilibet alius Prælatus, cui viſitandi onus incumbit, poteſt de jure communi, imò debet ſemel in anno viſitare, vel etiam pluries, ſi ſubſit neceſſaria, vel legitima cauſa; & alios novem caſus, in quibus poteſt pluries viſitare, & an tunc poſſit gravamen pro tali viſitatione inferre, vide Diaz. *inter reg. diverſ. reg.* 187. *fol. mihi* 625. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit. pr. nu.* 39. *& ſeqq. fol.* 6. & quoad impenſas idem Jordan. *loc. cit. tit.* 18. *per tot. fol.* 107. *& ſeqq. ſupr. num.* 4. Merlin. *deciſ.* 201. ubi quòd dictæ facultati non poteſt præſcribi, Ricc. *collect.* 2385. 1228.

Quod Epiſcopi teneantur Eccleſias ſuæ Diœceſis viſitare, & in illis per ſe, vel per alium, verbum Dei prædicare, idque ſedulò facere, cum de grege illis commiſſo ſint strictam rationem Deo redditur, & negligentes graviter puniri debeant, *cap. inter. de off. ordin.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 424. *per tot.* ubi etiam quòd eorum arbitrio remittitur, quo tempore fieri debeant viſitationes, & cum quanto numero perſonarum, Thom. de Roſa *tract. de reſident. Epiſcop. cap.* 4. *ſect.* 2. *&* 6. *per tot.*

Cujus eruditionis, & doctrinæ debeant eſſe Epiſcopi, & alii Eccleſiaſtici, latè idem Menoch. *de arbit. caſ.* 425. 426. *&* 427. *per tot.* Fagn. & Gonz. *in c. cum in cunctis de Elect.*

Plura de prędicatione verbi Dei ad Epiſcopos ſpectante, Pac. Jord. *Luc. vol.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *per tot. et tit.* 2. ubi de doctrina Chriſtiana publicè docenda *fol.* 431. Th. de Roſa *tract. de reſident. Epiſcop. cap.* 4. *ſect.* 1. *&* 2. *per tot.* ubi de gloria Dei, & ſalute animarum quærenda, ac de munere, & obligatione prædicandi populo, & hujuſmodi, Barboſ. *de Epiſc. allegat.* 76. *De Jur. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 13. Plura Fagnan. *ſup. Decretal. in Indice verb. Epiſcopus quoad prædicationem.*

Quòd ſit onus ſpeciale Epiſcoporum verbum Dei in tota ſua Diœceſi prædicare, aliàs dicantur canes muti non valentes latrare, ſicut etiam cujuslibet Parochi in ſua Eccleſia, ſin minus aſſumendus ſit Doctor idoneus ad prædicationem, hæcque deputatio Concionatorum in qualiber Eccleſia ſuæ Diœceſis ſpectet ad ipſos Epiſcopos, & non ad Parochos, vel alios, niſi ex immemorabili contraria conſuetudine, latè ex ſacris paginis, Conciliis, aliiſque auctoritatibus oſtendit Merlin. *deciſ.* 598. *per tot. in Vixibon. juris nonuinundi* 16. *Novembris* 1633. vide *in §. Parochus num.* 4. & dicta deciſio Merlini habetur etiam *in part.* 6. *recent. deciſ.* 234. *infr. num.* 19. latè, ac doctè Thom. de Roſa *loc. cit. & ſect.* 3. *cum pluribus ſeqq.* ubi etiam de exemplo, quo Epiſcopi paſcere debent gregem ſuum, de eleemoſyna eroganda, divitiis, & pompis fugiendis, adminiſtratione Sacramentorum, & hujuſmodi ad munus Epiſcopale ſpectantibus.

8 Epiſcopus qualiter habeat fundatam intentionem circa liberam collationem, & inſtitutionem omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 2. *per tot.* Ludoviſ. *cum Beltramin. deciſ.* 291. *per tot.* Bich. *deciſ.* 268. exceptis tamen Pontifici reſervatis, quæ plura ſunt, item exceptis affectis per appoſitionem manus Papæ, quod pluribus modis contingit, item aliis, quæ Summus Pontifex, vel quandoque Legatus de latere præveniendo voluerit per ſe conferre, item iis, quæ vigore privilegii, aut conſuetudinis competunt conferenda alicui Collegio, Capitulo, Principi, vel particulari; item illis, quæ ſunt de titulis Cardinalium, item Capellis Monachorum, item Collegiatis ſecularibus, item beneficiis de jure patronatus alterius, de quibus omnibus videndus Pac. Jordan. cum aliis ab eo citatis *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *& ſeqq. fol.* 204. *& c. ad* 274. Tuſch. *litt. E, concl.* 260. *& ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 195. *per tot.* ubi quòd idem eſt in aliis actibus juriſdictionalibus, *& part.* 10. *deciſ.* 210. *part.* 16. *deciſ.* 244. ubi qualiter jus conferendi beneficia ſit ſimultaneum inter Epiſcopum, & Capitulum, & quandoque ad Capitulum tantùm ſpectare poſſit vigore Statuti, vel conſuetudinis immemorabilis, privativè etiam quoad Epiſcopum, ut in Capitulo Beneventano, Late De Luc. *Relat. Rom. Cur. diſc.* 9. *à num.* 11. Fagnan. *in cap. cum te n.* 6. *de ætat. & qualit.* Emerix jun. *deciſ.* 106. *n.* 1. *& ſeqq.*

Quòd habeat intentionem fundatam de jure, nec poſſit ſine beneplacito Apoſtolico præjudicare Eccleſiæ, neque ſucceſſoribus ſubiiciendo beneficia libera Juriſpatronatui alterius, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. & dec.* 137. *num.* 10. *& c.*

Item qualiter habeat intentionem fundatam de jure ſuper juriſdictione univerſali in omnibus locis ſuæ Diœceſis, Rot. *part.* 10. *rec. deciſ.* 87. *per tot. p.* 11. *deciſ.* 128. *per tot.* ubi etiam qualiter ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione omnium juriſdictionalium ſuæ Diœceſis, & loquitur in Præpoſito Piſcienſi, qui eſt Ordinarius in ejus Territorio, quod nullius eſt Diœceſis, & in alia cauſa *d. p.* 11. *deciſ.* 153. *per tot. & dec.* 304. *per tot.* ubi etiam quòd ſi alius prætendit, debet docere de privilegio Apoſtolico, vel de immemorabili, & quid ſi hincinde adſint actus juriſdictionales, adde Rot. *part.* 15. *dec.* 330. *&* 340. *& part.* 18. *dec.* 375. *dec.* 383. *& dec.* 567. *per tot.* De Luc. *de Juriſdict. in Summ. ex n.* 50.

Quòd habeat fundatam intentionem, quoad omnimodam juriſdictionem in omnibus Locis, & Terris intra limites ſuæ Diœceſis ſitis, cum præſumantur eſſe illius Diœceſis, à qua circumdantur, & alia, Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 483. *per tot. & part.* 16. *deciſ.* 227. ubi etiam niſi doceatur de exemptione, quæ à ſolo Pontifice concedi valet, non autem à Principibus laicis prorſus juriſdictionis ſpiritualis incapacibus.

Non reſidens, non gaudet alternativa, licèt ex accidenti ſit in Diœceſi tempore vacationis, Ludoviſ. *deciſ.* 70. *&* 163. *infrà num.* 61. Et quando alternativam amittat. Ricc. *collect.* 1319 *part.* 4.

Epiſcopus in beneficiis patronalibus non habet liberam & abſolutam collationem prout in aliis liberis, 9
ſed ad nominationem, & præſentationem patronorum, ita ut dicatur majus, & dignius jus patroni, quàm Epiſcopi reſpectu collationis. Si tamen agatur de Eccleſia Parochiali patronata, durante vacatione ſpectat ad Epiſcopum conſtituere Vicarium idoneum cum aſſignatione congruæ portionis fructuum donec fiat proviſio de Rectore. Sicut etiamſi patronus omiſerit intra tempora debita præſentare, vel ſi oriatur lis inter patronos, vel ſi ſcienter fuerit præſentatus indignus, vel non ſervata forma debita, vel ſi beneficium fuerit proviſum ab Ordinario etiam durante tempore ad præſentandum, patrono ſciente, & non reclamante, ſed tacente, vel ſi de conſenſu patroni fuerit unitum alteri Eccleſiæ, vel ſi non adſit verè juſpatronatus, ſed tantùm quædam ſolita complacentia Superioris in gratificando populo, dando illi Rectorem gratum, vel ſi patronus amiſerit jus ſuum in pœnam delicti, vel aliter remanſerit ipſo jure privatus, ut plurimum in his caſibus, & ſimilibus, devolvitur ſaltem pro illa vice jus providendi, & conferendi ad Epiſcopum, ſicut latè probat videndus Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *nu.* 1. *& ſeqq. per tot. fol.* 227. *& ſeqq. ad* 274. Tuſch. *litt. E, concl.* 271. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 67. *per tot. vol.* 1. vide *in §. Patronus n.* 6. *inf. n.* 64. *& in §. Electio n.* 5. ubi quòd electio dignioris ex approbatis in examine ſpectat ad patronum, & non ad Epiſcopum, ut reſolvit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 576. *num.* 1. *& ſeqq.* Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. ubi Barboſ. *nu.*

245.

241. *& seqq.* Latè Piton. *de Jurepatr. alleg.* 70. *nu.* 9. *tom.* 2.

Qualiter Episcopus in collatione Canonicatuum Ecclesiæ Cathedralis habeat simultaneam vocem cum Capitulo, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 156. *nu.* 4. *&c. decis.* 278. *n.* 1. *& seqq.* Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 6. *de reform.* Barbos. *de off. & potest. Episc. alleg.* 73. Merlin. *decis.* 591. *num.* 1. Gratian. *discept.* 106. *n.* 5. *& seqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 19. *num.* 104. *&c.* Bich. *dec.* 467. *per tot.* De Luc. *de Benef. disc.* 1. *à n.* 26. *disc.* 28. *n.* 19. *disc.* 30. *n.* 15. Fagnan. *in cap. cum te n.* 11. *cum sequent. de ætat. & qualit.*

10 Episcopus sicut in beneficiis liberæ collationis, ita in patronatis habet tempus sex mensium ad instituendum Rectorem, & tamen si facta nominatione differat sine causa, potest recurri ad Superiorem, & si agatur de parochiali debet infra decem dies proponere edicta pro concursu, Pac. Jordan. *loc. cit. nu.* 355. *& seqq. fol.* 256. *& n.* 406. *& seqq. fol.* 263. *& melius lib.* 10. *tit.* 12. *per tot. fol.* 347. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 240. *n.* 10. *&c.* ubi quòd Ordinario non est præfinitum tempus saltem ne possit præjudicare patronis, qui intra debita tempora præsentarunt.

Multa de collatione Parochialium per examen, & concursum, aliisque servatis facienda, latè idem Jordan. *vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8. *per tot. à num.* 1. *ad* 281. *fol.* 275. *& seqq. ad* 308.

An autem tempus currat à die vacationis, vel à die scientiæ, quando scientia præsumatur, & alia ad hoc propositum, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 227. *per tot.* vide *in §. Patronus num.* 6.

Qualiter etiam in Synodo Diœcesana sint ab Episcopo, vel ejus Vicario proponendi ad minus sex examinatores, & ab ipsa Synodo approbandi, ut adveniente vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen concurrentium perficiant, ac de hujusmodi Examinatorum Synodalium potestate, & præstantia, atque officio, plenè videndus Thom. Hurtad. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 12. *per tot. à fol.* 324. *& seqq. ad* 435.

Quòd non possit Episcopus sine vehementi suspicione inhabilitatis sibi in scriptis constitæ, compellere Parochos, & Rectores Ecclesiarum ad novum examen, postquam semel ab Antecessore, vel à se ipso fuerunt pro idoneis approbati, latè Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 166. 167. 257. *&* 258. *per tot.* ubi etiam quando possit Episcopus pro quiete suæ conscientiæ illos ut supra cogere, ut de grege sibi credito aliquam rationem Omnipotenti Deo reddere non teneatur super recta Sacramentorum Ecclesiæ administratione.

11 Episcopus qualiter facta sibi præsentatione Rectoris à patrono, vel patronis beneficii, debeat illam admittere cum clausula, *si, & in quantum &c.* nisi ea aliqua justa causa veniat in totum rejicienda, deindè proponere solitum edictum, & citari facere alios, si qui sunt interessa habentes, aliàs institutio esset nulla, nisi sustineri posset vigore consuetudinis, vel Synodalis Constitutionis, an sit necessarium examen, & alia vide per eumdem Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 9. *per tot. fol.* 309. ubi ponit formulam dicti edicti, formulam autem institutionis ponit ibidem *tit.* 8. *n.* 227. *fol.* 306. ubi etiam vide alias formulas erectionis Ecclesiarum cum unione, vel dismembratione, inductionis in possessionem, & similes occurrentes in collatione beneficiorum.

Quòd extincta familia patrona alicujus Ecclesiæ, non possit Episcopus illam denuò servituti jurispatronatus supponere ad favorem laicorum, & alia ad rem, planè Thom. Trivis. *decis.* 56. *per tot. lib. contra* Menoch. *cons* 90.

12 Episcopus qualiter debeat intra debita tempora providere de Rectore beneficia suæ Diœcesis gratis, & absque pretio, vel mercede aliqua, liberè, perpetuò, sinè aliquo pacto, modo, vel conditione, alioquin collatio redditur simoniaca, & consequenter ipso jure nulla, & invalida. Quid si provisus ignoraverit simoniam, vel si collator fuisset aliàs collaturus. Quàm grave sacrilegium dicatur simonia, quibus modis committatur, quotuplex sit, quòd sola mentalis non inducat nullitatem, nec alias pœnas, non habeat locum in Papa ut plurimum, licèt etiam ab eo quandoque possit committi; cesset illius effectus post triennalem pacificam possessionem, maximè quando non ab ipso proviso, sed à tertio fuit commissa, vel si fiat pactum de eo, quod tacitè inest circa obligationem antidotalem non immutando tamen, nec augendo illius naturam, ut dixi *in §. Usura n.* 8. Non committitur etiam simonia per verba curialia, & obsequiosa, nec si accipiatur, vel detur titulo sustentationis, vel extrinseci laboris, vel privationis libertatis, vel redimendæ vexationis, vel laudabilis consuetudinis, vel spiritualis amoris, vel titulo pensionis ea justa causa, sicuti hæc omnia explicat videndus Pac. Jordan., cum aliis ab eo citatis, *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *per tot. ad n.* 345. *& tit.* 12. *per tot. fol.* 314. *ad* 353. Dian. *p.* 4. *tract.* 4 *resol.* 150. *cum plurib. seqq. & p.* 6. *tract.* 7. *resol.* 42. ubi an promittens pecuniam pro beneficio obtinendo, protestans se daturam gratitudinis causa, & non ex debito justitiæ committat simoniam, & refert diversas opiniones. Vide *in §. Usura n.* 8. Dian. *p.* 10. *tract.* 15. *resol.* 5. *per tot. & p.* 21. *tract.* 6. *resol.* 31. *per tot.* ubi de pluribus causis, ex quibus potest recipi pecunia absque labe simoniæ; Sed vide *in §. Simonia num.* 19. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 29. *per tot.*

Quòd non committatur simonia, non solùm offerendo, sed etiam cum effectu titulo gratitudinis aliquid dando, nulla tamen præcedente, vel concomitante taxatione, sive pacto, *cap. dilectus* 2. *de Simon.* Pac. Jordan. *loc. cit. n.* 181. & dixi *in meis resol. cap.* 72. *in fine*, Lotter. *loc. cit. n.* 53.

De hac materia, Rebuff. *prax. benef. part.* 1. *tit. quot. mod. benef. acquir. num.* 2. *& seqq. per tot.* aliique in locis ordinariis, Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resol.* 39. plenè Bonac. *Oper. Moral. tom.* 1. *tract. de Simon. fol.* 769. *&c.* & dixi *in §. Usura, num.* 8. *& §. Simonia per tot.* Lotter. *cit. quæst. per tot. & alibi.*

Quando ad redimendam injustam vexationem possit aliquid dari citra labem simoniæ, Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 17. *vers. probatur tertio.* Ubi alia plura ad excusationem simoniæ, *& part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 31. *per tot.* vide Lotter. *ubi suprà n.* 129. 130.

Episcopus in collationibus beneficiorum potest, 13
imò debet de jure deferre commendationibus magnorum Principum, cum agatur de auctoritate illorum tuenda, quod pertinet ad publicam utilitatem, Gratian. *discept. forens. cap.* 478. *n.* 12. *&c.*

Quòd debeat præferre pauperem diviti in collatione beneficii Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 250. *num.* 10. *& part.* 10. *recent decis.* 23. *num.* 12. ubi etiam de aliis qualitatibus attendendis, *& decis.* 171. ubi de Sacerdotio, & aliis, & *decis.* 262. *per tot. & part.* 12. *decis.* 160. *decis.* 177. *& part.* 13. *decis.* 55. *per tot.* Bich. *decis.* 572. ubi quòd paupertas non attenditur, in concursu majoribus qualitatibus præditi. Rot. coram Ansald. *decis.* 85. *n.* 35.

Quòd possit ex duobus præsentatis alterum suo arbitrio eligere, & illi gratificari in collatione beneficii jurispatronatus, Menoch. *de arbitr. cas* 255. *per tot.* latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 210. *per tot.* ubi etiam de aliis beneficiis, quando plures fuerunt approbati Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 25. *n.* 25. *tom.* 2. *& discept. eccles.* 4. *n.* 105. *tom.* 1.

Et ad quem spectet gratificatio, pluribus approbatis ad beneficium jurispatronatus, Gratian. *decis.* 97. *nu.* 20. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 210. Scopp. & De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* Rot. coram Cerr. *decis.* 26. *n.* 24. *&* 25.

Quòd ex duobus præsentatis ad beneficium curatum veniat præferendus ille, qui naturali loci callet idiomate, quamvis alius esset à majori parte nominatus, & persona insignis moribus, & litteratura, & quate, latè Rot. *part.* 10. *recent. decis* 136. *per tot.*

Quando peccet Episcopus, & teneatur ad restitutionem, conferendo beneficium digno, omisso digniore, & quomodo à tali electione detur appellatio, demandata tamen interim executioni prima electione, in quibus consistat ista major dignitas, & alia, vide per Gratian. *decis.* 97. *num.* 17. *& seqq. per tot. cum Addit.* latius Ludovis. cum Beltram. *decis.* 11. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *Prælud.* 12. *per tot.* Merlin. *decis.* 612. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 23.

decis.

decis. 104. & 105. & 262. *per tot.* dixi *in §. Electio nu.* 5. & *§. Patronus num.* 18. latè Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 34. & *seqq.* ubi plura de hac materia, an beneficia possint dari dignis, omissis dignioribus, an tunc intret obligatio restitutionis, quid in impediente: an aliquando possint conferri indignis, & alia vide Rot. *in loc. cit. et part.* 12. *decis.* 62. *per tot. et part.* 13. *dec.* 95. *per tot. dec.* 449. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* ubi quòd collatio debet fieri magis idoneo, cui etiam dicimt esse jus quæsitum, latè Scopp. ad Gratian. *loc. adduct.*

Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium (secundùm aliquos) vel primò videtur per hoc digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò quando fit concursus.

Sed ista propositio, & declaratio, prout jacet, est damnata, atque reprobata per Decretum Innocentii Papæ XI. Romæ editum 4. Martii 1679. *sub num.* 47.

14 Episcopus non potest suis affinibus, vel familiaribus conferre beneficium vacans ex causa privationis per eum, vel ejus Vicarium factæ alteri proviso de eodem beneficio, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 809. *per tot.* vide *in §. Beneficium num.* 8. *§. Embphysensis num.* 23. *in fine.*

An idem sit in resignatione, ita ut non possit beneficium resignatum conferre suis, vel resignantis familiaribus, & affinibus, vel consanguineis, & an hujusmodi prohibitio procedat etiam in patronis, ne possint præsentare consanguineos, vel affines resignantis, Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 26. Merlin. *decis.* 82. ubi de Bulla Pii V. de hac materia.

15 Episcopus, vel ejus Vicarius existens extra suam Diœcesim, potest conferre beneficia in illa vacantia, cum sit actus voluntariæ jurisdictionis, qui potest exercari extra Diœcesim, non tamen posset aliquem suo beneficio privare dum est extra Diœcesim, quia privare est contentiosæ jurisdictionis Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 43. *n.* 19. & 20.

Quòd Episcopus, vel ejus Vicarius possit extra Diœcesim exercere omnes actus voluntariæ jurisdictionis, non autem contentiosæ, exemplificando in pluribus, Gratian. *decis.* 98 *per tot.* vide *in §. Vicarius num.* ... & *§. Jurisdictio nu.* 21. De Luc. ad Gratian. *cit. dec.* Altimar. *de nullit. rubr* 9. *quæst.* 31 & 32. *tom.* 2. Crescin. ad Abecclesf. *obser.* 7. *part.* 1.

Quòd Episcopus existens extra suam Diœcesim, non possit cognoscere de causa sibi commissa, non facta mentione de mora extra Diœcesim, nisi procederet de partium consensu, vel nisi constaret Papam habere notitiam de mora alibi contracta, ut in Episcopo Fesularum continuò ex privilegio Florentiæ commorante, Diaz. *reg.* 239.

Quæ possit, vel non possit Episcopus extra Diœcesim, Tusch. *litt. E, conc.* 249. & 250 *per tot.* & *concl.* 297. Michael Ferro Manriq. *quæst. Vicar. part.* 2. *qu.* 54. *per tot.* Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 748. *n.* 1. & *seqq.* ubi quod sententia extra Diœcesim lata est nulla, quia Episcopus nullum habet jurisdictionis exercitium in aliena Diœcesi, nisi agat de consensu Episcopi Diœcesani, & litigantium, Card. De Luc. *annot. ad Conciol. disc.* 6. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 31. & *seqq. tom.* 1. Crescin. ad Abecclesf. *loc. supra cit.*

16 Episcopus extra suam Diœcesim habetur pro privato, idest pro persona privata, & non potest sine licentia Ordinarii loci ingredi Monasterium Monialium, vel illas alloqui, sicut nec solemniter prædicare, vel Pontificalia exercere, nisi fuerit invitatus, aliàs incurrit irregularitatem Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* Gratian. *discept. forens. cap.* 393. *per tot. facit in cap.* 467. *per tot.* & *cap.* 871. *nu.* 53. latè Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 36. ubi an in aliena Diœcesi possit licitè celebrare in Pontificalibus, refert contrarias opiniones, & negativam amplectitur Michael Ferro Manriq. *quæst. Vicar. p.* 2. *quæst.* 14. *per tot.* ubi probat ut supra refutando Gratianum, quem putat contrarium tenere *sub nu.* 13. sed revera Gratianus refert alios contrarium tenentes, sed cum illis non transit. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cit. cap.* 393.

Regens tamen in alio Episcopatu cum suo æque principaliter unito, potest expedire negotia etiam alterius Episcopatus, Rebuff. *prax. benef. part.* 1. *tit. de union. n.* 16. Barbos. *de off.* & *potest. Episc. alleg.* 54. *nu.* 131. Gratian. *discept. for. cap.* 655. *nu* 44. & *seqq.* & *cap* 892. *et* 893. *per tot.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 215. ubi etiam quòd potest in uno tantùm Episcopatu Vicarium constituere, ad quem accedere debeant subditi utriusque Diœcesis, & facere transportare delinquentes carceratos ad locum suæ residentiæ, nisi longè distet *infr. n.* 42. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 31. *n.* 34. *tom.* 1.

Sicut etiam existens in aliquo loco suæ Diœcesis licèt exempto, dicitur esse in propria Diœcesi, cùm loca exempta non desinant esse in Diœcesi, Grat. *discept. for. cap.* 918. *n.* 14. *et seqq.* ubi loquitur de Episcopo Pistoriensi cum Terra Pioti. Vide Rot. *part* 14. *rec. decis.* 155. *per tot.*

Non potest tamen in loco exempto, nec per se, nec per alium exercere suam jurisdictionem, nec sedere pro tribunali, nisi habeat jurisdictionem in eo, quoad certos casus; si tamen jurisdictio non esset localis, & sic in loca, sed tantùm personalis, & sic in personas illius loci exempti, non posset prædicta facere etiam in casibus exceptis, latè Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 145. *per tot.* ubi etiam quæ sit jurisdictio Episcopi in loca exempta, qui casus respiciunt loca, qui personas, & quòd habet fundatam intentionem pro sua jurisdictione tuenda contra allegantes exemptionem, donec probatur, & ideò interim manutenendus, Cavaler. *decis.* 306. Tusch. *litt. E. concl.* 243. *et* 244. ubi quando habeat jurisdictionem in locis exemptis, & in exemptos suæ Diœcesis.

Quòd possit Episcopus in Ecclesiis, & locis exemptis collocare sedem cum umbraculo ad effectum assistendi divinis officiis, aut in Provincialibus celebrandi, licèt non ad effectum exercendi jurisdictionem contentiosam, Altograd. *cons.* 1. *nu.* 25. *et* 72. *lib.* 2. Gratian. *decis.* 113. *in Addit.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 3. *nu.* 101. *fol.* 25. Barbos. *de Episc. allegat.* 80.

An Episcopus expulsus à sua Diœcesi, possit in aliena judicare, & prævenire, & alia, quando possit extra suam Diœcesim exercere jurisdictionem, Clem. *un. cum gloss. de for. compet.* Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 48. *per tot.* Pac. Jordan. *ubi suprà n.* 127. *fol.* 28.

Quòd Episcopus possit jurisdictionem suam ordinariam, quam plenariè habet in sua Diœcesi, illam in quovis suæ Diœcesis loco non exempto, decenti tamen, & honesto exercere, nisi sit excommunicatus, hæreticus, suspensus, interdictus notorius, & declaratus, vel mutus, surdus, furiosus effectus, vel ut suspectus recusatus, vel extra Diœcesim, latè Jordan. cum aliis ab eo citatis *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 3. *n.* 99. *et seq. fol.* 25. Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 115. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 32. *n.* 6 *tom.* 1. De Luc. *Miscell. disc.* 1. *nu.* 111. *et disc.* 26 *nu* 8. *Annot. ad Concil. disc.* 4. *n.* 5. Cockhier. *de Jurisd. cap.* 1. *n.* 3. *part.* 2. *lib.* 1. Crescin. ad Abecclesf. *observ.* 6. *a n.* 2. *part.* 1.

An possit citare subditum suum existentem in aliena Diœcesi, item an existens extra Diœcesim possit excommunicare subditum suum, si res sit adeò clara, ut non requirat cognitionem causæ, item an ratione delicti possit excommunicare subditum alienum, & alia Dian. *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 34. *et seqq.* Thom. del Bene *de Immunit. par.* 1. *cap.* 12. *dubit.* 1. *per tot. fol.* 510. *etc.* Altimar. *de nullit. rub.* 12. *quæst.* 28. *à num.* 125. *tom.* 2. Vide De Luc. *de Jurisdict. disc.* 20. *n.* 16. & 17 *de Judic. disc.* 9. *nu.* 44. *Miscell. disc.* 22. *num.* 4. Del Bene *de Immunit. part.* 1. *cap.* 12. *dub.* 1. *fol. mihi* 510. Crescin. ad Abecclesf. *observ.* 7. *a n.* 31. *part.* 1.

Quòd non possit Episcopus ferre excommunicationem contra non subditum suum, etiam si ille fuerit invasor ejus bonorum, & quare, ac sententia

non liget, vel saltem sit relaxanda, latè Rot. *part. 15. recent. decis. 47. et decis. 122. per tot. in eadem causa*.

17 Episcopus dum sedet in Capitulo, ut Canonicus, non consideratur ut Episcopus, sed tamquam Canonicus; sicut quando existit in Gymnasio causa studiorum, Rectorem studii non præcedis, nùm tunc consideretur ut scholasticus quoad actus scholasticos tamen, & non quoad alia; & idem est in Consiliario, qui dum sedet in Collegio Doctorum non præcedit antiquiores collegiatos, cùm tunc sedeat ut Doctor, non ut Consiliarius; & idem in similibus, Purpur. *in l. 1. num. 190. & seqq. ff. de off. ejus*, & Boer. *tract. de anct. magn. Concil. nu. 66. & per tot.* ubi multa de hujusmodi præcedentiis cum aliis per Menoch. *de arbitr. casibus n. 24. & 25.* Capyc. *dec. 27. n. 24. & seqq. ad 29.* Gratian. *discept. for. cap. 106. 111. n. 14.* & Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 1. n. 79. & seqq. fol. 562.* vide *in §. Canonicatus num... §. Doctor. num... & §. Vicarius nu. 2.* Martha *vot. Pis. 101.* ubi quòd Episcopus stans in Collegio, non ut Episcopus, sed ut singularis de Collegio debes honorari ratione suæ præexcellentis dignitatis, quæ est inseparabilis à persona, & ideò licèt sedeat in Collegio, ut Canonicus, debet sedere post Præsidentem Collegii, vel Capituli, & aliis præferri, adde latè Francesc. *var. resol. cap. 40. per tot.* Vide Fagnan. *in cap. postulasti num. 11. 25. & seqq. de concession. præbend.*

18 Episcopus præsenti Legato de latere, vel Archiepiscopo suo non potest benedicere populo, & insignia deferre, quia in præsentia majoris deponitur potestas reverentialis minoris licèt contentiosa non cesset, ut benè probat inferendo ad alia similia Gratian. *decis. 29. cum Addit. per tot.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 1. glos. 2. prol. n. 60. fol. 9.* sufficit esse præsentes in Civitates, licèt verè, & actu non sins præsentes. Barbos. *in sum. Apost. dec. collect. 41. nu. 10. 449. n. 2. 520. n. 7.*

Plura de benadictione Episcopali, vide per Pac. Jord. *Lucub. vol. 1. lib. 5. tit. 15. per tot. fol. 418. &c.*

Et de Indulgentiis idem Jordan. *loc. cit. tit. 16. per tot.*

Qualiter autem Episcopi inter se ipsos præcedans, quis ordo inser eos servari debeas, & quid cum Archiepiscopo, Pac. Jordan. *vol. 1. Prælud. 10. per tot. fol. 42. & 43.*

Quòd Episcopi, vel Archiepiscopi non possint anta se deferre Crucem, & Mozzettam induera in alieno Territorio, nisi super hoc particulare indultum habeant à Papa, prout de Archiepiscopo Nazareno, propter honorem Civitatis, in qua nasci dignatus est Filius Dei Unigenitus Salvator noster, & de Archiepiscopo Cantuariensi per totam Angliam, & altero Nazareno per totum Orbem privilegiatis à Sede Apostolica, resolvit Rot. *part. 10. recent. decis. 506. per tot.*

19 Episcopus habet intentionem fundatam de jura deputandi Concionatores in qualibet Parochia suæ Diœcesis, nisi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium legitimè probata, & quando Universitates, vel alii essent in quasi possessione præsentandi, sive nominandi Concionatores, potest Episcopus illis præfigere terminum ad præsentandum per totum diem Epiphaniæ, quo elapso, & præsentatione non facta, jus nominandi pro illa vice ad ipsum Episcopum devolvitur, Sperel. *decis. 69. per tot. cum Addit. de anno 1666.* vide *in §. Parochus n. 4. sup. num. 7.* Latè Fagnan. *in cap. inter cætera n. 12. 19. & seqq. de offic. ordinar.*

Quòd Episcopus non possit prohibere ne Regulares concionentur in Ecclesiis suis, nec ipse illis invitis in eorum Ecclesiis concionari, nec Prædicatores examinare, & alia ad rem, Thom. del Bene *de Immunit. Eccl. part. 1. cap. 14. dubit. 4. fol. 547.*

20 Episcopus, nisi aliter sibi videarur expedira, non debet quatuor ordines minores una simul eadem die conferre, & illis collatis interponendus est annus, antequam primum Ordinem Sacrum conferat, & à primo ad aliam alter annus, & sic deinceps, ita us ab uno Ordina Sacro ad alium servari debeat unius anni interstitium, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio ipsius Episcopi aliud exposcat, unde potest Episcopus ex his causis abbreviare, & dispensara hujusmodi interstitia, adeò ut si scienter aliquem promoveas non servatis dictis interstitiis, censeatur tacitè dispensasse ab illis, non taman potest eodem die, nec sequenti eidem personæ plures Ordines Sacros conferre, aliàs ipse Episcopus remanet suspensus ab ordinum collatione, & ordinatus ab executione, donec à Sede Apostolica dispensetur, ut colligitur ax Concil. Trident. *sess. 23. cap. 11. & seqq. de reformat.* & declarat Menoch. *de arbitr. cas. 564. num. 4. & seqq. ad finem*, facit Sperel. *decis. 114. & 115. per tot.* idem Menoch. *cas. 427. nu. 7. & seqq.* Dian. *part. 4. tract. 4. res. 209. & part. 9. tract. 6. resol. 58. per tot.* ubi an possit Episcopus eadem die conferre minores simul cum subdiaconatu, & post relatam negativam opinionem communem, dicit affirmativam etiam esse satis probabilem, & post factum sequendam ex rationibus, & auctoritatibus ibidem per cum adjectis, late Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. loc. cit.*

21 Episcopus potest Clericos sive Laicos sibi benè notos ordinare absque litteris commendatitiis circa mores, quidquid aliàs quoad ignotos hujusmodi litteræ sins necessariæ, cum etiam possit notum promovere sine examinatione, *cap. 1. dist. 23.* Gratian. *discept. for. cap. 430. in princ.* Tusch. *litt. E. conclus. 286.*

Quibus pœnis afficiatur promovens indignos, *gloss. & DD. in cap. nihil de elect.* Menoch. *de arbitr. cas. 428. n. 2.* facit quòd dixi *in §. Clericus nu...*

Quod scienter indignum promovens gravissimè peccet, Sperel. *decis. 199. n. 24. &c.* Vide Tamburin. *libr. 7. de ordin. cap. 12. §. 1.* ubi de pœnis malè conferentis, vel recipientis ordines.

22 Episcopus potest ordinare sibi subjectos, vel ratione loci, in quo sunt oriundi, vel ratione beneficii Ecclesiastici in sua Diœcesi, vel ratione domicilii per decennium acquisiti, quamvis alibi nati fuerint, *cap. cum nullus 3. de temp. ordin. in 6.* Rebuff. *in prax. benef. part. 1. tit. de Cler. n. 12. & seqq.* ubi quòd primam tonsuram potest concedere etiam extra suum Episcopatum, Gratian. *discept. forens. cap. 430. n. 4.* & latè Pac. Jordan. *Lucub. vol. 1. lib. 3. tit. 6. fol. 190.* & Dian. *part. 8. tract 2. per tot.* ubi plura de Ministro Sacramenti Ordinis ad ornatum, *d. cap. cum nullus*. Tamburin. *de Ordin. lib. 7. c. 7. §. 2.*

An ad fugiendam jurisdictionem Episcopi Domicilii, possit quis alibi ordinari titulo beneficii, vida Barbos. *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 4. nu. 45.* ubi negat, sed contrarium probat, Dian. *part. 11. tract. 4. resolut. 1. per tot.*

23 Episcopus, quamvis non possit ordinara Clericum alienum, tamen non prohibetur conferre ordines laico etiam extero, & illum ad primam tonsuram admittera absque litteris dimissoriis; debet tamen ab hoc se abstinere, Guid. Pap. *quæst. 449.* Gratian. *d. cap. 430. n. 7. & 9.* ubi etiam an possit hoc facere ad effectum conferendi beneficium in sua Diœcesi hujusmodi extero, & concludit negativè, cùm requiratur servitium per triennium, secundùm Concil. Trid. *sess. 23. cap. 9.* vide latè Rebuff. *prax. benef. part. 1. tit. de for. litt. dimiss. num. 15. & seqq.* ubi reprobat Guid. Pap. & tenet Episcopum non posse nec Clericum nec Laicum alienum ordinare sine litteris dimissoriis proprii Episcopi, nisi proprius Episcopus fuerit suspensus ex eo, quòd alienos ordinaverit, quia tunc etiam alienus potest suos ordinare, aliàs ordinatio est irrita, & nulla, nec potest rata haberi, nisi à Papa, & an litteræ dimissoriæ morte concedentis expiret ibidem *n. 39. & seqq.* Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part. 2. lib. 1. c. 6. fol. 329.* Vide Pen. & Crescin *decis. 162.* Fagnan. *in cap. cum contingat. num. 38. de ætat. & qualit. in cap. nullus a nu. 7. de Paroch. & in cap. statuimus n. 24. de supplen. negl. Prælat.*

Quòd ordinatus à non suo Episcopo sine litteris dimissorialibus, vel cum falsis non gaudeas privilegio fori, juxta Constit Urbani VIII. 11. Decembris

1624.

1624. Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 26. vide *in §. Clericus nu.* 69. maximè in Addit. [& Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 304. & 39e. & *part.* 18. *decis.* 10. & *decis.* 279. ubi quoad hoc revocatæ fuerunt præcedentes decisiones, resolvendo, ut sic ordinetus sit quidem suspensus, salvo fori privilegio], ut dixi *in §. Privilegium nu.* 33. *in fine*. Creſcin. ad Pen. *loc. cit.* Vide Tondut. *de Penſ. cap.* 31. Piron. *diſcept. eccleſ.* 47.

24 Epiſcopus non debet aliquem ad ſacros ordines promovere, niſi habeat unde commodè vivere poſſit, & ſi aliter fecerit tenetur providere ordinato, qui etiam ſi ſit laudabilis vitæ, & honeſtæ converſationis, nec aliud ei obſtet canonicum impedimentum, poteſt ſuper hoc impetrare litteras à Summo Pontifice, Rebuf. *in prax. benef. part.* 1. *tit. de reſcript. in for. com. & for. pauper. per tot.* latè Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *nu.* 1290. & *ſeqq. ad* 382. *fol.* 214. &c. vide *in §. Clericus nu.....* Coſt. *de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 1. *per tot.* ubi qualiter Epiſcopus teneatur in ſubſidium præſtare alimenta ordinatis. Fagnan. *in cap. Epiſcopus num.* 1. *de Præbend.* & *in cap. non liceat a n.* 1. *eod. tit.*

25 Epiſcopus qualiter poſſit, vel debeat ſuo arbitrio diſpenſare corpore vitiatos, & deformes, & ad ſacros ordines admittere, vel repellere, quæ deformitates olim, & quæ hodie impediant promoveri ad ſacros ordines, & alia curioſa ad hoc propoſitum, vide per Menoch. *de arbitr. caſ.* 226. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* e. *lib.* 9. *tit.* 1. *nu.* 198. & *ſeqq. fol.* 165. Tuſch. *litt. E. concl* 276. & *ſeqq. infrà nu.* 32. *in fine*, Thom. Trivis. *decis.* 9. *per tot. lib.* 2. ubi de claudo. Vide Gonzal. *tot. Decret. tit. de corp. vitiat.*

An, & quando promovendo inhabilem cenſeatur illum tacitè diſpenſare, vide Sperel. *decis.* 115. *per tot.* Pac. Jordan. *loc. cit. n.* 49. & *ſeqq. fol.* 130. ubi etiam an ſufficiet pro diſpenſatione ſola patientia, & taciturnitas ſuperioris, & concludit quòd ſic ex poſt facto ad evitandas ſcrupoloſitates, quidquid ante factum communis opinio ſit in contrarium, facit quod dixi *in §. Princeps num.* ... vide Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 17. Vide Rot. coram Anſald. *decis.* 64. *ſub n.* 31.

An poſſit aliquo caſu diſpenſare cum homicida voluntario ad ſuſcipiendos ſacros ordines, Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 52. *per tot.* Vide Fagnan. *in cap. Henricus n.* 24. *de Cleric. pugnant. in duell.*

26 Epiſcopus quomodo poſſit, & ex quibus cauſis diſpenſare circa Sacramenta Eccleſiæ, præcipuè verò Ordinis, & Matrimonii, & circa beneficia, juramenta, & ultimas voluntates, latè Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *per tot. ſol.* 146. & *ſeqq. ad* 203. Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *per tot.* dixi *in §. Abſolutio*, *§. Diſpenſatio*, & alibi opportunè Barboſ. *de Epiſcop. allegat.* 35. 36. 37. 44. & *ſeqq.* Plura Fagnan. *ſup. Decretal. in Indic. general. verb. Epiſcopus quoad diſpenſationem.*

Quid, & quotuplex ſit diſpenſatio, qui diſpenſare poſſint, vel non, & præcipue de Epiſcopo quando poſſit ratione ſui officii diſpenſare, & in quibus, de cauſis diſpenſandi, & alia plura ad rem, Gibalin. *de jur. canon. & Eccl. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. 4. 5. & 6. *per tot. fol. mihi* 337. & *ſeqq. ad* 361. Barboſ. *loc. cit. et de Jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 11. §. 4. & *ſeqq.* & *cap.* 32. *à n.* 9. *de Elect.* Fagnan. *loc. cit.* & *in verb. diſpenſatio.*

An ex urgentiſſima cauſa poſſit diſpenſare in impedimentis dirimentibus matrimonium, tam antè, quàm poſt contractum ipſum matrimonium, Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 19. & *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 78. & *ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 40. *libr.* 8. *diſp.* 5. & *ſeqq. diſp.* 9. & *ſeqq.* Fagnan. *in cap. de illis il* 2. *n.* 32. *de Deſpon. Impub.*

Qualiter poſſit Epiſcopus aſſiſtere matrimonio loco Parochi abſque aliqua ipſius Parochi licentia, & matrimonium coram illo ſic contractum ſit validum, Rot. *prat.* 10. *recent. decis.* 233. *nu.* 25. & *ſeqq. per tot.* dixi *in §. Matrimonium n.* 2.

27 Epiſcopus diſpenſare poteſt contra propriam Conſtitutionem etiam ſine cauſa, niſi ſit jurata, quia tunc ſe ipſum à juramento abſolvere non poſſet, nec diſpenſare Rom. *conſ.* 325. Everard. *loc. à vi*, & *energ. jur. n.* 13. Diaz. *reg.* 242. ubi etiam limitat niſi tranſierit in privilegium, vel contractum, vide Pac. Jordan. *loc. cit. n.* 97. & *ſeqq. ſol.* 155. Tuſch. *litt. E. concl.* 284. Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 73. ubi quid ſi fuerit confirmata à Papa. Vide Barboſ. *de Epiſc. allegat.* 34.

Epiſcopus non poteſt contra Concil. Trid. diſpenſare expreſsè, nec tacitè, ſed tunc requiritur Apoſtolica diſpenſatio, Gratian. *diſcept. for. cap.* 397. *n.* 33. &c. 28

An contra Concilium Provinciale, Dian. *part.* 9. *tract.* 6. *reſol.* 40.

Et generaliter quòd Epiſcopus non poſſit ſtatuere contra jus, idem Gratian. *cap.* 894. *nu.* 14. *et ſeqq. infrà n.* 33.

An, & quando poſſit contra canones, & leges Pontificias diſpenſare: quid in delictis adulterio minoribus, quid in aliis adulterio majoribus, & ſimilibus, latè, & magiſtraliter docet Sperel. *dec.* 110. 111. *et* 112. *per tot.* ubi etiam quid in Vicario, ſive Capitulo ſede vacante, & aliis Prælatis inferioribus, & *decis.* 116. *num....* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 210. & *ſeqq. per tot. ſol.* 166. &c Tuſch. *litt. E. concl.* 276. *et ſeqq. ad* 286. Dian. *part.* 7. *tract.* 10. *reſol.* 36. *et part.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 18. *et ſeqq.* Gibalin. *de jur. canon. et Eccl. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 6. *quæſt.* 2. *fol.* 357. ubi plura an, & quando poſſit Epiſcopus diſpenſare in jure canonico, & Eccleſiaſtico. Vide Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 5. Fagnan. *in cap. ſuper eo num.* 8. *et* 34. *de Bigam.*

Quòd edicta Epiſcopalia (Synodalibus Conſtitutionibus exceptis) per mortem Epiſcopi expirent, & finiantur tamquam temporanea, niſi confirmentur à ſucceſſore, Sperel. *decis.* 14. *n.* 20. *et ſeqq.*

Qualiter poſſit Epiſcopus approbante Synodo Diœceſana ſtatuere ad utilitatem Eccleſiarum, ut provideantur de perſonis idoneis, & valeat Conſtitutio Synodalis non contra, ſed præter jus firmata, Bich. *decis.* 647. *per tot.*

Epiſcopus, qui cum aliquo diſpenſavit ad tempus, non poteſt diſpenſationem revocare ante illud finitum, niſi adeſſet juſta cauſa evidens, Everard. *loc. à vi, et energ. juram. n.* 73. 29

Et quòd regulariter poſt jus quæſitũ parti non poſſit diſpenſationem revocare durante eadem cauſa concedendi, ſecus illa ceſſante, Pac. Jordan. *d. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 96. *fol.* 155.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo ad obtinendum canonicatum in Eccleſia Collegiata, vel dimidiam portionem in Cathedrali, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 591. *n.* 16. &c. latè Pac. Jordan. *loc. cit. num.* 131 & *ſeqq. fol.* 158. vide *in §. Filiatio num...* Fagnan. *in cap. ſuper eo n.* 24. *de Bigam.* 30

Multa quando Epiſcopus non poſſit diſpenſare cum inhabili, quòd in omnem caſum ſit neceſſaria juſta cauſa, quæ talis reputetur, & alia plura in materia diſpenſationis ad beneficia, vide per Sperel. *decis.* 109. *per tot.* Tuſch. *litt. E. concl.* 276. & *ſeqq.*

Epiſcopus poteſt regulariter ab omni excommunicatione abſolvere, niſi ſit expreſsè reſervata Pontifici, *cap. nuper* 29. *de ſent. excomm.* latè Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 414. *per tot.* ubi infert, quòd poteſt abſolvere extrahentes reos ab Eccleſiis non ſervata forma Bullæ Gregorianæ, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 34. *de ſacram. pœnit. num.* 94. & *ſeqq. fol.* 177. ubi nihil de dicta illatione Gratiani, ſed contra illam tenent Sperel. *decis.* 105. *num.* 43. & *ſeqq.* ubi in ſpecie reprobat Gratian. & alios per eum citatos, quoad dictam illationem, & *decis.* 183. ubi per eruditiſſimam epiſtolam ita reſpondit Sereniſſimo Duci Mutinæ illum requirenti pro abſolutione cujuſdam ſui Officialis. 31

Contra dictam illationem tenet etiam, Pac. Jordan. *vol.* 2. *lib* 11. *tit.* 3. *num.* 282. *fol.* 342. ubi tamen limitat quando violatio immunitatis eſſet occulta, quia tunc poſſet etiam Epiſcopus abſolvere, & hoc modo poſſunt opiniones concordari, vide Ciarlin. *contr.* 155. *per tot.* ubi latè ſuſtinet pluribus citatis poſſe Epiſcopum abſolvere ab hujuſmodi cenſura, cum nul-

sibi sit expressè Pontifici reservata, Intelligendo cum conditionibu., de quibus ipse, & dixi in §. *Absolutio num.* 28. quòd benè probat, etiam contrariis satisfaciendo, Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 56. *dubit.* 38. *per tot. fol.* 110. *&c.* ubi quòd potest Episcopus hanc facultatem concedere cuilibet Confessario, facta tamen restitutione, & satisfactione modo possibili, Fontanel. *dec.* 201. *num.* 16. *& seqq.* qui sequitur Gratianum, alios adducens idem tenentes. Vide Dian. *resol. mor. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 41. *vers. sed hac opin.*

Quam cognitionem adhibere debeat Episcopus antequam licentiam concedat Curiæ seculari extrahendi reos ab Ecclesia, latè Grat. *discept. for. cap.* 596. *per tot.* dixi *in §. Immunitas num.* 13. *&c.* Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 31. *per tot., & alibi.*

Quòd possit absolvere Moniales si se invicem verberent, Ricc. *Collect.* 2223.

32 Episcopus non potest absolvere à percussione Clerici, nisi absolvendus sit infirmus, senex, vel aliter impeditus accedere ad Sedem Apostolicam, Gratian. *discept. forens. c.* 805. *n.* 15. *& seqq.* Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 58. ubi quando, & ex quibus causis possit absolvere ab excommunicatione Pontifici reservata.

Vel nisi agatur de levi percussione, & vulnusculo, quod arbitrio judicis æstimabitur, Menoch. *de arbitr. cas.* 553. *num.* 6. *&* 7. Lap. *alleg.* 77. Tusch. *litt. E. conclus.* 291. Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resol.* 23. ubi ampliat etiam si hujusmodi levis percussio fuerit in publica platea, & *resol.* 54. quando factum dicatur notorium in hac materia. Fagnan. *in cap. pervenit de sentent. excommunic.*

Quòd possit absolvere in certis casibus arbitrio suo æstimandis, Rot. *in Jucen. Portionis* 1. *Februarii* 1610. *coram Otteubergo num.* 1. penès Scannarol. *de visit. Carcer. in appendice dec.* 51. ubi loquitur in levi percussione, & latè videndus Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4. *de sacram. pœnit. num.* 31. *& seqq. fol.* 170. Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccl. part.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 4. *sect.* 9. *per tot. fol. mihi* 98.

Quòd post Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 7. possit Episcopus absolvere, & dispensare suos subditos ab omni suspensione, & irregularitate quantumvis Sedi Apostolicæ reservata, ubi res non fuit ad forum contentiosum deducta, Gratian. *discept. forens. cap.* 837. *num.* 9. *& seqq.* Dian. *part.* 11. *tract.* 8. *resol.* 68. *per tot.* Ricc. *collect.* 2887. latè Jordan. *loc. cit. nu.* 65. *& seqq. fol.* 174. *&c.* ubi tamen pluribus modis limitat, & Gratian. *cap.* 414. *num.* 20. limitat non procedere in omnibus casibus reservatis in Bulla Cænæ Domini, licèt non placeat Jordano *loc. cit. num.* 91. *in fine* vide *in §. Excommunicatio num.* 1. *& seqq. et §. Sacrilegium num.* Merlin. *decis.* 136. De quibus suprà vide Barbos. *de Episcop. alleg.* 41. Fagnan. *in cap. quoniam à n.* 29. *de Constit. et in cap. dilectus à n.* 30. *de Temp. ordin.*

An possit absolvere ab hæresi occulta, latè Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 139. ubi refert diversas opiniones, & *resol.* 242. *et latius part.* 7. *tract.* 2. *resol.* 23. ubi an per Bullam Cænæ sit revocata dicta facultas absolvendi ab hæresi, & aliis casibus in ea reservatis, & affirmativam sequitur. Sanchez *libr.* 2. *summ. cap.* 11.

An possit dispensare cum reo, qui accusatus transegit cum fisco, vel parte, idem Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 33. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones.

De potestate Episcopi quoad absolvendum, & dispensandum vigore dicti Concilii Tridentini *loc. cit.* plenè Dian. *part.* 7. *tract.* 2. *per tot. ubi* 37. *casus dubios resolvit. et part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 16. ubi an extra Diœcesim, & quoad utrumque forum id agere valeat, & affirmativè concludit, & *d. tract. resol.* 211. ubi an competat cæteris Prælatis habentibus jura quasi Episcopalia, vide *in §. Abbas n.* 5. Et quòd competat etiam Capitulo Sede vacante, idem Dian. *d. resol.* 211. *et p.* 7. *tract.* 2. *resol.* 3. *per tot.*

De potestate Capituli Sede vacante, latè idem Dian. *p.* 8. *tract.* 4. *per tot.*

33 Episcopus potest statuere quòd sint excommunicati accedentes ad Monasteria Monialium existentia intra suam Diœcesim, licèt exempta, & subjecta Regularibus, quia ad eum spectat providere circa accessus ad Monasteria, non attento, quòd sint exempta, vel subjecta, Gratian. *discept. forens. cap.* 393. *nu.* 23. *etc.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *per tot. fol.* 56 *etc.* vide supra *num.* 3. *et seqq.* Dian. *par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 71. Ricc. *in Prax. resol.* 45. quem impugnat. Mich. Ferro Manriq. *quæst. Vicar.* 12. *part.* 1. ubi an hoc sit salubre remedium, &c. Vide Lezan. *qu. regul. vol.* 2. *verb. Episcop. n.* 13.

Et circa observationem festorum, Quadragesimæ, & hujusmodi, an possit Episcopus, an deceat, vel expediat imponere pœnam excommunicationis, vide Raynald. cum aliis ab eo citatis *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 9. *num.* 75. *et seqq.*

An hujusmodi excommunicatio comprehendat Regulares, Dian. *part.* 3. *tractat.* 2. *resol.* 103. *&* 104. Thom. del Benè *tract. de Immunit. p.* 1. *cap.* 14. *dubit.* 4. *sect.* 1. *fol.* 548.

Et generaliter quòd Episcopus possit condere statuta, dummodò non sint contra jus, nisi faceret ex causa evidenti necessaria, Diaz. *reg.* 238. Sperel. *dec.* 66. *num.* 4. *&c.* latè Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 8. *titul.* 1. *&* 2. *per tot. fol.* 117. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 471. *per tot.* ubi maximè in Synodo, supra *nu.* 28. Tusch *litt. E. conclus.* 251. *&* 252. *per tot.* Imò quod Episcopus possit statuere etiam contra Jus Pellegr. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 5. *intersect. unic. n.* 26. *pag. mihi* 117.

An, & qualiter possit Episcopus ex se independenter à Synodo condere leges Ecclesiasticas in sua Diœcesi, & quid in Capitulo Sede vacante, late Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 23. *&* 24. *per tot.* Merlin. *decis.* 190. plenè Gibalin. *de jur. canon. & Eccl. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *per tot. fol. mihi* 231. *& seqq.*

Quòd decreta facta ab Episcopo in actu visitationis habeant vim legis, & statuti, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 102. *num.* 1. *& seqq.*

Episcopus, potest, & debet in dicta pœna spirituali, 34
vel etiam temporali ob negligentiam Principis sæcularis expellere à Civitate mimos, ac histriones impudicos, & inhonestos ludos, vel choreas populo exhibentes, & prohibere etiam populo, ne accedat ad hujusmodi spectacula propter peccatum, vel manifestum periculum peccati; qualiter autem possit tolerare spectacula licita, & tragœdias, quibus pœnis afficiantur histriones, & alia plura moralia, tradit Menoch. *de arbitr. cas.* 69. *num.* 13. *& seqq. per tot.* ubi etiam quòd contra opinionem Neviz. potest prohibere choreas, & saltationes post mediam noctem Carnis privii. Vide *in §. Princeps n.* 15.

An autem interesse Comœdiis, & hujusmodi spectaculis sit peccatum mortale, plures affirmant; sed si audiantur ob solam vanam curiositatem absque probabili periculi lapsus, posse excusari non tantùm laicos, sed etiam clericos probat Dian. *par.* 3. *tract.* 17. *resol.* 35.

Ex alio tamen capite, ut quia ex illorum stipendiis aluntur, & consoventur tam pessimi homines, peccare mortaliter omnes spectatores probat idem Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 81. licèt alii intelligant quoad primos in sufficienti numero confluentes ad Comœdiam obscœnam. Vide eundem Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 52. *per tot.* & Paul. Christin. *decis.* 82. *vol.* 5. ubi plura in detestationem hujusmodi spectaculorum, & quòd immane sit peccatum donare histrionibus. Et an sint incapaces succedendi, Roxas de Incompat. *part.* 1. *cap.* 13. *circa fin.* ubi Alphons. del Aquila.

Alios plures casus, in quibus potest, ac debet Episcopus se ingerere contra laicos notorios peccatores, & maximè ad supplendam negligentiam Judicum sæcularium, imò contra ipsos Magistratus sæculares, Præsides, & similes, latè Pac. Jord. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 15. *de visit. laicor. per tot. fol.* 96. *&c. & tit.* 16. *&* 17. *fol.* 102. *&c.* ubi de visitatione peregrinorum, & vagabundorum, & quomodo circa illos se gerere debeat.

Episcopi possunt, imò tenentur non obstante qua- 35
cunque consuetudine prohibere ne fiant nundinæ, & mercatus diebus festivis, Grat. *dec.* 21. *per tot.* vide *in §. Mercator n.* 22. Cala *de ferii q. ult. n.* 244. *& seqq.*

Episcopus potest delegare laico alicujus particularis
causæ cognitionem, non autem illum ad universita- 36
tem

tem cauſarum deputare, cùm ſit caſus Papæ reſervatus, & quam facultatem, ac quomodo in Clericos Laico Judici concedere poſſit, Sperel. *dec.* 14. *nu.* 10. *& ſeqq. & dec.* 126. *num.* 39. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Epiſcopus reſol.* 4. *per tot.* ubi plures allegat, tribus ampliat, & totidem limitat. Vide *in §. Laicus num.* 7. Barboſ. *de Epiſcop. allegat.* 108.

37 Epiſcopus non obſtante proteſtatione Judicis laici in remiſſione Clerici, vel etiam ante remiſſionem, an poſſit repetere, atque punire Clericum ſuum etiam requiſita non habentem, & privilegio non gaudentem, Sperel. *dec.* 17. *num.* 31. *et ſeqq. dec.* 132. *nu.* 20. *et dec.* 133. *n.* 84. *etc.* vide *in §. Clericus n.* 70. Bonac. *de legibus diſput.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. *§.* 4. *num.* 19. Dian. *part.* 3. *tractat.* 1. *reſol.* 48. *verſ. notandum*, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 425. *per tot.*

Quòd pendente articulo Clericatus, debeat Epiſcopus captum ad ſe remiſſum retinere in carceribus, nec relaxare ſub fidejuſſione, niſi cauſa cavilloſè in longum protrahatur, Sperel. *d. deciſ.* 132. *n.* 85.

Plura tamen pro defenſione juriſdictionis ſæcularis ad excluſionem prætenſi Clericatus ex defectu probationis, & requiſitorum, Fajard. *allegat. Fiſc.* 4. *&* 5. *per tot.* ubi oppoſitionibus Ordinarii pro Clericatu ſatisfacit, & Rot. *part.* 17. *recentior. dec.* 304. *&* 392. *per tot.* ubi pro excluſione privilegii ex quo litteræ primæ tonſuræ non erant formiter recognitæ, nec emanatæ à ſuo Epiſcopo, vel cum ejus licentia extra Diœceſim, non erat probata delatio habitus, & tonſuræ, nec ſervitium Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, nec ſupplere potuit quaſi poſſeſſio Clericatus, & hujuſmodi, quæ fuerunt rejecta, ne intraret privilegium fori, vide *in §. Privilegium n.* 33. *in fine ſupra n.* 23. *in fine.*

38 Epiſcopus poteſt criminaliter puniri, & ab adminiſtratione deponi, ſi habita notitia carcerationis Clerici à Curia ſæculari illum etiam invitum repetere neglexerit adhibitis cenſuris, & aliis juris remediis, cùm ad eum pertineat cuſtodire, & defendere fori privilegium, Grat. *diſcept. for. c.* 190. *num.* 8. Sperel. *dec.* 17. *num.* 51. *& ſeqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 31. *fol.* 76. Clar. *in §. fin. q.* 36. *nu.* 22., ubi Bajard. *n.* 26.

An teneatur curare, ut leges Pontificiæ publicentur, & obſerventur in ſua Diœceſi, & an ſufficiat publicatio Romæ facta, Dian. *part.* 6. *tract.* 6. *reſ.* 38. *&* 39.

Poteſt etiam puniri, ſi neglexerit publicare excommunicationem à lege indictam contra indebitè exigentes gabellas à Clericis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 556. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 295.

Quòd vigore Conſtitutionis Clementis IV. Summi Pontificis teneatur Epiſcopus declarare excommunicatos exigentes prædictas, etiam ſub pœna peccati, Sperel. *deciſ.* 103. *num.* 49. *&c.*

Quando Epiſcopus dicatur canonum contemptor, & perjurius tam in ſe, quàm in aliis: quotuplex ſit contemptus, & alia, vide latè per Sperel. *dec.* 113. *per tot.*

Quòd peccet mortaliter ſi Clericorum delicta punire negligat, idem Sperel. *dec.* 116 *num.* 113. & latè Thom. de Roſa *tract. de reſid. Epiſcop. cap.* 4. *ſect. ult. fol.* 321. *&c.* ubi plura de negligentia vitanda, & negligentia ſectanda ab Epiſcopis in Clericos, & alios ſibi ſubjectos quoad munia Epiſcopalia.

Quid facere debeat ſi per Laicos efficiatur ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam, Felin. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 145. *& de Conſtit.* Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 68.

Qualiter Epiſcopi defendere teneantur immunitatem, libertatemque Eccleſiaſticam magna conſtantia, & fortitudine, ſed non minori prudentia, & ſuavitate pro honore, & gloria Dei, non propria ambitione, & ultione, nec feſtinanter vibrando gladiũ, nec palliatam libertatem Eccleſiaſticam, neque res injuſtas, & exorbitantes tuendo in fraudem laicalis poteſtatis, nec Clericos malè viventes protegendo, prout ſæpè contingit, ſicuti ingenuè fatetur, & egregiè, ac doctè probat Epiſcopus Thom. de Roſa *tract. de reſident. Epiſcopi cap.* 4. *ſect.* 7. *per tot. fol. mihi* 303. *& ſeqq.*

In quibus caſibus poſſit Curia Eccleſiaſtica procedere per cenſuras, & alia remedia ſpiritualia contra Curiam ſæcularem, & è converſo quando Curia ſæcularis poſſit procedere contra Curiam Eccleſiaſticam per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia, latè de utroque videndus Cortiad. *deciſ.* 27. *&* 28. *per tot.* ubi multos allegat.

Epiſcopus, ſive ejus Vicarius poteſt Clericis ſuis interdum juſta cauſa ſuadente licentiam deferendi arma concedere, ſed de raró, & viva voce, non in ſcriptis, maximè ubi adeſt prohibitio generalis etiam pro Laicis, Sperel. *deciſ.* 122. *num.* 12. *& ſequent. per tot.* vide *in §. Arma num.* 39

Epiſcopus in delictis mixti, vel communis fori, pro quibus poteſt contra Laicos procedere, non poteſt illos perſonaliter capi, vel carcerari facere, ſed tantùm procedere per cenſuras, niſi aliter ſervetur de conſuetudine; Clericos verò poteſt ad libitum ex cauſa carcerare, Clar. *§. fin. quæſt.* 37. *verſ. penult.* Salgado *de protect. Reg. tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 36. & Anguian. *tract. de legibus lib.* 3. *contr.* 30. *per tot.* Bobadil. *in Polyt. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 167. Vide Fagnan. *in cap. pervenit à n.* 10. *uſque ad fin. de Adulter.*, ubi latè. 40

Quando autem ſit concedendum brachium ſæculare, vel non, Clar. *§. fin. quæſt.* 96. *verſ. quæro etiam in fine*, Gutierez. *in prax. quæſt.* 33. *num.* 33. *&* 34. dixi *in §. Judex num.* 32. Fagnan. *in dict. cap. pervenit n.* 72. *de Adulter.*

Contrarium tamen quòd ſcilicet Epiſcopus ſi habeat territorium, poſſit familiam armatam tenere, & perſonaliter capi facere etiam Laicos in delictis mixti fori, vel aliàs ad cognitionem Judicis Eccleſiaſtici ſpectantibus, illoſque etiam temporaliter citra ſanguinem punire, latè probat Sperel. *deciſ.* 4. *per tot. ubi num.* 14. notat Clarum ipſi in contrarium *in qu.* 57. *num.* 14. *verſ. ſed quæro*, quam opinionem Sperel. puto procedere, ubi non obſtet conſuetudo, & ſequitur Conciol. *reſol. crim. verb. Epiſcopus reſol.* 2. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 25. *num.* 64. *fol.* 200. vide Tuſc. *litt. E. concl.* 253. *& ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 107. Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 53. *quæſt.* 3. Dian. *part.* 1. *tract* 2. *reſol.* 88. ubi etiam notat in carceribus Epiſcopi hujuſmodi delinquentes eſſe retinendos, idem Dian. *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 17. *& reſol.* 100. ubi quòd nec poteſt præſcribi numerus ſatellitum per Judices, vel Principes laicos, & *p.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 5. ſed in his non recedendum à conſuetudine locorum, ut dixi. Vide Barboſ. *de Epiſcop. allegat.* 107. Fagnan. *in cap. eccleſia nu.* 45. *de Conſtitut.*

Et quòd in delictis mixti fori poſſit Epiſcopus etiam contra laicos procedere de jure non ſolùm ad pœnas ſpirituales, ſed etiam ad carcerationem perſonarum, & pœnas temporales citra ſanguinem, probat noviſſimè ex pluribus Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 10. *nu.* 90. *& ſeqq.* ubi etiam, an & quando poſſit procedere ad excommunicationem contra laicos pro verbis injurioſis, vel inſultu contra clericos, vide in *§. Excommunicatio num.* 4.

De quæſtione, an Epiſcopi, vel alii Judices Eccleſiaſtici in delictis mixti fori contra laicos poſſint procedere ad illorum carcerationem, tam de jure, quàm de conſuetudine, latè plurimis citatis Vela *in prælect. ad cap.* 1. *de off. jud. ordin. ſive tract. de Epiſcop. par.* 1. *num.* 112. *& ſeqq. poſt Diſſert. fol.* 344. *&c.*

An autem gratias, & compoſitiones facere valeat, & quid in Vicario, idem Sperel. *dec.* 116. *num.* 76. *& ſeqq. infra num.* 56.

An poſſit cognoſcere de crimine ſolicitationis in confeſſione ſimul cum Inquiſitore, vel de per ſe, ubi non eſſet Inquiſitor, Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 52. *et* 53. vide *in §. Hæreſis n.* 11. facit De Luc. *Relat. Cur. diſc.* 14. *n.* 5. *De Beneſ. diſc.* 74. *n.* 3.

Plurima de facultatibus Epiſcopi, ſive Eccleſiaſticæ poteſtatis in Laicos, & de iis, quæ ſunt, vel non ſunt mixti fori, Thom. del Bene *tract. de Immun. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 10. *per tot. fol.* 446. *etc.* vide De Luc. *Miſcel. diſc.* 1. *à n.* 110.

Epiſcopus qualiter poſſit in Synodo ab omni Eccleſia ſibi ſubjecta exigere Cathedraticum, ſive ſynodaticum in ſignum ſubjectionis: quantum ſit hujuſmodi Cathedraticum, & quomodo præſcribatur, Gra- 41

tian. *discept. for. cap.* 620. *per tot. & cap.* 893. *nu.* 58. & Caren. *resol.* 223. ubi etiam an Regulares ab illo sint exempti, & alia ad rem. Et quid à Sacerdotibus Filesac. *de auctor. Episcop. cap.* 16. *§.* 5. 2. *&* 3.

Plura de Synodo, & illius forma, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 8. *tit.* 2. *per tot. fol.* 129. *&c.*

Quòd Episcopus existens in quasi possessione convocandi Canonicos Collegiatæ ad Synodum, debeat manuteneri, & ex quibus dicatur satis probata dicta quasi possessio, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 103. *&* 191. *per tot.*

Quanta debeat esse caritativi subsidii summa in casibus permissis, aliqui volunt esse decimam annui redditus, sed verius est remitti arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 179. *per tot.*

Quòd Episcopus non possit taleas, & collectas suis subditis indicere, nec aliis exactionibus illos frustrare, nisi magna, & justa causa, probabilisvè necessitas urgeat, Boet. *decis.* 133. *&* 134. *per tot.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. cas.* 178. *per tot.* ubi enumerat octo causas, quas Judex arbitrio suo pro justis habere poterit, si Episcopus non possit de proprio fere onus, aliàs secus si propriè subsint facultates.

Quòd pro expeditione Bullarum suæ promotionis non possit exigere caritativum subsidium, & alia quando possit, vel non, & usque ad quam summam, Duen. *reg.* 89. 90. *&* 91. *per tot.* Afflict. *decis.* 136. Boer. *decis.* 134. & Ricc. *Collect.* 52.

Episcopus habens sub se duas Civitates, vel Diœ-
42 ceses, seu Episcopatus principaliter unitos, an possit ubi voluerit Synodum celebrare, & Clerum ad interessendum convocare latè Grat. *discept. forens. cap.* 655. *num.* 29. & Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 191. *per tot.* ubi quòd sic maximè stante quasi possessione, in qua debet manuteneri. Card. De Luc. *de jurisdict. disc.* 56. *n* 6. *de Præem. disc.* 7. *nu.* 19.

Et an possit ubi sibi libeat residere, ac ibidem omnibus suis subditis jus reddere, idem Grat. *dict. c.* 655. *num.* 1. *& cap.* 893. *per tot.* Rot. *d. decis.* 191. *& part.* 13. *decis.* 215. *supra n.* 16. *& part.* 14. *dec.* 115. Card. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 24. *nu.* 8. *miscel. disc.* 1. *nu.* 111. *& alibi.* Crescin ad Abeccles. *obser. forens. part.* 1. *observ.* 6. *n.* 2. Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 32. *n.* 6. *tom.* 1.

An satisfaciat tenendo tantùm unum Vicarium Generalem, ad quem teneantur omnes accedere pro consequenda justitia, Gratian. *d. cap.* 655. *n.* 44. *& seqq.* Cavaler. *decis.* 418. *per tot.* ubi quòd sic, & Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *nu.* 39. *& fol.* 558. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 215. *num.* 1. *& seqq.* ubi etiam qualiter possit facere conducere carceratos ad locum suæ residentiæ, nisi magna adsit distantia, *& decis.* 346. *in eadem causa, & part.* 14. *decis.* 115. *per tot.* idem De Luc. *de Jurisdict. disc.* 56. *n.* 6. *de Præem. disc.* 17 *nu.* 21. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 1. *sect.* 2. *subsect.* 5. *num.* 13. Emerix. jun. *decis.* 1185. *nn.* 1. *&* 2. *decis.* 236. *num.* 2. *&* 3.

43 Episcopus quando possit per se ipsum jus dicere, vel teneatur ad constituendum Vicarium, latè Pac. Jordan. *d lib.* 12. *tit.* 1. *nn.* 4. *& seqq. fol.* 554. ubi etiam plura de salario, & similibus in materia constituendi Vicarium, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 564. *n.* 16. *& seqq. per tot.* ubi etiam quando teneatur ei dare salarium, vel non, quòd nihil possit accipere pro examine Clericorum, collatione ordinum, sive beneficiorum citra vitium simoniæ, tam ex parte dantis, quàm recipientis, non obstante quacumque prætensa consuetudine, vel præscriptione in contrarium.

Quòd Episcopus non teneatur de necessitate constituere Vicarium, Put. *decis.* 45. *lib.* 2. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 222. *n.* 5. *& decis.* 297. *n.* 2. 7. *&* 8. vide latè Dian. *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 31. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 655. *n.* 47. *& seqq* ubi tamen refert contrarium tenentes, quos dicit intelligendos in Episcopatibus magnis, vel loqui contra communem, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 215. *nu.* 3. *& par.* 14. *decis.* 115. *n.* 19. *& seqq.* ubi qualiter, nec etiam possit induci obligatio per consuetudinem, cùm in facultativis non cadat præscriptio. Sed quòd imò Episcopus necessariò debeat constituere Vicarium, sicut Capitulum, Sede vacante, & si illum constituere neglexerit, spectet ad Archiepiscopum illum deputare; quomodo constare debeat de commissione, & mandato generali, sive speciali in deputatione Vicarii, ac de forma, sive tenore litterarum patentium constitutionis Vicarii, Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part.* 1. *lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 5. *per tot. fol.* 484. ubi citat Sbroz. Boer. Rebuff. & alios plures de communi, latè De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 4. *n.* 8. *de jurisdict. disc.* 22. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 1. *sect.* 2. *subsect.* 5. *a n.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *quæst.* 13. *a n.* 1. *tom.* 2.

Quantum debeat esse circumspectus Episcopus in electione Vicarii, ut personam qualificatam assumat, latè Pac. Jordan. *dict. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 23. *fol.* 557. *& num.* 94 *& seqq. fol.* 563. ubi plura de qualitatibus requisitis in Vicario, & *n.* 287. subjicit formulam deputationis Vicarii, & vide *in §. Vicarius nu...*

Aliàs ipse Episcopus, si ei possit aliqua culpa imputari in electione, sive in non vigilando circa illum, tenetur ad omnia damna injustè per ejus Vicarium data; secus si nulla possit Episcopo culpa imputari, Jordan *loc. cit. nu.* 282. *& seqq. fol.* 579. ubi etiam quòd Episcopus est cognitor maleficii per Vicarium in officio commissi, licèt Vicarius non teneatus stase sindicatui.

An & quando Episcopus teneatus ex delicto, sive facto sui Vicarii, adde latè cum plutibus citatis Cortiad. *decis.* 28. *num.* 60. *& seqq.* ubi concludit ut hic notatur.

Quòd Episcopus possit amplam, vel coarctatam jurisdictionem pro sui voluntate, & arbitrio tribuere Vicario, qui ideò non sibi, sed Episcopo possidere dicitur. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 297. *per tot.* vide *in §. Vicarius num...*

Et quòd Episcopus possit in sua Diœcesi sibi creare notarium ad acta judicialia recipienda, per text. *in cap. cùm P. Tabellio*, ubi Hostiens. *de fid. instr.* Caral. Marant. *controv. part.* 4. *respons.* 63. *num.* 19.

Episcopus propositus, vel electus in Concistorio, 44
non dicitur propriè Episcopus ante consecrationem, sicuti ampliando, & limitando, & inde ad plura inferendo, benè probat Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *Prælud.* 2. *per tot. fol.* 10. *&c. & in Prælud. sequentib. ac per totum opus*, ubi plurima de Episcopis, illorum dignitate, officio, & administratione, adde *supra num.* 1. Tusch. *litt. E. concl.* 233. Ricc. *collect.* 2465. Latè Fagnan. *sup. Decret. verb. Episcopus quoad consecrationem*, & vide *infra in novissimis addit.* Crescin.

Qualiter teneatur jurare fidelitatem Papæ in consecratione, idem Tusch. *litt. E. concl.* 303. *per tot.*

Multa de consecratione Episcoporum, vide per Dian. *part.* 12. *tract.* 1. *per tot.* ubi facit 125. resolutiones notabiles de hac materia, Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccles. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 9. *cap.* 7. *&* 8. *per tot. fol.* 275. *& seqq.* Barbos. *de Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 9. *& insuper in cap.* 15. *à n.* 1. *de Elect.* Fagnan. *loc. cit.* & *infra in novissimis addit.* Crescin.

Episcopus coram quo petitur absolutio à juramen- 45
to, efficitur judex totius causæ, sicut etiam quando coram eo disputatur de causa matrimoniali, cognoscit etiam de dote, quia judex causæ præparantis efficitur judex causæ præparatæ, *l. ordinarii*, *C. de rei vendic.* ubi Bald. & Castr. Addit. ad Afflict. *decis.* 30.

Contrarium tamen passim servari dixi, & probavi *in §. Judex n....*

Quando autem, & quomodo possit, vel debeat Episcopus concedere absolutionem à juramento, & alia de hujusmodi absolutione, vide *in §. Absolutio.*

Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularium, dici- 46
tur esse loco Abbatis, & Monachi loco Canonicorum, unde tunc in illos habet omnimodam jurisdictionem, & potest eosdem punire, exceptis iis, quæ concernunt instituta regularia, Gratian. *discept. for. cap.* 270. *per tot. adde supra n.* 3. *vers. Quod imò.*

latè

latè Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* qui citat Leaan. tenentem contra Gratian.

47 Episcopus quando possit cogere Archidiaconum, vel alios Clericos ad suscipiendum curam animarum, vel etiam laicos ad suscipiendum ordines pro administrandis Sacramentis, Gratian. *discept. for. c.* 865. *per tot.*

Item quando possit supprimere, vel diminuare numerum Canonicatuum, vel aliorum beneficiorum ex causa, cui applicare idem Gratian. *c.* 819. *per tot.*

Quòd possit ex causa unire duas Ecclesias, vel dividere, seu permutare unam cum altera, & tem unius in aliam transferre, ac fructus unius fabricæ alteri applicare, & similia facere circa mutationem Status Ecclesiarum, idem Gratian. *cap.* 473. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 408. *& seqq. fol.* 186 vide *in §. Unionn...* Tusch. *litt. E. concl.* 265. *& seqq. ad* 274.

48 Episcopus potest pro servitio suo tenere duos Canonicos absentes, qui nihilominus percipiant fructus suarum Præbendarum, quod etiam facere potest cum particulari dispensatione in aliis Clericis inferioribus portionariis, dummodo concurrat utilitas Ecclesiæ, vel necessitas ipsius Episcopi, aliàs secus, per text. *in capite de cætero, & in cap. ad audientiam de Cler. non resid.* ubi Abb. & alii, Rot. *part.* 2. *diverſ. decis.* 222. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 40. *n.* 168. *& seqq. fol.* 348. vide in §. *Absentia num.... & §. Vicarius num...* Paul. Christ. *dec. Bel.* 205. *in fine vol.* 1. ubi propterea quod ex hac causa nullum possunt ab Episcopo prætendere salarium. Fagnan. *in cap. de cætero num.* 12. *de cler. non resid.*

Centum septuaginta, & unum casus, in quibus potest Episcopus dispensare Clericum ab obligatione residendi in suo beneficio, vide per Jo: Selvam *in tract. de benef. part.* 4. *quæst.* 7. *per tot.* & aliquos recenset Pac. Jordan. *dict. lib.* 10. *tit.* 40. *per tot.*

49 Episcopus cùm sit proprio consensu devictus suæ Ecclesiæ, cum qua arctissimum matrimonium contraxisse dicitur, non potest illa relicta religionem regularem ingredi nisi magna ex causa à Summo Pontifice dispensetur, & eadem ratione non potest ad aliam Cathedralem se transferre, nec sedem mutare, nisi ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ arbitrio Pontificis æstimanda, *cap. nisi cùm pridem de renunc. cap. quanto, & c. inter incorporalia de translat. Episcop.* D. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *artic.* 4. *qu.* 289. *art.* 7. Menoch. *de arbitr. caſ.* 423. *per tot.* Rebuff. *prax. benef. part.* 1. *tit. de translat. Episcop. &c. per tot.* latè Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *Prælud.* 8. *per tot. fol.* 29. ubi an liceat Episcopatum dimittere, facit quòd dixi *in §. Clericus n.* 21. 28. §. *Monachus num...* Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 11. *per tot. fol.* 299. *& seqq.* ubi plura de translatione Episcopi ab una Ecclesia ad aliam, & *tit.* 12. *cap.* 3. *per tot. fol.* 329. ubi de renunciatione, & ejus causis, vide de Luc. *Miscell. disc.* 51. *per tot. de ingressu in religionem.* Suar. *tract.* 7. *de Religion. lib.* 1. *cap.* 17.

Qualiter Episcopus non residens, & aliis casibus interdictus sit ab ingressu Ecclesiæ, & quid importet dicta pœna, Dian. *part.* 10. *tractat.* 13. *resol.* 2. *per tot.* vide *infra num.* Plura de hac materia tradit Fagnan. *sup. Decretal. in Indic. gener. verb. Episcopus quoad residentiam.*

Qualiter possit Episcopus ex causa dispensari à Papa ab obligatione residendi; licet residantia sit de jure divino, & an absens sine dispensatione ultra tempus permissum à Concilio Tridentino, videlicet trium mensium, per octo, vel plures dies peccet mortaliter, & alia latè Dian. *part.* 10. *tract.* 14. *resol.* 66. *&* 67. *per tot.* Thom. de Rosa *tractat. de resident. Episcop. cap.* 2. *per tot. fol. mihi* 71. *&c.* ubi latè disputat an residentia Episcoporum sit de jure divino, & alia plura ad rem. Causas autem, ob quas potest Episcopus per Papam dispensari à residentia, nempè Christianam charitatem, urgentem necessitatem, debitam obedientiam, ac evidentem Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitatem, & alias sub istis contentas, latè, ac doctè explicat idem de Rosa *d. tract. cap.* 3. *per tot.* ubi etiam *sect.* 5. de causis excusantibus Cardinales à Residentia in Ecclesiis Collegio unitis &c.

De matrimonio spirituali Episcopi cum Ecclesia sua, ac de translatione ex una ad aliam Ecclesiam, plenè Gab. Vasqu. *in S. Thom.* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 241. *per tot. fol.* 570. *&c.* De hoc conjugio Emerix jun. *decis.* 1057. *n.* 14. *&* 15.

Episcopus, vel ejus Vicarius potest ad instantiam 50
cujusque petentis concedere litteras monitorias generales contra detinentes res ipsius instantis ut nisi restituant intra certum tempus sint excomunicati, Diaz. *reg.* 243. *per tot.* ubi septem modis limitat, vide *in §. Monitoria n.* Pellegrin. *in Prax Vicar. part.* 1. *sect.* 1. *subsect.* 2. *n.* 9. *pag. mihi* 9.

Episcopo an, & quando debeatur quarta de lega- 51
tis Ecclesiæ relictis, & à quo sit solvenda, dixi *in §. Quarta num...* Covar. *in cap.* 14. *de testam.* & Ricc. *collect.* 2973. *par.* 7.

Qualiter Episcopi, & alii Ecclesiastici beneficiati teneantur quicquid illis superest elargiri pauperibus, vel in aliis pietatis operibus, & licèt sit durus sermo, tamen verus, latè Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 214. vide *in §. Clerici n.* 40. *infra n.* 55.

Episcopus, & ejus Vicarius potest esse judex in 52
Causa Mensæ Episcopalis, sicut & in aliis causis suæ Ecclesiæ, nisi tamen recusetur ut suspectus, quo casu quomodo procedere valeat ad electionem arbitrorum juris, coram quibus cognoscatur causa suspicionis, vel causa principalis, sive causam alteri delegare: quid de jure civili, & quid de jure canonico tam in judice ordinario, quàm delegato recusato, & alia plura ad hanc materiam, vide per Sperel. *dec.* 93. *per tot.* ubi notantur Antonin. *var. res. cap.* 48. *nu.* 8. *lib.* 1. & Beller. *Disquis. Cler. tit. de exempt. Cler. à stat. sæcular.* §. 1. *nu.* 36. dixi *in §. Judex n.* 19. Tosch. *litt. E. conclus.* 2?7. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *c.* 7. *n.* 38. *&c.* ubi qualiter possit esse judex in causa suæ Ecclesiæ, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 36. *n.* 13. *& seqq.* ubi quòd est judex competens in causis Mensæ Episcopalis, & legitimè procedit antequam fuerit recusatus, Bich. *decis.* 322. *nu.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 47. ubi quando secùs, *& decis.* 121. *in eadem causa*, Carol. Marant. *contr. par.* 4. *respons.* 54. *per tot.* Tondut. *de Prævent. par.* 2. *tit.* 2. *n.* 32. *& seqq.* Fagnan. *in cap. nosti a n.* 6. *cum seqq. de Electi.*

An autem possit Episcopus testificari pro sua Ecclesia, Farinac. *quæst.* 69. *Illat.* 18. *n...* Novar. *de privil. miser. person. privil.* 50. *nu.* 6. Vide Fagnan. *loc. cit. n.* 19.

Qualiter Episcopus, vel Archiepiscopus, sive alii Prælati possint cognoscere de omnia injuria ipsis, vel eorum familiæ illata, vide *c.* 1. *de pœnis in* 6. ubi glos. intelligit, si injuria tangat Ecclesiam, vel publicam utilitatem; secus autem si tangat ipsum Prælatum tantùm, Philip. Franch. *in d. cap. nu.* 4. dicit quòd si delictum est notorium, vel circa officium, vel per unum de suis commissum, possint, secùs si per alium, idem concludunt Gemin. & Jo. And. *ibid.* quando injuria tangit officium, vel Ecclesiam faciunt dicta *in §. Judex n.* 10. ubi plures allegavi, si injuria sit ratione officii, & judex offensus prævenerit, alias secus facit Thom. Trivis. *dec.* 10. *a.* 35. *per tot.* de quibus Emin. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 47. *n.* 7. Vide Emerix jun. *decis.* 960. *n.* 18.

Episcopus de jure est exequutor, & dispensator 53
omnium legatorum pauperibus factorum per suos subditos, ita ut possit ipse quibus velit distribuere quando sunt facta pauperibus in genere, ut latè explicat Tusch. *litt. E. conclus.* 293. *per tot.* vide *in §. Legatum. n.* 11. *&c.* Dian. *part.* 8. *tractat* 5. *resol.* 41. Emerix jun. *decis.* 430. *n.* 3. *decis.* 1326. *n.* 5.

Quòd Episcopus possit exequi legata pia etiam contra laicos tertios possessores, Gratian. *discept. for. c.* 62. *n.* 27. Ciarlin. *controv. for. cap.* 28. *num.* 25. *etc.* Dian. *part.* 4. *tractat.* 1. *resol.* 23. Ricc. *collect.* 4095. 1280. Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccles. part.* 1. *cap.* 10. *dub.* 6. *sect.* 7. *nu.* 5. *etc. fol.* 467.

Quòd tamquam Sedis Apostolicæ delegatus sit exequutor omnium piarum dispositionum tam in ultima voluntate, quàm inter vivos, Concil. Trid. *sess.*

22.

22. *cap.* 8. *et cap. tua nobis de test.* ubi latè Covar. etiam si interdixerit testator, Danza *de pugn. DD. tit. de leg. piis*, Sanfelic. *in Praxi sect.* 21. ubi quòd in Regno Neapolitano sunt mixti fori ex conventione cum Sede Apostolica, & quid dispositum sit Florentiæ dixi *in Praxi* §. *Legati*, Tondut. *de prævent. part.* 1. *cap.* 22. *post. n.* 22. ubi quid servetur in Gallia Fagnan. *in cap. nos n.* 1. 9. *et* 10. *de testam.*

An autem transacto anno à jure executoribus testamentariis concesso, Episcopus efficiatur executor, etiam quoad legata profana, saltem per viam præventionis, refert contrarias opiniones Dian. *part. pr. tract.* 2. *resol.* 89. ubi ipse transit cum affirmativa, vide in §. *Executor n.* 8. & dictam opinionem iterum reassumit, & probat idem Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 21. *et latiùs part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 40. *et seqq. per tot.* ubi etiam qualiter, & coram quo judice teneatur rationem reddere, adde Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 1. *cap.* 10. *dub.* 6. *sect.* 7. *fol.* 476. ubi quòd Episcopus, & ejus Vicarius, transacto anno potest exequi legata, etiam profana, & contra tertios possessores, & alia ad rem, Gabr. Vasquez. *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 9. §. 3. *dub.* 2. *et seqq. fol.* 365. Vide De Luc. *de Jurisdict. dis.* 44 *n.* 4.

Item an ex justa causa possit legatum aliquod pium in æquale, aut melius commutare, pugnantes opiniones refert Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 26. ubi ipse affirmativam probat, vide *in* §. *Voluntas nu.* 4. sed negativam postea tenet *part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 63. *per tot.* Vide De Luc. *de Regul. disc.* 75. *num.* 3. *Relat. Cur. disc.* 20. *n.* 8.

54 Episc. non potest statuere, vel publicare edictum, ut Clerici in minoribus constituti debeant assumere sacros ordines sub pœna privationis habitus, ut fuit declaratum à Sacra Congregatione 14. Decembris 1630. sicuti refert Dian. *par.* 4. *tract. pr. resolut.* 10. *in fine*, vide suprà *num.* 33.

55 Episcopi, vel aliæ personæ Ecclesiasticæ an possint donare ad usus profanos, sive sint sæculares, sive Regulares, & an accipientes ab eis peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resolut.* 132. 133. & 134. ac alios sæpè, ut dixi *in* §. *Clerici num.* 40. & §. *Divitiæ n.* 4. *suprà n.* 51.

Qualiter teneantur relinquere Ecclesiæ ornamenta Pontificalia, & quæ, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 259. dixi *in* §. *Spolium num.* 8.

An Episcopi teneantur erogare in usus pios omne id, quod illis superest ex congrua, & decenti sustentatione, Dian. *par.* 8. *tract.* 7. *resol.* 12. ubi quod sic, vel ad minus quartam partem reddituum, sive medietatem superflui, vide *in* §. *Clerici n.* 40. & §. *Divitiæ num.* 4. De Luc. *de Regal. disc.* 46. *n.* 3.

Quo ordine servato debeant superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia, & an ab ista obligatione dispensari possint à Pontifice, vel consuetudine, si non licitè saltem validè, latè Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *resol.* 3.. & 36. *per tot.*

An licentia obtenta à Papa expiret per ejus obitum, & alia de hujusmodi licentia, Ricc. *collect.* 1711. & 3514.

Quòd imò Prælati etiam Regulares possint de jure in vita disponere de fructibus beneficii dotando consanguineas, maximè pauperes, & erga eas benemeritas, etiam emendo bona, & postea illa pro dictis dotibus assignando, & tantò magis si fiat ex parsimonia, latè probat Ludovis. *decis.* 401. *per tot.* Latè Portugal. *de Donat. præf.* 2. §. 7. *à num.* 83.

An Episcopi etiam Regulares, aliique Clerici possint donare inter vivos, vel causa mortis, & testari de bonis quæsitis ex fructibus suorum beneficiorum, vel ab intestato transmittere ad eorum hæredes, sicut alia bona profana, Covar. *in cap. cum in officio de testam. n.* 9. Navar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 129. Valasc. *Consult.* 163. *num.* 11. Gabriel. Pereyra *decis.* 95. *nu.* 20. & *seqq.* Granim. *decis.* 323. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. Oliva *de for. Eccles.* 2. *part. quæst.* 31. Cresp. de Valdaur. *observ.* 31. Gabriel. Pereyr. *de man. Reg.* 2. *part. cap.* 16. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 10. aliique plures laudati per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud.* 2. §. 7. *num.* 78. & *seqq.* ubi quòd de jure neque Episcopi, neque Clerici possunt disponere, neque testari de bonis quæsitis ex redditibus beneficiorum. At de consuetudine generali totius Hispaniæ id omne permissum esse Clericis, remanente prohibitione quoad Episcopos, & Prælatos superiores, qui per testamentum, vel aliam ultimam voluntatem non possunt disponere, sed hujusmodi bona ex redditibus Ecclesiæ quæsita debent Ecclesiæ reservari, juxta *text. in cap. præsenti ubi glos. verb. reservari de offic. ordin. in* 6. nisi dispensationem testandi obtinuerint à Summo Pontifice; possunt tamen etiam isti disponere ad libitum de bonis patrimonialibus, vel de quæsitis ante Episcopatum, vel postea ex eorum industria, & etiam de quæsitis ex redditibus Ecclesiæ, si non testari, si tamen inter vivos donare non prohibentur, etiam in usus profanos, & non modicè, maximè dum prospera utuntur valetudine, quicquid valdè dubitari possit dum ægrotant, licèt etiam ægrotantibus permissum esse inter vivos ut supra donare, verius reputetur per Portugal. & alios supra citatos, ex multis rationibus, & auctoritatibus per eos videndos relatis, facit quod dixi *in* §. *Spolium n. pr.* & *n.* 8. P. Mendo *de Ordin. Milit. Disquisit.* 9. *nu.* 59. Et an indultum testandi concessum Episcopis regularibus debeat continere mentionem regularitatis, De Luc. *de testam. disc.* 9. *sub num.* 7. & *disc.* 24. *per tot. in summ. nu.* 78. *Miscell. disc. pr. n.* 121. *de Testam. disc.* 77. *de Renunc. disc.* 17. *n.* 11. *ad Concil. disc.* 4. *n.* 10.

56 Episcopi qualiter possint imponere pœnas pecuniarias, non tamen sibi illas applicare, sed piis locis, ac idem esse in Inquisitoribus Sancti Officii, in Capitulo Sede vacante, & Vicariis, latè Dian. *part.* 10. *tract.* 8. *per tot. suprà num.* 40. Conciol. *resol. crim. verb. Episcopus resol. pr. per tot.* ubi etiam quòd si habet fiscum, potest confiscare bona clericorum, ac etiam laicorum in delictis mixti fori, quo casu tamen si agatur de tota, vel quota bonorum applicantur fisco Principis sæcularis, & potest facere gratias, & alia ad rem, vide *in* §. *Confiscatio n.* 6. *in Addit.*

57 Episcopi hodie non possunt impedimenta matrimonii constituere, quia hujusmodi potestas est Summo Pontifici reservata, nec ideò etiam interdicere Parocho, ne assistat alicui matrimonio, ut latè probat, Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 23. *per tot.*

58 Episcopus qualiter possit cogere Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, vel alia officia Ecclesiastica obtinentes, sicut etiam Regulares, ut accedant ad publicas processiones, Ricc. *collect.* 4044. & 4050. latè Frances *var. resolut. cap.* 37. *per tot.* ubi plura de potestate Episcopi indicendi processiones extra Ecclesiam Cathedralem pro libito voluntatis, &c. Sed vide Thom. del Bene *de Immunit. Eccl. part. pr. cap.* 14. *dubit.* 3. *per tot. fol.* 546. ubi quoad Regulares contrarium probat, & alia ad rem, De quo etiam Lezan. *quæst. regul. tom.* 2. *verb. processio n.* 2.

59 Episcopus si habeat universalem curam animarum penes se potest tunc ipse deputare Curatos ad nutum suum amovibiles, & qualiter dicatur in quasi possessione sic deputandi, & emovendi dictos Curatos ad libitum suæ voluntatis, etiam sine causa, latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 116. *per tot. suprà num.* 12.

Et Capellanus amovibilis, licèt durante tempore suæ deputationis conservari debeat in suo statu, attamen quia verè non possidet, manutentionem prætendere non potest, Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 133. *per tot.*

60 Episcopi nullam habeant jurisdictionem in Accademiis publicis auctoritate Pontificali, vel Regia erectis, nec in functionibus accademicis, nec in rebus ad Accademiam spectantibus, nisi ex privilegio, consuetudine, vel alio jure eam sibi competere probent; ac ideò non possunt prohibere disputationes accademicas, sed inhibitiones hujusmodi sperni possunt, quid si disputationes sint in materia fidei, & alia, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 109. *per tot.* Azor. *Instit. moral. lib.* 8. *cap.* 26. *q.* 1. & alii à Rota citati, eadem Rot. *dict. part.* 11. *decis.* 184. *nu.* 13. & *seqq. per tot.* vide *in* §. *Prohibitio num.* 24. & §. *Laicus n.* 11.

Plura de Accademiis, & Universitatibus, ut illarum erectio, & gubernium ad solum Principem spectet, ac ad Summum Pontificem in terris suis, vel etiam aliorum Principum ubi immineret periculum fidei,

fidei, & Religionis ex defectu studiorum, & alia, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 22. *per tot.* ubi etiam tradit, quòd licèt Accademia sit à Summo Pontifice approbata, non ob id efficitur Ecclesiastica, & novissimè vide P. Brancaccin. *in tract. de jur. Doctorat. lib. pr. cap.* 4. *per tot.* Mendo *de Jur. Accad. lib. pr. num.* 232. *& seqq. fol.* 50. Et quod erectio Accademiarum sit de Regal. De Luc. *de Regal. in Summ. num.* 144.

61 Episcopus manens in quocumque loco suæ Diœcesis intelligitur residere in Cathedrali suæ Ecclesiæ, & in ea domicilium habere, & ideò sicuti si esset inops, & pauper, eo defuncto teneretur Ecclesia Cathedralis ad expensas funerarias, ita si sit dives debetur eidem Ecclesiæ suæ Cathedrali, vel ejus Capitulo portio solita funeralium, & non Curato, in cujus Parochia decessit, & Sacramenta recepit, ut post plura ab Ordinario Venetiarum sententiatum, & in Palatio Apostolico confirmatum, refert Thom. Trivis. *decis.* 18. *per tot.* faciunt quæ dixi *in §. Quartu*, *in §. Sepultura*, *& §. Expensæ num.* 19.

Ex quibus autem colligatur animus residendi, vel non in Episcopo, latè Ludovis. cum Beltram. *decis.* 563. *&* 239. *suprà num.* 8. *in fine.*

62 Episcopus, vel alius Prælatus maximè Regularis emens aliquam rem, illam acquirit Ecclesiæ, etiamsi pro se stipuletur, nisi contrarium appareat de sua voluntate, & qualiter, Ludovis. *decis.* 401. *num.* 9. *& seqq. & decis.* 476. *per tot. in eadem causa*, ubi fuit confirmata prima decisio; & constare de contraria voluntate ex eo, quòd stipulatus fuerit uti persona laica, & privata, & ex aliis in utraque decisione deductis, facit Vivi. *com. opin.* 252. & quod dixi *in §. Emptio n.* 36. Noguerol. *allegat.* 26. ubi latè quòd Episcopus Regularis quærit Ecclesiæ dominium rerum emptarum, & de illis non potest disponere in Ecclesiæ præjudicium, & pluribus oppositionibus satisfacit.

63 Episcopus habet de jure fundatam intentionem super quarta decimali, imò coæquale jus cum Parochis suæ Diœcesis ratione dictæ quartæ, quam tamen non potest immediatè exigere à Laicis, sed exigere debet à Parochis, & contra Ecclesias percipientes decimas, ut ab illis quartam exactarum consequatur, *cap. Conquerente de off. ordin. cap. de quartu de præscript. cap Cum olim de cens.* Rebuff. *tract. de decim. quæst.* 7. cum aliis per Ludovis. & Beltramin. *dec.* 519. *per tot.* vide *in §. Decimæ*, De Luc. *de Decim. disc.* 17. *num.* 3. *&* 5. *disc.* 18. *num.* 6. *& disc.* 8. *n.* 9. *& disc.* 9. *n.* 3. *&* 5.

Quòd Episcopus super jure decimandi nullum habeat interesse ex propria persona, cum decimæ spectent ad Parochos ratione curæ, quæ penes eos formaliter residet, & Episcopus quartam sibi de jure debitam ab ipsis Parochis exigat, Bich. *decis.* 8. *n.* 12. *& seqq.* ubi etiam quòd non potest comparere uti defensor Ecclesiarum suæ Diœcesis, quando lis non agitur cum Laicis, sed cum alia Ecclesia, vide De Luc. *cit. disc.* 17. *n.* 4.

Ubi tamen Parochiæ non sunt distinctæ, qualiter Episcopus dicatur universalis Parochus, & ad eum spectent decimæ, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 661. *num* 7. *&c.*

64 Episcopus non potest occupare bona beneficii vacantis, & sibi applicare fructus sine causa, & licentia Papæ, aliàs dicitur in dolo, sed sequuta vacatione potest tantùm providere de Œconomo, qui percipiat, custodiat, & servet fructus successori in dicto beneficio, & talis Œconomus deputatus non dicitur possessor, sed tantùm custos cujus officium expirat statim facta provisione Rectoris, cui non potest possessionem impedire, ut benè probat Bich. *decis.* 318. *per tot.*

Item habet dictam facultatem deputandi Œconomum pendente lite inter provisos de beneficio, præcipuè si talis deputatio non noceat colligitantibus, & faveat Ecclesiæ, cujus interest, ut fructus sint uberes, & divinus cultus augeatur, Bich. *decis.* 376. & habetur *inter recent. part.* 10. *decis.* 286.

65 Episcopus qualiter possit ex causa necessitatis beneficia simplicia in Curata, & Parochialia erigere, vel præbendis canonicalibus annectere onus coadiuvandi Archipresbyterum in cura animarum, quando solus non sufficit, Rebuff. *in prax. benefic. part.* 1. *tit. de erect. in Curat. & Paroch. nu.* 1. *& seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 30. *quæst.* 25. *& lib.* 6. *cap.* 30. *quæst.* 31. *&* 4. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 68. *num.* 9. & cum aliis per Bich. *decis.* 409. vide *in §. Unio*, *& §. Ecclesia num.* 5. Et an possit pro augendis Ecclesiis fructus separare à Collegio Canonicorum, Jul. Capon. *tom.* 3. *disput.* 158.

66 Episcopus qualiter habeat de jure fundatam intentionem castigandi Monachos Regulares judicialiter procedendo, etiam per inquisitionem, & privativè quoad Abbatem, & Priorem: quando delinquunt contra Regulam correctio spectat ad Abbatem, & Priorem, vel etiam ad Episcopum si delicta duplicem contineant deformitatem, ut furtum, adulterium, & similia, quæ non modò Regulæ repugnant, sed etiam communem conversationem offendunt, nam tunc Abbas, vel Prior extrajudicialiter corrigit secundùm Constitutiones Regulæ, Episcopus verò judicialiter secundùm dispositionem juris communis, Rot. *in Cæsaraugustana exemptionis Lunæ* 28. *Martii* 1588. *in recollect.* per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 17. *& decis.* 20. *per tot.* alios allegavi *in §. Monachus nu.* 9. vide Thom. del Bene *tract. de Immunit. part. pr. cap.* 14. *per tot. fol.* 543. *&c.* ubi plura de potestate Episcopi in Regulares exemptos, Michael Ferro Manriq. *quæst. Vicar.* 110. *per tot. part.* 2. ubi an Episcopus possit carcerare Regularem notoriè delinquentem. Vide Fagnan. *sup. Decretal. verb. Episcopus quoad jurisdictionem in regulares, & exemptos.*

Quòd Episcopus in Ecclesia Cathedrali Regulari sit loco Abbatis Monachorum, & tunc ad illum spectet omnimoda jurisdictio in Monachos, cum non adsit alius cum quo possit dari jurisdictio cumulativè, Abb. Hostiens. & alii *in cap. causam quæst. pr. de judic.* Rot. per Farinac. *dict. part. pr. tom. pr. decis.* 125. *per tot.*

67 Episcopus an, & quando teneatur servare statuta laicalia in casibus coram eo agitatis, vide Doctores citatos *in §. Statutum circa generalia num.* 12. *vers. Quòd statuta.*

68 Episcopus Regularis an possit revocare renunciationem legitimæ, vel aliorum suorum jurium factam ante professionem in Religione, & legitimam, aliaque sua jura renuntiata vindicare, dixi *in §. Monachus num.* 16.

69 Episcopus qualiter debeat habere congruam sustentationem super fructibus suæ Ecclesiæ, non obstante præjudicio pensionariorum, etiamsi habeat aliundè, nisi tamen pensionibus consenserit, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 351. *per tot.* & alia ad rem dixi *in §. Pensio num.* 5. & Rot. *d. part.* 18. *decis.* 389. *in eadem causa.*

70 Episcopi non residentes in eorum Ecclesiis, variis afficiuntur pœnis à Sacris Canonibus, & Pontificiis Constitutionibus, & præcipuè, ut non faciant fructus suos, sed illis intelligantur privati absque ulla declaratione juxta Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* priventur facultate testandi aliàs obtenta, sint interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & crescente contumacia priventur etiam, sive deponantur ab Ecclesia, nec gaudeant alternativa in collatione beneficiorum ad illos aliciendos ad residentiam concessa, & quod gravius est, imò extremum terribilium destinantur ad ignem æternum non residentes, vel malè residentes, nisi resipiscant, & pro viribus satisfaciant dum tempus habent; sicut è contra residentes, & muneri suo benè re, operibus, & exemplo respondentes, non solùm prædictas, & alias evitant pœnas, sed æternis replentur benedictionibus, ac in exitu ab hac vita digni erunt audire illud encomium, Euge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui, (quod illis, & mihi indigno famulo suo ex infinita ejus Bonitate largiri dignetur Ipse Omnipotens, & Misericors Deus) ut omnia doctè, & devotè exornat Episcopus Thom. de Rosa in ejus novissimo, & elegantissimo *tract. de resid. Episc. cap. ult. per tot. fol.* 326. *& seqq.* & vide *supra nu.* 49. *&c.* Latè Fagnan. *in c. ex parte, et in c. qualiter. de Cleric. non resid.* & latius *in Indic. verb. Episcopus*

quoad

quoad residentinm De Luc. pariter *in Indice verb. Episcopus quoad residentiam*.

71 Alia plura de Episcopis, eorum dignitate, officio, & juribus indicant mulros ad saturitatem allegando, Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Episcopatus, Episcopus*, & à Com. August. Fontan. *in Bibliotb. leg. part. 4. eod. verb. fol. 512. &c.* Card. De Luc. *in Indice generali verb. Episcopus.* Fagnan. *sup. Decretal. in Indic. verb. Episcop.* Pignatell. *consult. cnnonic.* Piton. Emerix. Ansald. Caprar. Mans. Palm. Bertachin. & alii moderni.

72 Episcopi non legitimè consecrati, vel consecrationem ultra tempus differentes, vel se in aliena Diœcesi sine licentia ingerentes, sive *in* loco exempto, vel *nullius* Diœcesis, quas pœnas incurram, & alia de Episcopis, Carol. Ant. Thesaut. *de pœn. Eccl. part. 2. verb. Episcopus fol. 152. &c.* Vide Fagnan. *in cap. ex illo n. 13. de Transint. Episcop.*

73 Non residentes, quas pœnas incurrant, sicut & Coepiscopi illos non denunciantes, & alia plura de non residentia tam Episcoporum, quàm Parochorum, Canonicorum, & hujusmodi ad residenriam obligatorum, idem Carol. Anton. Thesaur. *dict. tract. part. 2. verb. Residentia fol. 301. & seqq.*

74 Episcopi, *an* possint dare licentiam celebrandi Missas in privatis domibus, vel privatis Oratoriis, latè Valet. *de differ. utriusque fori, verb. Missa differ. 2. vers. Secundò fallit per tot.* ubi negativè concludit, sed spectare ad Papam post dispositionem Sac. Conc. Trid. quicquid antea esset illis permissum, & alia ad rem.

75 Multa de Episcopis, Archiepiscopis, & illorum auctoritate, atque jurisdictone, vide per Ventrigl. *tract. de jurisd. Archiepisc. per tot.*

76 Petrus suit primus Episcopus a Christo institutus. Fagnan. *in cap. requisivit num. 85. de Ordin. Episc.* Jacobus Frater Domini fuit primus Episcopus ab Apostolis ordinatus. Fagnan. *ibid. num. 18.* & sic dignitas Episcopalis fuit instituta post adventum Christi. Fagnan. *in cap. Episcopalia num. 4. de privileg.* & Episcopi successerunt in locum Apostolorum, Præsbyteri verò in locum Discipulorum. Fagn. *in cap. quanto num. 7. de consuet.* Episcopus potestatem jurisdictionis accipit immediatè a Papa, sed potestatem ordinis immediatè à Deo Fagnan. *in cap. ex parte n. 54. de Cler. non resid.* Et vide *in cap. perniciosam a n. 29. de offic. ordinar.*

Ordo Episcoporum quadripartitus est. Fagnan. *in*
77 *dicto Capitulo requisivit n. 11. de Ordin. ab Episcopo.* Et actus Episcopales sunt in triplici differentia. Fagnan. *in cap. ex parte num. 33. de Cleric. non resid.*, *& in cap. dilectus n. 4. de offic. ordinar.* An Episcopatus sir ordo sacramentalis imprimens characterem Fagnan. *in dict. cap. requisivit n. 8. & seqq.*

Episcopus præsumitur Sanctior quolibet Monacho,
78 vel Abbate Fagnan. *in cap. cum causam num. 21. de elect.* Et status Episcopalis perfectior est, quàm status religionis Fagnan. *in cap. cum pridem num. 7. de renunc.* Et religione debet omnibus præeminere Fagnan. *in cap. causam n. 22. de elect.*

Episcopus *non* præsumitur violare Canonicas san-
79 ctiones. Fagnan. *in cap. accepimus de ætat. & qualitat.*, Quia sunt custodes canonum, & jurant sacras regulas desendere & retinere Fagnan. *in cap. dilectus n. 6. de temp. ordin.*

80 Episcopus solus de jure communi habet jus desferendi annulum. Fagnan. *in cap. quanto num. 6. de translat. Episc.*

Dignitas Episcopalis soluit jus patriæ potestatis,
81 tam de jure civili, quàm Canonico, Fagnan. *in cap. indecorum n. 18. de ætat. & qualit.*

Civitates majores, dumtaxat privilegio Episcopa-
82 tus sunt honorandæ. Fagnan. *in cap. Episcopalia n. 2. 6. 23. 24. de privil.*, Episcopi non in castellis, & modicis Civitatibus debent constitui *ibid. num. 8.* Episcopus potest esse sine Civitate. *ibid. num. 12.* Princeps potest facere Civitatem, & tamen non potest facere Episcopum, nec Sedem Episcopalem creare. *ibid. num. 13.*, & Civitas potest esse sine Episcopo Gart. *cons. 28. a n. 106.*

Episcopi duo ex magna causa possunt constitui in uno Episcopatu Fagnan. *in cap. si Episcopus num. 2.* 83
de Paroch.

Episcopalis consecrationis fundamentum est sacerdotium, sine quo nihil recipitur Fagnan. *in cap. requisivit n. 15. de ordin. ab Episc.* sed contra *nu. 79.* 84 Declara tamen, ut *n. 81.* Et plura de consectatione Episcopi vide eumdem Fagnan. *verb. Episcopus quoad consecrationem*, Et vide infra.

Appellatione Episcopi venit etiam nondum consecratus in materia proportionabili tam confirmato, 85
quam consecrato Fagnan. *in cap. quod nonnullis nu. 23. de privil.*

Appellatione Episcopi in materia exorbitante non venit non consecratus, etiam si ageretur de exercenda jurisdictione Fagnan. *in cap. illorum num. 31. de sent. excommun.*

An Episcopi consectatio fuerit instituta immediatè 86
a Christo. Fagnan. *in dict. cap. requisivit nu. 17. 68. seqq. & num. 85.*

Episcopus non consecratus ordines conferre non 87
potest. Fagnan. *in cap. quanto n. 26. de consuet.*

Ante consecrationem *non* potest Episcopus exercere ea, quæ sunt ordinis, sed tantum ea, quæ sunt jurisdictionis. Fagnan. *in cap. nullus nu. 5. de Paroch.* Ansa d. *decis. 86. n n. 40.* Emerix. jun. *decis. 1215.* 88

Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem, an possit indulgentiarum litteras dare. Fagnan. *in cap. accedentibus num. 9. de excess. Prælat.* Ansald. *loc. supra cit.* 89

Potestas, quæ confertur Episcopo per consecrationem, est indelebilis, & remanet in Episcopo, etiam excommunicato, deposito, & degradato. Fagnan. *in cap. statuimus num. 7. de supplen. neglig. Prælator.* & semèl consecratus perpetuò retinet nomen consecrationis. Fagnan. *in cap. nisi cum pridem num. 8. de renunciat.* 90

Episcopus solus de jure communi est ordinarius & habet imperium in toto diœcesi Fagnan. *in cap. cum contingat num. 23. de for. comp.*, Et habet imperium merum & mixtum Fagnan. *in cap. ecclesia nu. 31. de Constit. & in cap. perniciosam num. 25. de offic. ordin.* Et potest, ac debet habere familiam armatam immunitate ecclesiastica gaudentem Fagnan. *in dict. cap. Ecclesia num. 45.* 91

Episcopus fundat intentionem de jure communi super jurisdictione universali in omnibus ecclesiis suæ Diœcesis Fagnan. *in cap. olim n. 5. de præscript.*, Et habet jurisdictionem omnimodam de jure communi, & ex S. C. Trid. super omnibus Ecclesiis & subditis suæ Diœcesis Emerix. jun. *decis. 14. n. 1. decis. 220. n. 3. decis. 228 n. 3. decis. 264. n. 4. decis. 395. nu. pr. decis. 396. n. pr.* 92

Et fundat intentionem in tota diœcesi, & in qualibet ipsius parte super exercitio jurisdictionis ordinariæ Fagnan. *in cap. cum Cappella n. 7. de Privil.* Et fundat jus instituendi & destruendi in ecclesiis omnibus suæ Diœcesis Fagnan. *in cap. conquerente num. 19. de off. ordin.*

Quod tamen intellige si jurisdictio sit spiritualis, aliàs secùs Fagnan. *in dict. cap. cum olim num. 6. de præscript.*

Itèm intellige quoad jurisdictionem majorem, cum respectu minoris possit etiam alius Prælatus inferior habere Juris assistentiam Emerix. jun. *decis. 1257. num. 22.*

Et circa hanc materiam vide Tondut. *q. q. benef. cap. 61. libr. pr.* Mantiss. ad De Luc. *libr. 3. decis. 13. vol. 3.*

Episcopalis Jurisdictio quibus constet Fagnan. *in cap. cum olim n. 48. de præscript.* 93

Episcopus potest in sua Diœcesi quidquid potest Papa in universali Ecclesia, & in universo Orbe, exceptis his, quæ Papa sibi reservavit Fagnan. *in cap. perniciosam n. 28. & plurib. seqq. de offic. ord. & in cap. cum dilectus n. 16. de temp. ordin.* Vide supra *n. 2. in fin.* Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. Episcopus.* 94

Statutum excommunicans accedentes ad monasterium monialium exemptarum sine ejus licentia *an* valeat Fagnan. *in cap. quanto n. 3. et seqq. de Privil.* 95

Jura Episcopalia, quæ competunt Episcopo in Ecclesiis suæ Diœcesis, etiam inferiori Prælato subjectis, 96

sunt

sunt decem & octo, quæ per ordinem enumerantur a Fagnan. *in cap. conquerente a n. 11. de offic. ordinar.*

97 Episcopus loci contractus potest absoluere a juramento Donad. *de renunc. tom. pr. cap.* 28. *num.* 128. Bottilier. *de success. ab intest. theor.* 101. *n.* 3. Altim. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *n.* 9. *tom. pr.*

98 Episcopus in actu visitationis quando possit facere decreta absque citationibus partis. Card. De Luc. *ad Concil. disc.* 5. *nu.* 5. *tom.* 14. Thomat. *decis.* 219. *nu.* 8. *& seq.* Bertach. *vot.* 141. *num.* 30.

99 Archiepiscopus potest exercere Jurisdictionem Metropoliticam in omnibus Ecclesiis suffraganeis existentibus in sua provincia. Bertachin. *vot.* 157. *nu. pr.* Archiepiscopus potest visitare Ecclesiam suffraganeam vacantem *vot.* 157. *nu.* 3. *usque ad* 5. Archiepiscopus de jure antiquo valebat visitare omnes Ecclesias suffraganeas *vot.* 157. *num.* 3. Archiepiscopus non potest dissolvere Concilium Provinciale sine consensu Coepiscoporum *vot.* 157. *num.* 6. Archiepiscopus titularis translatus ad Ecclesiam suffraganeam in Concilio Provinciali debet præcedere cæteris Episcopis. *vot.* 157. *num.* 8. Per Archiepiscopum non suppletur negligentia Episcopi, sed per solum Papam Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 18. *n.* 30. *tom. pr.*

100 Episcopus ad intestati Clerici bona vacantia an habeat aliquod jus, & an possit illa dispensare. Rubeus *de Confus. cap.* 3 *num.* 142. *et* 151. Et, an Episcopus dicatur habere fiscum. Fagnan. *in cap. Presbyter num.* 3. *de Pœnis.*

101 Episcopo est permissum numerum monialium augere ob redditus excrescentes. Rocca *cap.* 187. *nu.* 2. 3. Idque etiam si numerus esset determinatus a constitutione, vel statuto cum præfixio intelligi debeat rebus sic stantibus, non autem mutato rerum statu Roc. *ibid. num.* 2., Ita intelligenda Constitutio *Gregorii XIII. incipiens Deo Sacris* Roc. *ibid.* Episcopus potest augere numerum Monialium, ob redditus excrescentes, etiam non consentientibus Monialibus, & irrationabiliter invitis Roc. *cap.* 187. *n.* 3. Nonnulla alia vide apud Fagnan. *sup. Decr. verb. Episcopus quoad moniales.*

102 Episcopus an possit jure ordinario visitare Capellas Sæcularium existentes in Ecclesiis Regularium. Ansald. *dec.* 31. *nu.* 21. 23. 24. Ciarlin. *contr.* 65. *num.* 6. *seqq.* Pignatel. *consult. Canon. tom.* 9. *consult.* 127. *per tot.*

103 Episcopus non potest quem destituere absque legitima causa. Ansald. *dec.* 76. *num.* 5. Rot. *decis.* 31. *nu.* 9. *part.* 15. *recen.*

104 Episcopus non valet privilegium exemptivum decimarum elargiri. Ansald. *dec.* 78. *num.* 37. ubi citat & sequitur Cavaler. *dec.* 343. *n.* 4.

105 Episcopus præsumitur informatus de statu Ecclesiarum & beneficiorum suæ diœcesis. Card. Deluc. *in Miscel. Eccles. disc.* 7. *num.* 16. Rot. *decis.* 30. *n.* 11. *part.* 6. *recen.* Ansald. *decis.* 98. *num.* 19. Emer. jun. *decis.* 97. *n.* 7. Et præsumitur conscius, & informatus de rebus ad suam ecclesiam spectantibus Mantiss. ad De Luc. *libr.* 12. *decis* 10. *n.* 16. *vol.* 3.

106 Episcopus promovendus debet habere ætatem saltem triginta annorum. Ansald. *dec.* 86. *num.* 67., In Galliis tamen vigore concordatorum sufficit ætas viginti septem annorum *ibid. num.* 68. Episcopo autem ex indulgentia Pontificis electo ante legitimam ætatem dari solet administrator, quo interim censetur verus, & proprius Pastor illius Ecclesiæ. *ibid. num.* 75.

107 Episcopi appellatione in materia jurisdictiona veniunt etiam inferiores Prælati similem jurisdictionem habentes. Fagnan. *in cap. tuæ num.* 17. *de Cler. non residen.*

Secus si habeant solum jus conferendi. Fagnan. *ibid. n.* 20.

108 Episcopus ludens cum subdito non ligatur pœna excommunicationis suo statuto contra ludentes imposita. Fagnan. *in cap. cùm pridem nu.* 144. *de pactis.*

109 Episcopus tenetur servare juramentum in his, quæ sunt separabilia à præjudicio Ecclesiæ. Fagnan. *in cap. cum venissent num.* 28. 30. *de instit.*

110 Episcopi Regionum, in quibus Concilium Tridentinum non est receptum, uti non possunt facultate sibi tributa *in cap.* 6. *sess.* 24. Fagnan. *in cap. cum dilectus n.* 25. *de temp. ordin.*

Episcopus suspensus ab ordinibus conferendis non potest absolvere subditum a suspensione. Fagnan. *in cap. vel non est compos. n.* 44. *de temp. Ordin.* 111

Conferens Episcopus Beneficium resignatum contra Bullam Pii V. quas pœnas incurrat, Fagnan. *in c. non sine num.* 52. *de arbitr.* 112

Episcopus, qui ignoranter contulit Parochialem, ob assecutionem alterius dimissam, suo consanguineo, an incidat in pœnas Bullæ Pii V. Fagnan. *ibid. num.* 49. 113

Episcopus, si mandet ubi beneficium conferri, non potest variare, etiam re integra. Fagnan. *in cap. cum olim num.* 5. *de sent. & re judic.* 114

Episcopo ab hostibus capto jurisdictio jure proprio pertinet ad Papam. Fagnan. *in cap quia diversitatem num.* 30. *de concess. præbend.* Episcopo a Paganis vel Schysmaticis capto, non instituitur alius in locum ipsius, sed Capitulum administrat ad tempus. Fagnan. *in cap. per tuas, il primo num.* 13. 21. 33. *de simon.* Episcopus a Paganis, vel Schysmaticis bello captus, non efficitur servus capientium. Fagnan. *sup.* Episcopus ab hostibus expulsus, & in alia Ecclesia intitulatus, cessante hostilitate restituendus est primæ Ecclesiæ, & qui medio tempore fuit substitutus, debet dimittere. Fagnan. *ibid. num.* 29. Episcopus Civitatis ab hostibus captivatæ, alteri Ecclesiæ est præficiendus Fagnan. *in cap. extirpandæ, §. qui vero num.* 49. *de præben.*, Officium pascendi cui innititur obligatio residentiæ, cessat ovibus defficientibus. *ibid. num.* 50. Episcopus nullum habens titulum verum, nec putativum, non solùm potest, sed etiam debet ex se ipso Episcopatum dimittere. Fagnan. *in cap. nisi cum pridèm num.* 27. *de renunc.*, Episcopus propter persecutionem subditorum, an debeat fugere, & Ecclesiam deserere. *ibid. num.* 72. 115

Episcopi, & alii Superiores, & Minores Prælati exempti possunt sine alia licentia sibi eligere Confessorem. Fagnan. *in cap. ne pro dilatione nu. pr. de pæn. & remiss.* Possunt Episcopi sibi eligere Confessorem, etiamsi exempti non sint. Fagnan. *ibid. num.* 2. An Episcopus hodie possit eligere confessorem sibi non subditum, quia a proprio Ordinario non fuerit approbatus ad præscriptum Concilii Tridentini. *in cap.* 15. *sess.* 23. Fagnan. *ibid. nu.* 5. *seq. usque ad nu.* 31. 62., Eligendo confessorem sibi subditum videtur illum approbare. *ibid. num.* 15. Non decet Episcopum iter agentem Confessorem eligere in singulis diœcesibus; *ibidem num.* 30. De jure communi confiteri debet Archiepiscopo, Archiepiscopus Patriarchæ, Patriarcha Papæ, *ibid. nu.* 34. *seqq.* Possunt eligere sibi confessorem, sed non tenentur eligere Curatum, seu Approbatum ab Ordinario. *ibid. nu.* 62., Episcopus lapsus in aliquod delictum potest etiam in Urbe ad se absolvendum deputare proprium Confessorem ex Concilio Tridentino *cap.* 6. *sess* 24. Fagnan. *in cap. Dilectus num.* 34. *de temp. ordinat.* 116

Episcopi tam præsentes, quàm absentes, an possint pastoralia munia aliis delegare Fagnan. *in c. ex parte nu.* 11. 28 67. *de Cler. non residen.* Potest Episcopus alteri Episcopo ea, quæ sunt ordinis, demandare Fagnan. *in cap. aqua nu.* 14. *de consecr. Eccles.* Non licet Episcopis, nec umquam licuit committere Sacerdoti, ut conferat Chrisma Fagnan. *in cap. quanto n.* 3. *de consuet.* Non potest Episcopus Clericorum causas delegare laico, & Clerico simul, nec Clerico conjugato Fagnan. *in cap. perniciosam nu.* 60. *de offic. ordin.* An possint Episcopi, Archiepiscopi, & Legati causas delegare ultra duas diætas Fagnan. *in cap. nonnulli nu.* 2. *de rescrip.* Extra diœcesim Episcopus causas audire vel delegare non potest *ibid. nu.* 3. Non potest Clericum invitum submittere jurisdictioni alterius Episcopi Fagnan. *in cap. significasti nu.* 19. 30. *de foro compet.* Non potest causam committere extra diœcesim, nisi litigantes consentiant Fagnan. *ibid. nu.* 29 31. 117

Episcopus præficere Parochiali Ecclesiæ non idoneum ætate, moribus, vel doctrina, etiam dispensativè non potest Fagnan. *in cap. cùm te nu.* 8. *de ætat. & qualit.* Nec potest dispensare cum illegitimis, cri- 118

mi-

mînosis, aut corpore vitiatis ad præmissum effectum Fagnan. *in cap. quod à prædecessore n. 96. de schism.*

119 Episcopi de jure communi dispensare possunt cum Parochis, ut ad septenium studiorum causa abesse possint, & interim non teneantur ad Sacerdotium promoveri Fagnan. *in cap. Clericos num. 21. de Cler. non resid.*

120 Dispensant Episcopi cum Simoniacis in præambolis ad ordinem quoad pœnam juris positivi tantum Fagnan. *in cap. cùm pridem num. 89. de pactis.*

121 Nequeunt etiam Episcopi pro una vice, & de patroni consensu dispensare contra legem in fundatione beneficii Fagnan. *in cap. recollentes num. 42. de stat. Monach.*

122 Dispensatus ab Episcopo in materia delicti perpetrati, coram duobus vel tribus testibus, licèt non sit nototium, non est tutus in conscientia, ex Senten. *Sacræ Congreg. Concil.* Fagnen. *in cap. vestra nu. 127. de cohabit. Cler. & Mulier.*

Dispensare potest Episcopus cum occultè excommunicato, qui publicè celebravit Fagnan. *in cap. vestra n. 148. de cohabit. Cler. & Mulier.*

Quæ nobilitas in illis requiratur, & hac occasione plura de nobilitate generis, virtutis, divitiarum, & hujusmodi, ad interpretationem *cap. 3. tit. 2.* dictorum statutorum, latè ipse Ansald. *cons. 138. per num. 435.* & faciunt per me notata *in §. Nobilitas.*

11 Equitis nomen proprium esse eorum, qui ex claro sanguine ortum ducunt, de illorum privilegiis, an possint pro debito civili carcerari, an huic, & aliis privilegiis renuntiare valeant, & alia, Petr. Bellug. *in specul. Princip. Rub. 10. de milit. gravam.* Tiraquel. *de nobilit.* Garzia *eod. tractat.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 3. glos. 3. num. 4. seqq fol. mihi* 30. ubi quid servetur in Cathalonia, & Barcinonæ, alios allegat Com. August. Fontana *Biblioth. legal. part. 4. verb. Equites fol.* 619. & videndus Laurent. Ursel. *concl. 61. per tot.*

12 Quòd Equites, qui ducunt uxorem, ut Sancti Stephani de Florentia, & alii similes non sint religiosi, & succedent in feudis, & Majoratibus, ut laici, & alia, Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. part pr. cap. 30. nu. 116. & seqq.* Roxas *de incompat. libr. 7. cap. 5. n. 102.*

13 De Equitibus diversis, & toto Ordine Equestri, vel militari, plenè P. Mendo *tract. de Ordinibus Militar. per tot.* ubi plurimos Ordines Equestres enumerat (inter quos illum Sancti Stephani apud Florentinos) partim in Hispania, Græcia, Æthyopia, Frisia, Anglia, Germania, Italia, Livonia, & Polonia, Sabaudia, Palestina, Sicilia, Suecia, Gallia, Austria, ac alibi; de illorum Institutione, & qualitate; de privilegiis, foro, & jurisdictione; de informationibus sumendis, ingressu, novitiatu, & professione; de votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ; de Administratore, Prælatis, Capitulis, eorum auctoritate, potestate, & Regio Senatu; de Dignitatibus, & Officialibus; de Monasteriis, & Collegiis; de Commendis, beneficiis, & eorum redditibus; de receptione Sacramentorum cæremoniis, ornatu, victu, & cultu Equitum; de orationibus recitandis; de Monialibus Ordinum Militarium; de bonis decedentium in Ordinibus Militaribus; de funeribus Equitum, & Clericorum fratrum; De praxi Regii Senatus Ordinum, & hujusmodi.

Equites Hierosolymitani ad aliam Commendam promoti qualiter retinere nequeant bona prioris Commendæ, sed bene bona diverso jure quæsita, Rot. *dec. 136. n. 11. & seqq. & dec. 161.* coram Emin. Otthobono relata per Jacob. Balduc. *in observ.* ad Ramon. *cons. 21. n. 2.* 14

De Variis Equitibus tractant Pignatel., & De Luc. *loc. cit.* & Castejon. *Alphab. Juridic. verb. militia à nu. 63.* Mantiss. ad eumdem De Luc. Emerix. Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

Eques Hierosolymitanus jam professus an possit aliquem sibi in filium arrogare; Latè Bertachin. *vot. 177. per tot.* 15

Equites S. Stephani sunt exempti a gabellis Communitatis in bonis commendæ Bertachin. *vot. 92. per tot.* 16

Sed an Equites S. Stephani teneantur solvere gabellas pro bonis propriis, vide Pignatel. *consult. canonic. tom. 5. consult. 46. n. 89.* Bertachin. *vot. 92. a n. 4.*

Equites Lauretani habent facultatem non necessitatem deferendi Crucem, Emerix Junior *dec. 1117. num. 14.* 17

Equites Lauretani Pensiones Ecclesiasticas assequi, & retinere possunt absque eo, quod incedere teneantur in habitu & tonsura, Emerix jun. *d. dec. 1117. n. 13.* & vide *in Indic. verb. milites.* 18

Equites Theutonici habent comunicationem Privilegiorum exemptionis Ecclesiarum, Beneficiorum, & Monasteriorum concessæ Equitibus Hierosolymitanis, Emerix jun. *dec. 811. n. 3.*, *& dec. 843. nu. 2.*, & vide eumdem *in Indice verb. exemptio.* 19

Equites Hierosolymitani Ancianitatem desumunt à die, quo Processus fuit præsentatus in Conventu, seu Consilio Ordinario, Emerix Junior *decis. 833. num. 6.* Rota coram Dunozet. Jun. *decis. 573. num. 10.* 20

Equites Hierosolymitani debitores communis Ærarii sunt incapaces Pensionum super Comendis, & Beneficiis dictæ Religionis, Emerix Junior *decis. 111. in princ.* Amplia etiamsi impetraverint à Magno Magistro dilationem ad solvendum, Emerix Junior. *dec. 221. n. 2.* Incapacitas tamen non consideratur in debito litigioso, Emerix. jun. *d. dec. 211. n. 1. & 4.* Vel in debito ex causa administrationis, de qua nondum fuit redita ratio, Emerix jun. *d. dec. 211. n. 1. & 4.* Et quid in debito in diem, Emerix jun. *ibid. num. 5. & 6.* 21

Equites Hierosolymitani donare possunt bona sua consanguineis vigore Indulti Magni Magistri; Emerix. jun. *dec. 1147. n pr.* 22

Equites Hierosolymitani Feudalia bona non possunt habere in Regno Poloniæ, juxta particulares Constitutiones Regni, Emerix jun. *dec. 1278. nu. 8.*, Declara, id procedere ad effectum retinendi, non autem ad effectum vendendi, & recuperandi pretium, Emerix jun. *ibid. n. 9.* 23

In illorum receptione Capitulum Provinciale nullam habet authoritatem judicandi, sed solùm facultatem deputandi Commissarios pro fabricando processu, illumque fabricatum transmittendi ad Magnum Magistrum, vel ad Consilium ordinarium, Emerix jun. *dec. 833. n. pr.* Et ad Consilium ordinarium cum consensu Magni Magistri spectat probationes approbare vel reprobare, Emerix jun. *d. dec. 833.* 24

833. *nu.* 2. & 3. Et conſilium Provinciale profert ſolum votum conſultivum ſuper relevantia probationum, quod non habet vim ſententiæ, Emerix junior. *d. dec.* 833. *n.* 4. Ad differentiam ſententiarum, quas profert ſuper litibus vertentibus inter Equites jam admiſſos, Emerix jun. *d. dec.* 833. *n.* 7. & 8.

25 Magnus Magiſter non poteſt derogare ſtatutis Religionis à Papa confirmatis, Emerix. jun. *dec.* 211. *num.* 3., Poteſt tamen facere gratias, Emerix jun. *dec.* 211. *n.* 7. Quod tamen intelligitur de gratiis fieri ſolitis, per quas derogatur ordinationibus fieri ſolitis in Capitulo, non autem de illis, quæ ſunt contrariæ ſtatutis prohibentibus ſub ſpecie gratias Magiſtrales, Emerix. jun. *d. dec.* 211. *n.* 7.

26 Equites Hieroſolymitani rejici non poſſunt à Novitiatu, & Profeſſione probata habilitate in ingreſſu ad exercitia Militaria. Emerix jun. *dec.* 142. *nu.* 8. Etiam ſi poſt receptionem impediantur in aliqua parte Corporis. Emerix jun. *d. dec.* 142. *num.* 7. Rot. cor. Coccin. *dec.* 215. *n.* 13. *cum ſeq.*, & cor. Merlin. *dec.* 882. *n.* 19. 20. 21.

27 Equites Hieroſolymitani teſtandi indultum paſſim obtinere ſolent quicumque illud petunt. Emerix jun. *dec.* 1147. *nu.* 6. Hujuſmodi tamen indulta non ſunt odioſa. Emerix junior. *d. dec.* 1147. *n.* 4. Unde licèt reſtricta ad bona ſtabilia comprendunt Cenſus, loca montium, officia vacabilia, Cambia, Nomina debitorum, & ſimilia. Emerix Junior. *d. dec.* 1147. *n.* 3., & *ſeqq.* Non operantur tamen in præjudicium juris tertio quæſiti. Emerix Junior. *deciſ.* 1147. *num.* 9. Deluc. *de jurep. diſc.* 37. *n.* 8. & *de Teſtam. diſc.* 28. *n.* 11. *diſc.* 91. *n.* 2.

28 Equitum Hieroſolymitanorum Eccleſiæ, ac Beneficia ex Bulla Pii IV. eximuntur à juriſdictione Epiſcoporum, & quorumcumque Ordinariorum Caprata *dec.* 30. *n.* 14. *part. pr.*

29 Hujuſmodi tamen exemptio intelligitur ſolum quoad Eccleſias, & Beneficia Regularia, nec extenditur ad Beneficia Sæcularia, & Eccleſias. Caprara. *d. dec.* 30. *n.* 15. *part. pr.* Rot. *dec.* 70. *num.* 26. *ſeqq.* *dec.* 221. 334. 390. 391. *part.* 13. *rec. dec.* 295. coram Priolo.

30 Reſidentia Decennalis in Conventu requiritur ad obtinendas dignitates Ordinis ex Statuto Religionis. Caprara. *dec.* 727. *n.* 3. *part.* 2.

31 Si tamen ex Decreto à Sacra Religione edito, ſcilicet quòd Equites militantes pro Imperatore contra Turcas, haberentur pro reſidentibus in Conventu dicitur per æquipollens ſervitium in dicto bello præſtitum adimpleta. Caprara *ibid. n.* 4.

32 Incapacitas opponi non poteſt, ſi Eques per decretum Sacræ Religionis, & Sententias in Judicatum tranſactas, acquiſivit capacitatem ad omnes dignitates Ordinis. Caprara *dec.* 727 *n.* 10. *part.* 2.

33 Prioratus Sacræ Religionis in concurſu eſt adjudicandus habenti qualitatem & prærogativam Bajulivi Conventualis. Caprara. *dec.* 727. *num.* 2. *part.* 2. Dunozet. ſen. *dec.* 997. *nu. pr.*

34 Sententiis, ab utroque Conſilio Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ prolatis, dum agitur de re, & interpretatione propriorum ſtatutorum maximè concurrentibus aliis Judicatis, eſt deferendum. Caprara. *dec.* 727. *num.* 9. *part.* 2. Rota *dec.* 997. *num.* 2. cor. Dunozet. Jun.

35 Equites Hieroſolymitani non poſſunt diſponere niſi de bonis Patrimonialibus, cum licentia tamen Magni Magiſtri. Palma Nepos. *dec.* 469. *nu. pr. fol.* 294. Mantiſs. ad De Luc. *lib.* 2. *deciſ.* 7. *n.* 2. *deciſ.* 8. *n.* 3. *deciſ.* 9. *et* 10. *vol. pr.* Caprar. *deciſ.* 210. Et tunc diſponunt validè, & hoc caſu Religioni in ejuſdem bonis denegatur immiſſio Baldue. *de legat. tit.* 3. *dec.* 22. *n.* 5., & 6.

36 Eques Hieroſolymitanus poſt emiſſam profeſſionem in Religione dicitur inteſtabilis, Palma Nep. *dec.* 370. *n.* 2. Mantiſſ. ad De Luc. *lib.* 2. *deciſ.* 7. *nu. pr.* & *deciſ.* 8. *n.* 2. *vol. pr.*

37 Et ideo Teſtamentum ante profeſſionem factum non poteſt revocare. Palma Nep. *ibid. n.* 3. Tort. *de pact. futur. ſucceſſ. lib. pr. c.* 12. *n.* 45. *lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 179. Card. Deluc. *de teſtam. diſc.* 35. *n.* 2. Emerix jun. *deciſ.* 1187. *n. pr.*

Limita, quando eis fuit conceſſa licentia teſtandi per Magnum Magiſtrum. Palma nep. *dec.* 370. *n.* 10. & 11. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſ. pr. n.* 17. Mend. *de Ord. milit. diviſ.* 15. *quæſt.* 4. *n.* 54.

Eques Hieroſolymitanus, qui de bonis patrimonialibus diſponere, poteſt, valet etiam teſtamentum per antea factum revocare. Palma nep. *dec.* 370. *n.* 26. Vide Emerix *deciſ.* 1187. *n. pr.*

38 Eques Hieroſolymitanus etiam extra Caſtra teſtamentum condere poteſt jure militari, quia ſemper eſt paratus ad dimicandum pro fide Palma Nep. *dec.* 370. *n.* 23. Card. De Luc. *de teſtam. diſc.* 28. *num.* 10. Vide infra *n* 43.

39 Eques Hieroſolymitanus non poteſt teſtamentum condere abſque licentia Magni Magiſtri. Palm. nep. *dec.* 370. *nu.* 29. Urceol *de tranſac. quæſt.* 11. *nu.* 42. *ſeqq.* Rot. cor. Duran. *dec.* 308. *n.* 8. *per tot.*

40 Equites Hieroſolymitani differunt ab aliis Religioſis Clauſtralibus. Palma Nep. *dec.* 370. *n.* 5. poſt Natt. *conſ.* 508. *n.* 23. 24.

41 Equites Hieroſolymitani non vovent tam ſtrictam paupertatem, cum retineant ex conſuetudine Dominium rerum Patrimonialium. Palma nep. *dec.* 370. *n.* 8. Card. De Luc. *de teſtam. diſc.* 9. *n.* 3. *diſc.* 28. *n.* 11. Caſtrop. *oper. mor. tom.* 3. *tract.* 26. *diſp.* 3. *punt.* 12. *n.* 8. Amoſtaz. *de cauſis piis lib.* 8. *cap.* 13. *n.* 84.

Et teſtari poſſunt de iis, accedente conſenſu Magni Magiſtri. Palma Nep. *ibid. n.* 9. Mantiſſa ad De Luc. *deciſ.* 7. *libr.* 2. *vol. pr. deciſ.* 8. 9. *et* 10., ubi plura de hujuſmodi licentia; vide infra *n.* 46.

42 Equites Sancti Stephani gaudent privilegiis militum, etiamſi habitent domi, cum ſemper ſint parati ad bellum ad nutum Magni Magiſtri. Palma nep. *all.* 400. *n.* 23. & *n.* 88., & *n.* 96. Contra tamen. Palma Nep. *ibidem n.* 89. 90. 91. 97., *et* 98. Card. Deluc. *de juriſd. diſc.* 33. *n.* 1. *ver. tertiam.* Vide ſupra *n.* 39.

43 Equites Sancti Stephani debent incumbere militaribus exercitiis, non autem cambiis. Palm. nep. *all.* 400. *n.* 49. *tom.* 4.

44 Equites Sancti Stephani beneficio deducto gaudent, & de ratione. Deluc. *de credit. diſc.* 118. *n.* 7. 8. Eccleſiaſtici, an ſint. *ibidem nu.* 5. & qualem habitum gerant. *ibid. n.* 7.

45 Eques Hieroſolymitanus quoad paupertatem differt ab aliis religioſis, in iſtis enim profeſſio radicitùs facultatem teſtandi perimit, in illo autem ſolùm operatur quandam extinctionem modificam, quæ per indultum reviviſcit. Mantiſſa ad De Luc. *deciſ.* 9. *libr.* 2. *n.* 2., & *deciſ.* 10. *n.* 5. *libr. eod in vol. pr.* Caſtrop. *oper. mor. tom* 3. *diſp.* 3. *p.* 12. *n.* 8., V. de ſupra *n.* 42.

46 An Equites Hieroſolymitani ſint a decimis exempti, valdè eſt ambiguum Mantiſſa ad De Luc. *deciſ.* 3. *lib.* 3 *num.* 8. *vol. pr.* Rot. cor. Coccin. *dec.* 2221. *num.* 11. 12.

47 Is qui omnibus peractis ad ſuſcipiendum habitum religionis Hieroſolymitanæ jam eſt in itinere, ut Melitam accedat, non gaudet privilegiis militibus, & religioni conceſſis. Mantiſſa ad De Luc. *dec.* 103. *libr.* 10. *nu.* 10. *vol.* 2. Franch. *deciſ.* 449. *num.* 3., ubi Carol. Ant. De Luc. *n.* 2.

48 Equites Hieroſolymitani delinquentes extra conventum à quo puniantur. Altimar. *de nullitat. rub.* 9. *q.* 22. *n.* 18. *tom. pr.* Chok ier. *de conſervat. quæſt.* 102. *nu.* 9. *et* 10. Azor. *inſtit. moral. part. pr. libr.* 3. *cap.* 4 *quæſt.* 3.

49 Equites Hieroſolymitani, Alcantaræ, Calatravæ & S. Jacobi, an poſſint eſſe judices Laicorum, & tenere feuda. Altimar. *de nullit. rub.* 10. *q.* 7. *n.* 57. & *ſeqq tom. pr.* Novat. *in praxi elect. fori tom. pr. ſect.* 2. *q* 69. *n.* 25.

50 Equites Lilii, & Pius, habent annexum prothonotariatum, & familiaritatem Papæ. Deluc. *de benef. diſc.* 3. *n.* 6. ideoque eorum beneficia ſunt reſervata. *ibid. n.* 12.

51 Eques Hieroſolymitanus triremium deſertor committit in religione maximum delictum Deluc. *de benef. diſc.* 68. *n.* 6. ut obtineat dignitates Religionis debet reſidere quinquennio in commendis, & decennio in conventu *ibid. n.* 3., an autem abſens pro ſervitio Religionis dicatur eſſe reſidens, ac præſens. *ibid. n.* 20. benemerentia quoquè attenditur, quæ vin-

eit

cit antianitatem. *ibid. n.* 4., ex quibus antem benemerentia deducator *Idem de benef. disc.* 68. *n.* 5. *disc.* 69. *n.* 8. & 11. 13., & quod non causetur ex munus affectatis *disc.* 69. *nu.* 13., amotus sine causa a commendis, vel prioratibus habet tecursum, & appellationem *de benef. disc.* 97. *num.* 22. Dux triremis, ut possit eligi requiritur etiam residentia decennalis. Deluc. *de benef. disc.* 68. *n.* 11. gratificari potest in dignitatibus per Magnum Magistrum. *ibid. nu.* 9. & quomodo hic se regulare debeat in dignoscendo digniori. *ibid. disc.* 69. *n.* 14.

52 Equestris Religio Constantiniana fundata fuit a Constantino Magno anno Domini 312. Tamburin. *de jure Abba. tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 3. *nu.* 7. Desumpsit autem Cognomen à Constantino Imperatore Tambur. *ibidem*.

53 Equites Constantiniani nuncupantur etiam Milites S. Georgii, & Aurati Ciaccon. *de Cruce cap.* 12. Greller. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 57.

54 Equites Constantiniani si sunt Uxorati non sunt capaces Pensionum super Sæcularibus Beneficiis Ecclesiasticis absque speciali dispensatione Apostolica, vel sine expresso Privilegio Clericat. *de Pensionib. disc.* 12. *n.* 14. *p.* 2. cum ad obtinendas pensionea necessaria sint ista duo Clericatus, & Cælibatus Garaia *de Benefic. part. pr. cap.* 5. *nu.* 121. Pyrhus Corrad. *Dispensat. Apostol. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 23.

55 Equites Constantiniani receperunt Regulam a S. Basilio Magno Tamburin. *de Jure Abba. disp.* 24. *q.* 3. *n.* 7. *tom.* 2.

56 Equites Constantinianæ Religionis per sua Statuta non sunt exclusi a beneficiis Ecclesiasticis, ut legitur in *cap. pr. suorum stabilimentorum ibi Equites Constantiniani, iisdem gratiis, & immunitatibus gaudent quibus Theutonici, & Militentes, & quamvis matrimonia juncti ab Ecclesiasticis Beneficiis non excluduntur*.

57 Equites Lauretani possunt obtinere, & retinere pensiones quamvis in statu laicali viventes, & uxorati pro summa Ducator. 200. *ex Constit.* 16. Sixt. V. de qua addentes ad Burat. *dec.* 791. *n.* 15. Ridolfin. in *prax. Judic. p.* 2. *cap* 9. *n.* 69.

Item Equites Sancti Stephani *ex constit.* 46. Pauli V. pro summa Ducator., 400. Monald. *constit.* 116. *nu.* 2. *lib.* 2.

Sic etiam Equites Pii pro Summa Ducat. 250. Rot. coram Seraph. *decis.* 758.

Et Equites S. S. Mauritii, & Lazari pro Summa Ducatorum 400. *ex constit.* 102. §. 13. Clement. VIII. Tondut. *de pensionibus cap.* 77. *n.* 28. & *seqq.*

§. ERROR. XII.

1 Error regulariter non præsumitur, nisi eo ipso quòd appareat veritas in contrarium, & qualiter probetur, Gratian. *discept. for. cap.* 105. *in princip. cap.* 501. *n.* 3. & 4. & *cap.* 579. *n.* 14. & 15. Urceol. *consult. for. cap.* 47. *num.* 2. & *seqq. per tot.* Tusch. *litt. E. concl.* 318. & 319. *per tot.* Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 127. *n.* 5. & *c. part.* 12. *decis.* 168. *nu.* 15. & *seqq.* ubi de errore in inventario. Et de errore probando ad effectum revocandi confessionem tam in civilibus, quàm in criminalibus, & quòd dentur etiam casus, in quibus absque erroris probatione possit revocari confessio, plenè Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 20. vide *in §. Confessio n.* 46. & *n.* 48. *in Addit.* Caprar. *decis.* 413. *num.* 9. *part.* 1. Ansald. *dec.* 72. *nu.* 33. Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *lib.* 4. *decis.* 9. *n.* 13. & *decis.* 10. a *n.* 8. & *seqq. vol.* 2. & *decis.* 75. *n.* 14. *lib.* 10. *vol.* 3.

Quòd debeat probari indubitatis, & evidentissimis rationibus, Duran. *decis.* 337. *n.* 30. & *seqq. per tot.* ubi multa ad excluderdum errorem, & qualis sit hujusmodi evidentissima probatio, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 349. *n.* 33. Bich. *decis.* 390. ubi quòd debet esse clarus ad excludendum consensum, & ne constitutum operetur. Quòd debet plenè justificari De Luc. *de Pens. disc.* 13. *nu.* 13. Rot. coram Caprar. *decis.* 6 *n.* 9. & coram Emerix jun. *decis.* 1214. *n.* 12.

Quid sit error, & quotuplex, Tusch. *litt. E. conclus.* 315. Et plura de eorrore calculi, & aliis erroribus, Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 152. plura Altimar. *de nullit. ruor.* 1. *quæst.* 9. *per tot. tom.* 3.

Quod error excludatur ex sola possibilitate in contrarium. *gloss. fin. in l. de ætate*, §. *fin. ff. de interrog. act. cum aliis per* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 373. *n.* 2. sequitur Altimar. *loc. cit. n.* 14. Rot. coram Caprar. *dec.* 6. *n.* 11. & coram Ansald. *dec.* 9. *n.* 32.

2 Error quotiescumque apparet, vel falsa causa, facit esse locum rescissioni dominii etiam jam translati, non obstante juramento, promissione evictionis, de numquam contraveniendo, ac quibuscumque aliis renunciationibus generalibus, vel specialibus, Grat. *discept. for. cap.* 324. *per tot. cap.* 487. *num.* 6. & 7. & *cap.* 788. *per tot.* & dixi *in §. Divisiun.* 7. Cabal. *cons. dec.* 38. *lib.* 2. ubi qualiter constare debeat de errore, ut ejus prætextu possit divisio revocari, vel non idem Altimar. *loc. cit. à nu.* 15. Vide Ansald. *de commerc. disc.* 22. & *disc.* 31. *nu.* 25. & 26. Urceol. *de Transact. quæst.* 96. De Angel. *de Confess. libr* 3. *quæst.* 21. *n.* 5. & 6. & *n.* 64.

Operatur etiam error, quòd eo probato annulletur confessio debiti, & possit revocari confessio, delicti, ut dixi *in §. Confessio n.* 26. vide latè, Tusch. *litt. E. conclus.* 327. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 44. *per tot.* Tepat. *var. sent. titul.* 152. *cap.* 10. *per tot.* Francisc. de Angelis *de confess. lib.* 3. *quæst.* 20. *per tot.* ubi adducit etiam plures casus, in quibus absque erroris probatione potest revocari confessio, & *quæst.* 22. ubi cumulat 14. casus, in quibus confessio etiam erronea revocari non potest, de quibus latè Altim. *ubi suprà n.* 22. & *à n.* 62. Cyriac. *contr.* 35. *nu.* 16. & 17. Thomat. *decis* 50. *n.* 438. & 440. Mant. *consult.* 178. *n.* 11.

Quòd stante errore, vel ignorantia clausulæ etiam amplissimæ nihil operentur propter defectum consensus, sine quo nulla dispositio subsistit, sed vitiatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 988. *n.* 6. Barbos. *de Axiomat. jur. axiomat.* 82. *n.* 1. vide *in §. Clausula num.* Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 44. *per tot.* ubi quod error non præjudicat veritati, excludit consensum, & annullat omnem obligationem etiam Cameralem, & alia, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 206. *per tot.* Bich. *dec.* 390. ubi quòd debet esse clarus, & non in jure dubio, ac intricato, adde Urceol. *tract. de transact. quæst.* 96. ubi plura quando transactio per errorem, vel falsam causam inita rescindatur.

Plura quando error in substantia, in persona, vel qualitate annullet contractum, vel non, Petr. de Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 1. *disput.* 3. *sect.* 5. & 6. *per tot. fol.* 63. & *seqq.* Altimar. *dict. quæst.* 9. *sect.* 4. *per tot.*

Error non potest allegari stante clausula, *sponte*, 3
& *ex certa scientia*, & illius vigore nulla datur repetitio, Grat. *discept. for. cap.* 793. *n.* 5. & *n.* 10. vide Glori. *cons.* 1. *n.* 29. *part.* 1.

Si tamen constet de errore dicta clausula *ex certa scientia*, nihil operatur, & non excludit quominùs possit error probari, Genn. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst.* 51. *n.* 45. & *seqq. fol.* 82. *cum aliis supracitatis*. Adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 22. *per tot.* ubi quòd confessio etiam erronea non potest revocari stante dicta clausula, nec post sententiam, à qua non fuit appellatum, nec post transactionem, nec ubi est jus alteri quæsitum, nec post conclusum in causa, nec ubi confessio fuit verisimilis, & adminiculata, & in similibus, vide Rot. *rec. p.* 11. *decis.* 44. Altimar. *d. quæst.* 9. *n.* 30. Vide Palm. *alleg.* 57. *a nu.* 6. Ansald. *de Commerc. disc.* 22. *a n.* 16. Jovi. *de solemn. gloss.* 16. §. 6 *nu.* 75.

Error nominis appellativi quando vitiet dispositio-
nem, vel non, Gratian. *discept. for. cap.* 830. *nu.* 8. 4
& *seqq.* & *cap.* 919. *n.* 5. Tusch. *litt. E. concl.* 324. Rot. *part.* 10. *recentior. decis.* 510. *per tot.* & *decis.* 350. *in eadem causa revisa*, & *confirmata*, Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 35. ubi an, & quatenus vitiet gratiam impetrationis beneficii, Staiban. *observat.* 106. *n.* 24. & 25.

Quòd error nominis non vitiet dispositionem, ubi constat de intentione, sive corpore, etiam si erretur

in

in qualitate extrinſeca, vel demonſtratione, vel in pronomine, ſive cognomine, Barboſ. de Axiomat. ju. axiom. 82. n. 8. Soccin. reg. 158. & 159. per tot. fol. mihi 263. inter reg. diverſ. Ger. Spin. con. 59. per tot. Tuſch. d. concl. 324. per tot. Riec. collect. 1496. Rot. part. 10. recent. dec. 310. per tot. & dec. 350. per tot. & p. 3. dec. 447. nu. 12. Camarell. de legat. fol. 774. n. 4. & 5.

Quòd error nominis defuncti non vitiet impetrationem, & poſſit etiam exprimi per N. ſi aliàs do corpore beneficii conſtet, Rebuff. prax. benef. part. 5. tit. de for. ſignat. verſ. Ludovici fol. 106. Rot. par. 11. recent. dec. 191. n. 3 &c.

Quando error nominis, cognominis, prænominis, & agnominis vitiet inſtitutionem, & legatum, vel non, DD. in §. ſi quis Inſtit. de legat. Rot. part. 15. recentior. dec. 326. Quid in Gratiæ impetratione Altimar. d. sect. 4. n. 54.

5 Error ſive juris, ſive facti etiam in facto proprio non nocet, quando tractatur de damno vitando, Gratian. diſcept. for. cap. 957. nu. 49. Altimar. dict. q. 9. à n. 49. tom. 3. Seiſ. deciſ. 138. n. 16.

Quando error facti excuſet, Tuſch. litt. E. concluſ. 316. idem Altimar. loc. cit. Vide Anſald. de Commerc. diſc. 22. n. 13. Bonden. collect. 36. n. 61. Paulus. differt. 85. n. 47.

Quòd error in facto proprio non poſſit allegari, & non relevet ad lucrum captandum, ſecùs ad damnum vitandum, Barboſ. de Axiomat. jur. axiom. 82. num. 4. vide in §. Ignorantia nu. Tuſch. litt. E. concluſ. 317. & 318. Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 20. nu. 63. & ſeqq. idem Altim. loc. cit.

Quòd error juris dubii æquiparetur errori facti, Rot. p. 2. diverſ. deciſ. 132. n. 7. Beltramin. ad L. duviſ. deciſ. 289. n. 16. Alt mar. ubi ſuprà nu. 25. De Luc. de Uſur. diſc. 12. n. 33. & alibi De Angel. de Confeſſ. libr. 3. quæſt. 20. n. 60.

6 Error juris neminem excuſat, niſi conſtet fuiſſe conſultos peritiores, vel niſi agatur de articulo juris dubio, & perplexo, quia tunc error juris excuſaret, & poſſet bonam fidem inducere, Barboſ. d. Axiom. 82. nu. 5. & 6. Tuſch. litt. E. concluſ. 320. & ſeqq. Bich. deciſ. 390. ubi quòd error debet eſſe clarus, qualis non eſt error juris dubii, & intricati.

An excuſet à dolo, vel pœna, vide in §. Ignorantia n. Tuſch. litt. E. concl. 329.

Quando error expreſſus vitiet in judicialibus, vel non, & in ultimis voluntatibus, Tuſch. litt. E. concluſ. 322. & 323.

An, & quando error juris inducat bonam, vel malam fidem in contrahente non ſervatis ſolemnitatibus, ita ut fructus ſint reſtituendi, vel non latè Sperel. deciſ. 154. n. 64. & ſeqq. ad 79. & num. 115. & 116. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 75. per tot. vol. 1. Thom. Triviſ. dec. 55. nu. 65. & ſeqq. lib. 2. latè Thom. Hurtad. reſol. moral. part. 2. tract. 8. §. 6. fol. 59.

Plura de errore an & quando excuſet, vel obliget in foro conſcientiæ, & ſic de conſcientia erronea, vel errante, Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 8. per tot. fol. mihi 148. Dian. part. 9. tract. 8. reſol. 47. 48. & 49. latè Gabr. Vaſq. in S. Thom. 1. 2. tom. 1. quæſt. 29. art. 6. diſput. 59. fol. 286. & ſeqq.

Multa de conſcientia dubia Dian. part. 4. tract. 3. per tot. Baldel. Theol. moral. tom. 1. lib. 4. reſol. 5. cum pluribus ſeqq. ubi multa de conſcientia vera, falſa, ſive erronea, certa, dubia, probabili, & ſcrupuloſa, Gabr. Vaſq. loc. cit.

De conſcientia erronea, dubia, ſcrupuloſa, & opinabili, & an liceat cum illa operari, vel non, pulchrè Alvarez de Velaſc. tract. de jud. perfect. Rub. 54. annot. 6. per tot. & dixi in Compend. dict. tract. in primo volumine latè Bonacin. Oper. moral. tom. 2. diſput. 2. quæſt. 4. punct. 6. fol. mihi 147. noviſſimè P. Mag. Braneaccin. in tract. de jur. Doctor. lib. 2. cap. 6. per tot. ubi benè declarat quomodo Morales Theologi ſe gerere debeant in dirigendo non tantùm propriam, ſed etiam aliorum conſcientiam, rectam firmando, erroneam, dubiam, & ſcrupuloſam penitùs amovendo, ac certitudine ſaltem morali probabilem ſapienter fulciendo, quos citat idem Altimar. nu. 28. & ſeqq. loc. cit. Baldel. Theol. moral. tom. 5. lib. 4. reſ. 1. & ſeqq.

Error communis populi, cum titulo officialis putativo, ſupplet juriſdictionem, & facit valere acta per officialem geſta interim dum ignoratur illius revocatio, ſive mors delegantis, vel aliud impedimentum, & idem in ſimilibus, per text. in §. Sed cum aliquis inſtit. de teſt. ordin. & per text. in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Præt. cujus diſpoſitio procedit etiam in ſpiritualibus, dummodò non adſit impedimentum, ſive defectus divini juris, vel naturalis, ſed tantùm juris poſitivi, quòd jus ipſum, & Eccleſia ſupplere poteſt, ſecùs autem ubi adeſſet defectus juris divini, vel naturalis, quem nec Eccleſia, nec jus poſitivum ſupplere poteſt, & ſic debet intelligi tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, quando error conſiſtit in facto, & non in jure, & quando ille, ad cujus favorem ſunt acta, erat in eodem errore cum populo ignorando officialis inhabilitatem; ſecùs ſi ſciebat, ut latè inferendo ad plura ſingularia, & alias diſtinctiones, ampliationes, & limitationes tradendo explicat Sperel. deciſ. 30. per tot. & ad materiam d. l. Barbarius, ultra ſerventes, & repetentes, vide Gabriel. com. concl. tit. de probat. concluſ. 8. Amat. deciſ. 11. n. 50. & ſeqq. ubi quando error communis faciat jus, vel non, Ludoviſ. dec. 289. latè Tuſch. litt. E. concl. 330. per tot. Caten. reſol. 62. ubi de birruariis, & aliis pluribus, Dian. part. 2. tract. 16. reſol. 45. ubi quòd prædicta procedunt etiam ſine titulo juxta aliquorum opinionem, quam ipſe ſatis probabilem appellat, & amplectitur in utroque foro, & part. 9. tract. 7. reſol. 45. per tot. idem Dian. par. 11. reſol. 69. ubi de Confeſſionibus Sacramentalibus, ut ſint validæ Paul. Chriſtin. deciſ. 28. nu. 2. vol. 5. & deciſ. 154. n. 18. & d. vol. 5. Rot. part. 13. recent. deciſ. 176. num. 6. & ſeqq. ubi non procedit, ſi concurrat alius proviſus à vero officiali, & ſine errore, nec ubi veritas apparet ante completum negotium, & deciſ. 322. n. 19. &c. adde Franciſc. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 42. per tot. ubi plura ex Sperello, & aliis ad ſuſtinendas confeſſiones, & abſolutiones ſacramentales ex præſentia, & bonitate Dei, non obſtante defectu auctoritatis in Sacerdote, ſi concurrat debita diſpoſitio, atque bona fides pœnitentis dictum defectum ignorantis, Candid. diſquiſit. moral. lib. 3. art. 32. fol. 14. Michael Ferro Manriq. quæſt. Vicar. 43. pur. 2. | 7

Error Notarii non debet nocere partibus, quarum reſpectu habendum eſt pro expreſſo id quod fuit conventum, licèt deficiat ſcriptura Notarii, & talis error probatur per aſſertionem unius teſtis inſtrumentarii, & ipſius Notarii, quicquid alii contrarium teneant, Gratian. diſcept. for. cap. 825. per tot. Rot. part. 3. recent. dec. 119. nu. 2. & 3. part. 14. deciſ. 115. n. 30. Anſal. deciſ. 52. n. 12. deciſ. 53. ſub n. 2. Altimar. de nullit. rubr. 1. q. 9. sect. 5. n. 12. tom. 3. | 8

Quòd potiùs præſumatur error poſſibilis in Notario, & quocumque alio, ſi ſcriptura appareat alterata, quàm dolus, & falſitas, quia data poſſibilitate erroris, non ſequitur de neceſſitate falſitas, latè probat Rot. p. 2. diverſ. dec. 135. per tot. vide in §. Falſitas n. vide Altimar. de nullit. rubr. pr. quæſt. 9. sect. 5. per tot. tom. 3.

Error calculi conſiſtit in ſummis parcellarum, ſive partitarum, quando ſcilicèt calculator ſummavit in centum, quod debuiſſet ſummare nonaginta, & ſemper poteſt allegari, ac impedit executionem, unde reſervatus in inſtrumento, intelligitur de conſiſtente in hujuſmodi calculationibus, & non ex eo, quòd promittens nihil habeat in manibus de bonis illius, pro quo promiſit, Gratian. diſcept. for. c. 793. n. 1. &c. De Errore calculi, & de omnibus iſtis ſeqq. quæſtio. latè Altimar. dict. quæſt. 9. à n. 169. Donat. de renunc. cap. 39. tom. 2. Abeccleſ. & Creſcin. obſervat. 170. part. 1. | 9

Conſiſtit etiam in eo, quòd fuerint admiſſa, quæ non erant admittenda, vel omiſſa quæ erant admittenda, & probari poteſt per calculatores denuò electos, & alia, Pariſ. conſ. 89. numer. 27. & 35.

lib.

lib. 1. Bart. *in l.* 2. *numer.* 7. *Cod. de jur. fisc. lib.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 253. *per tot.* ubi plura de probatione erroris calculi, adde Urceol. *tract. de transact. quæst.* 98. *nu.* 1. *& seqq.* Donad. *tract. de renunc. c.* 39. ubi etiam quòd neque dicto errori potest per pactum renunciari. Abeccles. & Crescin. *loc. supra cit.*

Quòd error calculi possit usque ad triginta annos allegari, & dicatur probatus ostendendo quòd in calculo fuerunt admissa, quæ non erant admittenda, vel è contra, & statim quòd apparet veritatem aliter se habere, quamvis post calculationem intervenerit etiam promissio, idem Gratian. *cap.* 823. *n.* 31. *& seqq. cap.* 824. *n.* 21. *& seqq.* Montan. *de tut. cap.* 38. *nu.* 145. *& seqq. fol. mihi* 197. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 496. *& part.* 12. *decis.* 206. *per tot.* Thomat. *dec.* 50. *nu.* 100. & Addit. ad S. Felic. *dec.* 389. *vers. Ipse non*, & Urceol. *d. quæst.* 98. *n.* 9. Abeccles. & Crescin. *d. observ.* 170. *part.* 1.

Quòd ubi est patens semper possit allegari etiam per mille annos, probat Tusch. *litt. E, conclus.* 313. Donad. *loc. cit. n.* 19. *& seqq.* Abeccles. & Crescin. *loc. proximè allegat.* Et vide Pauluc. *decis. unic. post dissert.* 40. *tom.* 1.

Aliqua de revisione calculi, & exhibitione librorum, idem Gratian. *c.* 909. *n.* 10. Urceol. *d. qu.* 98. *per tot.* ubi quomodo possit transigi super errore calculi, & an ex hujusmodi errore transactio revocari; vide in §. *Transactio num.* 31. Alcimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 9. *n.* 171. *et seqq. tom.* 3. Angel. *de Confess. libr.* 3. *quæst.* 22. *a n.* 19. Caprar. *decis.* 147. *nu.* 12. *&* 21. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.* Et vide infra.

50 Error calculi non potest allegari quando calculus fuit factus auctoritate Judicis, vel Magistratus, & stantibus amplissimis renunciationibus, Bart. *in l.* 2. *C. de jur. fisc. lib.* 10. *& in l. pr. C. de error. calcul.* Rot. *in Romana justificationis creditorum* 13. *Junii* 1635. *coram Pirovano in Noviss. part.* 7. *decis.* 52. *num.* 36. *&* 37. Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 129. & Donad. *d. cap.* 39. *num.* 39. *& seqq.* ubi quoad renunciationem contrarium probat, etiam stante judicis decreto, quando emanavit sine causæ cognitione, quia in eodem errore, ac cavillatione emanasse censetur, ac etiam si pactum esset geminatum, allegans Grat. *discept.* 761. *n.* 9. *& seqq.* & alios ab ipso Gratiano citatos. Vide Abeccles. & Crescin. *loc. præalleg.*

Item non potest intentari per actionem criminalem, sed tantùm per civilem, Montan. *d. cap.* 38. *num.* 155.

Et quòd calculus restringatur ad quantitates illas, de quibus erat contentio, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 151. *num.* 11. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 206. *nu.* 16. ubi transactione super calculo emanata idem firmat.

Item non potest allegari error calculi, quando post calculationem deventum fuit per partes ad stipulationem, volentes expressè standum esse calculo, nisi tamen stipulatio sit evidenter iniqua, & incontinenti, quia tunc censetur eodem errore apposita, idem Montan. *d. cap.* 38. *n.* 156. *&* 157

Nisi tamen constaret de errore calculi, ut quia in eo fuerit apposita aliqua partita non apponenda, Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 206. *per tot.*

Item non potest allegari error calculi, quando intervenit transactio, vel desuper lata fuit sententia, vel intervenit juramentum de non contraveniendo, & & observando, & omnia, & singula fuisse vera. vel quando confessio fuit geminata, etiam parte absente, & per verba enunciativa, vel quando calculatio fuisset facta per gratiam, vel fuisset à judice cum causæ cognitione approbata, vel quando erratum fuisset solum in tempore, vel quando semel fuisset allegatus error, & confirmatus, vel quando fuisset electus calculator de consensu partium, & juraveris, vel quando post calculum ex intervallo facta fuisset liberatio, val constaret de laudo arbitratorum electorum, ut latè hæc omnia exornat Montan. *d. cap.* 38. *nu.* 158. *& seqq. ad* 189. *fol. mihi.* 168. Paul. Christin. *decis. Belg.* 98. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 496. Urceol. *tract. de transact. quæst.* 6?. *per tot.*

Quòd ubi adest res judicata, non sufficiat docere de errore, nisi etiam doceatur de dolo, & alia pro non revisione rationis semel redditæ, Rot. *part.* 11. *recen. decis.* 367. *per tot. vide in §. Transactio num.* 32. ubi an, & quando possit allegari error calculi non obstante transactione, & facit Francisc. de Angelis *tract. de confess. libr.* 3. *quæst.* 22. *num.* 19. *& seqq.* ubi ponit plures casus, in quibus non potest error revocari, & præcipuè post transactionem, nisi verus dolus probetur, & idem post rem judicatam appellatione non interposita. Vide Abeccles. & Crescin. *observ. forens. part. pr. observat.* 170.

Quando error calculi attendatur, vel non; latè Tusch. *litt. E, conclus.* 314. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 152. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 38. *per tot.*

Quòd error calculi non noceat, Ricc. *Collect.* 719. *&* 1149. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 496. *per tot. par.* 11. *decis.* 176. *num. pr.* ubi quòd non nocet, & semper, ac quandocumque de eo dari potest, quia non potest facere præjudicium veritati, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 62. *num. pr.* & latiùs *dec.* 95. *per tot.* ubi plura *& dec.* 260. *d. p.* 16. ubi fuit confirmata prima decisio. Rot. Roman. coram Emerix junior. *decis.* 3. *sub n. pr.*

Quando autem calculatorum computatio habeat vim sententiæ, vel non, & an ab ea detur appellatio, Thomat. *dec. pr. per tot. vide alios in §. Peritii.*

An dicta computatio requirat præsentiam partium, vel citationem, idem Thomat. *d. dec. pr. nu.* 12. *& decis.* 117. *n.* 6.

Quòd constito liquidè, & concludenter de errore periti in calculando, illius relatio non attendatur; aliàs autem sit omninò sequenda, ut in casu *decis.* 594. Rot. *part.* 18. *recent.*

Error in qualitate personæ, contra quam delinquitur an, & quando excuset à pœna delicti, Marescott. 51
var. resol. lib. 2. *cap.* 127. *per tot. dixi in §. Coitus n.* 13. *& §. Homicidium num.* 17. Cyriac. *contr.* 250.

Error in solvendo indebitum quando faciat esse lo- 52
cum repetitioni, vel non, vide text. *& gloss. in §. fin. Instit. de obligat. quæ ex quas. contract. nas.* ubi etiam DD. & dixi plures allegando *in §. Solutio n.* 61. *et* 62. ubi benè tota materia solutionis, & repetitionis indebiti declaratur, quæ probationes requirantur, & vide §. *Repetitio.*

Error in data, vel die factæ gratiæ non vitiat gra- 53
tiam, sed emendari debet juxtà supplicationem, ad quam gratia refertur, Cavaler. *decis.* 255. *n.* 8. Ludovis. *decis.* 108. *n.* 11. *cum aliis* per Rot. *part.* 18. *rec. decis.* 161. *n.* 7. *& seqq.*

Multa de errore, quando dicatur justus, justissi- 54
mus, quando injustus, item de errore manifesto consistente in facto, vel latente pariter in facto consistente, item de errore juris, quid operentur hujusmodi errores, & alia, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 626. *& seqq. ad* 678. *fol. mihi* 236. *&c.* Alios plures de materia errorum tractantes indicant Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Error.* & Com. August. Fontan. *in Bibl. leg. part.* 4. *eod. verb. fol.* 580. *&c.* Cyriac. sæpè ut in Indice *controvers. verb. Error.* Card. De Luc. *in Indic. gener.* Mantiss. ad eumdem De Luc. Altim. *de null. & alibi.* Fagn. *supr. Decr.* Palm. Mans. & alii moderni.

Error communis, an, & quando faciat jus, & tribuat jurisdictionem, etiam in spiritualibus, & circa Sacramenta, sicut in temporalibus, per text. *in l. Barbarius Philippus ff. de off. Prætor.* latè inserendo ad plura Valer. *de different. utriusque fori verb. Nullitas different.* 2. *& seqq. per tot.* & dixi ego alios allegando in hoc §. *num.* 7. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Errare in nihilo, divinitatis magis est, quam humanitatis *l.* 2. *§. si quid autem C. de veteri Jure enucleand.*

Standum est calculo concorditer facto, nisi error incontinenti probetur. Rot. *part.* 5. *recen. decis.* 38. *n.* 10. Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 6. *n.* 52.

Error in copia Instrumenti, etsi a notario subscripta non nocet Clericat. *discor. for.* 64. *n.* 4. *tom.* 5.

Error Coloni, approbatus a Domino, convertitur in dolum Domini Pauluc. *disert.* 59. *n.* 21. *tom.* 2.

Error Coloni non est dolosus, nec est causa immediata contractus cum aliter ex Instrumento appareat. Pauluc. *ibid. n.* 39.

Præ-

20 Præſumendus non eſt error in Rectore cum voluntate præjudicandi propriæ Eccleſiæ Pauluc. *differt.* 62. *n.* 9. *tom.* 2.

21 Errores hæreticales ſexdecim circa Sanctiſſ. Eucharistiam enumerat Doctiſſimus Clericat. *in ſuis Deciſionibus*.

22 Citatio valet, etiam ſi in mandato eſſet erratum nomen, ſi conſtat de perſona argumento *l. ſi in nomine C. de teſtam. §. ſiquidem in nomine Inſtit. tit. de Legat.* Rot. coram Penia *deciſ.* 101. Sed plures caſus, in quibus propter errorem in nomine citandi, non teneatur comparere citatus recenſet Altim. *in tractat. de nullit. rnor.* 12. *quæſt.* 29. *nu.* 20. *cum ſeqq. tom.* 2.

23 Error an excuſet homicidium involuntarium Fagnan. *in cap. ad audientiam n.* 68. *de homicid.* & facit textus in *l. cum, qui §. ſi injuria ff. de Injur.*

24 Errans an præſumatur facturus fuiſſe, ſi ſciviſſet, quando ex actu oritur obligatio Fagnan. *ibid. n.* 35. & 38. & vide textum in *l. ſi cum te ff. de pact.*

25 Error communis ad validitatem eorum, quæ geruntur ab excommunicato, vel irregulari, debet eſſe facti, non juris, Fagnan. *in cap. quod a Prædeceſſore n.* 135. *de ſchiſmat.* Federic. de Senia *conſ.* 137. *viſo, & examinato ſub n.* 2. *verſ. hoc ſalvo.*

26 Erranti in fide non imputatur, ſi ex ſimplicitate deficiat, & fidem ſuam ſupponat fidei Eccleſiæ Fagnan. *in c. Firmiter nu.* 20. *de ſum. Trinit. & Fide Cathol.* ad textum in *cap. hæc eſt fides* 24. *quæſt.* 1. *cap. dixit Apoſtolus quæſt.* 3.

27 Errare idest aliud pro alio putare in his, quæ ad fidem aut mores non pertinent, an, & quando liceat, Fagnan. *ibidem n.* 53.

28 Error communis excuſat Prælatos non ſervantes legem uſu non receptam à tranſgreſſione, & à pœna, Fagnan. *in c. Treuga num.* 32. *de Treug. & pac.* contrarium, *ibid. à n.* 47.

29 Error qualitatis non excludit conſenſum à Matrimonio Fagnan. *in cap. ſi conditiones, n.* 14. *de cond. appoſ.* Fallit, ſi qualitas apponatur in conditione *ibid. n.* 15. ubi citat plures alios Canoniſtas.

30 Errare poteſt, qui nititur medio fallibili, Fagnan. *in cap. Venerabili n.* 12. *de Teſtib.* Declaratur *n.* 40. *ibid.*

31 Errare nihil aliud eſt quàm unum pro alio putare, Fagnan. *ibid. n.* 25. *& in cap. ad noſtram nu.* 9. *de conjug. ſervor.* ad textum *c. in quibus* 22. *quæſt.* 2. *c. quamvis* 28. *diſtinct.*

32 Error damnabilis in Eccleſia eſſe non poteſt, Fagnan. *ibid. n.* 32. ad textum in *cap. cum Beatiſſimus* 24. *quæſt.* 1. *cum concordantibus.*

33 Error circa Reliquiarum approbationem non eſt præſumendus, maximè in Eccleſia Romana, Fagnan. *ibid. n.* 45.

34 Error juris dubii dat juſtam cauſam præſcribendi, & æquipollet errori facti, Fagnan. *in cap. cum Eccleſia n.* 39. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Curt. ſen. *conſ.* 71. *Princeps Defunctus n.* 4.

35 Error conditionis dirimit Matrimonium jam contractum, Fagnan. *in cap. ad noſtram n.* 4. *de conjug. ſervor.* Procedit, ſi error ſit conditionis deterioris, Fagnan. *ibid. n.* 6. & 13. Secus ſi ſit conditionis melioris, Fagnan. *ibid. n.* 8. Et quid in errore qualitatis perſonæ, Fagnan. *ibid. n.* 11.

36 Errantis nullus eſt conſenſus, Fagnan. *ibid. n.* 5. Declaratur, Fagnan. *ibid. n.* 8. *& ſeqq.* Palma Nepos *dec.* 89. *n.* 19. *Tom.* 1. & voluntatem tollit De Luc. *de credit. diſc.* 45. *num.* 4. *de Dot. diſc.* 156. *num.* 29.

37 Error expreſſus in ſententia an eam reddat nullam ipſo jure, Fagnan. *in cap. Odoardus, num.* 12. *de ſolut.*

38 Error quid operetur in confeſſione de Luc. *de Judic. diſc.* 23. *n.* 3.

39 Actus geſtus ex falſo præſuppoſito corruit, & non obligat, De Luc. *de Dot. diſc.* 156. *ſub n.* 29. Rot. *deciſ.* 94. *n.* 26. *part.* 11. *rec.*

40 Error circa ea, quæ adducuntur, vel corriguntur, per officiales reviſores eſt improbabilis de Luc. *de Penſ. diſc.* 13. *n.* 14.

41 Error communis facit jus De Luc. *de Regal. diſc.* 3. *n.* 7. ubi DD. Rot. *deciſ.* 608. *n.* 12. *part.* 2. *rec.* Emerix jun. *dec.* 1202. *n.* 11.

Error in nomine, vel cognomine non vitiat gratiam De Luc. *de Penſ. diſc.* 10. *num.* 3. *de Matrim. diſc.* 3. *n.* 10. 16. & 21. *diſc.* 4. *ex n.* 4. 17. *& ſeqq.* Error in nomine non officit, quando conſtat de ſubſtantia Anſald. *deciſ.* 43. *n.* 16. Lotter. *lib.* 3. *quæſt.* 34. *n.* 20. & 21. & Rot. *deciſ.* 146. *part.* 4. *diverſ.* 42

Error ubi detegitur etiam ab inferiore Judice eſt corrigendus, de Luc. *de Penſ. diſc.* 13. *n.* 12. Vide textum in *in l. nihil conſenſui §. nihil ff. de reg. jur.* 43

Error quando irritet etiam licentias Matrimoniales, De Luc. *de Matrim. diſ.* 3. *num.* 10. 16. & 21. *diſc.* 4. *ex n.* 4. & 17. *cum ſeqq.* Et de inconvenientibus exinde reſultantibus de Luc. *de Matrim. diſc.* 3. *n.* 5. Rot. *in Mechlinen. Matrimonii* 5. *Martii* 1666. cor. Cerro. 44

Error Citationis quod facta ſit contra unum, an operetur contra alterum, de Luc. *de Judic. diſc.* 9. *n.* 56. Rot. *dec.* 112. & 202. *part.* 10. *recen.* 45

Aſſertio referri debet errori quando inducatur ſcriptura, cum demonſtrationibus, ex quibus illius notitia haberi poſſit, de Luc. *de E pt. diſc.* 9. *num.* 7. Merlin. *dec.* 718. *n.* 12. 46

Error ex defectu conſenſus excludit vim cujuſcumque temporis, etiam mille annorum Balduc. *de legatis tit.* 3. *dec.* 13. *n.* 40. & magis non probata ſcientia erroris *n.* 41. & quando nil doctum eſt in contrarium *n.* 42. Donad. *de remac. cap.* 39. *n.* 19. *& ſeqq.* 47

Error juris dubius æquiparatur errori facti, & dicitur juſtus tam ob lucrum conſequendum, quàm ob damnum evitandum Balduc. *de dote tit.* 4. *dec.* 20. *n.* 31. 48

Error Juris ſufficit in facto proprio, quando agitur de damno evitandu Baldue. *de legatis tit.* 3. *deciſ.* 13. *n.* 43. ex relatis per Rot. *dec.* 148. *n.* 3. & 9. *p.* 11. *rec.* Gratian. *diſc.* 957. *n.* 49. 49

Error juſtificatus, eo ipſo, dicitur, quo conſtat ex facto rem aliter ſe habere, Balduc. *de legatis tit.* 3. *dec.* 13. *nu.* 39. & *de dote tit.* 4. *dec.* 25. *num.* 10. Vide Palm. nep. *alleg.* 57. *n.* 9. 10. Poſt. *reſ.* 126. *n.* 2. *& ſeqq.* 50

Error præſumitur potius quàm donatio, Balduc. *de dote tit.* 4. *dec.* 25. *n.* 2. & 36. Surd. *conſ.* 203. *n.* 53. *& ſeqq.* 51

Error vocabuli, ſeu diverſitas, non attenditur conſtito de identitate corporis in ſubſtantia. Balduc. *de aſſecurat. tit.* 1. *dec.* 12. *nu.* 1. 6. Rot. Januen. *deciſ.* 101. *n.* 4. *in fine* Rot. cor. Ubald. *dec.* 354. *n.* 1. *& ſeqq.* 52

Error in ſententia ſi exiſtat expreſſus, Judex appellationis non poſſet illam confirmare, aliàs confirmatio eſſet nulla Altimar. *de nullitatibus rubr.* 3. *q.* 11. *n.* 38. *tom.* 1. debet tamen error ille videri oculo corporeo Altim. *de nullitatib. ibid. n.* 39. Paul. Granat. *theor.* 17. *ſub n.* 16. Surd. *conſ.* 160. *nu.* 76. *lib.* 4. 53

Error in ſententia contra jus ſcriptum non facit præſumere ſententiam fuiſſe ritè, & rectè latam Altimar. *de nullitatibus rub.* 7. *quæſt.* 2. *n.* 33. *& ſeqq. tom.* 1. Alex. *conſ.* 75. *n.* 4. *lib.* 5. 54

Error comunis an faciat jus, & ſic an ſententia lata ab illo, qui non erat Judex, ſi pro tali erat habitus, ſit valida Altimar. *de nullit. rub.* 9. *q.* 5. *tom.* 1. vide Morla *in emporio p. pr. tit.* 2. *quæſt.* 26. *n.* 6. *& tit.* 11. *de fide inſtr. q.* 2. Pichard. *inſtit. de teſtam. §. Sed cum aliquis n.* 4. 6. Calder. *lib.* 2. *var. cap.* 7. Azeved. *lib.* 3. *novæ recopil. tit.* 9. *l.* 8. *n.* 23. 55

Error calculi, ubi fuit ei expreſsè renunciatum, prout poteſt renunciari, nequit amplius in controverſiam deduci, & de eo agi. Capr. *dec.* 530. *num.* 8. *part.* 2. Rot. *dec.* 188. *n.* 9. *p.* 8. *rec.* 56

Exceptio erroris calculi non admittitur adverſus tranſactionem. Caprar. *deciſ.* 147. *n.* 12. *part.* 5. Barboſ *in l.* 2. *n.* 10. *C. de jur. Fiſc. lib.* 10 57

Declara tamèn procedere, quando tranſactio emanavit ſuper ipſo calculo, ſecus eſt quando emanavit ſuper aliis differentiis, & ſolum calculi fuerunt confecti occaſione tranſactionis: tunc enim ſemper admittitur exceptio erroris calculi. Caprara *d. deciſ.* 147. *n.* 21. Mantic. *de Tacit. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 41. *verſ. item notandum*. Bich. *dec.* 192. *nu.* 6. *& ſeqq.*

Bu-

Burat. *dec.* 336. *n.* 9. ibiq; Add. *litt.* B. Sersph. *dec.* 1227. *n.* 5.

58 Erronea expressio, & disformis resolutioni capitulati nullum Capitulo, & veritati attulit præjuditium Caprara *dec.* 634. *n.* 4. *part.* 2. Rot. *dec.* 141. *nu.* 1. *part.* 15. *rec.*

59 Error in nomine Notarii non importat diversitatem donationis, dum de alia donatione non docetur Caprara *dec.* 347. *n.* 6. *part. pr.* Rota *dec.* 413. *nu.* 9. *part.* 4. *rec.*

60 Error, & mala latinitas notarii, non alterat verum sensum dispositionis. Otthobon. *dec.* 35. *n.* 20.

Sed debet assumi ille significatus, qui ex verbis verisimilibus colligi potest Othobon. *dec.* 35. *nu.* 21. ex doctrina Castrens. *cons.* 309. *n. pr.* & 2. *lib. pr.*

Error in latinitate, etiamsi in Syllaba, vel littera consistat, omninò corrigi debet Otthobon, *dec.* 35. *n.* 22. Gabr. *cons.* 130. *n.* 42. *lib.* 2.

Præsertim quando in eadem scriptura, seu testamento, alii similes errores leguntur. Otthobon. *dec.* 35. *n.* 23.

61 Error in redditione rationis, dum remanet justificatus, potest Tutor iterùm compelli ad rationem reddendam. Otthobon. *dec.* 25. *n.* 26.

Quod procedit sivè error sit dolosus, sivè non, & etsi quietantia sit facta cum omnibus solemnitatibus Otthobon. *dec.* 25. *n.* 27.

Error in redditione rationum, quando patet, illæ denuò sunt reddendæ ex officio Judicis, & ex naturali æquitate, nequis locupletetur cum aliena jactura. Otthobon. *dec.* 25. *n.* 28. Gratian. *discept.* 765. *n.* 4. & *plur. seqq.*

62 Error in legalitate Testamenti commissus circa indictionem, non nocet. Otthobon. *dec.* 251. *nu.* 51. Rota *dec.* 105. *n.* 6. *part.* 6. *recent.*

63 Error veritati non præjudicat. Otthobon. *dec.* 29. *num.* 21.

64 Errorem proprium allegare potest filius familias, opinando patris consensum, aut ratificationem in contractu accessisse ad excludendam relevantiam agnitionis proprii debiti, mortuo patre. Otthobon. *dec.* 204. *n.* 13.

65 Per errorem si quid factum fuit, non attenditur, quando constat de veritate in contrarium Otthobon. *dec.* 29. *n.* 22. Rota *dec.* 16. *de rescriptis*, *in novis.*

66 Error calculi debet semper emendari in quolibet Judicio Ansald. *dec.* 56. *nu.* 2. Rota *dec.* 179. *nu. pr.* *cum* 2. *seqq. part.* 11. *dec.* 111. *n. pr. part.* 17. *recent.* Paulue. *decis. unic. post dissert.* 40. *n.* 44. *tom. pr.*

67 Error alterius, alteri nocere non debet. Emerix Junior. *dec.* 46. *n.* 6.

68 Error in nomine præsertim extero facilè committitur à transcribentibus. Emerix Junior *dec.* 110. *n.* 4. Rota coram Otthob. *dec.* 157. *n.* 9.

69 Actus ex errore factus non præjudicat. Mantissa ad de Luc. *dec.* 28. *lib.* 7. *num.* 19. *vol. pr.* Rota coram Priolo *dec.* 201. *n.* 7.

70 Error excluditur ex longævo cursu temporis Mantissa ad de Luc. *dec.* 74. *n.* 13. *lib.* 10. *vol.* 3. Cyriac. *controv.* 3. *nu.* 40. Palm. nep. *alleg.* 45. *n.* 18. Rota post Censal. ad Peregr. *decis.* 44. *n.* 2. coram Merlin. *decis.* 854. *nu.* 8.

Eoque magis ex scientia habita actus, in quo prætenditur fuisse erratum. Mantissa ad de Luc. *ibid. n.* 14. *vol.* 3.

Nec non ex relatione illius. Mantissa ad de Luc. *ibid. n.* 15. *vol.* 3.

71 Erroris, seu ignorantiæ præsumptio excluditur, si actus sint geminati. Mantiss. ad de Luc. *dec.* 74. *n.* 17. *lib.* 10. *vol.* 3. Rota *in recent dec.* 64. *n.* 4. & 5. *part.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 613. *n.* 18. & *seqq. part.* 5. *tom.* 2.

72 Inverisimile est, quod in transactione stipulata cum cognitione Jurisconsultorum potuerit esse error Mantissa ad de Luc. *ibid. nu.* 16. *vol.* 3. Card. de Luc. *de Feudis disc.* 120. *n.* 7.

73 Ad probandum errorem per eum, qui contra se retinet juris præsumptionem, & inverisimilitudinem, concludenter exiguntur præsumptiones. Mantissa ad de Luc. *dec.* 52. *n.* 3. *lib.* 13. *vol.* 4.

74 Modicus error in peritia vitiatur, & non vitiat. Mantissa ad de Luc. *dec.* 25. *n.* 16. *lib.* 16. *vol.* 4. Rota *in recent. dec.* 52. *n.* 38. *part.* 7.

§. ÆSTIMATIO. XIII.

1 Æstimatio vitæ propter habitationem relictam in ultima voluntate, est facienda usque ad 30. annos, si legatarius sit infra hanc ætatem, quando tractatur de vendenda domo; si verò sit relicta inter vivos præstatur æstimatio pro quindecim annis cum cautione de solvendo residuum quotannis, si contingat ultra dictum tempus vivere illum, cui debetur habitatio, *l. hæreditatum ff. ad l. falcid.* & *l. si quis argentum §. in autem C. de donat.* Afflict. *decis.* 34. de quo tamen vide Ursil. *ibid.* Gratian *discept. forens. cap.* 55. *num. pr.* & *seqq.* ubi reprobato Afflicto, dicit in omni casu, & materia, etiam in contractibus, & dispositionibus inter vivos, quotiescumqua agitur de æstimanda hominis vita, donatione excepta, attendendam esse dispositionem *d. l. hæreditatum*, *cap.* 104. *num.* 31. *cap.* 703. *nu.* 29. & *cap.* 756. *nu.* 28. & *seqq.* & *num.* 45. Franch. *decis.* 186. Ricc. *Collectan.* 3574. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 186. Eminentiss. Jo. Baptista de Luca *tract. de Regul. lib.* 2. *discurs.* 30. ubi plura in contrarium ratiocinatur Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 408. *num. pr.* & *seqq.* ubi quòd dispositio *d. l. hæreditatum*, procedit in quocumque contractu vitalitio, & præcipuè in venditione fructuum; licèt postea concludat de veriori non habere locum in contractibus, & quomodo ex incertitudine omnis læsio excludatur. Vide Bruneman. *suprà cit. text.* Et eumdem De Luc. *de Regal. disc.* 35. *in fin.* *de Donat. disc.* 34. & 54. *de Legit. disc.* 18. *sub n.* 23.

2 Æstimatio diversa facta à pluribus æstimatoribus non simul concordantibus, potest ad concordiam reduci hoc modo, ut scilicet omnes illæ summæ diversæ in unam coacerventur, & uniantur, & posteà æqualiter dividantur in tot partes, quot fuerunt æstimationes diversæ, & una pars eligatur, quæ erit justa æstimatio, pro qua quis tenebitur rem suam tradere, vel vigore pacti præcedentis, vel statuti retractum concedentis, juxta opinionem Salyc. *in l. hac edictali §. is illud num.* 10. *C. de secund. nupt.* de cujus veritate inquirit, multas rationes, & auctoritates in contrarium adducens, sed postea illam tamquam notabilem, & veram approbans, Grat. *dec.* 32. *per tot.* & *discept. forens. cap.* 188. *nu.* 28. *et per tot.* *et cap* 187. *in princ.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 119. *nu.* 16. *et seqq.* *vide in §. Peritus num.* 6. ubi contra. Hermosill. *in gloss.* 6. *l.* 56. *tit.* 5. *p.* 5. *à n.* 178. ubi refert septem opiniones, & Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 14. *sect.* 4. *n.* 568. *tom.* 3. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 112. *a n.* 15. Add. ad Sanfelic. *decis.* 389.

3 Æstimatio est facienda à peritis, quorum electio an spectet ad judicem, vel ad partes, & quòd sint tamquam arbitratores, quando debeat eligi tertius, quid operetur illius electio, quomodo deponere debeant, & alia in hac materia, vide per Gratian. *disceptat. forens. cap.* 228. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 653. Tusch. *litt.* E. *concl.* 673. Vid. Carl. Anton. Deluc. ad Gratian. *loc. cit.*

Quòd facta à perito electo à parte absque judicis decreto, & citatione partis, sit nulla, & non relevet, Rot. *in Noviss. part.* 6. *dec.* 17. *num. pr.*

Quòd facta non monitis partibus pro certa die, & hora ad interessendum quatenus, &c. sit nulla, quamvis peritus esset extrajudicialiter electus, sicut etiam sit nulla, quando pars non fuit citata ad audiendam relationem periti, maximè ubi non processit dicta monitio ad interessendum, vel quando fuit facta extra tempus Gratian. *discept. foren. cap.* 874. *num.* 33. & *seqq.* Post. *de subhast. Inspect.* 47. *n.* 62. Vide Rotam coram Emerix jun. *decis.* 445. *n.* 5. Et vide infra.

4 Æstimatio facta de pluribus rebus in genere, & complexivè non reiicitur, quia censetur habita ratio à peritis cujuslibet rei singillatim, & ad cujusque rei singularem bonitatem, & valorem, maximè quando unico contractu, & pretio plures res simul venduntur, quo casu est petenda æstimatio ab omnibus bonis in eadem venditione complexivè unitis, cùm forte singulæ partes minus valerent divisæ, quàm simul unitæ, *l. si plures* 36. *ff. de ædil. edict.* *l. Mevius §. fin. ff. famil. hercis.* Surd. *dec.* 155. *n.* 5. Buratt. *decis.* 538. *num.* 6. Posth. *de subhast. Inspect.* 60. *n.* 46.

Tusch.

Tuſch. *litt. E. concl.* 669. & 670. facit Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *qu.* 121. *per tot.*

Si tamen emptoris interſit æſtimationem fieri ſingillatim de ſingulis rebus, & inſtet ita fieri, non eſt admittenda dicta æſtimatio in confuſo, & in genere facta, ſed fieri debet ſpecificè de ſingulis rebus ſeparatim, & ad hunc effectum poſſunt æſtimatores examinari, & tenentur reddere rationem ſui dicti, & æſtimationis habito reſpectu ad res ſingulares, uti ſeparatim in venditione comprehenſas, *l. ſi quos* 16. *C. de reſcind. vend.* ubi Bart. & alii, & *l. ult. §. præterea ubi gloſ. C. de jur. dot.* Natt. *conſ.* 480. *num.* 4. Cyriac. *contr. for. c.* 421. *n.* 2. & *c.* 303. *n.* 88. Altogr. *conſ.* 98. *n.* 5. & *ſeqq. per tot. lib.* 2. Vide Rot. coram Dunozet. *dec.* 921. & 944. & De Luc. *de Feud. diſc.* 65.

Niſi agatur de æſtimatione gemmarum in ſpeciem gioielli redactarum, quia æſtimari debent ſecundùm ſpeciem ex illis confectam, & non prout ſeparatæ, & disligatæ ab illa ſpecie valerent, ac idem in ſimilibus ſpeciebus, ut ſpecies, & non ut materia æſtimandi, Zuff. *dict. quæſt.* 121. *per tot.* Quomodò fiat æſtimatio gemmarum, picturarum &c. De Luc. *de Judic. diſc.* 33. *num.* 46.

5 Æſtimatio quanti plurimi, an & quando locum habeat, & quæ requirantur, ut debeatur creditori, plenè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 42. *numer.* 13. & *per tot.* & *cap.* 243. *per tot.* ut plura de debitore frumenti, vel alterius generis fructuum, & quando teneatur ad intereſſe quanti plurimi, Duran. *deciſ.* 346. *per tot.* ubi concludit teneri quando frumentum debetur ut ſpecies, & non ut genus, ſi die convento non fuerit ſolutum, ita ut creditor non poſſit amplius cogi illud recipere, vide *in §. Mora num.* 9. *§. Intereſſe num.* 13. Tuſch. *litt. I. concluſ.* 307. *per tot.* ubi etiam de æſtimatione quanti minoris facit Dian. *reſol.* 17. *part. pr. tract.* 8. & *part.* 11. *tract.* 6. *reſolut.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 56. *num.* 8. & *ſeqq. per tot. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 788. 1892. 3662. 3436. Bich. *dec.* 344. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 37. *nu.* 62. & *ſeqq. per tot.* Hermoſil. *ad leg. Partit. tom. pr. tit. pr. leg.* 8. *gloſ.* 3. *fol.* 80. Vide Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* Gatt. *conſ.* 10. *n.* 13

An valor frumenti creſcat ultra triennium, ita ut æſtimatio quanti plurimi conſiderari debeat perpetuò à die moræ uſque ad ſolutionem, vide hinc indè Surd. *deciſ.* 81. *per tot.* Tuſch. *d. concluſ.* 307. *nu.* 9. Dian. *loc. cit. reſolut.* 18. & *ſeqq.* Ricc. *collect.* 3436. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 421. *num.* 9. & *ſeqq. per tot.* Bich. *dec.* 580. *num.* 29. & Pacion. *loc. cit. num.* 70.

Quòd quando frumentum debetur in genere, debeatur æſtimatio quanti plurimi, etiam ultra triennium, Altograd. *conſ.* 24. *num.* 65. *lib. pr.* vide Rot. *cum pluribus citatis d. deciſ.* 421. *num.* 11. & *ſeqq. part.* 9. *recent.* ubi tamen quòd ſi non ſit facta interpellatio ſpecialis, nec debitum ſit liquidum, non intrat obligatio ad quanti plurimi, vide *in §. Promiſſio num.* 30.

An dicta æſtimatio quanti plurimi debeatur ob ſolam malam fidem, Surd. *deciſ.* 179. *per tot.* ubi quòd non, ſtante quòd quantitas non erat liquida. Hodier. ad Surd. *dict. deciſ.* 179. *n.* 20.

An cenſeantur remiſſa à creditore per receptionem rei debitæ, diſputat hinc indè Menoch. *lib.* 3 *præſumpt.* 45. *per tot.*

An per interpellationem ad implendum, Altograd. *conſ.* 45. *n.* 10. *lib.* 2. ubi quòd non; ſtante proteſtatione non remittendi moram.

Quando debeatur, vel non æſtimatio quanti plurimi, & quæ requiſita concurrere debeant, pulchrè Staiban. *de Intereſ. lib. pr. quæſt.* 19. & 20. *per tot.* Bich. *deciſ.* 344. Tuſch. *d. concl.* 307. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 56. *num.* 8. & *ſeq. vol.* 5. Boer. *dec.* 68. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 22. *de probibita venditione frumentorum ante menſem Julii fol.* 257. *num.* 24. & *ſeqq.*

Quòd ceſſet quando in obligatione, ſive interpellatione non eſt ſpecificatus dies, vel locus faciendæ ſolutionis, quando rationes eſſent intricatæ, & debitum non eſſet liquidum, item poſt triennium, quia etiam quòd cœperit habere locum, non durat ultra triennium, item non eſt attendenda exceſſiva penuria in conſtituenda hujuſmodi æſtimatione, Seraph. *dec.* 1252. Ricc. *collect. dec.* 788. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 477. *fol.* 296. vide Pacion. *loc. ſup. cit.*

Quòd ſi quis abſtulit rem, quæ tunc valebat decem, & antequam reſtituatur creſcat ad viginti, teneatur ipſam rem, vel majorem ejus æſtimationem reſtituere, licèt aliqui etiam probabiliter contradicant, Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 5. facit quod dixi *in §. Debitor num.* 10. *§. Furtum num.* 4. latè Michael Ferro Manriquez *quæſt. Vicar. part.* 2. *quæſt.* 88. & *ſeqq.* ubi de fure, & quolibet alio iniquo poſſeſſore, vel detentore, ut teneatur ad quanti plurimi, & ad fructus, & pretium locationis.

Æſtimatio animalium in ſoccidam datorum facit 6
emptionem, & venditionem, qua mediante transfertur dominium pro parte in ſoccidam, ſive ſocium, & conſequenter periculum, Rot. *in Anagnina uſurarum* 4. *Martii* 1607. *coram Manzanedo*, quæ deciſio habetur *in meis reſol. cap.* 17. *nu.* 12. & 36. *per text. in l. æſtimatæ ff. ſolut. matrim. l. plerumque §. ſi ante matrimonium ff. de jur. dot. l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio*, Leotard. *de uſur. quæſt.* 31. *n.* 8. cum aliis ibidem per me citatis, vide Rom. *conſ.* 314. Tuſch. *litt. E. concl.* 665. *num.* 12. Coſta *tract. de ratione ratæ quæſt.* 518. *per tot.* pulchrè Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 10. *per tot.* ubi benè declarat, & probat damnum eſſe commune ex quo etiam utilitas erat communis, intelligendo ceſſante omni culpa ſoccidæ, nam ſi illi poſſit culpa, vel negligentia imputari, tenetur ad totum damnum. Facit Brunneman. *ſupra cit. text. in l. cum duob. n.* 6.

Contrarium quòd imò non faciat emptionem, & venditionem, nec periculum tranſire in affictuarium, quando fuit promiſſa reſtitutio animalium, & non pretium, vide per Rot. *par.* 2. *diverſ. dec.* 136. & 157. *per tot.*

Sed non recedas à prima opinione quando agitur cum ſoccida, & fuit initus contractus ſocietatis, non locationis, & concurrentibus aliis, de quibus *in d. cap.* 17. *per tot.* & benè convenit Joſeph. Ludovic. *d. dec.* 10. *per tot.* aliique communiter per me citati *in d. cap.* 17. ad quem locum in hac materia recurras.

Animalia enim de ſui natura fructifera, ut pecudes, maximum fructum reddere ſolent, ut benè in aliis terminis ponderat Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 189. vide *in §. Animalia*, *§. Fructus*, & *§. Societas*.

Æſtimatio facta ad effectum ſciendi valorem rei, 7
non transfert dominium, nec periculum in accipientem, prout contingit quando locatur fundus, & traduntur boves æſtimati pro illo arando cum pacto reſtitutionis eorumdem in eadem æſtimatione, & non abſolutè, nec in ſimplicem libertatem habendi: ſi autem locetur fundus, & inſtrumenta ſimpliciter tradantur æſtimata, in dubio æſtimatio facit emptionem, quando non adeſt conventio de illa met reſtituendo in eadem æſtimatione, Rot. *p.* 2. *diverſ. dec.* 157. *per tot.* vide Tuſch. *litt. E. concl.* 665. *per tot.*

Quòd regulariter æſtimatio facit venditionem, & quando ſecùs, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 671. *per tot.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 63. *per tot.*

Æſtimatio rei in dotem traditæ regulariter facit 8
emptionem, & venditionem, etiam ſi collata fuerit in arbitros, quibus non arbitrantibus locus ſit arbitrio boni viri, ideſt judicis, ac etiam ſi præceſſerit promiſſio in quantitate, vel etiam ſi talis res non ſit præſens, vel etiam ſi ſit res mobilis, & uſu conſumptibilis, vel quando conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, etiam nulla facta æſtimatione, ac etiam licèt eſſemus in muliere minore, quæ ſoluto matrimonio poterit eligere æſtimationem, ſi ſibi utilior videatur *DD. in l. æſtimatis ff. ſolut. matrim.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 74. *num.* 3. & *ſeqq. ad* 15. latè Mart. Medic. *Exam.* 30 *cum duabus deciſ. ſeqq.* & *Ad. lit. per tot.* alios vide *in §. Fundus num.* 5. latè Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 19. *n.* 1. & *ſeqq. per tot.* alter Merlin. *deciſ.* 517. *per tot.* Ric. *collect.* 3977. 3187. & 829. Ludoviſ. cum Beltram. *deciſ.* 573. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 15. & *deciſ.* 241. *per tot.* & *par.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 60. Caten. *reſol.* 70. *per tot.* plenè Boſſ. *de dote cap.* 16.

§. 1. nu. 4. & seqq. fol. 645. &c. ubi etiam de pluribus effectibus dictæ æstimationis emptionem, & venditionem facientis Baitel. de ult. vol. dec. 78. per tot. Mantic. de tacit. & ambig. libr. 12. tit. 28. Vide infra in novissimis additionibus Crescin.

9 Æstimatio rei in dotem datæ non facit emptionem nec venditionem, quando fuit ad alium finem adhibita, nec quando fuit conventum, quòd restitui debeat pro eodem pretio, vel habita ratione augmenti, & diminutionis, vel quòd res, sive æstimatio arbitrio viri restituatur, nec quando expressa non fuit quantitas æstimationis, nec quando maritus non est solvendo, nec quando æstimatio est longè minor valore ipsius rei, puta ultra dimidiam, nec quando ex intervallo post traditionem rei constante matrimonio fit æstimatio, nec quando cum fundo datur pecunia, & maritus promittit restituere pecuniam nulla facta mentione fundi, nec quando melioramenta fiunt in fundo de fructibus bonorum uxoris, ut benè declarat Menoch. d. præsumpt. 74. n. 15. & seqq. per tot Matt. Medic. loc. cit. vide in §. Fundus num. Merlin. de pign. videndus d. quæst. 19. per tot. ubi 28. casus considerat, Rot. part. 17. recentior. decis. 244. num. 6. & seqq. ubi quando æstimatio fundi in dotem dati non faciat emptionem, & venditionem, & latè Boss. de dot. cap. 16. §. 3. num. 43. & seqq. fol. 654. ubi etiam plura de effectibus inde resultantibus, Costa de remed. subsid. 63. per tot. Baitel. de ult. vol. decis. 78. per tot.

Item dicta æstimatio non facit emptionem, & venditionem, quando non ipsa mulier, sed alius nomine mulieris dotem promittit in certa summa, & in solutum dat viro res immobiles ipsius mulieris æstimatas, quia tunc dotans non potest sine consensu mulieris facere dominum virum verè, & irrevocabiliter, cum venditio, & traditio rei alienæ valeat in præjudicium vendentis, non autem veri domini, quòd procedit non obstante tacita ratificatione resultante ex matrimonio subsequuto, quia absque debitis solemnitatibus in contractibus inter virum, & uxorem, maximè si mulier sit minor, non possunt censeri bona vendita mediante æstimatione, sed tantùm assignata pro fundo dotali, prout probat, & dicis in facto fo respondisse Merlin. de pign. d. quæst. 19. num. 79. vide Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 28. n. 25. &c.

De hac materia, an & quando æstimatio fundi dotalis faciat emptionem, & venditionem, vel non, ultra prædictos, vide alios citatos, in §. Fundus n. 5. latè Tusch. litt. E, conclus. 671. per tot. Ricc. collect. 829. 3977. 3187. & 4004. Peregr. dec. 29. ubi infert ad jus congrui, Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 12. num. 82. & seqq. Ludovis. cum Beltram. decis. 573. Covar. pract. var. cap. 28. Cancer. var. resp. 1. cap. 9. Emerix jun. decis. 199. n. 2. Palm. nep. alleg. 354. n. 3. 18. & 28. tom 4. et decis. 265. n. 19. tom. 4. & vide infra in novissim. addit. Crescin.

Quid in rebus mobilibus, & pannis de dorso, vel de dossu, & quando corredum fuit venditum à marito invita uxore, Ursil. ad Afflict. decis. 270. per tot. Diaz. reg. 278. per tot. Bich. decis. 292. num. 1. & seqq. ubi quòd æstimatio mobilium, & jocalium transfert dominium in maritum, & ideò consumptio cedit in damnum viri, & non mulieris, & quamvis adsit pactum quòd possit illa pro eodem pretio restituere, non præsumi extare penes mulierem, & alia, vide in §. Bona num. 10. §. Mobilia num. 5. §. Periculum num. 8. & §. Possessio num. 35. in fine.

An autem pactum restituendi dotem eo modo, & forma, prout fuit recepta, importet emptionem, & venditionem, vel non, in bonis dotalibus æstimatis, ita ut bona potiùs, vel pretium sint restituenda, Rota p. 17. recent. dec. 267. per tot. ubi pluribus modis distinguit.

10 Æstimatio injuriæ qualiter possit prætendi de jure ab injuriam passo, vide Farinac. quæst. 105. nu. 35. et seqq. Surd. decis. 89. Paul. Christin. dec. Belg. 142. vol. Cardin. Tusch. litt. E, concl. 160. Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 4. rubr. 44. per tot. Faria ad Covarr. lib. 2. cap. 10. num. 49. et seqq.

Florentiæ non fit hujusmodi æstimatio injuriæ, prout de jure, sed tantùm agitur ad expensas, damna, & interesse, sicuti jussit S. C. S. per rescriptum de die 20. Maii 1625. ad preces Bartholomæi Borsellini Bononiensis, prout apparet in Archivio DD. Conservatorum Legum Civitatis Florentiæ in filsa octava supplicationum dicti anni sub num. 447. juxta fidem aliàs mihi exhibitam, & dixi in Pract. §. Injuria num. 5.

Licèt audiam quandoque fuisse factam hujusmodi æstimationem injuriæ in Rota, quod an verum sit ignoro; hoc unum scio, quòd pluries audivi has prætensiones, & nihil fuisse decisum.

Æstimatio rei legatæ qualiter sit præstanda ab hærede, quando legatarius est incapax possidendi rem ipsam legatam, maximè testatore sciente, & non quidem propter qualitatem personæ suæ, vide Paul. Christin. decis. Belgic. 201. num. 7. & seqq. per tot. vol. 2. ubi refert contrarias opiniones, & rationes, quas distinguendo conciliat, & dixi in §. Legatum num. 72. Card. De Luc. de Feud. disc. 12. n. 5. disc. 18. num. 9. disc. 21. n. 4. in summ. n. 224. & de Legat. disc. 1. & de Dot. disc. 194. n. 11. Boscol. Parmens. inter oper. ejusdem Card. De Luc. de Feud. art. 6. n. 77. 11

Item quando æstimatio rei legatæ debeatur ex conjecturata mente testatoris, si res aliena fuit legata, vel res Ecclesiæ, sive feudalis, vel si res perierit, latè videndus Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 9. tit. 9. 10. 11. 12. et 13. per tot. Giszarel. & Addent. decis. 22. per tot. Rot. in selectis per Farinac. part. 1. tom. 1. decis. 265. 309. 337. et 453. in eadem causa Romana hæreditatis de Marescottis, in quibus decisionibus firmatur æstimationem deberi, tàm in legato, quàm in institutione rei alienæ, quando testator sciebat rem esse alienam, ad favorem conjunctæ personæ, & piæ causæ, ut latiùs dixi in §. Legatum num. 72. nisi aliter appareat de verisimili mente testatoris ex conjecturis, noluisse scilicet relinquere æstimationem rei alienæ, quia cum totum possit, & efficiat in ultimis voluntatibus, tunc non debetur, ut latè in dict. dec. 453. per tot. ubi plures ponderantur conjecturæ denotantes testatorem minimè voluisse legare æstimationem, de qua materia latè etiam Ansald. cons. 123. per tot. Card. De Luc. de Legat. disc. 2. num. 2. et 3. disc. 44. sub n. 4.

Æstimatio an, & quando sit necessaria in subhastatione dixi in §. Subhastatio nu. 6. De Luc. Judic. disc. 40. num. 61. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 37. n. 542. tom. 6. Abecclef. & Crescin. part. 1. observat. 137. 138. et 140. 12

Varia de diversis æstimationibus notat Thoro compend. decis. Neapol part. 1. 2. et 3. verb. Æstimatio, & plura remissivè Castejon. in Alphabet. jurid. verb. Æstimatio, & Com. August. Fontan. Bibliothec. legal. part. 4. eodem verb. fol. 54. etc. Card. De Luc. Mantiss. ad eumdem De Luc. Emerix Captar. Mans. Palm. & alii moderni. 13

Æstimatio, sive summa diversa facta à testibus, vel peritis, quomodo sit ad concordiam reducenda, & quæ attendenda, Parlador. quotid. quæst. 9. per tot. alios plures citavi in §. Peritia num. 6. & alibi. 14

Æstimatio diversorum corporum unica venditione, & unico pretio venditorum, qualiter sit facienda non in globo, & cumulo, sed per singula corpora, & respectu singulorum corporum, maximè si ita fieri partium intersit, latè Rot. in Sabien. Statue Montis Libretti 24. Junii 1652. et 12. Januarii 1654. coram Dunozet Tondut. quæst. civil. 106. 107. et 108. part. 2. ubi habentur dictæ decisiones, vide hic nu. 4. 15

Æstimatio bonorum stabilium fieri debet per peritos, qui etiam non interrogati debent reddere concludentes rationes. Giurb. dec. 115. Duran. dec. 346. Rot. dec 421. p. 9 rec. Card. De Luc. de regalibus disc. 125. n. 5. de feud. disc. 108. n. 3. 16

Secùs est in æstimatione frumenti, aliorumque victualium cum sufficiant testes non periti nullam rationem reddentes Mantic. dec. 3220. nu. 4. Buratt. dec. 865 in fin. Rot. decis. 223. par. 11. rec. De Luc. dict. disc. 125. sup. n. 6.

Et quomodo stabilia æstimentur, eorumque pretium liquidetur. De Luc. de judic. disc. 33. nu. 46. de alien. disc. 57. n. 9. 17

Castri, seu corporis universalis fieri debet à perito distinctè, & per singula membra. Card. De Luc. disc. 33. n. 35. de judic. disc. 65. n. 2. de feud. 18

Æsti-

19 Æstimatio feudi quomodo sit facienda, & an attendendum sit tempus emptionis, vel mortis Vasalli. Bosc. *art.* 6. *n.* 52. *seq.* inter opera Card. De Luc. Idem De Luc. *de feud. disc.* 108. *n.* 2. 4. *lib.* 1.

20 Æstimatio facienda est tanti ad quantum ascendunt fructus 20. annorum ex ea re percipiendi. De Luc. *de regal. disc.* 30. *n.* 7. *de donat. disc.* 34. *n.* 15. *de judic. disc.* 33. *n.* 47. 49. 50.

21 Æstimatio locorum montium, quomodo sit facienda. Rot. *dec.* 264. *n.* 5. *par.* 21. *recent.* De Luc. *de regal. disc.* 30. *n.* 8.

22 Æstimatio locorum montium fideicommisso subjectorum taxatur in scutis 60. pro quolibet Altogr. *cons.* 102. *nn.* 70. *lib.* 2. Surd. *decis.* 30. *num.* 25. De Luc. *sup. n.* 9.

23 Æstimatio rerum generaliter venditarum longè inferior esse solet, quàm in earumdem particulari, ac minuta venditione Bonac. *de contrac. disp.* 3. *qu.* 2. *punct.* 4. *n.* 21. De Luc. *de regal. disc.* 117. *n.* 5.

24 Æstimatio solutionis promptæ, & unicæ major sit, quàm diminutæ, & dilatæ. Rot. *decis.* 41. *n.* 12. *part.* 9. *rec.* De Luc. *de regal. disc.* 30. *n.* 7.

25 Æstimatio recompensæ de reddit u ad redditum, quomodo facienda. De Luc. *de præem. disc.* 11. *n.* 12.

26 Æstimatio bonorum non extantium, quomodo fieri possit. De Luc. *de hæred. disc.* 20. *nn.* 13. *de fideic. disc.* 192. *n.* 22. 23. *de judic. disc.* 33. *n.* 36.

27 Æstimatio in appropriatione, seu adjudicatione facienda hæredi, an requiratur De Luc. *de hæred. disc.* 28. *n.* 10. 11.

28 Æstimatio an debeatur ei, quem mandavit testator præsentari ad juspatronatus, si præsentatio effectum sortita non fuerit, ex quo detegatur, testatorem non fuisse patronum remissivè. De Luc. *de jurep. disc.* 14. *n.* 12.

29 Æstimatio bonorum jurisdictionalium quomodo fieri debeat De Luc. *de feud. disc.* 128. *n.* 17. *de judic. disc.* 33. *n.* 35. 48. *seqq.*

30 Æstimatio bonorum privatorum, & indiferentium fit ad rationem quinque pro centenario. De Luc. *dict. disc.* 33. *num.* 147.

31 Æstimatio domus, vel alterius ædificii, quomodo sit regulanda De Luc. *de alien. disc.* 57. *n.* 9. *de judic. disc.* 33. *n.* 33. & quomodo vineæ arboreta *ibid.*

32 In prædiis rusticis, quomodo ædificia augeant valorem De Luc. *de emph. disc.* 24. *nn.* 7.

33 Æstimatio mobilium, gemmarum, & picturarum, quomodo fiat. De Luc. *de judic. disc.* 33. *num.* 46.

34 Æstimatio frumenti fit a foro De Luc. *de regal. disc.* 125. *n.* 6.

35 Æstimatio dulcis, & levis fieri solet in minori quantitate, quàm magis aridi, & ponderosi De Luc. *de regal. disc.* 111. *n.* 6.

36 Æstimatores an debeant distinctè referre pretium singulorum membrorum. De Luc. *de judic. disc.* 33. *num.* 35. ubi de castris & bonis jurisdictionalibus *de feud. disc.* 65. *n.* 2.

37 Æstimatores debent pro æstimatione assignare concludentes causas, vel rationes. De Luc *dict. disc.* 33. *num.* 34.

38 Æstimatio rei incertæ, & litigiosæ non debet fieri, sicut ipsius rei. Emerix Jun. *decis.* 297. *n.* 5

39 Æstimatio Palatii pro habendo illius valore, debet fieri per peritos communiter eligendos, habito respectu ad materiam, & formam, & quanti communiter vendi posset. Marescot. *var. resol. cap.* 114. *n.* 12. 13. *lib.* 2. Caprara *dec.* 546. *n* 7. *tom.* 2.

40 Æstimatio non debet fieri in infinitum ex damni infecti stipulatione. Molin. *disp.* 703. *n.* 50. Palma nepos *decis.* 7. *n.* 16. 17. *tom.* 1.

41 Æstimatio quando suppleat confusam descriptionem factam in invantario. Macerat. *resp.* 8. *nn.* 15. *lib.* 2. Rot. *decis.* 2. *nn.* 5. *part.* 5. *rec.* Palma nepos *decis.* 46. *n.* 29. 30. *tom.* 1.

42 Æstimatio facta a præcone debet esse jurata. Palma *ibid. n.* 31.

43 Æstimatio fieri non potest pro quantitate illiquida Cavaler. *decis.* 171. *n.* 6. Rot. *decis.* 715. *num.* 2. *p.* 2. *rec. decis.* 463. *n.* 4. *p.* 4. Palma nepos *decis.* 49. *n.* 21. *tom. pr.*

Æstimatio fieri debet per peritos a judice missos. Mangil. *de subbast. quæst.* 73. *n.* 6. 44

Æstimatio bonorum non est necesse, ut præcedat venditionem bonorum, quæ subhasta exponuntur, deliberanda plus offerenti. Palm. nep. *decis.* 55. *n.* 4. 5. *tom.* 1. æstimatio debet præcedere subhastationem, quæ fit pro exactione publicarum functionum, & non pro rebus privatorum. *dec.* 55. *n.* 6. *ibid.* Item debet præcedere, quando agitur de pignore Judiciali, vel Prætorio adjudicando creditori. *n.* 7. *ibid.* 45

Æstimatio facta ad unum effectum non debet alium operari. Seraph. *decis.* 1332. *nu.* 2. Gratian. *discep.* 826. *n.* 33. Surd. *consil.* 368. *num.* 14. *lib.* 3. Palma nepos *dec.* 55. *n.* 28. *tom. pr.* 46

Æstimatio ad effectum subhastationis requiritur, ut sequatur de tempore, quo fit subhastatio. Palm. nep. *dec.* 55. *n.* 31. æstimatio facta per peritos, absque consensu, & approbatione partium non attenditur, sed pretium in subhastatione repertum. *n.* 40. *ibidem.* 47

Æstimatio melioramentorum in plantando vites, & arbores quomodo fieri debeat. Palma nepos *decis.* 92 *n.* 42. Actoin. *resolut.* 31. *n.* 26. 48

Æstimatio facta non servata forma statuti est nulla. Posth. *de subhast. inspect.* 47. *n.* 59. Palma nepos *decis.* 366. *n.* 6. 49

Æstimatores electi debent jurare de benè, & fideliter æstimando. Mascard. *de probat. concl.* 653. *n.* 1. 5. 6. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *qu.* 58. *n.* 4. Garz. *de expens. cap.* 24. *n.* 18. Covaru. Farin. Pinel. Hermosil. Niger. Posth. Pacion. & alii Sperell. *dec.* 54. *nu.* 45. Rot. *decis.* 339. *n.* 6. *seqq. part.* 19. *rec.* Palma nepos *decis.* 366. *n.* 7. *tom.* 4. 50

Æstimatio vera inducit tacitam emptionem, & venditionem De Luc. *de dot. disc.* 97. *nn.* 2. Palma nepos *all.* 41. *n.* 2. *tom. pr.* 51

Æstimatio facta per cementa, arguendo æstimationem totius domus ab æstimatione singularium partium in jure improbatur. Rot. *decis.* 199. *nu.* 16. *in rec. decis.* 159. *part.* 15. *dec.* 94. *n.* 6. *p.* 18. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 14. *lib.* 6. *n. pr. vol.* 3. 52

Æstimatio, quæ regulatur a situ, & a pensionibus domus, in jure non admittitur Urceol. *consult.* 3. *n.* 56. Rot. *decis.* 375. *n.* 34. *p.* 13. *rec.* Mantiss. *sup. num.* 3. 53

Communis æstimatio arguitur, ex valore, & qualitate cementorum, nec non ex annuis pensionibus simul & unitim cum cementis consideratis Serap. *decis.* 665. *n.* 8. Card. De Luc. *de judic. dist.* 33. Mantiss *ibid. sup. n.* 5. 54

Æstimatio facta non citata parte nullam facit probationem Bic. *decis.* 14. *n.* 15. Mantissa ad De Luc. *decis.* 14. *lib.* 9. *n.* 29. *vol.* 1. 55

Ad effectum æstimandi est necessaria præsentia, & inspectio rei. Rot. *decis.* 270. *num.* 5. *part.* 14. *rec.* Mantiss. *decis.* 33. *lib.* 9. *n.* 10. *vol. pr.* 56

Æstimatio facit emptionem, si contractum expressum non destruit. Rubeus *de consuf. cap.* 18. *n.* 239. relata ad pretium in pecunia solvendum facit emptionem *n.* 262. facit emptionem causa dotis *n.* 263. item in causa locationis *n.* 265. non facit emptionem si referatur ad aliud, quàm ad pretium exigendum *n.* 268. nec si fiat ad notitiam valoris. *n.* 270. *seq.* 57

Æstimatio bonorum facienda habito respectu ad tempus præsens, fieri debet consideratis materia, & forma nec non qualitate rei. Ciriac. *contr.* 453. *n.* 72. 80. Bicc. *decis.* 199. *num.* 15. 16. Sacr. Rot. Roman. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 455. *n.* 8. 58

Et habenda est etiam ratio de fructibus, quando isti sunt rationabiles, & pretio respondent Peregrin. *cons.* 76. *nu.* 10. *vers. ibiq. ex locut. lib.* 4. Rot. *rec. dec.* 317. *n.* 12. 13. *p.* 11. *dec.* 203. *num.* 17. *par.* 12. *decis.* 455. *n.* 9. *part.* 19. *rec. tom.* 2.

Peritus æstimare debet omnia singillatim in referendo valorem hæreditatis. Rot. *dec.* 591. *n.* 4. 5. *p.* 19. *recen. tom.* 2. 59

In æstimatione citandi sunt creditores. Surd. *cons.* 324. *n.* 16. 17. Cels. *dec.* 387. *nu.* 9. Rot. *dict. decis.* 591. *n.* 6. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* 60

Æstimationis faciendæ per peritos conditio adjecta in contractu emptionis, & venditionis inducit formam specificè implendam per electum, & non per 61

alium Soccin. Sen. *conſ.* 44. *nu* 9. *lib. pr.* Aretin. *conſ.* 103. *n. pr.* Rocc. *cap.* 161. *n.* 25. *diſp. ſelect. lib.* 1.

62 Æſtimatores electi pro exequutione, & obſervantia laudi non poſſunt illud ſubvertere, & immutare Duran. *deciſ.* 200. *n.* 8. *verſ. preterea ſeqq.* Rocc. *c.* 158. *num* 6.

63 Æſtimatio rei poteſt probari per expertos ad hoc electos Rot. cor. Cavaler. *dec.* 187. *n.* 4. Cabrun. *lucubr.* 20. *n.* 19.

64 Æſtimatio per expertos an fieri poſſit de præſenti ad tempus præteritum. Natt. *conſ.* 353. *num.* 2. Maſcard. *concl.* 658. *n.* 4. Aloyſ. Manſ. *conſult.* 39. *n.* 38. Urceol. *de tranſac. q.* 94. *nu.* 40. Gob. *conſult. deciſ.* 93. *n.* 36. Roſa. *conſult.* 30. *n.* 21. Venturin. *conſ.* 33. *n.* 27. Cabrun. *lucub.* 20. *n n.* 20.

§. ÆTAS. XIV.

1 ÆTas hominis à ſapientiſſimis Viris diverſimodè reperitur diviſa, quidam enim in quinque partes, alii in quatuor juxta quatuor anni tempora; alii in tres, alii in ſex, & alii in ſeptem, quod & mihi placet, diviſerunt: in infantiam ſcilicet, quæ durat uſque ad ſeptennium: pueritiam uſque ad 14. annos in maſculis, & 12. in fœminis: adoleſcentiam uſque ad 20. annos: juventutem uſque ad 35. virilitatem uſque ad 48. ſenectutem uſque ad 56. & decrepitatem uſque ad extremum vitæ ſpiritum, prout ex magno Hipocrate refert Menoch. *de arbitr.* 57. *nu. pr. et ſeqq.* ubi tandem ipſe videtur approbare eſſe tantùm ſex hominis ætates, & multa ſubiicit de infantia, & declarat latè quis dicatur proximus infantiæ, vel pubertati, de his videndus Tuſch. *litt. E. concluſ.* 335. & latè Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.* 1. *tit.* 1. *per tot.* ubi circa ætatem examinat decem quæſtiones, nempè quid ſit, quomodo dividatur, de infantia, pueritia, pubertate, juventute, virilitate, ſenectute, & decrepitate, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *nu.* 219. *et fol.* 396. ubi in ſex partes dividit, & quòd ætas nil aliud eſt, quàm menſura quædam temporis à nativitate hominis uſq; ad obitum decurrens, vel quædam menſura hominis, ac deſcriptio temporis; & quod itidem ſex ſunt Mundi ætates, vel generationes, prima ab Adam uſq; ad Noe, in qua contingit inſtitutio, & lapſus generis humani: ſecunda à Noe, uſque ad Abraham, in qua genus humanum fuit per diluvium deſtructum, & renovatum per Noe cum tribus filiis ſuis: tertia uſq; ad David, in qua fuit circumciſionis, & legis conſtitutio: quarta uſque ad tranſmigrationem Babylonis, in qua floruit lex ſub Regibus, & Prophetis: quinta uſque ad Chriſti adventum, in qua fuit populi captivitas, & redemptio: ſexta, & ultima currens uſque ad Mundi finem, & in hac humani generis redemptio. Item quòd ætas à die nativitatis, non conceptionis, nec baptiſmi numeranda, quòd ætas D. N. Jeſu Chriſti quando pro ſalute Mundi fuit in patibulo Crucis oblatus erat annorum circiter 33. Ætas verò B. M. V. 63. annorum, & quod ætas cujuſque hominis in die Reſurrectionis erit eadem cum ætate Chriſti prædicta. De quinque Mundi ætatibus doctè diſſerit etiam F. Hier. de Bocchiis Florent. *in Monopanthon. Harmonic. & Chronolog. part.* 1. *lib.* 1. *fol. mihi* 133. *et ſeqq. per tot. et fol.* 383. ubi de ſexta currente Mundi ætate, & ejus duratione juxta diverſas opiniones, quæ jamdudum finem Mundo impoſuerunt, ſed cùm non fuerint verificatæ, nec aliæ ſunt attendendæ illam protrahentes ad annum 1700. 1730. 1790. 1800. 1994. 3962. & hujuſmodi; omnium autem certior, ac ſanior ſententia, hæc & ſimilia juſtis ex cauſis eſſe nobis abſcondita, ac ideò per Concil. Lateran. prohibentur hujuſmodi aſſertiones, quia Veritas ipſa Deus monuit, Non eſſe noſtrum noſſe tempora, vel momenta, &c. ac de comprobatione, & calculo omnium ſex dictarum Mundi ætatum per epilogum idem Auctor de Bochiis *d. part.* 1. *lib.* 1. *per tot.* De diverſ. ætatib. plura Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 3. *per tot. tom.* 2.

2 Ætas tamquam res difficilis probationis poteſt probari per conjecturas, & indicia, per teſtes ſingulares, vel de judicio ſuo, vel per aſpectum, vel confeſſionem illius, de cujus ætate agitur, vel per librum baptiſmi, dummodò fides extrahatur à Parocho, vel etiam ab alio parte citata Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 49. Rot. *in Clemen. Canonicatus* 6. *Junii* 1631. *coram Ghislerio num.* 9. *& ſeqq. & in Gerunden. Canonicatus* 18. *Maii* 1637. *coram Veroſpio num.* 4. *& ſeqq.* penes Zacch. *quæſt. medic. legal. tom.* 2. *dec.* 65. *&* 76. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 340. *& ſeqq.* Ricc. *collect.* 302. 1677. 3000. 3437. *cum pluribus ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recentior. deciſ.* 14. *num.* 7. *& ſeq. & deciſ.* 279. *nu.* 39. *&c. ſeqq per tot. in eadem cauſa*, Caldas Pereyra *tract. de reſtit. in integr. verb. Minoribus fol.* 193. ubi de pluribus aliis modis, quibus poteſt ætas probari. Lata *de vita hominis cap.* 26. Rot. poſt Urceol. *de Tranſact. deciſ.* 90. *n. pr.* DeLuc. *de alien. diſc.* 60. *n.* 12. *de judic. diſc.* 30. *nu.* 9. Palma nepos *all.* 160. *nu.* 8. *all.* 167. *nu.* 6.

Qualiter poſſit probari per teſtes, Cavalèr. *dec.* 375. *per tot.* Ricc. *collect.* 3444. Rot. *dict. deciſ.* 14. *nu.* 7. *& par.* 9. *recent. & dict. deciſ.* 279. *& part.* 18. *tom. pr. deciſ.* 21. præſertim ſi adducant aliquod factum notabile de illo tempore Lud. *deciſ. Per.* 55. *num.* 8.

Quòd poſſit aſſignari terminus reo carcerato ad docendum de ætate ſua, Mur. *deciſ.* 30. *num.* 21.

3 Ætas filii regulariter præſumitur nota patri, & conſanguineis, niſi aliter appareat ex conjecturis, ut latè ad inducendam oblivionem ætatis filii, imò etiam propriæ declamt Altogrd. *conſ.* 84. *nu.* 4. 34. *& ſeqq. lib.* 2. Tuſch. *litt. E concluſ* 342. *per tot.* & familiarib. Menoch. *præſumpt.* 51. *num.* 42. *lib.* 2.

Qualiter poſſit probari ex affectione parentum etiam ad effectum reſtitutionis in integrum, & alia, Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 27. *per tot.*

4 Ætas major, vel minor nunquam præſumitur, ſed ab allegante probari debet, & qualiter probetur Barr. *in leg. ætate ff. de minor.* Ricc. *collect.* 1677. 3451. *& alibi ut ſupra*, Marant. *in l. is poteſt num.* 279. *ff. de acquir. hæred.* latè Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 50. *&* 51. *per tot.* ubi quomodo probetur, & deducatur ex conjecturis, latè Odd. *de reſtit. in integ. quæſt.* 37. *art. pr. & ſeqq. per tot.* Tuſch. *litt. E. concl.* 344. *per tot. & litt. M. concl.* 166. *per tot.* Viv. *com. opin.* 236. ubi quòd debet probari à fundante ſe in ea cum tribus limitationibus.

Quod ætas minor ſit concludenter probanda ad effectum veniendi contra inſtrumentum, Cavaler. *deciſ.* 437. *num.* 7. vide Odd. *dict. quæſt.* 37. *art.* 3. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. tom. pr. deciſ.* 21.

Qualiter probetur ex aſpectu arbitrio Judicis, Menoch. *de arbitr caſ.* 117. *per tot.* Odd. *dict. quæſt.* 37. *art.* 13. 14. 15. *&* 16. *per tot.* ubi plura Creſpi *obſervat.* 23. *quæſt.* 8. *ubi an probet. per teſtes de aſpectu.*

Quando minor ætas proponitur per modum exceptionis, vel alicujus beneficii conſequendi, ille, qui ſe excuſat debet ætatem probare, quando verò à neutra parte proponitur pro fundamento ſuæ intentionis, & agitur de magno præjudicio, debet dari terminus hinc indè ad probandum, Bald *conſ.* 418. *lib.* 2.

Quòd ætas probetur ex aſpectu, & in dubio potiùs præſumatur minor, quàm major, cùm certè ſemel fuerit minor, *gloſ. in leg. de ætate verb. probandum, in fine ff de minor.* Franc. Scaglion. *in Pragm. Regn. allegat. pr. nu.* 36. *fol.* 290. & ita fuit judicatum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Florentiæ, me proponente de menſe Junii 1674. in cauſa cujuſdam Joſephi del Moro de pluribus furtis inquiſiti, & confeſſi, qui fuit excuſatus à pena mortis ex eo præcipuè, quòd factis pluribus diligentiis non potuit illius ætas verificari, cum non fuerit repertus deſcriptus in ſolitis libris baptizatorum, nec alibi certitudinaliter, ac ideò in illa dubietate facti circa ætatem de tempore commiſſorum delictorum, fuit ad triremes damnatus, unà cum reſtitutione ablatorum, & poſteà tranſmiſſus Rovit. *pragm. pr. de minor. n.* 11. DeLuc. *de alien. diſc.* 60. *nu.* 12.

5 Ætas major, vel minor probari poteſt per teſtes, conſanguineos, affines, vicinos, & obſtetrices, ſicut & per librum baptiſmi ſcriptum à Presbytero, vel per librum patris, Maſcard. *de probat. concluſ.* 673. *nu.* 1. *& lib.* 1. Guaz. *diff.* 30. *cap.* 11. *num.* 7. *& cap.* 12. *n.* 4. Odd. *dict. quæſt.* 37. *art.* 4. *& ſeqq. per tot.* ubi plura, Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.* 21. ubi de probatione

batione per teſtes conſanguineos quando admittatur, vel non Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 13. per tot.*

Quòd probetur ex libro baptiſmi, Duran. *deciſ.* 18. *nu.* 22. Menoch. *lib. 2. præſumpt.* 51. *per tot. vide in §. Liber num.* Odd. *dict. quæſt.* 37. *art.* 9. *cum aliis ſupracitatis*, vide De Luc. *de Juſtit. diſc.* 30. *num.* 9. Antonel. *loc. cit.* Rovit. *prag.* 1. *de paroch.* Barboſ. *de Epiſc. all.* 32. Cyriac. *contr.* 252.

Qualiter probetur per librum patris, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 216. *num.* 15. Genu. *de ſcript. privat. lib.* 5. *in notabil. fol. mihi* 283. vide De Luc. *de alienat. diſc.* 60. *num.* 12. Antonel. *loc. citat.* Farin. *in fragm. par.* 1. *à nu.* 143. Mantic. *dec.* 25. & 58. Adden. ad Buratt. *dec.* 949.

Qualiter per epiſtolam patris probetur ætas ſaltem ſemiplenè, & per figuram aſtronomicam nativitatis, Genu. *de ſcript. privat. in Addit. quæſt.* 38. *fol.* 46.

Qualiter per librum rationum, ſive memorabilium quotidianarum patris, Odd. *de reſtit. in integ. quæſt.* 37 *art.* 12. *per tot.*

Qualiter per dationem tutoris, vel curatoris, Magon. *deciſ. Flor.* 70. *num.* 18. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 50. *num.* 40. Odd. *d. quæſt.* 37. *artic.* 11. *per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 155. *num.* 1. & *ſeqq. ad* 16. ubi etiam de libro baptiſmi, & de antiquo more probandi ætatem ex actis, in quibus dies nativitatis, & mortis omnium referebatur, & ita etiam hodie ſervatur Florentiæ, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 441. *num.* 1. 9. & *ſeqq.* ubi etiam de aliis modis probandi ætatem, de quibus plenè Maſcard. *de probat. in verb Ætas*, & *verb. Minoritas concl.* 2062. vide Antonel. *ubi ſupra num.* 16.

6 Ætas minor, vel decrepita qualiter excuſet à pœna ordinaria in delictis, cùm regula ſit, in pœnalibus ſemper ætati, & imprudentiæ ſuccurrendum, latè tradit Menoch. *de arbitr. caſ.* 325. *per tot.* & *caſ.* 356. *num.* 18. Clar. §. *fin. quæſt.* 55. & 60 Guaz. *deff.* 30. *cap.* 4. *num.* 21. *deff.* 32. *cap.* 32. & *d ff.* 33. *cap.* 17. Pic. *ad ſtat. Urb. gloſ.* 7. *num.* 278. Ricc. *collect.* 1845. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 134. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §. 50. *num.* 125. & *ſeqq.* plenè Farinac. *quæſt.* 92. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 121. *vol.* 1. ubi dicit impubere doli capace fuiſſe quandoque controverſum, & furcis ſuſpenſos minores 25. annis. Vide *in §. Minor. nu.* 2. latè Antonel. *de tempore leg. cit. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot.*

Quòd in ætate pupillari non poſſit conſiderari dolus, Rot. *par.* 6. *rec. dec.* 77. *num.* 30. ubi loquitur in contractibus.

Florentiæ adeſt ſtatutum *lib.* 3. *Rubr.* 33. diſponens quod majores annorum ſexdecim poſſint puniri pœna ordinaria delicti: minores verò ſexdecim annis uſque ad 12. pœna arbitraria mitiori; & à duodecim annis infra nulla pœna, niſi ageretur de delicto graviſſimo, quo caſu poſſent puniri arbitrio judicis extra pœnam corporalem.

Quo ſtatuto non obſtante tãquàm nimis rigoroſo, in praxi, nullus unquã condemnatur pęna ordinaria delicti, niſi tempore illius perpetrati compleverit ſaltem decimum octavum ſuæ ætatis annum, quæ ab alio ſtatuto in civilibus *lib.* 2. *Rub.* 115. declaratur legitima, & perfecta ſive naturalis 25. annorum, ut dixi in mea *Pract.* §. *Pœnæ num.* 16. & teſtatur etiam Cabal. *reſ. crim. caſ.* 134. *num.* 11. *&c.* licèt videatur intellexiſſe *dict. rub.* 33. *lib.* 3. loqui de annis 18. ſed loquitur de ſexdecim, revera tamen paſſim ſervatur, ut ſupra, & attenditur ætas 18. annorum tempore delicti completorum ad effectum condemnandi pœna ordinaria, & ab inde infra minuitur pœna arbitrio judicis juxta facti, & perſonarum qualitatem.

Imò non obſtante dicto ſtatuto vidi quandoque (in arbitrariis maximè) minui pœnam ab annis 25. infra, & ſic ætatem minorem acceptam proni ex diſpoſitione juris communis, haberi in aliqua conſideratione, ubi non eſt pœna à lege determinata, & ſignanter per Magiſtratum DD. Octo Baliæ virorum Florentiæ ſub die prima Octobris 1675. in cauſa contra Ferdinandum Piattolum, & Antonium Monticellum, Giornali negotiorum 644. *fol.* 67. & fuiſſe approbatum à S. C. S. vide *in §. Statutum circa generalia nu.* 22. & §. *Minor num.* 2.

Quòd vigore ſtatuti Urbis Romæ *lib.* 1. *cap.* 17. ætas 20. annorum reputetur major, Rot. per Seraph. *dec.* 746. *nu.* 2. 751. *num.* 2. *part.* 1. *recent. deciſ.* 431. *num.* 3. & *part.* 11. *deciſ.* 3. *num.* 7. Antonel. *d. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 15.

Quòd de jure communi major ætas conſideratur in 25. anno, de jure verò Regni Neapolitani in anno 18. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 367. *in prin.* Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 23. & idem eſt in Regnis utriuſque Siciliæ, De Luc. *de dot. diſc.* 142. *num.* 11.

Quando delinquens eſt forenſis attenditur ætas de jure communi, ut fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ die 2. Decembris 1699. in cauſa Cortonæ contra Carolum Laurentii in filcia negotiorum *num.* 5023. & dixi *in §. Statutum circa generalia num.* 46. vide De Luc. *conflict. obſerv.* 12. ubi an ſit de regalib.

Aetatis venia non niſi ab ipſo Principe concedi poteſt, non operatur quoad alienationem bonorum immobilium, & debet publicari per proclamata, ut omnibus innoteſcat, Magon. *d. ciſ. Luc.* 13. *num.* 5. & *num.* 13. facit quòd dixi *in §. Statutum num.* *in §. Decretum num* 23. ubi an, & quando ſuppleat decretum judicis. 7

Quòd ætatis venia à ſolo ſupremo Principe concedi poſſit, quomodo ſit impetranda, quibus ſit concedenda, vel non, quos effectus operetur, an impediat beneficium reſtitutionis in integrum, & quo tempore incipiat quadriennium ad illam petendam, an detur reſtitutio adverſus ipſam impetrationem, ſi minor ſe læſum ex ea probaverit, & alia ad rem multis ſingillatim citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.* Creſp. de Valdaur. *obſerv.* 17. *&c.* Anton. God. *conſult.* 93. *num. pr.* & *ſeqq.* Vide Deluc. *de don. diſc.* 2. *Conflict. obſerv.* 2.

Quòd poſſit ætas diſpenſari à Summo Pontifice ad obtinendas commendas, & beneficia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 290. Sanſche. *in Praxi ſect.* 26. *per tot.* ubi de diſpenſatione ætatis ad plures effectus. Deluc. *de benef. diſc.* 95. *nu.* 6. 7.

Ætas quænam requiratur de jure communi; ex regulis Cancellariæ, & ex Concilio Tridentino ad obtinendum Canonicatum in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, & quid ſit obſervandum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 591. *num.* 1. & *ſeqq. ad* 21. plenè Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *per tot. fol.* 385. *etc.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 31. *n.* 33. ubi quòd ſufficit ætas 14. annorum, & latiùs *dec.* 205. *nu.* 7. & *ſeqq.* ubi quando requirantur 22. anni juxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reform.* De Luc. *de benef. diſc.* 95. *nu.* 15. latè Fagn. *in cap. cum in cunctis à nu.* 51. *de Elect.* Ventrigl. *in adnotat. rer. Eccl. ſ. adnot.* 6. *de ætat. benef. nu.* 9. 8

Quæ ætas requiratur in quolibet ordine ſuſcipiendo tam de jure canonico, quàm ex Concilio Tridentino, Menoch. *de arbitr. caſ.* 427. *per tot.* Pac. Jordan. *vol. pr. lib.* 5. *titul.* 6. *num.* 201. & *ſeqq. fol.* 205. Dian. *par.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 29. Gabr. Vaſquez in S. Thom. 3. *part. tom.* 3. *diſp.* 246. *cap. pr. fol.* 619. latè Fagn. *in d. cap. cum in cunctis à num.* 130. Deluc. *ad Conc. diſc.* 14. *nu.* 25. 27. *diſc.* 24. *num* 2.

An autem ſi quis ordinetur ante legitimam ætatem bona, vel mala fide incurrat ſuſpenſionem, & celebrando irregularitatem, idem Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 182.

Ætas 14. annorum etiam tantùm inchoatorum ſufficit ad obtinenda beneficia ſimplicia, Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. vide §. *Clericus nu. pr.* & §. *Beneficium num.* 24. Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 399. *nu.* 5. *&c.* ubi quòd licet requiratur dicta ætas ad obtinenda beneficia, non procedit quando aliter conſtat de voluntate fundatoris, cui in hoc Concilium noluit derogare, & dicta deciſio eſt in terminis fundationis Commendæ, quæ debetur juxta diſpoſitionem fundatoris, etiam ante ætatem 12. annorum requiſitam à ſtabilimentis Religionis, quæ procedunt tantùm in Commendis liberæ diſpoſitionis Religionis, ſeu Magni Magiſtri; ſecùs autem ſi fundator aliter expreſsè, vel tacitè diſpoſuerit, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 64. ubi plures allegat Fagn. *in cap. ſuperinordinata* 9

nn. 15. *de præbend.* Vida Deluc. *de fideic. disc.* 8. *nn.* 20. 16 *de benef. disc.* 95. *a an.* 5. & in *Sum. a nu.* 139. & *ad Conc. disc.* 24. *à nn.* 5. Palm. nep. *all.* 167. *nn.* 7. *tom.* 2.

Ad obtinendas verò pensiones sufficit ætas septem annorum, Gratian. *discept. for. cap.* 397. *num.* 17. & 18. V de Card. De Luc. *de beneſic. disc.* 95. *nn.* 3. *annot. ad Concil. disc.* 24. *n.* 9.

Infans etiam est capax pensionis per supplicationem, idem Gratian. *cap.* 508. *num.* 17.

De ætate requisita pro unoquoque beneficio à minimo usque ad supremum Papatum, & similibus casibus certam ætatem requirentibus, de sex ætatibus Mundi, de ætate Christi Redemptoris nostri, & Beatissimæ Virginis, de ætate, in qua unusquisque resurrecturus est in die judicii, & similibus plenè Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *per tot. ad numeros* 133. *fol.* 385. & *seqq. ad* 397. Tusch. *litt. E. conclus.* 135. 137. & *seqq.*

10 Ætas sexdecim annorum completorum requiritur in quocumque Religioso masculo, vel fœmina volente professionem emittere, & annus probationis post assumptum habitum, juxta Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 25. *de Regular.* aliàs professio est nulla ad quoscumque effectus Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 6. *quæsit.* 12. & 13. & *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 349. *vers.* *Ætas enim* &c. Menoch. *de arbitr. cas.* 56. *num.* 5. & *seqq.* & *cas.* 436. *num.* 4. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *nu.* 180. *etc. fol.* 73. ubi etiam Episcopus permittere non debet puellam ante annum duodecimum expletum habitum suscipere, juxta Concil. *d. sess.* 25. *d. cap.* 16. & quòd intra quinquennium potest reclamare, si habitum, vel professionem ante tempus debitum, vel per vim emisisse prætendat, imò etiam quinquennio elapso petere restitutionem in integrum ad effectum probandæ violentiæ, à Summo Pontifice, & alia notabilia ad propositum, ut ibi per eum, vide in §. *Religiosas an* 6. &c. & §. *Tempus n.* §. *Monasterium a. pr.* Lezan. *in verb. Ætas num.* 5. *in summ.* De Luc. *de Regul. disc.* 41. *num.* 17. *annot. ad Concil. disc.* 39. *n.* 1. & 3., ubi ampliat, *de regular. disc.* 43. *n.* 9.

Quòd annus probationis omninò requisitus ante professionem debeat esse continuus, & non interpollatus, quomodo interrumpatur ad effectum annullandæ professionis, & alia Lap. *alleg.* 46. cujus verba refert, & late explicat Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 300. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 349. *num.* 3. &c. latè Barbos. in collect. ad Concil. Tridentin. *sess.* 25. *cap.* 15.

An puella ante duodecimum annum completum possit assumere habitum, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 47.

De ætate requisita in novitiis recipiendis, Ascan. Tamburin. *de jur. Abb. tom.* 3. *disp.* 6. *quæsit.* 2. *per tot.*

11 Ætas quænam requiratur in judice, & quænam in Senatore, & similibus, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 427. & 540. *per tot.* ubi quòd in Senatore non est à jure definita, sed arbitrio Principis eligi potest, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 62. & *seqq. per tot.* ubi plura de certa ætate in multis casibus requisita, Tusch. *litt. E*, *conclus.* 337. ubi quòd ætas legitima quoad multa est 25. annorum.

Excommunicatio major Papæ reſervata incurritur à pulſante, vel aliàs corporaliter offendente aliquam perſonam Eccleſiaſticam (ſub quarum nomine multi comprehenduntur à prima tonſura incluſivè, uſque ad ſupremum Eccleſiæ Caput) ſi tria præcipuè concurrant, nempè effectus injurioſus, ſuaſio diabolica, ideſt mala voluntas, & offenſio notabilis apud animum inferentis, ut indicat mortale peccatum, ſine quo non incurritur, & hujuſmodi cenſura procedit non tantum in ipſomet percuſſore, ſed etiam in mandante, conſulente, ratum habente, & non prohibente, effectu tamen ſequuto, ac aliis conditionibus quoad iſtos concurrentibus. Incurritur etiam quandoque ſine violenta manuum injectione, ut ſi Clericus ſpontè ſe ſupponeret verberibus pro emenda, vel ſe ipſum ex ira, vel odio percuteret, vel eum retinendo in carceribus publicis, vel privatis, vel ſub cuſtodia, vel ſub præcepto, vel projiciendo injurioſè lapidem, ſagittam, & aquam, vel quid ſimile non leve, & extra jocum, ſequuta offenſione, vel adeò furioſè inſequendo, ut cogatur ſe dare præcipitem in flumen, vel aliud periculum, vel cadere, & ſe vulnerare ſecundùm aliquos, non attento in dictis caſibus an ſubſit aliqua juſta cauſa. Prædicta tamen ceſſant ſtante ignorantia Clericatus, repercuſſione indeliberata, vel ex joco, dimiſſione habitus, & tonſuræ, taliter quod fuerit amiſſum privilegium, cauſa correctionis, vel diſciplinæ ſine odio particulari, & ſine exceſſu notabili, defenſione moderata perſonæ, vel honoris, & rerum quandoque, ſi percuteretur Clericus inventus turpiter ludens cum matre, filia, uxore, vel ſorore percutientis, ſivè occidentis incontinenti, vel Clericus bigamus in minoribus conſtitutus, vel actualiter degradatus, vel ſi carceraretur, & torqueretur de mandato ſui Prælati, ut latè omnia probat, & explicat Pac. Jord. *Lucub. vol. n. lib. 11. tit. 3. n. 6. & ſeqq. ad. 102. fol. 515.* Ricc. *Collect. 582.* Tuſch. *litt. P. concluſ. 274. per tot.* Dian. *part. 9. tract. 4. per tot.* Carol Rota *in ſuo florileg. concluſ. 36. per tot.* 2

An Clericus voluntariè ſe ipſum percutiens incurrat excommunicationem, Michael Ferro Manriq; *Quæſt. Vicar. part. 2. q. 47. per tot.* ubi opinionem affirmativam probat contra Dianam, quem dicit frequenter approbare infirmiorem. Affirmativam quoque ſequitur Gonzal. *cap. 16. n. 2. de ſent. excom.*

Item an percutiens Clericum non beneficiatum requiſita Concilii habentem, vide Dian. *part. 3. tract. 5. reſol. 182.* ubi refert in utroque capite contrarias opiniones: de prædictis omnibus, & aliis pluribus dubiis in hac materia latè Thom. del Bene *tract. de immunit.*

immunit. Eccl. part. 5. cap. 2. Dubit. 4. per tot. fol. 79. & seqq.

3 Excommunicatio non incurritur pro levi percussione Clerici facta permittente jure, & ad defensam, quamvis esset facta animo graviter injuriandi, & lata contra non citatum personaliter est nulla, Grat. *discept. forens. cap. 559. n. 7. & seqq.* Sperel. *decis. 45. n. 17. & seqq. & n. 182.* & vide Dian. *part. 10. tract. 14. resol. 36. per tot.* ubi quando dicatur levis, vel gravis percussio. Quid autem si quovis modo etiam levissimè, & ex causa percutiatur, vel insultetur Cardinalis, & plura de pœnis statutis contra offendentes, & insultantes Cardinalem, sive alium Prælatum, vide *cap. felicis, de pœnis in 6.* & latè Diana *part. 5. tract. 2. resolut. 180. cum pluribus seqq. per tot.* De pœnis in percutientem, capientem, bannientem Episcopum Pignatel. *tom. 6. consult. 6. numer. 72. & 76.*

Quòd non incurratur excommunicatio à percutiente clericum ignotum, idest quem ignorabat esse clericum, quia non concurrit deliberata voluntas ad percussionem Clerici, & tantò minus à carcerante, vel retinente hujusmodi personas ignotas, Squillant. *de privil. Cler. cap. 6. n. 10. & 11.* cum aliis per Carol. Rotam *in ejus florileg. cuncl. 21. n. 23. per tot.*

4 Excommunicatio non incurritur per solam elevationem manuum, vel jactum gladii, sive baculi etiam cum animo graviter offendendi, quando non fuit exequuta percussio tangendo personam Clerici, vel res sibi adjacentes, sicut nec etiam quando percussio fit ad defensam incontinenti, & quid si non fuerit servatum moderamen inculpatæ tutelæ, & in quo illud consistat, pulchrè Gratian. *discept. for. cap. 837. n. 1. & seqq.* ubi tamen *n. 7.* propter periculum animæ consulit ad cautelam, & in dubio esse obtinendam absolutionem, vide Sperel. *decis. 20. n. 17. & seqq. per tot.* ubi ex professo docet per venenum ad tempus operaturum Clerico propinatum, excommunicationem incurri, inferendo ad plures alios casus.

Quòd offendens clericum in vestibus, licèt illius corpus non tangatur, incurrat excommunicationem, cum agatur de materia, & privilegio favorabili, Navar. *in Manual. cap. 27. n. 77.* Tolet. *in Sum. lib. 1. cap. 33. n. 4.* Sperel. *d. decis. 20. n. 27. & decis. 45. n. 33. & 53.* Conciol. *resolut. crimin. verb. offensio resol. 2. n. 3.*

Quòd exonerans sclopum, vel balistam incassum, & non sequuta offensione Clerici non incurrat excommunicationem, cum requiratur offensa, & verba sint intelligenda cum effectu, Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 11. tit. 3. nu. 46. in fine fol. 518.* Sperel. *d. dec. 20. n. 15. & seq.*

Item percutiens Clericum gravi ira accensus in primis motibus, qui non sunt in nostra potestate, & provocatus non incidit in dictam excommunicationem, Navar. *dec. 175.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 369. in fine*, Carol. Marant. *contr. part. 5. respons. 91. per tot.*

Non etiam incurritur excommunicatio canonis prædicta si quis Clericum occidat veneno in potu, vel cibo admixto, quia licèt actio sit violenta naturæ, non est violenta personæ, nec injuriosa statuti Clericali, nisi per vim cogat sumere venenum, Tom. del Bene *de Immunit. Eccl. part. pr. c. 2. Dubit. 4. sect. 20. n. pr. & seqq. fol. mihi 100.* vide in §. *Mandatum n. 26. propè finem, ubi contra.*

Et quamvis excommunicatio prædicta sit Papæ reservata, tamen quòd talis percussor, ubi agitur de levi percussione, & in aliquibus aliis casibus, possis absolvi ab Episcopo suo, Menoch. *de arbitr. cas. 553. nn. 6. & 7.* dixi in §. *Episcopus nn. 32.* Dian. *part. 10. tract. 14. resol. 36. vers. Nota contra*, Th. del Bene *de Immunit. Eccles. part. pr. cap. 2. Dubit. 4. sect. 19. fol. mihi 98.* Carol. Rot. *in florileg. cuncl. 36. n. 24. & seqq.* ubi tamen quòd requiritur satisfactio Clerici offensi. Vide Card. De Luc. *Relat. Roman. Cur. disc. 12. n. 16. & 17.*

Hanc materiam excommunicationis *ex cap. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4.* ad quem spectet absolutio, quæ manuum injectio, quæ violenta requiratur, & alia plura de illius intellectu, & extensione tanquam favorabili, latè explicat D. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect. 9. per tot.* Carol. Rota *loc. cit. per tot.* Sperel. *decis. 20. & 45. per tot.* Pac. Jord. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. nu. 6. & seqq. ad 101. fol. 515. &c.* Dian. *resol. moral. part. 9. tract. 4. per tot.* ubi per 65. resolutiones plurimos casus ad rem decidit, *& part. 5. tract. 9. resolut. 59. & seqq. & part. 10. tract. 14. resol. 9.* ubi de notorio percussore Equitis, vel alterius Religiosi ordinem non habentis, an sit vitandus, plenè Thom. del Bene *d. tract. part. pr. cap. 2. Dubit. 4. per tot. a fol. mihi 79. & seqq. ad 107.* de hujusmodi absolutione latè Pignatel. *consult. 6. per tot. tom. 6.*

In quibus casibus inducatur à jure excommunicatio, Tusc. *litt. E. conclus. 445. &c.*

An publicus, & notorius Clerici percussor sit tamquam excommunicatus vitandus, vide Dian. *part. 13. tract. 5. resol. 14.* ubi concludis quòd non ante judicis sententiam, cum possit aliquo modo excusari, *& part. 4. tract. 3. resol. 71. & part. 5. tract. 9. resolut. 61. &c. part. 9. tract. 4. resolut. 18. & part. 10. tract. 12. resolut. 4. per tot.* ubi quando declaratoria judicis sit nulla ex defectu legitimæ citationis, qualiter percussor possit excusari ratione ignorantiæ, si Clericus erat in habitu laicali, & alia notabilia ad excusationem, *infr. n. 13.*

Quòd ante judicis sententiam numquam quis possit dici publicus Clerici percussor, neque sit vitandus, iterum probat relatis 18. DD. ita sentientibus Dian. *part. 11. tract. 8. resolut. 21. vers. Sed ex his, &c.*

Quòd percussio debeat esse plenè probata Merlin. *decis. 784.*

An, & quando ignorantia invincibilis juris, vel facti excuset à pœna excommunicationis, Gabr. Vasq. in S. Thom. *3. part. tom. 4. tract. de excommunic. Dub. 24. & seqq. fol. 390.* vide in §. *Ignorantia*, vide Cevall. *com. quæst. 658.* Mancin. *de jur. sacr. dissert. 52. cap. 9.*

Quamvis autem pro verbis injuriosis contra Clericos quocumque animo prolatis citra offensionem personæ, vel alio insultu, sive delicto in loco immuni, vel Ecclesia commisso sine sanguinis effusione, non incurratur excommunicatio latæ sententiæ, tamen possit incurri excommunicatio sententiæ ferendæ per Episcopum, qui si viderit magis expedire, poterit contra hujusmodi injuriantes excommunicationis sententiam proferre secundùm Didac. Ant. Frances *de competent. inter Curias quæst. 73. n. 42. & seqq.* Zipæus *de jurisdict. cap. 8. n. 2. lib. pr.* & alios, quos refert, & sequitur, ac benè declarat novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. pr. §. 10. n. 61. & seqq. per tot.*

Excommunicatio contra Officiales Papæ, vel Urbium Gubernatores per Breve Apostolicum, & non per simplices litteras, vel Patentes constitutos, ferri non potest ab Ordinariis, vel Inquisitoribus, inconsulto Summo Pontifice, *ut in extravagan. cum Matthæus de Heret.* Sperel *dec. 160. n. 13. & num. 52. & seqq.* Dian. *par. 4. tract. 8. resol. 24.* 5

An autem contra Reges, & illorum Ministros, Dian. *resol. moral. part. 3. tract. pr. resolut. 9.* ubi refert diversas opiniones.

Excommunicationis sententia, sicut & aliarum Censurarum est ferenda in scriptis, & de scripto recitanda, ita ut non sufficiat si ante, vel postea in scriptis redigatur, & oretenus prolata non tenet, imò excommunicans oretenus potest puniri, juxta text. *in cap. pr. medicinalis de sent. Excommunicat. num. 60.* quem latè explicat Sperel. *decis. 39. per tot. ubi n. 41. & seqq.* limitat si adesset stylus contrarius, si deficiat dolus, si sit conditionalis, si effectum non habuit, si processit ex ignorantia, si defuit copia scribendi, & periculum sit in mora, si feratur per viam statuti, vel præcepti, si feratur ab Episcopo, vel pro tuitione juris proprii, si agatur de simplici denunciatione, vel simplici prohibitione, sive monitione, ut benè ad excusandum quemdam Vicarium exornat Sperel. *loc. cit. infr. n. 16.* vide Tusch. *litt. E. concl. 446. per tot.* Dian. *part. 5. tract. 9. resolut. 73.* Ricc. *Collect. 757. & 2462.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 7. n. 59.* & facit quod dixi in §. *Immuni-* 6

munitas n. 24. Gonzal. *c. pr. nu.* 7. *de treg.*, *& pac.*

Quod ſententia excommunicationis ſine citatione perſonali promulgata ſit inevitabiliter nulla, Felin. *in cap. cùm sit.* 5. *n.* 13. *de appel.* Rot. *part.* 4. *rec. tom.* 2. *deciſ.* 48. *n.* 18. *& part.* 14. *deciſ.* 496. *num.* 4. *& dec.* 503. *n.* 12. ubi quando non fuit ſervatum decretum citationis de invenienda perſona, & facta fuit citatio ſimpliciter ad valvas, ut ſit nulla ſententia, Sanſelic. *dec.* 357. *cum Addit.* facit Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 47. *& deciſ.* 122. ubi quid ſi fuerit extrajudicialiter proceſſum pro defenſione ſuorum jurium ad vim vi repellendam. Pignatel. *conſult. Canon. tom.* 6. *conſult.* 30. *à n.* 1., *& tom.* 1. *conſult.* 29. *n.* 2. Pen. *deciſ.* 218. ubi Creſcin. *in Annot. & deciſ.* 1309. *n.* 6. Card. De Luc. *de Beneſic. diſc.* 60. *nu.* 7. *&* 8.

7 Excommunicatio major ab homine ferri non poteſt pro peccato præterito, niſi in futurum pendat ſcandalum, vel reſtitutio, aut ſatisfactio, Sper. *dec.* 105. *n.* 17. 18. *&* 61. *et deciſ* 129. *n.* 35. ubi quòd fertur propter contumaciam, & inobedientiã præcedentibus debitis monitionibus, & latè idem Sperel. *dec.* 160. *n.* 10. *& ſeqq. & n.* 44. *&c.* ubi quòd ſecus eſt in declaratoria cenſuræ propter aliquod illicitum factum à jure latæ, quæ fieri poteſt etiam pro culpa præterita, de quibus latè Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *nu.* 251. *& ſeqq.* ubi qualiter poſſit ferri pro culpis futuris, Michael Ferro Manriq. *quæſt. Vicar.* 12. *part.* 2.

Qualiter excommunicatio requirat culpam mortalem, & contumaciam, aliàs ſit nulla, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. contr.* 7. *nu.* 46. *& ſeqq.* Caſpens. *Curſ. Theol. tract.* 25. *diſput.* 1. *ſect.* 5. *per tot.* ubi plura, Gabr. Vaſquez in S. Thom. 3. *part. tom.* 4. *tract. excommunic. dub.* 12. *per tot. fol. mihi* 385. Carol. Rot. *in ejus Florileg. concl.* 21. *nu.* 22. *&* 23. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. *§.* 9. *n.* 78. *& ſeqq.* ubi an poſſit, deceat, vel expediat imponere pœnam excommunicationis contra non ſervantes feſta, quadrageſimam, & hujuſmodi. Pignatel. *tom.* 4. *conſult.* 112. *n.* 3. *& conſult.* 122. *n.* 5. De Luc. *Miſcell. eccleſ. diſc.* 12. *n.* 4. *Annot. ad S. Concil. Trident. diſc.* 43. *n.* 21. Caprar. *deciſ.* 444. *n.* 1.

8 Excommunicatio non incurritur quando quis bono zelo agit, & de conſilio viri eruditi, quia ſic probabiliter credat expedire, Navar. *in manual. cap.* 27. *n.* 119. cum aliis per Sperel. *d. deciſ.* 105. *nu.* 19. *& ſeqq.* ubi tamen *n.* 62. *& ſeqq.* latiùs declarat non procedere quando verſamur in prohibitis à jure naturali, & Divino, vide in *§. Ignorantia n.* 10.

An dubitans utrùm excommunicationem contraxerit ſit cenſendus excommunicatus, Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 35. ubi quòd non, tam in dubio juris, quàm in dubio facti alii contrarium ſentiant, *& reſoluc.* 66. *ibid. & part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 29. *&* 30. ubi an probabiliter judicans ſententiam excommunicationis invalidam teneatur illi parere, & quid ſi appellaverit, *& ibid. reſol.* 44. ubi quid facere debeat dubitans.

9 Excommunicatio non incurritur quando quis in conſcientia cognoſcit ſe non peccaſſe mortaliter, cùm quilibet poſſit excluſo peccato mortali informare conſcientiam propriam opinari ſe non eſſe excommunicatum, intelligendo tamen de excommunicatione juris, vel generali ab homine, vel à lege lata contra tale quid facientes, quia tunc notitia peccati debet eſſe in ipſo delinquante, & non in judice an id fecerit, vel non; ſecùs autem in excommunicatione particulari contra aliquem ab homine lata, quia illo caſu peccati notitia eſt apud judicem, & non attenditur privata ipſius rei ſcientia, adeò ut nec quidem conſilio advocatorum ſuorum adhærere poſſit, ſed magis teneatur judici, & ſuperiori deferre, illique acquieſcere, ut benè declarat Sperel. *deciſ.* 105. *nu.* 79. *&* 80. *deciſ.* 129. *per tot. & dec.* 175. *n.* 58. *&c.*

10 Excommunicatio lata contra debitorem ob non ſolutionem debiti eſt retractanda conſtito de paupertate illius, nec in hoc facultates A. C. locum habent, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 660. *n.* 9. Menoch. *de arbitr. caſ.* 543. *n.* 16. plura de hac materia compellendi debitores ad ſolvendum per cenſuras vigore facultatum A. C. & quomodo procedi debeat, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 191. *& ſeqq. ad* 318. Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 120. *per tot.* ubi qualiter, & quibus terminis ſervatis ſit concedenda declaratoria cenſurarum, ut donetur juſtitiæ præſtetur obſequium, *& ead. part.* 10. *deciſ.* 220. *per tot. deciſ.* 222. *& deciſ.* 227. *per tot.* & alibi ſæpè, & præcipuè *part.* 18. *recent. deciſ.* 670. *per tot.* ubi de praxi antiqua cum ſervatione quatuor terminorum in conceſſione dictæ declaratoriæ, licèt non ſint neceſſarii, quando conſtat de poſitiva renitentia, *& part.* 19. *dec.* 137.

Et ſi poſt declaratoriam legitimè executam pars non curat parere mandatis, ſed remanet in contumacia, conceditur aggravatoria, à qua non datur appellatio, cum ſit pars executionis, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 241. *& deciſ.* 344. ubi quod non poteſt retardari in partibus ſuo prætextu nullitatis, vel injuſtitiæ, ſed recurrendum eſt ad Rotam, *& part.* 11. *deciſ.* 35. *n. pr. &c.* ubi quòd neque poteſt procedi in partibus, & alia, *& deciſ.* 103. *per tot.* ubi de declaratoria, *& dec.* 377. *per tot.*

Quòd autem non poſſit contra debitores deveniri ad hujuſmodi cenſuras, niſi in ſubſidium, latè idem Gratian. *c.* 787. *num. pr. & ſeqq.* Ridolphin. *loc. cit. num.* 270. *&* 271. Saluſt. Tiber. *in prax. lib. pr. cap.* 39. *num.* 8. *& ſeqq.* De Luc. *De Beneſic. diſc.* 74. *n.* 6. *Ann. ad Concil. diſc.* 43. *nu.* 9., *& ſeq.* Spad. *conſ.* 115. *libr.* 3. Pen. *deciſ.* 45. Anſald. *deciſ.* 82. *ſub n.* 3.

Et ſi notoriè conſtet debitorem ſolviſſe, excommunicatio eſt nulla, & in foro conſcientiæ non obligat, Menoch. *de arbitr. caſ.* 542. *n.* 12.

Contra quos debitores, vel quas perſonas non ſoleat concedi hujuſmodi excommunicatio, quid operetur, quomodo poſſit obtineri abſolutio, & alia, Ridulphin. *dict. cap.* 14. *n.* 274. *& ſequentibus ad* 318.

Quòd declaratoria prædicta ſervatis ſervandis concedenda ſit contra tutores, & non contra pupillos, quando dicti tutores non procurant, ut illorum pupilli mandatis obediant, quia ipſi tutores, & non pupilli delinquere dicuntur, Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 245. *per tot.* vide in *§. Executio n.* 14.

An ſit concedenda contra Univerſitatem, vel Collegium, Rot. *d. part.* 10. *deciſ.* 303. *per tot. deciſ.* 347. *per tot.* ubi an contra Capitulum, & an poſſit evitari per oblationem verbalem, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 60. *num.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 74. *per tot. deciſ.* 92. ubi de aggravatoria, *& deciſ.* 140. *&* 142. *per tot. & deciſ.* 211. *d. part.* 12. *dec.* 422. *in Append.* Bich. *deciſ.* 577. ubi ad evitandam declaratoriam non ſufficit ſola patientia, *& deciſ.* 623. ubi quando non ſit neceſſaria ſervatio terminorum. De Luc. *Ann. ad Concil. diſc.* 43. *num.* 20.

Quando autem ſufficiat ſola patientia, vel oblatio verbalis parendi mandatis, etiam cum proteſtatione de ſuis juribus, ad evitandas cenſuras, quæ non ſunt relaxandæ, niſi contra contumaces, & inobedientes, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 187. *per tot.* ubi nempè ſi mandata non contineant aliquod factum poſitivum dandi, vel faciendi, *& deciſ.* 137. *d. part.* 19. Pen. & Creſcio. *deciſ.* 57. *&* 197. Card. De Luc. *de Judic. diſc.* 40. *n.* 103.

Excommunicatio injuſta timeri, & obſervari debet, donec ſententiæ injuſtitia fuerit demonſtrata, & abſolutio petita, & ſic injuſtè excommunicatus ſi ſit Clericus, debet à divinis abſtinere, aliàs irregularis efficitur; & ſi ſit laicus debet pariter à divinis abſtinere, & ab hominum commercio. Si tamen hujuſmodi excommunicatio eſſet notoriè injuſta, diceretur etiam nulla, & non obligaret præcipuè in foro conſcientiæ, ut latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 342. *num. pr. & ſeqq. ad* 15. *infra n.* 14. *&* 15. Tuſch. *litt. E, concl.* 453. *per tot.* Dian. *par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 27. *et ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 507. ubi plura qualiter ſententia excommunicationis lata ex falſa cauſa ſit notoriè, & ipſo jure nulla, nec opus ſit abſolutione prout aliàs requiritur quando eſt ſimpliciter injuſta, cùm illo caſu plus ſit nullitas, quàm injuſtitia, niſi ſit notoria, quæ nullitati æquiparatur. 11

Quando autem ſententia excommunicationis dicatur contra juſtitiam legalem, quando contra juſtitiam commutativam, an & quando per appellationem.

nem suspendator, & alia in serminis excommunicationis declaratæ contra Judicem laicum non restituentem reum captum in Ecclesia, etiam absque ejus præcedente mandato, vide Sperel. *dec.* 48. *per tot.* Laurent. Matth. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 7. *n.* 34. *& seqq. per tot.* ubi plura pro nullitate excommunicationis in casu suo, de quo dixi in *§. Immunitas num.* 24.

Qualiter in dubio justa præsumatur excommunicatio, & lata post appellationem reddatur nulla, vel non, Ricc. *Collect.* 696. *et* 1748.

Quòd excommunicatio injusta, & nulla possit contemni, & id, quod dicitur, sive justam, sive injustam esse timendam, verum est in hoc sensu, videlicet, ut si sit justa, sit à promerente timenda, si injusta, à proferente, *c. cui est illata* 46. 11. *quæst.* 3. *cap. ipse* 60. 12. *quæst.* 3. *cap. cum æterni de sent. excommunic. in* 6. *cap. quando* 11. *q.* 3 *cap. illud planè* 87. 11. *quæst.* 3. Carol. Rota *in florig. concl.* 21. *num.* 13. Sperel. *decis.* 105. *num.* 22. *&* 23. ubi tamen *num.* 76. *et seqq.* latè declarat quoad nullitatem intelligi de notoria quæ aliàs respectu Ecclesiæ timenda est, & observanda; quò verò ad injustitiam quando esset injusta ex defectu causæ, vel ex falsa causa, quo casu licèt juxta Canonistarum sententiam obliget in utroque foro, tamen Theologi communiter sentent non obligare in conscientia, cùm extra peccatum mortale non incurratur; quo verò ad forum externum, nisi contineat manifestum errorem, in dubio licèt injusta obligat, cùm nemo debeat esse judex in causa propria, sed judicio Superioris subjacere.

An autem judex, vel Princeps laicus possit incidenter cognoscere nullitatem, & injustitiam censurarum, & ordinare, ut non serventur, & tollantur cedulones à portis Ecclesiarum, contrarias opiniones refert Dian. *p.* 4. *tr. pr. resol.* 98. ubi mordicus negativam sustinet.

12 Excommunicatio nulla, in hoc differt ab injusta, quia timenda non est, cum non liget, & actus nullus non mereatur nomen, nec effectum habeat, *cap. non debet* 22. *q.* 3. D. Th. *in* 4. *sent. distinct.* 18. *q.* 2. *art. pr.* cum aliis per Menoch. *de arbitr. cas.* 542. *num.* 15. *etc.* intelligendo ut supra declarat Sperel. *loc. cit.* Tusch. *litt. E, concl.* 452. Rot. *part.* 15. *rec. dec.* 47. *et* 122. Vide Pignatell. *consult.* 127. *nu.* 13., *et consult.* 162. *num.* 10. *tom.* 4. *et consult.* 30. *à nu. pr. tom.* 6. & Card. De Luc. *de Jurisdiction. disc.* 48. *à n.* 16. *et sequentib.* Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 24 *a n.* 82. *tom. pr.*

Ex quibus autem causis excommunicatio reddatur nulla, gl. & DD. *in cap. præsenti de sent. excom.* Silvestr. *in sum. verb. Excommunicatio*, Menoch. *loc. cit. num.* 27. *etc.* Tusch. *d. concl.* 452. *per tot.* Vide Pignatell. *loc. cit.*

An per vim, vel metum lata sit nulla, Dian. *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 69. ubi refert contrarias opiniones, & videtur tenere quòd sit valida.

13 Excommunicatio ab homine proferenda non redditur nulla, sed injusta ex defectu monitionis; illa verò, quæ est a canone jam ipso jure, & facto imposita, & sic à lege prolata redditur omninò nulla ob defectum citationis in declaratoria facti, ob quod est incursa, etiamsi factum diceretur notorium, quo tandem notorio demonstrato, declaratoria incursæ excommunicationis ferri potest absque alia citatione, & sic solùm est necessaria citatio in probatione ipsius facti, cùm fieri possit, ut excommunicandus habeat aliquas defensiones, ut latè declarat Menoch. *d. cas.* 542. *n.* 18. *et seqq. et cas.* 543. *n.* 27. *et* 28. Sperel. *dec.* 160. *num.* 9. *et num.* 37. *et seq.* Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 4. *per tot.* ubi latè.

Quòd excommunicatio ferri non possit, nisi præcedat trina canonica monitio, & quando secùs, Tusc. *litt. E, concl.* 447. *per tot.* vide latè Dian. *part.* 5. *tr.* 9. *resol.* 18. 19. *et* 20. Ridolphin. *in prax. part. pr. c.* 24. *num.* 244. *et seqq. ad* 269. Fagnan. *in c. Sacro à n. pr. de sent. excom.*

An possit ferri alternativè, vel sub conditione, Dian. *d. part.* 5. *tr.* 9. *resol.* 63. *et seqq.*

Et si agatur de declaranda excommunicatione ob percussionem Clerici, debet percussio esse plenè probata, Merlin. *decis.* 784.

Excommunicatus nulliter ob defectum citationis in discussione facti, vel alia de causa, non tenetur petere simpliciter absolutionem, sed tantùm ad cautelam, & si nullitatis causa sit publica non tenetur à divinis abstinere, nec ab hominum commercio, unde publicè, sed nulliter excommunicatus, procuret ipso publicare causam nullitatis, & posteà non pareat sententiæ, quam etiam ante scandali sedationem, non tenetur in occulto servare, & neque in publico coram sapientibus, quibus nota sit nullitas, & sic sententia nulla non est timenda, sed solùm scandalum populi vulgaris, donec sedetur per notitiam nullitatis, ut benè multorum Theologorum auctoritatibus probat Menoch. *d. cas.* 542. *nu.* 27. *&c.* Silvestr. *in sum. Verb. Excommunicatio col.* 7. Dian. *resol. moral. par.* 5. *tract.* 9. *resol.* 26. *& seqq.* 14

Quòd excommunicatus nulliter si sit Clericus, possit divina celebrare, nec efficiatur irregularis, peccet tamen mortaliter, & possit puniri arbitrio judicis, si cum populi scandalo celebraverit, Menoch. *d. cas.* 542. *n.* 34. 35. *&* 36. vide suprà *num.* 11.

De absolutione ad cautelam Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 195. cum aliis per me citatis in *§. Absolutio num.* 26.

Excommunicatus injustè non est verè excommunicatus in foro conscientiæ, cùm sine peccato mortali non sit vera excommunicatio, licèt in publico teneatur ad vitanda scandala servare sententiam; cessante autem scandalo conscius de sua innocentia potest celebrare si sit Clericus, vel interesse divinis si laicus, ac omnia alia facere tanquam non excommunicatus, Gratian. *discept. forens. c.* 638. *num.* 20. *& seqq.* vide Dian. *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 26. 27. *&* 28. Facit Pignatel. *consult.* 46. *n.* 40. *tom.* 3. 15

An autem probabiliter judicans sententiam excommunicationis esse invalidam teneatur illi parere, & quid si appellaverit, idem Dian. *par.* 5. *tr.* 9. *resol.* 29. *&* 30. *& part.* 9. *tr.* 9. *resol.* 45. *per tot.*

Quòd fundamentum, & causa adæquata excommunicationis sit peccatum mortale, & contumacia, & peccatum non sit nisi voluntarium, Sperel. *decis.* 39. *n.* 31. *&c. dec.* 45. *nu.* 10. *et decis.* 48. *num.* 18. *& decis.* 105. *num.* 10. *seqq. supra num.* 9.

An minor excommunicatio possit ferri pro peccato veniali, vel pro peccato purè interno, sive tantùm pro actu externo, & alia, Dian. *par.* 5. *tr.* 9. *resol.* 47. *et seqq.*

Excommunicator quem ordinem, & solemnitatem servare debeat in excommunicando, & quando puniatur si talem ordinem non servaverit, Menoch. *de Arbitr. cas.* 541. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2462. 4216. 4217. Martha. *vot. Pis.* 231. *nu.* 6. *et seqq.* ubi quòd Episcopus injustè excommunicans tenetur actione injuriarum. 16

Quibus plectatur pœnis excommunicans aliquem injustè, vel nulliter, vel quando possit excusari, latè idem Menoch. *de arbitr. cas.* 543. *per tot. supra n.* 6. Ricc. *Collect.* 2462. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 7. *n.* 59. Pignatell. *consult.* 44. *num.* 27. *tom.* 9.

Et quibus etiam pœnis puniri debeat excommunicatus si injustè conqueratur adversus excommunicatorem, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 544. *per tot.*

Excommunicatus perseverans per annum in excommunicatione efficitur suspectus de hæresi, & potest privari beneficio, ac generaliter quando Clericus per insordescentiam in excommunicatione possit privari beneficio, latè Gratian. *discep. for. cap.* 219. *per tot.* ubi declarat Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *infra num.* 20. Sousa *in Aphoris. Inquisit. lib. pr. cap.* 27. Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 18. ubi an possit contra eum procedi per Inquisitores Sancti Officii, & affirmat de jure, sed non servari de consuetudine extra hæresim, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *q.* 66. *n.* 6. *et seqq. per tot.* ubi benè declarat, & docet praxim servandam, Francisc. de Magistr. *in Sylv. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. *per tot. fol.* 698. ubi quæ requirantur ad incurrendam dictam insordescentiam. An sit suspectus de hæresi, Farinac. *de hæres. q.* 192. *à n.* 14. 17

Plura de insordescente in excommunicatione, de tempore requisito ad dictam insordescentiam indu-

cen-

cendam, & alia, Caren. de Offic. Sac. Inquisit. part. 2. tit. 8. per tot. Carol. Ant. Thesaur. de pœn. Eccles. part. 2. verb. Insordescentia fol. 196. & novissimè Raynald. Syntax. rer. crim. cap. pr. §. pr. ad 7. n. 144. et n. 153. ubi quòd de consuetudine non proceditur contra insordescentes in excommunicatione, nisi sint excommunicati ex causa fidei, ut testantur plures alii ab eo citati. Card. de Luc. in Annot. ad Sacr. Conc. Trident. disc. 43. n. 28.

Quòd in crimine hæresis de sui natura puniatur pœna privationis beneficii, Menoch. de arbitr. cas. 416. n. 6. etc. latè Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 35. per tot. facit quòd dixi in §. Clericus n. 26. etc. et §. Hæreticus, num.

An beneficiatus incidens in excommunicationem privetur fructibus beneficii, contrarias opiniones refert Dian. part. 4. tr. 4. resol. 54. ubi ipse negativam amplectitur saltem ex consuetudine. Ricc. part. 4. collect. 1027. Et quod debeantur alimenta Piton. discept. eccl. 34. n. 28. tom. pr.

An excommunicatus sit capax pensionis, vel alterius beneficii, Dian. d. part. 4. tract. 4. resol. 55. et 56. et part. 5. tr. 9. resol. 99 et seqq. Vide Maravigl. de Legib. Prud. Episc. Leg. 177. et 178., ubi etiam de optione Præbendarum.

Quòd excommunicatus, qui etiam per mentem tantùm in excommunicatione duravit sit puniendus saltem aliqua pœna pecuniaria, Covar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 7. n. 10. Salzed. ad Bernard. Diaz. cap. 116. Pichard. Pract. Instit. part. 3. tit. de pœn. n. 52. fol. 98.

18 Excommunicatus perseverans per annum in excommunicatione habetur pro confesso, & convicto de illo crimine, cujus causa fuit excommunicatus, non tamen ob hanc perseverantiam punitur alia pœna, itaut non privetur beneficio, vel alio jure suo, nisi quatenus pro delicto, cujus causa fuit excommunicatus, esset imposita ista pœna privationis, & sic perseverantia operatur tantùm probationem, & confessionem delicti, pro quo est illius pœna indicenda, & non alia privationis, juxta opinionem Abb. in cap. 1. n. 25. de jud. quam latè ab aliorum impugnationibus defendit Menoch. de arbitr. cas. 416. num. 5. et seqq. ad 38. ubi tamen num. 46. videtur admittere quod pro hujusmodi perseverantia possit imponi aliqua pœna temporalis ad coercendam audaciam horum perseverantium; & hanc materiam cum praxi servanda benè declarat Francisc. de Magistr. in Silv. Eccles. part. 2. lib. 2. cap. 21. fol. 699.

19 Excommunicatus etsi perseverando per annum habeatur pro confesso, admittitur ad probandum contrarium, & ad docendum de sua innocentia, nec requiritur lapsus anni quando crimen est notorium, vel si interim celebret, nam tunc efficitur irregularis, & privatur beneficio, ulteriori tempore non expectato, intelligendo quando est excommunicatus excommunicatione majori, Menoch. d. cas. 416. num. 38. & seqq. ad 47.

20 Excommunicatus perseverans post annum in excommunicatione, & sic anno completo efficitur de hæresi suspectus, & potest beneficiis, ac dignitatibus privari, etiam si ob causam civilem fuerit excommunicatus; nam elapso anno non ampliùs consideratur causa, ob quam lata fuit excommunicatio, sed nova causa, quæ oritur à perseverantia, & pertinacia, ac novum parit delictum, nempè contemptum Clavium Petri, juxta Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat. latè Menoch. de arbitr. cas. 416. n. 48. & seqq. per tot. ubi etiam an ista privatio fiat ipso jure, vel per sententiam, & esse saltem necessariam sententiam declaratoriam videtur firmare, & per quantum tempus expectari debeat post annum remittitur arbitrio judicis supra num. 17. Viv. com. opin. 261. Paul. Christin. dec. Belg. 34. nu. 5. vol. 2. ubi quando perseverat in excommunicatione per annum reputetur hæreticus, vide Francisc. de Angelis tract. de conf. lib. 2. qu. 66. per tot. Latè Barbos. collect. ad Concil. loc. cit. d. num. 33.

Plura de perseverantia in excommunicatione, sive alio peccato, quando transeat in contemptum, & quotuplex sit contemptus, Sperel. decis. 113. n. 85. & seqq. per tot. Thom. Trivis. decis. 35. per tot. lib. 2. ubi de Monacho temerè habitum monachalem dimittente, ut incurrat excommunicationem latæ sententiæ; in quo & aliis peccatis perseverando per plures annos, & credendo sine peccato id facere potuisse, excommunicationemque nullius esse valoris, ac inventam ad hominum terrorem, dicatur hæreticus, & uti talis puniendus à S. Inquisitione.

Excommunicatus, qui decessit ante habitam absolutionem, si ostendit signa contritionis, est absolvendus post mortem, & in loco sacro sepeliendus, quicquid contrarium sit de decedentibus in duello, qui semper carent Ecclesiastica sepultura, Gratian. discept. forens. cap. 410. n. 5. & per tot. & dixi in §. Sepultura n. 3. Dian. part. 5. tract. 9. resol. 24. 21

Sicut etiam hæretici relapsi, vel de relapsu inquisiti, si interim decedant, licèt sacramentaliter confessi carent Ecclesiastica sepultura, & quare, Thom. Trivis. decis. 36. per tot. lib. 2. vide in §. Hæresis n. 15.

De excommunicatis non sepeliendis in loco sacro, Vivi. com. opin. 263. num. 9.

Quòd excommunicatus in articulo mortis, sive periculo per necessitatem adeundo possit absolvi à quocumq; Sacerdote Dian. part. 5. tract. 9. resolut. 67. vide in §. Absolutio n. 29.

Excommunicati quòd possint absolvi ab Episcopo, nisi absolutio sit expressè reservata Pontifici, dixi in §. Episcopus n. 31. & 32. facit Fagnan. in c. nuper n. 16. de sent. excom. & in cap. canonum statuta n. 32. de Constit. 22

Ac etiam in casibus Pontifici reservatis possunt per inferiorem absolvi tempore mortis, sed pristina sanitate recuperata debent absolutionem à Pontifice ipso obtinere intra tempus arbitrio judicis statuendum, aliàs incidunt in excommunicationem, Menoch. de arbitr. cas. 450. per tot. vide Dian. part pr. tract. 5. resol. 4. part. 4. tract. 4. resol. 242. part. 5. tract. 14. resol. 59.

An autem in casibus, in quibus possunt absolvi ab Episcopo, possint etiam absolvi ab illius Vicario; dic quòd sic, quando sumus in excommunicatione per ipsum Vicarium, vel Episcopum lata; secus autem in excommunicatione juris, vel canonis, à qua Vicarius sine speciali mandato Episcopi non potest absolvere, Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. Duen. reg. 252. Gratian. discept. forens. c. 414. num. 15. & 16.

Qualiter per absolutionem tollatur excommunicatio, & alia de absolutione, Tusch. litt. E. concl. 460. & seqq.

Quòd excommunicati ob violatam immunitatem Ecclesiæ, sint à Summo Pontifice absolvendi, cui talis facultas est reservata, & non ab Episcopo, quicquid plures contrarium tenuerint, quos errore lapsos dicit Sperel. dec. 105. n. 43. vide in §. Episcopus n. 31. ubi concordantur opiniones.

Plura de absolutione ab excommunicatione majori, vel minori reservata, vel non, Dian. part. 5. tract. 9. resolut. 3. & seqq. Caspens. Curs. Theolog. tract. 25. disp. 2. sect. 12. 13. 14. & 15.

Quòd petens absolutionem ab excommunicatione ad cautelam, non fateatur se esse excommunicatum, Ludovis. cum Beltram. decis. 431. num. 2. &c.

Excommunicatus delinquens confugiendo ad Ecclesiam gaudet illius immunitate, Clar. §. fin. qu. 30. vers. quæro etiam, Guaz. def. pr. cap. 37. nu. 54. Paci Jordan. Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. n. 219. fol. 536. ubi extendit ad suspensos, interdictos, & similes, redditque rationem, quia immunitas conceditur intuitu loci, & non personarum, Sanfelic. dec. 20. per tot. ubi etiam qualiter sit expellendus tempore celebrationis divinorum officiorum, & si expelli non potest. omittenda sint Officia, & Missæ. 23

Excommunicatus non prohibetur contrahere, nec testari, Addit. ad Pract. Papp. respons. rei conveat. gloss. tanquam publicè, Clar. §. fin. qu. 77. per tot. & §. Testamentum, quæst. 24. Marant. in l. 15. potest. num. 128. ff. de acquir. hæred. Vivi. com. opin. 260. nu. 5. Felic. de societ. cap. 8. nu. 6. & cap. 33. n. 12. vide Socein. reg. 176. & Duen. reg. 272. per tot. ubi ampliant quamvis esset excommunicatus majori excommuni- 24

municatione; limitapt tamec in excommunicato propter hæresim, & per anoum perseverante, vel propter usuras, de quibus vide io §. Hæresis num. & §. Usura num. Tusch. litt. E. concl. 456. nu. 8. Dieo. part. 5. tract. 9. resol. 128. ubi aa & quando contractus cum excommunicato sit validus, vel nullus, & resol. 529. ubi de testemenio, & part. 11. tract. 4. resolut. 20. per tot. Costa de remed. subsid. remed. 118. per tot. vide Olc. de cession. Jur. tit. 6. quæst. pr. à num. 49. Hering. de fidejus. cap. 7. num. 601. & seqq.

An excummunicatus possit testari, vide Antunez Portug. cum pluribus citatis de donat. Reg. lib. 3. cap. 15. num. 74. & seqq. Mancin. de Jur. Sacr. dissert. 7. cap. 17.

Non prohibetor etiam pro aliis fidejubere, cap. cum inter. extr. de excep. Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 8. cap. 19. Hering. de fidejus. cap. 7. num. 600.

Et quòd possit cedere bonis sicuti alii debitores, nisi aliud obstet, Brun. de cess. bon. qu. 8. 4. quæst. princ.

Quòd possit aliis cedere jura sua, & donare, nec cessionario agenti obstet exceptio, quæ obstaret cedenti, sive ex causa onerosa, sive lucrativa procedat cessio, quando utili actione nomine proprio, & non directa nomine cedentis agitur, Olea de cess. jur. tit. 6. quæst. 11. num. 48. & seqq. latè Altimar. de nullit. rubr. 11. qu. 14. à n. 94. tom. 2. Post. de manutent. observat. 68. n. 30. Ricciul. de Jur. pers. libr. 4. cap. 29. Bargal. de Dol. libr. 4. cap. 2. n. 30.

25 Excommunicatus non potest stare, nec agere in judicio, etiam civili, & ideò non potest accusare, sed cùm hodie in criminalibus procedatur per inquisitionem (paucis casibus exceptis, de quibus alibi) aperit saltem viam judici ad inquirendum, sicut quilibet alius prohibitus, Clar. §. fin. quæst. 14. per tot. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 8. nu. 48. & seqq. ubi qualiter exceptio excommunicationis repellat à limino judicii parte opponente; limitat tamen ad effectum excipiendi, & se defendendi, vel si doceatur de absolutione, adde latè Papl. Christin. decis. Belgic. 98. vol. 2. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 83. Sanfelic dec. 55. num. 21. Rot. in Burgien. Praeminentiarum 1. Junii 1676. corum Bourlemon: post Urceol. de transact. decis. 85. num. 1. ubi quòd licèt excommunicatus non possit agere, tamen potest saltem excipere, latè Altimar. de nullit. rubr. 4. quæst. 7. & 9. tom. 1. & quæst. 14. & 16. rubr. 11. tom. 2. Emerix jun. decis. 526. nu. 2. & 4. Caprar. decis. 132. n. 2.

Quando excommunicatus non possit in judicio agere, nec esse arbiter, nec petere restitutionem in integrum, & quando secùs, vide Duen. reg. 268. 269. & 270. per tot. Vant. de nullit. ex defect. jurisd. seu mandat. nu. 58. de nullitat. ex defect. jurisdict. delegat. n. 61. Soccin. reg. 175. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 974. num. 24. &c. ubi limitat in muliere, quæ licèt excommunicata admittitur propter inopiam mariti ad agendum pro dote, si periculum sit in more, & non possit obtinere absolutionem, dummodò agat per procuratorem, & in omnem casum possent agere filii, Dian. part. 5. tractat. 9. resol. 108. & seqq. ubi plura, à quibus arcetur excommunicatus, vel non, vide Surd. de aliment. tit. 8. privil. 83. per tot. Ricc. Collect. 214. 1958. 2453. & 2729. Vivi. com. opin. 262. vide Altimar. loc. cit.

Quòd excommunicatus possit agere ad revocationem attentatorum, Lancellot. de attent. cap. 22. nu. 4. & cap. 30. nu. 84. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. num. 172. fol. 230. & num. 220. vers. 3. fol. 235. Post. de manut. observat. 68. num. 31.

An excommunicatus judex possit alium excommunicare validè, Dian. par. 5. tract. 9. resol. 50 ubi quod non, si sit manifestus, secùs si occultus, & resol. 135. ubi quid si sit tolleratus.

An & quando possit appellare, vide Scacc. de appellat. q. 5. num. 5. Pac Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 26. num. 95. & seqq. fol. 544. Rot. part. 9. rec. dec. 414. n. 5. &c. ubi quòd potest obtinere commissionem appellationis, & illam prosequi Altimar. de nullit. rubr. 4. quæst. 7. n. 21. tom 1. Vide infià in novissimis Addit. Crescin. n. 80. ubi latè.

Plure quando excommunicatus repellatur à judicio, vel non, Tusch. litt. E. concl. 458. & 459. per tot. Ludovis. decis. 64. Fontanel. decis. 351. per tot. ubi etiam quomodo Judex sæcularis possit de hac exceptione cognoscere.

Quòd excommunicatus sit incapax cujuscumque beneficii, officii, muneris, sive dignitatis Ecclesiasticæ, & an idem sit quoad officie jurisdictionis sæcularis, negativè videtur concludere Dian. part. 9. tract. 8. resol. 34. vide Barbos. cap. 16. à n. 4. & cap. 39. nu. 1. de Elect.

Quòd excommunicatus privetur commodo omniū jurium spiritualium, & ideò non faciat suos fructus beneficii perceptos, Merlin. decis. 542. ubi quòd nec distributiones, licèt Ecclesiæ inservierit.

Si tamen excommunicatio fuerit nulla, vel injusta, nihil amittit de prædictis, Merlin. decis. 762. n. 2. &c. Altimar. de nullit. rubr. 8. quæst. 14. à n. 82. tom. 1.

Qualiter incurratur excommunicatio per Clericum recurrentem ad judices laicos, itaut ex hac causa possit privari beneficio, & illud ab alio impetrari, latè Merlin. dec. 904. 905. & 906. per tot. Rot. par. 22. rec. dec. 81. num. 11. ubi de recurrente ad judices laicos pro impedienda executione mandati Rotalis, à limine judicii repellendo Pen. decis. 480. & decis. 484. Rot. part. 18. recent. tom. 1. decis. 165. à nu. 11. Crescin. ad Abeccles. observat. 193. part. 1.

Excommunicatus majori excommunicatione non 26
potest esse testis in judicio, exceptis quibusdam casibus, latè Farinac. qu. 56. art. 7. per tot. Mascard. de probat. concl. 705. Vivi. com. opin. 260. ubi limitat nisi fuisset absolutus, in testamento, & contractibus, nam his casibus non repellitur, Conciol. resol. crim. verb. Testis quoad personas resol. 10. per tot. Pac. Jord. d. lib. 14. tit. 18. num. 419. & seqq. ad 441. fol. 325. ubi summatim multa de more perstringit, vide Dian. part. 5. tract. 9. resol. 113. & seqq. ubi etiam an possit esse advocatus, procurator, tutor, &c. & part. 11. tract. 4. resol. 21. per tot. ubi an possit esse testis in causis matrimonialibus An possit esse Judex Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 42. à n. 48. tom. 1. Vide infra in noviss. addit. Crescin. n. 91.

Quòd cum excommunicatis prohibitum sit communicare, & tractare, nisi fiat ex causa necessitatis arbitrio judicis æstimanda, & in aliis casibus, de quibus in c. quoniam multos 11. qu. 3. cum ibi notatis per scribentes, & Menoch. de arbitr. cas. 451. per tot. Tusch. litt. E. concl. 456. et 457. per tot. Dian. resol. moral. part. 5. tract. 9. resol. 2. ubi an sit peccatum mortale communicatio cum excommunicato in humanis, & civilibus, refert contrarias opiniones, & ipse concludit esse tantùm peccatum veniale, & ulteriùs incurri in excommunicationem minorem, Costa de remed. subsid. remed. 118. per tot. ubi qualiter ex causa necessitatis, & in subsidium licitum sit impunè tractare cum excommunicatis, quia necessitas non servat legem etiam inter excommunicatos, nec illis quoque subsidia vitæ necessaria denegantur, ac ideò medicus, & advocatus non cadunt sub prohibitione participandi cum excommunicatis, etiam ipsi essent excommunicati, & alia hujusmodi in subsidium tamen, & tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, vide Tolet. libr. 1. Instruct. cap. 11. à num. 3. & cap. 12.

An possit ingredi Ecclesiam dum divine celebrantur officia, sive aliàs, Dian. part. 5. tract. 9. resol. 86. ubi refert diversas opiniones, & videtur tenere quòd sic, non tamen ut intersit divinis officiis, Vivi. com. opin. 326. num. 4. ubi plura ad rem.

Quid facere debeat Sacerdos, si dum Missa celebratur, aliquis excommunicatus intret Ecclesiam, Dian. d. par. 5. tr. 9. resol. 92. Vivi. loc. cit.

Quòd excommunicati assistentes Missæ, aut divinis officiis nullam ipsi pœnam incurrant, sed admittentes incidant in excommunicationem minorem, idem Dian. d. tr. 9. resol. 95. vide Vivi. loc. cit.

Cum quibus possint tractare excommunicati, vel non, an possint resalutari, & alia hujusmodi, Dian. d. part. 5. tractat. 9. resol. 116. cum pluribus seqq.

Plura de materia excommunicationis tradit Dian. d. par. 5. tract. 9. de excommunicat. per tot. ubi ponit 235. resolutiones, & alii, qui particulares tractatus in eadem materia scripserunt, Vivi. com. opin. 260. & seqq. ad 267. Gab. Vasquez in S. Th. 3. part. tom. 4.

tract.

tract. de excommunic. fol. 356. et ſeqq. per tot.

27 Excommunicatio ferri non poteſt contra Collegiū, Civitatem, vel aliam ſimilem univerſitatem, quæ etiam conſiſtere poteſt in tribus tantùm perſonis; & hoc ad evitandum periculum animarum, ut expreſsè diſponitur in *cap. Romanam §. in univerſitatem de ſent. excommun. in 6.* niſi referatur ſententia ad ſingulos, vel niſi conſtet totum Collegium deliquiſſe, quod de raro contingit. Sed ubi delicta populi non poſſunt de facili corrigi, ſolet procedi ad interdictum loci, vel perſonarum, prout hæc, & alia ad rem notat Sanfelic. *deciſ. 357. per tot. cum Addit.* ubi plura de interdicto, & quæ ſint prohibita, vel permiſſa tempore interdicti, vide in *§. Interdictum num. 1. & §. Univerſitas num. 1.* Bich. *deciſ.* 289. ubi qualiter poſſint ſinguli excommunicari, & ſi fuerint abſoluti, non recedendo ab inobedientia in eandem excommunicationis ſententiam reintrudi, & alia ad rem Rot. coram Pen. *deciſ.* 844. Card. De Luc. *annot. ad Sacr. Concil. Trident. diſc. 43. n. 20.*

28 Excommunicatus occultus, ſive tolleratus an poſſit alium excommunicare, valdè controverſum eſt inter Doctores, ſed magis communis, & verior videtur opinio negativa, quia eſt in manibus Diaboli, illi non aſſiſtit Angelus bonus, nec proſunt opera bona, ac plura alia tam animæ, quàm corporis ſubiit incommoda, & præjudicia, de quibus Vivi. *com. opin.* 263. *& ſeqq.* ubi etiam an poſſit beneficia conferre, audire confeſſiones, & hujuſmodi. Vide in *§. Hæreſis num. 21. An excommunicatus occultus poſſit conferre*, vide Lotter. *de Re Benefic. libr. 2. quæſt. 41. à num. 16.*

29 Excommunicatus non adhuc denunciatus, poteſt legitimè præſentare ad beneficium juriſpatronatus ſibi competentis, & præſentatio ab eo facta ſuſtinetur, Lambertin. *de jurepatr. art. 2. par 1. qu. 2. princip. lib. 2. num.* 13. Paſſarin. *de elect. cap. 10. nu. 72. &c.* cum aliis per Rot. *part. 19. rec. dec. 129. num. 9. dixi in §. Patronus n. 22.*

30 Excommunicationis materiam tractant DD. abundè citati ab Ægid. de Caſtejon. *Alphabet. jurid. verb. Excommunicatio, Excommunicatus*, & à C. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part. 4. cod. verb. fol. 533. &c.* Valer. *de different. utriuſque fori, verb. Excommunicatio per tot.* ubi colligit 23. differentias inter forum externum, & internum circa excommunicatos; præcipuè autem an excommunicatus injuſtè, vel ſine cauſa, ſive ex falſa, vel iniqua cauſa, quoad Eccleſiam, & forum exterius ſit verè excommunicatus, non autem quoad Deum, & in foro animæ. Alia de hac materia vide apud Card. De Luc. *in Indic. general.* Fagnan. ſuper Decretal. Pignatell. Urſaya Piton. Emerix Manſ. Palma, & alii recentiores.

Excommunicati qualiter ſint beneficiorum, & penſionum incapaces, & non ſint in judicio audiendi, niſi tamquam rei, & per viam exceptionis, & defenſionis compareant, & alia ad rem, Tondut. *tr. de penſ. 67. per tot.*

31 Excommunicati ſicuti ſunt vitandi, ita etiam nec verbaliter, nec de facto ſunt ſalutandi, nec quovis modo practicandi in convivio, oratione, itinerando, vel conſedendo, & hujuſmodi, ſed ab eis tamquam à peſte, & membro putrido fugiendum, ut ſic rubore perfuſi citiùs abſolutionem procurent, ad latè tradita per Valer. *de differens. utriuſque fori, ver. Remiſſio differ. 2. ſub n. 4. verſ. fuit requiſitus &c.* ubi tamen quoad ſalutationem adducit alios contrarium tenentes, ſed illis, & eorum rationibus reſpondet firmando ut ſupra. Alia ad rem tradit etiam Mendo *tract. de Jur. in Accad.* in locis citat. in Indice *verb. Excommunicatio etc.*

32 Excommunicatus ratione officii, vel tamquam de univerſitate, an ſolvatur ſi deſinant eſſe de illo corpore Card. De Luc. *ann. ad Conc. diſc. 43. n. 22.*

33 Excommunicatio eſt medicinalis, non mortalis. Fagnan. *in cap. reſponſo n. 10. de Sentent. excommun.* gladius ſpiritualis eccleſiæ non eſt ad mortem, ſed ad medellam S. Thom. *in 2. 2. qu.* 103. *art. 4. qu.* 104. *art.* 3. Fagnan. *in cap. cum ab homine de judic. num. 45.*

34 Excommunicatio ſequitur perſonam, ſicut lepra

leproſum. Fagnan. *in cap. treugas n. 7. de tregu. & pace.*

Excommunicati largè dicuntur ſchiſmatici. Fa- 35
gnan. *in cap. quod. a prædeceſſore n. 8. de Schiſm.*

Excommunicati publicè, vel occultè non differunt 36
in his, quæ geruntur ratione publici officii. Joan. Andr. *in cap. pr. de reſcrip. lib. 6.* Cald. *in cap. ad probandum de re judic.* Abb. 161. *n. 12. 13.* Fagnan. *in cap. quod a prædec. de Schiſ. n. 138. & in c. cùm dilectus de elect.*

Excommunicatus in una Diœceſi haberi debet pro 37
excommunicato in univerſo orbe. Fagnan. *in cap. tregu. de tregu. & pac.*

Excommunicationis uſus fuit in Eccleſia etiam 38
temporibus Apoſtolorum. Fagnan. *in cap. ſacro de ſent. excom. n. 28.*

Excommunicatio, & anathema an, & in quo dif- 39
ferant. Fagn. *in cap. cum non ab homine de judic.* 23.

Excommunicationis verbo major excommunicatio 40
intelligitur. *ibid. n.* 22.

Excommunicatus, & ſuſpenſus a jure poteſt ex- 41
communicari, & ſuſpendi ab homine. Fagnan. *in cap. accuſatum n. 7. de ſimonia.*

Excommunicationis ſententia, & declaratoria, in 42
quo differant Roman. *conſ. 484. a n. 5. uſq. ad fin.* Fagnan. *in cap. non poteſt. de ſent. & re judic.*

Excommunicandi jus non competit non Prælato. 43
Lap. *all.* 73. Fagnan. *in cap. procurationes de Cenſibus n. 49.*

Excommunicationis materia, & illius cognitio 44
ſpectat ad Judicem eccleſiaſticum tantum. Fagnan. *in cap. ſacro n. 27. de ſent. excom.*

Judices ſæculares nefas eſt prohibere judici Eccle- 45
ſiaſtico, ne quem excommunicet, vel mandare, ut latam excommunicationem revocet. Fagnan. *ibid. num.* 30.

Excommunicatio ubi minùs ritè, rectèque lata 46
fuit, ad ſolum ſuperiorem Eccleſiaſticum ſpectat errorem corrigere Fagnan. *ibid. n.* 32.

Excommunicatio lata in ordinarium a Delegato 47
non oſtenſis literis ſuæ commiſſionis, eſt ipſo jure nulla. Butr. *in cap. venerabilis n. 10. verſ. quartus caſus de cenſibus.* Fagnan. *in cap. cum in jure de offic. deleg.*

Excommunicatio non ligat niſi perſonam veram. 48
Monach. *in cap. ut circa de elect. lib. 6.* Oldrad. *conſ. 65. in fin. verſ. puniter etiam pœnis*, Fagn. *in cap. reſponſo n. 66. 69. de ſent. excom.*

Excommunicatione non ligatur, niſi perſona ra- 49
tionalis, & baptizata Fagnan. *ibid. n.* 67.

Excommunicatione ut quis ligetur, quas quali- 50
tates habere debeat. Fagn. *ibid. n.* 70.

Eccleſia non poteſt per excommunicationem ex- 51
cludere a regno Dei niſi indignos, qui per peccatum mortale charitatem amiſerint. D. Thom. *in 4. diſt. 18. qu. 2. art. 1. qu.* 3. Fagnan. *ibid. n.* 92.

Epiſcopus, qui excommunicat exemptum renuen- 52
tem viſitari non eſt puniendus, niſi appareat de illius malicia, vel craſſa ignorantia. Fagnan. *in cap. procurationes n. 37. de cenſib.*

Privilegiati quod excommunicari non poſſint ab 53
Ordinariis, non debent excommunicari etiam indirectè. Fagnan. *in cap. quanta n. 1. de privil.*

Excommunicatio lata ab Epiſcopis in ſubditos ſuos, 54
qui molunt in molendinis, vel coquunt panem in furnis regularium exemptorum, non tenet. Fagnan. *ibid. nu.* 4.

Excommunicatio generalis non ligat niſi ſubdi- 55
tos proferentis. Fagnan. *in cap. a nobis il primo de ſent. excom. n.* 1.

Excommunicationibus pluribus ligatus poteſt ab- 56
ſolvi ab una, nec cenſetur a reliquis abſolutus. Fagnan. *in cap. majores n. 62. de baptiſm.*

Ab excommunicatione injuſta non fit abſolutio, 57
ſed relaxatio. Fagnan. *in cap. Odoardus num. 5. de Solut.* contrarium *ibid. n.* 6. declaratur ſi injuſtitia ſit notoria. *ibid. n. 9. 10. & 11.*

Excommunicatus a ſuo Epiſcopo non poteſt ab- 58
ſolvi ab alieno. Hoſtien. *in cap. Romana nu. 5. de ſent. excom. lib.* 6. Fagnan. *in cap. omnis nu. 80. de pen. & remiſ.*

Ab-

59 Absolutionis forma non servata excommunicatus non intelligitur absolutus. Fagnan. *in cap. si aliquando n. 8. & 13. de Sent. excom.*

60 Excommunicati vigore constitutionis, quam Papa vult haberi pro infecta, non indigent absolutione. Fagnan. *ibid. n. 12.*

61 Excommunicatus non debet absolvi, nisi priùs de injuria satisfaciat. Fagnan. *in cap. nullus n. 15. de for. compet.*

62 Excommunicatio est nervus ecclesiasticæ disciplinæ, & est major pœna, quàm ecclesia infligat. vid. Conc. Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 3.* Caprara *dec. 444. n. 4. part. 2.*

63 Excommunicandi potestas venit sub concessione jurisdictionis Caprara *dec. 213. n. 9. part. 1.*

64 Excommunicatus, qui fuit subindè absolutus, potest stare in judicio, & gratiæ Apostolicæ executionem petere. Caprara *dec. 132. n. 3. part. 1.*

65 Facultas excommunicandi concessa per Papam alicui Ecclesiæ quoties est limitata contra occupantes illius bona, non tollit jurisdictionem Episcopi. Emeria jun. *dec. 395. n. 14.*

66 Jus excommunicandi de jure competit soli prælato, non autem capitulo. Rot. *dec. 340. nu. 9.* cor. Priol. Emerix jun. *dec. 1011. n. 2.*

Non tamen exerceri potest pro illius defensione, quando ad hunc ipsum effectum deputati sunt Judices particulares. Emerix. jun. *dec. 1011. n. 3.*

Neque contra subditos. Marant. *respons. 2. n. 111. p. 2.* Ansald. *de jurisdic. p. 2. tit. 8. cap. 9. num 4.* Rot. *decis. 69. num. 26. seqq. part. 19. rec.* Emarix. junior. *dec. 960. n. 5. & 6 & decis. 1011. nu. 4.*

67 Relaxari potest etiam contra mulierem obligatam pro debito pecuniario ratione inobedientiæ. Emerix *dec. 422. n. 7.*

68 Censuræ quando latæ sunt a jure, potest Ordinarius ad earum declarationem procedere etiam contra exemptos, & non subditos. Card. De Luc. *de jurisdict. disc. 47. n. 3. disc. 29. & 104. per tot.*

69 Prælati inferiores exempti non supponunt eorum ecclesias interdicto. Card. De Luc. *de jurisd. disc. 104. n. 9.*

Supponere Ecclesiam interdicto percutit magis exercitium cum clero, & populo, quàm cum ecclesia materiali. Card. De Luc. *de jurisdict. disc. 99. num. 2. disc. 104. sub n. 8. 9.*

Ob delictum Clericorum, vel prælati quate interdicto supponi valeat Ecclesia. De Luc. *de jurisdict. disc. 100. ex n. 17. disc. 104. ex n. 6.*

Amotio interdicti, an exigat scripturam. ibid. *disc. 104. n. 10.*

70 Usurpantes bona Ecclesiæ, an, & quando excommunicandi De Luc. *in ann. ad Concil. disc. 23. nu. 3. disc. 43. n. 8.*

71 Excommunicatus missam celebrans incurrit in irregularitatem. De Luc. *de benef. disc. 74. n. 8.*

72 Excommunicatus absolutionem petens fatetur se excommunicatum, nisi protestetur Fagnan. *in cap. per tuas n. 27. de Sent. Excom.*

73 Excommunicatus in quo apparuerunt in morte contritionis evidentia signa post mortem absolvitur ab eo, a quo vivens fuerat absolvendus. Fagnan. *in cap. a nobis il secondo n. 1. 14. & 30. de sent. excom.*

Excommunicato defuncto non est communicandum ante absolutionem, nec pro ipso orandum, licèt sit quoad Deum absolutus. Fagnan. *ibid. n. 3.*

Absolutionis formula pro excommunicato, qui in excommunicatione decessit. *ibid. n. 14.*

74 Excommunicatus ex pluribus causis, si in absolutione omnes non expressit, non habetur pro absoluto. Fagn. *in cap. cum pro causa n. 1. de sent. excom.*

Excommunicatione una, vel pluribus ligatus, & ex pluribus causis, an possit absolvi unica absolutione. Faguan. *ibid. n. 2.*

75 Vicarius Episcopi, & vicarius capituli sede vacante, absolvunt ab excommunicatione canonis, si levis fuit percussio. Fagnan. *in cap. pervenit nu. 16. de sent. excom.*

76 Excommunicatus licèt absolutus in foro animæ, non potest se immiscere divinis officiis. Fagnan. *in cap. postulastis n. 36. de Cler. excom.* & in publico debet se gerere tamquam excommunicatum. *ibid. n. 17.* & puniri potest in foro judiciali. *ibid. n. 18.*

77 Excommunicatus per absolutionem in foro pœnitentiali a quibus liberetur. Rich. *in 4. sent. dist. 18. art. 7. q. 2.* Fagnan. *ibid. n. 20. seqq.*

78 Absolutio ab excommunicatione in foro animæ non tollit pœnas fori externi. Fagnan. *ibid. nu. 21.*

79 Excommunicatus absolutus in foro conscientiæ tantùm parte opponente, numquam debet admitti ad participationem Sacramentorum, ac divinorum celebrationem. Navar. *cons. 47. an mendicant. n. 4. de sent. excom.* Fagnan. *ibid. n. 33.*

80 Excommunicatus ab Episcopo, si ad Metropolitanum appellat, potest ab illo absolvi. Fagnan. *in cap. per tuas de sent. excom. n. 1.*

Metropolitanus tamen Suffraganeo deferens potest eum remittere absolvendum. Fagnan. *ibid. n. 2.*

Et tenetur remittere, si ejus excessus fuerit manifestus. Fagnan. *ibid. n. 3.*

Excommunicatus appellans ab injustitia excommunicationis non auditur, nisi priùs petat absolutionem. Oltrad. *cons. 93. magistr. ordin. n. 19. ver. non obstat.* Fagnan. *ibid. n. 4. 10.* secùs si dicat sententiam nullam *ibid. nu. 5. & 8.*

Excommunicatus potest appellare, & appellationem prosequi, licèt absolutionem non petat Fagnan. *ibid. n. 14. 15. de sent. excom. in cap. per tuas & n. 35.* declaratur ibid. *n. 16. & 40.*

Appellatio est species defensionis, quæ excommunicato non denegatur. *ibid. n. 15.*

Appellatio ab excommunicatione operatur effectum devolutivum, non suspensivum. Fagnan. *ibid. n. 19.*

Excommunicatio trahit secum executionem. Tholosc. *dec. 298.* Fagnan. *ibid. n. 20.*

Appellatio a comminatione excommunicationis datur ad utrumque effectum. Fagnan. *ibid. nn. 22.* secùs a comminatione declaratoriæ. *ibid. n. 23.*

Appellatio a declaratoria excommunicationis datur ad effectum devolutivum, & suspensivum. Fagnan. *ibid. n. 24. 45. cum duob. seqq.*

Appellare quis potest a declaratoris excommunicationis, & appellationem prosequi absque eo, quod petat absolutionem. Fagnan. *ibid. n. 26.*

Appellans à declaratoria excommunicationis, quamvis non egeat absolutione, tamen ad cautellam potest absolvi a Metropolitano. *ibid. n. 28.*

Nisi absolutio sit Sedi A. reservata *ibid. n. 30.*

Appellans a declaratoria excommunicationis non auditur, si excessus sit notorius. *ibid. n. 47. 48.*

81 Excommunicationis exceptio non impedit quominus opponatur de attentatis. Card. De Luc. *disc. 18. n. 64. de jurisd.*

82 Pœna ordinaria excommunicatio an sit gravior. Card. De Luc. *Miscel. disc. 12. n. 4. disc. 19. n. 16. disc. 20. n. 7.*

83 Excommunicatio beneficii jam assecuti non causat privationem, sed solum inhabilitat ad assequenda Card. De Luc. *de benef. disc. 74. n. 2.*

84 Excommunicatus est omnino inelligibilis Ansald. *dec. 61. n. 23.*

85 Excommunicatus, & bannitus potest tamquam reus se defendere, Palm. nep. *alleg. 82. num. 22.* & quid si sit reus voluntarius *ibidem n. 23. & 24.*

86 Excommunicatus semper præsumitur, nisi absolutus probetur Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract. 3. quæst. 8. n. 12.*

87 Judex capturans clericum, antequam constet de corpore delicti permanentis plenè, & evidenter, incidit in excomunicationem. Bellegrand. *in compen. rer. Crim. Meth. tract. 3. quæst. 26. n. 7.*

88 Judex Ecclesiasticus per censuras cogere potest ad testimonium, trina tamen præcipiti admonitione præmissa ad excommunicationem, si aliter veritas haberi non potest. Bellegrand. *in compen. rerum crim. meth. tract. 4. quæst. 4. n. 9.*

89 Coactus communicare cum excommunicato, excommunicationem non incurrit. Belegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract. 4 quæst. 20. n. 4.*

90 Pecuniam dantes, vel recipientes pro justitia vel gratia à Sede Apostolica obtinendæ, item scientes & intra triduum non revelantes, incurrunt excōmunica-

ca-

cationem majorem Papæ reſervatam, aliiſque pœnis afficiuntur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract. 4. quæſt. 22. n. 7.* Secus ſi poſt gratiam, vel juſtitiam obtentam hoc perſtiterint. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. ibid. n. 11.*

91 Judicis excommunicati juriſdictio ſuſpenditur, donec abſolvatur. Bellegrand. *in compend. rerum crim. meth. tract. 4. quæſt. 23. n. 10.* Prat. *obſervat. 1. nu. 34.* Ricciull. *de Jur. perſon. lib. 4. cap. 17.* Scialoys *de for. comp. cap. 33. n. 220.* Vide ſupra *n. 26.*

92 Clericum invite incluſum detinens, quamvis non tangat, in excommunicationem incidit, niſi pro re turpi in honorem proprium, ut tamen poſt viginti horas judici proprio tradat. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract. 4. quæſt. 2. n. 11.*

93 Eccleſiaſticus ad triremes damnatus abſque periculo excommunicationis verberari poteſt moderatè tamen, & ſine odio. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract. 10. quæſt. 2. n. 3.*

94 Faventes, detinentes, oculrantes Apoſtatas, ipſo facto excommunicati ſunt. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract. 10. quæſt. 23. n. 4.*

95 Moniales cenſuram habentes à quibus abolui poſſint. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. ibid. num. 7.*

96 Contra Scripturam ſacram depravantes, vel diem judicii certum prædicantes extat excommunicatio reſervata. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract 20. quæſt. 24. n. 4.*

97 Ratificans Clerici percuſſionem nomine, vel ſui contemplatione factam excommunicationem incurrit, Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract. 21. quæſt. 11. n. 7.*

98 Excommunicatus per abſolutionem reponitur in priſtinum ſtatum, Rot. *in Calaguritana Sedilium 3. Julii* 1623. coram Pirovano, *& in recent. decis. 83. n. 8. & 9. par. 7.* Celſ. *decis. 274. n. 7.*

99 Excommunicationis publicatio pro rebus deperditis ſpectat ad Ordinarium *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 30.* Spad. *conſ. 155. n. 18. libr. pr.*

100 Sententia excommunicationis lata ob factum anteceſſorum ligat etiam ſucceſſores, ſi non revocant, ſivè purgant factum anteceſſorum, pro quo lata fuit Spad. *conſ. 140. n. 13. lib. pr.*

101 Excommunicandi facultas competit cuilibet Judici Eccleſiaſtico, ſivè ſit Ordinarius ſive Delegatus Covar. *in c. alma mater, part. pr. §. 11. ſub nu. pr.* ubi teſtatur de comm. Spad. *conſ. 140. n pr. libr. pr.*

102 Excommunicatus tenetur abſolutionem petere ante ſententiam latam ad ſui favorem, aliàs redditur nulla Othob. *decis. 123. nu. 2.*

103 Excommunicato non datur manutentio Rota *decis. 614. n. 2. part. 2. rec. dec. 275. n. 3. poſt 2. vol. conſ.* Farinac. Gregor. *decis. 64. nu. 3.* Coccin. *decis. 425. n. 3.* Otthob. *dec. 34. n. pr.*

§. EXCLUSIO XIX.

1 EXcluſus à ſucceſſione ab inteſtato, intelligitur etiam excluſus à petitione legitimæ, & à jure dicendi teſtamentum nullum, vel illud rumpendi, Rico. *Collect.* 2314. Gratian *diſcept. forenſ. cap. 35. num. 1. & ſeqq. & cap. 178. num. 14. & ſeqq.* Rot. *in Noviſſ. decis. 9. num. 1. & 2. part. 6.* ubi loquitur in terminis filiæ excluſæ à ſucceſſione patris propter maſculos, *& part. 15. decis. 198. num. 17.* & in terminis matris excluſæ à ſucceſſione filiorum, Magon. *decis. Flor. 20. nu. 2.* Martha *vot. Piſ. 23. per tot.* Ludovic. cum Beltram. *decis. 135. num. 6. & ſeqq.* de hac concluſione latè Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. num. 42. & per tot.* ubi diſputat ad partes, & dictam opinionem tamquam veriorem amplectitur cum aliquibus declarationibus, de quibus per eum, & *num. 53.* limitat quando ſtatutum generaliter excluderet nihil reſervando, nec faciendo mentionem de legitima, ac *num. 56.* quando non eſſent inſtituti illi, quorum contemplatione facta fuit excluſio, ſed extranei: eamdem concluſionem latè examinat Altograd. *conſ. 56. & 57. per tot. lib. 1.* ubi in matre contrarium firmat quando nihil ei fuit reſervatum, *nu. 24.* reprobat Magon. *loc. ſup. cit.* vide in meis reſol. *cap. 90. per tot.* Peregrin. *dec. 82. per tot.* Rot. *part. 11. recent. dec. 37. num. 1.* Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 278.* ubi quòd mater excluſa à ſucceſſione filii ſtantibus agnatis, non cenſetur excluſa à legitima, ſi expreſsè illa non ſit prohibita, vide De Luc. *de Legit. diſc. 10 per tot. & 44. ex n. 3. De ſucceſſ. diſc. 45. num. 12.* Palm. nep. *allegat. 275. num. 13. & 14. tom. 2.* Et an ſtatutum poſſit illam tollere in totum, *dict. diſc. 44. num. 10. Conflict. Obſerv. 117. & alibi.*

Alia ad rem facientia, vide in *§. Filia n. 78.* & latiùs in *§. Statutum excludens per tot. & §. Legitima num.*

Excluſus ſemel quando ſemper remaneat excluſus, vel non, & an excluſus ſemel ex uno capite admittatur ex alio capite, Tuſc. *litt. E, concl. 433. & 434. per tot.* Peregr. *de fideicom. art. 2. num. 95.* Cavaler. *decis. 381. n. 10.* Rot. *part. 17. recent. dec. 158. nu. 2.* De priori De Luc. *de ſucceſſ. diſc. 22. n. 10.* Pro poſteriori facit Gob. *conſult. dec. 9. num. 30. & conſult. 121. num. 19.* Vide infra *in noviſſim. addit.* Creſcin. *nu. 41.* 2

Excluſio unius an, & quando ſit incluſio alterius, & è contra, Menoch. *conſ. 86. n. 30.* Surd. *conſ. 25. nu. 35.* Rot. *part. 5. rec. dec. 258. n. 19. &c. part. 9. dec. 28. n. 2. &c.* ubi diſcutitur an exemptio partis rei inferat exemptionem totius, vel è contra. Et quòd excluſio ſit odioſa, & è contrà favorabilis incluſio, Gob. *conſult. dec. 149. num. 64.* Vide infra in noviſſimis addit. Creſcin. *n. 10. & n. 31.* 3

Excluſus à petitione non cenſetur excluſus à retentione, Surd. *decis. 277. n. 15.* Thomat. *decis. 19. nu. 20.* ubi etiam quòd excluſus ab exceptione, vel compenſatione non intelligitur excluſus à retentione tamquam magis privilegiata, vide in *§. Retentio.* 4

De excluſo à ſucceſſione de jure civili, an cenſeatur excluſus etiam de jure prætorio, & alia vide per Bertachin. *in Repert. part. 2. verb. Excluſus.* 5

De variis excluſionibus, nempè deſcendentium, fœminarum, fratrum, ſororum, quoad Primogenituram, religioſorum, de excluſione ſtatutaria, & ſimilibus in communi quid importent, plenè Jo. Torre in locis indicatis *in Repertor. general. totius Operis in fine part. 3. verb. Excluſio per tot.* & dixi ego in *§. Statutum excludens, &c.* De Luc. Altimar. Emerix Caprar. Mantill. ad eumd. De Luc. Rocc. Manſ. Palm. & alii moderni. 6

Excluſus ſemel licèt cenſeatur ſemper excluſus, non non procedere in Majoratibus Hiſpaniæ ob illorum naturam perpetuam, Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 6. num. 43.* & alii relati à Vela *Differt. 49. n. 37.* An excluſionis cauſa ceſſante ipſa etiam excluſio ceſſet, idem Vela *loc. cit. n. 72.* 7

Quòd excluſio fœminarum, præcedente continuata vocatione maſculorum, ſit urgentiſſimæ contemplatæ agnationis conjectura; & excluſio parentis regulariter influat in filios, cæteroſque deſcendentes, niſi de contraria mente diſponentis appareat, Vela *d. Differt. 49. n. 97. & 98.* An vero excluſio matris noceat filiis venientibus ex perſona propria De Luc. *de ſucceſſ. diſc. 14. n. 3. & diſc. 8. num. 21.* 8

Teſtator ubi non repetit excluſionem antecedentem cenſetur conſultò omiſiſſe. Rot. *rec. part. 19. tom. 2. dec. 671. num. 8.* 9

Excluſio, ſeu exceptuatio unius rei, oſtendit incluſionem aliarum in obligatione Caprara *dec. 172. nu. 7. p. 1.* Gratian. *diſcep. 443. nu. 25.* Rot. 239. *num. 2. part. 1. diverſ. & decis. 14. n. 14. part. 12. recent.* 10

Excluſio extendi non debet de caſu ad caſum, nec de uno ad alium effectum Emerix jun *dec. 546. n. 7.* Rot. coram Carill. *decis. 266. n. 10.* 11

Excluſio fœminarum per modum Regulæ operatur earumdem excluſionem in omni caſu Emerix jun. *dec. 546. n. 13.* Caſanati. *conſ. 38. n. 37. & conſ. 47. n. 124.* Joſeph de Ruſa *conſil. 69. n. 181.* 12

Ita ut non ſint comprehenſæ in parte conditionali, in qua alioquin comprehenderentur Emerix jun. *dec. 546. n. 14. 15.* Soccin. Jun. *conſ. 69. nu. 30. lib. 3.* Rota *dec. 95. n. 23. cum ſeqq. part. 12. dec. 330. n. 8. part. 23. dec. 378. n. 23. 24. part. 14.*

Excluſio Religioſorum, ex quo capite, & ex qua cauſa fieri poſſit Palma nepos *all. 344. nu. 18.* Carill. *dec. 266. n. 16. 17.* 13

14 Exclusa matre dotata, filiæ exclusæ non censentur, quando ex propria persona succedunt Palm. nep. *alleg.* 150. *n.* 30. Cravet. *cons.* 581. *nu.* 2. *vers. argumentum.*

15 Exclusus à successione intestata, quando in casu testamenti censeatur exclusus à legitima Palma nepos *all.* 174. *n.* 4. Altograd. Sen. *in suo cons.* 57. *n.* 11. 12. 13. 14. *seqq.*

16 Exclusio patris non nocet filiis, quando in eis non concurrit qualitas illa, ob quam eorum pater fuis exclusus Palma nepos *alleg.* 128. *n.* 5. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit. ult. n.* 45. 49. & 75. Castill. *cap.* 15. *n.* 63. *lib.* 3.

17 Exclusus à dispositiva non potest prætendere se comprehensum in parte conditionali Palma nepos *dec.* 280. *n.* 24. Actolin. *resol.* 120. *num.* 31. Priol. *dec.* 205. *n.* 9.

18 Exclusio Religiosorum ad fideicommissum, ex quibus conjecturis resultat Palma nepos *dec.* 298. *nu. pr.* & *n.* 2. Balduc. ad Ramon. *dec.* 31. *vol. pr.* Ex contra facit Rot. *in dec.* 135. *n.* 16. *p.* 7. *dec.* 57. *nu.* 10. *par.* 13. *recent.*

19 Exclusio personarum sub propria vocabuli significatione comprehensarum, non potest dici declaratio Palma nepos *all.* 367. *nu.* 11. Surd. *cons.* 426. *num.* 4. Gratian. *discep. for. c.* 56. *n.* 18. Cyriac. *contr.* 210. *nu.* 17. Rocc. *cap.* 120. *n.* 43. *lib.* 2.

20 Exclusio sub aliqua conditione importat præcedentem inclusionem sub aliqua contraria conditione Palma nepos *All.* 369. *num.* 13. Galganet. *de cond. p.* 2. *C.* 5. *quæst.* 3. *n.* 11.

21 Exclusio, & admissio sunt duo actus inter se contrarii Palma nepos *ibid. num.* 17. Bellon. *cons.* 71. *n.* 8.

22 Exclusio personalis non extenditur ad filios Palma nepos *dec.* 424. *num.* 20. *fol.* 81. Roxas *de incompatib. part.* 7. *cap.* 6. *n.* 20. Carl. Ant. De Luc. *de lin. legal. lib. pr. art.* 9. *n.* 35. *lib.* 2. *art.* 26. *n.* 10.

23 Exclusio filiarum testatoris, præceptum solvendi legata ex fructibus, & gravamen filii magis dilecti, demonstrant perpetuitatem fideicomissi Mantissa De Luc. *dec.* 38. *n.* 12. *libr.* 10. *volum.* 3.

24 Exclusio quando stet absolute per modum Regulæ, vel potius accessoriè ad aliquorum vocationem dumtaxat Rota *Tom.* 2. *part.* 19. *Recentiorum dec.* 671. *nu.* 7. coram Royas *dec.* 72. *n.* 11. *dec.* 90. *n.* 6.

25 Excluduntur fæminæ unius lineæ à Masculis ejusdem lineæ stante reciproca favore masculorum descendentium Rota *Tom.* 2. *part.* 19. *Recentiorum dec.* 417. *n.* 10. & *dec.* 283. *n.* 8. *seqq. part.* 13.

26 Testator, ubi non repetit exclusionem antecedentem, censetur consultò omisisse Rota *Tom.* 2. *part.* 19. *Recentiorum dec.* 671. *n.* 8. coram Priolo *dec.* 176. *n.* 17. & *in rec. dec.* 118. *n.* 7. *dec.* 272. *n.* 13. *p.* 17.

27 Exclusus à redhibitoria actione per lapsum sex Mensium, non censetur exclusus ab actione quanti Minoris annali Cabrun. *Lucub.* 16. *n.* 54. Capon. *controv.* 37. *n.* 31. Galerat. *de renunc. cent. renun.* 100. *n.* 5.

28 Exclusio ordinarii à collatione, non excludit eum ab erectione Piton. *de Jurepatr. alleg.* 31. *n.* 11. & 13. *cum seqq. tom.* 1. Amostaz. *de causis piis lib.* 1. *c.* 2. *n.* 27. *versic. si vero.*

29 Vocatio Fæminarum cum substitutione earum Filiarum, & descendentium non est apta excludere Fæminas in religione professas Piton. *de Jurepatr. alleg.* 66. *n.* 5. *tom.* 2. Card. De Luc. *de fideic. disc.* 63. *n.* 9.

30 Idem militat in vocatione concepta sub clausula = gradatim, & ordine successivo = Piton. *de Jurepatr. dict. alleg.* 66. *n.* 6. *tom.* 2.

31 Exclusio certarum Personarum arguit vocationem aliarum Piton. *de Jurepatr. alleg.* 102. *n.* 252. *tom.* 2. Rodulfin. *all.* 164. *n.* 8 Rot. *dec.* 257. *nu.* 4. 6. coram Gregor. & *in rec. dec.* 6. *n.* 4. *part.* 18.

32 Observantia declarat exclusionem Personarum Piton. *de Jurepatr. loc. cit. n.* 558. Pereg. *cons.* 33. *num.* 25. 26. *lib.* 1. Card. De Luc. *de jurep. disc.* 22. *n.* 1.

33 Nova præsentatio expressa excludit etiam tacitam Piton. *de Jurepatr. alleg.* 22. *sub n.* 7. *tom.* 1. Card. De Luc. *de jurep. disc.* 64. *n.* 34. Loter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *n.* 20.

34 Substituti non possunt excludere primo vocatos Piton. *de Jurepatr. alleg.* 25. *nu.* 23. *in fine tom.* 1. Alexander *cons.* 139. *n.* 4. *lib.* 6. Cephal. *cons.* 349. *n.* 11. *lib.* 3. Balduc. *tit.* 3 *dec.* 55. *n.* 13. *dec.* 56. *n.* 11.

Exclusio Ordinarii ab institutione, seu colatione, 35
an arguat Cappellaniam Laicalem, nec ne; assignatur distinctio Piton. *de Jurepatr. alleg.* 31. *n.* 28. & 29. *tom.* 1. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *num.* 107. Seraph. *dec.* 611. *n.* 1. Castropal. *tract.* 13. *disp.* 1. *punct.* 6. *n.* 7.

Papa, ubi excluditur per Fundatorem à jure devo- 36
luto, multò magis dicendus est exclusus à Jure reservato Rot. post Piton. *de Jurepatr. alleg.* 48. *sub num.* 54. *tom.* 1.

Exclusio Nepotum ad favorem remotiorum deduci 37
non potest ex exclusione filiarum propter dotam, & propter filius, dum illis de dote non fuit provisum Cels. *dec.* 145. *nu.* 14. Paris. *consil.* 41. *num.* 59. *lib.* 3. Curt. jun. *cons.* 11. *n.* 4. *ver. nec obstat. lib.* 1.

Exclusio Fæminarum in casu delicti fideicommissa- 38
rii importat eamdem exclusionem in casu mortis Spada *cons.* 342. *num.* 11. *vol.* 3. Gabr. *conclus.* 2. *n.* 34. *de hæred. instituend.*

Exclusiones à successione semper censentur factæ ad 39
favorem excludentis, quatenus resultant in ejus comodum, quo cessante, cessat etiam exclusio Spada *cons.* 304. *n.* 11. *vol.* 3. Bart. *cons.* 378. *n.* 2. 3. Aldobr. *cons.* 100. *n.* 38.

Exclusus ab aliis remotioribus quoad proximiores 40
habetur, ac si non esset in rerum natura Spada *cons.* 304. *nu.* 10. *vol.* 3. Ang. *cons.* 210. *nu.* 2. Cephal. *cons.* 537. *nu.* 27. *seqq.* Bero. *cons.* 150. *nu.* 8. *lib.* 2. Aldob. *consil.* 100. *n.* 35. *ver. aliquando*, & *secundo.*

Semel exclusus semper remanet exclusus, donec 41
extat aliquis de linea, quæ illum exclusit Spada *cons.* 231. *n.* 25. *vol.* 3. Tiraquell. *in l. si umquam in verb. susceperis n.* 195 *C. de revocand. donat.* Soccin. Jun. *consil.* 100. *n.* 5. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 1. *n.* 458.

Exclusis fæminis, censentur etiam exclusi Masculi 42
ab his descendentes Spada *cons.* 231. *num.* 22. *vol.* 3. Molin. *de primog. hisp. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 41. 45. *in* 5. 6. *conclus.* & Peregrin. *de fideic. art.* 26. *n.* 2. & 15.

Descendens ab exclusa, & ipse quoque censetur exclusus Spada *cons.* 185. *nu.* 23. *vol.* 3. ad textum *in l. si viva matre C. de bon. mater.*

Exclusio propriarum filiarum non sufficit pro co- 43
njectura exclusionis aliarum descendentium Spada *cons.* 310. *n.* 3. *vol.* 2. Gabr. *cons.* 97. *n.* 1. 2. *lib.* 1. *cons.* 88. *in princip. lib.* 2. Soccin. jun. *cons.* 158. *nu.* 47. *l.* 2. Sed vide De Luc. *de fideicom. disc.* 231. *num.* 4. & 23. *in Sum. n.* 269.

Exclusio Sororis ab hæreditate Matris non importat 44
exclusionem ab hæreditate aviæ Spada *cons.* 383. *nu.* 4. *vol.* 2. Grat *cons.* 26. *per tot. lib. pr.*

Exclusio statuti in quo differat ab exclusione pro- 45
veniente ex renunciatione De Luc. *de success. disc.* 14. *n.* 8.

Exclusus quando faciat numerum, & partem. De 46
Luc. *de Legit. disc.* 1. *ex n.* 19. *disc.* 2. & *seqq.*

Exclusus æquiparatur mortuo. Rot. *dec.* 135. *n.* 18. 47
p. 7. *recent.* & cor. Corrad. *dec.* 313. *p.* 10 *rec. n.* 15. & 17. De Luc. *de Fideicom. disc.* 65. *n.* 6.

Exclusus ab aliqua substitutione particulari non 48
censetur exclusus ab alia universali ordinata ad favorem totius generis. De Luc. *de Fideicom. disc.* 30. *n.* 16. *disc.* 46. *n.* 9. *disc.* 48. *n.* 6. *disc.* 259. *n.* 4. *Conflic. obs.* 107.

Nisi exclusio provenerit ex odio, & quando istud cesset per reconciliationem. De Luc. *de Fideicom. disc.* 49. *ex n.* 7.

§. EXCULPATIO. XX.

EXculpatio offensi defuncti tollit omnia inditia exi- 1
stentia contra inculpatum de delicto, ita quod ex illis ad torturam deveniri non possit, nisi ex urgentibus, & proximis inditiis veritas appareat in contrarium, Clar. §. *fin. quæst.* 52. *vers. potest etiam*, Marsil. *singul.* 22. *vers. teneas tamen menti*, Guaz. *diff.* 30. *cap.* 4. *num.* 23. *in fine*, vide in §. *Inditia n.* & §. *Socius n.* 52. Mascard. *de prob. concl.* 1130. Tusch. *litt. E, concl.* 467. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Exculpatio resol.* 1. ubi quòd licèt exculpatio regulariter prosit ad tollendum inditia, tamen secùs est quando de

de delicto plenè conſtat, vel per inditia urgentiſſima, cum non ſit in facultate offenſi remittere delicta, & pœnas in præjudicium Reipublicæ, D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 137. *& ſeqq. fol.* 229. vide Jul. Chartar. *dec.* 27. *nu.* 9. & 10. *dec.* 28. *n.* 6. & 29.

2 Quòd exculpatio ſocii criminis, vel mandatarii relevet ſocium, ſivè mandantem, quando exculpator eſt in fortiis Curiæ, & in ſe ipſum aſſumit delictum, aliàs ſecus, Bardellon. *conſ.* 123. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 2. Conciol. *loc. cit. reſolut.* 2. ubi limitat etiam non procedere quando reus eſſet aliundè convictus, vel prius ab eodem exculpante inculpatus, niſi exculpatio fiat in articulo mortis, ut infra. Bellegrand. *in compendioſ. rer. crimin. methoo. tract.* 3. *quæſt.* 24. *ſub n.* 13., ubi quod ſocius criminis exculpans, ut exculpato proſit, debet eſſe in carceribus, & cum tortura, alias præſumitur corruptus. Vide *infra n.* 8. *et* 16.

Quòd offenſus negando ſe fuiſſe offenſum ab aliquo, in præjudicium fiſci non probat, maximè ſtantibus indiciis, Bart. *in l. interdum*, §. *rectè*, *ff. d. furt.* Alex. *conſ.* 24. *n.* 15. *vol.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 389. Majoran. *loc. ſupr. cit. n.* 138.

3 De exculpatione facta à ſocio criminis in articulo mortis, vel in Confortoria, & patibulo, qualiter tollat inculpationem aliorum priùs ab eodem in tortura factam ante executionem ſententiæ, non autem alia inditia ſeparata, quæ (ſublata inculpatione) remanent in ſuo robore, vel levitate, Farinac. *de indit. et tortur. quæſt.* 46. *num.* 59. *et ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.* 195. *per tot.* ubi agebatur de condemnato ad mortem, ita quod ante executionem juſtitiæ torqueretur, tanquam cadaver, & benè Sanfelic. *deciſ.* 382. *verſ. ita pariter*, ubi plores alios citat tenentes exculpationem non tollere alia indicia gravia, & proximi, quin ex illa poſſit etiam ad torturam deveniri, non obſtante dicta exculpatione, Anton. de Ballis *tract. var. lib. pr. quæſt.* 26. *num.* 55. *et ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Exculpatio reſol.* 2. *num.* 9. *et* 10. *et verb. Socius reſol.* 2. *num.* 22. vide Farinacc. *quæſt.* 43. *num.* 10. *et ſeqq. ad* 24. D. Fulvi. Majoran. *loc. ſup. cit. et n.* 110. *et ſeqq. fol.* 223. Baſilic. *dec.* 34. *per tot.* Vide Olaſc. *deciſ.* 79. *n.* 19. *in fine cum plurib. ſequent.* Spad. *conſ.* 96. *n.* 7. *et* 8. *vol pr. et conſ.* 105. *n.* 4 *eodem vol. pr.* Garon. *ad Conſtitutiones Mediolani tit. de Pæn. in prælud. prim. n.* 10.

4 Exculpatio facta ad favorem alicujus per non exiſtentem in fortiis Curiæ, etiam delictum in ſe aſſumendo tanquam extrajudicialis, & ſuſpecta de ſubornatione non eſt attendenda, nec prodeſt inquiſito, quidquid ſit in exculpatione, vel confeſſione accuſatoris, ſive inveſtigatoris, quæ prodeſſe poteſt reo ad abſolutionem, Maſcard. *de probat. concl.* 135. *lib.* 3. Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 13, Anton. de Ballis *tractat. crim. lib. pr. quæſt.* 10. *num.* 56. Guaz. *diff. uſ.* 32. *cap.* 33. *num.* 10. Conciol. *reſol. crim. verb. Exculpatio reſol.* 3. ubi etiam an dicta exculpatio faciat indicium ad torturam contra exculpantem ſi poſtea ad manus Curiæ deveniat, & dicit quòd non, ad Farinac. *quæſt.* 82. *num.* 38.

5 Exculpatio mandatarii aſſerentis ſe occidiſſe, vel vulneraſſe ex propria cauſa, & inimicitia, & non de mandato alterius, prodeſt mandanti inculpato de mandato, ut non poſſit torqueri, intelligendo ut ſupra, quando mandatarius eſt in fortiis Curiæ, & niſi in contrarium aliæ urgeant præſumptiones, & conjecturæ, Plaz. *Epit. Delict. cap.* 15. *n.* 14. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 474. *n.* 4. Farinac. *q.* 44. *nu.* 23. cum aliis per Conciol. *loc. ſup. cit. reſol.* 4. *per tot. et verb. Mandatum reſol.* 11. *nu.* 15. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8 *num.* 110. *et ſeqq. fol.* 223. Anſald. *conſ.* 125. *n.* 37. *et ſeqq.* ubi quod exculpatio maximè extrajudicialis, præcedentem inculpationem juramento, & tormento firmatam tollere nequaquam poteſt.

6 De exculpatione damnati, vel rei, & ejus effectibus, Valenzuel. *conſ.* 102. unicè relatus à Caſtejon. *Alphab. juridic. verb. Exculpatio*, & me etiam unicè refert Co. Aug. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 535. Adde Baſilic. *dec.* 34. *per tot.* Chartar. *dec.* 27. *et* 28.

Quòd exculpatio facta in articulo mortis, vel in confortatorio, aut dum ducitur ad patibulum, vel in ipſo patibulo à teſte, vel aſſerto ſocio criminis, qui alium inculpaverat, tollat omne gravamen, & indicium reſultans ex inculpatione, nec amplius inculpatus torqueri poſſit, ubi aliàs culpatio fuiſſet ſufficiens ad torturam, pluribus citatis probat Cyriac. *contr.* 150. *n.* 121. maximè ſi exculpatio habeat veriſimilitudinem pro ſe, & vide Farinac. *quæſt.* 46. *n.* 68. 71. *et* 73. *et conſ.* 19. *n.* 12. *et conſ.* 185. *n.* 21.

Exculpatio inquiſiti facta à vulnerato, vel aliter offenſo in articulo mortis conſtituto, illum relevat, ut non poſſit torqueri ex indiciis etiam urgentibus aliàs contra eum exiſtentibus: quod procedit nedum in exculpatione explicita, & expreſſa, verùm etiam in implicita, & tacita per imputationem aliorum, & quamvis exculpans prius eumdem inculpaſſet, intelligendo de exculpatione in articulo mortis, aliàs ſecùs, niſi doceatur de errore inculpationis; nihil tamen prodeſt exculpatio ubi de delicto plenè conſtat, vel adſunt pluſquam urgentia, ſive urgentiſſima indicia contra imputatum, niſi cum exculpatione concurrant alia innocentiæ ſigna, ſive veriſimilitudo arbitrio judicis juxta facti, & perſonarum qualitatem æſtimanda, ut colligitur ex latè traditis per Farinac. *quæſt.* 46. *num.* 104. *et ſeqq. per tot.* Vulpin. *in ſuco d. quæſt. num.* 13. 14. *et* 15. & alios citatos à Paſcal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap. pr. num.* 124. 7

Exculpatio non prodeſt exculpato aliunde plenè convicto. Farinac. *quæſt.* 43. *num* 17. Maſcard. *de probat. concluſ.* 384. *nu.* 5. Bellegrand. *Compend. rer. Criminal. Methoo. trac.* 3. *qu.* 24. *nu.* 14. Vide ſupra *n.* 2., & infra *n.* 16. 8

Exculpatio prodeſt ad tollendum inditium contra exculpatum. Boſſ. *tit. de confeſſ. nu.* 46. Bellegrand. *ubi ſupra.* 9

Exculpatio offenſi facit ne ſit locus pœnæ. Marſ. *conſil.* 1. *nu.* 10. *conſ.* 61. *n.* 34. Decian. *reſp.* 96. *nu.* 29. *vol* 3. Felic. *all.* 5. *num* 58. Garon *ad conſtitut. Mediolani tit. de pænis prælud. pr. num.* 6. 10

Stante exculpatione non eſt locus torturæ. Marſil. *conſ.* 50 *nu.* 18. *conſ.* 17. *n.* 10. *conſ.* 61. *n.* 34 Gomez. *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 53. *n.* 17. *verſ. ſi verò delictum.* Gram. *conſ.* 53. *num.* 7. Garon. *loc cit. n.* 7. 11

Exculpatio probat innocentiam. Alex. *conſ. pr. n.* 16. *lib.* 3. Garon. *ſup. n.* 8. 12

Exculpatio eſt efficacior quando pars pœnæ ad exculpantem expectabat. Simon. de Præt. *conſ.* 187. *n.* 24. Garon. *n* 9. 13

Et quando ſit in articulo mortis. Paſcal. *de viribus patriæ poteſtat. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 123. Garon. *ſup. n.* 10. 14

Et poſt confeſſionem. Farinac. *qu.* 46. *n.* 70. Garon. *ſup. num.* 11. & ſuret reiterata, ut conſiderat. Burſat. *conſ* 201. *num* 149. Garon. *loc. cit.*

Exculpatio debet eſſe veriſimilis. Clar. *§. fin. qu.* 52. *n.* 6. quo caſu parum, aut nihil prodeſt. Farinac. *quæſ.* 46. *n.* 74. Garon. *ſup. n.* 12. 15

Non prodeſt, ſi delictum ſit plenè probatum. Alex. *conſ. pr. num.* 16. Herculan. *de proban d. negat. n.* 160. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 17. Garon. *ſup. n.* 13. Vide ſupra *n.* 2. *et* 8. 16

Exculpatio eſt inanis, ſi dominus dicat de ſua voluntate commiſſum delictum. Garon. *ſup. cit. n.* 14. 17

Mulier non excuſat raptorem, ſi dicat prius contractum matrimonium. Marſ. *ſing.* 22. *num.* 1, 2. Grammat. *vot.* 24. *num.* 14. Garon. *n.* 15. 18

Exculpatio proficit, quando contra proceſſatum nuda extaret culpatio. Burſat. *conſ.* 201. *num.* 148. Riminald. jun. *conſ.* 420. *num.* 16. Gramm. *vot.* 11. *n.* 18. Marcel. de Mauro. *alleg.* 83. *n.* 6. Garon. *n.* 16. 19

Exculpatio probat errorem propriæ confeſſionis. Farinac. *qu.* 43. *num.* 19. *ſeqq.* Garon. *nu.* 17. 20

Exculpatio ſocii criminis quid operetur Farinac. *qu.* 43. *n.* 13. *ſeq.* Garon. *n.* 18. 21

Exculpatio Teſtis in articulo mortis dicens ſe gravaſſe indebitè aliquem prodeſt. Marſ. *conſ.* 109. *nu.* 30 Garon. *num.* 19. 22

De Exculpatione implicita. Vulpel. *conſ.* 113. *nu.* 8. Burſatt. *conſ.* 20. *num.* 38. Garon. *ſup. cit. a nu.* 20. 23

§. EXCUSATIO. XXI.

1 EXcusator in criminalibus admittitur pro absentibus ad allegandam absentiam, & alia impedimenta non comparendi, non autem ad allegandas alias defensiones, nec ad merita causæ, Clar. §. *fin. quæst.* 32. *et* 33. Boss. *tit. an in criminal. jud. quis poss. etc.* Marant. *in Prax. part.* 4. *distin. pr. n.* 51. *et seqq.* Tusch. *litt. E, concl.* 469. *per tot.* vide in §. *Procurator*.

2 Excusatio à pœna, & dolo inducitur ex qualibet causa, sive justa, sive injusta, intelligendo tamen quoad pœnam ordinariam, vide Clar. §. *fin. quæst.* 60. *nn.* 22. *etc.* Tusch. *litt. E, concl.* 468. *per tot.*

3 Excusare se volens, quod propter aliquod impedimentum non impleverit id, ad quod tenebatur, non solùm debet probare impedimentum, sed etiam se sanctùm fecisse, quòd si impeditus non fuisset adimplevisset illud, ad quod tenebatur, Alex. *cons.* 49. *n.* 5. *lib.* 2. vide in §. *Exceptio n.* 50. *et seqq.* ubi plura de exceptione non implementi quando obstet, vel non, & quomodo, & in §. *Impedimentum per tot.* ubi quando excuset, vel non, & quæ sint necessaria, ut impedimentum præstet excusationem: & nisi doceatur de diligentiis pro eo removendo, De Luc. *de Empt. disc.* 51. *num.* 3. *de Benefic. disc.* 56. *num.* 3. Gregor. *decis.* 501. *n. pr.* Buratt. *decis.* 110. *n.* 4. Rot. *recent. part.* 11. *decis.* 286. *a n.* 13.

Excusationes ab administratione tutelæ, vel curæ, sive ab ipsa tutela, vel cura sunt plures.

4 Primus est numerus liberorum, quæ est fundata in ratione publicæ utilitatis, nam habens Romæ tres liberos, in Italia quatuor, in Provinciis quinque excusatur à tutela, vel cura aliorum.

Secunda excusatio est administratio rerum fisci, & durat quamdiu durat ipsa administratio.

Tertia excusatio est absentia Reipublicæ causa, quę à jam suscepta tutela excusat durante absentia dato interim curatore; & à nova tutela per annum à die reversionis.

Quarta excusatio est potestas publica, quam habent Magistratus, intelligendo quoad tutelam de novo suscipiendam, & non de Magistratibus minimis.

Quinta excusatio est propter litem, quam haberet tutor, vel curator cum pupillo, vel adulto de omnibus bonis, vel hæreditate, vel de plurima parte bonorum, vel propter litem quam haberet pupillus cum sorore tutoris, vel cum filia dictæ sororis, imò de jure novissimo debitor, vel creditor non potest esse tutor, nec curator.

Sexta excusatio est multitudo tutelarum, nam qui tres tutelas, vel curas gerit, excusatur à quarta suscipienda, dummodò non sint affectatæ, & sint diversæ in una, eademque domo, vel familia gestæ ab uno de familia voluntate patrisfamilias.

Septima excusatio est paupertas tutoris, vel curatoris arbitrio judicis æstimanda.

Octava excusatio est adversa valetudo.

Nona est imperitia litterarum, scilicet legendi, & scribendi, nisi aliàs esset valdè peritus in gerendis negotiis.

Decima est inimicitia, quæ fuit inter testatorem, & tutorem, non sequuta reconciliatione.

Undecima est controversia, vel lis status, quam tutor, vel curator passus fuit à patre pupilli, vel adulti.

Duodecima excusatio est ætas septuaginta annorum; minores autem 25. annis, etiamsi vellent non admittuntur.

Decimatertia excusatio est propter professionem litterarum, ut sunt Grammatici, Rhetores, & Medici de numero ad dictas artes exercendas constituti, ac idem in Philosophis, & legum Doctoribus, ut supra constitutis, vel in consilium Principum assumptis.

Quæ quidem excusationes debent intra quinquaginta dies continuos à die scientiæ proponi, & una allegata, sed non probata, possunt aliæ intra dictum tempus proponi, & inter quatuor menses continuos probari; obtenta autem excusatione ex falsa causa, etiam per judicis decretum, non liberatur tutor à tutela, prout hæc omnia notantur ex text. *tot. tit. Inst. de excus. tut. vel cur.* ubi Plat. Aret. Fabr. Porc. Mysinger. Joac. Oinot. & alii interpretes benè singillatim declarant, *et in ff. et C. eod. tit. per tot.* ubi Salycet. Bart. & alii communiter, Montan. *de tut. cap.* 35. *per tot.* Balthas. Tomas. *de tut. et curat. tit.* 25. *c. pr. per tot. fol. mihi* 1007. *et seqq.* Tusch. *litt. T, concl.* 415. *per tot. et concl.* 433. vide in §. *Tutela n.* 48. *et seqq.* ubi alios allegavi, De quibus omnibus latè Nicol. *Elucubrat. utriusq; Jur. de excusat. tutor. et curator.*

De excusationibus quoad diversas, Bertachin. *in Repert. part.* 2. *verb. Excusatio*, ex C. Aug. Fontan. *in Biblio. b. leg. p.* 4. *eod. verb. fol.* 535. *etc.* ubi plura sensitivè. 5

Excusatus ab aliquo munere ob paupertatem, supervenientibus divitiis non cogitur pro illa vice, sed bene in futurum durantibus divitiis, *l. cura* 4. §. *deficientium ff. de muner. & honor.* Cyriac. *contr.* 277. *num.* 15. 6

Excusari quando possit à pœna non accurens ad sonum campanæ in loco delicti ad persequendum Bannitos, vel malefactores, Cyriac. *contr.* 487. *per tot.* 7

Excusationes leves regulariter non admittuntur in delictis prohibitis non tantùm de jure naturali, & communi civili, sed etiam ex generali prohibitione notoria vigore proclamatum, saltem quoad pœnam extraordinariam; nisi adsit consuetudo, vel auctoritas Judicis, sive alia causa probabilis, & justa, licèt non legitima, quia tunc excusat in totum ex congestis per Cyriac. *contr.* 578. *per tot.* 8

Quòd excusatio non intret in eo, qui dat operam rei illicitæ, De Luc. *de Regal. dis.* 195. *n.* 18. Farinac. *quæst.* 126. *p.* 2. *n.* 60. *& seqq.* Fagnan. *in cap. quidam n.* 3. *de Homicid.*

Socius criminis potest pro suo interesse assumere defensionem socii contumacis. Spad. *cons.* 103. *n. pr.*, Quod tamen procedit solùm in delictis levioribus, sive mediis, non autem in gravioribus *ibid. n.* 2. 3. 4., Sic etiam procedit solum in delictis correlativis, non autem in aliis. Idem *cons.* 103. *nn.* 5. 6., Et quando admittitur, non potest negare delictum, sed solùm delinquentem excusare. Idem *cons.* 103. *n.* 7. Gloss. *in c. si quando in verbo per exploratores, in fin.* 2 *quæst.* 6. *& in c. hæc quippè in verb. explosis* 3. *quæst.* 6. 9

Excusator admittitur pro Clerico contumaci apud Judicem laicum pro evitanda pœna duc. 1000. pro ictu scoppitæ Altimar. *de nullit. rub.* 4. *q.* 8. *num.* 18. *tom. pr.* Franc. *dec.* 329. Reg. Tap. *in Rit.* 235. D. Petra *in Rit.* 65. *n.* 11. Caravit. *dicto rit.* 65. 10

Non attenditur excusatio super inverisimili. Piton. *de jurepat. all.* 55. *nn.* 20. *tom.* 2. Rota *decis.* 579. *nu.* 11. *versic. Prout. & num.* 12. *part.* 18. *recent.* Rota coram Emerix. Junior. *decis.* 630. *num.* 7. 11

Patronus non excusatur allegando ignorantiam fundationis, quam omninò scire debet. Piton. *all.* 81. *n.* 10. 11. 36. *tom.* 2. Card. De Luc. *de jurepatr. disc.* 47. *num.* 4. 12

Excusatio quod quis non legerit, quod suscepit ad affectum legendi non admittitur Piton. *ibid. nn.* 27. Text. *in l. si de Pupillo* 11. §. *de quo palàm ff. de instit. action.* 13

Excusatio quod quia non intelligit id, quod pluries transcripsit, non admittitur Piton. *ibid. n.* 28. *&* 35. text. *in l. non est ferendum ff. de transact.* Jovi. *de solem. in contract. min. Gloss.* 4. *nu.* 148. *& seqq.* Paul. Rubeus *practicab. cap.* 29. *num.* 192. 14

Excusator absentia citati admittitur quilibet, etiam sine mandato. Menoch. *quæst.* 80. *num.* 52. Farinac. *quæst.* 11. *n.* 52. *in fin. & quæst.* 99. *n.* 224. *&* 274. Cotta *quæst.* 79. *n.* 2. Pellegrin. *in praxi Vicar. p.* 4 *sect.* 7. *n.* 11. *pag.* 356. 15

Excusator impedienti quis esse possit. Jas. *in l. de Pupillo §. nunciationem col. pen. ff. de nov. op. nunc.* Pellegrin. *in prax. Vicar. p.* 4. *sect.* 7. *n.* 20. *pag.* 357. 16

Excusatio probari debet à proponente. Vide Aym. *cons.* 35. *n.* 8. Spad. *cons.* 88. *n.* 8 *tom. pr.* 17

Impeditus comparere tenetur mittere excusatorem cum fide impedimenti ad Judicem Pellegrin. *loc. cit. num.* 20. 18

Excusator inhabilis an admittendus Pellegrin. *loc. supra allegat. n.* 21. 19

§. EX-

§. EXCUSSIO. XXII.

1 Excussio quid sit, quando sit necessaria, vel non, & qua forma sit facienda, vide Pract. Papp. *respons. act. hypoth. gl. Exceptionem*, Neguſ. *de pign. part. 8. memb. pr. n. 11. & seqq.* Marsil. *repet. Rub. ff. de fidejuss. num. 8. & seqq.* Jaſ. *in §. fin. n. 6. Instit. de act.* Jacob. de Aren. *tract. de excuss.* latè Maur. *de fidejuss. par. 2. sect. 6. cap. 3. per tot.* Merlin. *de pign. lib. 5. tit. 2. quæst. 63. & seqq.* ac alibi prout in ejus Repertorio *verb. Excussio, nempè lib. 4. tit. pr. quæst. 21. per tot.* ubi loquitur in terminis *l. 2. C. de pign.* Ricc. *Collect.* 237. 1079. 2003. 3443. Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 282.* Costa *de remed. subsid.* 37. *per tot.* Caldas Pereyra *de empt. & vend. cap. 33. per totum*, Conciol & Romaguer. *ad Stat Engub. lib. 2. rubr. 31. ferè per tot.* vide Hering. *de fidejussor. cap. 27. part. pr. a n. 3.* Altimar. *de nullit. rubr. 13. quæst. 29. tom. 2.* Palm. *nep. alleg. 44. n. 25. et 26. tom. pr.*

An dicatur sufficienter facta per ostensionem librorum æstimi, in quibus nihil reperiatur descriptum pro debitore, ita ut illius fidejussor non possit eam opponere, Genu. *de script. privat. lib. 5. tit. de lib. æstimi quæst 5. n. 5. & seqq. fol. 281.* Facit Merlin. *de Pign. lib. 5. quæst. 70. n. 9.*

Quibus, & quot modis fieri possit excussio, & dicatur sufficienter facta, Urceol. *consult. forens. cap. 2. n. 16.* Ludov. Post. *resol. 75.* Cyriac. *controv. 327. num. 73. & seqq.* cum aliis per eos citatis, Merlin. *ubi supra num. 7.* Rot. *par. 9. recent. dec. 222. per tot. & part. 13. decis. 143. num. 4.* facit quod dixi in §. *Cessio num.* Costa *d. remed. 37.* ubi excussionis requisita recensentur, & alia, vide Hering. *loc. suprà cit.* Cancer. *var. resol. cap. 5. n. 190.*

2 Excussionis exceptio quando constat ex actis potest suppleri per judicem ex officio, licèt non fuerit opposita, Benedic. de Plumb. *tract. de discuss. num. 21.* Bart. *in l. cum qui ff. de verb. oblig.*

3 Excussio est facienda citatis fidejussoribus, vel possessoribus, ac aliis omnibus interesse habentibus, & postea per decretum judicis declarari legitimè facta, quamvis etiam secundùm aliquos sufficiat tacita declaratio per processum ad ulteriora, Maur. *de fidejuss. part. 2. sect. 6. cap. 3. in princ.* Benedic. de Plumb. *loc. cit. num. 8.* Caroc. *de excuss. quæst. 33. part. 2. nu. 12. & seqq.* Merlin. *de pign. lib. 5. tit. 3. quæst. 69. num. 2. & seqq.* Marsil. *de fidejuss. nu. 26.* Magon. *decis. Luc. 66. nu. 14.* Fenzon. *ad stat. Urb. cap. 20. nu. 70.* Paul. Christin. *decis. 212. vol. 5.* latè Rot. *part. 9. recent. recent. dec. 202. per tot.* ubi plura ut dicatur legitimè facta, *& part. 21. decis. 25. nu. 20. & seqq.* ubi quando, & ex quibus dicatur legitimè facta, Sanfelic. *decis. 360. num. 10.* ubi quod non requiritur declaratio, quando debitor cessus fuit promissus bonus, & exigibilis: quòd requiratur citatio fidejussorum Hering. *ubi suprà num. 8.*

Et quòd à tali decreto detur appellatio, Neguſ. *d. membr. pr. num. 39.* Merlin. *d. tit. 2. q. 75. per tot.*

4 Excussio potest opponi non obstante clausula, *sola facti veritate inspecta*, cum magna æquitate nitatur, & non sit de apicibus juris, Addit. ad Pract. Papp. *respons. act. hypoth. glos. Exceptionem in prin.* Gravett. *cons. 263. num. 3. & per tot.* Cachet. *decis. Pedem. 2. num. 6. & seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 23. nu. 31. fol. 468.* Merlin. *de pign. lib. 5. tit. 2. quæst. 69. num. 40. &c.* Vide Altimar. *dict. rubr. 13. quæst. 29. n. 19. & 20. tom. 2. & ibidem n. 30.*

Intelligendo de illa excussione, quæ non simpliciter respicit ordinem judicii, sed interesse partis, & quæ competit tertio possessori, cui nihil imputari potest cur se obligaverit; secus autem si excipiens fundet se tantùm in ordine judicii non servato, & sic virtus ut plurimum stat in modo excipiendi, vel sit fidejussor, cui obiici potest, cur se pro aliis obligaverit, nam his casibus dicitur de apicibus juris, & censetur rejecta per dictam clausulam, *sola facti veritate inspecta*, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 51. n. 4 & seqq.* latiùs declaravi, *aliis citatis in meis resol. cap 91. nu. 1. & seqq. per tot.* & in his terminis intelligi debent asserentes excussionem esse de apicibus juris, ut per Neguſ. *de pign. part. 8. membr. 1. num. 31.* Marsil. *de fidejuss. nu. 13.* Maur. *eod. tract. part. 2. sect. 6. cap. 3. num. 75.* Gratian. *discept. forens. cap. 304. num. 7.* Theſ. *decis. 52. per tot.* Magon. *decis. Flor. 38. n. 16.* Paul. Christin. *decis. 214. num. 22. vol. 5.* Sanfelic. *decis. 204. num. 10.* Calvin. *de æquit. lib. 2. c. 114. per tot.* ubi distinguit, & declarat ut suprà licè referat nonnullos etiam idem tenentes in fidejussore, quorum assertio procedere posset juxta per me inferiùs scripta, & per eundem Ciarlin. *cap. 185. per tot.* plenè Romaguer. ad Conciol. *lib. 2. rub. 31. num. 25. & seqq.*

Excussio potest dupliciter reiici à statuto, nempè expressè, quando prout Florentiæ *lib. 2. rub. 59.* ac alibi expressè reiicitur, & tunc non est de necessitate facienda, Ang. & Jaſ. *in §. si quis in fraudem Instit. de act.* Castr. *cons. 239. lib. 1.* Magon. *dec. Flor. 38.* Neguſ. *de pign. p. 8. memb. pr. num. 11.* Maur. *de fidejuss. part. 2. sect. 6. c. 3. nu. 107.* Scacc. *de Judic. lib. 1. cap. 62. nu. 24. limit. 6.* De hoc statuto Florentiæ attestatur Altimar. *supra n. 54.* 5

De intelligentia statuti expressè excussionem reiicientis, Tuleh. *litt. S. concl. 527.*

Et tacitè quando ex forma statuti potest procedi contra fidejussores, vel possessores summariè, de plano, & sine strepitu, vel figura judicii, vel sola facti veritate inspecta quo casu nec est necessaria excussio, Alex. *cons. 58. n. 7. lib. 5.* Maur. *d. sect. 6. cap. 3. num. 76.* Peregr. *decis. Pat. 48. nu. 22.* intelligenpo prout supra respectu ordinis judiciarii, non autem respectu interesse partis, Gratian. *discept. forens. cap. 304. num. 7. et 8. dec. 129. nu. 8. & seqq.* Magon. *decis. Luc. 66. num. 13.* Bardellon. *cons. 132. num. 6. & seqq. lib. 2. & in meis resol. d. cap. 91. per tot.* Merlin. *d. q. 59. num. 40. &c.* Thesaur. *dec. 52.*

Quid dicendum in fidejussore indemnitatis, vide in §. *Fidejussor num.*

Et quòd quando agitur contra tertios possessores non obstante hujusmodi statuto possit excussio opponi, si possessor conventus doceat debitorem principalem esse solvendo, vel petat suis sumptibus contra illum fieri excussionem propter suum interesse, & ad evitandos litium circuitus, probat mihi Rot. Florent. *lib. Mot. 34. sub die 29. Martii 1572.* vide Neguſ. *de pign. part. 8. membr. pr. num. 31. & in dictis meis resol. cap. 91. num. 16. & seqq. per tot.* ubi idem esse probavi in fidejussore, & etiam in judicio Salviani, maximè æquitate attenta, & ita pluries ad evitandas expensas, & lites consului non sine fructu, per text. in §. *Mandantis instit. de mandato*, Romaguer. ad Conciol. *d. lib. 2. rub. 31. num. 25. & seqq.* cum pluribus ab eo citatis, ubi etiam quòd potest in eodem judicio agi contra fidejussores, seu tertios possessores, & principales debitores simul, eosque condemnare facere, priùs executionem decernendo in bonis principalis debitoris, & in subsidium in bonis fidejussorum, ac possessorum, ad tradita per Salgad. *Labyrint. credit. d. par. pr. c. 23. n. 51 57. & 58.* Et Cancer. *var. resol. cap. 5. n. 160. part. 2.*

14 Executio judicati ſit contra pupillũ, & non contra tutorem, niſi ſe ſuo proprio nomine obligaverit, vel litem injuſtam ſine conſilio peritorum proſequutus fuerit, quo caſu pro expenſis ſit executio contra tutorem, & idem eſt in aliis adminiſtratoribus temere litigantibus, Montan. *de tut. cap.* 31. *effect.* 6. *per tot. vide in* §. *Adminiſtrator. num.* . . §. *Pupillus num.* §. *Sententia num.* 45. *&* §. *Tutor num.* 44. §. *Excommunicatio n.* 10. *in fine*, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 5 *quæſt.* 11 *num.* 27. *& ſeqq.*

15 Executio ſententiæ non poteſt fieri die Dominico, ſed benè aliis diebus feriatis etiã in honorẽ Dei, intelligendo quoad pignorationem, & miſſionem in poſſeſſionem, cum hujuſmodi actus nullam cauſæ cognitionem exigant; ſecus autem quando incantus rerum in pignus captarum, qui fieri non poſſunt diebus feriatis in honorem Dei, cum requirant tubam, & vocem præconis, quæ his diebus ſilere debet, ſed benè fieri poſſent non obſtantibus aliis feriis ob neceſſitates hominum inductis, Guid. Pap. *deciſ.* 215. *per tot.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 16. Vant. *de nullit. ex defect. juriſdict. numer.* 129. *& ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 972. *num.* 2. Cala *tractat. de feriis quæſt. ultim. numer.* 110. *& ſeqq. vide in* §. *Actus numer.* §. *Feriæ numer.* 2. §. *Poſſeſſio num.* 7. *&* §. *Sententia nu.* 3. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. pr.* §. 9. *nu.* 50. *& ſeq.*

Sed in contrarium, quòd imò ſit nulla omnia executio tam realis, quàm perſonalis diebus feriatis facta, etiam extra diem Dominicum, exceptis mandatis vigore ſuſpicionis fugæ, quæ poſſunt exequi etiam in die Paſchatis, probat Scanarol. *de viſitat. Carcer. lib.* 3. §. 10. *&* 11. *per tot. fol.* 575. cum pluribus per eum citatis, vide in mea Pract. §. *Feriæ n.* 6. *& infr. n.* 26. Aſin. *in Prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 13. Vant. *loc. cit. num.* 131. Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. pr. art.* 32. *nu* 9. latè Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæſt.* 40. *à num.* 18. *tom. pr.* Vide Mantiſſ. ad ornatum Card. De Luc. *lib.* 15. *deciſ.* 5. *vol.* 4. Abeccleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ part. pr. obſerv.* 77.

16 Executio ſententiæ poteſt impediri allegando illius nullitatem, ſi poſſit incontinenti probari, Pract. Pap. *for. execut. ſentent. deffinit. gloſ. pr. num.* 5. *cum Addit* latè Mart. Medic. *Exam.* 19. *& deciſ.* 32. *per tot. vide in* §. *Nullitas num. infra numer.* 31. Caldas Pereyra

reyra *quæst. forens. cap. 36. per tot.* Carleval. *de judic. lib. 2. tit. 3. disp. 16. per tot.* latè Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst. 3. num. 8. tom. pr.* Abecclef. & Crescin. *observat. forens. part. pr. observat.* 173.

Si autem allegata nullitas inquirat altiorem indaginem, vel calumniosa, & ad protellandum judicium appareat, non retardatur executio sententiæ, prout nec quando esset generaliter, & non expressa causa proposita, Vant. *de nullit. tit. Qualiter sentent. poss. d. nullit. diff. num. 29. & seqq.* Altimar. *loc. citat. num. 9.* Parlador. *libr. 2. rer quotid. cap. fin. 1. p. §. pr. nu. 11. & 12. & 5. p. §. 11. n. 11.* Fenzon. *ad statut. Urb. cap. 291. n. 57. & seqq.* Rot. post Posth. *de manut. decis. 624. n. 4. & 12.*

Sicut etiam non prodest allegare nullitatem, quando reus bina sententia succubuit, Alin. *in Prax. §. 31. limit. pr.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 25. num. 344. & seqq. fol. 531.* ubi quòd si sint tres conformes, non auditur nullitatem allegans, nisi priùs satisfaciat, & sic parito judicato, vide in §. *Nullitas num. 10. & §. Sententia num. 32.* latè idem Altimat. *rubr. 5. quæst. pr. per tot. tom. pr.* Vide Crescin. ad Abecclef. *dict. observat. 173. part. pr.*

Quòd propter nullitatem notoriam, & evidentem impediatur executio etiam trium conformium, latè Gratian. *disceptat. forens. cap. 591. n. 13. & cap. 745. num. pr. & cap. 879. nu. 26 &c.* Magon. *decis. Flor. 104. num. 18. &c.* ubi limitat nisi jam sit discussa, & rejecta in causa principali, Pac. Jordan. *loc. cit. n. 346.* ubi aliis modis declarat, & quid in judiciis summariis, idem Altimar. *loc. cit. n. 75.* Salgad. *de Reg. Protect. part. 3. cap. 9. n. 26. & part. 3. cap. 16. n. 70.* Ciarlin. *controvers. 49.* Sanfelic. *decis. 304.*

Quòd executio rei judicatæ, quæ resultat ex unica sententia, soleat retardari stante clausula in commissione, *parito judicato arbitrio Rotæ*, Cavaler. *decis. 490. num. pr.*

An retardetur propter restitutionem in integrum petitam adversùs tres conformes, Magon. *decis. Flor. 104. num. 24. &c. vide in §. Restitutio nu. 7.* Ricc. *Collect. 3775.* Cabal. *cons. 128. lib. pr.* ubi de revisione, idem Altimar. *loc. supra citat. nu. 65. & seqq.* Et ad Rovit. *cons. 3. lib. 3.* Crescin. ad Pen. *decis.* 163. De Luc. *de Judic. disc. 38. a n. 13.*

Florentiæ de stylo notorio, dato libello super nullitate, antequam fuerit petita executio, retardatur ipsa executio, & sic attenditur præventio in allegando nullitatem, vel petendo executionem, ut qui prævenerit, prævalet in cognitione nullitatis, vel executionis, Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 17. num. 83.* Scacc. *de sent. & re judic. gloss. 14. quæst. 10. num. 26.* Mart. Medic. *Exam. 19. num. 41. & seqq. cum Addit. num. 10.* Sperel. *decis. 83. nu. 26.* Pac. Jordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 28. num. 17.* ubi sublato dicto stylo firmat, quòd executio non impediatur per allegationem nullitatis, quæ requirit telam judiciariam, & viam ordinariam, ex traditis per Scacc. *de appell. quæst. 19. remed. pr. conclus. 4.* Vide Pen. & Crescin. *decis. 48. decis. 982. & decis. 1405.*

Sed postea de anno 1678. per novam reformationem Florentiæ factam fuit sublata dicta præventio ad tollendas garrulitates, & res deducta ad terminos juris.

17 Executio potest impediri per exceptionem *dolo facis petens quod statim restituturus es*, quando non requirit altiorem indaginem, Gratian. *discept. forens. cap. 408. nu. 3. &c. vide in §. Exceptio num.* Cyriac. *controv. 224.*

Quibus modis possit executio rei judicatæ impediri, vide Specul. *de execut. sentent. §. 6. & ult. per tot.* ad quem se remittit Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 25. nu. 316. & seqq. fol. 529.*

Non impediri per revisionem petitam, quæ vicem appellationis non obtinet Magon. *decis. Flor. 120. num. 14. & 15.* Cabal. *cons. decis. 128. lib. pr.* etiam si rescriptum fuerit pro informatione, ut dixi in mea Pract. *§. Rescritti nu. 16. & §. Supplicbe num. 2.*

Quòd non etiam impediatur per recursum coram Superiore introductum, & parti notificatum cum non producat effectum suspensivum, latè contrariis respondendo Cresp. de Valdaur. *observ. 118. per tot. part. 2. fol. 319.*

Executio sententiæ an, & quomodo possit impediri per tertium se opponentem, & interesse prætendentem, si numquam fuerit citatus, Pract. Pap. *for. execut. sent. deffin. glos. 1. nu. 16.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 439. num. pr. & seqq. cap. 232. num. 9. & cap. 261. num. 26.* Menoch. *de arbitr. cas. 18. num. 50. & seqq. ad 68.* ubi novem casus distinguit, & declarat Marescot. *var. resolut. lib. pr. cap. 86 num. 41. & seqq.* Pac. Jordan. *vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 322. & fol. 530. & dixi in §. Tertius n. pr.* & latè Ridolphio. *in prax. part. 2. cap. 4. num. 117. & seqq. ad 136.* Ludovis. *decis. Perus. 26. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 297. per tot. vol. pr. & decis. 96. vol. 6.* ubi an fieri possit contra tertium possessorem rei litigiosæ, non citatum, latè Ricc. *par. 4. collect. 3354. & part. 7. collect. 2947.* 18

An possit impediri per alios creditores non possidentes, Merlin. *decis. 50. per tot.*

Executio sententiæ instrumenti, vel obligationis Cameralis impeditur per exceptionem rei non traditæ, quamvis adsit confessio, quòd creditor fuerit satisfactus, cùm illa non importet realem traditionem, sed mentalem, etiamsi adsit clausula, *dedit, & consignavit*, quæ extra conspectum rei, non potest operari traditionem propter distantiam loci, Gratian. *disceptat. forens. cap. 141. per tot. vide in §. Executio num. 39. & §. Emptor num.* Magon. *decis. Luc. 11. per tot.* Cavaler. *decis. 338. per tot. & in meis resol. cap. 11. num. 4. &c.* 19

Si tamen constet de confessione recipientis per instrumentum, maximè post 30. dies qualiter dicatur plenè probata consignatio, & excludatur negativa consignationis non factæ Rot. *part. 12. rec. decis. 44. per tot. & part. 14. decis. 221. num. 6.* ubi qualiter ex consignatione majoris partis præsumantur omnia tradita, adde Cabal. *cons. decis. 50. lib. 2.* Rot. *par. 19. recent. decis. 309. per tot.*

Et idem esse in exceptione rei non liberè traditæ, Sperel. *decis. 17. num. 65. & 66.*

Quando autem videatur renunciatum exceptioni rei non traditæ per emptorem scientem illam esse alteri obligatam, Gratian. *discept. 864. num. pr. & per tot.*

Executio transactionis juratæ, & obligatione camerali vallatæ, non retardatur donec fuerit plenè obediendum omnibus in ea contentis, non obstante exceptione simoniæ usurariæ pravitatis, & similibus, quæ tunc solùm obstarent quando essent manifestæ, & notoriæ, Gratian. *discept. forens. cap. 872. num. pr. & per tot.* 20

Quod executio obligationis cameralis non retardetur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, idem Gratian. *cap. 490. num. 20. & cap. 864. nu. 20. &c. vide in §. Obligatio num.*

Executio instrumenti vigore statuti, impeditur etiam per exceptiones illiquidas, quæ intra terminum instantiæ ipsius causæ executivæ liquidari possunt, Surd. *consil. 99. num. 39. &c.* prout etiam quando tales exceptiones illiquidæ oriuntur ex ventre instrumenti à parte producti, Altograd. *consil. 37. num. 14. & 15. lib. pr. vide in §. Instrumentum num. 9.* Giurb. *decis. 100. per tot.* Sanfelic. *decis. 302. & decis. 365. cum plena Addit.* Zac. *de obligat. cameral. quæst. 17. num. 61.* & Rot. post eumdem *dec. 8. num. pr.* 21

An autem exceptiones competentes contra executionem sint allegandæ, & opponendæ coram Judice requisito de executione, vel coram Judice requirente, Carleval. *de judic. lib. 2. tit. 3. disput. 17. per tot. fol. 155.*

Quòd ubi instrumentum non est liquidum non competat via executiva, & à liquidatione detur appellatio ad utrumque effectum, latè Surd. *decis. 27. per tot.* Tusch. *litt. E. conclus. 474. per totam supra nu. 22.* Sanfelic. *dec. 365. cum Addit.*

Quòd executio juris fieri possit etiam pro instrumento conditionali, conditione tamen purificata, nec sit opus prius judicio ordinario super liquidatione, cum satis sit postea liquidationem conditionis fieri in termino instantiæ ipsius judicii executivi; secus autem quoad executionem actualem, & facti, quæ non est permissa ante liquidationem, Altograd.

consil.

consil. 55. *num.* 33. *& seqq. lib.* 2. Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 3. *num.* 3. *num.* 21. *& seqq.*

Quomodo autem executio juris, & facti inter se differant, idem Altograd. *cons.* 40. *num.* 11. *& per tot. lib.* 1.

An, & quando possit decerni mandatum executivum pro damnis, & interesse nondum liquidatis, dummodo ante illius executionem fiat liquidatio, vel prius sit facienda liquidatio: quid in judicio universali, & particulari, & alia ad rem benè Bich. *decis.* 266. *num.* 8. *& seqq. per tot.*

22 Executio instrumenti fieri potest secundum formam statuti de executione instrumentorum, etiam pro non expressis in illo, sed tantùm virtualiter contentis, ut si quis confiteatur se recepisse dotem, potest executivè conveniri ad restitutionem illius, quamvis de restitutione nulla facta fuerit mentio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 115. *num.* 27. *cap.* 323. *num.* 9. *cap.* 444. *num.* 45. *cap.* 852. *num.* 33. *cap.* 872. *nu.* 15. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.*.. *quæst.* 41. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 3. *num.* 20. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 397. *nu.* 3. *& num.* 20.

In contrarium facit idem Gratian. *cap.* 671. *num.* 12. *& seqq.* & latè declarat *dict. cap.* 852. *num.* 24. *& seqq. ad* 42. Franch. *decis.* 325. *per tot.* Magon. *decis.* 5. *in fine*, Cabal. *consil.* 30. *lib. pr. vide in §. Instrumentum num.* 8. *&* 9. *§. Obligatio n.*.. *& §. Stipulatio n.*.. latè Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd ad hunc effectum executionis dicatur expressum omne id, quod venit ex natura, & significatione verborum in instrumento prolatorum, & etiam id, quod sub verbis generalibus continetur, vel ex ipsius præsumptione, vel ex verbis instrumenti virtualiter convincitur, & venit in consequentiam, cum tale quid dicatur tenor instrumenti, imò secundùm veriorem opinionem executivè agi possit non solum pro his, quæ oculis corporeis leguntur, sed etiam pro iis, quæ tacitè ex eo resultant, & virtualiter comprehenduntur, vel per oculos intellectus percipiuntur, Altograd. *consil.* 55. *num.* 23. *& seqq. ubi num.* 30. maximè procedere ait, si statutum concedat executionem simpliciter instrumento, & non restrictivè pro his, quæ apparent ex tenore illius, latè Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 5. *per tot. fol.* 86.

Si instrumentum fuisset deperditum, & probaretur per testes, non haberet locum hujusmodi executio, Gratian. *discept. forens. cap.* 268. *num.* 65. Surd. *decis.* 27. *num.* 12. *vide in §. Instrumentum num.* 9. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 54. *num.* 37. *&c.* ubi quòd veritas probata per testes non gaudet privilegio viæ executivæ. Facit De Luc. *de Feudis disc.* 29. *num.* 3.

Diceretur tamen satisfactum formæ statuti requirentis præsentationem instrumenti, ubi per confessionem partis constaret de debito, Paris. *cons.* 99. *num.* 12. *et lib.* 3. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 99. *num.* 3.

Non etiam competit dicta executio vigore statuti tertio non nominato, nec contra tertium non nominatum in instrumento, Gratian. *discept. forens. cap.* 723. *num.* 1. *&* 3. *cap.* 150. *per tot. cap.* 541. *nu.* 3. *cap.* 924. *num.* 43. *et cap.* 926. *num.* 21. *&c. vide §. Instrumentum num.* 8. *et seqq. et §. Possessor num.* 43. *§. Pactum num.* 6. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *decis.* 138. *num.* 7. Latè Abeecles. & Crescin. *observ. for. part.* 1. *observ* 158.

Competeret tamen hæredibus, & contra hæredes si tales appareant, quod procedit etiam respectu hypothecariæ, idem Gratian. *cap.* 150. *num.* 18. *cap.* 323. *nu.* 21. *et decis.* 138. Soccin. *reg.* 179. vide supra *num.* 9. *et* 10. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 365. ubi plura &c., Scop. & De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* Vide Abeecles. & Crescin. *observ. forens. part. pr. observat.* 153. *& observat.* 154.

Præscribitur nihilominus hujusmodi executioni, & viæ executivæ triginta annis, non obstante mala fide, cùm non agatur de tollenda fundirùs actione, sed tantùm de modo agendi, ita ut post dictum tempus sit agendum via ordinaria, & non executiva, Magon. *decis. Flor.* 121. *n. pr. et seqq.* Alex. *cons.* 15. *vol.* 7. Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 121. *nu.* 10. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 316. *fol.* 529. ubi loquitur de sententia, ut post 30 annos exequi non possit; quòd ego intelligo, ut supra, non via executiva, sed via ordinaria actione judicati, vide Tusch. *litt. P. concl.* 547. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 21. *n.* 17. *etc. vide in §. Præscriptio nu.* 10. Bich. *decis.* 144. *num.* 8. *et seqq.* ubi idem in executione sententiæ, nisi executio sit jam incœpta, & agitur de materia tractum successivum habente, Rot. *part.* 16. *rec. decis.* 67. *n.* 2. *& seqq.* ubi quod contrarium receptum est in annuis censibus, si via executiva competat ex obligatione Camerali, non àutem ex simplici instrumento, etiam jurato, De Luc. *de Credit. disc.* 117. *n.* 4. *disc.* 131. *n.* 5. *de Judic. disc.* 21. *n.* 10. Ansald. *dec.* 42. *n.* 2. *&* 38. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *c.* 403. *n.* 4. Pen. & Crescin. *decis.* 145. *& decis.* 222. Mans. *consult.* 184. *n.* 40. *&* 41. *vol.* 2. Vide infra in novissimis addition. Crescin. *n.* 92.

De præscriptione viæ executivæ, latè Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput* 4. *per tot. fol.* 79. Conciol. cum Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 3. *n.* 27. *& seqq. & n.* 80. ubi alia plura de via executiva instrumentorum vigore Statuti. Vide Doctores supra citatos Spad. *cons.* 4. *n.* 3. *&* 135. *vol.* 1. *cons.* 205. *n.* 2. *vol.* 3.

Quòd executio semel commissa, & relaxata possit semper fieri, lapso tamen anno solet fieri nova citatio, & lapsis 30. vel 40. annis præsumitur habuisse suum effectum, idem Tusch. *lit. E. concl.* 493. *per tot.*

Quòd via executiva remaneat vulnerata per sententiam contrariam, & agendum sit postea via ordinaria, Bald. *in l. fin. nu.* 43. *C. de edict. D. Adr. toll.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 178. *n.* 1. Rot. *part.* 10. *recentior. decis.* 243. *nu.* 11.

Nota etiam dari viam executivam stante nullitate notoria, vide Sanfelic. *decis.* 299.

Cæteras exceptiones, quæ possunt opponi, vide in *§. Statutum reiiciens exceptiones.*

Executio facta extra horam in citatione demonstratam, qualiter sit nulla, nisi citatio fuerit prorogata, vide in *§. Citation.* *& §. Sententia n.* 23

Executione semel facta realiter, vel personaliter, cùm adhuc non sit satisfactum creditori, potest ipse una via electa ad aliam redire, quando agitur de caussis executivis, quidquid secus sit in ordinariis, Natt. *cons.* 496. *n.* 18. *lib.* 3. Franch. *dec.* 220. *nu.* 3. Petr. Pecch. *de jur. sisten. & manu. inject. cap.* 4. *nu.* 15. Gratian. *discept. for. cap.* 118. *n.* 40. *& cap.* 164. *nu.* 18. *& cap.* 593. *n.* 7. *& seqq.* Balthas. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 69. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *quæst.* 125. *n.* 10. ubi vel aliud allegat, quàm Gratian. *d. cap.* 164. *n.* 18. & ejus opinionem sibi non satisfacere ait, sed in dictis terminis est verissima, & communissima, & latè probat Urceol. *consult. for. cap.* 43. *per tot.* ubi etiam an possit via ordinaria electa ad executivam redire, vide in *§. Creditor n.* 51. *§. Electio n.* 1. *& §. Promissio n.* *§. Debitor n.* 24. *& §. Actor nu.* 22. Latè De Luc. *de Judic. disc.* 15. Marescot. *var. lib.* 1. *cap.* 38. Abeecles. & Crescin. *observat.* 38. *part.* 2. Emerix jun. *decis.* 338. *n.* 6. *& decis.* 1284. *nu.* 10. Caprar. *decis.* 379. *a n.* 7. *part.* 1. Vide infra *n.* 48. 24

Et quòd si feci capere debitorem meum, possim etiam eo existente in carceribus petere missionem in possessionem bonorum ipsius debitoris, & è contra etiam prius captis bonis, non liberari personam, nec fidejussores donec sit mihi satisfactum, Capyc. *dec.* 46. *n.* 8. *&* 9. sequitur Urceol. *dict. cap.* 43. *nu.* 19. *& seqq.* quando sumus in executivis, & summariis caussis, quidquid in aliis terminis contrarium videatur tenere idem Capyc. *decis.* 33. *per tot.* & prædicta benè probat Merlin. *decis.* 625. *per tot.* Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 2. *num.* 16. Cenc. *de cens. quæst.* 95. *n.* 33. Cancer. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 49. Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 343. *num.* 21. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 353. *nu.* 11. *part.* 19. *decis.* 205. *per tot.*

Quod pendente lite contra reum, vel debitorem principalem, possit fieri executio contra fidejussorem, quin etiam ipse capi possit, donec sit creditori integrè satisfactum, quia simplex electio unius remedii executivi, non præcludit viam aliis, ni-

si obstaret consuetudo, vel pactum in contractu, vel nisi penderet judicium rescissionis, vel annullationis contractus, Dnen. *reg.* 276. *per tot.*

Et quód in executivis sit licita variatio de principali ad fidejussorem, de una re ad aliam, & de persona ad rem, donec creditori sit satisfactum, latè firmat Rot. *in noviss. part. 6. decis.* 161. *per tot.* Merlin. *de pign. lib. 5. tit. 2. quæst.* 59. *n.* 8. *& seqq. per tot.* ubi in terminis actionis hypothecariæ, & obligationis cameralis, Ridolphin. *in prax. part. pr. c.* 1. *num.* 215. *& seqq.* Merlio. *decis.* 623. *vide in §. Creditor n.* 51. Costa *de remed. subsid. remed.* 25. & de ratione ratæ *quæst.* 228. *per tot.* ubi tamen quód si deventum sit ad subhastationem primi pignoris, potest tantùm pro rata deficiente fieri nova executio, & de re integra *distinct.* 53. *per tot.* Conciol. *ad Statut. Eugub. lib. 3. rubr.* 13. *per tot.* ubi plura de dicta variatione promissa in executivis.

25 Executio sententiæ capitalis debet deferri, si mulier, contra quam esset facienda, reperiatur prægnans, vel si alius damnatus deberet reddere aliquas rationes, sive vellet ducere meretricem in uxorem, & in aliis pluribus casibus relatis per Farinac. *in fragm. litt. C. n.* 609. Ricc. *Collect.* 1925. qui tamen (excepto primo) in practica patiuntur difficultates.

Quód sit differenda de jure per aliquot dies pro reddenda ratione alicujus administrationis, sed de consuetudine non servari, & in omnem casum hujusmodi dilationem spectare ad Principem, & non ad judicem ordinarium; posse tamen per assistentes sumi rationes condemnati, vide per Manar. *in Noct. melanc. Interrogat.* 130. *fol.* 212.

Quód non sit differenda ex eo, quod reus damnatus asserat se habere secretum Principi revelandum; possit tamen judex mittere Notarium, vel similem personam ad illum audiendum, idem Manar. *dict. tract. Interrog.* 107. *fol.* 176.

Quid si miraculose frangatur laqueus, Cabal. *res. crim. cas.* 257. Guaz. *def.* 38. *cap.* 3. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1925. *vers. quintas, dixi in §. Damnati n.*

26 Executio sententiæ criminalis de jure fieri non potest diebus feriatis in honorem Dei, B. V., & Sanctorum, licèt de consuetudine aliter servetur in aliquibus casibus, & locis, Cabal. *resol. crim. cas.* 227. *n.* 28. *& seqq.* Manar. *d. tract. Interrogat.* 161. *fol.* 267. *supra n.* 15. Guaz. *defens.* 38. *cap.* 5. *nu. pr. & seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Tortura resol.* 21. *n.* 5. quam tamen assertam consuetudinem ego numquam servatam vidi, & benè ut dixi in §. *Tortura nu.* 4. *circa medium*, Raynal. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 9. *n.* 50. *&c.* Latè Altimar. *de nul. rubr.* 9. *q.* 40. *n.* 23. *tom. pr.* Antonell. *de temp. legal. libr.* 4. *cap.* 9. *n.* 24. Vide supra *n.* 15.

Qualiter sit facienda executio sententiarum criminalium quoad pœnas pecuniarias, & capitales, vel similes, latè Tusch. *litt. E. conclus.* 486. & 487. *per tot.*

27 Executio, & sententia in parte nulla, aut excessiva vitiatur in totum individuitatis, Merlin. *decis.* 288. *n.* 5. dixi in §. *Sententia n.* 21. & 39. Andreol. *contr.* 159. & 160. *per tot.* Episc. Rocc. *cap.* 103. *a nu.* 20. *cap.* 143. *a n.* 22. *lib.* 1. Emerix jun. *decis.* 1086. *a n.* 29. *decis.* 1353. *num.* 4. Manriss. ad De Luc. *lib.* 15. *decis.* 15. *vol.* 4. Vide infra *n.* 81.

Qualiter executio, & subhastatio facta plus debito sit nulla, idem Merlin. *decis.* 339. *n.* 6. & Lodovis. *decis.* 198. Latè De Luc. *de Judic. disc.* 40. *à n.* 70. Vide Pen. & Crescin. *decis.* 490.

Qualiter autem possit sustineri per clausulam, *salvo jure*, quæ uti modificativa restringit mandatum ad quantitatem verè debitam, & salvat ab excessu, vel ex aliis debitis liquidis ex juris, vel statuti dispositione, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 19. *nu.* 4. *&c.* Vide Episc. Roc. *locis superius adductis*.

Quód executio, sive captura facta pro majori quantitate non irritetur in totum, sed sustineatur pro rata, *gloss. in c. statutum de rescript.* Surd. *decis.* 65. Ricc. *Collect.* 3593. ubi etiam quód nec habet locum statutum puniens petentem plus debito cessante dolo, sed excessus compensatur cum expensis, & executio non retractatur, nisi quoad excessum, Barz. *decis. Bonon.* 76. *vide in §. Debitor n.* 53 *& §. Petitio n.* 2. Calvin. *de æquit. lib. pr. cap.* 24. ubi quód de æquitate sustinetur pro quantitate debiti, & pro excessu retractatur refectis expensis, & damnis, per debitorem passis ratione excessus, Costa *de ratione ratæ quæst.* 137. *per tot.*

Quod mandatum relaxatum ultra summam debitam corruat in totum, & parte instante debeat in totum revocari, ut spolium causarum revocetur, & purgetur, Gregor. *decis.* 485. *num.* 4. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 205. *& part.* 9 *recent. decis.* 113. *nu.* 8. & 9. intellige quando prout hic excessus est in judice; secus in executore ut supra, & dixi in §. *Sententia n.* 21. Rot. *d. part.* 9. *recent. vol.* 2. *dec.* 322. *n. pr. & part.* 12. *decis.* 161. *in fine*, *& part.* 13. *dec.* 26. *n.* 6. *&c.* ubi de adjudicatione nulla ratione excessus valoris bonorum, ita ut nec detur retentio pro aliis creditis diversis, *& dec.* 36. *ead. part.* 13. *& part.* 18. *decis.* 397. ubi plura pro nullitate dationis in solutum ratione excessus, & collusionis ad fraudandum creditores, quibus propterea non nocet, eamdem distinctionem tradit De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 73. Vide Doctores supracitatos.

28 Executio relasata cum clausula, *nisi infrà*, *&c.* cum intimatione partis, si fuerit concessa sine prævia productione in actis dictæ intimationis, dicitur nulliter concessa, etiam si aliter pars habuerit notitiam dicti decreti, quia dicta clausula reddit decretum conditionale, & intimatio requiritur pro forma, ut possit intimatus jura sua deducere, & judex meliùs deliberare, & ideò scientia non sufficit, nec mutat naturam, & formam decreti conditionalis, sed requiritur reproductio, & relatio dictæ intimationis ad hoc ut judex sit certus de illa, aliàs executio est nulla, & adversus hujusmodi factum judicis nulliter, & injustè procedentis datur adversario per prius possidenti manutentio, Rot. in Romana Vineæ 27. Junii 1642. coram Ghisilerio in *part.* 9. *rec. dec.* 119. *per tot. vide in §. Citatio n.* 36. Rot. *d. part.* 9. *dec.* 439. ubi plura qualiter decretum emanatum cum clausula, *nisi ad primum cum intimatione*, sit conditionale.

29 Executio sententiæ potest ex naturali causa fieri etiam super alia re diversa à petita, ubi res in sententia contenta difficilem patitur executionem, & est ratio quia sententia in judicatum transacta parit actionem personalem judicati, vel *in factum*, etiam si lata fuerit in actione reali, qua mediante prævia summaria quasi petitione, & causæ cognitione, maximè si agatur coram eodem judice, potest reus condemnatus etiam in rei vendicatione præcipuè compelli (si habet facultatem restituendi) captis pignoribus pro æstimatione, & quantitate, quam juraverit actor, cui in his casibus deferri debet juramentum in litem etiam affectionis, & pro suo arbitrio, ne aliàs cogatur invitus re sua carere, aut justo pretio illam dimittere contra legis dispositionem, Faber. *de error. Pragm. part. pr. decis.* 17. *error.* 6. Rot. in Florentina horti pr. Julii 1643. coram Bichio per tot. quæ est *dec.* 225. *part.* 9. *rec. & inter impræsas*, Bich. *dec.* 149. ubi justa causa fuit reputata, quia hortus contentus in sententia erat positus in Civitate Florentiæ, in qua similes executiones Curiæ Romanæ fieri difficilè est, maximè illis temporibus bellorum, vide §. *Juramentum n.* 18. De Luc. *de Judic. disc.* 40. *n.* 45. & 47. Vide infra *in noviss. addit.* Crescin. *n.* 46.

30 Executio, sive via executiva competere potest, & competit vigore pacti, quando quis se obligavit solvere absque ulla exceptione, vel defensione, per text. *in l. sancimus* 26. *ubi gloss. C. de fidejuss.* vel *ut Bancbus*, quæ clausula æquipollet deposito, quod de jure habet paratam executionem, per text. *in l. penult. C. depos.* Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 356. *num.* 4. *& seqq.* ubi etiam quód talis actio datur contra hæredes debitoris, *& decis.* 382. *n.* 7. *& d. part.* 14. *ad* de Saaselic. *dec.* 312. *& vide in §. Pactum num.* 6. Conciol. & Romag. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 3. Crescin. ad Abeecles. *observ.* 107. *n.* 15. *part.* 1.

31 Executio, sive via executiva licèt retardetur per exceptionem nullitatis, tamen illa sublata remanet

in

in suo robore, & efficacia quia actio remanet clara, & expedita, quoties sublata est exceptio rei, quæ dedit causam replicationi actoria, Gratian. discept. 852. n. 41. & 42. Duno. decis. 60. n. 20. Rot. part. 2. divers. dec. 131. n. 11. & part. 17. recent. decis. 377. n. 61. vide supra.

32 Executio pro non facto, an & quomodo sit facienda, vide §. Factum n. 10. & latè Carluval. de judic. lib. 2. tit. 3. disput. 3. per tot.

33 Alia multa de executionibus, executoribus, executorialibus tractant DD. citati per quatuor paginas ab Ægid. de Castejon. Alphab. jurid. verb. Executio, &c. Com. August. Fontan. Biblioth. legal. part. 4. eod. verb. fol. 537. &c. Thoro Compend. dec. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Executio Card. De Luc. in Indice generali verb. executio, actio executiva, via executiva &c. Altimar. de nullit. & alibi Constantin. ad Statut. Urb. Pigant. ad Statut. Ferrar. Emerix Caprar. Mauf. Palm. Crescin. ad Abeccles. & alii moderni.

34 Executio ad Hæredem quoad legata pia pertinet, non autem legatarium seu administratorem, & Episcopus tantùm in subsidium exequitur, limita tamen quoad Episcopum in legato pro redemptione captivorum ad effectum certi executoris, text. in cap. nos quidem tertio de Testament. Covar. ibidem n. 8. Carpius de executore Testamentario lib. 1. cap. 22. à n. 7. & seqq. Baldue. de Legatis tit. 3. dec. 56. n. 3. & 4.

35 Executio super animalibus ut rectè fiat requiritur eorundem existentia in loco, ubi pascua sumpserunt Mar. Giurba dec. 40. nu. 11. Baldue. de Prælatione tit. 2. dec. 55. n. 27.

36 Executio facta, spreta clausula deductis deducendis non est attentata, sed tantùm nulla, Rot. in dec. 315. n. 8. coram Ubaldo & dec. 165. n. 1. cum seqq. coram Buratto Emerix Jun. dec. 434. n. 3.

37 Executio incepta contrà debitorem perfici potest contra eum, in quem pendente lite fuit translata possessio, Bald. in l. ob maritorum num. 4. vers. breviter C. ne Uxor. pro marit. quem sequitur Surd. cons. 533. nu. 4. & 5. Salgad. in labyr. Credit. part. 2. cap. 15. n. 26. & seq. Rota decis. 154. nu. pr. post Posth. de subhast. Emerix Jun. decis. 818. n. 2.

Etiamsi contra debitorem actum fuerit actione personali, Rota coram Durano decis. 134. n. 26. coram Cavaler. dec. 131. n. 5. coram Buratto decis. 166. n. pr. Emerix Jun. ibid. n. 3. vide supra sub n. 8.

38 Executio voluntatis Testatoris non debet in longum protrahi, Text. in cap. nos quidem 3. & in cap. sua nobis 17. de Testam. & in §. Disponat Auth. de nupt. Emerix Jun. dec. 457. n. 2.

Nec sufficit impedimentum, nisi etiam probetur, fuisse adhibitam omnem diligentiam pro illius remotione Text. in c. cum in Jure 31. de offic. & potest. Judic. deleg. Rot. dec. 104. nu. 24. part. 5. et dec. 284. n. 38. part. 6. rec. Emerix Jun. ibid. n. 3.

39 Executio antequam valeat relaxari contra condemnatos per sententiam, datur quadrimestre, Text. in l. 2. C. de Usuris rei judicatæ l. debitoribus, l. intra dies ff. de re judic. Palma Nepos All. 301. num. 20. tom. 4.

Executio facta contra dictum quadrimestre, dicitur excessus, Niger. de exequut. rei judic. cap. 3. §. 4. n. 23. Palma Nep. ibid. n. 21.

40 Executio contra Clericum non potest relaxari per Judicem Laicum, etiamsi coram eo fuerit reconventus Squillant. de Privileg. cap. 7. dub. 3. n. 74. Bellet. disq. Cler. tit. de favore Clericorum reali §. 3. n. 3. Fermosin. ad rubr. de mut. petition. quæst. 7. nu. 4. Palm. Nep. alleg. 303. n. 51. tom 4.

41 Executio contra hæredem beneficiatum non potest relaxari, nisi prius eo citato ad reddendam rationem, & contumace Salust. Tiber. in prax. lib. pr. cap. 45. n. 27. Palma Nep. ibid. n. 52. & allegat. 5. nu. 12. & 13. tom. 1.

42 Executio in actione reali statim fit post sententiam, & si reus facultatem non habet rem restituendi, assignatur tempus congruum Judicis arbitrio Palma Nepos all. 363. n. 31. tom. 4

43 Executio partis liquidæ retardari non debet per partem illiquidam de Luc. de Legat. disc. 6. nu. 13. de Judic. disc. 33. n. 45. Quid ubi sententia concepta sit per Capitula separata, Adden. ad Burart. dec. 360. Rot. decis. 285. n. 19. part. 10. rec. De Luc. de Legat. disc. 6. n. 14. Vide supra n. 12.

Executio facta, an infecta remaneat per Clausulas translativas, vel suspensivas signaturæ Justitiæ De Luc. Rel. Cur. disc. 31. n. 26. & 34. 44

Executio excessivè dicitur, ubi facta sit super pluribus prædiis separatis, quorum unus sufficeret, secus si agatur de unica re, licet majoris valoris De Luc. de judic. disc. 40. sub n. 73. Signatura Justitiæ infirmat tantum in excessu non autem pro summa debita, & liquida De Luc. Rel. Cur. disc. 31. sub n. 37. 45

Executio pro una re quando fieri possit in altera De Luc. de Judic. disc. 40. n. 47. Et de usu exequendi in una re loco alterius per modum represaliæ De Luc. de Regul. disc. 181. n. 10. de Dot. disc. 213. nu. 12. Vide supra n. 29. 46

Executio cœpta quando dicatur ad effectum impediendi restitutionem in integrum De Luc. de Judic. disc. 38. n. 15. In odium impedientis habetur pro cœpta De Luc. d. disc. 38. n. 17. ubi de recursibus ad Judices laicos. 47

Exequutio quando dicatur cœpta per captionem pignorum, seu per primum decretum Mantiss. ad De Luc. lib. 13. dec. 30. n. 7. vol. 4.

Executio Creditoris arbitrio est reposita super bonis sibi magis bene visis De Luc. de Judic. disc. 40. nu. 48. & seqq. ubi declaratur imò variari potest in modo exequendi De Luc. de Judic. disc. 5. n. 3. disc. 40. n. 44. n. 48. Quomodo tamen istud arbitrium sit regulandum De Luc. de Judic. disc. 40. nu. 49. & seq. Et de stylo regni Neapolitani, & Congregationis Baronum. De Luc. ibid. n. 50. & 51. Vide supra num. 24. 48

Executio ipso jure quando sequi dicatur, vel potius exigat factum hominis. De Luc. de Judic. disc. 38. n. 15. & 16. & disc. 40. n. 40. 49

Exequutio sequuta dicitur ex decreto Judicis mandantis bona stare sub executione De Luc. de Judic. disc. 40. n. 59. 50

Executio mandati relaxati per Judicem Laicum contra Laicum defunctum, an per eundem fieri valeat contra hæredem Clericum, vel è contra De Luc. de Judic. dict. discur. 40. n. 8. 51

Executio in bonis viri an impediatur per mulierem De Luc de Dot. in Summ. n. 414. 52

Debitor non prohibetur etiam post executionem, & pignus prætorium vendere ejus bona. De Luc. de Usur. disc. 24. n. 11. 53

Executio facta in vim mandati, ante sententiam revocati, est nulla Rot. cor. Bich. dec. 408. n. 14. & coram Card. Cels. decis. 307. n. 10. & dec. 66. n. 13. & 14. part. 19. rec. Ansald. decis. 96. n. 7. 54

Habens interesse secundarium, non est legitimus contradictor ad executionem impediendam. Mantiss. ad De Luc. dec. 1. lib. 3. nu 9. ubi varia super hoc exempla affert vol. pr. 55

Exequutio cœpta habetur pro completa Bich. decis. 544. n. 51. Mantiss. ad De Luc. dec. 2. lib. 3. nu. 6. vol. 1. 56

Judex ad quem nullum valet præstare impedimentum Judici à quo, quin iste possit suum decretum exequi, quando causa comissa est cum clausula sine præjudicio Rot. dec. 178. nu. 9. p. 10. & dec. 104. n. 2. p. 11. recent. Mantiss. ad De Luc. decis. 4. lib. 4. n. 6. vol. 1. 57

Instrumenta publica regulariter non habent executionem paratam de jure communi Anton. Canat. de execut. instrum. quæst. 7. n. 17. Ridolphin. in praxi p. 1. cap. 1. n. 100. Duran. dec. 37. n. 6. Crescin. ad Abeccles. obser. 107. n. 1. p. 1. pag. 84. 58

Instrumenta publica cessantibus pactis exequutivis, vel statutis, ac Legibus alias disponentibus non habent viam executivam, sed in judicio ordinario eorum adimplementum est tractandum. Jordan. lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 513. & n. 435. & seqq. ad n. 515. fol. 418. De Luc. de credit. disc. 116. n. 6. Crescin. ad Abeccles. ibid. n. 2.

Hæc conclusio procedit etiam, quamvis accedat Ju-

Juramentum, quod hoc privilegium viæ executivæ non inducit, ut rejecta opinione Frecc. & aliorum sustinet magis opinio. De Luc. loc. cit. Franch. dec. 518. n. 5. Rot. post Zacch. dec. 57. n. 8. Crescin. ad Abecclef. ibid. n. 3.

59 Executio, ut sustineri valeat, debet sententiæ ex eisdem actis justificari Abb. in cap. inter cætera n. 8. Felin. ibidem n. 4. vers. vel dic etiam de re jud. Seraph. dec. 479. n. 5. Caprara. dec. 335. n. 7. p. 1.

60 Executio jam facta, non potest per clausulam Parito literis arbitrio retractari, sed si nulla prætenditur agendum est ad revocationem alia competenti via. Rot. dec. 276. n. 10. & 11. p. 19. rec. Caprara dec. 335. n. 14. p. pr.

61 Executio, quoties est consumata etiam in Judicio executivo, non nisi per tres conformes revocanda. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 9. nu. 58. Cevall. contr. comm. tom. 4. quæst. 897. & in tract. de cognit. per viam violent. 2. p. 9. quæst. 24. n. 75. Rocc. Episc. cap. 80. n. 2. libr. 1.

62 Executionis à revocatione appellatio admittitur suspensiva, cum sit super petitorio. Rocca Episcop. cap. 80. n. 1. libr. pr.

63 Executio Beneplaciti Apostolici est facienda juxta formam præcisam. De Luc. de Alien. disc. pr. nu. 62. Et an sufficiat adimplere per equipolens. De Luc. ibid. Et ubi est male facta idem est, ac nullatenus adesset. Rot. dec. 375. p. 5. rec. De Luc. ibid. nu. 59. disc. 10. n. 4. & disc. 13. n. 4. Amplia, ut nequu exequutor possit iterum ad alium actum procedere. Rot. dec. 631. n. 8. cum seqq. p. 2. rec. De Luc. de Alien. dict. disc. 1. n. 60. Executio an fieri debeat vivente Papa, vel post mortem. Rot. dec. 336. nu. 51. p. 10. rec. De Luc. dict. disc. 1. n. 61 de Alien.

64 Executio parata datur brevi de Capienda possessione nomine Cameræ. Rot. dec. 381. nu. 1. p. 1. rec. De Luc. de Benef. disc. 5. n. 3.

65 Eaecutio litteris Apostolicis antequam detur, quare cognoscantur per Principes sæculares De Luc. Relat. Cur. disc. 2. sub n. 35. vers. Quo verò ad secundum Eaecutio debetur quando Beneficium sit vacuum, vel plenum per intrusum manifestum, secus ubi agatur de impetratione Benefici, viventis. De Luc. de Benef. disc. 72. n. 5. & 6.

66 Executivè non potest procedi, quando agitur inter duos provisos Apostolicos, vel venientes eodem titulo. Greg. dec. 46. n. 6. Argel. de legit. contradictore quæst. 15. art. 1. n. 2. cum seqq. De Luc. de Benef. disc. 73. n. 22. Ita etiam inter duos præsentatos De Luc. ibid. n. 40. & 46.

67 Executivè an agi possit in remedio l. fin. C. de edict. div. Andr. toll. contra possidentem ex pari, seu potiori titulo. Rot. dec. 711. n. 3. 4. p. 2. tom. pr. rec. Jo. Francis. de Ponte cons. 21. nu. 13. & 14. Benint. dec. 83. n. 5. 6. Palm. Nep. alleg. 11. n. 8. tom. 1.

68 Executivè an agi possit, quando præcedere debent liquidationes necessariæ. Manx consult. 131. nu. 25. vers. Tum demum quia. Palm. Nep. alleg. 18. n. 28. tom. 1.

69 Eaecutio sententiæ in Judicatum transactæ non retardatur, nisi injustitia sit notoria, & patens, ut nulla tergiversatione celari possit. Menoch. cons. 696. n. 21. 22. & cons. 811. n. 89. Surd. cons. 324. num. 8. Scacc. de re Judic. gloss. 14. quæst. 11. nu. 6. Palm. Nep. alleg. 14. n. 2. & 3. tom. 1.

70 Executio facta ad effectum subhastandi non transfert, nec dominium, nec possessionem Rot. cor. Merlin. dec. 339. num. 3. & dec. 140. circa fin. p. 4. rec. Rota dec. 600. n. 7. p. 19. recen. tom. 2.

71 Executio impeditur ob cautellam Angeli intimatam, & justificatam. Rot. dec. 514. n. 11. tom. 2. p. 19. recent.

72 Ad impediandam executionem obligationis Cameralis, non sufficit simplex fideicommissi allegatio, sed requiritur, quod incontinenti probetur. Rot. dec. 514. n. 12. tom. 2. p. 19. rec.

73 Competentia detractionum ex fideicommisso sufficit, ut dicatur fideicomissum illiquidum, nec impedit executionem jam cœptam. Rot. in dec. 185. n. 5. & seqq. p. 5. rec. & in dec. 314. n. 13. p. 19. rec. tom. 2.

Exequendam est mandatum validum, & justum. Rot. dec. 527. n. 1. p. 19. recent. Nullum, & injustum non est exequendum. Rot. in dec. 176. nu. 4. p. 14. rec. et dec. 519. n. 1. p. 19. rec. tom. 2. 74

Voluntas testatoris omnino debet exequi, & adimpleri. Rot. dec. 530. nu. 1. p. 19. recent. tom. 2. ad text. in Clem. quia contingit secunda de Relig. Domib. 75

Capitulum non est legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum Othobon. dec. 58. nu. 31. Rot. dec. 552. n. 8. part. 19. rec. tom. 2. 76

Tertio carens titulo, & possessione non potest se opponere executioni literarum Apostolicarum. Rot. cor. Royas dec. 492. nu. 12. et dec. 601. nu. 3. p. 4. rec. et dec. 552. n. 9. p. 19. rec. tom. 2. 77

Litteris Apostolicis justificatis denegari non potest legitima executio. Text. in cap. si Capitulo, ubi gloss. verb. exequatur de concess. præbend. in 6. Rot. dec. 606. n. 1. p. 19. recent. tom. 2. 78

Nec ut retardetur executio litterarum Apostolicarum, sola turbiditas reservationis sufficit Duran. dec. 340. n. 3. Rot. dec. 472. n. 69. p. 19. rec. tom. 2. 79

Executio facta in rebus incertis, nullibi antea per superiorem certificatis ab excessu in omnibus salvari non potest. Rot. cor. Greg. dec. 224. nu. 1. & cor. Seraph. dec. 473. n. 1. et dec. 79. num. 11. p. 19. rec. Mantiss ad De Luc. dec. 3. lib. 3. n. 6. vol. 1. 80

Executio excessiva est in totum retractanda, & omnia in pristinum debent reponi Rot. cor. Dunozet Jun. dec. 231. n. 8. Mantiss. ad De Luc. ibid. nu. 7. Et non solum debet retractari executio excessiva, sed omnes aliis actus facti in sequelam illius Mantiss. ad De Luc. dec. 5. lib. 3. n. 15. vol. pr. Vide supra n. 27. 81

Executio coram uno Judice cœpta coram eodem debet terminari Giurb. dec. 64. num. 4. Mastrill. in dec. 58. n. pr. et seqq. Mantiss. ad De Luc. dec. 30. n. 8. et dec. 31. n. 2. lib. 15. vol. 4. 82

Executio sententiæ pro reliquatu certo non retardatur per futuras possibiles exceptiones. Escobar de ratiocin. cap. 21. nu. 25. Chartar. dec. 74. num. 25. Giurb. dec. 15. n. 10. Mantiss. ad De Luc. dec. 34. n. 7. lib. 15. vol. 4. 83

Instrumenta dotalia de jure communi non habent executionem paratam. Rot. in recent. p. 9. tom. 2. dec. 348. n. 11. p. 13. dec. 20. n. 8. et p. 14. Crescin. ad Abecclef. obser. 107. n. 5. p. pr. pag. 84. 84

Sed hæc conclusio procedit quoad sortem dotis, non quoad fructus, qui habent privilegium viæ executivæ. Rot. cor. Merlin. decis. 875. nu. 5. et decis. 886. in princ. et in recent. dec. 348. n. 12. p. 9. tom. 2. Crescin. ad Abecclef. d. obser. 107. n. 6. p. pr. pag. 84.

Via executiva sicut competit contra depositarium, ita etiam datur contra sequestrem Cels. dec. 75. n. 4. Crescin. ad Abecclef. loc. cit. n. 9. 85

Instrumentum census habet executionem paratam Rot. in recent. dec. 343. nu. 13. p. 10. & cor. Caprar. dec. 270. n. 1. p. 1. Crescin. ad Abecclef. ibid. nu. 10. 86

Quid vero dicendum sit de instromanto locationis Gratian. cap. 117. n. pr. Bich. dec. 506. n. 5. Crescin. ad Abecclef. ibid. n. 11. 87

Via eaecutiva competit contra bona invecta, & illata in prædium locatum. Crescin. ad Abecclef. ibid. n. 14. 88

Vigore clausularum procedendi summariè de plano sine strepitu &c. competit via executiva. Barbos. clausul. 176. à n. 7. Rot. in recent. p. 5. dec. 36. nu. 58. et p. 10. dec. 20. n. 12. Crescin. ad Abecclef. ibid. num. 16. 89

Instrumentum dicitur purum, & eaequibile, quando habet omnia requisita enumerata per Gloss. in l. generaliter C. de Tabul. lib. 10. Galles. de oblig. Camer. quæst. 26. n. pr. Rot. dec. 482. n. 4. p. 9. tom. 2. rec. Crescin. ad Abecclef. ibid. n. 17. 90

Quando instrumenta habeant eaecutionem paratam vel non, & quid contra illa opponi possit Thes. dec. 26. per tot. Jordan. lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 20. nu. 513. et n. 435. et seqq. ad n. 515. fol. 418. Crescin. ad Abecclef. ibid. n. 20. 91

Instrumentum post trigiata annos ammittit paratam executionem à Statuto concessam, non attentata mala fide. Rot. rec. p. 9. tom. pr. dec. 67. n. 6. Mantiss. 92

ad

ad Card. De Luc. *dec.* 4. *n.* 7. *lib.* 6. *vol.* 3. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 107. *n.* 21. *p.* 1. *pag.* 84. Vide ſupra *n.* 22.

93 Scriptura privata quantumcumque recognita, non habet executionem paratam, ſicut inſtrumentum publicum, quia ſive publica, ſive privata, etiam confeſſata, & recognita de jure communi non habent executionem paratam, niſi tribuatur vigore ſtatuti, vel conſuetudinis de Luc. *de Feudis diſc.* 29. *n.* 4. Creſc. ad Abeccleſ. *obſer.* 108. *n. pr. p. pr. pag.* 84.

94 Et Apocha verificata in Regno Neapolitano habet executionem paratam: In Curiis tamen ſecularibus, ſecus in Eccleſiaſticis Altimar. *de Nullit. tom. pr. rub.* 9. *quæſt.* 28. *n.* 105. Creſcin. ad Abeccleſ. *d. obſerv.* 108. *n.* 3. *p. pr. pag.* 84.

95 Apocha à debitore ſubſcripta ex ſtylo Curiæ habet executionem paratam ad inſtar obligationis Cameralis. Rot. *dec.* 52. *n. pr. et dec.* 196. *n. pr. p.* 4. *tom.* 2. *recent.* Celſ. *dec.* 355. *n.* 2. Creſcin. ad Abeccleſ. *d. obſer.* 108. *n.* 4. *p. pr. pag.* 84.

96 Scriptura aſſecurationis habet paratam executionem, tàm de jure, quàm ex diſpoſitione Statuti Genuæ. Baldnc. *tit. de aſſecurat. dec.* 10. *n. pr.* Creſcin. ad Abeccleſ. *d. obſer.* 108. *n.* 5. *p. pr. pag.* 84.

97 Doctores agentes de pœnis, quas ſubire debent impediens executionem, vel reſiſtens executioni legitimè factæ referunt Chriſtin. *dec. Bel.* 100. *per tot. vol. pr. et dec.* 152. *n.* 4. *vol.* 2. Pellegrin. *in Praxi Vicar. p.* 4. *ſect.* 6. *n.* 20. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 150. *n. pr. p. pr. pag.* 107.

98 Executio contra tertium non citatum, neque in Judicio nominatum fieri non poteſt. Pellegrin. *in praxi Vicar. p.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 2. *n.* 20. Vela *diſſer.* 14 *à n.* 3. *&* 31. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 158. *n. pr. p. pr. pag.* 112.

99 Executio in bonis alterius, quàm debitoris de jure non ſuſtinetur. Rot. cor. Burat. *dec.* 908. *n.* 5. *& in rec. p.* 5. *dec.* 533. *n.* 1. *& p.* 13. *dec.* 339. *n.* 1. Emeria Jun. *dec.* 126. *n.* 2. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 158. *n.* 2. *p.* 1. *pag.* 112. Vide ſupra *n.* 5.

100 Exceptio de executione in alienis bonis, non vero in hæreditariis Debitoris facta non ſubſiſtit, quando ex relatione executoris contrarium apparet. Rota *dec.* 71. *n.* 2. *p.* 13. *recent.* Creſcin. ad Abeccleſ. *ibidem n.* 5.

101 Statur executoris relationi Buratt. *decis.* 191. *n.* 5. *& dec.* 196. *n.* 1. Rot. *dec.* 730. *n.* 4. *p.* 18. *recent. tom.* 2. Creſcin. ad Abeccleſ. *ibid. n.* 6.

102 Præſumptio militat regulariter pro executione, quod bona præſumantur illius contra quem facta fuit executio. Gratian. *cap.* 697. *n.* 20. Rot. *dec.* 424. *n.* 6. *p.* 13. *recent.* Creſcin. ad Abeccleſ. *ibid. n.* 7.

103 Semper ſtat præſumptio pro validitate, & juſtitia decreti, mandati & executionis factæ. Buratt. *dec.* 287. *n.* 9. Rot. *d. dec.* 730. *n.* 3. *p.* 18. *tom.* 2. *rec.* Creſ. ad Abeccleſ. *ibid. n.* 8. Palm. nep. *alleg.* 266. *numer.* 17. *tom.* 3.

§. EXECUTOR XXIV.

1 EXecutores teſtamentarii tenentur ſervare præcisè formam teſtamenti, & aliter faciendo nihil agunt, cùm præter expreſsè ſibi commiſſa, & demandata, vel quæ veniunt in neceſſarium antecedens, vel conſequens ſibi commiſſorum, in alio ſe ingerere non poſſunt, quia executio teſtamenti in reliquis ſpectat ad hæredes, *l. alio hærede*, ubi gloſ. & Bart. *de aliment. & cib. leg.* Altograd. *conſ.* 73. *nu.* 1. *& lib.* 2. ubi etiam quando executor dicatur potiùs honorarius, & obſervator, quàm verè executor, Ludoviſ. & Beltram. *deciſ.* 179. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 302. *fol.* 528. Plura de hujuſmodi executoribus, illorum poteſtate, & officio, Ricc. *Collect.* 769. 1201. Tepat. *var. ſent. tit.* 652. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 526. *et ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 17. *art.* 5. Merlin. *deciſ.* 456. *per tot.* ubi quomodo ſe gerere debeant, ſi non poſſit juxta formam impoſitam exequi, & an ad eos ſpectet ſupplere, declarare, & interpretari mentem teſtatoris, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 49. *num.* 21. *et part.* 17. *deciſ.* 64. *num.* 14. *& ſeqq.* ubi quòd non poſſunt egredi facultatem ſibi à teſtatore datam, etiamſi addita fuerit clauſula cum libera, quia ejus virtus reſtringitur ad actus expreſſos in mandato, nec extra illos vagari poteſt. vide De Luc. *de Dot. diſc.* 174. *nu.* 4. *de teſtam. diſc.* 68. *num.* 2. *&* 10. *Miſcell. diſc.* 30. *num.* 27.

Quòd exequutio diſpoſitorum à teſtatore ſpectet ad hæredes, etiam ſi ſint conſtituti executores, & ideò poſſint hæredes prævenire executores in exequendo, cum demandata executoribus cenſeantur etiam demandata hæredibus, quibus tamen reluctantibus, onus eſt executorum, qui poſſunt exequi voluntatem defuncti, etiam non requiſitis, & ignorantibus hæredibus, vel ſaltem illis requiſitis, maximè quando fuit electa induſtriæ perſonæ, Altograd. *conſil.* 87. *n.* 28. *& ſeqq. & num.* 48. *& ſeqq. lib.* 2. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 372. ubi qualiter teneantur adimplere voluntatem defuncti, maximè negligente hærede, in terminis electionis ſepulturæ, vide in *§. Sepultura in fine.*

Quòd executores teſtamentarii, etiam ad pias cauſas teneantur citare hæredes ad intereſſendum diſtributioni legatorum, Gabriel. *de citat. concl.* 1. *limit.* 138. *num.* 523. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *nu.* 302. *fol.* 528. Tuſch. *lit. E. concl.* 539. *&* 540. *per tot.* ubi etiam quando poſſint ex ſe facere ſine hærede.

Executor, cui fuit limitata poteſtas quoad certam rem non poteſt in aliis ſe ingerere, & ideò data facultate exequendi, non cenſetur data facultas eligendi, vel ſi teſtator ordinavit, quòd conſilio executoris legata ſolvantur, diſtributio erit facienda ab hærede, qui ſolùm tenebitur requirere hujuſmodi conſilium, ſed non ſequi, niſi dixerit teſtator quoad voluntatem, & arbitrium executoris fiat diſtributio, nam tunc licèt etiam executio ſpectet ad hæredem, tenebitur ipſe hæres ſequi arbitrium, & voluntatem executoris, Specul. *de inſtr. edit. §. nunc verò aliqua n.* 5. quem ſequitur Altograd. *conſ.* 73. *nu.* 2. *& lib.* 2. 2

30 Exemptio a decimis prædialibus poſt generale concilium obtenta, an valeat Fagnan. *in cap. Nuper. nu.* 25. *& ſeqq. uſque ad n.* 31. *de Decim.* Joan. Andr. *n.* 3. *in ver. niſi cum ipſis.* Rot. *dec.* 193. *nu.* 5. *p.* 7. *rec. dec.* 122. *p. pr. diverſ. & rec. in dec.* 341. *n.* 2. *p. p. & dec.* 45. *nu.* 9. *p.* 7. Rot. *dec.* 123. *p. pr. diverſ.* Garz. *de beneſ. p.* 4. *c.* 5. *n.* 40.

Quid ſi in privilegio fuerit expreſſè derogatum huic Concilio *d. c. Nuper* Fagnan. *n.* 25. vide Rot. *ſup. cit.*

Et quid ſi derogatum non fuerit. Fagnan. *nu.* 27. *ibid.*

Exemptio a decimis prædialibus non conceditur niſi magna cum difficultate & cauſæ cognitione. Fagnan. *n.* 34. Joan. Andr. *in c. Dudum n.* 5. *ver. Ratio diverſitatis de privil.* Rota *in rec. dec.* 214. *num.* 5. *part.* 2.

Exemptio a decimis intelligitur de extraordinariis, non autem ordinariis. Fagnan. *num.* 35. Puteus *dec.* 65. *lib.* 3. Crem. *Sing.* 108. Felin. *in c. Sedes n.* 3. *in fin. ver. & iſta faciunt ad qu. de reſcrip.*

31 Exempti actu exercentes utramque juriſdictionem non tenentur Synodo Epiſcopi intereſſe ratione parochialium Eccleſiar. Fagnan. *in c. quod ſuper his n.* 11. *de major. & obed.* Vide Concil. Trid. *c.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul.*

32 Exemptus excomunicatus a jure in caſu Papæ non reſervato, an poſſit abſolvi ab ordinario loci. Fagnan. *in cap. grave n.* 8. *de offic. Ordin.* Abb. *hic n.* 4. Gloſſ. not. *in Clem. penul. de ſent. excom.* & Concil. Trid. *de Sacr. Pen. ſeſſ.* 14. *c.* 7. *de caſ. reſerv.*

33 Eccleſiæ, & perſonæ exemptæ, vel nullius diœceſis, tàm ſæculares, quàm regulares, an & quibus caſibus hodie ſubſint viſitationi, & juriſdictioni Epiſcopi. Fagnan. *n.* 9. *& ſeqq. uſque in fin.* vide text. *in cap. Cum Epiſcopus de off. Ord. lib.* 6. Rot. *dec.* 206. *n.* 2. *p.* 2. *div.* Vitalin. *in Clem.* 2. *n.* 44. *de privileg.*

34 Locus exemptus in quo differat à loco nullius diœceſis. Fagnan. *n.* 10.

35 Exempti ſedi A. immediatè ſubjecti non ſubſunt viſitationi ordinarii. Fagnan. *in c. ex parte, il ſecondo nu.* 33. *de privil.* Calder. *conſ.* 456. *alias* 14. *de cenſib.*

36 Exemptorum duæ ſpecies. Fagnan. *n.* 41. ubi benè de more declarat. Et vide eundem *in c. tuarum n.* 14. *de Privil.* Vide etiam infra *n.* 53.

37 Exempti generaliter, & indefinitè gaudent exemptione, etiam cum delinquunt, ſeu contrahunt, aut res litigioſa conſiſtit in loco, ubi domicilium habent,

O quam-

quamvis idem locus exemptus non sit Fagnan. *in c. ex parte il secundo n. 46. de Privil.*

38 Exempti à jurisdictione ordinarii ea hoc ipso Papæ sunt immediatè subjecti. Fagnan. *n. 48.* Gloss. *in cap. Auctoritate in ver. Sedis Apostolicæ de privil. lib. 6.* vide infra *n. 57.*

39 Exemptus conveniri non potest in loco domicilii, si alibi delinquat, vel contrahat, aut res litigiosa consistat. Fagnan. *n. 51.*

40 Exemptus ratione certæ rei, vel loci non censetur exemptus respectu certæ rei, vel loci. Fagnan. *in c. cum capella n. pr. de privil.*

41 Exemptis Ecclesiæ Canonicis, vel Clericis, Ecclesia censetur exempta Fagnan. *n. 3.* vide Joan. Andr. *n. pr. vers. Per hoc tamen* Anchar. *n. 2. in 2. not. ibidem.*

42 Exemptus respectu certi loci, si extra illum delinquat, non gaudet privilegio exemptionis. Fagnan. *n. 4.* Butr. *n. 2. in pr. not.* & Abb. *n. 2. in pr. notab. ibid.*

43 Exemptus, ut suspendi, interdici, vel excommunicari non possit, in reliquis puniri potest ab ordinario. Fagnan. *n. 12.*

44 Exemptus ratione Canonicatus, respectu parochialis subest jurisdictioni Episcopi *n. 14.*

45 Exemptus subest Episcopo ratione rei non exemptæ. Fagnan. *ibid. n. 15.*

46 Exempta Ecclesia, nec Parochus quoad curam animarum, nec parochiani intelliguntur exempti. Fagnan. *n. 16.*

47 Exempti tàm sæculares, quàm regulares Sacramentum aliquod de facto administrantes, & in aliis casibus hic expressis, an sint subjacendi jurisdictioni, & punitioni Episcopi Diœcesani. Fagnan. *nn. 18. & seqq. usque in fin.*

48 Constitutionis *Gregorii XV. de exemptorum privilegiis* origo, & compilatio. Fagnan. *n. 19.*

49 Exempti delinquentes circa clausuram, vel personas intra septa degentes, vel administrationem monasteriorum monialium, an ab Episcopo puniri valeant. Fagnan. *nn. 29.* Concil. Trid. *in c. 5. sess. 25. de regul.*

50 Exemptus personaliter tantùm, ubilibet delinquat, contrahat, aut res sita sit, forum ordinarii non sortitur Fagnan. *in cap. Tuarum n. 5. de privil.*

51 Exemptus respectu certi loci si delinquat in illo loco exempto a Diœcesano puniri non potest. Fagnan. *num. 6.*

Nisi effectus delicti extendatur, seu explicetur extra locum exemptum. Fagnan. *n. 7.*

Projiciens lapidem extra locum exemptum, vel aliàs turbando ordinarium cum campanis existentibus in loco exempto, ab eodem ordinario coerceri potest *ibid. & in cap. ex parte il 2. nn. 50. de Privil.* & vide infra *n. 62.* Gemin. *cons. 72. nn. 6. vers. nec obstat usq. in fin.*

52 Exempti respectu certi loci sortiuntur forum ordinarii ratione delicti commissi, contractus initi, aut rei sitæ extra locum exemptum. Fagnan. *n. 9. in d. cap. tuarum de Privil.* ubi etiam alii Canonistæ.

53 Exemptorum tres sunt species, & quibus casibus à Tridentino Con. sint subjecti ordinariorum jurisdictioni. Fagnan. *n. 40.* Et vide supra *n. 36.*

54 Exempti a procuratione pecuniaria non videntur exempti a procuratione in victualibus, sed tantùm ab indebita extorsione Fagnan. *in cap. Venerabili n. 31. de censib.*

55 Exemptus a jurisdictione Episcopi, non censetur exemptus a jurisdictione reverentiali. Fagnan. *in cap. Conquerente n. 16. de offic. ordin.* De Luc. *de Judic. disc. 3. n. 78. de Regular. disc. 64. n. 15.*

56 Eximere a se pleno jure non potest Episcopus Ecclesias sibi subjectas Fagnan. *in cap. veniens nn. 25. de transact.* Felin. *in cap. cum inter n. 4. circa princip. vers. Incontrarium de re judic.*

57 Exempti simpliciter a jurisdictione Episcopi, sunt Sedi A. immediatè subjecti Fagnan. *n. 26.* text. *in c. si Papa de privil. lib. 6.* vide supra *n. 38.*

58 In Exemptis possunt procedere Episc. tamquam Sedis A delegati extra visitationem, si in suis Ecclesiis resideant, alias secus. Fagnan. *in cap. ex parte il 2. n. 13. de privileg.*

59 Tridentinum Concilium tribuit jurisdictionem Episcopis, tamquam A. Sedis Delegatis, ubi noluit exemptorum privilegia vulnerare. Fagan. *in c. Cum dilectus n. 42. de relig. domib.* Vide Concilium *in cap. 3. sess. 6. cap. 8. sess. 7. cap. 4. sess. 24. cap. 8. sess. 21. cap. 9. sess. 24.*

Jurisdictio contentiosa in exemptos non censetur tributa, nisi in casibus in jure expressis Fagnan. *in c. cum capella n. 25. de privileg.* vide Franc. *in c. Episcoporum de privil. in 6.* 60

Exempti subsunt ordinariis super his, quæ contra hæreticos instituuntur. Fagnan. *in cap. ad abolendam n. 8. de hæretic.* 61

Exempti delictum, si extendit vires suas, & affectum extra locum exemptum, licèt committatur in loco exempto, potest per ordinarium puniri. Fagn. *in c. patentibus, n. 4. de priv. & in cap. ex parte il 2. n. 50. de Privil.* & vide supra *n. 51.* vide Abb. *nn. 4. vers. in gloss. 2.* 62

Declaratur per Fagnan. *ibid. n. 5.*

Exemptus an possit a quo maluerit Episcopo ordines suscipere. Fagnan. *in cap. Absolutos num. 30. de hæret.* vide eumdem Fagnan. *in Indic. verb. in verb. Papa quoad exemp.* & notat Archid. *in cap. 3. col. fin. de temp. ordin. lib. 6.* 63

Exempta loca quamvis sint in diœcesi, censentur tamen ac si essent extra diœcesim. Fagnan. *in cap. quia nos n. 13. 17. de Auth. & usu Pallii.* 64

Procedit quoad jurisdictionem contentiosam, non quoad voluntariam, Fagnan. *n. 16. & seqq.*

Exemptus non tenetur promittere obedientiam Diœcesano, non tamen potest sine ipsius licentia in loco non exempto Ecclesiam construere. Fagnan. *in cap. cum olim il secondo n. 2. de privil.* 65

Exemptio personarum, ac etiam bonorum quid importet quoad Castra jurisdictionalia cum Vassallis. De Luc. *de jurisd. disc. 19. n. 3.* 66

Citatio an fieri valeat in loco exempto. De Luc. *de Judic. disc. 9. n. 44.* 67

Exemptio a jurisdictione proprii ordinarii ob gravamina per ipsum illata quando verificetur De Luc. *de judic. disc. 3. n. 70. Relat. Cur. disc. 26. n. 11.* 68

Exemptio data à Papa quid differat ab ea, quæ data sit ab ordinario. De Luc. *de jurisd. disc. 35. num. 7.* 69

Exemptio Clericorum, & Ecclesiarum à gabellis, aliisque oneribus in cujus damnum resultet De Luc. *Miscell. disc. 5. n. 20. 42.* 70

Clerici collegiatæ sunt aliquando exempti à jurisdictione ordinarii. De Luc. *Miscell. disc. 1. nn. 103. 104.* ubi in quibus ordinario subjaceant. 71

Exemptio non suffragatur in concernentibus clausuram monialium De Luc. *Annot. ad Concil. disc. 36. num. 5. 9.* ubi de ratione. 72

Exemptio fori infert ad illam legum. De Luc. *miscell. disc. 2. n. 29.* 73

Confraternitates laicorum an ea gaudeant exemptione De Luc. *Miscell. disc. 2. n. 27. disc. 17. n. 13.* 74

Novitius an gaudeat exemptione De Luc. *Miscel. disc. 2. n. 24.*

Quid de oblatis, seu monasteriorum servientibus De Luc. *sub dict. n. 24.*

Moniales in aliquo conservatorio viventes an gaudeant. De Luc. *disc. 2. n. 25.* 75

Militiarum professores an gaudeant. De Luc. *disc. 2. n. 26.*

Ob gravamina illata a proprio ordinario quando concedatur exemptio De Luc. *disc. 3. nn. 70. Rel. Cur. disc. 26. n. 11.* 76

A jurisdictione ordinariorum non de facili Auditor cameræ exemptionem concedere debet clericis. De Luc. *ann. ad Rel. Cur. n. 50.* 77

Exemptio Regularium, & Monasteriorum introducta quando fuerit. De Luc. *de jurisd. disc. 1. n. 5. disc. 28. ex n. 2.* Albic. *discep. 2. q. 2. num. 6.* inter opera ejusdem De Luc. 78

Ab initio concessa fuit aliquibus monasteriis tantùm, deinde omnibus communicata. De Luc. *dict. disc. 1. n. 5. disc. 28. n. 4.* Albic. *d. q. 2. nn. 6.* præsertim in religione Hyerosolimitana *d. disc. 2. nn. 6.* 79

De generica exemptione Monachorum, & regularium. De Luc. *de jurisd. disc. 28. n. 2. disc. 34. n. 7.* remissivè. 80

Ex

Et signanter religionis hyerosolimitanæ. De Luc. *d. disc.* 1. *n.* 6. 19. *& seqq.*

81 Regulares tam quoad Ecclesias, quam quoad personas subjacent ordinariis locorum, cessantibus privilegiis particularibus. De Luc. *de jurisdict. disc.* 28. *n.* 8. *disc.* 29. *n.* 5. *de judic. disc.* 3. *num.* 77. Ac etiam hodie in pluribus casibus subjacent ejusdem jurisdictioni *d. disc.* 29. *n.* 5. *tamisf. de judic. disc.* 3. *num.* 77.

82 Exempti quando fiant subditi per assumptionem muneris. De Luc. *Miscel. disc.* 14. *n.* 11. & quid ratione delicti *sub n.* 12. *ibid.*

83 Exempti ordinarii jurisdictioni an possint se subjicere De Luc. *Miscel. disc.* 14. *nu.* 12. *de Jurisdict. disc.* 25. *& disc.* 92. Rot. *dec.* 461. *part.* 5. *& dec.* 50. *part.* 8. *rec.* & alii.

84 Exempti sunt commissarii S. Petri fabricæ, aliiq; officiales, & ministri S. inquisitionis à jurisdictione ordinarii De Luc. *Miscell. disc.* 1. *n.* 106.

85 Exempti censuris a lege probatis, quando denunciari valeant. De Luc. *Miscell. disc.* 13. *ex nu.* 17. *disc.* 14. *n.* 4. *disc.* 17. *n.* 2. *disc.* 21. *n.* 6.

86 Exempti sunt familiares Cardinalium De Luc. *Miscell. disc.* 12. *n.* 7.

87 Exempti famuli religionum exemptarum an sint. De Luc. *Miscell. disc.* 2. *sub n.* 24. & quid de laicis servientibus religioni hierosolymitanæ *Miscell. disc.* 13. *n.* 21.

88 Ad præscribendam jurisdictionem contra exemptos requiritur quadragenaria, conscientia, & patientia. De Luc. *de jurisd. disc.* 25. *n.* 7.

89 Exemptio accidentalis ratione officii quomodo verificetur. De Luc. *Miscell. disc.* 1. *n.* 106. *de jurisd. in Sum. n.* 59.

90 Exemptio collectorum Apostolicorum non habet locum, nisi in qualibet Diœcesi De Luc. *Miscell. disc.* 1. *n.* 70.

91 Exemptio passiva, quam habent Prælati inferiores ab ordinario distinguitur ab activa, quam iidem inferiores Prælati prætendunt De Luc. *Miscell. disc.* 2. *n.* 87. Vide infra *n.* 103.

92 Exemptio non præsumitur, sed est probanda De Luc. *ann. ad Conc. disc.* 44. *n.* 4.

93 Exemptio non suffragatur in concernentibus curam animarum. De Luc. *disc.* 36. *n.* 9. neque in concernentibus clausuram monialium *disc.* 36. *n.* 5. neque circa concursum parochialium, vel approbationem ad eas. *disc.* 32. *n.* 36. neque pro taxatione congruæ, vicario Parochiali *disc.* 9. *n.* 14. Et quid quoad synodum *Miscell. disc.* 1. *n.* 100.

94 Exemptio ob suspicionem ordinarii resultans à litis pendentia, aliisque causis quomodo reguletur. De Luc. *Miscell. disc.* 1. *n.* 107.

95 Exemptio Conservatorum privilegiorum De Luc. *disc.* 1. *n.* 68.

96 Hoc nomen an differat a verbo Immunitas. De Luc. *de paroch. disc.* 38. *n.* 17.

97 Exemptio non tollit jus territoriale, quamvis impediat exercitium De Luc. *de regal. disc.* 65. *sub n.* 10.

98 De argumentis exemptionis, vel subjectionis respectivè. De Luc. *de Jurisdic. disc.* 28. *n.* 10.

99 Et in talibus ordinariis conceditur indistincta potestas, eos coercendi cum revocatione omnium privilegiorum De Luc. *de jurisd. disc.* 29. *n.* 7. Navar. *in Lucernu Regularium ver. excommunicare in princ.* Barbos. *de Episcopo all.* 105. *n.* 13.

100 Et de compatibili concursu exemptionis generalis regularis, eorumque subjectionis Cardinali Titulari, vel alteri Prælato. De Luc. *de Jurisd. disc.* 34. *n.* 19. vide text. *incup. per exemptiones de privil. in* 6.

101 Territorium monasterii exempti, seu Ecclesiæ consistit in ipsius ambitu, & jurisdictio prælati est in personas. De Luc. *de Jurisd. disc.* 1. *n.* 8. *disc.* 10. *n.* 9. *disc.* 12. *n.* 16. *disc.* 19. *nu.* 3. *disc.* 25. *nu.* 2. *disc.* 99. *n.* 2. *& disc.* 20. *& disc.* 33.

Ob amplitudinem privilegiorum datur quædam impropria territorii separatio, & qualitas nullius. De Luc. *de Jurisd. disc.* 1. *n.* 20. *disc.* 10. *nu.* 8. 9. ubi declaratur *disc.* 12. *n.* 16. *disc.* 18. *n.* 3.

Quando privilegium exemptivum dicatur importare territorium separatum. De Luc. *de Jurisd. disc.* 10. *n.* 8. *disc.* 12. *n.* 16. & quod ex observantia recipera possint hanc interpretationem De Luc. *disc.* 12. *num.* 17.

102 Omnimoda exemptio a jurisdictione ordinarii ante S.C.T. cannonizata per rem judicatam ad formam Bonifacianæ quid operetur. De Luc. *de Juris. disc.* 5. *per tot.*

103 Ab exemptione passiva non infertur ad jurisdictionem activam De Luc. *de Jurisd. disc.* 5. *sub num.* 4. *disc.* 6. *sub n.* 7. 8. *disc.* 10. *n.* 9. *disc.* 12. *n.* 16. *disc.* 29. *n.* 3. *Miscell. disc.* 1. *n.* 87. vide supra *n.* 91.

104 In Ecclesiis regularium exemptis Episcopus potest erigere Baldachinum, aliasque functiones Pontificales peragere De Luc. *de Jurisdict. disc.* 35. *num.* 6. Donat. *in praxi rerum reg. vol. pr. tit. de exempt. tract.* 13. *quæst.* 74.

Quid in illis temporibus in quibus id concessum sit ipsis Abbatibus, seu Prælatis inferioribus De Luc. *disc.* 35. *n.* 8.

105 Exemptio regularis a subjectione sui superioris regularis per deputationem in Vicarium, locum non habet in iis, quæ respiciunt regularem observantiam Albic. *discep.* 2. *q.* 11. *num.* 9. inter opera Card. De Luc.

106 Exemptio competens monasterio, seu Ecclesiæ principali competit etiam ejus membris, & ecclesiis unitis, & de mensa. De Luc. *disc.* 25. *nu.* 4. *de Jurisd.* Soccio. Jun. *in cap. recipimus n.* 97. *de privil dec.* 54. *n.* 11. *part.* 2. *divers.* Merlin. *dec.* 8. *num.* 3 benè *dec.* 30. *n.* 4. *cum seqq. part.* 11. *rec.*

Ex quibus autem probetur unio, seu subjectio De Luc. *disc.* 25. *n.* 5.

107 Privilegia exemptiva non suffragantur quoad jurisdictionem delegatam De Luc. *de jurisd. disc.* 25. *n.* 2.

In locis in quibus non est publicatum & receptum S.C.T. cessat dicta jurisdictio delegata *ibid. n.* 3.

108 Exemptio Regularibus concessa non comprehendit Parochos animarum curam exercentes in Ecclesiis Episcopo subjectis Albic. *discep.* 2. *qu.* 7. *nu.* 5. inter opera Card. De Luc.

109 Episcopus jure ordinario regularium Ecclesias visitare non potest etiam quoad ea, quæ curam animarum respiciunt, si in illis superiores regulares omnimodam temporalem, & spiritualem habeant jurisdictionem Albic. *disc.* 7. *n.* 6. Loter. *de re benef. lib.* 1 *q.* 24. *n.* 107.

110 Monasteria quæ cum aliis non connectunt, sed reguntur de per se, & independenter an gaudeant. De Luc. *de jurisdic. disc.* 28. *per tot. disc.* 37. *n.* 4. 5. Barbos. *all.* 105. *n.* 3. *de Episc.*

Et de differentia inter religiones, quæ reguntur per viam universitatis, & monasteria singularia De Luc. *disc.* 28. *n.* 9. Barbosa *ubi supra.*

111 Exemptio non tollit obsequia reverentialia debita ordinario De Luc. *disc.* 3. *nu.* 78. *de regul. disc.* 64. *num.* 15.

112 Exemptio Regularium a quarta funerali dependitur. De Luc. *disc.* 25. *de Paroch. per tot.*

113 Exemptio Religionis hierosolymitanæ à jurisdictione ordinarii. De Luc. *Miscell. disc.* 13. *num.* 9. *disc.* 14. *n.* 3.

114 Exemptio a jurisdictione parochiali probatur ex privilegio, seu indulto Emerix Jun. *dec.* 1192. *num. pr.* & in Ecclesia taliter exempta non potest Parochus exercere ecclesiasticas functiones *decis.* 1192. *num.* 2. minusque percipere obventiones, & emolumenta pro celebratione officii, ac tumulatione cadaverum, excepta quarta funerali debita ratione curæ *dec.* 1192. *n.* 3. & ecclesia exempta a parochia non comprehenditur sub illa, licèt existat intra ejus fines *ibid. n.* 7.

115 A jurisdictione Parochiali exempti sunt fratres Ordinis B. Joannis De Deo, & Ecclesiæ ac hospitalia per ipsos administrata Emerix jun. *dec.* 606. *num.* 2. & eorum privilegia continent tacitam derogationem *Clem. dudum, de sepult. dec.* 606. *n.* 4.

116 Exemptio a jurisdictione Episcopi conceditur a solo Papa. Emerix jun. *dec.* 14. *n. pr.* maxime cum separatione territorii *dec.* 840. *n.* 3. & ab inferiore concedi nequit, etiam per translationem sine beneplacito Apostolico *dec.* 592. *n.* 7.

117 Exemptio concessa a principibus laicis non minuit ju-

jurisdictionem Episcopi Emerix jun. *dec.* 14. *n.* 4. Rot. *dec.* 220. *n.* 8. *p.* 9. *recent.*

318 Exemptio concessa alieni Ecclesiæ ei suffragatur, etiamsi fuerit in alium locum translata cum licentia superioris. Emerix jun. *dec.* 97. *num.* 5. Rota *decis.* 153. *n.* 12. *p.* 11. *recent.*

319 Exemptio concessa cum Territorio separato constituit loca separata sub omnimoda jurisdictione, quasi Episcopali Prælati inferioris. Emerix jun. *dec.* 840. *n.* 5. vide Rotam *dec.* 324. *n. pr. p. pr. rec.*

320 Exemptio concessa Equitibus hierosolymitanis intelligitur quoad ecclesias, Monasteria, beneficia, aliaque loca regularia, non autem quoad beneficia, & Ecclesias etiam sæculares. Emerix jun. *decis.* 811. *n.* 3. *decis.* 843. *n.* 3. & eodem modo intelligi debet ejus communicatio facta Equitibus Theuthonicis, *decis.* 811. *n.* 3. & *decis.* 834. *n.* 3.

321 Exemptio concessa ecclesiæ, quæ erat in opinione, vel observantia facti simplicis collegiatæ per declarationem illius cathedralitatis expirat, & caducatur Emerix. jun. *dec.* 1029. *nu.* 5. & *dec.* 1057. *num.* 2. etiamsi probetur in eo scientia possibilis, aut æquivoca cum debeat esse undique, certa, & irrefragabilis *dec* 1029. *n.* 8. & quamvis exemptio fuisset concessa ex causa onerosa *dec.* 1029. *n.* 11. quod procedit nedum quando qualitas cathedralitatis de novo imprimitur, sed in specie quando jam dudum impressa detegitur, & successivè declaratur. *dec.* 1029. *nu.* 12. ne etiam quando ante hanc declarationem Ecclesia non erat subjecta Prælato inferiori, sed immediatè Papæ *dec.* 1029. *n.* 13. 14.

322 Exemptio concessa Ecclesiæ regulari censetur concessa intuitu status Regularis Emerix jun. *dec.* 1029. *n.* 17. unde per illius sæcularizationem expirat *dec.* 1029. *n.* 19. & *dec.* 1057. *nu.* 4. non obstante quamcumque ejus realitate, & perpetuitate *dec.* 1029. *nu.* 59. & non obstante præservatione Privilegiorum restricta ad ea, quæ statui sæculari, Sac. Canonib. Constitutionib. Apostolicis. & S. C. T. Decretis non adversantur *dec.* 1029. *n.* 25. *dec.* 1057. *n.* 22.

323 Exemptio non probatur ex actibus jurisdictionalibus ab Episcopo ob causam omissis. Emerix jun. *dec.* 1021. *n. pr.* neque ex actibus jurisdictionalibus gestis per prælatum inferiorem extractis ex proprio, & privato Archivio, lite pendente, & sine citatione Episcopi *dec.* 14. *n.* 5. neque, ubi non probetur ejusdem Episcopi scientia, & acquiescentia *dec.* 14. *nu.* 6. Rot. coram Mantic. *decis.* 40. *n.* 9. & *in recent. decis.* 220. *n.* 28. *part.* 9.

324 Exemptio non destruitur per actus jurisdictionales exercitos ab Episcopis non probata scientia, & patientia Superioris loci exempti. Emerix jun. *dec.* 97. *n.* 8. signanter quando sunt pauci, & clandestini *ibid.* & statim habita de illis notitia fuerunt impugnati. *ibid. n.* 9. nec destituitur per resolutiones Sac. Cong. Episcoporum, & Regularium emanatas ad alium effectum non audito exempto *dec.* 97. *num.* 10. Rota *decis.* 165. *num.* 6. *par.* 4. *divers.* cor. Bichio *decis.* 533. *n.* 24. & *in recent. decis.* 220. *n.* 28. & 313. *n.* 3. *par.* 9.

325 Exemptio operatur ut locus exemptus quoad jurisdictionem Episcopi habeatur, ac si existeret extra diœcesim Emerix jun. *dec.* 97. *n.* 7. *decis.* 362. *nu.* 3. & tollit assistentiam juris, quàm habet Episcopus *dec.* 97. *n.* 6. sed quod liberet quidem a subjectione, & jurisdictione Episcopi, non autem tollat situationem locorum exemptorum à diœcesi. *dec.* 411. *nu.* 3. *dec.* 490. *n.* 4. nec ab illa inferatur ad separationem Territorii. *dec.* 411. *n.* 2. *dec.* 480. *num.* 4. ad quem effectum requiruntur verba concessionis clara, individualiter eximentia Territorium a diœcesi Episcopi *dec.* 395. *n.* 83. *dec.* 411. *nu.* 4. Rot. *decis.* 324. *n.* 5. *par.* 1. *rec.* & cor. Duran. *dec.* 446. *n.* 6.

326 Exemptio probatur ex indulto Apostolico recipiente monasterium sub immediata protectione S. Sedis cum exemptione à jurisdictione ordinarii Emerix jun. *dec.* 97. *n.* 1. sed quod simplex receptio sub protectione S. Sedis A. sine separatione Territorii non censeatur auferre jurisdictionem Episcopalem. *dec.* 395. *n.* 13. item probatur ex sententiis antiquis corroboratis ex indultis *dec.* 97. *n.* 2. item ex Concessione Episcopi antecessoris *dec.* 97. *n.* 3. item ex actibus jurisdictionalibus exercitis per superiorem Ecclesiæ exemptæ, nempe visitationibus Ecclesiæ, collationibus beneficiorum, convocationibus synodorum, administratione Sacramentorum, cognitionibus causarum, & similibus. Emerix jun. *dec.* 97. *n.* 4. Barbos. *de potestate Episcopi all.* 3. *alleg.* 30. *n. pr.* & 4. *allg.* 102. *nu.* 4. Rota coram Bichio *decis.* 459. *a n.* 20. & coram Otthobono *dec.* 125. *à n.* 4. & *in recent. dec.* 152. *n.* 9. *par.* 10.

§. EXIGENS, vel EXACTIO. XXVI.

Exigens vectigal indebitè, & ultra modum diversimodè punitur, quandoque scilicet in duplum, vel triplum, & quandoque extraordinariè, Pract. Pap. *for. solut. pedag. glos. Ceciderit num.* 9. *cum Addit.* Cavaler. *decis.* 379. Menoch. *de arbitr. cas.* 443. *per tot. vide in §. Gabella n.* 1

Exigens debitum aliàs sibi solutum, tenetur crimine stellionatus, cujus pœna est judici arbitraria, quòd intellige de eo, qui realiter, & cum effectu exegit, & non tantum petiit, & tenetur etiam ad restitutionem exacti, Cabal. *resolut. crim. cas.* 169. *per tot.* 2

Exigens pecunias Domini tenetur ad interesse, si illas convertit in usus proprios, concurrente mora restituendi, vide Gratian. *discept.* 240. *n.* 11. Hondcd. *cons.* 38. *num.* 38. *lib.* 2. *dixi in §. Procurator num.* 4. & 16. & *in §. Administrator n.* 13. & 14. Imò tenetur actione furti Golin. *de procurat. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 37. 3

Exigibilitas promissa non debet trahi ad perpetuitatem, & ideò promittens intelligitur satisfecisse, si bis, vel ter fuerit exactum, Leotard. *de usur. quæst.* 80. *nu.* 41. Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 476. *num.* 6. *vide in §. Cessio nu.* 32. ubi plura. Vide De Luc. *de Cred. disc.* 64. *num.* 21. & *seqq.* optimè distinguentem Vide infra in novissimis Additionibus Crescin. *num.* 14. 4

Exactio partis crediti qualiter inducat præsumptionem quòd totum fuerit exactum quando creditor habet in manibus bona debitoris, Afflict. *decis.* 13. *nu.* 20. *vers. octava conjectura*, & *num.* 8. *dixi* in §. *Administrator num. pr.* & *in §. Solutio*, ubi de pluribus aliis conjecturis solutionem denotantibus. 5

Exactores publici qualiter non possint convertere pecunias in usus proprios, & sub quibus pœnis, Menoch. *de arbitr. cas.* 386. dixi plures allegando in §. *Administrator num.* 12. §. *Officialis num.* 9. & §. *Pecunia num.* 15. ubi vide, An publici exactores ob duplicationem partitæ ad Simplum teneantur allegat. 36. *in princ. ex recollect. per de* Marin. an debeant tradere pecuniam in eadem specie qualitate, & quantitate de Marin. ad Revert. *dec.* 474. *n.* 4. an possint viso computo & libro rationum sine alia interpellatione condemnari de Mario. ad Revert. *dec.* 473. *n.* 8. 6

Exactus ab alio quàm à creditore, an, & quando liberetur à nexu obligationis, quam habebat cum suo creditore, diligenter explicat plures casus distinguendo Menoch. *de arbitr. cas.* 137. *per tot.* & notat licèe obscurè Joseph. Feliv. & Cerezo *Margarit. var. conclus. in verb. Exactio* 1. ubi citat glos. & Bart. *in l. nam*, & *Servius*, *ff. de neg. gest.* Abb. *cons.* 49. *num.* 3. *part.* 2. & Menoch. *d. cas.* 137. *vide in §. Solutio num.* 7

Quòd exactores teneantur de furto pro exactione indebiti, *l. etiam furti* 8. ubi DD. *C. de furtis*, Carol. Rot. in Florileg. *pract. conclus.* 10. *num.* 10. *fol. mihi* 72. Et quòd de exigibilitate tractet Em. de Luca *in suis operibus*, annuit Com. August. Fontana *in sua Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Exigibilitas fol.* 550. optimè Brunnemann. *in dict. leg.* 8. *C. de furt.* 8

Exigens pro alio, sicut quilibet alius negotia alterius gerens tenetur de exactis rationem reddere, & negligens in officio tenetur de suo, qualiter ei credatur ubi non agitur de suo interesse, & alia, Cyriac. *contr.* 523. *n.* 15. *et seqq. num.* 23. 40. *et* 51. & meliùs *contr.* 433. *per tot.* ubi de factore generali habente sub se alios particulares, ut si non caligat ab illis, teneatur de proprio, & quòd exactores tenentur reddere rationem in fine anni, justa text. *in l.* 3. *Cod. de execut. et exactor. l.* 12. Brunnemann. *Cod. tit. de exequut.* & *exactor. n.* 18. 9

Exactio omissa negligenter per creditorem à debito- 10

tore principali, vel ceſſo, qualiter liberet fidejuſſorem, vel cedentem, Cyriac. *contr.* 619. *num.* 5. *et* 6. *vide in §. Fidejuſſor, et §. Ceſſio.*

11 Exigibilitas Nominum debitorum datorum in Dotem quando præſtetur De Luc. *de Dot. in ſum. n.* 342.

12 Exigibilitas de jure, & facto promiſſa non includit factum Principis, De Luc. *de Cred. diſc.* 64. *num.* 15. Rovit. *prag.* 5. *de Cenſ.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 13. *q.* 7.

13 Exigibilitas in dubio de jure tantum promiſſa videtur, & quando etiam de facto, De Luc. *de Cred. diſc.* 64. *n.* 20.

13 Promiſſio exigibilitatis non extenditur ultra tres, vel quatuor annos Caprara *dec.* 277. *num.* 5. *part.* 2 Ceal. *de Cenſib. quæſt.* 72. *n.* 23. *verſ. & ad effectum* Rota poſt ipſum *dec.* 476. *n.* 4. *& ſeqq.*

14 Limita ſi promiſſio eſt indefinita, & per verba omne tempus complectentia, nam tunc cedens numquam liberatur, ſed cenſum exigibilem ſemper tenetur præſtare, Caprara *d. dec.* 277. *num.* 6. Card. De Luc. *de Credit. diſc.* 64. *n.* 21. Rota *deciſ.* 49. *n.* 1. *et* 7. *part.* 12. *recent.* Vide ſupra *n.* 4.

15 Exigens partem debiti à debitore ceſſo, recognoſcit eum debitorem totius partitæ, Palma Nepos, *dec.* 91. *num.* 12. Rota *in dec.* 45. *n.* 15. *part.* 11. *recent.*

16 Exigere creditor debet civiliter, non terrore, Rubeus *de confuſione jurium cap.* 12. *n.* 3.

17 Exigens creditum alienum tenetur ſolventi contra omnes, Rubeus *de confuſione jurium cap.* 13. *num.* 12. Petr. Ant. Anguſſol. *conſ.* 2. *nu.* 34. *libr.* 2. *et conſ.* 18. *n.* 6. *lib.* 7.

18 Exactio, & ſolutio probatur ex quietantiis, & receptis, Celſ. *deciſ.* 75. *num.* 1. Rota cor. Seraph. *dec.* 1339. *n.* 2.

19 Exactio Fructuum non præſumitur ex ſola poſſeſſione inſtrumentali, niſi quoque probetur vera, & actualis exactio, Celſ. *deciſ.* 77. *num.* 8. Rota coram Cavaler. *dec.* 138. *per tot. & in rec. dec.* 306. *num.* 17. *part.* 7.

20 Exigere dicitur, qui debitum ſuum compenſit, Celſ. *deciſ.* 98. *num.* 4. *&* 7. Surd. *conſ.* 246. *num.* 24. Graſſ. *de except. conſtat. except.* 4. *n.* 54. *in fin. verb. & obiiciens.*

21 In exigendo diligentias omittens, tenetur de proprio, Celſ. *dec.* 100. *num.* 5. Cyriac. *controv.* 167. *n.* 5. *& ſeqq.* & per Januen. *dec.* 160. *n.* 1.

§. EXILIUM XXVII.

1 EXilium ab Epiſcopo injunctum expirat per illius mortem, & quid ſi fuerit datum ad beneplacitum, vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 143. Farinac *in fragm. verb. Bannitus num.* 77. Guaz. *deff.* 33. *cap.* 27. *nu.* 9. Capyc. *deciſ.* 139. *num.* 5. cum aliis per Sperel. *deciſ.* 24. *num.* 23. facit Chartar. *dec. crim.* 5. *per tot.*

Quod exulare juſſus ab Epiſcopo extra illius Diœceſim ſub pœna, cum cautione de obſervantia, ſi ſe recipiat in Eccleſiam aliquam de Diœceſi prohibita, non dicatur exilii fractor, nec poſſit ipſe, vel ejus fidejuſſor pro pœna promiſſa urgeri ad ſolutionem, latè tuetur Zuff. *de legitim. proceſſ. in annot. ad conſtit. Barber. num.* 51. *& ſeqq. fol.* 389. Sed ut verum de more fatear contrarium mihi verius videtur per rationes, & auctoritates ab ipſo pro altera parte adductas, & per me infra *num.* 4. vid. Capon. *tom.* 4. *diſcept.* 265.

2 Exilium fuiſſe ſervatum, an probari debeat à reo, vel à fiſco prætendente inobſervantiam, vide in *§. Negativa nu.* 6. & Conciol. *reſolut. crimin. verb. exilium reſolut.* 2. *num.* 3. *&* 4.

Quòd licèt confinatus in certo loco, debeat ipſe probare obſervantiam, & ſe reſignaſſe juxta ſolitum in illo loco, tamen exiliatus à Civitate, vel ſtatu, qui poteſt ad libitum ſtare ubique extra locum, à quo habet exilium, habeat præſumptionem pro ſe de obſervantia, ita ut captus etiam in loco, à quo fuit exiliatus, ſed poſt finitum tempus exilii, debeat relaxari ſine expenſis, niſi probetur à fiſco inobſervantia, fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Florentiæ ſub die 9. Februarii 1676. in cauſa contra Antonium Mariam Laurentii de Braccis.

3 Exilium quodnam propriè dicatur, & an intelligatur de deportatione, relegatione, vel exilio temporali ad effectum cognoſcendi qualis juriſdictio ſit reſervata in ſimilibus cauſis, Franch. *deciſ.* 116. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 71. Ricc. *Collect.* 280. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 52. *num.* 14. *& ſeqq. vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 23. ubi plura de exilio, ad quod tempus extendatur, de pœna non ſervantis, & alia, Carol. Tap. *deciſ.* 10. *num.* 34. *& ſeqq.* Latè Add. ad De Franch. *loc. cit.*

An dicatur pœna capitalis, vide in §. *Pœna nu.* 11.

Exilium an intelligatur fractum ſi exulatus ſteterit in Eccleſia, vel alio loco immuni ſuæ patriæ, à qua juſſus fuit exulare ſub pœna, ita ut poſſit de inobſervantia inquiri, & condemnari, videtur affirmativè reſpondendum, quia licèt Eccleſia ſit exempta, tamen abſque dubio dicitur eſſe in territorio Principis, & hanc opinionem probat Capiblanc. *de affic. Baron. tom.* 2. *Pragmat.* 8. *cap.* 34. *n.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 15. Paſcal. *de patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 25. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Exilium reſol* 6. *num.* 3. & ita ſervatum fuit Florentiæ de anno 1677. in cauſa cujuſdam .... Stiliciani de Pometanciis, cùm hæc opinio ſit verior, & ſequenda, quàm etiam uti ultimo loco relatam ſequitur Conciol. *in verb. Pax reſol.* 9. *num.* 9. facit quod dixi in *§. Statutum requirens ſolemnitates num.* 41. Carol. Anton. De Luca *in Prax. criminal. cap.* 30. *ſub n.* 7. *verſ. frangere exilium.* 4

Contrariam autem negativam tuetur Anton. de Marin. *reſolut. cap.* 116. quem ſequitur Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 92. quia æquiparantur hæc duo, eſſe in loco exempto, vel eſſe extra territorium, ad tradita per DD. *in l. fin. ff. de juriſd. omn. jud.* Natt. *conſil.* 643. Alex. *conſ.* 151. *vol.* 2. Roland. *conſil.* 33. *vol.* 3. & alios, Sperel. *deciſ.* 3. *num.* 11. *deciſ.* 51. *nu.* 27. *& deciſ.* 127. *num.* 18. *& ſeqq.* Zuff. *de legit. Proceſſ. in annot. ad Conſtit. Barber. num.* 32. *& ſeqq. per tot. fol.* 389. Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 6. *dubit.* 14. *ſect.* 3. *num.* 6. *fol. mihi* 277. contra quos eſt verior, & praxi recepta opinio prædicta, maximè quando exilium eſt in certo loco, an poſſit occidi in Eccleſia affirmativam probat Nel. *de bannit. quæſt.* 18. *in* 2. *part.* Negativam verò defendit Clar. *§. homicid. verſ.* ulterius quæro & ibi Bajard. *num.* 268.

Qualiter exiliati poſſint excuſari ab inobſervantia, dixi in §. *Confinatu. num.* 5.

Quòd exules, ſive exiliati, vel aliter exbanniti confugiendo, vel permanendo in Eccleſia, gaudeant ejus immunitate, dummodò delictum pro quo ſunt condemnati non ſit de exceptis à Bulla Gregoriana, Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 130. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 30. *num.* 28 Guaz. *deff.* 1. *cap.* 38. *n.* 3. & alii plures relati à Dian. *part.* 7. *tractat.* 1. *reſolut.* 21. *&* 22. *vide in* §. *Bannitus num.* 9. Vide Gonzal. *in c. inter alia de immunit. Eccleſ. n.* 5. ubi quid dicendum vigore illius *c.*

An exules, & hujuſmodi teneantur in foro conſcientiæ pœnas obſervare, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *reſolut.* 79. vide in §. *Confines num.*

Exilium non poteſt alicui imponi à loco juriſdictioni judicis condemnantis non ſubjecto, & impoſitum 5
eſt nullum, etiam ſi à condemnato fuerit promiſſa obſervantia cum juramento, cùm nullus judex poſſit aſſignare confinia limitata extra ſuum diſtrictum, nec interdicere alicui ne vadat ad locum non ſubjectum ſuæ juriſdictioni, quia eſſet exercere juriſdictionem extra territorium, quòd non eſt permiſſum, maximè in contentioſa, & pœnæ perſonales non poſſunt in pactum deduci, nec privatorum conſenſu juriſdictio, quæ aliàs non competit, dari, & ideò non obſervans ut ſupra non incidit in pœnam promiſſam, ut benè probat Sanfelic. *deciſ.* 385. *cum Addit. per tot.* ubi plura Conciol. *reſol. crim. verb. Judex reſolut.* 10. *per tot.* ubi aliquibus modis limitat, & dixi in *§. Judex n.* 73.

Exiliatus à patria cenſetur exiliatus etiam à territorio, & diſtrictu, ac à loco partis offenſæ, & mari 6
adiacente, qualiter poſſit excuſari ſi ex juſta cauſa accedat ad locum prohibitum, vel per ſimplicem tranſitum, & alia, Addit. ad Sanfelic. *d. deciſ.* 385. *verſus finem.*

7 Exiliatus debet habere terminum ad componendum farcinulas, & non tenetur pœna fracti exilii, nisi fuesit captus in loco prohibito, nec sufficit quòd fuerit ibidem visus per testes, Marin. *inter tom.* 1. *cap.* 116. *nu.* 1. & Addit. ad Gizzarel. *decis.* 23. Novar. *de gravam. vassal. lib.* 2. *gravam.* 17. *& quæst. forens.* 3. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 385. *in fine*, Zuff. *ad Constit. Barber. num.* 99. *& seqq. post tract. de legit. Process. fol.* 391. plures, quos allegat Raynald. *rer. crim. cap.* 8. §. 3. *num.* 161. Latè Dana. *in pugn. leg. de exil. & releg. cap.* 1. *à num.* 29. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 21.

Contrarium autem ut possit inquiri, & teneatur pœna fracti exilii, si probetur inobservantia per testes etiam si non fuerit captus, quia hodie in omnibus delictis de consuetudine procedi potest per inquisitionem, probat Conciol. *resolut. crim. verb. Exilium resolut.* 2. in additione servandæ editionis, Peguer. *decis.* 90. *per tot.* Capiblanc. *de Baron. pragm.* 7. *nu.* 42. *lib.* 1. *& cap.* 34. *num.* 1. *lib.* 2. Raynald. *ubi supra nu.* 163. inquiens ita servari de ordine Sacræ Consultæ in statu Ecclesiastico, & ita recordor servatum fuisse Florentiæ de anno 1677. in causa cujusdam Stilicini de Pomeranciis, ac aliàs sepè, & signanter sub die 18. Junii 1680. contra Benedictum Ferrantis Tomasini, & alios.

An prohibitus accedere ad certa loca, si in eis fuerit repertus non animo permanendi, sed statim recedendi, veluti per transitum, possit retineri, Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 113. *num.* 4. ubi quòd fuit processum ad ulteriora, non obstante gratia allegata guidatici, & benè judicio meo, quia semper diceret se non esse animo permanendi.

8 Exilium si non fuerit servatum, si sit infra decennium, duplicatur tempus, quod restabat exulandum. si sit per decennium vel ultra, datur in perpetuum, vel in metallum, & sit perpetuum, intrat pœna arbitraria, & ad summum triremium, vel pœna cominata pro inobservantia quando fuit adjecta, ac idem esse in condemnatis ad triremes ad tempus, quid servetur in Curia Romana, & alia ad rem, Conciol. *resol. crim. verb Exilium resol.* 1. *per tot.*

9 Exilium debet notificari, & intimari exiliando, aliàs non tenetur ad pœnam inobservantiæ, quia quando in aliqua dispositione negativa imponitur pœna, illa non incurritur, nisi præcedat monitio, etiam condemnatus aliundè sciat, & notitiam habeat de exilio sibi injuncto, Farinac. *cons.* 93. *num.* 10. *lib.* 1. Guaz. *def.* 33. *cap.* 27. *num.* 12. Conciol. *d. verb. Exilium resol.* 2.

Et dicta notificatio fieri debet cum termino competenti ad componendum sarcinulas, & rem familiarem, qui terminus de jure debet esse unius mensis, vel saltem viginti dierum, vel juxta consuetudinem fori, & illo durante non prohibetur exulatus ire per Civitatem, nisi aliter fuerit per invicem ordinatum, idem Conciol. *loc. cit. resol.* 8. *sup. n.* 7.

Florentiæ militibus assignatur terminus unius mensis, aliis verò quindecim dierum, qui solet etiam pluries prorogari ex gratia Principis, & idem servatur in confinatis, nisi fuerint condemnati ex causa furti, vel aliter injunctum exilium recto tramite à carceribus.

10 Exiliatus completo tempore exilii potest liberè ad patriam, vel alium locum prohibitum redire absque aliqua superioris licentia, & idem in confinatis, & remigeris, Conciol. *loc. sup. cit. resolut.* 3. *vide in §. Confinatus num.* 4. ubi qualiter debeant procurare cancellationes, Dana. *in pugn. leg. de exil. & releg. cap.* 5. *n.* 49. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. vers. exilio finito.*

11 Exilium, vel confinium, vel alia similis condemnatio nulla facta temporis mentione, vel ad arbitriũ, sive beneplacitum, intelligitur in perpetuum; si verò facta fuerit mentio temporis, sed non determinati intelligitur de decennio, Cabal. *resol. crim. cas.* 143. *per tot.* quem sequitur Conciol. *verb. Exilium resol* 4. latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *sect.* 4. *quæst.* 8. *à num.* 28. *tom.* 3.

Quod exilium ad beneplacitum Principis non expiset per mortem ipsius Principis, vel judicis, nisi constet fuisse relatum ad personam Principis, & non dignitatis, cum in dubio referatur ad dignitatem, & officium, & non ad personam, Conciol. *loc. cit. resol.* 5. *&* 6. ubi idem in exilio dato donec fuerit revocatum, ut indistinctè non censeatur revocatum per mortem banientis.

12 Exilium potest per Principem, vel alios ab eo auctoritatem habentes subditis malæ vitæ, suspectis, & scandalosis, vel etiam bonis, sed conjunctis bannitorum in loco eorum culpa grassantium, ob publicum bonum, & quietem imponi, etiam cognitione judiciali omissa, & sub pœna corporali, Giurb. *consil.* 49. ubi etiam quid contra personas Ecclesiasticas, sequitur pluribus aliis citatis Conciol. *resol. crimin. verb. Exilium resolut. quæst. per tot. vide in §. Princeps num.* 26. *et §. Clericus nu.* 79. *et nu.* 90. *in Addit.* & latè Cresp. de Valdaur. *observ.* 3. *per tot.* ubi plura, quæ potest facere Princeps sæcularis de potestate œconomica, & politica, etiam contra Ecclesiasticos, & alios suspectos, vel Rempublicam turbantes, & nullo juris ordine servato, sed de facto procedendo, vide in §. *Princeps*.

13 Exiliatus à judice sæculari dum erat laicus, si postea efficiatur Clericus, & frangat exilium, debet pro inobservantia processari, & puniri à judice Ecclesiastico, & idem è contra secundùm aliquos, si tanquam Clericus fuit exulatus à Judice sæculari, licèt hoc ultimo casu contrarium teneant alii, ut possit etiam à judice Ecclesiastico puniri, Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccles. part. pr. cap.* 6. *dubit.* 14. *sect.* 3. *num. pr. & seqq. fol. mihi* 277. vide in *§. Confinatus num.* 6. *& §. Delinquens num.* 4. De Franch. & Add. *dec.* 395. *et* 709.

14 Aliqua de exilio notat Thoro Compend. *dec. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Exilium*, & alia remissivè Com. Augustin. Fontan. *in Bibliothec. leg. part.* 4. *cod. verb. fol.* 550. & Callejon. *Alphabet. jurid. verb. Extorres, Exilium*. Carpzov. Brunnemann. Carol. Anton. De Luc. & alii moderni criminalistæ.

15 Exilii pœna est Canonica *in c. Cum non ab homine*, ubi Fagnan. *n.* 31. *de Judic.*

16 Exulatus ab uno loco, an sit exulatus etiam è propria patria? Altimar. *de Nullitat. rub.* 9. *q.* 26. *n.* 126. *tom. pr.* Et exulatus extra territorium baronia, an dicatur exulatus à territorio postea quæsito? Altimar. *de nullitatib. ibid. n.* 128.

17 Exilium quandoque decernitur à toto Regno, vel contra exteros delinquentes, & cum fustigatione, & mortis comminatione in casu fractionis exilii, & qua forma. Carol. Anton. de Luc. *in Prax. crim. cap.* 30.

18 Exilio inflicto potest aliqua de causa Judex decernere cum alternativa exulet, vel solvat tot. Carol. Ant. de Luc. *loc. cit.*

19 Exulato carcerationis tempus post exilium excomputatur. Car. Ant. De Luc. *dict. cap.* 30.

20 Exilium quandoque decernitur per tot miliaria à loco Patriæ ut exilium sit in pœnam, & exulatus detinetur carceratus donec cautionem præstiterit de servandis finibus. Carol. Ant. de Luc. *ibidem*.

21 Exulato conceditur terminus ad colligendum sarcinulas, an possit prorogari, & prima dilatio an censeatur concessa, & qua forma soleat quandoque impartiri. Carol. Anton. de Luc. *ibidem*. Vide supra *n.* 7. Rosam *cap. ult. n.* 13.

22 Exilium ut quis dicatur frangere, an sufficiat quid sit visus. Carol. Ant. de Luc. *ibidem*.

23 Exilium simpliciter impositum intelligitur de præciso, & non de voluntario. Salgad. *de reg. protect. part.* 4. *cap.* 12. *n.* 84. post Parlador. *tom.* 3. *quæst.* 17. *n.* 6. Ayllon. ad Gom. *tom.* 3. *cap.* 8. *n.* 4. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 8. *sect.* 4. *n.* 38. *tom.* 3.

24 Sententia exilii quomodo concipienda. Pellegrin. *in prax. Vicar. parte* 4. *sect.* 16. *n.* 75.

25 Exilium est nomen generale. Zuff. *de crim. proc. legitimat. quæst.* 26. *n.* 12.

26 Exilium an sit pœna capitalis. Alex. *cons.* 104. *sub n.* 2. *& cons.* 121. *lib.* 7. Zuff. *de Crim. process. legitimatione quæst.* 26. *n.* 9.

27 Exilium, ut plurimum non nisi pro delictis non capitalibus infligitur. Zuff. *de Crim. process. legitimatione quæst.* 26. *n.* 11.

28 Exul dicitur trans solum missus, aut extra solum vagus. Zuff. *de Crim. process. legitimatione quæst.* 26. *num.* 10.

Exi-

29 Exilii pœna non semper habet annexam privationem beneficii requirentis residentiam; Contrarium verò, si per sententiam exprimatur. Garzia p. 11. de benef. cap. 3. n. 93. Rot. cor. Mantica dec. 34. n. 11. in fin. Moneta de distrib. part. 295. n. 8. Maraviglia de leg. prud. Episc. l. 175. per tot.

30 Exul Sacerdos propter delictum afferens infamiam suspenditur à celebratione Missæ. Sacra Congregatio in una Maceratensi sub die 4. Septembris 1602. Maraviglia de leg. prud. Episcop. l. 176. per tot.

§. EXPENSÆ. XXVIII.

1 Expensæ aliæ sunt necessariæ, aliæ utiles, aliæ voluptuariæ; necessariæ dicuntur illæ, quæ habent impendendi necessitatem, vel quæ si non fierent, res aut peritura, aut deterior factura esset; utiles, quæ meliorem rem faciunt, & augent, vel deteriorem esse non sinunt, & conservant; voluptuariæ verò, quæ rem dumtaxat ornant, & fructum non augent, & quæ ad voluptatem pertinent, ut de singulis exemplificando tradit Menoch. de arbitr. cas. 258. num. 2. & seqq. ad 23. Ganaver. decis. 53. per tot. Altogr. cons. 28. num. 28. et lib. pr. ubi etiam num. 68. et 69. quod plerumque remittitur arbitrio judicis illarum declaratio, plenè Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 109. cum pluribus seqq. Boer. decis. 44. Garz. de expens. et melior. cap. pr. & longè postea visus, ac editus Petr. Pacion. tract. de locat. et conduct. cap. 34. per tot. Gall. de Fructibus disp. 13. art. 1. à num. 1.

Plura de expensis factis à bonæ, vel malæ fidei possessore, de illis, quæ fiunt pro alimentis, pro adipiscenda disciplina, de expensis in funere, vel post, de factis ab usufructuario, Prælato, & similibus, à Vassallo, marito, conductore, Emphyteuta, majore hærede, emptore, socio, Tutore, & similibus, an, & quando repetantur, vel non, an compensentur cum fructibus, quomodo æstimentur, & alia latè, & singillatim per capita, tradit videndus in his materiis Garsia tract. de expens. & melioram. per tot.

2 Expensæ factæ causa percipiendorum, vel conservandorum fructuum retinentur à possessore condemnato ad restitutionem fundi unà cum fructibus, quià fructus non dicuntur nisi deductis hujusmodi impensis, quod procedit etiam in prædone, & etiam quoad pendentes, quorum impensa facta in arando, seminando, & colendo etiam propriis manibus deduci debet, licèt excederet valorem fructuum, & licet lex mandaret integros fructus restitui, nam adhuc intelliguntur deductis expensis; si tamen agatur de possessore, qui ex pacto teneatur præstare certam fructuum quantitatem, ut in colono partiario, vel in eo, qui tenetur solvere decimam, non deducuntur hujusmodi expensæ, sed integra quantitas debita præstari debet, prout nec deducuntur, quando restitui debet solùm prædium, & non fructus, Menoch. d. cas. 258. nu. 30. & seqq. ad 47. Tusch. litt. E, conclus. 645. et 646. per tot. Rot. part. 13. rec. decis. 431. per tot. ubi plura de dictis expensis reficiendis spoliatori ad restitutionem fructuum condemnato, Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 108. per tot. Pacion. d. tract. cap. 34. in princip. num. 49. & seqq. ubi quæ sint hujusmodi expensæ circa fructus, & quomodo spectent ad conductorem: & quod gaudent potioritate De Luc. de Benef. disc. 63. n. 7. de credit. disc. 16. ex n. 9. de quibus latè Altim. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 39. à nu. 356. tom. 6. Gall. de fruct. disp. 2. art. 7. Vide Pen. & Crescin. decis. 175. decis. 1153. decis. 1608. & decis. 1667.

3 Expensæ necessariæ factæ à bonæ fidei possessore ad perpetuam rei utilitatem repeti possunt, etiamsi deindè perempta sit res, in qua fuerunt factæ; & à malæ fidei possessore, si cogatur rem restituere repeti pariter possunt, dummodò extet ipsa res, in qua factæ fuerunt, & sit pretiosior reddita: secùs tamen in fure, qui odiosior est malæ fidei possessore, & illas non repetit, Menoch. d. cas. 258. num. 47. & seqq. ad 52. ubi etiam quòd deducuntur solùm habito respectu ad id, quòd valet materia de tempore restitutionis, non attento an plus, vel minus expensum fuerit, vide in §. Melioramenta num. Ganaver. decis. 13. per tot. facit Gall. de fruct. disp. 13. art. 1. nu. 76. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 5. quæst. 45. num. 295. & 324. tom. 7. Vide Constantium in C. tit. de pœn. fisc. cred. præf. n. 152. libr. 10. Mes. lib. 1. resol. 49. nu. 26. De Angel. de meliorat. art. 27. n. 13.

Quòd necessariæ, & utiles repetantur etiam perempta re sine culpa facientis in judicio universali, secùs in particulari, Peregr. de fideicom. art. 50. num. 30. Pontirol. in Respons. pro Mambellis nu. 487. & seqq. Cæsennæ impressio de anno 1645. vide Ganaver. d. decis. 53. per tot.

Quòd expensæ necessariæ factæ in ædificio ruinam minante sint reficiendæ in totum, nulla servata ratione meliorati, & impensi, nec probato statu antiquo, Rot. part. 18. recent. decis. 537. num. 8. & seqq.

Expensæ utiles factæ à bonæ fidei possessore, si dominus erat illas facturus, possunt repeti si tantùm sit melioratum, quantum fuit impensum, vel pro rata melioramenti; si verò dominus erat pauper, & non per se facturus, non possunt deduci, sed solùm tolli, & abradi, sine tamen detrimento prioris status rei, nisi dominus vellet tantùm dare, quantùm ex eis ablatis habiturus esset possessor bonæ fidei; factæ tamen ab emphyteuta, vel vassallo sunt reficiendæ juxta valorem ædificii sic constructi, & non solius materiæ dirutæ, Menoch. dict. cas. 258. num. 52. & seqq. ad 69. 4

Expensæ utiles factæ à malæ fidei possessore aliquid de novo faciendo in re aliena, non repetuntur, sed videntur donatæ, & ideò nec abradi, vel tolli possunt, si faciens sit talis, qui potuerit donare, & versemur in judicio particulari, secùs in universali, ut in petitione hæreditatis, nam tunc repeti possunt, sicut etiam repetuntur per abrasionem quando factæ fuerunt in ampliandis ædificiis, vel aliis rebus antiquis, dummodò abrasio sequatur sine detrimento prioris status rei, & ideò si fundus, in quo factæ fuerunt pereat nullo modo deducuntur, Menoch. dict. cas. 258. num. 69. & seqq. ad 76. Merlin. decis. 731. Bich. decis. 119. num. 24. & seqq. vide de expensis melioramentorum factis ab hærede gravato non reficiendis à fideicommissario, quando fuerunt factæ post intimationem ne fierent; conceditur tamen abrasio, quatenùs sint separabilia absque læsione prioris status rei, & consistant in reficiendo, & non in faciendo de novo, quæ gravatus amittit, vide in §. Melioramenta n. 6. & 20. vide Gall. de fruct. disp. 13. art. pr. n. 6. & seqq. 5

Expensæ voluptuariæ factæ à bonæ à fidei possessore deducuntur quando dominus erat de se illas facturus; vel fundum venditurus; si verò dominus non erat aliàs facturus, possunt tolli per abrasionem, quæ tamen abrasio non est permissa, si dominus velit solvere tantum quantum utilitatis est habiturus possessor abradendo, ne ædificia deformentur; factæ autem à malæ fidei possessore non possunt repeti, nec deduci, sed solùm abradi sine detrimento juxta veriorem opinionem, quam videtur probare Menoch. d. cas. 258. nu. 76. & seqq. ad 82. ubi etiam refert multos tenentes, nec esse locum abrasioni in malæ fidei possessore, & varias conciliationes adducit, Idem Gall. loc. cit. n. 8. 6

Expensæ factæ tempore bonæ fidei, & sicut durante bona fide, quoad deductionem reputantur factæ à possessore semper bonæ fidei, licèt postea mala fides supervenerit: prout & è contra factæ tempore malæ fidei judicantur tanquàm factæ à possessore semper malæ fidei, licèt bona fides supervenerit, Bart. in l. si fundo num. 12. ff. de rei vindic. Menoch. dict. cas. 258. num. 84. & cas. & tract. de recuper. remed. 15. nu. 546. &c. latè Garsia de expens. & melioram. cap. pr. §. 5. & 6. per tot. 7

Plura de expensis, & meliorationibus factis sive à bonæ fidei, vel malæ fidei possessore in rebus alienis, quomodo possint deduci, repeti, vel abradi, juxta prædicta DD. in l. S. C. de rei vindic. Menoch. de recuper. remed. 16. n. 500. & seqq. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 32. Covar. in cap. peccatum part. 2. §. 6. de reg. jur. in 6. & var. resolut. lib. pr. cap. 8. Paul. Christin. decis. Belgic. 174. nu. 6. &c. vol. 2. Merlin. decis. 731. Rota part. 10. recent. decis. 111. num. 2. & seqq. Bich. decis. 374. & vide in §. Melioramenta, latè Ganaver. decis. 53. per tot. ubi quòd expensæ necessariæ repetuntur etiam à malæ fidei possessore, imò

&

& à prædone ex benigna interpretatione, utiles verò secùs, datur tamen ablatio, & pro ea æstimatio non ædificii, sed ruderum, quid in bonæ fidei possessore, & alia, ut ibidem declarat, Idem Gall. cit. art. 1. per tot. Plura De Luc. in Indic. general. verb. expensæ. Altimar. de nullit. loc. cit. & alibi. De Angel. de impens. & meliorat.

8 Expensæ, vel fiunt causa colligendorum, & conservandorum fructuum, & istæ spectant ad conductorem, & colonum; aut fiunt pro tempore ad proprietaris utilitatem parum duraturam, & tunc si dominus nullam ex illis percipiat utilitatem, ad fructuarium, & colonum pertinent; si verò aliquod commodum recipiat ex illis, ut quia respiciant aliquid duraturum ultrà tempus locationis, tenetur pro modo utilitatis receptæ reficere conductori; aut fiunt ad perpetuam rei utilitatem, & spectant ad dominum si consistant in magna, & egregia impensa, secùs si in modica; impensa autem magna, vel modica æstimatur arbitrio judicis ex qualitate rei, & personarum, Castr. in l. domos in fine, ff. de leg. pr. Boer. quæst. 44. num. 13. &c. Menoch. de arbitr. cas. 215. per tot. vide in §. Melioramenta num. & §. Ususfructus nu. 9. infra num. 12. & in §. Arbores n. 11. plenè Pacion. de locat. & conduct. cap. 34. §. 1. per tot.

Quæ verò sint illæ expensæ, quæ dicuntur respicere perpetuam rei utilitatem, quæ causa fructuum percipiendorum, explicat idem Menoch. de arbitr. cas. 258. num. 23. & seqq. ad 30. & latiùs Pacion. loc. cit.

Quid si conductor se obligavit expensas facere de proprio; dic quòd adhuc possunt peti melioramenta, quia talis promissio non importat donationem, nec tollit actionem repetendi, nisi etiam fuerit conventum, ut non possit repeti, Rot. part. 16. recent. decis. 305. per tot. & part. 17. decis. 251. nu. 10. & seqq. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, & dictum idem esse in emphyteuta, ac beneficium retentionis competere, illis sufficienter probatis, cum distinctione status antiqui, & novi, nisi expressè dictum fuerit, quòd locatione finita devolvantur ad locatorem cum ipsa re meliorata absque valoris refusione, de quo articolo latè Pacion. de locat. & conduct. cap. 34. §. 2. per tot. Rot. part. 18. recent. dec. 193. num. 9. & seqq.

9 Expensæ factæ in re aliena, in qua faciens habeat aliquod jus saltem in spe, & de futuro, possunt repeti, & non videntur donatæ, cum alia conjectura possit capi, Menoch. lib. 3. præsump. 32. per tot. vide in §. Melioramenta, num. Garsia cod. tract. c. 19. per tot. Conciol. ad stat. Engub. lib. 2. rub. 69. num. 1. &c. ubi quòd socios recusante socio potest reficere rem communem, & acquirere partem socii, si illi intra quadrimestre pretium non restituat, quod pluribus aliis citatis comprobat etiam Romaguer. ibidem in addit. num. 8. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 35. num. 9.

Quando expensæ factæ in re communi possint repeti, vel non, vide Tusch. lit. E, conclus. 641. et 642. per tot. Rot. part. 12. recent. decis. 66. n. 18. & seqq. ubi quòd repetantur pro parte, quando probatur intuitu alterius plus fuisse expensum, quàm alioquin pro defensione juris proprii opus fuisset, aliàs secùs, si idem fuisset necessarium.

10 Expensæ factæ in refectione tecti domus habentis plura solaria, & plures dominos, spectant ad dominum partis superioris, & non ad alios, licèt fracto tecto, ad ipsos quoque aqua descenderet, Magon. decis. Flor. 136. num. 1. vide in §. Dominus n. 35. ubi adde Cabal. consil. 8. lib. 2. Rot. par. 18. rec. decis. 220. num. 12. & seqq. ubi quòd dominus partis superioris tenetur etiam resarcire solarium, quia quoad eum est loco soli, cujus cura ad dominum spectat ædificii, Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 69. num. 3. & seqq. ubi etiam de aliis expensis factis in re communi.

Quòd pro reparatione domorum sint necessariæ expensæ, & deducantur ad rationem quinque pro centenario pensionum, Seraph. decis. 952. n. 5. Rot. part. 13. recent. decis. 81. nu. 8. part. 18. decis. 498. n. 5. et seqq. & decis. 549. num. 2. & seqq. ubi quòd istud procedit in liquidatione fructuum; secus autem in liquidatione melioramentorum, & quare, Rot. rec. part. 19. tom. 2. dec. 584. n. 7. Rot. coram Emerix jun. decis. 386. n. 4.

Expensæ necessariæ factæ in re dotali repetuntur per hæredes viri, ac utiles etiamsi sint factæ de voluntate mulieris; voluptuariæ verò licèt factæ de consensu mulieris non repetuntur, Pract. Papp. libell. ad dot. & vamfr. glos. Ac etiam castrum n. 3. cum Addit. ubi quando censeantur remissæ, & quòd videantur remissæ quando testator aliquid legat uxori, Afflict. decis. 359. Gratian. disceptat. forens. cap 437. per tot. ubi multa de expensis voluptuariis consistentibus in picturis, quando dicantur utiles, ut possint repeti etiam adversùs tertios possessores, quamvis essemus in muliere, & minore, à quibus speciale est, ut non repetantur, licèt factæ de illorum consensu, vide in §. Melioramenta num. latè Rot. part. 9. recent. decis. 438. num. 55. & seqq. ubi qualiter sint probandæ ut possint deduci, & quæ sint deducendæ, vel non, Bich. decis. 240. num. 22. & seqq. ubi qualiter expensæ necessariæ factæ à viro in fundo dotali, ei sint reficiendæ à muliere, & minuant ipso jure dotem, Garsia de expens. et melior. cap. 13. per tot. vide Altimar. de nullit. rubr. pr. par. 3. quæst. 35. à num. 121. tom. 5. vide Pen. & Crescin. dec. 1147. De Angel. de impens. & meliorat. in bon. dot. art. 3. 4. et seqq. Jovius de solemn. gloss. 20. §. 3. n. 62. et seqq. Bell. de Dot. cap. 5. n. 46. et seqq. 11

De expensis factis in exigendis nominibus debitorum in dotem datis, an, & quando minuant pro rata ipsam dotem, Costa de ratione tutelæ quæst. 209. per tot.

Expensæ factæ per conductorem in re conducta si sint necessariæ, vel utiles, possunt repeti à locatore, vel compensari cum pensione, & alia vide per Gratian. disceptat. forens. cap. 442. nu. 26. & Rot. part. 12. recent. decis. 38. num. 1. etc. ubi quòd locatori incumbit onus restaurandi domum locatam in necessariis, quicquid sit in expensis voluptuariis, vel pro majori commoditate peractis, & part. 17. decis. 179. ubi quòd locatori incumbit onus restaurandi, ità ut nec peractum possit conductori invito opponi, et decis. 388. num. pr. et seqq. adde latè Pacion. de locat. et conduct. cap. 34 §. 1. cum aliquibus sequentibus per tot. Garsia eodem tract. cap. 14. ubi de expensis factis à conductore, colono, inquilino, & superficiario, cap. 15. per tot. ubi de expensis factis ab Emphyteuta, & cap. 16. ubi de factis à possessore Majoratus. 12

An, & quæ spectent ad locatorem, vel ad conductorem, & an, & quæ ad dominum, vel colonum, & fructuarium, latè Menoch. de arbitr. cas. 215. per tot. vide in §. Conductor. num. 27. & supra num 8. & §. Colonus n. 14. De Luc. de Emption. disc. pr. de Reg. disc. 140. n. 6.

In re usufructuaria numquid spectent ad dominum sive proprietarium, vel ad usufructuarium, vide in §. Ususfructus, nu. 9. Paul. Christin. decis. Belg. 176. num. pr. & seqq. vol. 2.

Qualiter expensæ factæ in re aliena à conductore, sint illi reficiendæ, non tamen cum fructibus, quando melioramenta facta fuerunt de ordine locatoris, & ejus nomine, ità ut non cadant sub dominio facientis, nisi quatenus deberentur fructus ratione lucri cessantis, vel damni emergentis cum debitis requisitis; quicquid secùs esset ubi melioramenta essent sub dominio facientis, & alia pro exclusione fructuum non obstante l. 2. C. locat. cujus dispositio cessat hodiernis temporibus, quibus omni jure sunt prohibitæ usuræ ex simplici credito pecuniario, latè Rot. part. 17. recent. dec. 323. vide in §. Fructus num. 39. & §. Melioramenta num. 11.

Expensæ factæ ab emptore in re empta cum pacto revendendi, adveniente tempore revenditionis, vel retractus municipalis sunt restituendæ ipsi emptori ab eo, qui vult uti retractu, Tiraq. de retract. convent. §. 7. glos. 1. per tot. ubi duodecim modis declarat, vide in §. Melioramenta n. Paul. Christin. ad leg. municip tit. 11. art. 22. per tot. & art. 29. &c. Garsia loc. cit. cap. 18. per tot. Balduc. de prælat. tit. 2. dec. 7. n. 31. & 32. Corradin. de Prælat. quæst. 27. num 29. et seqq. 13

Quod expensæ proxenetarum, & quæ sunt in subhasta-

ſtationibus, ſolutione gabellarum, vel inſtrumentorum, & ſimilium dicantur neceſſariæ, & tanquam æs alienum ante omnia deducantur, & ſint reſtituendæ emptori, à quo res retrahitur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 343. *per tot.* facit *in cap.* 460. *num.* 65. *etc.* vide *in §. Venditio nu.* 59. *& §. Contractus nu.* 51. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

24 Expenſæ factæ pro recuperando fundo, præſtant poſſeſſori retentionem, ita ut ad exemplum melioramentorum poſſit fundus retineri, ſi de illis conſtet in genere, donec ſpecialiter liquidentur, niſi præſtetur cautio de illis ſolvendis, Duran. *deciſ.* 385. *per tot.* facit *in §. Hæres num.*

Quòd expenſæ factæ in litibus ab hærede gravato pro recuperatione, & defenſione bonorum fideicommiſſariorum ſint illi reficiendæ per fideicommiſſarios, & quando secùs, Seraph. *deciſ.* 925. *num.* 3. *& ſeqq. deciſ.* 929. *num.* 4. Fontanell. *deciſ.* 86. *n.* 28. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *n.* 11. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 670. *nu.* 6. Merend. *contr. lib.* 18. *cap.* 43. *n.* 2. Urceol. *conſul. for. c.* 106. *n.* 32. *vol.* 2. Ludov. *dec.* 197. ubi quòd non compenſantur cum fructibus perceptis, intellige ſi fuerint neceſſariæ, vel utiles, idem Ludov. *deciſ.* 202. *per tot.* Bich. *dec.* 583. ubi secùs ſi fuerint factæ ad propriam utilitatem, & ad excludendum competitorem, vide *in §. Gravatus num.* 10. Rot. coram Emeria jun. *deciſ.* 1090. *n. pr. &* 2.

Quòd expenſæ factæ pro defenſione bonorum hæreditariorum ſpectent æqualiter ad proprietarium, & uſufructuarium, quia utriuſque intereſt illa conſervari, & ſi ab altero tantùm fuerint factæ, illi ſint pro rata reficiendæ, vel ex ipſis bonis deducendæ, Rot. *part.* 19. *rec. dec.* 10. *per tot.*

25 Expenſæ victus, & equorum quando, & quomodo ſubminiſtrari debeant Epiſcopis, vel Judicibus, & ſimilibus viſitantibus loca ſuæ juriſdictionis, vel locum differentiæ, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 57. *per tot.* vide *in §. Epiſcopus n.*

26 Expenſa regulariter eſt facienda ab eo, qui actum aliquem fieri petit, ſicuti latè ad plura inferendo declarat, Menoch. *de arbitr. caſ.* 228. *per tot.*

Quòd expenſa pro examinandis teſtibus etiam ſuper interrogatoriis partis adverſæ ſpectet ad inducentem Caval. *dec.* 254. vide *in §. Teſtis num.* 53.

Quòd expenſa rogitus inſtrumenti ſpectet de jure ad emptorem, & creditorem maximè in annuis redditibus, & cenſibus, quia inſtrumentum ſpectat ad probationem ſuorum jurium, Bald. Caſtr. Salyc. & alii *in l. Eos, C. de uſur.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 94. *num.* 3. *vol.* 3. *infra num.*

27 Expenſæ factæ infirmo etiam invito poſſunt repeti ab eo, vel ejus hæredibus, Alex. *in l. quamvis ff. ſolut. matrimon.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 107. *n.* 24. facit quod dixi *in Pract. Medici n.* 10. *&* 13. ubi qualiter poſſint Medici exigere ab ægrotis, vel eorum hæredibus ſalarium pro cura, etiam invitis adhibita, nec poſſint curam deſerere, licèt ſibi non ſolvatur, cùm à jure ſit proviſum de remedio, & actione, ut ſupra. De quibus latè Zacch. *quæſt. medic. leg. lib.* 6. *tit.* 1. *qu.* 8. *n.* 23.

28 Expenſæ funerariæ, & ultimæ infirmitatis neceſſariæ, & non pro pompa factæ, habita ratione perſonæ, & facultatum, ſunt adeò privilegiatæ, ut omnibus creditoribus, etiam expreſſas anteriores hypothecas habentibus præferantur, Rodriq. *de concur. credit. part.* 1. *art.* 4. *nu.* 4. *& per tot.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 94. *num.* 2. *& ſeq. ad* 20. Beltram. ad Ludoviſ. *deciſ.* 451. *num.* 14. Mart. Medic. *dec.* 21. *per tot.* ubi pluribus modis diſtinguit, *& in Addit. de anno* 1665. ſequitur hanc partem affirmativam cum aliis ab eo relatis latè etiam Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *per tot.* Surd. *deciſ.* 112. *& deciſ.* 255. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 194. *vol.* 2. *& ad leg municip. tit.* 16. *art.* 35. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 26. *num.* 7. *&c.* ubi de expenſis medicinalibus ultimæ infirmitatis, Marth. *vot. Piſ.* 83. ubi de veſtibus lugubribus, Ger. Spin. *conſ.* 100. *num.* 7. *& ſeqq.* Pontirol. *in Reſponſ. vel tract. pro Mambellis num.* 321. *& ſeqq. Caſanæ impreſſo de anno* 1625. Ricc. *Collect. deciſ.* 483. *&* 2081. Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 116. ubi quòd verum eſt etiam in foro conſcientiæ, exceptis tamen ſuperfluis, & ad pompam mundanam, quæ per hæredem tuta conſcientia fieri non poſſunt in damnum creditorum, adde Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 8. *§.* 5. *dub.* 9. *per tot. fol.* 352. Latè Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *deciſ.* 51. Vide Rot. coram Emerix jun. *deciſ.* 1259. *& deciſ.* 1269. Hodiern. ad Surd. *dict. deciſ.* 112.

Contrarium quoad habentes expreſſas hypothecas anteriores tenent Vanderan. *de privileg. credit. cap.* 3. *num.* 77. Franch. *dec.* 51. Vivi. *dec.* 307. *n.* 6. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 23. *num.* 23. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 201. *num.* 43. Addit. ad Oinot. *in §. fin. Inſtitut. de leg. Falcid.* Neguſ. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 28. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 193. Amendol. ad De Franch. *deciſ.* 51. *cit. num.* 2., *&* 23.

Primam tamen opinionem tanquam veriorem, & magis communem quòd præferantur omni æri alieno etiam dotali, & expreſſam hypothecam habenti, ſequitur Rot. *deciſ.* 259. *à n.* 5. *part.* 2. *recent. & in S. Severino dotis ſeu ſalubr.* 3. *Maii* 1840. *coram Dunozet. & in Romana hæreditatis* 14. *Decembris* 1646. *in fine coram Arguelles* cum aliis per Merlin. *d. qu.* 17. *num.* 11. & dixi *in mea Pract. §. Speſe nu.* 7. Pacif. de Salvian. *inſpect.* 5. *cap.* 4. *num.* 72. *& ſeqq.* Maſtril. *deciſ.* 10. *per tot.* Pacion. *de locat. capit.* 40. *num.* 131. *&* 132. ubi quòd præferuntur etiam locatori pro penſione Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *dec.* 51. Vide Hodiern. & Emeria jun. *loc. cit.*

Quòd ſint ſolvendæ pro rata lucri dotalis à marito, & pro alia rata ab hæredibus mulieris, cùm ſint detrahendæ ex ipſa dote, Ludoviſ. *deciſ.* 573. *num.* 9. Coſta *tract. de ratione ratæ quæſt.* 73. Altograd. *conſ.* 30. *num.* 35. 36. *lib.* 2. vide *in §. Maritus num.* 11. latè Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 438. *n.* 71. *& ſeqq.* ubi etiam de expenſis ultimæ infirmitatis, ut iſtæ fieri debeant de fructibus dotis, ſi ſit pinguis, & ſufficiens, funeralia verò ex ipſa dote tanquam ipſius dotis æs alienum, & ſic pro rata, ut ſupra, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 3. *num.* 2. *&c.* ubi quòd detrahuntur ex dote quando non adſunt alia bona mulieris, & moderantur arbitrio judicis attenta qualitate perſonæ, & dotis, *& part.* 11. *deciſ.* 86. *nu.* 14. *& part.* 13. *deciſ.* 79. *num.* 26. Boſſ. *de dot. cap.* 19. *nu.* 66. *& ſeqq. fol.* 714. Fontanel. *de pact. nupt. tit.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *part.* 5. *fol.* 181. Card. De Luc. *de Dot. diſc.* 68. *ſub num.* 3. Vide Emeria jun. *deciſ.* 386. *& deciſ.* 406. Caprar. *deciſ.* 728.

Quòd ſint deducendæ ante legitimam, & ſic illam minuant, *l. Papinianus §. quarta ff. de inoff. teſtamento §. penult. Inſtit. ad Falcid.* latè Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit. pr. q.* 25. *&* 16. *per tot.* Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis n.* 319. *ſeqq.* ubi tamen *nu.* 324. *& ſeqq.* intelligit tantùm de expenſis factis, ut funus duceretur, in ſepulchrumque inferretur, ac denique de illis, quæ corporis cauſa antequam ſepeliatur, vel quæ actum ſepeliendi reſpiciunt, in ipſoque actu cadavere præſente fiunt; non autem de illis, quæ ſepulto jam cadavere contingunt, etiamſi animæ ſuffragium reſpicerent, quoad hunc effectum minuendi legitimam, quicquid tenuerit Merlin. *d. quæſt.* 15. *n.* 8. cujus opinio in hoc ex eiſdem auctoribus ab eo recenſitis non ſubſiſtit, ut benè advertit d. Pontirol. ejus Concivis conſultiſſimus *loc. cit. num.* 327. & probat Gamm. *deciſ.* 308. *num.* 1. *& ſeqq.* Coſta *de ratione ratæ quæſt.* 71. *num.* 1. *& ſeqq.* dixi *in §. Speſe nu.* 9. Merlinum autem indirectè ſequitur alter ejus doctiſſimus Concivis Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 18. *nu.* 23. *&* 24. & vide Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtament. cap.* 8. *§.* 5. *dub.* 4. *& ſeqq. fol.* 350. *&c.* Card. De Luc. *De Legit. diſc.* 19. *n.* 10.

Ad effectum autem illas detrahendi ex hæreditate latiùs accipiuntur, & ſub nomine hujuſmodi expenſarum venit omne id non tantùm, quod ante humatum cadaver expenditur, & quod ad id neceſſarium eſt, ſed etiam quod reſpicit viventium amicorum, & familiarium ſolatia, ut apparatus, ſolemnis pompa, monumenti conſtructio, lugubria indumenta, exequiarum pompa, & ſimiles, ac etiam ultimæ infirmitatis expenſæ, *l. funeris, & l. at ſi quis, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Coſt. *tract. de port. rat. quæſt.* 73. Merlin. *de legat. d. quæſt.* 13. *num.* 8. *&* 9. *& de pign. lib.*

lib. 4. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 25. *& seqq.* Pontirol. *d. Respons. num.* 325. dixi *in Pract. d.* 9. *Spese num.* 10. Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 107. *num.* 1. *& seqq.* ubi etiam quæ veniant quoad Ecclesiam, in qua humaadum cadaver defertur, & Card. Tusch. *lit. F. conclus.* 536. *& litt. F. conclus.* 197. Marrha *vot. Pis.* 83. ubi qualiter creditor pro vestibus lugubribus præferatur aliis, etiam ex causa depositi improprii tamen, & irregularis.

Plura de expensis funerum, & de eis, quæ consequuntur funus, Garsia *tract. de expens. & melior. cap.* 8. *&* 9. Quesad. Pilo *contr. forens. cap.* 41. *num.* 14. *& seqq.* De Franch. & Add. *cit. decis.* 51.

Si tamen hæres non fecerit inventarium, compensantur cum mobilibus, & fructibus, & aliis rebus hæreditariis, & non detrahuntur, cùm etiam ut plurimum fiat de crumena, & aliis rebus defuncti, ut benè probat Peregrin. *dec. Patavin.* 47. *num.* 1. Pontirol. *d. Respons. num.* 421. *&* 422. Joseph. Urceol. *Consult. forens. cap.* 20. *nu.* 26. Merlin. *dec.* 515. *nu.* 7. ubi quòd præsumuntur factæ ex pecuniis repertis in hæreditate, Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 197. *num.* 33. ubi idem firmat in aliis similibus expensis, *& d. part.* 12. *dec.* 330. *num.* 23. ubi limitat nisi justificetur pecunias non fuisse repertas in hæreditate, & *part.* ... *dec.* 277. *n.* 14. ubi quod ad hoc, ut possint deduci, debet probari fuisse factas de propriis pecuniis hæredum gravatorum, aliàs censentur factæ ex mobilibus hæreditariis, & cum illis excomputantur.

Quòd expensarum funeralium quantitas probetur per juramentum hæredis, *glos. in l. scimus §. in computatione C. de jur. deliber.* Mascard. *de probat. conclus.* 1256. *num.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 558. *fol.* 301. Thes. *quæst. forens. cap.* 24. *num.* 5. Merlin. *de pign. d. qu.* 17. *num.* 19.

Quòd impendens in causam funeris præsumatur donare, nisi aliud appareat, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 33. *in fine*, Rodriquez *de concurs. credit. part.* 1. *artic.* 23. ubi tamen videtur hoc judicis arbitrio relinquere, quod puto verius, vide Tusch. *litt. F*, *concl.* 536. ubi qualiter hujusmodi impensa spectet ad hæredes pro rata.

Multa de actione funeraria, & ejus privilegiis ultrà præcitatos, Duen. *reg.* 397. *per tot.* Ludovis. *dec. Perus.* 78. *per tot.* Tepat. *var. sentent. tit.* 31.

An possit statutum laicale disponere de expensis funeralibus dixi *in §. Funus n.* 2. *&c.* ubi etiam alia de hac materia, & in §. *Sepultura*; Conciol. *de hæred. benef. art.* 1. *à num.* 375.

Quòd ad expensas funerarias teneantur vicini, & comparochiani in subsidium pro paupere defuncto, non tamen ad quartam funerariam, & quare, ac alia ad rem, Costa *de remed. subsid. remed.* 83. *per tot.* ubi plures allegat.

Expensæ funeris pro Prælato, vel Clerico defun-
19 cto, quæ tendunt ad solatium animæ, debent fieri ab Ecclesia de spoliis, licet haberent alium hæredem in patrimonialibus, quæ verò tendunt ad solatium vivorum, ut magnus funeris apparatus, vel marmorei sepulchri constitutio, & similes non pertinent ad Ecclesiam, sed ad hæredes defuncti, Capyc. *decis.* 84. Grat. *discept. forens. cap.* 94. *num.* 20. *& seqq. ad* 51. ubi latè extendit ad multos casus similes, Cardin. Tusch. *litt. F. conclus.* 536. *num.* 11. & Ricc. *Collect.* 2247. Thom. Trivis. *decis.* 18. *num.* 12. *&c.* dixi in *§. Episcopus num.* 61.

Expensæ, & alimenta litis debent subministrari à
20 divite litigante cum inope, & paupere, si doceatur de paupertate, de bono jure, & fumus inter conjunctos, & quando petuntur jure actionis debet satisdari de illis restituendis in casu succumbentiæ; quando verò petuntur officio judicis, nulla requiritur satisdatio, nec debeat restitui ab eo, qui postea succubuit, nisi constet de calumnia, Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 110. *cum pluribus seqq. per tot. titul.* Ricc. *Collect.* 3720. Ludovis. cum Beltramia. *decis.* 189. *per tot. & decis.* 524. Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 8. *per tot.* Asin. *in prax. §.* 32. *cap.* 2. *ampliat.* 23. Gratian. *discept. for. cap.* 55. *num.* 49. *cap.* 33. *nu.* 27. *cap.* 236. *per tot. cap.* 567. *num.* 14. *& cap.* 857. *num.* 23. *& cap.* 954. *num.* 26. & Leoncil. *dec. Ferr.* 72. *&* 102. Franch. *decis.* 336. ubi an sit præstanda dicta cautio, vel non, & latius idem Franch. *dec.* 614. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.* 12. *per tot.* Sperel. *decis.* 138. *num.* 97. ubi refert contrarias opiniones, & dictam distinctionem cum limitatione calumniæ, vel malæ fidei ab initio, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 35. *& de arbitr. cas.* 169. *num.* 12. Costa *de remed.* 100. *per tot. & de ratione ratæ quæst.* 59. ubi quando locus sit, vel non dictæ provisioni, pro qua rata &c. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 307. *per tot.* ubi plura pro subministratione expensarum, & alimentorum litis ad favorem renunciantis bonis suis contra renunciatarium, *& dec.* 402. *per tot. in aliis terminis*, *& decis.* 404. ubi pro muliere agente ad dotem, & alimenta post separationem thori, etiam contra tertium possessorem, pro rata tamen, sive viribus rei possessæ tantùm, & est confirmata, *d. part.* 202. *dec.* 513. De taxatione alimentorum in scutis sex menstruis, & expensarum litis in scutis decem, & octo pro qualibet propositione causæ, Rot. *par.* 19. *recent. dec.* 238. Vide Add. ad De Franch. *loc. cit.* & Novar. *privil. miserab. person.* 34. Vide Pen. *decis.* 1052. *decis.* 1055. *decis.* 1076. *decis.* 1366. *& decis.* 1682. Crescin. ad eumdem Pen. *loc. cit.* Abeccles. & Crescin. *obser. forens. part.* 1. *observat.* 9. *&* 10.

Esse præstandam dictam cautionem decrevit Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 108. *in fine*, vide DD. supracitatos, *& in §. Alimenta num.* 10. Vide Pen. & Crescin. *dict. decis.* 1055. *& decis.* 1076. Abeccles. & Crescin. *part.* 1. *dict. observat.* 9.

An autem Capitulum litigans cum beneficiatis possit facere expensas litis de bursa communi, vel propria, & particulari; quid in rustico litigante cum Commune, vel Cive litigante cum Civitate, an teneantur ad collectas ob litem imponendas, Ludovis. cum Beltram. *dec.* 263. Facit Ricc. *collect. part.* 7. *collect.* 2929. Balmased. *de collect. q.* 32.

Quòd pauperi litiganti, & danti fumum boni juris debeantur dictæ expensæ, Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 747. *per tot.* Altograd. *cons.* 95. *nu.* 52. *lib.* 2. Cavaler. *decis.* 554. ubi quis dicatur pauper ad hunc effectum, latè Sperel. *d. decis.* 138. *num.* 46. *& seqq.* ubi quòd tria copulativè requiruntur, nempe quòd summariè constet de paupertate alimentandi, de divitiis alterius partis alimenta præstare debentis, & de præsumptione boni juris, & quidem non levi ipsius alimentandi, quæ requisita benè singillatim probat, & declarat *num.* 55. *& seqq.* & quòd taxentur arbitrio judicis ad meram necessitatem ibidem *num.* 94. *& seqq.* & benè Merlin. *d. quæst.* 12. *per tot.* vide *in §. Alimenta num.* 10. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 50. *per tot.* vide de alimentis, & expensis litis subministrandis mulieri dotem repetenti, & in alia causa, *part.* 11. *rec. decis.* 211. *per tot.* ubi de requisitis, *& p.* 12. *decis.* 198. *per tot. & decis.* 265. *per tot. part.* 13. *decis.* 398. Bich. *decis.* 21. ubi sive lis sit in judicio universali, sive particulari, *& dec.* 141. De quibus latè De Luc. *de Judic. disc.* 14. *per tot.*, *& in Ann. ad Concil. disc.* 33. Vide Pen. & Crescin. *loc. cit. & decis.* 495. *& decis.* 1280. Abeccles. & Crescin. *ubi supra.*

Quòd litiganti nihil aliud habenti præter rem sequestratam, debeant subministrari sumptus litis ex fructibus rei sequestratæ, sive ex ipsis bonis sequestratis, ne cogatur in lite periclitari, juxta *l. fin. §. nam si talis*, *Cod. de ord. cognit.* firmat Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 79. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1425.

Regulariter autem reum non teneri sumptus litis actori subministrare, juxta *l. Imperatores ff. de tut. & rat. distrahen.* vide per Duran. *dec.* 273. *n.* 2. Merlin. *d. qu.* 12. *per tot.* Surd. *de alim. tit.* 1. *qu.* 110. *num.* 2. *&c.* Pen. & Crescin. *decis.* 350. *& decis.* 1384.

An autem prædicta de expensis, & alimentis litis subministrandis procedant in causis criminalibus, dic quòd pauper offensus debet obtinere provisionem in bonis offendentis ad effectum ut possit litem prosequi, itaut nec teneatur restituere licèt succumbat, nec compensare cum damnis, & aliis expensis sibi debitis si obtineat, Boer. *decis.* 324. Cardin. Tusch. *litt. E*, *conclus.* 632. *num.* 2. 7. *& seqq.*

E' contra verò pauper reus, & malefactor non obtinet ab actore, & accusatore sumptus litis, cùm nemo

tenea-

teneatur parare arma contra se; & non debeat pauper habere expensas ad defensionem suæ iniquitatis, ut probat idem Boer. *decis.* 325. ubi quòd in istis casibus datur Advocatus vel Procurator de publico salariatus ad defensionem pauperum, & ità verè servatur, cùm fere ubique extent Procuratores, & Advocati pauperum de publico salariati, & aliæ provisiones ad eorum favorem.

Ad effectum autem consequendi dictas expensas, & alimenta litis, non sufficit fides parochi ad probandum paupertatem, sed illa est firmiter per testes probanda coarctando negativam, quòd litigans bona possidere non possit quin ipsi scirent, Covar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 8. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 612. *nu.* 1. *& seqq.* vide *in §. Paupertas nu.* 1. *&c.* Vide Pen. & Crescin. *decis.* 161.

21 Expensæ omnes, & suffragia justitiæ in causis criminalibus spectant ad carceratum, vel inquisitum, quando est in culpa, & inditiatus saltem ad inquisitionem specialem, vel torturam, si est solvendo, aliàs autem spectant ad accusatorem, vel ad fiscum, Addit. ad Ambros. *Process. informat. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 31. ubi de expensis in repetitione testium, Guaz. *deff.* 6. *cap.* 5. *& deff.* 13. *cap.* 1. *nu.* 12. Gratian. *discept. for. cap.* 57. *in princip.* Conciol. *in verb. Accusatio resol.* 3. ubi de expensis pro fabricando processu informativo, latè Cabal. *resolut. crim. cas.* 201. *per tot.* ubi etiam quod licèt fiscus possit hujusmodi expensas repetere à delinquente, tamen non præfertur cæteris creditoribus ipsius delinquentis ex contractu, vide in *§. Fiscus nu.* 10. *& in Pract. §. Spesc nu.* 2. *&* 3. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 193. & Card. Tusch. *litt. E. concl.* 632. ubi tamen *num.* 4. quòd de consuetudine viatica solvuntur ab inditiatis, Zuff. *de legit. process. qu.* 100. Francisc. Ant. Tranchedin. *Consult.* 41. *num.* 38. *& seqq.* ubi de consuetudine Mediolani quando contra malefactorem extant indicia ad capturam, nedum ad reatum, cavalcatæ solvuntur à malefactore, &c. Vide Segur. *part.* 2. *Direct. cap.* 12. *num. ult.* Carlev. *tit.* 1. *de Judic. disput.* 5.

Et de expensis causarum criminalium à quo sint solvendæ, vel non, plenè Benedic. Carpzov. *in Praxi part.* 3. *qu.* 138. *per tot.* ubi post plura hinc inde de jure communi, & Saxonico, videtur concludere standum esse consuetudinibus locorum, & quando sunt solvendæ à subditis, omnibus aliis creditoribus in concursu esse præferendas Vide Garon. *resp. fiscal. decis. pr. cap.* 2.

An Commissarii possint à singulis tantum exigere, quantum ab uno possent, si pro eo solum negotium facerent, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 77. vide in *§. Salarium num.* 83.

22 Expensa instrumēti habiti à Tabellione, in quo continetur debitū, potest peti cōtra debitorem, si priùs fuerit interpellatus ad solvendum, & protestatus de levatione instrumenti, Bald. *in l. non ignorat C. de fruct. & litt. expens.* Add. ad Pract. *Papp. for. act. real. in princ. n.* 14. Ridolphin. *in Prax. part. pr. c.* 2. *n.* 41. *&* 42. Paul. Christin. *dec. Belg.* 262. *nu.* 3. *vol. pr.* Tiraquel. *de retract. convent. §.* 6. *gloss.* 2. *n.* 23. Asin. *in Prax. §.* 32. *cap.* 2. *ampliat.* 20. Duran. *dec.* 420. *n.* 2. *& decis.* 161. *n.* 5. ubi quòd extractio est facienda prævia partis citatione, aliàs non est reficienda expensa vide supra *n.* 16.

De expensa in relevando testamento, Tusch. *litt. E. conclus.* 643. ubi citat Abb. *cons.* 208. *lib. pr.* Ludovis. *dec.* 197.

23 Expensæ factæ sivè ab actore, sive à reo pro justificanda sua intentione, cùm sint producenda instrumenta, nec sufficiat illorū indicatio, non sunt reficiendæ, maximè si post productionem fuerit cessatum à lite, & debentur solùm illæ, quæ factæ fuerunt post productionem jurium, etiam stante statuto quòd victus victori in expensis condemnetur, Gratian. *discept. for. cap.* 725. *nu.* 26. *& seqq.* Asin. *in Prax. d. §.* 32. *c.* 2. *limit.* 18. Borgn. *decis.* 15. *nu.* 34. Sanfelic. *dec.* 346. *cum Addit.* ubi plura de hac materia quando, & quales sint reficiendæ, vel non, tàm in causis civilibus, quàm in criminalibus.

Quòd expensæ factæ pro legitimatione personæ non sint reficiendæ per succumbentem, cùm hujusmodi actus debeant fieri propriis expensis, Martha *vot. Pis.* 87. De Luc. *De Judic. disc.* 39. *nu.* 20.

Quod si levatio instrumentorum fuerit superflua, non sint reficiendæ expensæ, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 407. *nu.* 15. Nam expensæ factæ præter necessitatem non reficiuntur De Luc. *dict. disc.* 39. *nu.* 19. *&* 23.

Differens tamen producere jura sua, ut adversarium fatiget in expensis debet condemnari, licèt obtineat in causa, Surd. *decis.* 332. *n.* 6. *lib.* 2. *infr. num.* 24. *vers.* Et quando &c. Scacc. *de Appellat. lib.* 3. *c.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 21. *n.* 88. Ruginell. *pact. quæst. cap.* 58. *n.* 9.

An possit judex ad expensas, & interesse condemnare, etiamsi petitæ non fuerint, Paul. Christin. *dec. Belg.* 105. *n.* 2. *vol.* 2. ubi concludit quòd sic, si æquitas suggerat, & stantibus clausulis salutaribus, Mynsing. *cent.* 4. *observ.* 55. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 346. *vers. An judex &c.* vide Guaman. *de Eviction. quæst.* 13. *a n.* 82. Garon. *respons. fiscal. decis. pr. c. pr. num.* 3.

Expensarum appellatione quid veniat, & quænam sint reficiendæ à condemnato in expensis, Jas. *in l. un. §. si hoc ff. si quis jus dic. & n.* 9. *& seqq. ad* 17. Thes. *decis.* 67. Gratian. *discept. for. cap.* 33. *per tot. & cap.* 56. *n.* 40. Asin. *d. §.* 32. *cap.* 2. *per tot.* Duran. *decis.* 161. *per tot. & decis.* 420. *per tot.* Bich. *decis.* 73. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 154. *per tot.* ubi de expensis reficiendis à contumace, qui vult audiri, vide *in §. causa n.* *& §. Contumacia n.* Tusch. *litt. E, conclus.* 631. Paul. Christin. *decis.* 97. 98. *&* 99. ubi plura de fructibus, & litium expensis, *& dec.* 91. *per tot. vol.* 6. *et dec.* 109. *vol.* 6. & latè *ad l. mun. tit. pr. art.* 29. *per tot.* Ric. *Collect.* 116. *per tot.* Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 168. *per tot.* Borgn. *dec.* 15. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 346. *cum Addit. per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 214. *part.* 16. *decis.* 270. *& part.* 18. *decis.* 583. *&* 622. latè Fontanell. *decis.* 95. *& seqq.* ubi plura quare Rota Romana semper condemnet ad expensas, alia verò Tribunalia rarò, & alia plura in materia expensarum litis, Plura idem Guzman. *loc. cit. d. q.* 13. Abeccles. *observ. forens. part.* 2. *observ.* 39. *n.* 10. 24

An veniant damna, & quid quando quis fuit condemnatus in expensis, & damni, & interesse, Surd. *decis.* 261. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 833. *per tot.* vide § *Damnum n.* 17. Tusch. *litt. E, concl.* 637. *&* 638. ubi quando fuerunt promissa, Paul. Christin. *d. dec.* 109. *vol.* 6. *& ad. l. mun. d. art.* 29. *n.* 9. *&c.* Quid sub nomine damnorum veniant etiam expensæ, *l. Sancimus, Cod. de jud. cap. in nostra de injur. & damn. dat.* Alex. *cons.* 34. *in fine lib.* 5. Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 110. *n.* 7. & dixi *in §. damnum n.* 17. Et an differat condemnatio expensarum à condemnatione expensarum. Fontan. *dec.* 97. Abeccles. *loc. cit.*

Quòd veniant expensæ victus factæ in hospitio, Surd. *de aliment. tit. pr. quæst.* 80.

Quòd in materia attentatorum, & pro illorum purgatione sint reficiendæ omnes expensæ, etiam extrajudiciales, & quæ latè Rot. *p.* 13. *recent. decis.* 80. *per tot. & par.* 18. *decis.* 527. *per tot.*

Et generaliter in refectione expensarum venire honoraria Advocatorum, & Procuratorum, mercedes Notariorum, & copistarum absque alia probatione, cum sint verisimiles arbitrio judicis, item expensas factas in hospitio, deductis tamen solitis fieri in propria domo; non autem donaria, salaria, sivè provisiones propriæ pro labore personæ, non expensas infirmitatis, neque famuli non necessarii, nec soliti, nec similes, quæ facto, vel casu accidunt, sed tantum dispendia bursalia in lite, latè Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 117. *part.* 15. *decis.* 214. *per tot. & part.* 16. *decis.* 270. *& part.* 18. *decis.* 583. ubi etiam quid de propinis Auditorum an, & quando illæ sint reficiendæ, vel non, quid si advocatus, vel Procurator agant suam causam, Guaman. *de Evict. quæst.* 5. *à n.* 93. *& quæst.* 13. *nu.* 22. Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 21. *n.* 14. *&* 15.

Quòd judiciales debeantur omninò, etiamsi fuerit liti renunciatum, Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 322. *per tot.* de prædictis latè Bich. *dec.* 73. *per tot. & dec.* 123.

ubi

ubi etiam de damnis reficiendis in materia attentatorum, vide in *§. Attentata infra n.* 26.

Quæ autem sint justæ causæ litigandi, ut succumbens excusetur ab expensis, vide Menoch. *de arb. cas.* 177. *per tot.* latiùs Ant. *in Prax. d. §.* 32. *lim.* 1. *& seqq. per tot.* Tusch. *litt. E. conclus.* 625. *per tot.* Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 55. *n.* 132. ubi 17. causas enumerat. Jas. *in l. properandam §. sive autem n.* 7. *& seqq. C. de judic.* Rot. *p.* 9. *recent. dec.* 168. *per tot.* latè Addit. ad Sanfelic. *dec.* 346. ubi plura notabilia de hac materia, & idem Sanfelic. *in Praxi sect.* 61. *per tot.* Novar. *in Prag. Reg Collect.* 86. Quid de stylo Curiæ De Luc. *de Judic. disc.* 39. *à nu.* 7.

Quòd in actore requiratur longè magis justa causa ad illum excusandum ab expensis, quando succumbit, quàm in reo, cùm actor debeat esse certus de jure suo antequam agat, & vix possit dari casus, in quo actori succumbenti parcatur circa expensas, Dec. *n.* 12. & Cagnol. *n.* 26. *in l. qui in alterius ff. de reg. jur.* Catal. *cons. dec.* 95. *n.* 12. *lib.* 2. *& cons.* 25. *n.* 6. *lib.* 5. ubi remittit arbitrio judicis.

An dictum unius testis excuset accusatorem ab expensarum condemnatione, Thom. Trivis. *decis.* 45. *lib.* 2. ubi quòd non, etiamsi accusatus fuerit tortus, si non fuit confessus, quia absolvitur, & melior quàm antea reputatur; sed contrarium est verius, ut dixi *in §. Accusatio n.* 14. *intellige ut ibi.*

An consilia advocatorum excusent ab expensis, Cabal. *cons.* 79. *n.* 44. *lib.* 1. ubi quòd sic, nisi sint advocati in causa, vide *in §. Opinio num.* 5. verùm quòd hæc quæstio pendeat à Judicis arbitrio Guzman. *de Evict. quæst.* 13. *n.* 21.

Quòd habens sententiam pro se excusetur ab expensis, licèt fuerit revocata ex iisdem actis, maximè si aliud adminiculum concurrat, quicquid alii teneant non excusari, ubi revocatur ex iisdem actis, Leonell. *decis. Ferr.* 39. *per tot. & decis.* 516. Ridolphin. *in prax. part. pr. c.* 13. *nu.* 609. ubi quòd excusatur quando revocatur ex noviter deductis, nisi fuerit mendax, quia tunc ob mendacium condemnatur in expensis, etiamsi sententia revocetur ex noviter deductis.

Contrarium in primo capite, vide per Gratian. *decis.* 138. & Cavaler. *decis.* 191. *n.* 3. dixi *in Pract. §. Spese n.* 46. *&* 17. ubi sequutus fui, & adhuc sequor primam opinionem, concurrente aliquo alio adminiculo arbitrio judicis, vide Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 168. *n.* 3. *& seqq.* ubi quòd etiam duæ sententiæ ex eisdem actis revocatæ non excusant ab expensis, quia Rota ad hunc effectum non attendit justam causam litigandi, sed condemnat ad expensas tàm primæ, quàm secundæ instantiæ; & de hac conclusione an, & quando appellatus, & sic habens sententiam pro se, si postea succumbat, sit condemnandus in expensis, vel non, nè deseras videre Paul. Christ. *decis. Belgic.* 19. *per tot. vol. pr. & decis.* 41. *&* 42. *per tot. d. vol. pr.* ubi, an, & quando dictæ expensæ sint hinc inde compensandæ, *& decis.* 115. *per tot. dict. vol.* 1. *& decis.* 99. *num.* 15. *& seqq. vol.* 6. *& decis.* 510. *per tot. d. vol.* 6. Capel. Tholos. *quæst.* 223. in quibus locis habetur, quòd justa causa debet subesse ab initio, aliàs appellatus debet in expensis condemnari, etiamsi succumbat ex noviter deductis, quando novæ probationes concernunt factum proprium ipsius succumbentis, vel poterant constare etiam in prima instantia, vel aliàs prima sententia est iniqua, & injusta, vel nulla, vel erant notæ adversario, qui per calumniam illas subticuit, vel falsè proposuit, vel quando aliquis fraudis, vel malitiæ apellato imputari potest, & ità obtinui in una Terræ solis anno 1676. pro D. Ellaro de Magnanis, vide Scop. & Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cit. dec.* 138

Et quando appellans fuit condemnatus in contumaciam, licèt obtineat in gradu appellationis, debet condemnari in expensis utriusque judicii, Specul. *lib.* 4. *part.* 2. *tit. de appellat. §.* 4. *n.* 2. quod notandum, & obtinuisse dicit Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 841. *fol.* 596. Mihi tamen durum videtur, & puto sufficere refectionem expensarum contumacialium primæ instantiæ, & quoad aliàs factas in causa appellationis, utramque partem absolvendam, *supradicta nu.* 23. *in fine*, vide Addit. ad Sanfelic. *decis.* 346. *& in Praxi sect.* 38. *n.* 9. *& seqq.* ubi quòd à contumace sunt reficienda etiam damna, & de differentia inter condemnationem expensarum quæ fit ratione contumaciæ, & illam de qua in *l. properandum §. fin. autem C. de judic.*

Quid stante statuto quòd victus victori in expensis condemnetur, & quomodo sint intelligenda hujusmodi statuta, vide Cardinal. Tusch. *lit. E, conclus.* 625. *&* 628. *& lit... conclus.* 573. latè Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 29. Gabriel. *com. conclus. lib.* 2. *tit. de expens conclus.* 1. Ricc. *Collect.* 864. 1275. 3338. & dixi in meis *resolut. cap.* 6. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 346. *cum Addit. in Praxi sect.* 61. *per tot.* Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 601. *& seqq.* ubi quòd regulariter victus victori tenetur ad expensas, nisi ex aliqua justa causa possit excusari, licèt in supremis Tribunalibus non attendatur justa causa, ut ibidem testatur, & declarat *n.* 608. & vide *in §. Statum circa generalia num.* 42. Peregrin. *decis.* 152. *per tot.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 186. Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 86. Trivisan. *decis.* 62. *lib.* 1. Quod statutum habemus in hac Civitate Parmæ *lib.* 2. *statut. rubr. quod victus victori in expensis &c.* & vide Add. ad prædictum statutum; Quod quidē statutum locum habet tàm in causis civilibus, quàm in criminalibus ut consulvi diebus elapsis, non obstante quacumque prætensa contraria observantia sivè loquamur de observantia præscriptiva sive interpretativa.

Quando sit facienda expensarum condemnatio in causa criminali, vel non, latè Tusch. *litt. E, conclus.* 634. *per tot.* Farinac. *quæst.* 16. & dixi *in §. Accusatio n.* 6. *&* 14. Fachin. *controvers. lib.* 1. *cap.* 42. latè Sanfelic. *decis.* 346. cum Addit. Paul. Christin. *decis.* 97. *n.* 5. *vol.* 4. *&* 5. *decis.* 109. *n.* 13 *& vol.* 6. ubi etiam an possit condemnatus ex hac causa in carceribus detineri, & dicit quòd sic, quando sunt taxatæ, aliàs autem secus, Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccles. part.* 2. *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 17. *fol.* 105. ubi quòd hodie raró, aut nunquam ad expensas condemnantur accusatores, ne terreantur, & ab accusando desistant; quòd ego intelligo, nisi constet de vera calumnia, prout pluries servavi, & servatum vidi. Vide Marsil. *in rep. l. patre, vel marito n.* 55. *de quæst. & singul.* 207.

Expensæ qualiter sint reficiendæ ab eo, cujus cul- 25
pa fuit perempta instantia, vide in *§. Actor n.*

Qualiter ab eo, qui renunciat liti inceptæ, ut possit denuò ex integro illam reassumere, vide in *§. Renunciatio n.* 6. Peregrin. *decis.* 152. *n.* 2. & Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 522. *per tot.* ubi latè quæ expensæ sint reficiendæ ab eo, qui liti renunciavit, & quando teneatur etiam ad illas post renuntiationem factas.

Qualiter à contumace, vide in *§. Contumacia num.* Tusch. *litt. E, conclus.* 636. Abeccles. & Crescin. *observ.* 39. *part.* 2.

Et si fuerit obtenta commissio quòd refectis expensis procedatur, non admittitur depositum unius julii, sed cupiens procedi in causa vigore commissionis, debet facere fieri taxam, & illas ante omnia effectualiter solvere Rot. *part.* 3. *divers. lib.* 3. *decis.* 230. *per tot.* vide *in §. Clausula n.* *§. Depositum n.* 10. latè Ridolphin. *in prax. p.* 2. *c.* 14. *n.* 162. *& seqq.* Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 138. *nu.* 29. *&c.* ubi quando admittatur depositum unius julii cum oblatione solvendi residuum facta liquidatione, Bich. *dec.* 534. *n.* 15. *& seqq.* ubi benè distinguit.

Quòd expensæ factæ ante emendationem libelli non debeantur à reo, imò sint illi reficiendæ, cæteras verò ante sententiam compensari, & alia ad rem, Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 82. *per tot.*

Expensarum taxatio fieri non potest pendente appellatione à deffinitiva, vide *in §. Judex n.* 42. Magon. *decis. Flor.* 78. *n.* 2. *&c.* ubi etiam an possint excedere duplum sortis principalis controversæ.

Plura de taxatione expensarum, an ab illa, vel 26
excessu detur appellatio, & alia Ridolphin. *in prax. p.* 1. *cap.* 13. *nu.* 616. *& seqq.* Peregrin. *decis.* 152. *nu.* 9. & Borgn. *decis.* 16. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 346. Piura Scacc. de Appellat. In Indice verb. taxatio, & verb. expensæ §. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescio.

An

Ao autem expenſæ cotam alio judice factæ poſſint taxari à judice appellationis, Gratian. *diſcept. for. cap.* 33. *num.* 24. & facit Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 787. *& fol.* 592. Paul. Chriſtin. *ad l. municip. titul.* 5. *art.* 30. *n.* 7. vide in meis *reſolut. cap.* 41. *per tot. & in Pract.* §. *Speſe n.* 14. ubi etiam qualiter non condemnatus in expenſis, cenſeatur abſolutus, & dixi in *§. Abſolutio n.* 36. de quo Tuſch. *litt. E, concluſ.* 628. *per tot.* Bich. *dec.* 534. ubi benè diſtinguit, vide in §. *Judex n.* 43. *& n.* 39. *in fine.*

Qualiter expenſarum condemnatio debeat fieri à judice appellationis, vel non, & qualiter poſſint taxari per judicem, à quo pendente appellatione, vide Lap. *allegat.* 83. Tuſch. *litt. E, concluſ.* 626. *&* 627. *per tot.* Domin. meum Advocatum Cabrun. *lucubr.* 44. *n.* 92. *&* 93.

Quoad taxationem dupliciter conſiderantur expenſæ, nam aliæ ſunt judiciales, & iſtæ ſunt integraliter reſtituendæ, aliæ extrajudiciales, & iſtæ taxantur arbitrio judicis, non attento juris rigore, ut benè diſtinguit Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 153. *nu.* 9. *& ſeqq. &, part.* 14. *dec.* 384. ubi quòd probantur ex fide notarii.

Quòd ſtylus Rotæ condemnandi ſolum ad expenſas vivas, hoc eſt judiciales, procedat, quando debentur tantùm ratione victoriæ, ſecus ſi ratione delicti, nam tunc veniunt omnes expenſæ, etiam ad damna, Bich. *deciſ.* 389. ubi in terminis reverſus Clericorum ad judices laicos, de quo dixi *in §. Poſſeſſio n.* 5. vide ſupra *n.* 24. *& in §. damna n.*

27 Expenſæ præſumuntur factæ de propriis pecuniis expendentis, & ab eo, qui ex debito ſui officii tenebatur illas facere, Gratian. *diſcept. for. c.* 739. *n.* 39. *&* 40. Et expenſis ejus, qui ad faciendum eſt obligatus, factum quid præſumitur Guzman. *de Evict. quæſt.* 13. *nu.* 38. Cyriac. *controv.* 429.

Quando autem, quomodo, & à quo factæ dicantur impenſæ, & in qua quantitate, Menoch. *de arbitr. caſ.* 303. *per tot.*

An factæ in exigendo dotem poſſint repeti, vide Jaſ. *in l. ſi in arcam n.* 3. *ff. de condit. indeb.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 236. *nu.* 14. *& ſeqq.* Et an pro expenſis litis mulieris fiat executio in bonis datis in dotem De Luc. *de Credit. diſc.* 147. *n.* 6.

28 Expenſæ omnes dummodò non proveniant ex delicto, vel dolo in ſocietate omnium bonorum de communi fieri debent, latè ad plures inferendo Felic. *de ſociet. cap.* 26. *&* 27. *per tot.* Grat. *diſcept.* 643. *per tot.*

Quòd expenſæ omnes inter fratres ſocios omnium bonorum, licèt ab uno tantùm proveniant, & ſint voluntariæ, ceſſante culpa, & dolo, debeant eſſe communes, ita ut nec etiam de leviſſima culpa habeatur ratio, & poſſunt exemplificari in dotando filias unius, in retinendo filios in ſtudio, in alenda familia, in doctoratu, in nuptiis, in infirmitatibus, & ſimilibus caſibus, dummodò filii ſociorum operas, & omnia, quæ habent conferant in communi, ſi ſint talia, quæ acquirantur eorum patri, ſecùs ſi caſtrenſia, vel quaſi, ſeu adventitia, quia tunc filiorum propria remanent, Michalor. *de fratr. part.* 2. *c.* 28. *& ſeqq. & cap.* 35. *n.* 28. & Felic. & Grat. *loc. cit.*

29 Expenſæ tantùm illæ, quæ ſocietatem reſpiciunt, & non ſunt extra illam, debent eſſe communes inter ſocios alicujus particularis negotiationis, cum in eis non poſſit conſiderari illa generalitas, quæ conſideratur in ſociis omnium bonorum, *l. omnes alienum, & l. ſeqq. ff. pro ſocio,* Felic. *de ſociet. c.* 27. *per tot.* vide Altim. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 25. *nu.* 90. *&* 478. *& ſeqq. tom.* 4. Leſſ. *cap.* 25. *nu.* 35. *lib.* 2. *Inſtit.* Molin. *de Contract. diſp.* 418.

30 Expenſæ factæ à patre pro doctoratu filii, tanquam donatæ in peculium quaſi caſtrenſe, non veniunt conferendæ in diviſione, nec dignitas doctoratus, tanquam quid perſonale aliquid æſtimari poteſt, Bart. *in l.* 1. *§. nec caſtrenſe ff. de collat. bon.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 23. *n.* 8. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 60. *nu.* 23. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. E, concl.* 639. *per tot.* An hujuſmodi expenſæ compenſentur filio in legitimam, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 45. *n.* 330. *tom.* 7. Guttier. *pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 7. *a n.* 51. *& ſeqq.* ubi etiam de expenſis librorum.

Et idem eſt de expenſis pro acquirenda Præbenda, ſeu beneficio Eccleſiaſtico, Bart. & Michalor. *loc. cit.* Tuſch. *loc. cit. & concl.* 640.

Si tamen hujuſmodi expenſæ fiant poſt mortem patris, adhuc fratribus in communione exiſtentibus, imputari debent in partem facientis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 127. *n.* 7. Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 180. *n.* 2. *vol.* 2. ubi tamen refert contrarium tenentes quando vivente patre fuit cœptum ſtudium, *& deciſ.* 53. *nu.* 11. *& ſeqq. vol.* 5.

De expenſis inter patrẽ, & filiũ, an præſumantur factæ animo donandi, ſivè repetendi, Dian. *part.* 11. *tr.* 3. *reſolut.* 19. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 112. *vol.* 2.

Expenſæ factæ per patrem in liberando filium ab hoſtibus, vel latronibus non ſunt conferendæ cum aliis fratribus, quia patet pietate ductus videtur ſolviſſe, donaſſe, nec repeti voluiſſe, *l. liber. captus Cod. de poſtl. rever.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 17. Michalor. *de fratr. part. pr. cap.* 30. *in princip.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 88. *n.* 29. 31

Secùs autem ſi poſt mortem patris redimatur filius alterius fratris, nam tunc impenſa imputatur in partem illius, cujus filius fuit redemptus, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 127. *num.* 7.

Expenſæ factæ per patrem in ſolvendo condemnationem filii, ne vexetur à fiſco, cum videantur factæ cauſa pietatis, non ſunt conferendæ, nec in ejus partem imputandæ, niſi filius haberet peculium adventitium, & de per ſe eſſet ſolvendo, vel niſi pater fuerit aliter proteſtatus, vel coactus à ſtatuto arctante patrem ad ſolvendum condemnationem pro filio, Surd. *dec.* 167. *num.* 11. Michalor. *de fratr. p.* 1. *cap.* 30. *n.* 9. *et per tot.* vide *in §. Solutio num.* 32

Regulam prædictæ contrariam ponit Rip. *in l. in quartum n.* 185. *ff. ad leg. Falcid.* Grat. *diſcept.* 50. *nu. pr. et ſeqq.* Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 2.

Expenſæ factæ pro filio in ſtudio, non ſunt regulariter conferendæ, nec imputandæ in illius partem, niſi pecunia fuerit in alios uſus malè expendita, vel niſi pater coactè illas ſubminiſtraverit, vel aliter conſtet de ejus voluntate, vel niſi filius habuiſſet bona propria, Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 22. *nu. pr. et ſeqq.* Michalor. *de fratr. lib. pr. cap.* 26. *per tot.* ubi ponit alias limitationes, vide *in §. Libri num.* 39. Vivi. *com. opin.* 324. *per tot.* ubi etiam de aliis ſimilibus expenſis, Oinot. *in §. quædam actiones num.* 42. *et ſeqq. Inſtit. de act. fol.* 440. *etc.* Factæ verò poſt mortem patris ſunt propriæ facientis, niſi adſit inter fratres ſocietas omnium bonorum, Michalor. *d. tract. par.* 2. *c.* 29. *et* 30. Menoch. *de arbitr. caſ.* 127. *nu.* 7. vide in *§. Frater. num.* prædictis adde Gab. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de teſtament. cap.* 7. *§.* 5. *dub.* 7. *et* 8. *fol.* 330. *etc.* Mar. Cutel. *de donat. tract. pr. diſcur.* 2. *part.* 51. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. pr. Prælud.* 2. *§.* 5. *num.* 19. *et ſeqq.* 33

Expenſæ factæ in nuptiis, vel illarum occaſione pro filiabus, vel filiis, cùm ſpectent ad patrem, non veniunt in collationem, & ideò alter frater poſt mortem patris prætendens pro ſe eaſdem expenſas fieri de communi, non eſt audiendus, niſi aliter ſit à patre diſpoſitum, intelligendo de illis, quæ tempore nuptiarum conſumuntur, non autem de factis in emptione veſtium, jocalium, & ſimilium rerum pretioſarum, de quibus dixi *in §. Veſtis n.* Bart. *in l. pr. §. nec caſtrenſe nu.* 9. *C. de collat.* Michalor. *d. tract. p.* 1. *cap.* 28. *per tot.* Oinot. *in d. §. quædam actiones Inſtit. de act.* 34

Et generaliter quænam expenſæ ſint conferendæ, vel imputandæ inter fratres, vide Michalor. *d. tract. p.* 1. *c.* 31. *et* 32. *per tot.* Oinot. *loc. cit.* Gabr. Vaſquez ubi ſupra *per tot.*

Expenſæ omnes factæ ab uno ex fratribus poſt mortem patris non ſunt communes, ſed propriæ expendentis, quamvis alter frater vivente patre eaſdem expenſas feciſſet de communi, niſi eſſent ſocii omnium bonorum, vel niſi ſint factæ in ipſa ſocietate, vel cauſa, & occaſione illius, Michalor. *de fratr. par.* 2. 35

cap. 11. num. 15. et seqq. Menoch. de arbitr. cas. 123. num. 7. Tusch. litt. E. conclus. 641. et 642. ubi de expensis factis in re communi quando repetantur, vel non.

Quòd expensæ, quæ tangunt debita pupilli, non sint solvendæ per alios fratres, Gratian. disceptat. forens. cap. 914. num. 34. Surd. cons. 278. n. 4. libr. 2.

36 Expensæ alimentorum, vel similes factæ à patre socio omnium bonorum pro filiis suis, debent esse communes, quando pater ad illas tenebatur, si verò non tenebatur, debent esse propriæ, & non communes, nisi dicti filii suas operas, & omne quod habent conferant in communione, Michalor. d. tract. part. 2. c. 35. num. 27. & seqq.

37 Expensæ quæ dicantur magnæ, vel modicæ remittitur arbitrio judicis, attenta rei, actus, & personæ qualitate; magnæ indigent justificatione, modicæ verò probantur ex libro factoris, vel administratoris, etiamsi simul coacervatæ notabilem faciant quantitatem, concurrente maximè illarum verisimilitudine, qua stante non desunt etiam tenentes idem esse in magnis, Genu. de script. privat. lib. 4. tit. de lib. tat. fol. 207. num. 7. Guttierez. de tut. part. 3. cap. 1. nu. 157. Rot. part. pr. recent. decis. 283. nu. 3. Ludovis. cum Beltramin. decis. 475. & decis. 512. in eadem causa, ubi de expensis victus factoris, pro viaticis ad tollenda impedimenta, & molestias, & de donatis procuratoribus, vide in §. Liber num. 20. &c.

De expensis varia notat decisivè Thoro Compend. decis. Neap. p. 1. 2. & 3. verb. Expensæ, & plura remissivè Ægid. de Castejon. Alphab. jurid. verb. Expensæ. Meliorationes, & Com. August. Fontan. in Biblioth. leg. part. 4. eod. verb. fol. 552. &c. Plura Em. De Luc. in Indice general. verb. expensæ. Ansald. Emerix Caprar. Rocc. Piton. Altimar. de nullit. & alibi Mans. Palm. & alii recentiores.

38 Expensæ factæ à bonæ, vel malæ fidei possessore, an, & quales repeti possint, tàm in foro fori, quàm in foro conscientiæ, Valer. de differ. utrinsque fori verb. Expensæ.

39 Expensæ omnes necessariæ pro reddenda ratione tutelæ, etiamsi tutor sit putativus, & absque solemnitatibus administraverit, ex bonis pupilli sunt deducendæ, quia redditio rationis utilitatem pupilli respicit in radice, & exitu, ac est de connexis, & dependentibus ab officio administrationis, aliàs officium esset sibi damnosum, ut latè rationibus, & auctoritatibus comprobat, & decisum testatur Quæsad. Pilo contr. forens. cap. 47. per tot. firmans etiam regulam, quòd expensæ sint soluendæ ab eis, qui utilitatem capiunt ea actu, in quo erogantur.

40 Expensæ præferuntur in concursu juxta anterioritatem crediti principalis, Post. de subhast. inspect. 41. nu. 19. 20. Codex Fabr. lib. 8. tit. 16. definit. 5. & 30. Fontanell. dec. 95. nu. 10. Card. De Luc. de Credit., & Debit. disc. 147. n. 7. Costantin. ad Stat. Urb. Annot. 30. art. 4. num. 406.

41 Expensæ in concursu quando non detrahantur ex bonis concursus, sed ad illas teneantur concreditores, Post. de subhast. inspect. 41. num. 10. & seqq. Codex Fabr. lib. 8. tit. 20. definit. 31. Costantin. ad Status. Urb. Annot. 30. art. 4. n. 109.

42 Expensæ ab utraque parte litigante solvuntur, Henric. Temmen. in tract. expens. lit. sect. 3. cap. 4. in princ., Cabrun. Lucubr. 44. n. pr.

43 Expensæ ob lapsum instantiæ Adversarii negligentia factæ refici debent etiam per Minorem, aut Mulierem, Scaccia de appell. quæst. 15 n. 320. Cabrun. Lucubr. 44. n. 21.

44 Expensæ factæ in primo Judicio nullo, sunt priùs reficiendæ Afflict. dec. 70. Ruginell. quæst. pract. cap. 18. sub n. 8. Cabrun. ibid. n. 24.

45 Expensæ in causis attentatorum, aut spolii integraliter reficiendæ sunt, antequam disputetur negotium principale Veral. dec. 56. part. pr. Ruginell. quæst. pract. cap. 18. num. 12. & 13. Pellegrin. in prax. Vic. p. 2. sect. 3. subsect. pr. n. 100. versic. Quod limitatur Rot. in select. per Constantin. dec. 187. n. pr. Cabrun. ibid. n. 27.

46 Expensæ contumaciæ, emendati Libelli, & retardati Processus priùs integrè refici debent, Ruginell. cap. 18. n. 14. Cabrun. ibid. n. 29.

Sed quod refici debeant si sunt liquidæ, aliàs sufficiat oblatio cum cautione, volunt alii Covar. pract. quæst. cap. 27. n. 3 Cravett. cons. 223. num. 7. lib. 2. Cabrun. ibid. n. 30. contra n. 31.

Expensæ, quæ emergunt post latam sententiam, an 47
sint in taxa admittendæ. Cavalcan. decis. 15. nu. 24. part. pr. Cabrun. ibid. n. 102.

Expensæ luctus bonificari debent uxori Rot. coram 48
Emerix jun. decis. 386. sub nu. 3.

An hæredi gravato bonificandæ sint expensæ factæ 49
pro translatione locorum montium in sui faciem in litteris patentibus Emerix jun. decis. 780. nu. 4. & 6. decis. 886. n. 7.

Expensæ litium, quando agitur de Communitate 50
constituta ex Canonicis, & Beneficiatis, sunt faciendæ de Massa Communi, ubi fiunt contra tertios, & pro interesse Comunitatis; secus ubi agitur de litibus particularibus ad Commodum Beneficiatorum contra Canonicos. Caprar. dec. 702. n. 5. p. 2.

Expensæ litis non sunt detrahendæ ex Communi Massa, quando lis processit ex actu voluntariè gesto à solis Beneficiatis, contradicentibus Canonicis. Rot. cor. Manzaned. dec. 157. nu. 1. & 3. Caprar. d. dec. 702. n. 6. p. 2.

Expensæ litium, factæ à Beneficiatis absque ulla mentione, quod fierent de pecuniis Massæ Communitatis, præsumi debent factæ de propriis. Cravett. cons. 129. n. 2. & cons. 191. n. 8. Rot. dec. 368. n. 6. & dec. 396. num. 2. cor. Royas Caprar. d. dec. 702. num. 7. p. 2.

Expensæ litis, ut tutori sint reficiendæ, sufficit pro 51
illarum justificatione quòd sint verisimiles, & juxta Judicis arbitrium. Federic. de Sen. cons. 119. n. 2. Rot. dec. 117. n. 2. & 3. p. 13., & dec. 221. n. 6. & 7. p. 17. rec. Caprar. dec. 748. n. 7. p. 2.

Expensæ taxatæ non præsumuntur excessivæ. Rot. 52
cor. Celso dec. 265. nu. pr. & cor. Priol. dec. 454. nu. 2., & dec. 384. n. 1. p. 14. rec. Ansald. dec. pr. n. pr.

Expensæ Judiciales, quæ alias vivæ nuncupantur, 53
justificantur ex actis, ac quietantiis Notarii. Rot. dec. 212. n. 5. p. 8. rec. & dec. 622. n. 6. & 7. p. 18. rec. cor. Bich. dec. 73. num. 2. & cor. Priol. dec. 241. num. 1. Ansald. d. dec. 1. n. 2. Vide infra n. 71.

Et debent tales expensæ integrè per succumbentem 54
refici. Capue. in praxi tom. pr. p. 3. cap. 12. nu. 398. & seq. Rot. dec. 214. n. 8. p. 15. rec. & dec. 221. n. 3. p. 16. rec. Ansald. ibid. n. 3. Vide infrà n. 71.

Expensæ factæ in re communi per socium, seu co- 55
hæredem non repetuntur, quando socius, vel cohæres tantum expendit pro tuitione rei communis, quantum expendisset ratione suæ portionis. Rot. cor. Bich. dec. 583. n. 6. & 7. & dec. 66. nu. 19. & 20. p. 12. rec. Ansald. dec. 15. n. 7.

Expensæ, & onera semper subducuntur à fructi- 56
bus. Rot. cor. Gregor. dec. 273. n. 3. & dec. 611. nu. pr. p. 18. rec. Ansald. d. decis. 15. n. 8.

Expensæ funeris debent esse moderatæ, non autem 57
excessivæ in præjudicium Creditorum Roland. cons. 39. n. 24., & 25. lib. 3. Tondut. quæst. civil. part. 2. cap. 145. n. 13. Ansald. dec. 49. n. 35.

Expensæ prædictæ sunt taxandæ arbitrio Judicis, inspecta qualitate personarum, & viribus hæreditatis. Capyc. Latr. dec. 47. n 22. Vinc. de Franch. dec. 51. n. 10. Rot. dec. 3. n. 3. & 4. & dec. 86. nu. 15. p. 11. rec. Ansald. d. dec. 49. n. 36.

Expensarum funeris appellatione, quid veniat. 58
Text. in l. funeris sumptus ff. de relig. & sumpt. funer. Ansald. ibid. n. 38.

Expensæ funeris debent præcedere sepulturam. Carp. 59
de Exec. Testam. lib. 3. cap. 12. nu. 25. & seqq. Surd. dec. 255. n. 26. vers. & quamvis. Ansald. d. dec. 49. num. 40.

Expensæ, quæ non respiciunt substantiam fidei- 60
commissi, sed particulare commodum fideicommissarii non reficiuntur. Peregr. de fideicom. art. 50. n. 4. & 5. Urceol. consult. forens. cap. 20. n. 31. Ansald. dec. 56. n. 5.

Expensæ debent bonificari administratoribus, quan- 61
do ex contingentia rei sunt probabiles, vel verisimiles. Guttier. de tutel. p. 3 cap. pr. n. 151. Rot. dec. 165.

165. n. 6. p. 28. rec. Anſald. dec. 68. n. 23.

62 An ad expenſas voluntarias teneatur Patronus in reædificatione Capellæ. Gonzal. in cap. pr. de Eccleſ. ædific. n. 6. Piton. de jurepatr. alleg. 12. n. 26. & ſeqq. tom. pr.

63 Juspatronatus non competit eis, qui fecerunt expenſas in fabrica Eccleſiæ, ſi iſtia non fuit reſervatum. Piton. de jurepatr. alleg. 53. n. 4. & 5. tom. 2.

64 Poſſidentes domos in Parochia an teneantur ad expenſas pro ejus fabrica, ſi habitantur extra illam Tondut. quæſt. Benefic. p. 1. cap. 38. n. 4. & 6. & 9. Piton. de Jurepatr. alleg. 53. n. 7. 10. & 18. tom. 2.

65 Juspatronatus acquiritur etiam per populum, qui coactè ratione obligationis contribuit in expenſis. Lambertin. de jurepatr. libro 1. p. 1. quæſt. 4. artic. 8. n. 2. verſ. & in caſu. Piton. de Jurepatr. diſt. alleg. 53. n. 15. tom. 2.

66 Beneficiatus habens uſum altaris pro celebratione Miſſæ quotidianæ pro expenſis Sacriſtiæ debebit ſcuta ſex annua. Bordon. de legat. cap. 10. de ſtipend. Miſſar. n. 71. Piton. de Jurepatr. alleg. 54. num. 46. tom. 2.

67 Si quis in parte ſuccubuerit, & in parte victor extiterit, non poteſt indiſtinctè in expenſis condemnari, ſed tantum pro rata victoriæ. Cavalcan. dec. 55. n. 19. p. 1. Rot. cor. Pamphil. dec. 51 t. nu. 1. & 2. Caprar. dec. 14. n. pr. part. pr.

68 Expenſæ hinc inde pro rata victoriæ compenſantur. Rot. cor. Coccin. dec. 2022. nu. 1. & 2. & cor. Ctrd. Cerro dec. 348. n. 3. & cor. Ubag. dec. 96. n. 15. Caprat. diſt. dec. 14. n. 2. p. t.

69 Compenſatio cum expenſis alterius Partis in alio Judicio taxatis, non admittitur, quoties à taxatione pendet appellatio, & ob id requirat diſcuſſionem, & creditum expenſarum, quod petitur, non undequaque liquidum. Vide text. in l. fin. C. de compenſation. Caprat. dec. 107. n. 4. p. 1.

70 Expenſæ extrajudiciales, quæ conſiſtunt in honorariis Advocati, Procuratoris, Sollicitatoris, copiis ſcripturarum, & ſimilibus taxantur de ſtylo Rotæ in ſcutis decem pro qualibet inſtantia. Caprar. dec. 137. n. 3. p. pr. dec. 164. n. 2. p. pr. dec. 223. n. 3. p. pr. dec. 431. n. 2. p. 2. dec. 518. n. 2. p. 2.

In cauſis tamèn Ultramontanis, ratione Cambiorū, quæ ſolvuntur pro transportatione pecuniarum reſici ſolent in ducatis decem juxta normam Rotæ. Vide Rot. cor. Priol. dec. 471. n. 4. Caprar. dec. 107. n. pr. p. pr. & dec. 440. n. pr p. 2.

71 Expenſæ Judiciales conſiſtentes in Regiſtris, citationibus, ſolutionibus propinarum, ſeu ſportularum, aliiſqua ſimilibus, quæ appellantur vivæ, probantur ex fide Notarii. Rot. cor. Buratt. dec. 921. nu. pr. & dec. 384. n. 2. p. 14. recent. Caprar. dec. 112. num. 2. p. 2. dec. 137. n. 8. p. 1. dec. 440. nu. 3. p. 2. Vide ſupra num. 53.

Et integrè, & abſque ulla diminutione ſunt reficiendæ. Captar. dec. 107. n. 2. p. pr. dec. 112. num. 3. p. 1. dec. 137. n. 8. p. 1. dec. 164. n. pr. p. pr. dec. 223. n. p. pr. dec. 251. nu. pr. p. pr. dec. 431. nu. pr. p. 2. dec. 440. n. 2. p. 2. dec. 518. num. 1. p. 2. Vide ſupra num. 54.

72 Expenſarum liquidatio regulatur à ſtylo communi, & uſu Regionis, ubi Viatica Interpretes, & Procuratores, aliique, qui operam præſtiterunt computantur in taſa, & reficiuntur abſque diminutione. Caprar. deciſ. 137. n. 5. p. 1.

73 Expenſæ Judiciales ſeverius taxantur in partibus. Specul. lib. 2. part. 3. tit. de expenſis §. Poſtremo n. pr. fol. 216. Caprar. d. dec. 137. n. 6. p. t.

Expenſæ factæ in partibus ſemper bonificantur juxta uſum de partibus. Caprar. d. dec. 137. n. 7. p. t.

74 Expenſæ ſuperfluæ repeti non poſſunt. Caprar. d. dec. 137. n. 12. & 19. p. pr.

Quænam dicatur expenſa ſuperflua. Caprara dict. dec. 137. n. 9. & num. 19. part. pr.

75 In Expenſarum taxatione plurimum defertur arbitrio Judicis. Alex. conſ. 37. n. 33 lib. 2. Caprar. d. dec. 137. n. 20. part. pr.

76 Judex invito, etiam renunciante procedit ad definitivam, & in expenſis Salarii condemnat. Caprar. d. dec. 137. n. 14. p. pr. ubi plura an locus ſit condemnationi expenſarum contra renunciantem liti. & dec. 251. n. 2. & dec. 482. n. 4. & dec. 409. n. 4. & 5.

Expenſæ appellatione damnorū continentur. Alex. conſ. 34. in fin. lib. 3. Rot. cor. Royas dec. 384. nu. 7. Emerix jun. dec. 59. n. 4. Ac proinde debentur ab obligato ad factum ſi eſt in culpa quod illud non præſtiterit. Emerix. jun. d. dec. 59. d. n. 4. 77

Expenſæ factæ pro reductione ad culturam loci nemoroſi, & inculti ſunt reficiendæ à patente immiſſionem. Gloſſ. in verbo novale, ff. de petit. hæred. l. Silva, §. Novalis, ff. de verb. ſignif. Emeris jun. dec. 182. n. 2. Et pro habitatione Colonorum, & ſtabulis Animalium. Emeris jun. ibid. n. 4. Et pro Arboribus, & vitibus ex integro plantatis ibid. nn. 4. Et pro aggeribus, & foveis pro avertendis fluminibus. ibid. n. 4. Expenſæ pro colendis fructibus tantummodo pertinentes ad præſentem rei utilitatem non ſunt reficiendæ. Rocc. Epiſc. cap. 139. n. 14. Idque etiam procedit in disbocatione, ut vulgi ajunt prædiorum. Rocc. Epiſc. ibid. n. 15. Præcipuè, quando plus utilitatis fuit perceptum ex lignis incisis, & ex terris ad culturam redactis, quàm fuerit in disbocatione impenſum. Rocca Epiſc. d. cap. 139. n. 15. 78

Expenſæ factæ per uſufructuarium pro litibus præſumuntur factæ de bonis, in quibus habuit uſumfructum. Caſtill. de uſufruct. cap. 55. n. pr. & per tot. Emerix jun. dec. 916. n. 3. Nec illi ſunt reficiendæ per proprietarium. Emeris jun. d. dec. 916. n. 3. 79

Expenſas an quis deducat, ſi vendat medietatem fructuum. Rocc. Epiſc. cap. 73. n. 23. Expenſas non deducit colonus medietatem fructuum reſpondere promittens. Rocc. Epiſ. cap. 73. n. 24. Expenſarum deductio nō fit, ſi vendatur Gabella fructuum, quoties fructus ſunt reales. Rocc. Epiſ. ibid. n. 24. Expenſis, non deductis intelligi debet, ſi inter contrahentes fiat mentio de fructibus. Rocc. Epiſ. ibid. n. 26. Intellige, præſuppoſita obligatione fructus tradendi. Roc. ibid. n. 30. Expenſis non deductis, intelligi debet, quando in contractu de omnibus fructibus legitur facta mentio, Rocc. ibid. n. 27. Præcipuè quando fit mentio de fructibus in certis prædiis collectis. Rocc. ibid. num. 28. Expenſa non poteſt minuere id, quod eſt certum, determinatumque in ſe. Rocc. ibid. 29. Expenſis deductis, intelliguntur fructus in diſpoſitione Principis, quia æquiparatur legi. Rocc. Epiſc. dict. cap. 73. n. 35. 80

Expenſæ neceſſariæ ſunt reficiendæ cuicumque poſſeſſori etiam malæ fidei. Emerix jun. dec. 19. n. 3. Tales dicuntur factæ pro manutentione rei in eo ſtatu, in quo erat. Emerix jun. dic. dec. 19. n. 3. Et pro reaptatione Ædificii combuſti caſu fortuito. Rol. conſ. 95. n. 22. cum ſeqq. lib. 2. Joſeph. Ludov. dec. 25. nu. 21. verſ. vel probare Incendium. Emerix jun. d. dec. 19. n. 6. 81

Expenſæ poſſeſſori malæ fidei non ſunt reficiendæ, tametſi ſint utiles, niſi etiam probentur neceſſariæ. Rot. cor. Card. Seraph. dec. 898. nu. 3. & dec. 230. n. 12. p. 13. recent. Emerix jun. dec. 1290. n. 11. 82

Ab Expenſis juſta cauſa litigandi victum excuſat. Cyriac. controv. 61. n. 17. Mant. conſult. 579. nu. 93. Rot. cor. Arguelles dec. 12 n. 4. Cabrun. Lucub. 44. n. 33. Limita quoad expenſas in contractu promiſſas Cyriac. contr. for. 229. n. 32. Cabrun. ibid. n. 34. 83

Expenſarum abſolutio facta à Judice in ſententia non excludit expenſas jurepromiſſionis debitas, ſed tantum eas, quæ Judicis officio debentur. Surd. dec. 261. n. 8. Cavalcan. dec. 15. n. 29. verſ. imo. Cabrun. ibid. n. 35., limita ut n. 36. 84

Expenſarum in taxatione quatuor requiruntur. Pellegrin. in Praxi Vic. p. 2. ſect. 3. ſubſect. pr. nu. 101. Cabrun. ibid. n. 94. 85

Expenſarum taxatio fieri debet citata parte. Sabell. var. cap. 41. n. 7. Cabrun. ibid. n. 95. 86

Expenſarum in taxatione, ubi judex illas vult taxare eadem die prolatæ ſententiæ non eſt opus citare partem. Marant. in prax. p. 6. in verbo poſt omnia advertatur circa executionem num. 21. Cabrun. ibid. num. 96.

Expenſarum taxatio non valet, ſi deficiat juramentum ſuper earum quantitate Pellegrin. in Prax. Vic. loco cit. n. 101. Rot. dec. 176. n. 4. p. 7. rec. Cabrun. ibid. n. 97. 87

n. 97. Quod tamen de stylo Curiæ Rom. non præstatur apparenter Rot. *dec.* 176. *n.* 5. *p.* 7. *rec.* Cabrun. *ibid. n.* 98.

88 Expensæ factæ in Judicio diverso non veniunt sub nomine damnorum, & interesse Capiat. *dec.* 409. *n.* 6. *part. pr.*

89 Expensæ litis etiam in casu possessorii sunt reficiendæ. Rot. cor. Coccin. *dec.* 848. *n.* 2. Caprar. *dec.* 482. *n.* 2. *p.* 2.

90 Expensa integri, seu Registrj, seu Processus non est integrè reficienda, quoties remanet aliquid decidendum, sed tantum pro medietate, & rata victoriæ. Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *de fructib. & lit. expens. definit.* 27. Rot. cor. Card. Cerr. *dec.* 348. *num.* 4. Caprar. *dict. dec.* 482. *n.* 3. *p.* 2.

91 Expensarum condemnatio intelligitur semper pro virili contra collitigantes. Rot. cor. Pamphil. *dec.* 319. *nu. pr.* Capiat. *dec.* 164. *n.* 3. *par. pr.*

92 Expensas tenetur reficere solùm principalis Collitigans. Rot. cor. Pamphil. *d. dec.* 319. *n.* 6. & coram Duran. *dec.* 382. *n.* 3. & cor. Priol. *dec.* 407. *num.* 10. Caprar. *ibid. n.* 4.

93 Expensarum refectio fit litiganti, nè sit in damno, non autem, ut aliquid indè lucretur. Castren. *in l. final. in fin. C. de fruct. & lit. expens.* Caprar. *dec.* 440. *n.* 4. *p.* 2.

94 Expensæ debentur illæ tantùm, quas verè victor fecit. Afin. *in Prax. lib.* 12. *cap.* 6 *n. pr.* Bich. *dec.* 123. *nu.* 2. Captar. *d. dec.* 440. *n.* 5. *p.* 2.

95 Ubi Monasterium reperitur constructum, ejus constructio facta præsumitur expensis ejus, qui illas facere tenebatur. Panormit. *cons.* 54. *num.* 2. *lib.* 1. Lambertin. *de Jurep. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 9. *art.* 1. *nu.* 107. *vers. ubi reperitur*. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 3. Piton. *de Jurepat. alleg.* 72. *n.* 9. *tom.* 2.

96 An sit simonia dare pecuniam in Beneficio litigioso pro expensis litis. Suarez. *de Simon. lib.* 4. *c.* 55. *n.* 17. *litt. E.* Rot. *dec.* 95. *nu.* 3. *p.* 4. *recent.* Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *n.* 665. *et seqq. tom.* 2.

97 Expensæ factæ in Judicio possessorio refici debent à succumbente, ante quam audiri valeat in petitorio Ansald. *dec.* 81. *n.* 11. *et* 12.

98 Litigans, qui ultimo loco vicit, habetur pro victore in tota causa, eique reficiuntur expensæ ac si semper vicisset. Ansal. *dec.* 83. *n.* 42.

99 Expensæ reficiuntur de stylo Rotæ ei, qui ultimo loco vicit, & si prius succubuerit. Ansald. *decis.* 85. *n.* 32.

100 Refectioni, & taxationi expensarum non est locus, nisi lite finita. Gratian. *discept. for. cap.* 349. *n.* 6. *et* 8. *& per tot.* Scace. *de appell. quæst.* 3. *n.* 55. §. *Contra hanc* Rot. cor. Emerix. Jun. *dec.* 460. *num.* 3. Ansald. *dec.* 83. *n.* 39.

101 Refectio expensarum est introducta in pœnam temerè litigantium Text. *in l. properandum* 13. §. *sin autem C. de Judic.* Ansald. *d. dec.* 83. *n.* 40.

Et qualiter quis dicatur temerè litigasse Cyriac. *controv.* 636. *n.* 17. Rebuff. *de damn. expens. & interess. gloss. pr. n.* 14. Rot. cor. Priol. *dec.* 180. *nu. pr. &* 9. *& in rec. dec.* 370. *n.* 9. *part.* 1. Ansald. *d. decis.* 83. *n.* 41.

102 Expensarum taxatio non præsumitur excessiva, nisi concludenter probetur. Ansald. *addit. ad dec. pr. num.* 8.

103 Expensæ taxantur etiam pro extractione Instrumentorum juxta summam in illorum pede à Notaro expositam. Ansald. *addit. ad dec. pr. n.* 10. Amplia, ut per Zach. *de Salar. quæst.* 110. *n.* 10. *&* 19. Ansald. *d. addit. ad dec. pr. n.* 11.

104 Expensæ Belli factæ per se pro recuperatione feudi ab inimicis non reficiuntur à feudatario, secus è contra. Guaz. *de expens. cap.* 16. *n.* 36. Molin. *de primogenit. lib. pr. cap.* 17. *n.* 11. Giurb. *dec.* 108. *n.* 10. *&* 14. De Luc. *de Feudis dec.* 57. *n.* 13. *& in Ann. n.* 5. *remiss. disc.* 76. *n.* 9. vide *de Emph. disc.* 12. *num.* 13. *&* 14. Et quomodo probetur versio pecuniæ in expensas. De Luc. *d. disc.* 76. *n.* 10.

105 Si quis bona concederet ad meliorandum, vel fabricandum, non per hoc censetur præstasse consensum, ut super ipsis debita contrahantur pro expensis, & sumptibus necessariis De Luc. *de Don. disc.* 13. *sub n.* 6. ubi infertur ad Emphyteutam, feudatarium, & similes.

Expensæ deducendæ sunt ad effectum regulandi 106
læsionem Rot. apud Buratt. *dec.* 274. *n.* 21. *& in rec. dec.* 558. *n.* 2. *p.* 2. De Luc. *de Empt. disc.* 44. *n.* 17.

Expensæ deducendæ sunt ex fructibus, quos Ec- 107
clesia consequitur ab Emptore rei suæ naturaliter alienatæ. Duran. *dec.* 256. *nu.* 5. *& seqq.* Adden. *ad dec.* 444. *p.* 4. *tom.* 2. De Luc. *de Alien. disc. pr. n.* 108.

Expensæ factæ per Mandatarium reficiendæ sunt 108
per Mandantem De Luc. *de Tutor. disc.* 16. *n.* 11. *de Benefic. disc.* 38. *n.* 8. *disc.* 51. *nu.* 8. *de Judic. disc.* 39. *num.* 31.

Expensæ rei concessæ ad vitā an ad concedentē, vel 109
ad concessionarium pertineant. Garz. *de expensis c.* 14. *n.* 12. *& seqq.* De Luc. *de empt. disc. pr. n.* 17. *&* 18.

Expensæ Nuptiales non imputantur filio, nisi ubi 110
declaraverit. De Luc. *de Legit. disc.* 15. *sub nu.* 8. vide supra *n.* 34.

Expensæ magnæ fieri solent in fructibus industria- 111
libus. De Luc. *de Decim. disc.* 18. *nu.* 18. *vers. ac etiam*.

Expensæ non deducuntur in solutione decimarum. Monet. *hoc tract. cap.* 5. *quæst.* 4. *nu.* 28. *&* 36. Barbos. *de Paroch. c.* 28. §. *pr. n.* 34. *& seqq.* De Luc. *ibid. n.* 14. *&* 18. ubi declaratur, *& in summa. n.* 6.

Expensæ, quæ omnes tangunt ab omnibus fieri de- 112
bent. text. *in l pr. C. de quibus muner. lib.* 10. *cum concordan.* De Luc. *Miscell. disc.* 4. *nu.* 20. vide *de Judic. disc.* 39. *n.* 25. *cum seqq.*

Expensæ Judiciales pro recuperatione bonorum 113
Emphyteuticorum sunt species melioramentorum. De Luc. *de Emph. disc.* 12. *n.* 13. Expensæ Judiciales quando feudatario fideicomissario vel Emphyteutæ sint reficiendæ Molin. *de primogenit. lib. pr. c.* 27. *n.* 11. Garz. *de Expens. cap.* 16. *n.* 36. Gregor. *dec.* 197. *n.* 4. *& seqq.* De Luc. *d. disc.* 12. *nu.* 14. *& de fideicommiss. disc.* 163. *nu.* 4. *disc.* 171. *n.* 6.

Expensæ Judiciales faciendæ sunt ex fructibus, 114
non autem ex sorte principali. vide Molin. *de primogen. lib. pr. cap.* 27. *n.* 9. Rosental. *de feudis c.* 10. *concl.* 43. *n.* 75. Giurb. *dec.* 108. *num.* 10. *&* 24. De Luc. *de Alien. disc.* 15. *n.* 7.

Expensæ Judiciales notabiles inducunt mandati præ- 115
sumptionem. De Luc. *de Judic. disc.* 6. *nu.* 4. *&* 5. ubi declaratur.

Absolutio conditionalis ab expensis judicialibus qua- 116
tenus victus sententiæ acquiescat, an valeat De Luc. *de Judic. disc.* 39. *n.* 9.

Fidejussor expensarum judicialium dicitur etiam 117
fidejussor debiti principalis De Luc. *de Credit. disc.* 147. *sub n.* 6.

Expensæ dicuntur justificatæ, etiam ex simplici fi- 118
de illius, qui eas fecit, quoties sunt verisimiles Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *decis.* 24. *n. pr. vol. pr.*

§. EXTENSIO. XXIX.

EXtensio non fit de casu ad casum, etiam ex pa- 1
ritate, vel majoritate rationis, quando sumus in materia pœnali, & odiosa, Afflict. *decis.* 21. *nu.* 5. *&* 6. Boss. *de pœnit. num.* 15. Villagut. *de extens. leg. tit. de extend. leg. correct. & pœn. nu.* 91. Merlin. Pignatel. *contr.* 47. *num.* 9. *lib. pr.* Sanfelic. *dec.* 408. ubi quòd nec procedit extensio de persona ad personam, & loquitur in materia fallitatis, *& dec.* 417. *per tot.* ubi de extensione activa, & passiva, & quòd etiamsi duo casus, vel delicta fuerint parificata, & aliquid pœnale statuatur in uno, non censetur statutum in omisso, & plura de extensione non facienda in correctoriis, Ganaver. *dec.* 57. *nu.* 22. *& seqq.* Fagnan. *in cap. cum venissent num.* 95. *de Jud. & in cap. immunit. nu.* 12. *de Immunit. Eccles.* Pen. *decis.* 594. *n.* 9. Palm. nep. *decis.* 144. *n.* 35. *decis.* 146. *nu.* 9. *& alleg.* 283. *n.* 6. *alleg.* 300. *n.* 11. Ep. Rocc. *cap.* 25. *n.* 20. *libr. pr.*

Nisi in dispositione esset apposita, & expressa ratio, quæ æqualiter vigeret in casu extenso, nam ob identitatem rationis, etiam in exorbitantibus, & odiosis fit extensio, quæ potius dicitur comprehensio ob identitatem rationis, Cenc. *de cens. quæst.* 47. *nu.* 20.

&

& 45. *in fine*, Everard. *loc. à rat. l. largum. & general. ad extenſ. ipſius l. per tot.* Disn. p. 6. *tract.* 1. *reſol.* 35. *verſ. probatur ſecundo*, & *verſ. probatur tertio*, Vivi. *com. opin.* 270. & 275. latè Ancon. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in Prælud. ad Pragm. Regn. Siciliæ num.* 56. & *ſeqq. ad* 30. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 813. *n.* 2. &c. & *cap.* 910. *nu.* 2. & vide in *§. Lex num.* 4. & *§. Subſtitutio num.* 32. Vide Hermoſill. *l.* 8. *gloſſ. pr. à nu.* 2. *tit.* 3. *part.* 5. Vide Fagnan. *in dict. cap. immunit. n.* 14. *de Immunit. Eccleſ.*

Quid ſit extenſio, & regulariter non ſit facienda maximè in pœnalibus, correctoriis, odioſis, & exorbitantibus, & ſi ſit facta per legem novam de lege antiqua, intelligitur eum omnibus qualitatibus ipſius legis antiquæ, quæ in nova extendente cenſentur repetitæ, Tuſch. *litt. E. concl.* 659. & *ſeqq.* Riec. *Collect.* 545. 598. & 1370. vide alios ſupraeitatos.

Quòd imò extenſio fiat etiam in correctoriis, & pœnalibus, ubi agitur de favore publico conſiſtente in punitione delictorum atrocium, & ideo lex pœnalis, quæ reſtringi debet, extendatur, quando tractatur de puniendis delictis gravioribus, quia tunc materia dicitur favorabilis, & Reipublicæ expediens, benè probat, & communem teſtatur Vivi. *com. opin.* 269. *per tot.* & melius Conſtantio. Caſar. *ſpeculat. peregrin. quæſt.* 8. *num.* 18. & *ſeqq.* ubi quod fallit regula prædicta de non extenſione in pœnalibus, quando ea extenſione obviatur fraudibus, quia tunc diſpoſitio reputatur favorabilis, & non odioſa, item quando ratio legis eſt expreſſa, & unica, quia tunc etiam ex ſola paritate, vel identitate rationis licita eſt extenſio, quæ potius dicitur comprehenſio, & incluſio, nec poteſt etiam quoad pœnam, niſi per conſiventiam in malo evitari, vel denegari extenſio, vide in *§. Lex n.* 4. Conciol. *verb. Bannitus reſol.* 6.

Quòd ex identitate, & majoritate rationis fiat extenſio in ſtatutis, etiam correctoriis juris communis, de perſona ad perſonam, cùm tunc non dicatur propriè extenſio, ſed potiùs comprehenſio, Ror. *part.* 18. *recent. dec.* 757. *nu.* 9. & 10. & *deciſ.* 693. & *par.* 19. *dec.* 68. *n.* 10. & *ſeqq.* ubi quando non detur extenſio ad correctionem juris communis, & *dec.* 165. Latè Conſtantin. *annot. ad ſtat. urb.* 39. *art. pr. nu.* 4. *tom.* 2. Palm. nep. *alleg. pr. nu.* 28. *tom. pr.*, Et vide infra *n.* 9. 25. 57. & 28.

2 Extenſio omnis eſt periculoſa in jure, & impeditur per quamlibet diſſimilitudinem, & diverſitatem rationis, etiamſi caſus eſſet de ſui natura extenſibilis, & ubi identitas rationis non eſt omninò clara, ſed in aliqua parte dubia, Altograd. *conſ.* 69. *nu.* 125 & *ſeqq. lib.* 2. Mart. Medic. *exam.* 31. *n.* 56. & *dec.* 10. *n.*

3 Extenſio in fideicommiſſis, vel ſubſtitutionibus non fit de perſona ad perſonam, & idem in contractibus, ut latè probat Petegrin. *deciſ.* 134. *per tot.* dixi in §. *fideicommiſſum num* 8. & *§. Subſtitutio num.* 32. & *ſeqq.* plenè, & eruditè de more Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ.* 320. *per tot. vol.* 5. *part.* 9. *recent.* De Luc. *de Fideicom. diſc.* 105. *num.* 7. & *diſc.* 103. *nu.* 2. & 3. Vide Pen. *deciſ.* 85. *deciſ.* 486. *n.* 19. Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 10. *deciſ.* 45. *n.* 12. *vol.* 3. Palm. nep. *deciſ.* 176. *n.* 20. & 21. *vol.* 2. & *alleg.* 46. 47. 48. 83. 85. *et* 90. *vol. pr.*

Plura notabilia de extenſione, an & quando ſit permiſſa, vel non, in quibus caſibus, & ex quibus rationibus, Bertachin *in ſuo Repert. verb. Extenſio per tot.* Card. Tuſch. *lit. E. concluſ.* 659. *et ſeqq. et alii ſupracitati.* Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 236. *per tot.* ubi quòd regulariter non fit extenſio in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis de perſona ad perſonam, niſi perſona, ad quam ſit facienda extenſio, habeat pro ſe veriſimilem teſtatoris mentem, latè etiam Ludovic. Bell. *conſ.* 160.

4 De extenſione quando admittatur, vel non, Andreol. *contr.* 54. *et* 193. Cyriac *contr.* 478. *et* 521. aliique citati ab Ægid. de Caſtejon. *in Alphabet. jurid. verb. Extenſio*, & Com. Auguſt. Fontan. *cod. verb. Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 554. *etc.* Jo. Torre in *Indice general. tract. de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. part.* 3. *verb. Extenſio.* Eminen. De Luc. *in Indice verb. extenſio.* Fagnan. *ſuper Decret.* pariter *in Indic. verb. extenſio* Pen. & Creſcio. Epiſc. Roec.

Emeria Caprat. Altimar. Manſ. Palm. Mantiſſ. ad eumdem De Luc. & alii moderni.

Extenſio ubi eſt permiſſa, debet fieri ad caſum ſimilem non autem ad diſſimilem, & contrarium, Redenſch. *conſ.* 19. *num.* 50. *et ſeqq.* Altogr. ſen. *conſ.* 46. *num.* 13. & Altogrsd. jun. *contr.* 55. *num.* 87. & *contr.* 56. *num.* 52. *et ſeqq.* cæterique citati per Jacob. Balduc. *in obſervat.* ad Ramon. *conſ.* 28. *n.* 50. 5

Extenſio fit etiam in ſtatutis correctoriis ea identitate rationis de uno caſu ad alium, maximè quando unica ratio reddi poteſt, & major viget, vel ſaltem æqualis in caſu, ad quem fit extenſio, ſecùs ſi minor, vel diverſa, Philipp. Paſchal. *de patr. poteſtat. part. pr. c.* 6. *num.* 76. *et* 77. Quid in ſtatutis exorbitantibus De Luc. *de Dot. diſc.* 108. *n.* 7. *de Teſtament. diſc.* 50. *n.* 6. *de ſucceſſ. diſc.* 23. *n.* 9.

Quid in ſtatutis excluſivis Fœminarum Conſtant. *dict. annot.* 39. *tom.* 2. Em. De Luc. *in verb. ſtatuta Fœminarum excluſiva.*

Extenſio diſpoſitionis de caſu ad caſum, non datur, etiam ut evitandum abſurdum, niſi urgeat conjecturata voluntas, De Luc. *de Fideic. diſcept.* 28. *num.* 13. *diſc.* 30. *n.* 4. 6. *diſc.* 38. *n.* 12. *diſc.* 39. *n.* 7. *diſc.* 115. *n.* 4. ubi declaratur. Præſertim quando adeſt ratio diverſitatis, De Luc. *de Fideic. diſc.* 39. *n.* 8. 6

Id etiam procedit in indultis conferendi reſervata poſt conſtitutionem 59. *Urbani VIII.* De Luc. *de Benef. diſc.* 7. *n.* 8. 7

Extenſio in decimis de re ad rem, vel de Prædio ad Prædium non datur, de Luc. *de Decim. diſc.* 18. *n.* 5. Quid ubi adſiſtentia in cauſa univerſali decimandi, *n.* 4. *ibidem* Seraph. *dec.* 802. *nu.* 6. Coccio. *dec.* 187. *num.* 2. 8

Extenſio non dicitur, ſed comprehenſio, dum major ratio concurrit pro excluſione Filiorum, quàm Matris Caprara *dec.* 697. *n.* 23. *part.* 5. Rota *dec.* 496. coram Seraph. *deciſ.* 15. & 26. *utrobique num. pr.* coram Pamphil. & tradunt Gratian. *diſcept.* 15. *num.* 11. *diſcept.* 653. *n.* 43. & 49. & *diſcept.* 709. *n.* 8. 9

Extenſio in materia prohibitiva, & odioſa non procedit, Caprara *dec.* 73. *n.* 10. *part. pr.* Rota *deciſ.* 21. *n.* 3. & *in dec.* 351. *num.* 7. *part.* 9. *rec.* 10

Extenſio, ſeu prorogatio Officii ad perſonas novitèr ſuperadditas, dicitur conceſſio nova, non autem prorogatio, quæ ſupponit jus præexiſtens in ſubjecto, Caprara *dec.* 208. *n.* 15. & *ſeq. part.* 1. Bartol. *in l. dies cautionis n.* 2 *ff. de damn. infect.* & *ibi* Caſtren. & Larrea *Alleg. Fiſcal. alleg.* 52. *num.* 30. 11

Extenſio favore piæ cauſæ, ex quibus fiat Cabrun. *Luc.* 47. *num.* 51. Bonden. *collect.* 50. *à num.* 134. *ad* 138. *l. t.* 12

Extenſio de caſu, ad caſum non fit ſtante diverſitate. Rota *tom.* 2. *part.* 19. *recentiorum deciſ.* 574. *n.* 8. 13

Extenſio in oneribus, & gravaminibus non fit, nec de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam. Rota *tom* 5. *part.* 19. *recentiorum*, *dec.* 595. *num.* 27. Text. *in l. quod ſi Nepotes*, *ff. de Teſtam. tut.* & *in §. final. inſtit. qui Teſtam. tut. dar. poſſ.* & tradunt Bellon. *de jur. accreſc. cap.* 9. *quæſt.* 49. *num.* 60. & 62. & alii. 14

Extenſio privilegii ad conſortem ceſſat, quando cauſa eſt dividua Anſald. *dec.* 71. *n.* 36. Afflict. *dec.* 213. *per tot.* & ſignanter *n.* 3. & 4. ibique Adden. *num.* 10. Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap* 15. *n.* 3. 15

Extenſio non datur in materia privationis legitimæ Anſald. *dec.* 77. *n.* 33. Surd. *de alim. tit.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 187. *in fin.* & *n.* 188. 16

Extenſio de caſu ad caſum fieri non debet etiam ex majoritate rationis ubicumque poteſtas concederetur laicis ſuper juribus, & perſonis Eccleſiaſticis, Fagnan. *in c. Perpendimus num.* 10. *de ſentent. excomm.* Videtur. *in l. ſciendum ff. ad l. Pompejam de parricid.* Arenain. *in cap. cum non ab Homine num.* 60. & 61. *de Judiciis.* 17

Extenſio non fit in materia privilegiata, & odioſa Mantiſſa ad De Luc. *dec.* 1. *nu.* 6. *lib.* 3. *vol.* 3. 18

Extenſio fieri non debet in materia tantùs taoquàm odioſa, Palma Nepos *dec.* 356. *num.* 43. *vol.* 4. 19

Extenſio fideicommiſſi an fiat ex veriſimili mente teſtatoris, Carol. Ant. De Luc. *de linea Legali ar.* 13. *n.* 3. Vide ſupra *n.* 3. 20

Extenſio tutelæ ad filium, qui credebatur mortuus, an 21

an fiat, Carol. Ant. De Luc. *de linea legali ibidem.*

22 Extensio primogenituræ an fiat, ut censeatur perpetua in familia, vel potius personalis Carol. Ant. De Luc. *de linea legali ibid. n.* 4.

23 Extensio numquam fieri potest ad casum dissimilem, Palma Nepos *alleg.* 246. *n.* 2. Rota coram Priolo *decis.* 110. *nu.* 17. 18. & *dec.* 115. *n.* 17. *p.* 13. *recent.*

24 Extensio non admittitur in institutione conditionali, secus in substitutione Palma Nepos *all.* 342. *nu.* 5. & *all.* 343. *nu.* 7. contra *all.* 343. *num.* 8. & 14. Fusar. *de substit. quæst.* 64. *n.* 16. Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 26. *nu.* 15. *vers. respondetur tertio* Decian. *cons.* 1. *n.* 146. *vol.* 1.

25 Extensio semper admittitur, quando concurrit identitas rationis Palma Nepos *all.* 342. *n.* 44. & *all.* 351. *nu.* 12. Rota coram Pamphillo *decis.* 172. *n.* 2. & *dec.* 104. *nu.* 15. *versic. præsertim cum nulla part.* 16. & *decis.* 154. *num.* 12 & 13. *part.* 17.

26 Extensio de casu ad casum admittitur, quando Testator consideravit effectum, non formam, Palma Nepos *all.* 343. *nu.* 1. 2. 9. 13. & 14. Fusar. *de substit. qu.* 64. *num.* 29. Pacian. *cons.* 23. *num.* 54.

27 Extensio non dicitur, sed comprehensio, quando identitas rationis concurrit, Palma Nepos *all.* 203. *nu.* 48. Merlin. *dec.* 445. *n.* 6.

28 Extensio semper fit ad casum habentem majorem rationem, Palma Nepos *all.* 377. *num.* 9. Alba *cons.* 98. *n.* 14. *vol.* 1. Vide supra *n.* 1.

29 Extensio de persona, ad personam difficilius admittitur, quam de casu ad casum, Palma Nepos *all.* 46. *n.* 45. *tom.* 1.

30 Extensio non fit in statuto, quando in jure non expresso non militat eadem ratio, quæ in expresso, Palma Nepos *all.* 3. *nu.* 71. Mascard. *ad Stat. concl.* 4. *n.* 183.

31 Extensio non admittitur, quando in individuo unus casus est expressus, Rocca *cap.* 25. *n.* 22. Soccin. Jun. *cons.* 640. *col. fin. lib.* 1. Alexan. *cons.* 1. *n.* 15. *vers.* & *posito lib.* 1. Fab. de Ann. *cons.* 84. *n.* 17. & *per tot.*

32 Extendi debet dispositio in uno casu concepta ad alium omissum, similem tamen expresso, eumdemque habentem effectum, Rocca *cap.* 25. *nu.* 24. Bart. *in leg. Gallus*, §. & *quid si tantum n.* 3. *versic. primo casu, aut casus omissus ff. de liber.* & *posth.*

Limita, quando dispositio fuit facta in uno casu, in quo stricta fieri debet interpretatio Rocca *ibid. n.* 25. Bald. in *cap. suscepimus de rescriptis in* 6.

33 Extensio dispositionis datur ad casum evenientem, inspecta defuncti voluntate, quoties confertur in casum certum à Testatore consideratum, respectu alicujus effectus, licèt casus ille non eveniat, si tamen casus contingat, per quem idem sequatur effectus, Rocca *cap.* 25. *n.* 32. Peregrin. *cons.* 51. *nu.* 17. *libr.* 5. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. libr.* 11. *tit.* 56. *n.* 4. Menoch. *præsumpt.* 184. *nu.* 6. & *seqq. lib.* 4. Cyriac. *controv.* 478. *n.* 85. 90. & *controv.* 687. *n.* 32.

34 Extenditur Testatoris provisio facta in uno casu ad alium, in quo Testator similiter providisset, si illum cogitasset, Rocca, *cap.* 25. *nu.* 32. vide D. D. supra relatos.

35 Extensio admittitur in Testatoris dispositione de uno casu ad alium ex præsumpta, verisimilique voluntate, Rocca *cap.* 25. *n.* 41. in quo casu contraria procedant, *ibid.* Cyriac. *controv.* 301. *nu.* 26. Magon. *dec. Florent.* 37. *n.* 41.

36 Extensio non fit in contractibus de casu ad casum, de tempore ad tempus, neque de re ad rem, etiam si major militet ratio, Rocca *cap.* 25. *nu.* 47. Grat. *cap.* 716. *n.* 5. & *seqq.* & *cap.* 425. *n.* 7. & *cap.* 980. *nu.* 22. Card. Mantic. *de tac.* & *ambig. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 5.

37 Extendi non potest ad casum mortis conditio in contractu apposita, si à superioribus fuerit remotus, Rocca, *c.* 25. *n.* 48. Surd *dec.* 202. *per tot.*

Id tamen non procedit, quando mens eumdem produceret effectum, quem producit remotio, Rocca *ibid. n.* 49 Jo. Vinc. de Anna *alleg.* 92. *per tot.*

38 Extensionem non excludit ad casus similes, Dictio *eo casu eveniente*, quoties concurrit verisimilis, præsumptaque mens disponentis, Rocca *c.* 25. *num.* 50. Vide text. *in l. Gallus in princip. juncto* §. & *quid si tantum ff. de lib.* & *posthum.*

Nisi tamen fuerit dictum, *eo casu tantum*, & *non aliter*, Rocca *ibidem* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 3 *tit.* 14. *n.* 11. *vers. tunc autem* Card. De Luc. *de Fideicomiss. disc.* 53. *n.* 7.

Extendi id dicitur quod est, Rocca *c.* 59. *num.* 67. *libr.* 1. 39

Extensio non fit in dispensationibus Rot. coram Pen. *decis.* 619. *sub num.* 4. & 6. 40

§. EXTRANEUS. XXX.

1 EXtraneus, idest quilibet non habens mulierem in potestate, illam dotando, & nihil sibi expressè stipulando, videtur donare favore dotis, nec eum potest pœnitere, sibi postea ex intervallo stipulando, cùm incontinenti sit jus quæsitum mulieri ex privilegio tacitæ subintellectæ stipulationis, *l. un.* §. *accedit ubi glos. Cod. de rei ux. act.* dummodo tamen sequatur matrimonium, Jas. *in* §. *fuerat n.* 131. *Instit. de act.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 308. *per tot.* ubi quòd censetur stipulatio facta favore mulieris, quando stipulatus est sibi, vel cui de jure, idem Gratian. *discept.* 565. *num.* 25. & *cap.* 769. *num.* 9. & 77. vide *in* §. *Dos num.* 33. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 461. ubi loquitur in patruo, qui est tamquam extraneus, & sibi non stipulando dotem, ad eum non revertitur, imò si illam non soluit, potest conveniri ad illam solvendam, etiam matrimonio soluto, Bich. *decis.* 41. & *est eadem hic citata part.* 9. *recent.* Cabal. *cons.* 70. *num.* 4. *lib. pr.* plenè Boss. *tract. de dote cap.* 3. *num.* 99. & *seqq. fol.* 87. & *cap.* 8. *num. pr.* & *seqq. fol.* 261. &c. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos. pr. part.* 3. *fol.* 34. Paschal. *de Patr. potest. p.* 1. *c.* 4. *n.* 97. latè Carol. Anton. De Luc. ad Gratian *loc. cit.* Vide Brunnemann. *in dict. l. unic. a n.* 8. & *seqq. C. de rei uxor. action.*

Quòd restitutio, & cautio dotis sit facienda ipsi danti, idem Grat. *cap.* 666. *num.* 27.

Quis autem dicatur extraneus, vel non, ad diversos effectus, Tusch. *litt. E. concl.* 677.

2 Extraneus non habens mulierem in potestate potest sibi, vel cui voluerit stipulari restitutionem dotis, si dotata decedat sine filiis, intelligendo tamen nisi talis extraneus, ut puta frater teneretur dotare sororem ad illam excludendam à successione, vel nisi pater illi dotem reliquerit in testamento, nam tunc non potest sibi stipulari dotem soluto matrimonio, sed liberè spectat ad mulierem, ità ut possit de illa testari, & disponere ad libitum (si aliud non obstet) licèt secùs esset, quando valeret stipulatio, Gratian. *discept. forens. cap.* 769. *nu.* 2. & *seqq. ad* 37. vide *in* §. *Dos num.* 33. & §. *Uxor num.* Boss. *de dot. loc. cit.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. num.* 17. & Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *num.* 513. *tom.* 5. Brunnemann. *loc. supra cit.*

3 Extraneus dotans mulierem etiam divitem, censetur donare, nisi sibi stipuletur, juxta *l. un.* §. *accedit Cod. de rei ux. act.* Rota *p.* 9. *recent. decis.* 461. *num.* 2. & *seqq.* coram Bichio inter impressas ejusdem *decis.* 41. Fontanel. *de pact. nupt. d. claus.* 5. *glos. pr. part.* 3. *fol.* 34. ubi contrarium probat, quia in dote non habet locum actio negotiorum gestorum ad favorem extranei dotantis, sed prævalet præsumptio donationis, vide Ant. Gob. *Consult.* 15. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 35. *à num.* 582. *tom.* 5. ubi dat plures distinctiones; Vide Brunneman. *loc. supr. alleg.*

Si tamen supersit pater mulieris, vel alius, ad quem spectet onus dotandi, potest talis extraneus agere negotiorum gestorum adversus eum pro repetenda dote hujusmodi, cùm illius favore non videatur donasse, licèt etiam multi contrarium teneant, Grat. *discept. for. cap.* 769. *nu.* 66. & *seqq. ad* 80. vide Boss. *tract. de Dot. cap.* 3. *nu.* 109. & *seqq. fol. ubi* 90. & *cap.* 8. *fol.* 261. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *cap.* 308. *num.* 2.

4 Extraneus dans dotem pro muliere, & illam sibi restitui paciscens, non habet privilegium tacitæ hypothecæ pro illa consequenda in bonis viri, secundùm Ang. Plat. & *alios in* §. *fuerat Instit. de act.* quamvis Jas. *ibid. num.* 36. illos reprobando contra-

sium

rium teneat, de quo videndus Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 56. *per tot.* Neguf. *eod. tract. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 67. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 4. *n.* 63. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 47. qui omnes videntur primam opinionem probare.

5 Extraneus dotans, si sit debitor mulieris dotatæ, qualiter videatur promittere, vel solvere dotem non animo donandi, sed animo compensandi, Matt. Medic. *exam.* 34. *num.* 6. vide *in §. Debitor n.* 59.

Et an dominus dotans famulam, cui debebat salarium, dicatur dotasse animo donandi, vel compensandi, vide Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 36. *per tot.* ubi quòd censetur dotasse animo compensandi, nisi adsint conjecturæ aliud suadentes, de quibus Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 17. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. num.* 3. *&* Altimar. *loc. cit. num.* 504.

6 Extraneus obligatus ad restitutionem dotis, si vergat ad inopiam, potest conveniri pro restitutione, *glos. in l. si constante ff. solut. matrim.* Barc. *in l. si cum dotem §. transgredimur ff. eod.*

7 Extraneus an, & quomodo possit in suo testamento dare tutores impuberi, vel pupillo alieno, vide *in §. Mater num. & §. Tutor. num.*

Aliqua de extraneo, & extraneis indicat Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Extraneus fol.* 557. Joseph. Feliu. *Margarit. var. conclus. verb. Extraneus*, ubi de extraneo dotante, an videatur dotasse animo compensandi. Em. De Luc. *in Indice verb. extraneus*. Altimar. Palm. Mans. Piton. & alii moderni.

8 Extranei in conditione positi per testatorem non censentur vocati, etiamsi concurrant conjecturæ, ex quibus aliàs id esset præsumendum, Joseph. Rustic. *tract. de filiis in condit. posit. lib. pr. cap.* 3. *nu. pr. & lib.* 2. *c.* 3. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 635. *n.* 7. *&* 8.

9 Extranei non sunt capaces emphyteusis Ecclesiasticæ, nisi ex dispensatione Papæ, possunt tamen habere melioramenta, Cyriac. *contr.* 692. *nu.* 35. *& seqq.* vide in §. *Emphyteusis.* Vide Fulgin. *de divers. quæst. Emphyt. quæst.* 6. *n.* 8.

10 Patronus admittens extraneum ad secum præsentandum communicat illi fructum, seu quasi possessionem præsentandi cum consensu tacito Episcopi Piton. *de Jurepatr. alleg.* 100. *nu.* 31. *Tom.* 2.

11 Consanguineis collectivè vocatis, isti non censentur vocati per modum unius in concursu aliorum, qui sunt extranei appellativo nomine vocatorum Piton. *de Jurepatr. alleg.* 15. *nu.* 10. *tom.* 1. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 5. *artic.* 15. *sub n.* 2.

12 An hæres sanguinis, & bonorum possit revocare alienationem Jurispatronatus mixti factam in extraneum Piton. *de Jurepatr. alleg.* 37. *sub n.* 13. *& alleg.* 46. *n.* 13. Rota *dec.* 151. *nu.* 18. post Vivian. *de Jurepatr. & dec.* 267. *n.* 6. *part.* 6. *recent.*

13 Extraneus imputat fructus in Trebellianicam De Luc. *de Legit. disc.* 33. *n.* 6. & quod etiam hæredes sui id pati deberent De Luc. *n.* 24. *ibid* Quid si ab initio alienaverit, & postea fructus percepit, an alienatio substineatur De Luc. *d. disc.* 33. *n.* 9. *&* 16. *cum seq.* Quodque in dolo dicatur alienando pro sua Trebellianica De Luc. *nu.* 20. *&* 21. *ibid.* Rota apud Cels. *dec.* 167. *n.* 4.

14 Extraneus ubi sit institutus, an operetur clausula codicillaris De Luc *de Testam. disc.* 59. *num.* 9. Rota *dec.* 405. *n.* 35. *& seqq. part.* 9. *recent.*

15 Extraneus non dicitur Testator, qui non habeat filios, & disponat cum filiis Fratris De Luc. *de Fideic. disc.* 82. *n.* 12.

16 Extraneus dotans mulierem binubam potest præjudicare filiis primi Matrimonii Palma Nepos *dec.* 448. *n.* 15. *fol.* 163. Bald. *in l. hac edictali nu.* 20. *Cod. de secund. nupt. & in consil.* 495. *libr.* 5. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 48. *per tot.*

17 Extraneus constituendo dotem, potest super ea fideicomissum imponere Otthobonus *dec. pr. num.* 42. vide Merlin. *de legit. libr* 3. *tit.* 1. *quæst.* 9. *n.* 44.

18 Extraneus pro dotanda Nepte reputatur Parrous Otthobonus *d. decis. pr. n.* 43. Grat. *discept.* 308. *n.* 2.

19 Extranei non admittuntur ad præsentandum durante linea substituti Baldue. *de legatis tit.* 3. *dec.* 2. *n.* 1.

Rota *decis.* 96. *n.* 18. *part.* 6. Paris. *cons.* 48. *à num.* 6. *usque ad* 9. *libr.* 4. Gabr. *cons.* 96. *n.* 2. *lib.* 2.

Extraneus an appellet, & dicat de nullitate pro extraneo condemnato Altimar. *de Nullitatib. rub.* 4. *q.* 28. *n.* 22. *& seqq. & q.* 29. *tom.* 1. 20

Extraneus potest hæreditatem adire etiam clausis tabulis Palma Nepos *dec.* 8. *nu.* 35. Castrens. *in l. si fratris tui* per illum text. & gloss. *C. de Jur. deliber.* 21

§. EXTREMUM. XXXI.

EXtremum primum in judicio Salviani interdicti, nempè possessio illius, qui rem obligavit, probatur ex clausula constituti quoad ipsum constituentem, & habentes causam ab eo, Natt. *cons.* 439. *nu.* 3. *lib.* 2. Scap. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 28. Duran. *decis.* 401. *n.* 6. Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 488. *num.* 6. *& part.* 16. *decis.* 78. *& decis.* 97. vide *in §. Constitutum num. §. Salvianum num. & §. Possessio nu.* Rot. post Zacch. *de oblig. cam. dec.* 187. *n.* 6. a

Contrarium, sed malè per errorem tenuit Mazzol. *cons.* 107.

Probatur etiam ex instrumento venditionis, quam fecit debitor cum clausula constituti, & ex communiter accidentibus, nempe quòd census non soleant imponi nisi super rebus possessis, Duran. *d. decis.* 401. *nu.* 6. *&* 7. ubi allegat Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 35. *num.* 4. sed in meo Codice non invenitur. Primum dictum de instrumento venditionis, sequitur aliis relatis Urceol. *Consult. forens. cap.* 25. *n.* 3. *ubi etiam n.* 2. quòd creditum probetur ex eo, quòd res vendita reperitur obligata, *& c.* 26. *num.* 8. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 373. *num. pr. et part.* 16. *decis.* 78. *et* 97.

De tribus requisitis, vel extremis Salviani, ut in eo substineri possit, nempè credito cum hypotheca, possessione debitoris, tempore contractus, vel postea, & possessione eorumdem bonorum obligatorum penes reum conventum, & qualiter unumquodque probetur dixi *in meis resolut. capitul.* 44. *per tot.* ubi adde Altogr. *consil.* 4. *numer.* 2. *& lib. pr.* Merlin. *de pignor. libr.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 77. *numer.* 27. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 135. *numer.* 2. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 69. *et seqq.* ubi de dictis terminis, & qualiter probari possit per instrumenta, & scripturas publicas, per testes, per clausulam constituti, per confessionem partis, ac aliis legitimis probationum generibus, Merlin. *dec.* 333. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 324. *n.* 1. *& seqq. & decis.* 373. *n.* 1. *& seqq. d. part.* 9. *& part.* 13. *dec.* 455. *& dec.* 488. *n. pr. et seqq. part.* 16. *decis.* 78. *per tot. & decis.* 97. *per tot. & part.* 18. *dec.* 124. *n. pr. & seqq.* Rot. coram Gregor. *dec.* 441. *n.* 6. De Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 52. Rot. cor. Otthob. *decis.* 79. *n. pr. &* 2. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 19. *n.* 5.

Non tamen probatur dictum primum extremum ex eo, quòd mater debitoria uti tutrix remanserit in possessione, quia licèt possessio matris præsumatur tutoris nomine, ut dixi *in §. Mater nu.* tamen cùm potuerit remanere in possessione ratione alicujus juris sibi competentis, non sufficit hæc præsumptiva probatio, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 337.

De primo extremo probando, quando, & ex quibus dicatur probatum, vel non in judicio spolii, & similibus, Tusch. *litt. E. concl.* 682. *per tot.* Ridolphin. *p.* 2. *cap.* 14. *n.* 91. *& seqq.* vide *in §. Remedia n.* 17. Vide Pellegrin. *loc. supra allegato nu.* 7.

Extremum primum in Salviano, licèt per librum æstimi non plenè probetur in præjudicium tertii, ex quo appareat rem tempore contractus fuisse allibratam debitori, præsumptivè tamen probatur ad effectum transferendi onus probandi contrarium in adversarium, Scapuc. de Salvian. *lib. pr. quæst.* 29. *per tot.* Genu. *de script. priv. lib.* 5. *tit. de lib. æst.* 3. *fol. mihi* 278. vide *in §. Fideicommissum n. & §. Liber. n.* a

Florentiæ vigore legum municipalium, bona licèt alienata, si non fuerint transportata ab æstimo alienantis ad æstimum acquirentis, & donec debeantur ab æstimo alienantis, & ponantur ad æstimum acquirentis, remanent affecta pro omnibus obligationibus, &

& debitis contractis ab ipso venditore, vel alienante etiam post alienationem, ut dixi *in Pract. §. Boni n. 5. et nu.* 12. & sic donec reperiuntur descripta sub nomine debitoris præsumuntur ab eo possessa, & probatur primum extremum Salviani.

3 Eatremum primum in Salviano an probetur per unum testem tantum, contrarias opiniones refert Scapuc de Salvian. *lib. pr. quæst.* 30. *per tot. ubi num.* 2. dicit Rutam Romanam ampleaam fuisse opinionem negativam, nisi cum unico teste concurrat etiam juramentum suppletorium, & vide Pacif. de Salv. *Inspect. pr. cap.* 7. *n.* 41. *etc.*

Probatur tamen per testes singulares, cùm hujusmodi siogularitas dicatur adminiculativa, ex quo agitur io actibus successivis, & tendentibus ad eumdem finem, ut quando unus testis deponit de uno actu possessorio, alius de alio, Scapuc. *d. tract. qu.* 31. *per tot. lib. pr.* vide *in §. Possessio nu... et §. Testis n... per tot.*

4 Extremum primum Salviani an possit probari per confessionem rei conventi babentis suum auctorem in responsione ad positiones, negativè concludendum videtur, ex eo quia reus non tenetur respondere hujusmodi positionibus, Surd *decis.* 22. Pacif. de Salvian. *inspect. pr. cap.* 7. *nu.* 39. Michalor. *de posit. c.* 49. Fenzon. *ad stat. Urb. dec.* 39. de Angel. *de Confess. lib. pr. quæst.* 7. *effect.* 7. *n.* 2.

Contrarium tamen si reus affirmativè responderit tenet Scapuc. de Salviao. *lib. pr. quæst.* 32. *per tot.* dixi *in meis resol. cap.* 44. *n.* 12. 13. & auctoritate Rotæ Romanæ probat Altograd. *cons.* 4. *num.* 11. *lib. pr.* vide *in §. Positio num.* Vide Pellegrin. *loc. cit. nu.* 7. *in fine.*

5 Extremum ultimum Salviani, nempè possesso rei conventi, plenè probatur ex sustentatione litis, Rot. *in Firmana Salviani* 24. *Maii* 1632. *coram Pirovano n.* 4. *in Noviss. part.* 6. *decis.* 135. Duran. *dec.* 401. *n.* 10. *& decis.* 461. *n.* 1. Altograd. *consil.* 4. *nu.* 12. *lib.* 1. *& cons.* 2. *n.* 71. *lib.* 2. ubi loquitur in spolio Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 82. *fol.* 270. Pacif. de Salvian. *inspect. pr. nu.* 5. *& seqq.* ubi tradit plures alios modos ad hujusmodi probationem faciendam, de quibus etiam Ridolphin. *in pract. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 85. *& seqq.* Rot. cor. Ottbob. *dec.* 79. *n.* 3.

Ex quibus dicatur probatum secundum extremom io spolio, & similibus, Tusch. *litt. E. conclus.* 683. *per tot.* & quommodo primum de Angel. *de confess. loc. citat. n.* 3. *& lib.* 2. *quæst.* 41. *n.* 4.

6 Extrema habilia an, & quando possint simul conjugi, vel non, si medium sit inbabile, & quid medio illo inhabili sublato, Tusch. *litt. E. conclus.* 684. *per tot.* Portogal. *de donat. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 37. *et* 39.

Extremis probatis licèt media præsumantur, *c. inter dilectos de fid. instrum. cap. nec cedens de convers. conjug. et glos. in cap. per tuas de condit. appos.* tamen hæc regula non procedit, quando quis certum tempus continuum probare tenetur, & constat de mente testatoris, qui æquè de extremis, & mediis sollicitus fuit, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 804. *n. pr. et seqq.* ubi io terminis legati pro scolaribus & Doctoribus, facit quod dixi *in §. Possessio nu.* 30. *et in §. Legatum n.* 68. Mantiss. ad ornatum Card. De Luc. *lib.* 3. *decis.* 27. *nu.* 25. *vol. pr.*

7 Extremum primum Saliavni debet probari, nempè quòd res hypothecata fuerit in libero, & absoluto dominio debitoris, aliàs cessat Salvianum, nec dicitur ad bunc effectum res unquam fuisse in dominio debitoris, etiam si illam babuerit in dotem inæstimatam ab uxore, & postea simul cum uxore cesserit filiæ communi io dotem, ex qua cessione videbatur resultare tacita emptio, & venditio inter conjuges, & consequenter bypotheca ad favorem creditorum, ad quem effectum sufficit etiam momentanea aequisitio dominii penes debitorem, quia consensus limitatus operatur tantum ad favorem personarum, pro quibus fuit præstitus, & ex aliis rationibus ponderatis, per Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 40. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Venditio nu.* 15. Rot. *d. part.* 14. *decis.* 230. ob quòd nec ad dictum effectum sufficit bona esse assignata uxori propter inopiam viri, & cadant sub hypotheca ad favorem creditorum uxoris, quando verè oon subsistebat causa restitutionis dotis, & cum res aliena hypothecari non possit, debet constare de domioio debitoris, aliàs deficie primum eatremom quoad bypothecam, quod est fundamentale, & cessat Salvianum.

Quòd imò regulariter in Salviaoo sufficiat probare solam possessionem absque dominio, quæ possessio probatur ex instrumeoto locationis effectuatæ, vel aliundè adminiculatæ, Ludovis. *dec.* 318.

Eatremum primum Salviani, quoad creditum, 8 debet esse certum, & liquidum, nec sufficit de eo constare in genere, sed necesse est apparere de vera, & certa quantitate crediti, ut sciri possit pro qua summa sit immittendus creditor, & pro qoo tempore, ut debitor possit docere de satisfactione, vel possessor offerre creditum actori, & evitare judicium, quod facere non potest nisi certa, & liquida sit quantitas crediti actoris, & ideò si non sit talis potest denegari immissio, vel concessa est nulla, Pac. de Salvian. *c.* 5. *n.* 2. *inspect. pr.* Grat. *decis.* 22. Merlin. *de pign. quæst.* 75. *n.* 40. *lib.* 3. & alii quos refert, & sequitur Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 187. *nu.* 12. *et seqq.*

De extremis probandis Card. Tusch. litt. *E.* & me unicè citato Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Extremis*, *fol.* 558.

Extrema probanda in remedio, *cap. reintegranda*, 10 *&c.* sunt possessio antiqua agentis, & nova rei cooventi, & istis probatis obtinet actor, quomodo probentur, & alia, Cyriac. *contr.* 604. *n. pr. & seqq.* vide in *§. Remedium.*

Eatremis probatis qualiter præsumantur media, *c.* 11 *inter dilectos*, ubi Abb. Felin. & alii *de fid. instrum.* cum similibus adductis per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 66. *nu. pr. &* 2. Ramon. *cons.* 37. *nu.* 162. ubi quòd probatis extremis, dicitur probatum medium esse ejusdem qualitatis, facit quod dixi in *§. Vicinus n.* 15. *in addit.*

Estrema in judicio spolii, ut obtineantur, justificari 12 debent Ottbobonus *dec.* 104. *num.* 4.

Eatrema duo in spolio quomodo probari debeant Pellegrio. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect. intersect.* 19. *n.* 32.

Extremum primum in spolio, probatur ex instru- 13 mento emptionis Ottboboous *dec.* 137. *num. pr.*

De probatione extremorum in spolio latè Pellegrin. *loc. cit. à n.* 32.

Item primum extremum probatur ex associatione petita contra spoliatum, ac obtenta, illiusque executione Ottbobonus *d. dec.* 137. *num.* 3. Rota coram S. M. Gregor. *decis.* 105. *n.* pr. *& decis.* 362. *in princip. in recentior. decis.* 406. *n.* 2. *part.* 4. *& decis.* 229. *n. pr. p.* 7. *& in Cornetana reintegrationis* 26. *Junii* 1641. *cor.* R. P. D. meo Bichio.

Secundum eatremum in spolio probitur ex litis fubsteoratione juncto aliquo admioiculo Ottbobonus *d. decis.* 137. *num.* 20. Rota coram Sanct. mem. Gregor. *decis.* 105. *nu.* 2. *& decis.* 209. *nu.* 1. cor. Buratt. *decis.* 171. *n.* 7. *& decis.* 453. *& decis.* 736. *utrobique num.* 1.

Extsemis Salviani justificatis, conceditur immissio 14 Palma nepos *dec.* 389. *n.* 1. Pacific. *de Salv. inspect.* 1. *cap.* 5. *&* 6. Rot. *in rec. dec.* 267. *num.* 1. *& seqq. & dec.* 394. *pariter num.* 1. *cum seqq. part.* 14. *& dec.* 405. *n.* 1. *& seq. p.* 16.

Finis Libri Quinti.

MAR-

MARCI ANTONII SABELLI J. U. D.

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.

LIBER SEXTUS,

De littera F.

§. FACTUM. I.

1 FACTUM Principis dicitur casus fortuitus, & censetur reservatum in qualibet promissione, Gratian. *discept. for. cap.* 520. *nn.* 25. *&* 26. *cap.* 884. *n.* 15. *& cap.* 989. *n.* 8. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 357. *num.* 107. *& seqq.* ubi qualiter promittens etiam cum juramento, excusetur ab implemento, si facto Principis fuit impeditus adimplere, Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 38. *per tot.* De Marin. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 187. *n.* 11. Vide Card. De Luc. *de Credit. disc.* 54. *n.* 15. *de Fideicommiss. disc.* 157. *n.* 4.

Si tamen fuerit prævisum, & cogitatum à partibus non excusat idem Gratian. *discept.* 465. *num. pr. & cap.* 534. *n.* 31. 32. *&* 57. vide *in* §. *Impedimentum n.* 4. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 46 *n.* 29. *& seqq.*

2 Factum Principis, an & quando habeatur pro impossibili tamquàm pendens ab ejus voluntate, vide in §. *Impossibilitas n. pr. et* §. *Legatum n.* 13. Tusch. *litt. P. concl.* 698.

Quòd non habeatur pro impossibili, quando agitur de removenda injuria, & injustitia, & reducendo rem ad juris tramites, cum ad id teneatur aa justitia, Altograd. *cons.* 45. *n.* 36. *libr.* 2.

Sicut nec etiam habetur pro impossibili, quando agitur de re, vel dispensatione, quam solet de facili concedere, & tunc imputatur ei, qui à Principe non impetravit, *l. qui cum major, ff. de bon. libert. et. l.* 2. §. *tenturi, ff. ad Tertull.* Martha *vot. Pis.* 50. *nn.* 58. *& seqq.* Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 371.

3 Factum judicis habetur pro facto partis, Gratian. *discep. for. c.* 544. *n.* 17. 47. & Duran. *dec.* 445. *nn.* 46. *&* 47. ubi *n.* 89. declarat procedere tantum quoad obligandum debitorem de evictione, & vide Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 93. *n.* 25. Tusch. *litt. F. conclus.* 30. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3675. Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 40. *per tot.* ubi extendit ad factum Principis, & etiam arbitri intelligendo de facto justo, & legitimo, vel etiam injusto, si agatur de præjudicio tertii, vel ne fraudetur intentio legis, ac etiam intelligendo de judice competente; qualiter autem præsumatur pro facto officialis in his tantùm, quæ sunt circa ejus officium, & in permissis, secus in prohibitis, idem Costa *loc. cit. spect.* 41. *per tot.* Vide Baldue. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 31. *n.* 6. De Luc. *de Feud. disc.* 36. *n.* 14.

4 Factum proprium non potest impugnari, nisi sit nullum ipso jure, quo casu impugnatur etiam si sit juratum, quia juramentum non convalidat actum ipso jure nullum, Magon. *decis. Flor.* 91. *nn.* 15. *et seqq. & decis.* 92. *nn.* 29. *& seqq.* Rot. *part.* 2. *div. decis.* 110 *num.* 6. *et seqq.* Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 93. *n.* 23. *et* 24. Altograd. *cons.* 27. *nu.* 17. *et seqq. lib.* 1. Ricc. *Collect.* 2497. vide *in* §. *Hæres n.* 16. §. *Juramentum n.* *et* §. *Alienatio nn.* 33. Costa *de facti scient. et ignorant. inspect.* 9. *per tot.* ubi quòd si factum fuit validum, non potest impugnari, sed benè quando fuit nullum etiam favore privato, si agatur de præcepto legis, vel forma à lege præscripta non servata, secus autem si de præcepto hominis, ut ibidem benè distinguit, & declarat. Altimar. *de nullit. rubr.* 8. *quæst.* 14. *num.* 79. *et seqq. tom.* 1. Vide Baldue. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 34. *nu.* 18. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 7. *decis.* 32. *nn.* 8. *libr.* 8. *decis.* 2. *n.* 14. *vol.* 1.

5 Facta sunt potentiora ad inducendum consensum, & ratificationem, quàm verba, quia verba possunt esse falsa, & simulata, facta verò minimè, ut benè exornat Barbos. *dict. Axiom.* 93. *n.* 6. *et seqq. ad* 12. latè Tusch. *litt. F. conclus.* 15. *per tot. et conclus* 20. *per tot.* Ludovis. *dec.* 247. *n.* 18. ubi reddit rationem, quia sæpè homines dicunt aliud, quam velint, raro autem faciunt contra id, quod sentiunt Fagnan. *sup. Decretal. in indic. verb. factum* Rocc. Episc. *c.* 96. *n.* 23. Emerix jun. *dec.* 280. *n.* 8.

6 Factum unius non debet alteri nocere, quia non est æquum, aliquem facto alterius prægravari, ut probat Barbos. *d. Axiom.* 93. *n.* 21. *et* 22. Ricc. *Collect.* 725. *et* 1551. facit quod dixi *in* §. *Conditio nu.* *et* §. *Legatum n.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 694. *n.* 5. Giurb. *cons.* 36. *num.* 26. Baldue. *tit.* 3. *de Legat. decis.* 22. *n.* 47. Palm. nep. *dec.* 370. *n.* 83. 88. 91. *et* 93. *tom.* 4.

De facto procuratoris, famuli, Patris, Prælati quando noceat domino, filio, & Ecclesiæ, Ricc. *Collect.* 852. 1605. 1549. *et* 1550. Costa *de facti scient. et ignorant. inspect.* 39. ubi de facto Prælati, *et inspect.* 49. *et seqq.* ubi de facto Monaci, filiifamilias, coloni, mariti, uxoris, procuratoris, parentum, creditoris, debitoris, venditoris, socii, & hujusmodi an, & quando aliis præjudicet, vel non.

Quando autem factum à majori parte, & ab omnibus factum censeatur, ita ut præjudicet aliis in minori parte contradicentibus, vide Franch. *dec.* 2. *per tot.* & facit quod dixi *in* §. *Universitas n.* Costa *de facti scient. et ignor. inspect.* 30. *per tot.* Altim. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 3. *quæst.* 31. *à nn.* 1014. *tom.* 5. Vide Pont. *de Potest. Proreg. tit.* 4. *de Regal. impos. n.* 22. Rocc. *resp.* 67. *n.* 3.

7 Facta non præsumuntur, nisi probentur, quia sunt de sui natura incerta, & dubia, ac ideò indigent probatione Barbos. *dict. Axiom.* 93. *n.* 27. *et* 28. & benè probat summatim ampliando, & limitando, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *num.* 83. *et seqq. ad* 155. *fol.* 429. Tusch. *litt. F. concl.* 10. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 732. *per tot.* ubi duobus modis ampliat, & tribus limitat, *et conclus. seqq.* quid in factis antiquis, an factum præsumatur quod de jure erat faciendum, & alia ad rem, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 1. Costa *de facti scient. et ignorant. inspect.* 13. ubi quòd dicta regula non procedit in usitatis, & consuetis fieri, neque in factis notoriis, aut publicis, neque quando sunt specialiter enunciata in instrumento, neque ad vitandum perjurium, vel falsitatem, quia ad hunc effectum facta præsumuntur geminata, &c. Carlev. *tit.* 3. *de Judic. disp.* 8. *num.* 9. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 608. *n.* 9. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 14. *n.* 6. *vol. pr.*

8 Facta multa tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, intelligendo quando ab initio non sunt omninò invalida, & prohibitio stat in accidentalibus, non in forma, vel substantialibus, Barbos. *dict. Axiom.* 93. *n.* 30. *et seqq.* ubi pluribus modis exemplificat, latè Tusch. *litt. F. conclus.* 12. *per tot.* Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 10. *per tot.* ubi quòd dicta propositio non procedit in habentibus perpetuam cau-

causam prohibitionis, neque voto solemni obstante &c. Salgad. *prim. part. de resent. cap.* 10. *à n.* 47.

Facta de facto sunt etiam de facto revocanda, & quando secus latè Tosch. *litt. F. concl.* 11. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu.* 2. *n.* 12. & 13. *tom. pr.*

Qualiter autem verba *de facto* exponantur, idest contra jus, vel præter jus, & quid aliud significent, idem Tusch. *litt. F. concl.* 14.

Quid si factum merum, & quid operetur, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 18. *per tot.*

Et plurima de intellectu dicti verbi, vel distinctionis *factum*, tradit Costa *tract. de facti scient. et ignorant. inspect. pr. et seqq.* ubi etiam de ejus divisione, & subdivisione.

Factum alienum promittens ad quid obligetur, & quando tenetur ad pœnam, vel interesse ob non factum, latè Tosch. *litt. F. conclus.* 25. *per tot. dixi in §. Promissio numer.* 25. Mantic. *de tacitur. lib.* 14. *tit.* 25. *numer.* 43. *et sequent.* Gregor. *decis.* 241. *n.* 1. *et seqq.* ubi Addit. *numer.* 8. Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 43. *n.* 36. *et part.* 11. *decis.* 150. *per tot.* Costa *de facti scient. et ignor. inspect.* 21. *per tot.* Afflict. *dec.* 295. Franch. *decis.* 624. Gizzarel. *dec.* 22. *num.* 6. ubi Didac. Mari in Addit. *nu.* 2. & Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 116. *nu. pr. decis.* 129. *nu.* 13. & *decis.* 479. *num.* 9. & *seqq.* ubi quòd promittens curare, & ita facere, ut alter quid faciat, aliàs ad omnia damna teneri volens, satisfacit adhibendo omnem diligentiam, & conatum, & de hoc docto, & non sequuto facto alieno promisso, ultra non tenetur, & contraria procedunt, quando apparet verè voluisse se præcisè obligare, & non ad solas diligentias; & ideò etiam solet addi quòd faciendo totum posse, non excusetur, Rot. *par.* 14. *decis.* 41. *num.* 3. & alias sufficiunt diligentiæ ut supra, & Rot. *part.* 18. *decis.* 471, *num.* 16. Vide Card. De Luc. *de Donat. disc.* 2. *n.* 8. *disc.* 4. *num.* 16. Mantiss. ad eumdem De Luc. *libr.* 6. *decis.* 9. *num.* 3. *vol.* 3.

Qualiter factum alienum impleatur per dationem fidejussoris, vel promissionem de conservando indemnem, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 26.

Quando detur executio pro non facto, idem Tusch. *lit. C. conclus.* 27. *per tot.* facit Sanselic. *decis.* 216. *per tot.* plenè Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 3. *per tot.* ubi plura quomodo sit facienda executio obligationis ad factum.

De promissione facti proprii, vide *in §. Promissio n.* 3.

11 Facta tempore tyrannidis an sint nulla, vel saltem adveniente justo domino revocanda, vide Roland. *cons.* 3. *nu.* 24. & *vol.* 1, Paul. Christin. *dec. Belg.* 14. *vol.* 2.

12 Factum aliquid promittens, si non fecit, debet haberi pro facto in præjudicium promittentis, & illius hæredum, Alex. *in l. debitor* 59. *nu.* 16. *ff. ad Trebell.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 404. *n.* 14. & vide *in §. Cessio num.* 53.

Et intrat obligatio ad damna, & interesse, *l. stipulationes non dividuntur, ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio fine*, ubi Alex. & Jas. *ff. de re jud.* Surd. *cons.* 330. *num.* 5. *lib.* 3. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 129. *num.* 13. & *part.* 18. *decis.* 696. ubi etiam de modo, & praxi agendi Castill. *de Usufruct. c.* 13.

An autem condemnatus ad factum, solvendo interesse, liberetur, Mantic. *de tacit.* & *ambigu. lib.* 14. *tit.* 22. Cyriac. *lib.* 1. *contr.* 103. Fontanell. *dec.* 252. & 253. & alii relati ab Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 8. *num.* 24. ubi etiam *per tot.* de modis compellendi ad factum, & dixi *in §. Cessio num.* 53.

Plura de obligationibus facti, & quando quis præcisè possit compelli ad factum promissum implendum, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 523. Costa *de facti scient.* & *ignorant. inspect.* 33. *per tot.*

An, & quando vera, & præcisa facti difficultas, ad quod quis se obligavit excuset à mora, & pœna, benè idem Costa *d. tract. inspect.* 58. *per tot.*

13 Factum præsumitur ab eo, qui facere tenebatur in iis, quæ impensam requirunt, ut benè probat Ludovis. *decis.* 250. *num.* 7. ubi etiam Beltramin. exemplificat, vide *in §. Actus num.* 4. Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 734. ubi etiam qualiter præsumatur factum quod de jure erat faciendum, Costa *de facti scient.* & *ignorant. inspect.* 35. *per tot.* & *inspect.* 36. ubi quòd ad conservationem juris realis sufficit factum à quocumque fiat.

Item factum præsumitur ab eo factum, cujus utilitatem respicit, nisi tenuis sit utilitas, & damnum alterius ingens, vel nisi constet de dolo tertii, vel nisi utilitas sit tantùm in consequentiam, vel factum non sit ordinatum ad illam, vel nisi agatur de pœna ordinaria, quæ non imponitur etiam ex præsumptionibus violentis, sicut etiam regula non procedit, non constito de scientia ejus, de cujus utilitate agitur, Costa *de facti scient.* & *ignorant. inspect.* 34 *per tot.* Quòd factum intelligatur ab eo, cujus fieri interest Ricc. *p.* 7. *coll.* 3007.

Multa de factis diversis, faciendis, & facientibus, quid operentur, quomodo intelligantur, & alia, Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Factu* Com. August. Fontan. *in Bibliotb. leg. part.* 4. *eod. verb. fol.* 559. &c. Jo. Torre *in Indice generali totius tract. de success. in Majorat.* & *Primog. Ital. in fine part.* 3. *verb. Factum.* Plura Em. De Luc. *in Indic. general. verb. fact.* Fagnan. *super Decretal. pariter in Indic.* Emerix Caprar. Ansald. Altimar. Piton. Mans. Palm. & alii recentiores. 14

Qui factum promisit, an sit omninò cogendus, vel solvendo æstimationem, sive interesse, satisfaciat, quibus casibus teneatur omninò adimplere, & alia, Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 6. *per tot.* Cyriac. *contr.* 677. & *c. contr.* 103. *per tot.* ubi de promittente factum uxoris, quod scilicet renunciabit, vel ratificabit, quando, & ex quibus possit excusari, si non sequatur effectus. 15

Factum non attenditur, sed potiùs quid fieri debeat, Fagnan. *in c. cum causam, num.* 5. *de elect.* vide text. *in cap. legimus ante finem distinctionis* 93. & *in cap. quia ingredientibus de testamen.* Palm. nep. *decis.* 83. *n.* 28. *tom.* 1. 16

Facta contra jus habentur pro non factis, & quæ de facto processerunt de facto retractari debent, Fagnan. *ibid. num.* 7. & vide *c. ad præsentiam, de appellat. c.* 1. & ibi Joan. Andr. & DD. *ut lite pendent* notatur in *l.* 1. *§. Nuntiatio ff. de novi oper. nuntiat.* & *in cap. Primates in gloss. in ver. Retractandam* 2. *quæst.* 1. 17

Factum aliquid non censetur, si factum non duret, Fagnan. *in c. Porrectum num.* 62. *de Regul.* vide *cap. constat* 1. *qu.* 1. *cap. Vides* 23. *qu.* 6. *l. Si filius ff. quod cum eo, qui alien. possess.* & *l. si pro parte §. Versum ff. de in rem verso.* 18

Factum Hominis an, & qualiter concurrat cum Ministerio juris, Fagnan. *in c. cum contingat, num.* 50. & *seqq. de decim.* 19

Facti quæstio habet complicationem, & mixturam inseparabilem cum quæstione juris, Fagnan. *in cap. Tuam, num.* 54. *de ordin. cognit.* vide Fulgos. *cons.* 133. *incip. in quæstione circa finem.* 20

Facta sunt potentiora, quàm verba, ad constituendum in quasi possessione legitimitatis, Fagnan. *in c. Lator n.* 30. & *num.* 65. *qui Filii sint legit.* 21

Factum suum illicitum, & peccati nutritivum, quandoque Episcopus retractare non potest, Fagnan. *in cap. Veniens, n.* 10. *de Fil. Presbyt.* vide *cap. quòd quis commisit* 35. *q.* 9. & *cap. Nosti de elect. cum concord.* 22

Facto, qui mentitur, & mente concipit verum, non est à mendacio immunis. Fagnan. *in cap. Falsidicus num.* 116. & 146. *de crimin. falsi.* 23

Factis, aut verbis significare id, quod non est, numquam licet, sed prætermittere significare id, quod est, aliquando licet, Fagnan. *ibid. n.* 164. D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 111. *art.* 1. *ad quartum.* 24

Factum contra legis prohibitionem non valet, quamvis lex non procedat ad annullationem actus, Fagnan. *in c. Et si unanimiter num.* 5. *de Postulat. Prælat.* 25

Factum legitimè non retractatur, licèt deveniat ad eum casum, à quo inchoare non potuit, si actus fuerit perfectus, & consummatus, aliàs secus, Fagnan. *in cap. Dilectus, il secondo, n.* 11. *de Præben. l. Si metallum, §. Si servo alieno, ff. de his quæ pro non script. hab. l. Patre furioso, ff. de his quæ sint sui vel alterius juris* Oldrad. *cons.* 58. *num.* 4. 26

Factum ab honesta, & provida persona, licèt aliàs videa- 27

videatur de genere malorum, non præsumitur factum illicitè Fagnan. *in c. Nisi essent*, *n.* 2. *de Præb.* ubi communiter alii Canonistæ.

28 Factum idem diversis respectibus potest simul approbari, & reprobari, Fagnan. *in c. Dilectus il* 1. *n.* 6. *de Præbend.*

29 Audiendus non est veniens contra factum proprium Emerix. junior. *dec.* 5. *nu.* 8. Rota *recen. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 708. *n.* 17.

30 Causæ factorum magis inspiciendæ sunt, quàm facta ipsa Emerix junior. *dec.* 989. *n.* 3. Rota *decis.* 320. *num.* 6. cor. Card. Mantic. *decis.* 7. *num.* 8. cor. Card. Celso *decis.* 158. *n.* 5. *& decis.* 166. *n.* 17. penes Posth. *de Manuten.*

31 Homines licèt quandoque dicant quod non sentiunt, raro tamen faciunt contra id, quod sentiunt Emerix jun. *dec.* 280. *n.* 9. Rota *decis.* 247. *num.* 18. coram San. Mem. Gregorio XV.

32 Princeps non potest facere, quod factum non sit factum Emerix jun. *dec.* 355. *n.* 7. Garz. *part.* 5. *cap.* 2. *num.* 166. *in Fine.*

Potest tamen facere, quod factum habeatur pro non facto, quoad effectus juris Emerix jun. *dec.* 355. *n.* 8. vide Garz. *loco citato.*

33 Variato facto, variatur quoquè juris dispositio Emeris junior. *dec.* 578. *n.* 1. Alfenus *in l. si ex plagis §. in Clivo ff. ad leg. Aquil.*

34 Factum non dicitur totum completum, quando remanet aliquid faciendum Balduc. *de dot. tit.* 4. *dec.* 39. *n.* 6. Conciol. *alleg.* 59. *n.* 39. Cyriac. *contr.* 546. *n.* 41. Gregor. *dec.* 261. *num.* 3.

35 Factum nudum implementi, vel non implementi conditionis attenditur non attenta ex cujus culpa id proveniat De Luc. *de donat. disc.* 4. *n.* 17.

36 Factum difficilius tollitur, quàm faciendum impediretur De Luc. *de cred. disc.* 89. *n.* 14. *de Feud. disc.* 210 *n.* 15., ubi de dicterio turpius eiicitur &c. Surd. *cons.* 64. *num.* 7. & alii frequenter.

37 Factum auctoris, seu defuncti, cujus sit hæres, quando quis teneatur ratum habere, etiam in rebus propriis, vel possit impugnare, declaratur De Luc. *de fideic. disc.* 128. *n.* 7. *disc.* 129. *n.* 5. *disc.* 145. *num.* 3. *disc.* 161. *nu.* 9. Buratt. & Adden. *decis.* 154. Rot. *in Romana residui dotis* 15. *Decembris* 1658. *&* 5. *Junii* 1660. coram Cerro.

38 Meliora sunt facti motiva, quàm juris, & majoris ponderis est una uncia illius, quàm centum libræ juris De Luc. *de Empb. disc.* 2. *n.* 3.

39 Factum unius correi debendi nocet æqualiter alteri correo Rota *dec.* 424. *n.* 26. *in recen. part.* 19. *tom.* 2. Bich. *decis.* 306. *num.* 35. *&* 36.

40 Factum quoties mutatur, vel non subsistit, diversa quoquè statui debet sententia Ansald. *dec.* 29. *nu.* 9. Angel. *cons.* 391. *sub princ.*

41 Facta multa tenent, quæ ab initio fieri prohiberentur Ansald. *dec.* 35. *n.* 19.

42 Factum à persona repræsentante censetur factum à persona repræsentata Ansald. *dec.* 97. *n.* 24. vide text. singularem *in l. si Titia cum Testamento §. ex conditione ff. de legat.* 2.

43 Facti negatio, ejusque præsuppositio, ac substentatio invicem non compatiuntur Ansald. *decis.* 87. *nu.* 21.

44 Factum magis ex una, quàm ex alia causa quid dici non potuit, quoties id fieri potuit multiplici de causa Cabrun. *luc.* 49. *n.* 45. Venturin. *cons.* 38. *n.* 19.

45 Factum occasione alterius nullum est, si id ipsum, cujus occasione factum, nullum remansit Cabrun. *luc.* 26. *n.* 26. Rota Rom. *dec.* 43. *n.* 1. *part.* 19. *rec.*

46 Factum præsumitur, quod de jure erat faciendum Piton. *alleg.* 54. *n.* 4. *tom.* 2. Cephal. *cons.* 9. *num.* 16. *l.* 1. Dec. *cons.* 446. *num.* 7. Ricc. *in praxi part.* 5. *tit. praxis prob. negat. resol.* 1. *nu.* 13. Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 14. *num.* 7.

47 Factum ordinarii, quando convincitur in una parte erroneum, & nullum, etiam in alia parte perdit fidem Piton. *loc. cit. n.* 9. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 17. 30. *&* 36.

48 In conditionalibus solùm factum attenditur, Piton. *all.* 56. *nu.* 70. *tom.* 2. Card. De Luc. *de pension. disc.* 84. *n.* 8. *& seqq.*

Observantia ex facto fundatoris, excludit prædilectionem favoris agnati, vel proximioris Piton. *all.* 85. *n.* 20. *tom.* 2. Rota *in Sutrina Canonicatus* 21. *Junii* 1706. *§. Final. cor.* Eminentissimo Priolo. 49

Hæres, aut servare debet factum auctoris, aut dimittere hæreditatem Piton. *all.* 91. *nu.* 15. *tom.* 2. ad text. *in l. cum à Matre Cod. de rei vindicatione.* 50

Vocatus jure proprio nequit impugnare factum defuncti, cujus est hæres Piton. *loc. cit. n.* 50. Palma Nep. *alleg.* 159. *sub num.* 22. *& allegat.* 165. *n.* 3. 51

Licèt sit hæres beneficiatus, nisi rationem reddiderit Piton. *loc. cit. n.* 51.

Quando hæres possit impugnare factum defuncti, & quando non Piton. *n.* 54. 55. Rota *decis.* 110. *per tot. part.* 2. *diversf.* Card. De Luca *de Jurepatron. disc.* 25. *num.* 5.

Factum fundatoris inservit pro declaratione suæ voluntatis Piton. *all.* 24. *n.* 23. *tom. pr.* 52

Faciens actum videtur se conformare legibus de illo loquentibus Palma nepos *all.* 273. *c.* 5. *num.* 90. Surd. *cons.* 347. *n.* 24. Becciuf. *cons.* 35. *n.* 51. Barbos. *axiom.* 11. *num.* 3. 53

Facta non debent interpretari, proùt regulariter fiunt, vel proùt leges disponunt, sed proùt voluerunt illi, qui ea fecerunt Palma nepos *all.* 231. *n.* 26. Rosa *consult.* 69. *num.* 89. 54

Factum magis, quàm sermo loquitur in materia suspecta, & ubi de fraude suspicio est Palma nepos *all.* 253. *n.* 9. Rot. cor. Buratt. *decis.* 928. *num. & plur. seqq.* Scacc. *de camb. §. pr. qu. pr. num.* 212. *seqq. et num.* 223. 55

Factum legis dicitur potentius, quàm factum hominis Palma nepos *all.* 334. *n.* 24. vid. Bald. Anchar. & Rot. post Balduc. in addit. ad cons. Ramon. *dec.* 42. *n.* 32. 33. 56

Facta non recipiunt certam æstimationem, quando sunt incerta Palma nepos *dec.* 19. *n.* 4. *tom.* 1. 57

Factum cum juramento debet æstimari, etiàm in recursu, aliàs processus est nullus Palma nepos *dec.* 21. *n.* 2. *tom.* 1. 58

Factum ex una causa, si illud non habuit effectum, censetur infectum Palma nepos *dec.* 69. *n.* 1. Barbos. *axiom.* 14. *num.* 3. 59

Factum legis per factum hominis tolli non potest Palma nepos *dec.* 133. *n.* 24. Sperel. *dec.* 71. *num.* 34. Gratian. *disecpt.* 379. *num.* 14. 60

Factum promissum, & non adimpletum comprehendit omnia damna, & sortem principalem Palma *dec.* 236. *n.* 3. Gratian. *discep.* 391. *n.* 1. *seq.* Rot. *dec.* 741. *n.* 5. *p.* 1. *diversf. dec.* 284. *n.* 38. *p.* 9. *rec.* 61

Facti proprii ignorantia allegari non potest Otthobon. *dec.* 204. *nu.* 10. Castr. *in l. fin. nu.* 2. *ff. ad S.C. Macedon.* 62

Intellige circa factum, & speciem illius contractus, non tamen circa alias qualitates Otthobon. *sup. n.* 11.

De ignorantia facti, satis est dubitari posse pro ratificationis exclusione Otthobon. *sup. n.* 14. 63

Factum per errorem non attenditur, quando constat de veritate in contrarium Otthobon. *dec.* 29. *nu.* 21. Rot. *decis.* 16. *de rescriptis in novissf.* Seraph. *dec.* 701. *num.* 1. Burat. *dec.* 675. *nu.* 4. Caval. *decis.* 145. *n.* 3. Duran. *decis.* 377. *nu.* 10. *in recent.* 160. *num.* 13. *part.* 7. 64

§. FACULTAS. II.

Facultas implendi conditionem, vel modum adjectum institutioni, vel legato, regulariter non transmittitur ad hæredes, sed conditio est implenda per eum, cui fuit apposita, Pract. Papp. *libell. pro leg. rei sing. glos.* 1. *nu.* 13. & ubi distinguit, facit quod dixi *in §. Fideicommissum n.* 1 2

Quòd in ultimis voluntatibus facultas implendi conditiones non transeat ad hæredes, quia ad eos dispositiones conditionales non transmittuntur, *l. un. §. si autem, Cod. de caduc. toll. l. à testatore, ff. de condit. & demonstrat.* Gail. *observ.* 2. *num.* 8. *&* 9. Noal. *de transmiss. cas.* 6. *nu.* 10. *& seqq.* Castil. *lib.* 4. *contr. cap.* 25. *num.* 8. *& de aliment. cap.* 41. *num.* 12. Sesse *decis.* 329. *num.* 2. Capyc. Latr. *consult.* 139. *nu.* 31. *& seqq.*

seqq. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1 Prælud. 2. §. 2. nn. 50. & seqq. qui tamen declarant non procedere, quando qui implementum recipere debet fuisset in mora, & adimplere debens paratus implere, vel quando conditio deficit facto ejus, cui impleri debuit, fortè quia noluit, nam tunc facultas implendi, vel transit ad hætedes, vel conditio habetur pro impleta; si verò conditio deficiat facto tertii habetur pro defecta, salvo jure legatario pro suo interesse contra illum tertium impedientem, si est solvendo, aliàs habetur pro impleta. In contractibus autem, quia contractus conditionales transeunt ad hæredes, sic potestas implendi ad eosdem etiam transit, nisi agatur de conditione potestativa, quia tunc contractus conditlooales non transeunt ad hæredes, nec potest ab eis conditio impleri, oisi implementum versetur circa resolutionem contractus, ut latè declarat videndus Antunez Portugal. d. Prælud. 2. §. 2. nn. 39. & seqq. Pichard. in §. Ex conditionali n. 6. & 14. Instit. de verb. oblig. Cevallos qu. 727. num. 50. & seqq. Larrea alleg. 98. Fusar. de substit. qu. 454. num. 42. Castil. lib. 3. contr. cap. 14. nu. 5. & seqq. Olea de cess. jur. tit. 3. qu. 1. n. 42. & alii plures ab istis citati, vide in §. Conditio n. 7. & §. Legatum n. 6.

2 Facultas aliquid declarandi concessa executoribus testamentariis per testatorem non transit ad hæredem illorum decedentium ante factam declarationem, cum videatur electa industria personæ, sed devolvitur ad Episcopum, Grat. discept. for. cap. 712. n. 7. & seqq. facit quod dixi in §. Executor num. 7. & 8.

Quòd regulariter facultas eligendi, vel nominandi sit personalis, expiret cum persona, & non transeat ad hæredes; tamen secus sit, & transeat etiam ad hæredes, si fuit potius contemplata persona, quàm officium, ita ut ei proprio nomine competat electio, & nominatio ex titulo legati, & ex aliis conjecturis constet ita esse de mente testatoris, licèt hæredum nulla sit facta mentio, latè Rot. p. 14. recent. dec. 301. per tot. Facit Altimar. de nullit. rubr. 1. qu. 8. sect. 3. à n. 41. tom. 3. Vide Cancer. lib. 3. cap. 21. num. 254. De Luc. de Jurepatr. disc. 36. n. 4. Bertachin. vot. 70. per tot. Vide infra n. 55.

3 Facultas revocandi donationem, quam habebat donator, an transeat ad illius hæredes, vide §. Donatio n. Altim. de nullit. rubr. 1. part. 3. q. 32. n. 512. tom. 5. Hodiern. controvers. 3. n. 97. & ad Surd. decis. 206. n. 1. Trentacinque var. lib. 3. tit. de donat. resol. 1. n. 24.

4 Facultas disponendi, alte, & bassè, concessa à testatore qualiter intelligatur, vide in §. Licentia n.

Quòd facultas alienandi concessa post factum fideicommissum, si compatiatur cùm illo, sit tamen intelligenda dummodò fiat sine fraude, & bona fide, Altograd. cons. 90. nn. 9. & seqq. lib. 2. vide in §. Fideicommissum nn. 23. & §. Licentia num. 5. Merlin. dec. 459. & dec. 747. n. 16. ubi quòd idem est in facultate adimendi legata, ut intelligatur dummodò fiat bona fide, & non ex odio. Vide De Luc. de Fideicom. disc. 57. n. 18., & disc. 58. n. 6. ubi de compatibilitate Rot. coram Emerix jun. decis. 813. n. 15. & decis. 678. n. 4.

De facultate sibi reservata à donatore alienandi, vel revocandi bona donata, qualiter sit compatibilis cum donatione, latè Fontanel de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 26. per tot. fol. 517. &c.

Quòd habens facultatem disponendi, per simplicem hypothecam non dicatur disposuisse, Rot. p. 24. rec. dec. 255. n. 9. & 10. Facit De Luc. de Regal. disc. 1. n. 5.

5 Facultas alicui reservata simpliciter disponendi de bonis videtur ad effectum perducta per generalem institutionem hæredis, in quem transibunt bona, nisi sit cum conditione, quòd si non disposuerit, bona vadant ad alium, cui cùm competat jus ad illa, in ejus præjudicium non videtur reservatarius usus sua facultate per hujusmodi generalem institutionem, sed requiritur specialis dispositio, latè Gratian. disceptat. forens. cap. 221. per totum, cap. 252. nu. 14. & 15. & cap. 315. num. 8. & seqq. Fusar. de substitut. q. 550. Seraph. decis. 1303. Rot. part. 13. recent. dec. 94. n. 8. & seqq. ubi de facultate data hæredibus fideicommisso gravatis, ut dicatur ad effectum deducta per universalem hæredis institutionem, etiam si nihil remaneret, quando dicta facultas erat libera, & dicta decisio fuit confirmata eadem part. 13. dec. 171. nu 8. & per tot. & rursus dec. 259. per tot. d. p. 13. & par. 14. dec. 288. Latè Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. cap. 221. cit.

Imò qui sibi ex pacto reservavit facultatem disponendi, etiam decedendo ab intestato, videtur disposuisse ad favorem venientium ab intestato, latè Surd. decis. 272. per tot. ubi loquitur in facultate reservata uxori disponendi de parte dotis, non obstante statuto illam deferente marito, & idem in aliis terminis latè probant Franch. dec. 45. & decis. 600. per tot. Urceol. consult. forens. capit. 16. per tot. vide in §. Donatio num. 48. ubi etiam an si dictus reservans committat delictum, portio reservata vadat ad fiscum, & resolvitur contra fiscum, super quo articulo convenit Marius Muta dec. 49. & Francisc. de Amaya in eod. tit. 1. num. 64. fol. 14. Latè Add. De Franch. cit. dec. Hodiern. ad Surd. citat. decis. 272.

Facultas disponendi simpliciter reservata an intelligatur solùm per actum ultimæ voluntatis, vel etiam inter vivos, & quid stante clausula, liberè, & prout videbitur, latè Gratian. disceptat. forens. 854. num. 3. ubi etiam nu. 13. & seqq. an consumetur unico actu, vel possit pluries ad effectum perduci, facit Surd. d. decis. 272. per tot. Rot. part. 21. recent. decis. 137. ubi de eo, qui in capitulis matrimonialibus filiæ promiserat certa bona, cum reservatione facultatis testandi, quid importet hujusmodi facultas ad infringendam dictam conventionem. 6

Quòd facultas, vel reservatio disponendi de bonis cum clausula durante vita, non possit ad effectum perduci per viam ultimæ voluntatis, sed tantùm inter vivos, latè idem Gratian. discept. 539. num. 6. & seqq. per tot. Bart. cons. 76. Merlin. decis. 747. per tot. ubi de facultate data hæredi per testatorem circa ademptionem legatorum, quoad naturaliter vixerit, ut intelligatur inter vivos, & non in ultima voluntate, per text. in l. pater filium 36. §. Fundum Titianum, ff. de leg. 3. Rot. par. 18. recent. dec. 192. nu. 5. &c. ubi de statuto permittente dispositionem inter vivos, ut non extendatur ad tempus mortis, ratione limitationis temporis, vide in §. Loca Montium. Et disponendi facultas sibi reservata in vita possit per ultimam voluntatem in morte exerceri De Luc. De Regal. disc. 1. n. 4. De Donat. disc. 39. n. 3. disc. 56. n. 13. De fideicom. disc. 56. num. 5., & seq. Et quid è contra idem De Luc. de Fideicom. dict. disc. 56. n. 9., & seqq.

Quòd sibi reservans facultatem disponendi, & alienandi usque ad mortem, videatur dicta facultate usus contrahendo, & obligando bona Larrea allegat. fisc. 75. per tot. ubi de eo, qui fecit Majoratum sibi reservata dicta facultate, si postea contrahat cum fisco, debeat fiscus præferri successoribus in Majoratu, & allegat. 76.

Facultas nominandi alium concessa Emphyteutæ ab Ecclesia, in dubio intelligitur de persona capaci, non de illegitimo, & incapaci, licèt aliàs de per se Ecclesia possit illegitimum, & incapacem nominare quando est certa, & notitiam habet de hujusmodi qualitate, Duran. dec. 251. num. 11. &c. latè Cald. Pereyra de univer. jur. Emphyt. lib. 3. cap. 1. per tot. 7

Quanto tempore duret hujusmodi facultas, vide Surd. dec. 226. per tot. & dixi in §. Emptio n.

Quòd facultas nominandi alicui concessa sub conditione, si decesserit sine liberis, & quòd debeat nominatio intra duos menses intimari, intelligatur ut hujusmodi tempus non currat nisi à die mortis, Duran. dec. 365. nn. 16. &c.

Et si habens dictam facultatem, neminem nominaverit, censetur voluisse, quòd Emphyteusis liberè revertatur ad Ecclesiam, idem Duran. decis. 457. nn. 5. Urceol. consult. for. cap. 26. num. 11. 26. & seqq. ubi etiam refert contrarium tenentes.

De facultate nominandi in Emphyteusi, plenè Caldas Pereyra de univer. jur. Emphyt. lib. 2. de nominat. Emphyt. per tot. fol. mihi 1. & seqq. ad 310. & lib. 3. à fol. 1. ad 224. vide in §. Nominatio.

Quòd emphyteuta ultimus habens facultatem nominandi,

minandi, ſi decedat ab inteſtato, nulla facta nominatione, cenſetur nominaſſe venientes ab inteſtato tenent plures DD. Sed veriorem eſſe contrariam opinionem, ubi agitur de emphyteuſi limitativè conceſſa, & jure nominandi ſub conditione expreſſa, vel tacitè concepta, benè probat Bich. *decif. 61. per tot.*

Quòd facultas nominandi ſicut poteſt cedi, & in alium transferri, ita etiam poſſit per judicem ſubhaſtari, cùm factum judicis reputetur factum partis, Ludoviſ. *dec.* 456.

8 Facultatem habens vendendi bona debitoris propria auctoritate, videtur ei renunciaſſe, ſi eligat viam judiciariam, inſtando fieri per judicem, Duran. *decif.* 445. *num.* 50. latè Rot. *p.* 9. *rec. dec.* 439. *num.* 8. *& ſeqq. per tot. & par.* 14. *decif.* 335.

Quòd tamen patitur difficultatem ex traditis per Dec. *conſ.* 460. ut advertit idem Duran. *d. decif.* 445. *num.* 90. vide *in §. Licentia num.* 1. *& §. Poſſeſſio nu.* 4. & 43. Tuſc. *litt. F. concl.* 6. *& concl.* 31. Rot. *d. dec.* 439. ubi benè declarat, quando dicta concluſio procedat, vel non Rot. *p.* 13. *recent. dec.* 421. *num.* 14. ubi quòd habenti facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate competit aſſunciatio, *& p.* 14. *dec.* 409. *num.* 1. Et Vide *in hoc oper. §. pactum n.* 48.

9 Facultas francandi bona emphyteutica conceſſa patri, videtur etiam conceſſa filiis, & maximè, ſi ſint illius hæredes, quia tunc ad illos tranſit, etiam nulla eorum facta mentione, & licèt ſtipulatio eſſet cum dictione taxativa ipſorum contrahentium, Duran. *dec.* 410. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Emphyteuſis n.* 21.

10 Facultas alteri data aliquid faciendi, non cenſetur data privativè quoad ipſum dantem, ſed cumulativè, nam dans poteſtatem alteri ad aliquid faciendum ſuo nomine, eandem, & multò majorem regulariter apud ſe retinuiſſe videtur, *l. fin. C. de juriſdict. om. jud.* Menoch. *præſumpt.* 18. *an.* 1. *lib.* 2. Duran. *dec.* 368. *num.* 31.

11 Facultas teſtandi religioſo conceſſa, quomodo intelligatur dixi *in §. Licentia n.* 11. *& in §. Clericus n.* 40. De Luc. *de teſtam. diſc.* 23. *num.* 7.

12 Facultas diſponendi alicui tertio conceſſa à donante in inſtrumento donationis, cùm per eam fuerit ei jus quæſitum, non poteſt revocari per ſubſequens teſtamentum, maximè ſtante acceptatione, vel juramento, & obligatione camerali, latè Rot. *part.* 12. *recentior. decif.* 303. *per tot.* vide *in §. Donatio n.* 36. *& §. Teſtamentum n.* 40.

Quæ tamen deciſio fuit poſtea revocata *par.* 13. *dec.* 389. *per tot.* ubi latè fuit demonſtratum, ſimplicem facultatem diſponendi tertio conceſſam, nullum jus formatum reſervatario, vel facultatario tribuere, nec dici in ejus bonis, ac ideo poſſe revocari, vel moderari, cùm ſit de natura facultatis, quòd ſit revocabilis, maximè re integra, & adhuc ad effectum non perducta, quidquid ſecus dici poſſet, ſi facultatarius illa uſus fuerit, & ad favorem alterius diſpoſuerit, cui non poſſe per revocationem fortè præjudicari, & objectis rationibus in præcedenti deciſione adductis ſatisfactum, & rurſus in eadem cauſa *d. part.* 13. *dec.* 355. *per tot.* ubi fuit firmatum dictam facultatem poſſe re integra à concedente limitari, etiam ſi contractui irrevocabili donationis inhæreat, quando fuit conceſſa, non per viam juris, ſed per modum ſimplicis facultatis, quæ intrinſecè de ſui natura, etiam in contractu irrevocabili appoſita, remanet re integra irrevocabilis, & quando reſpicit intereſſe tertii, & non eorum, qui principaliter contrahunt, cùm non ſit inconveniens, quòd in contractu irrevocabili adſit factum aliquod revocabile.

13 Facultas alienandi eſt compatibilis fideicommiſſo, ut dixi ſupra *n.* 4. *§. Fideicommiſſum n.* 23. *& nu.* 29. De Luc. *de Fideicom. diſc.* 57. *n.* 18., *& diſc.* 58. *n.* 6.

An autem dicta facultas reſultet ex prohibitione ad tempus facta, ita ut alienatione ad tempus prohibita, cenſeatur illo tranſacto permiſſa, vide Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 288. ubi nititur contrarias concordare opiniones, de quibus dixi *in §. Prohibitio nu.* 10. *& §. Alienatio n.* 4.

14 Facultas à teſtatore ſuo hæredi conceſſa, relinquendo etiam ei proprium ſpiritum, ut valeat uni parum, aut nihil dare, alteri plus, vel totum, qualiter ſit

Sabelli Summ. Tract. Tom. II.

intelligenda, & regulanda ad arbitrium boni viri, latè Rot. *p.* 14. *rec. decif.* 240. *& 410, per tot. in eadem cauſa.*

Quòd ex primo actu cenſetur conſumpta, itaut non detur variatio, *l. ſervi electione* 5. *& l. hujuſmodi* 86. *§. fiſcum, ff. de leg.* 1. Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 33. *n.* 7. vide De Luc. *de Fideicom. diſc.* 156. *num.* 12., *&* 182. *n.* 4., *&* 5. *& de Teſtam. diſc.* 47. *num.* 6. Vide Rot. coram Emerix jun. *decif.* 1312. *nu.* 7. *&* 9. Et infra *in noviſſimis additionibus* Creſcini *num.*

Facultas, ſive materia facultativa quando dicatur, ad hoc ut ex actibus facultativis non inducatur conſuetudo, poſſeſſio, vel præſcriptio, quæ in talibus actibus non procedit, Beltramin. ad Ludoviſ. *dec.* 162. *n.* 16. ubi quòd non dicitur materia facultativa, ſi præcedat titulus, vel ex pluralitate actuum per longum temporis intervallum geſtorum, vel ſi agatur de favore piæ cauſæ, & cultus divini, neque ſub prætextu materiæ facultativæ eſt ita de facili deneganda manutentio, niſi clarè conſtet materiam eſſe facultativam; vel valdè vehemens ſit præſumptio, & alis vide *in §. Conſuetudo, §. Manutentio n.* 12. *rec. dec.* 186. Sanfelic. *dec.* 340. *nu.* 44. *& ſeqq.* Quòd facultativa poſſint, vel non poſſint præſcribi Barboſ. *vot.* 56. *à n.* 24. *& vot* 126. *à n.* 157. Jul. Capon. *tom.* 4. *diſcep.* 262. *lu.* 4. Vide Pen. & Creſcin. *dec.* 92. *& dec.* 661. 15

Facultate aliqua, vel poteſtate à lege, ſive ſtatuto pluribus conceſſa aliquid faciendi, ſufficit major pars, quidquid ſit quando eſſet data ab homine, nam in majori parte repræſentatur totus ordo, & officium in iis, quæ ratione officii pluribus competunt, ut univerſis, non ut ſingulis, dummodò tamen omnes vocati fuerint, Gratian. *decif. March.* 93. *num.* 18. *&* 19. *& decif.* 183. *u. pr. & ſeqq.* facit quod dixi de pluribus tutoribus *in §. Tutela*, & de Univerſitate *in §. Univerſitas.* 16

Facultates patrimonii ſui quis ſcire præſumitur exceptis nonnullis caſibus, de quibus Maſcard. *loc. cit. concluſ.* 737. *per tot.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 20. *n.* 17. 17

Facultas libera alieni conceſſa aliquid faciendi, vel non faciendi, qualiter importet arbitrium regulatum juxta conſcientiam, zelum, experientiam, rationem naturalem, atque juſtitiam publica lege munitam, benè explicat Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 63. *n.* 5. 19. *& ſeqq. per tot.* & dixi *in §. Arbit. num.* 3. De Luc. *de Judic. diſc.* 18. *nu.* 15. Caſald. *conſult.* 299. *n. pr.* Bertachin. *vot.* 59. *n.* 6. & plures alii, quos addidi *in dict. §. arbitr. n.* 3. 18

Alia de variis facultatibus à lege, vel ab homine conceſſis ad aliquid faciendum, & de facultativis; quid operentur, quomodo intelligantur, an præſcribantur &c. Ægid. de Callejon. *Alphab. jurid. verb. Facultas*, Com. Auguſt. Font. *in Bibliotb. leg. part.* 4. *cod. verb. fol.* 561. *&c.* Plura Em. De Luc. *in Indic. verb. facultas.* Mantiſs. ad eumdem De Luc. Altimar. Piton. Anſald. Emerix Caprar. Manſ. Palm. & alii moderni. 19

Facultati alienandi conceſſæ qualiter non intelligatur derogatum per ſubſequens fideicommiſſum, & alia ad rem, Jo. Torre *de ſucceſſ. in Majorat. & Primog. Ital. par.* 2. *quæſt.* 51. *per tot.* de aliis facultatibus alienandi diſponendi, eligendi, nominandi, & ſimilibus, vide latè in Indice generali totius Operis ejuſdem Torre *in fine p.* 3. *verb. Facultas.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *a n.* 42. 20

Facultas corrigendi, & viſitandi includit jus concedendi dimiſſoriales Anſald. *decif.* 55. *n.* 18. 21

Facultas teſtandi poſt mortem provenit ex mera Legis benignitate Anſald. *decif.* 44. *n. pr.* 22

Facultas Inſtitoris ceſſat mortuo præponente Anſald. *decif.* 43. *n.* 2. *&* 3., ubi declaratur. 23

Et quòd deponens falsum contra fiscum ad defensam accusati, non teneatur pœna falsi ordinaria, sed arbitrio mitiùs puniatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 306. *nu.* 37. Conciol. *resol. crim. verb. Falsum resol.* 13. ubi reddit rationem quia in pœnalibus fiscus agit de lucro captando cum alterius jactura, & ideò nihil ei auferitur, Cabal. *resol. crim. cas.* 38. *n.* 1. *& cas.* 165. *n.* 23. *& seqq.* Guaz. *diff.* 28. *c.* 18. Farin. *q.* 67. *§. pr.* ubi plura de pœna falsi testis tam in civilibus, quàm in criminalibus, & tam ad offensam, quàm ad defensam, Navar. *in Pragm. Regn. Collect.* 92. ubi quòd testis falsus in causa capitali puniatur pœna mortis, & quando possit excusari *inf. num.* 14. Giurb. *cons.* 71. *n.* 4.

Posset etiam excusari reus, qui contra se, & socios

cios falsum deposuit in tormentis, fatendo delictum, quod non commiserunt cùm non spontè, sed coactè deposuerit, ad latè tradita per Calvin. *de æquit. lib.* 2. *c.* 190. *per tot.* ubi etiam an teneatur ad damna, & interesse versus socios nominatos, &c.

Falsitatis pœna ordinaria in homine nobili de jure est deportatio cum publicatione bonorum in vili damnatio in metallum, & in servo ultimum supplicium: hodie tamen quia dictæ pœnæ deportationis, & damnationis in metallum recesserunt ab aulis, ut dixi in *§. Pœna. num....* & etiam pœna publicationis bonorum est sublata per *Auth. bona damnatorum, C. de bon. præscript.* exceptis quibusdam casibus, ut dixi in Pract. *§. Confiscatione n.* 11. concludendum est, falsi pœnam esse judici arbitrariam juxta facti, & personarum qualitatem usque ad ultimum supplicium inclusivè, ut colligitur ex traditis per Farin. *quæst.* 150. *p.* 2. *per tot.* cum aliis citatis per me supra *nu.* 9. & in Pract. §. *Falsità per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 306. Larrea *alleg.* 96. & 97. Paul. Christin. *decis.* 199. *vol.* 4. Martha *vot. Pis.* 248. & 249. ubi tamen quòd non potest judex arbitrio suo habere indicia pro indubitatis, neque ex istis condemnare ad triremes, Ant. Pichard. *Pract. Instit. p.* 3. *tit. de pœn. com. delict. num.* 57. *fol.* 99.

Quòd pœna falsi sit arbitraria, & ex pluralitate, vel reiteratione, & magnitudine delicti, possit tale arbitrium extendi ad ultimum supplicium, per text. *in l. ubi falsi* 22. *prope finem*, *C. ad l. Cornel. de fals.* Boer. *decis.* 82. *num.* 8. & 9. Capyc. *decis.* 130. *num.* 21. Afflict. *decis.* 21. *n.* 8. & *dec.* 404. *n.* 17. Bajard. ad Clar. *§. Falsum nu.* 294. Cabal. *resol. crim. cas.* 165. *num.* 11. & *c. cas.* 206. *n.* 4. cum aliis, quos refert, & sequitur, ac ita in facti contingentia executum testatur Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 5. *n.* 12. & *seqq.* ubi etiam de peculatu, *contr.* 38. & *contr.* 76. *n.* 77. *vide in §. Furtum n.* 22. Conciol. *ad statut. Eugub. libr.* 4. *rubr.* 46. *num.* 14.

Quando autem ratione continuationis delicti contra eamdem personam pluries reiterati, reputetur unicum delictum, & sit locus pœnæ mitiori, idem Matthæu. Sanz. *contr.* 37. *per tot.* ubi de famulo, qui pluries manum domini falsificavit ad intercipiendas ejusdem pecunias penes tertium depositaras.

13 Falsarius, ut possit pœna ordinaria, vel solita falsi puniri, cum ut dixi semper hodie sit arbitraria, tria concurrere debent, nempè dolus, mutatio veritatis, & quòd alteri sit nocibilis actu, vel saltem potentia, Anchar. *cons.* 23. Afflict. *dec.* 404. *n.* 8. & *seqq. ad* 14. Clar. *§. Falsum, vers Item excusatur*, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 111. *n.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 306. *nu.* 33. & *c.* ubi etiam multa quando falsitas dicatur nociva, Genu. *de script. privat. lib. pr. qu.* 4. *n.* 4. *et seqq. ad* 47. *fol.* 34. ubi de falsificante librum privatarum rationum, quòd saltem puniatur pœna extraordinaria, Bajard. ad Clar. *§. Falsum n....* Bardellon. *cons.* 134. *nu.* 26. *lib* 2. Card. Tusch. *litt. F. conclus.* 41. *n.* 10. *et concl.* 49. *per tot.* Farinac. *qu.* 150. *part.* 11. & 12. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Falsum resol.* 2. 3. & 4. *per tot.* Palma *cons.* 55. *per tot.* ubi ex defectu dictorum requisitorum concludit pro absolutione unius notarii de quadam falsitate imputati, Conciol. & Romag. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 46. 47. & 48. *per tot.* vide Basilic. *dec. crim.* 41.

Quòd falsitas nemini nociva secundùm aliquos non sit punibilis aliqua pœna, sed secundùm alios, & veriorem opinionem, puniatur, non quidem pœna falsi ordinaria, vel solita, sed alia mitiori extraordinaria arbitrio judicis propter atrocitatem delicti, & in omnem casum sufficiat, ut aliquo modo, vel respectu etiam in minimo nocere possit, licèt actu non noceat, & quando dicatur nociva, vel non vide Menoch. *de arb. cas.* 306. *n.* 14. & *seqq. per tot.* Genu. *de script. priv. lib. pr. q.* 4. *n.* 4. & *seqq.* Sanfelic. *decis.* 408. *n.* 7. Thom. Trivis. *dec.* 4. *lib.* 2. Conciol. ubi supra, Farinac. *quæst.* 150. *part.* 2. *in fine*. Viv. *comm. opin.* 273. *verb Falsitas*, Didac. de Mari in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 86. *n.* 8. Card. Tusch. *litt. F, conclus.* 49. & *dixi in Pract. §. Falsità nu.* 10. Ciarlin. *controv.* 48. *n.* 59. ubi quòd licèt falsitas nemini noceat, tamen falsarius debet pœna saltem extraordinaria puniri, etiam in subornatore testium, licèt ipsi non consenserint, & sic effectum non habuerit subornatio, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 76. *n.* 60. & *seqq.* ubi quòd sufficit posse nocere, & in Ministro ex malo exemplo, plus voluisse peccare nocet, quàm non peccasse prosit, facit Carol. Rot. *in Florig. conclus.* 15. Vide Basilic. *loc. cit.*

An autem licitum sit amissa aliqua vera, & legitima scriptura aliam similem confingere, negativè omninò resolvit Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 56. & *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 40. ubi videtur facere in contrarium, & adducit rationes, & jura, per quæ probatur illud non dici falsum, quod juvatur primordio veritatis, sed vide eundem Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 61. *per tot.* & Trivis. *dec.* 4. *lib.* 2.

14 Falsarius qualiter, & quando possit à pœna falsi excusari, vel saltem mitius puniri, vel sic debitis pœnis afficiendus, & plura ad detestationem hujus criminis, vide per Afflict. *decis.* 104. *cum Addit.* & *decis.* 21. *per tot. cum Addit.* Clar. *§. Falsum vers. Excusatur*, ubi latè Bajard. & alii Becc. *cons.* 102. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 20. *per tot.* & *lib. pr. qu* 99. & *de arbitr. cas.* 306. ubi quæ olim fuerit, & quæ hodie sit pœna falsi, & quàm detestabile sit crimen, Tusch. *litt. F, concl.* 49. & 50. & *per tot.* Ricc. *Collect.* 731. Navar. *in Prag. Regn. Neap. Coll.* 92. *per tot.* Carol. Rota *d. conclus.* 15. *per tot.* Dian. *tom.* 6 *tract. pr. resol.* 83. & 84. & Valencuel. *cons.* 24.

Et de præsumptionibus falsitatem excludentibus Farinac. *q.* 153. *part.* 10. *per tot.*

Qualiter possit excusari, si falsum dicat, vel faciat ad redimendum proprium sanguinem, vide *in §. Delinquens nu.* 10. facit supra *n.* 11. *in fine infr. n.* 18.

Quòd pœna ordinaria falsi procedat tantùm ubi adest accusator, secùs autem ubi proceditur ex officio, Menoch. *de arbitr. cas.* 313. *per tot.*

15 Falsarius excusatur à pœna falsi, si dolo careat, & detecta falsitate abstineat ab illius usu, cum non committatur crimen sine dolo, Pract. Papp. *libell. ad rescin. sent. prætex. fals. instrum. glos. dolosè num.* 1. Clar. §. *Falsum. vers. Excusatur autem*, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 159. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 309. *per tot.* Farinac. *qu.* 150. *part.* 11. ubi videntur concludere quòd possit aliqua pœna puniri arbitrio judicis juxta facti, & personarum qualitatem, maximè in personis versutis, & sagacibus, in quibus de facili non præsumitur error, simplicitas, & ignorantia, & facit idem Menoch. *cas.* 308. *per tot.* ubi quòd falsum deponens præsumitur scienter, & non ignoranter deponere.

Aliàs autem in dubio præsumitur potiùs error, simplicitas, vel ignorantia, vel correctio erroris in scriptura alterata circa millesimum, quàm dolus, & falsitas, nisi circumstantiæ facti, & personarum aliud suadeant arbitrio judicis, & data possibilitate erroris, non sequitur de necessitate falsitas, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 135. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Falsum resolut.* 9. ubi qualiter sit summenda omnis alia possibilis interpretatio, ad excludendum falsitatem, Mascard. *de probat. concl.* 745. *per tot. vol.* 2. Basilic. *dec.* 41. *num.* 14. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 32.

Concurrente tamen diversitate attramenti, & inverisimilitudine erroris fuit tantum in eadem causa iterùm propositam, scripturam uti de falso suspectam non facere fidem, prout *in decis.* 137. *d. part.* 2. *divers.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 561. *n.* 12. *tom.* 2.

An autem renuncians usui scripturarum, vel testium evitet pœnam falsitatis, Donad. *tract. de renunciat. cap.* 36. *per tot.* ubi concludit quòd sic, quando ipse non fabricavit, secùs autem si ipse patravit falsum, vel falsos testes produxit, & alia plura de falsitate.

16 Falsitas non committitur sine causa, quæ si non probetur non nocet, Cravet. *cons.* 75. *num.* 13. cum aliis per Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 118. *num. pr.* Didac. Marsil. ad Gizzarel. *decis.* 86. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 47. *nu.* 13. ubi quòd præsumitur commissa ab eo, in cujus commodum resultat.

Quòd sine lucro, & commodo non præsumatur,

&

& ideò magis excludatur, ostendendo quòd resultet in damnum inquisiti, nec etiam sufficiet modicum lucrum, vel modica utilitas, maximè sine usu, & si commodum plurium respiciat, neminem efficit ratione incertitudinis; ubi tamen constaret de falsitate, lucrum non attenditur, cùm etiam possit committi ex amicitia, ut tradita per Farinac. *quæst.* 153 *part.* 10. Merlin. *decis.* 209. Conciol. *resolut. crimin. verb. Falsum resolut.* 6. ubi quòd falsitas præsumitur commissa ab eo, in cujus commodum resultet, concurrente etiam falsitatis usu, ac dummodò lucrum sit magnum, & considerabile, unum, & non plures respiciat, & alia concurrant adminicula, aliàs dicta sola præsumptio non sufficit ad condemnandum, neque ad torquendum. Sed ubi constat de falsitate non præsumitur gratis facta, sed dolosè, & mediante pecunia, Soc. *cons.* 277. Marsil. *cons.* 62. Grammatic. *cons.* 24. Port. Imolen. *cons.* 96. *n.* 20. & 30. & quod præsumatur facta ab eo, qui ex illa commodum reportet Castill. *de Alim. cap.* 20. *n.* 32.

Quòd commisse in re modici valoris non puniatur pœna ordinaria falsi, sed alia mitiori arbitrio judicis, Cravet. *cons.* 40. *nu.* 12. Menoch. *de arbitr. cas.* 306. *n.* 36. *&c.*

Item commissa non circa substantialia, sed circa accidentalia non punitur pœna falsi, sed quandoque extraordinaria mitiori arbitrio judicis, an autem vitiet testis depositionem, videtur affirmare idem Menoch. *cas.* 307. *per tot.* vide *in §. Testis n.*

Quòd ad excludendam falsitatem sit capienda omnis interpretatio possibilis, & faciende quæcunque subtilis distinctio loci, temporis, rerum, & personarum, etiam multiplicando actus, vel personas, maximè si agatur criminaliter, Farinac. *quæst.* 153. *part.* 20. facit Ludovis. *decis.* 194. *n.* 4. vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 32.

Quid si actus falsus esset nullus alio vitio, quàm falsitatis, an tunc falsitas sit punibilis, & qua pœna vide DD. quos allegavi *in §. Notarius n.* 8. Conciol. *resolut. crim. verb. Testis quoad dicta resol.* 3. *per tot.* ubi de teste nulliter deponente, ut non puniatur pœna falsi ordinaria, sed benè extraordinaria, mitiori judicis arbitrio: & dixi in Negotio impresso post §. *Furtum n.* 31. *& seqq.*

17 Falsum commisisse non creditur asserenti in præjudicium tertii, unde notarius, judex, vel testis asserens falsum fabricasse instrumentum, sententiam tulisse, per sordes, vel falsum deposuisse non probat in præjudicium partis, cui fuit jus quæsitum, Mascard. *de probat. concl* 744. *vol.* 2. dixi *in §. Notarius §. Judex, & §. Testis.*

18 Falsum crimen imponens alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat, probabile est (secundùm aliquos) non peccare mortaliter, ita ut asserunt, si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia. Quidni non nisi veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere.

Sed hæc ad impugnandum tantùm annuo, cùm istæ propositiones sint hodie reprobatæ, & damnatæ judicio Sanctæ Matris Ecclesiæ juxta Decretum Innocentii Papæ XI. Romæ 4. Martii 1679. *sub. num.* 43. *&* 44.

19 Falsitas punibilis qualiter committatur ab asserente se occidisse bannitum, qui fuerit ab alio occisus dixi *in §. Statutum dans præmium.* Cabal. *cas.* 151.

20 De falsitate punibili, vel excusabili, plures casus decisivè, & notabilis ponit Thoro *Compend. decis. Neap.* 1. 2. *&* 3. *verb. falsitas.* Ac de falsi crimine, ejus pœnis, & hujusmodi multa remissivè tradunt Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Falsa*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *cod. verb. fol.* 363. *&c.* Emin. De Luc. *In Indic. gener. verb. fals.* & Carpzou. *in prax. crimin.* Altimar. Fagnan. Mans. Palm. & alii moderni.

21 Falsificantes litteras Apostolicas, impetrantes, vel illis falsis utentes, sive litteras Ordinariorum, sive monetas, & præcipuè Regie Galliæ, sive Alchimiam falsam facientes, vel aliud genus falsitatis committentes, quibus de jure canonico pœnis afficiuntur, Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Ecc. part.* 2. *verb. falsum fol.* 156. ubi de infamia, amissione causæ excommunicationis, & hujusmodi. Vide De Luc. *de benefic. disc.* 75. *n.* 13. *&* 14.

Falsitas Matricis, vel testamenti, seu instrumenti, redditur evidens, & concludenter probata, si appareat scripta in charta, quæ longè post incepit fabricari Caprara *decis.* 713. *n.* 4. *part.* 2. Et falsitatis suspicio resultat ex illius insertione inter alias Matrices, cum cancellatione numeri alterius, & alteratione numeri foliorum *ibid. n.* 8. Item ex retentione rogituum ejusdem notarii, & ex utilitate, quam retinens assequabatur pro filio, Matricem fideicommissi componendo. *decis.* 713. *num.* 7. *part.* 2. Item ex alteratione Chartulaturæ *ibid. n.* 9. Alterationes circa diem, vel annum, quæ respiciunt substantialia instrumenti, inducunt suspicionem *ibid. n.* 10. Item si in instrumento fuis appositum signum notarii confictum *ibid. n.* 21. 24. Suspicionem falsitatis inducit varietas inter matricem, & publicum exemplum *ibid. n.* 15. 22

Item inducitur, si instrumentum continet inverisimilia. Caprara *dec.* 528. *num.* 8. Inverisimilitudo multum operatur ad arguendam falsitatem. Caprara *decis.* 528. *n.* 7. *part.* 2. Et removet quamcumque possibilitatem *dec.* 713. *n.* 3. *p.* 2. Emerix jun. *decis.* 89. *n.* 7. *decis.* 153. *n.* 2. 23

Falsitatis suspicio oritur ex non productione epistolæ sæpiùs petitæ, & illi fidem adimit. Caprara *decis.* 590. *nu.* 13. *part.* 1. Rot. *decis.* 170. *nu.* 10. *part.* 15. *dec.* 32. *n.* 7. *part.* 16. *recentin.* 24

Et resultet ex nimis serotina petitione crediti. Text. in *l. jubemus* 24. *Cod. de probat.* Emerix jun. *decis.* 1112. *n.* 9. Cels. *decis.* 380. *n.* 14. Vide infra *num.* 29. 25

Falsitas apochæ per repletionem folii in albo subscripti, ex quibus dicitur probata. Zacc. *de oblig. cameræ qu.* 21. *n.* 3. Emerix jun. *decis.* 758. *num.* 5. *seqq. & decis.* 1251. *&* 1261. *per tot.* 26

Falsitas non dicitur probata ex inæqualitate caracteris. Farin. *in fragment. verb. comparatio literarum* 0. 514. Emerix jun. *decis.* 1261. *n.* 4. 27

Sed quod inducatur ex diversitate caracteris, & litterarum Balduc. *tit.* 3. *decis.* 30. *n.* 21.

Falsitas apochæ probatur ex conjecturis, & depositionibus testium, ubi agitur civilitèr ad illius executionem Emerix jun. *dec.* 633. *n.* 3. ac signanter ex testibus habentibus notam manum asserentium esse aliena manu subscriptam *ibid. n.* 4. Item si contineat concessionem gratuitam favore extranei *ibid. n.* 6. 28

Item ex tarditate in illius productione. Rot. cor. Caval. *dec.* 445. *nu.* 4. cor. Celso *decis.* 280. *num.* 9. Emerix jun. *dec.* 663. *nu.* 7. *decis.* 667. *nu.* 26. *decis.* 1112. *n.* 9. Vide supra *nu.* 24. *&* 25. 29

Item ex litteris superadditis cum angustatione characteris Farinac. *de Falsit. qu.* 153. *nu.* 187. Emerix jun. *dec.* 1056. *n.* 8. *dec.* 1058. *n.* 6. 7. 30

Falsitas Epistolæ, seu contentorum, aut superadditorum in ea, probatur ex combinatione aliarum hinc inde scriptarum Rot. cor. Pen. *dec.* 1594. *n.* 4. Emerix jun. *dec.* 758. *n.* 7. 31

Interpretatio quælibet admittitur ad excludendam falsitatem, ad quam non infertur absque causa Balduc. *de assec. tit. pr. decis.* 14. *num.* 51. 52. nec sinè certa probatione delinquentis *ibid. n.* 53. Vide supra *n.* 15. *&* 16. 32

Falsitatis suspicio oritur ex nimiis cautelis Ansald. *decis.* 8. *n.* 41. *& dec.* 16. *n.* 3. 33

Falsitatis præsumptio cessat, quando ex illa potiùs damnum, quàm lucrum resulteret favore ejus contra quem allegatur talis suspicio Ansald *dec.* 22. *nu.* 20. *fol.* 479. 34

Pendente judicio falsitatis executio retardatur. Ridolphin. *in prax. part. pr. cap.* 8. *n.* 172. 239. Crescin. ad Abeccles. *observ.* 33. *n. pr. part. pr. pag.* 38. 35

Exceptio falsitatis retardat executionem instrumenti habentis executionem paratam ex obligatione camerali Gratian. *cap.* 740. *nu.* 39. Jordan. *lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 441. *seqq. fol.* 418. Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 3. 36

Falsa sententia non est sententia Crescin. ad Abeccles. *observ.* 33. *n.* 3. *part. pr.* sententia est nulla, quando refertur ad acta falsa *ibid. n.* 6. sententia lata 37

ex

ex falsis probationibus non est falsa *ibid. n. 7.* potest tamen contra eam Victus omissa restitutione in integrum opponere exceptionem falsi *ibid. nu.* 8. en sententia lata ex falsis probationibus sit ipso jure nulla *ibid. n. 9.* sententia lata ex falsa causa est ipso jure nulla *ibid. n.* 10.

38 Per statutum reiiciens omnes exceptiones, non tollitur exceptio falsi Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *c.* 8. *num.* 171. & 189. 239. Crescin. ad Abeecles. *obser.* 318. *n.* 16. *pag.* 91. *part. pr.*

39 Periti æstimantes cum dolo tenentur pœna falsi. Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *qu.* 37. *vers. æstimatores tom.* 6. Crescin. ad Abeecles. *observ.* 142. *n.* 18. *part. pr. pag.* 104.

40 Judices supremi possunt mandere, quod transmittatur originale processus, relicta copia, quando adest suspicio falsitatis in actis originalibus. Novar. *de novo jure Pontific. conclus. pr. aliàs* 7. *nu.* 7. Crescin. ad Abeecles. *observ.* 15. *n.* 3. *p.* 2. *pag.* 148.

41 Instrumenti falsitas quomodo probetur De Luc. *de Judic. disc.* 26. *n.* 2. *de Donat. disc.* 74. *nu.* 14. In concursu conjecturarum hinc inde remanet firmum *dict. disc.* 26. *n.* 49.

42 Testamenti falsitas probari debet per venientes ab intestato De Luc. *de testam. disc.* 6. *ex n.* 13. Et vide eumdem De Luc. *de Testam. disc.* 3. *nu.* 3. & *in Indic. verb. testamentum.*

43 Quomodo falsitatis materie sit regulande De Luc. *de Donat. disc.* 74. *ex n.* 11. Et quare non expediat promovere odibile motivum falsitatis scripturarum Idem De Luc. *de testam. disc.* 81. *sub n.* 1.

44 Quoniam ad meas manus pervenerunt sequentes Juris allegationes duorum præclarissimorum Advocatorum Regiensium, qui optimè in hac falsitatis materia scripserunt, idcircò hic annectere decrevi, cum benè deserviant pro plena additione ad præsentem paragraphum.

Juris informatio ad defensam D. Sebastiani Aleotti

In Causa prætensæ Falsitatis.

Illustrissime Domine.

CUm indubitati Juris sit, quòd in crimine Falsi, ut procedi possit, ante omnia constere debet de corpore delicti, ut *per* Farin. *q.* 2. *nu.* 21. Vermigliol. *cons.* 118. *n.* 5. & *cons.* 244. *nu.* 1. Guazz. *deff.* 4. *cap.* 9. in *princ.* & alios refert & sequitur Conciol. *var. res.* in *Verb. Falsum res.* 1. *n.* 1. Quod procedere debet, etiam si ex vitio visibili, & oculari inspectione appareret de adulteratione Instrumenti, seù alterius scripturæ, quia nihilominùs de eo constare oportet per Testes juratos, prout fieri solet in delictis facti permanentis, ut declarat Guazz. *d. deff.* 4. *cap.* 9. *n.* 3. Conciol. *d. res.* 1. *n.* 5.

Hinc est, quòd minimè dici potest satis constare de corpore delicti falsitatis Chyrographorum pro parte D. Sebastiani de Aleottis in Causa Civili productorum; in nihilo obstante, quòd pro parte Fisci prætendatur fuisse in eis millesimum immutatum, alteratam summam debiti, & extitisse usum sigillo, seù bullo, & foleo, quæ non erant in usu de anno 1704. & hoc ex pluribus infrà dicendis clarissimè demonstratur.

Et primò, quia licèt super inde extiterint examinati plures Testes loco Peritorum assumpti; attamen cùm non fuerit citatus dictus Aleotti inquisitus ad nominandos ejus Peritos confidentes pro facienda prætensa adulterationis recognitione, ut de Jure requirebatur; legitimè constare non videtur de corpore delicti assertæ falsitatis; nec illorum depositio eidem nocere valet; ut in specie scribit Vulpell. *cons.* 135. *n.* 3. & *tradit* Cyriac. *controv.* 637. *n.* 11., & in consimilibus terminis docet Hector Felic. *alleg.* 92. *num.* 16. *vers.* & *quod*; Et hoc per rationem; quia quando Periti non fuerunt de consensu Partium electi, illorum juramentum recipi non poterat, nisi Partibus præsentibus, vel legitimè citatis; & per consequens eorum juditium sumi nequibat, ut punctualiter *firmat* Farin. *cons.* 70. *n.* 16., ex gratia viden. & *cons.* 179. *n.* 5. *tom.* 2. Undè per defectum prædictum deficit corpus delicti plenè, & non præsumptivè justificandum; ut dicit Farin. *d. cons.* 70. *nu.* 18. Et præsertim attento, quòd etiam si dicti Periti adhibiti essent uti Testes; nihilominùs nec etiam aliquid certi probarent, cùm de eorum solo juditio deponant, & sic non Testis, sed Judicis officio fungantur Boss. *in tit. de opp. contra Testes n.* 43. *vers. Item opponitur il primo* Olasc. *decis.* 122. *post. n.* 1. Farin. *d. cons.* 179. *sub. n.* 5., & præcipuè in Criminalibus, in quibus Peritorum juditium nunquam facit plenam probationem; imò nec Indicium, maximè contra Virum bonæ famæ, ut hic; Vulpell. *d. cons.* 135. *n.* 14. Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 330. *n.* 17. Farin. *d. cons.* 179. *sub. d. n.* 5.

Secundò quia, quatenùs etiam, per impossibile tamen, subsisteret depositio dictorum Peritorum; non per hoc eliceretur indubitata probatio corporis delicti, estò quòd deficit justificatio, quòd adulterationes commissæ fuerint dolosè, & scelerè, ut erat opus Farin. *q.* 2. *n.* 1. Honded. *cons.* 88. *n.* 11. *lib.* 2. Vermigliol. *cons.* 11. *n.* 12. Conciol. *in V. Corpus delicti res.* 1. *nu.* 2.

Tantùm enim abest, quòd in hac facti specie verificari possit, quòd suppositæ adulterationes factæ extiterint dolosè, & scelerè; quin totum oppositum probatum resultet: non solùm quia, additiones, abrasiones, cancellationes verborum, & immutationes millesimi, ac numerorum, falsi præsumptionem inducunt, & ex intervallo facta præsumuntur in casu tantùm ubi ageretur civiliter ad tollendam fidem scripturæ; non verò quando criminaliter, ut hic, & ad pœnam juditium versatur, juxta distinctionem allatam per Mascard. *de probat. concl.* 739. *nu.* 6. & *seqq.* Joseph. Ludovis. *decis. Lucens.* 13. *n.* 65. & 66. Farinac. *dict. cons.* 179. *num.* 9.

Verùm etiam, quia cancellatio verborum in corpore Scripturæ reperta, falsitatem non arguit, quando cancellata verba, aut legi possunt, ut in casu nostro, aut ex præcedentibus, & sequentibus, non obstante cancellatione, & rasura, rectus verborum sensus percipi valet Ursil. *ad Afflict. decis. ult. nu.* 7. Bajard. *ad Clar. lib.* 5. §. *Falsum n.* 211. Nati. *cons.* 132. *num.* 2. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 2. *num.* 6. & 7. *part.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 1254. *n.* 19. & 20. *part.* 3. Farin. *d. cons.* 179. *n.* 10.

Et denique quia (ommisso quod in dubio hujusmodi abrasiones, seu Cancellationes præsumuntur semper factæ tempore confectionis Scripturæ, ante quàm absoluta fuerit; ut sit Bald. & *Comens. relati per* Mascard. *dict. conclus.* 1254. *nu.* 18.) contingere potest, quòd postquam fuerint contracta prima debita per dictum Ragnanum favore dicti Inquisiti; & postquàm confecta extiterint dicta Chyrographa, minorem summam continentia; contingere inquam potest, quod dictus Inquisitus tradiderit dicto Ragnano alias pecuniarum summas, & loco nova conficiendi Chyrographa, de Partium consensu, pro ut præsumitur per ea, quæ dicunt Farin. *q.* 153. *num.* 39. Conciol. *alleg.* 91. *num.* 34. *Idem in verb. Falsum d. res.* 1. *n.* 6. fuerint dictæ summæ reportatæ, & adjunctæ in dictis Chyrographis. Undè data hujusmodi possibili veritate in contrarium nulla sequitur necessaria falsitas Boss. *in tit. de falsis num.* 133. Farin. *cons.* 114. *n.* 48. *in fin. vol.* 2. Conciol. *alleg.* 88. *nu.* 4. & *d. alleg.* 91. *n.* 4. *Idem in verb. Falsum res.* 5. *sub num.* 2.

Et prædicta eò magis roboris firmitatem recipiunt, in nihilo refragante copia computorum extracta ex Actis D. Jacobi Ludovici Pazzi, in quibus enunciantur duo Chyrographa sub diverso millesimo, & diversa summa illorum, de quibus agitur.

Quoniam, (ommisso, quòd ex illis desumi non potest identitas, quòd verè dictæ enunciativæ fuerint extractæ ab Originalibus prædictis, stante diversitate temporis, & millesimi, & summarum inter eas intercedente, propter quod, nisi divinando, firmari non potest, quòd sit unum, & idem; cùm identitas in criminalibus non præsumatur Gramm. *cons.* 23. *nu.* 1. Foller. *cons. crim. div. cons.* 140. *n.* 17. *lib.* 1. Olasch. *cons.* 64. *n.* 45. *post medium* Farin. *cons.* 70. *n.* 46. *lib.* 3. Sed est plenè & concludenter probanda Crevet. *cons.*

169.

169. *n.* 4. Burſatt. *conſ.* 116. *num.* 29. *vol.* 1. Vermigl. *conſ.* 74. *n.* 23. Raynald. *ſyntax. rer. crim. cap.* 6. §. 5. *n.* 39. Qua non facta probatione, præſumitur pluralitas, & diverſitas ad evitandum delictum Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 15. *n.* 18. Cyriac. *controverſ.* 609. *n.* 7. Etiam in caſibus, in quibus de Jure præſumeretur Corn. *conſ.* 233. *col.* 2. & *col. final. vol.* 3. Cravet. *conſ.* 244. *num.* 2. Bertaz. *conſ. crim.* 94. *n.* 28. Ommiſſo etiam, quòd dictæ enunciativæ non probant, ubi agitur de veritate enunciati, ut hìc. Seraph. *deciſ.* 127. *n.* 2. Ludoviſ. *deciſ.* 372. *n.* 3. Rot. *deciſ.* 2. *n.* 1. *part.* 5. *rec.* Cùm referenti non credatur, niſi conſtito de relato Grat. *cap.* 501. *n.* 16. Et magis ſtandum ſit relato, quàm referenti Grat. *cap.* 937. *n.* 23. & *ſeq.* Rot. *deciſ.* 105. *n.* 6. *part.* 8. *rec.* etiam ſi diverſo modo in referente fuiſſet expreſſum. Rota *in Romana Fideic.* 20. *Januarii* 1649. cor. Arguellea §. *Minùs obſtare*, & *in Romana cenſus* 14. *Martii* 1664. *cor. Albergata* §. *Nec adverſatur in fin.* Illud enim, ſi aliter ſe habet, diſpoſitio referens, tamquàm erronea corruit, & non attenditur Otton. Tabor. *lib.* 16. *cap.* 23. *axiom.* 6. *de relat.*)

His inquam ommiſſis; Dato etiam quòd dictæ enunciativæ referri poſſent ad Originalia prædicta, non ideò pernecaſſe ſequeretur, quod aſſant indè falſificata; cùm dari poſſit caſus, quòd poſteà in eis de conſenſu Debitoris factum fuerit additamentum majoris quantitatis Crediti, cum mutatione milleſimi, ut ſuprà dicebamus; propter quod neutiquàm dici poſſet in caſu noſtro, quòd ex vitio viſibili, in quo magnam vim facit D. Promotor Fiſcalis, probatum reſultet Corpus delicti; cùm viſibilitas prædicta ſe habeat ad falſitatem, & veritatem, & ob id non incongruè applicatur Juris Concluſio, quòd actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum, interpretari debet pro non falſo. Farinac. *dict. quæſt.* 153. *num.* 197. Conciol. *Alleg.* 89. *num.* 16., & *Alleg.* 100. *num.* 13. & *in Verb. Falſum reſ.* 9 *num.* 5.

Quòd autem in hac hypotheſi cancellationes, abraſiones, additiones, & Sigilli mutatio falſitatem non contineant, ſed facti ceritatem demonſtrent, hoc unum ſufficiat adducere: nimirùm quòd ex quatuor depoſitionibus, per dictum D. Ragnanum debitorem Juramento firmatis, de quibus in Offens; liquidò conſtat, Cyrographa prædicta veritatem continere: quod ſanè non dixiſſet, quatenùs veritas in contrarium ſe haberet: cùm non ſit credendum, quòd ipſe tamquàm creditor pretii fundi, per eum venditi dicto Inquiſito, voluerit debitum verè non extans fateri in ejus præjudicium, & damnum, & ultimum præbere exitum reſiduo ejus bonorum, & jactare ſuum contra *Text. in l. cum de indebito C. de probat.*, & unuſquiſque ſani ſapientis judicabit; cùm falſitas non præſumatur, ubi quid ſine falſitate fieri poteſt; quia ubi adeſt primordium veritatis, falſitas ceſſare videtur. Hector Felic. *alleg.* 136. *n.* 8., & 9. *p.* 2. Vermigliol. *conſ.* 242. *n.* 4. & *conſ.* 251. *num.* 10. & *conſ.* 402. *n.* 3.

Et quamvis dictus Ragnani, quò ad unum Chyrographum in tertio ejus examine; & poſtquàm ipſum pro vero canonizaverit, totum oppoſitum indè dixerit; nihilominùs illius prima dicta ſunt attendenda, ut per Rot. *deciſ.* 346. *n.* 2. *p.* 1. *div.*, & *deciſ.* 167. *n.* 10. *p.* 1. *rec.* Farin. *q.* 66. *n.* 124. 127. & *ſeqq.* maximè cùm illa reperiantur vinculo juramenti roborata: unum ſcilicèt aſſumptum in recognitione dictorum Chyrographorum, & alia ſuſcepta in actu ejus examinis: & ob id ratione pluſquàm geminatæ ratificationis, ipſa attendenda ſunt, non verò alia illorum deſtructiva; ut ſupplicat Farin. *d. q.* 66. *n.* 141.

Quod adeò verum eſt, ut procedat, etiam ſi ultimum dictum fuerit in tortura confirmatum; præcipuè ſi primum tendit, ut hìc, ad falſitatis excluſionem, ut tradunt Gabriel. *conſ.* 169. *n.* 76. & 79. Burſat. *conſ.* 311. *n.* 31. *tom.* 3. Et eo fortiùs attento, quòd dictus Ragnani, tamquam aſſertus ſocius criminis, nullam probationem facit contra dictum Inquiſitum, aſſertum conſocium in ejus præjuditium, & damnum: ſecùs verò ad illius commodum; ad quem effectum ſtandum eſt primo dicto Gabriel. *d. conſ.* 169. *n.* 61. & *ſeq.* Burſat. *d. conſ.* 311. *n.* 105.

Contrarium verò tenentes procedunt, quando quis ſimpliciter torqueretur ſuper ſecundo dicto, tamquàm Teſtis, ſecùs verò ſi torqueretur, tamquam Reus inquiſitus, & ſic uti Principalis quo ad ſe, & Teſtis quo ad alios, attenditur potiùs primum dictum extra torturam, quàm ſecundum in tortura confirmatum, juxta diſtinctionem allatam per Farinac. *dict. quæſt.* 66. *n.* 181. Ex quo infertur, quòd non ſine rationis fundamento fuit pro parte Fiſci ommiſſum torquere dictum Ragnanum, uti prætenſum ſuppoſitæ falſitatis complicem, ne fruſtra, & ſinè effectu operatico ipſe angeretur.

Ex quibus luce meridiana clareſcit, non conſtare de corpore delicti prætenſæ falſitatis, non obſtante vitio viſibili ex dictis Chyrographis reſultante.

Sed dato etiam, citra tamen ceritatis offenſam, quòd conſtaret de corpore delicti, non per hoc eſſet locus deveniendi contra dictum Inquiſitum ad aliquam torturæ gradum, nec minùs ad aliquam condemnationem in pœnam Falſi.

Tùm quia in materia Falſi, Criminalis actio intentari non poteſt pro re, pro qua Civilis actio, ut hìc fuit intentata; quia una electa, alia tollitur Honded. *conſ.* 109. *n.* 60. *tom.* 1.

Tùm quia hìc agitur non ad querelam Accuſatoris, ſed ex mero Officio Judicis: Quo caſu intrare non valet pœna ordinaria Falſi, ut per Menoch. *de Arb. caſ.* 113. *n.* 1.

Tùm quia, ubi falſitas de facili potuiſſet detegi, non præſumitur commiſſa Cyriac. *contr.* 131. *n.* 45. & *d. controverſ.* 637. *n.* 43. Cujus affertur potiſſima ratio; quia quando abraſiones, & adulterationes ſcripturarum ſunt evidentes, non eſt veriſimile, quòd ſi quis eas feciſſet cum falſitate, illas judicialiter produxiſſet; cùm Curia ex oculari inſpectione falſitatem detegere potuiſſet; ut in conſimilibus terminis animadvertit Cyriac. *d. controv.* 637. *ſub n.* 81. *in fin.*

Tùm etiam quia, licèt falſitas præſumatur commiſſa ab eo, in cujus commodum, & lucrum illa reſultet; attamen hæc, uti præſumptio debilis, non ſolùm non eſt ſufficiens ad condemnandum, imò nec ad torquendum, niſi alia concurrant adminicula Vermigliol. *d. conſ.* 197. *n.* 3. Conciol. *d. allegat.* 91. *nu.* 18. & *in verb. Falſum reſ.* 6. *n* 6.

Quo caſu concurrere debet taltèm mala fama Vermigliol. *d. conſ.* 197. *nu.* 3. Cyriac. *d. controv.* 637. *nu.* 21. Conciol. *d. alleg.* 91. *d. n.* 18. quæ non legitur in offen. probata, nec minùs articulata, nec alia reſultare videntur adminicula, falſitatem Chyrographorum ſuadentia, ſtante quòd falſitas ſine lucro, & commodo, non cenſetur commiſſa: Quibus ceſſantibus, ceſſare quoque videtur falſitatis præſumptio Conciol. *d. alleg.* 91. *n.* 23. Quod quidem lucrum quippè deſumi non poteſt ex prætenſa anterioritate crediti Inſtrumentali D. Domi Cæſaris Baptiſtini tento cum dicto Ragnano ex Juribus, & rationibus infrà dicendis.

Tùm denique quia ſuppoſita falſitas verſatur in parte circa adulterationem, & mutationem milleſimi, & numerorum, in quibus ipſa non committitur, ſed potiùs præſumitur error per Text. *in l. Quid ſit falſum in fin. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Cyriac. *d. controv.* 637. *n.* 71. cùm in numeris de facili erretur Cyriac. *d. controv.* 637. *nu.* 61. qui error tollitur in noſtra Theſi, ſtante veritate, ut ſuprà demonſtrata, & per Debitorem quadrupliciter confirmata ſubrogationem numerorum, & Datarum prorſus excludente.

Prætereà, ut intret pœna Falſi, tria copulativè requiruntur; videlicet. Primò quòd fuerit immutata veritas; Secundò quòd dolosè; Tertiò quòd immutatio nocuerit, vel nocere potuerit, ut indicant Capycilat. *deciſ.* 172 *n.* 28. *p.* 2. Cyriac. *d. controv.* 637. *num.* 65. ſtante uno deficiente, ceſſat pœna Falſi, & omnis alia pœna Vulpell. *conſ.* 6. *nu.* 1. & *conſ.* 129. *num.* 20. Conciol. in *V. Falſum reſ.* 2. *n.* 1.

In hoc enim præſenti themate, quòd non concurrant requiſita prædicta, eſt certò certius.

Non verificatur primum, quia non conſtat fuiſſe mutatam veritatem, imò quod illa ſit talis, qualis conſcripta reperitur in dictis Chyrographis evidenter apparet ex depoſitione, & recognitione jurata antedicti Debitoris, ut ſupra dicebamus; propter quod non eſt opus ſuper hoc denigrare papyrum.

Nec

Nec etiam concurrit secundum, quia dolus, & fraus non præsumitur, nisi duo copulativè probentur; eventus scilicèt mali, & Consilium; quorum neutrum concurrit in casu nostro, ut infrà demonstrabitur.

Prætarquam quod, certissimi Juris est, quòd ubi etiam est immutata veritas dolosè, sed non concurrit tertium requisitum; videlicèt quòd falsitas sit alteri damnosa, vel apta nocere, nulla pœna est irroganda Angel. *de malef. in V. falsario nu.* 3. Farin. *qu.* 150. *n.* 338., cùm satis sit, ut pœna Falsi evitetur, veritatem non esse mutatam animo falsum perpetrandi; licèt iuiquè, & injustè quia mutando illam egerit, ut concludit Gabriel. *d. cons.* 169. *n.* 18. Cæphal. *cons.* 354. *n.* 45., quos referendo sequitur Bursatt. *d. cons.* 311. *n.* 72.

Multò minùs intervenire colligitur tertium requisitum, stante quod falsitates, quæ resultare prætenduntur ex dictis Chirographis in Juditio Civili productis; nullum præjuditium nec actu, nec habito, seu potentia Creditoribus anterioribus, vel posterioribus instrumentale creditum pro se se habentibus afferre queunt: quo casu, nec pœna extraordinaria imponi potest, ut firmant Vermigl. *d. cons.* 197. *n.* 9. *&* *cons.* 242. *n.* 3. Farin. *d. q.* 150. *num.* 337. *vers. contrarium* Cyriac. *d. controv.* 637. *n.* 67. Conciol. *in ver. Falsum res.* 3. *n.* 5. quia falsitas in privata Scriptura commissa, quæ nemini nocet, non est punibilis Thesaur. *decis.* 171. *n.* 2. Conciol. *d. res.* 3. *n.* 2. & ratio rationis est, quia falsitas commissa in Scriptura privata, nullam Fidem faciente contra Creditorem Instrumentariom, uti nec actu, nec habitu nocibilis, non punitur, nec etiam extra ordinem Vermigliol. *cons.* 234. *n.* 6. Conciol. *in ver. Falsum res.* 4. *n.* 4. Quando enim ex falsitate Tertio nullum infertur præjuditium, & damnum, ei actio Civilis non competit; & consequenter nec Fisco actio criminalis est danda, ut tradit Marsil. *cons.* 40. *n.* 10. *&* *cons.* 49. *n.* 11. cum aliis adductis per Honded. *d. cons.* 109. *n.* 51. *tom.* 1.

In casu enim nostro, quòd Chyrographa supradicta in statu, in quo reperiuntur nullum gignere valeant præjuditium dicto D. de Battistinis Creditori Instrumentario præfati Ragnani; licèt de ejus eredito edoctum non comperiatur in Processu offensivo; ut erat opus, est extra omnem difficultatis aleam, attento quòd ipsa carent subscriptione trium Testium, omninò necessaria, ut dictus Inquisitus gaudere posset benefitio prælationis; juxtà *Text. in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab.* per quem defectum gradus prærogativa intrare nequit, nec de falso redargui valeut; eò quia nec actu nec habitu sunt apta detrimentum afferre; ut inquit Boss. *tit. de Falso num.* 83.

Nec valet, si replicetur, quòd ex quo supradicta Chyrographa sunt recognita; propterea detur intelligi, quòd ratione prætensæ Antidatæ sint apta nocere dicto Domino Dono Baptistino, Creditori posteriori; & per consequens dictum Inquisitum evadere non posse pœnam Falsi.

Quoniam cessat objectum, statim ac, quòd constat recognitiones prædictas factas extitisse post contractum debitum cum dicto D. Dono Baptistino, cui nocere non possunt, sed tantùm Debitori recognoscenti; ut distinguont Surd. *cons.* 82. *n.* 21. *versus fin.* Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 11. *n.* 1534. Grat. *cap.* 287. *n.* 27. *& ibi* Carol. De Luc. *n.* 1., estò quòd ante recognitionem erat Jus quæsitum eidem D. Baptistino, & successivè illi præjudicare non valent Grat. *d. cap.* 287. *n.* 2. *&* 12. Vela *disert.* 21. *n.* 13. Salgad. *lab. cred. p.* 3. *cap.* 13. *n.* 32. *& seqq.*, quia respectu temporis recognitio nihil probat; ut ait Surd. *d. cons.* 82. *nu.* 21. Grat. *d. cap.* 287. *n.* 28. Cyriac. *controv.* 10. *nu.* 17. *&* 18. Cùm ipsa non trahatur ad initium, & tempus confectionis dictorum Chyrographorum in præjuditium aliorum creditorum, qui medio tempore sub hypotheca cum eodem Debitore contraxerunt Salgad. *lab. cred. p.* 2. *cap.* 21. *n.* 27., & alios plures congerie Episc. Rocc. *disp. Jur. select. cap.* 111. *n.* 4. *p.* 2. Undè cùm falsitates, de quibus agitur, effectualiter, nec potentialiter sint aptæ afferre nocumentum dicto D. Baptistino, nec aliis creditoribus Instrumentariis, sequitur dicendum, quòd ob carentiam tertii requisiti, nec ordinaria, nec stellionatus pœna intrare potest ex supra firmatis.

Nec negotium facessit, quòd ex quo dictus Inquisitus usus fuit in Juditio dictis Chyrographis, ut supponitur adulteratis ad effectum obtinendi prælationem credito dicti Domini Baptistini; ideò à pœna Falsi se eximere nequeat.

Quia silet objectum ex duplici rationis fundamento, nedum quia, in tantùm ipse producere fecit per dictum ejus Procuratorem in Actis Civilibus antedicta Chyrographa, inquantum pluriès, ac pluriès fuit ab Offitio pulsatus, & ferè coactus ad illa pœnes acta præsentare faciendum, ut ab eodem Offitio hoc inficiari neutiquàm potest, propter quod usus prædictus, tamquàm coactè secutus, non verò voluntariè, dictum Inquisitum afficere minimè queit, quia actus coactè gestus pro nihilo est reputandus ad *Text. in cap. notificasti* 33. *q.* 1. *ubi Gloss. in verb. licentiam* Otton. Tabor. *lib.* 19. *cap.* 41. *sub axiom.* 34. *de voluntate*. Et quando etiam spontè illa produxisset sub credulitate, quod ei de jure anterioritas competeret; non per hoc ex illorum productione, collapsus dici posset in pœnam Falsi; attento quòd verissimiliter esset credendum, quòd hoc non fecisset, nisi consulto Domino ejus Procuratore, seu alio peritiore: quo casu error Juris eum excusaret, & bonam fidem in ipsum induceret ad tradita per Tusch. *lit. E concl.* 320. Otton. Tabor. *de errore lib.* 5. *cap.* 24. *Axiom.* 13. Barbos. *axiom.* 82. *num.* 5. *in fin.*

Sed etiam quia, cum ipse Inquisitus negaverit in ejus Constitutis, dicta Chyrographa falsificasse, meritò dicendum est, nullam intrare pœnam Falsi ordinariam, quæ non irrogatur, nisi scienter utentibus scriptura falsa Boss. *in tit. de fals. n.* 115. Menoch. *de Arb. cas.* 315. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. *Cent.* 4. Honded. *d. cons.* 109. *n.* 67. *lib.* 1. cùm semper præsumatur ignorantia, nisi probetur scientia Bursatt. *d. cons.* 311. *nu.* 67. *tom.* 3. Honded. *d. cons.* 109. *num.* 68.

Insuper ad hoc, ut utens falsa scriptura possit puniri de falso, de Jure requiritur, quod per Judicem interrogetur ad instantiam Partis, numquid velit uti dicta scriptura: qui si responderit affirmativè, punitur de falso, nec ratione ignorantiæ excusatur Boss. *tit. de fals. n.* 155. Clar. *in §. Falsum vers. Utens dicto, & vers. Utens falso* Honded. *dicto cons.* 109. *n.* 69. Verùm cùm in presenti casu, nulla legatur facta hujusmodi interrogatio, utique falsi pœna irrogari non potest Conciol. *in V. Falsum res.* 8. *per tot.* Et eo minùs attento, quod ex usu falsæ scripturæ de Jure nemo tenetur pœna prædicta, nisi usque ad sententiam perseveraverit Bursatt. *d. cons.* 311. *n.* 67. Honded. *d. cons.* 109. *n.* 70. quod hic verificari non potest, eò quia parùm postquam extiterunt producta dicta Chyrographa, dictus Inquisitus fuit in carceribus detrusus.

Nec adversatur in aliquo suspicio falsitatis, oriens ex vitio visibili dictorum Chyrographorum, per quod pro parte Fisci forsan prætenditur satis constare de sufficienti inditio deveniendi contra dictum Inquisitum ad quæstionis tormentum.

Quando quidem ex triplici capite removetur objectum.

Primò quia quo ad duo Chyrographa, cùm ipsa careant, & facta legantur in capite aliarum Personarum; & sic inficiari non potest, quòd non fuerint pęnes alios, quotiescumque etiam constaret de falsitate ex rasura, & immutatione literarum, & non liqueret de loco, & tempore, quo prædicta extiterint commissa, & potuerint ab aliis fieri, reus est exnufandus, ut in his terminis benè comprobat Hector. Felic. *alleg.* 15. *nu.* 87. *& seq. lib.* 1. Vermigl. *d. cons.* 197. *n.* 6. Ex hoc per rationem; quia licèt falsitas præsumatur commissa ab eo, pęnes quem scriptura falsificata reperitur; tamen quando apparet illam extitisse apud alias Personas, ut hic, ratione incertitudinis contra neminem præsumptio prædicta nullum operatur effectum Odd. *cons.* 62. *nu.* 9. 10. *& seq.* Vermigl. *cons.* 198. *n.* 6. Conciol. *d. alleg.* 91. *n.* 40. *& in V. Falsum res.* 7. *n.* 2.

Secundò quia, cum in casu nostro concurrant plures contrariæ præsumptiones & conjecturæ supra recensitæ, suspicionem falsitatis, ex vitio etiam patentā de-

desnmptæ, protsut excludentes, sanè dicere oportet, quòd per eas omnes suspicionet falsitatit prosternantur; sicnti generaliter in omni delicto inditia ad torturam coatiatiis inditiit diluuntur Farin. q. 38. num. 210. cum seqq. Bettazz. cons. 22. nu. 9. Cyttac. d. controv. 637. n. 53.

Tertio deaique, quia ex simplici suspicione falsitatis originem trahente ex vitio visibili, & ex eo, quòd quit utatur tali scriptura, non tesultat inditium ud torturam, sed tantùm ad inquitendum, & ad capturam, nisi alia concurrant, ut post Surd. cons. 232. n. 62. Cravet. cons. 60. n. 17. vol. 2. Maceratens. var. res. lib. 3. res. 44. in quarto casu vers. licet & vers. tamen; ubi habetur, quod regula, quod in Crimine Falsi suspicio habeatur pro falsitate, procedit, quando civiliter agitur, noa verò criminaliter. Idem d. res. 44. fol. 812. vers. Præsertim cum pluribus aliis firmat in puncto Cyriac. d. controvers. 637. num. 54.

Nec minùt turbare videtur, quòd Committens falsitatem, etiam non nocibilem, nec aptam nocere, puniendut sit pœna stellionatus, arbitrio Judicis imponenda.

Quia, nltra quod ex supra firmatis, minimè constat, dictum Inquisitum falsum commisisse.

Resp. quod objectum procedere posset ubi ageretor de Sctiptuta facta à Notario, vel alia scriptura, quæ noa noceret, tamea potentia esset apta ad nocendum; non autem in Sctiptura privata, ut hic, quæ nec actu, nee potentia nocibilis est, cujus respectu, quit pœna aliqua, nec etiam extraordinaria, puniri potest Natt. cons. 588. n. 21. lib. 3. Rol. cons. 38. n. 45. lib. 1. Vulpel. d. cons. 129. nu. 12. 13. & 26. Honded. d. cons. 109. n. 53.

Et quamvis Menoch. lib. 2. Cent. 4. cas. 306. post firmatam dictam Conclusioaem sub n. 14. asserat, propositionem prædictam esse dubitabilem, & receptiorem sententiam militare in contrarium, ut Falsarius puniatur pœna extraordinaria, ut ipse firmat n. 15. & seq. attamen, ommisso, quòd ipse loquitur de falsitate non nocibili, commissa à Notario: & sic juxta primum Membrum distinctionis, de qoa suprà, non verò loquitur de scriptura privata per alium facta aserra alicui nocumentum non apta, ut in casu nostro, ex supra deductis: quo casu firmum remanet secnndum Membrum distinctionit supra allatæ, quòd nulla pœna sit irrogaada; Hoc inquam ommisso.

Replicatur contraria procedere, quando clarè constat, falsitatem dolosè fuisse commissam; aliud verò dicendum est, quando dolus abest, seù manifestè de Crimine falsitatit non constat, ut ex supra teceasitis clarissimè patet: quo casu ab omni pœna etiam extraordinaria, Impotatus de falso tutut redditut, ue post Corn. cons. 182. n. 6. lib. 4. Rol. d. cons. 38. n. 44. Becc. cons. 78. n. 15. & seq. Vulpel. d. cons. 129. n. 15. respondet Honded. d. cons. 109. num. 54.

Admisso etiam, non tamen concesso, quod constaret de falsitate non nocibili, & aliqua pœaa extraordiaaria infligi posset; quippè esse non deberet, nisi pecnniaria Gab. lib. 6. conclus. 5. n. 13., & quidem levit, vel minima, ut firmant Bertaa. cons. 198. nu. 10. Farin. d. q. 150. n. 362. & sub n. 363. quo staate, deveniri non valet coatra dictum Inquisitum ad torturum, quæ inferri haud potest, ubi agitur de pœaa pecuaiaria Farin. q. 42. n. 9. & seqq. ubi respoadet contrarium teaentibut usque ad n. 25. Idem d. cons. 70. n. 33. vers. Quod verò; & n. 52. cujut paiata redditur ratio, ne quis ex modo probandi, graviùt puniatur, quàm ex modo condemnaadi Farin. d. q. 42. n 16.

Verùm cùm in hoc genere delicti præsumptiones, & conjecturæ noa sufficiant ad condemnandum, neque in pœnam extraordinariam, cum crimen Falsi gravissimum sit, & simile pœnæ mortis, ex quo nullum reperitur delictum, quod famam Hominit ita deaigret, sicut crimen Falsi, cùm faciat quodamodò, quòd Homo de cætero non sit talit, cùm careat fide; ut animadvertunt Capyc. lat. d. decis. 172. nu. 10. & seqq. Conciol. in V. Falsum res. 5. nu. 5. Idcircò, ut infligi possit pœna Falsi, requiruntur probatioaet concludentes, præsumptiones, & inditia violentissima, & indubitata, & plusquàm in aliis delictit; itaut Judex aliter credere aon possit, ut ferunt Conciol. d. allieg. 91. n. 3., & d. res. 5. d. nu. 5.; Imò ad evitandam falsitatem, omnit est facienda interpretatio; etiam si estet aliquantulum extranea Farin. d. q. 153. nu. 199. ubi testatur de communi opinione, ut dicit etiam, quòd ut falsitat evitatur, Judex debet adhibere omnem subtilitatem, & omnem facere distinctioaem præsumendo etiam multiplicitatem actuum, & Persoaarum, & diversitatem temporis, & loci, eum quo pertransit Vermigl. d. cons. 244. sub n. 13. Conciol. d. alleg. 91. n. 29. & alleg. 100. n. 12. & in dubio semper judicaadum est, falsitatem non fuisse commissam Honded. d. cons. 109. n. 57. Farin. d. q. 153. n. 192. & seq. Cyriac. controv. 131. n. 46. & d. controv. 637. nu. 21. 22. & seq. Conciol. d. alleg. 91. num. 41. usque ad 44. Idem in V. Falsum res. 9. n. 6.

Reasumendo omaia hùc usque deducta per modum Epilogi: cùm noa constet de corpore delicti, nec ex vitio visibili, nec ex depositione Peritorum super inde examinatorum: cùm appareat ex quadruplicata depositione Debitorit de veritate Summarum in dictit Chyrographis contentarum, juramento firmata, per quam omninò destruitur corpus delicti; per quem deffectum, omnia super ædificata corruunt, ut tradit Conciol. cum ab eo relatis in ver. Corpus delicti, res. 1. n. 1. Cùm non liqueat suppositam falsitatem, nec actu, nec habitu fuisse nocibilem; ut per necesse erat per Fiscum probandum Honded. d. cons. 109. nu. 50. Cyriac. d. controv. 337. n. 69. Cum resultet bina Chyrographa facta extitisse in capite aliorum; & sic contingere potuisse, quòd si falsitatem continerent, fuisse ab aliis commissam: cùm nullibi sit probatum, dictum Inquisitum assertas falsitatet, per eum rationabiliter negatas commisisse, nec minùs eat resultare ex Computis relevatit ex Actit D. Paazi (in quibus totum coastruitur Fisci fundamentum) ob defectum relati, & carentiam identitatit. Cùm nullo Jure sit cautum, falsitatem privatæ scripturæ, à Debitore approbatæ, esse puaibilem: cùm pateat, eumdem Inquisitum per compulsum, inductum fuisse ad producendum dicta Chyrographa; & citra ejus voluntatem, eisdemque non fuisse usum, nec interrogatum, an uti vellet; sed post productionem, fuisse illicò carceratum. Et cùm deniquè concurrant quamplurimæ præsomptionet, & conjecturæ, planè suspicatam falsitatem excludentet, & Fisci intentionem penitùs elidentes; concludendum est, dictum Inquisitum esse in statu promptam, atque expeditam reportandi absolutionem; maximè accedeate illiut bona fama in deff. concludenter probata; per quam excluditur omnit falsitatis præsumptio Conciol. dict. alleg. 91. num. 35. Cyriac. d. controv. 637. n. 48. sub correctione tamen.

Dominicut Factoreus J. C.

Feriis ad utilitatem hominum inductis, ut messium, & vindemiarum, & similium, licèt possit renunciari, & illis non obstantibus de partium consensu procedi, non tamen hujusmodi renunciatio nocebit testibus, qui non poterunt compelli tali tempore ad deponendum, nisi essemus in causa, in qua aliàs de sui natura procedatur non obstantibus feriis, sicut nec etiam nocebit judici, qui tempore feriato non tenetur jus dicere, & potest respondere si vos renunciastis, ego non renunciavi, Thes. *decis.* 39. *per tot.* ubi alia plura, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit. pr. n.* 81. *fol.* 7. ubi quòd in causis summariis non impeditur processus propter ferias ob necessitates hominum inductas, secùs in feriis in honorem Dei, vel repentinis, dummodo quoad primas judex velit, nam invitus non tenetur. Quòd feriis in honorem Dei inductis renunciari non possit, nec expressè, nec tacitè, aliis verò ad utilitatem hominum expressè, & tacitè renunciati valeat, plenè exornat Cæsar Cale *tract. de feriis, q.* 5. *per tot. ultra num.* 1000. *fol. mihi* 373. *& seqq.* De quibus latè Altim. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 40. *per tot. tom. pr.* Crescin. ad Abecelef. *observ. forens. part. pr. observat.* 77. 1

Quoad testes quod non possit in eorum præjudicium feriis renunciari, Sperel. *decis.* 104. *n.* 89.

Quando, & quibus feriis renunciari possit, vel non, vide in §. *Renunciatio n.* 17. latè Tusch. *litt. F, concl.* 101. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 158. *num.* 17. *volum.* 2. *& decis.* 172. *n.* 18. *& seq. vol.* 5. & ad faturitatem, Cala *d. tract. de feriis q.* 5. *per tot.* Scopp. ad Gratian. *dec.* 144. Andreol. *controv.* 243. *num.* 17. *& seqq.* Altimar. & Crescin. *locis supra citatis.*

Et quamvis feriæ statutariæ in quibusdam causis non habeant locum, tamen indictæ per Superiorem mandantem in quibuscumque causis supersederi, comprehendunt omnes causas propter hujusmodi verba universalia nullam causam excludentia, & si non observentur, reddunt sententiam ipso jure nullam, Gratian. *discept. forens. c.* 516. *num.* 13. *& num.* 25. *&c.*

Quòd valeant acta tempore feriarum si adversarius non opposuit, nisi essent nulla ipso jure, Alex. *cons.* 253. *lib.* 2. Cravet. *cons.* 248. *num.* 2. *& cons.* 272. *num.* 9. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 46. *n.* 29. *& in fine*, vide

in

in mea Pract. §. Feriæ nu. 3. & 4. & Cala loc. sup. cit. Altimar. loc. cit. num. 9. Gizzarell. decis. 58. n. 6. Rot. post Posth. de manut. decis. 415. n. 14.

2 Feriæ non possunt opponi à citato ad recognoscendum, cùm nil aliud quæratur ab eo, quàm de facto proprio, an scilicet scripserit, vel non, Magon. decis. Luc. 25. n. 45.

Et generaliter ubi non intervenerit judicium formale trium personarum, videlicet actoris, rei, & judicis, Card. Tusch. litt. F, concl. 97. ubi de feriis messium.

Quòd feriæ messium, & hujusmodi non suspendant tempus compromissi, & instantiæ, & quando secùs, idem Tusc. loc. cit. concl. 98. per tot. Paul. Christin. dec. 171. n. 8. vol. 5. ubi etiam de aliis feriis.

Quòd pignoratio in causam judicati, & missi in possessionem, possit fieri quocumque die feriato etiam in honorem Dei, præter tamen diem Dominicum, cùm in hujusmodi actibus nulla cognitio causæ exigatur; incantus verò rei in pignus captæ non possunt fieri, cùm requiratur tuba, & horrida vox præconis, quæ in his diebus silere debet, licèt fieri possint in aliis diebus feriatis ob necessitates hominum, ut latè per Guid. Pap. decis. 215. per tot. quem sequitur Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 30r. num. 16. per tot. ubi plura in hac materia feriarum, & vide Caccialupp. de debit. suspect. & fugit. quæst. 8. Petr. Pecch. de jur. sisten. & manu. inject. cap. 7. Gratian. discept. forens. cap. 972. num. 2. Cala d. tract. quæst. ult. num. 116. & seqq. & n. 136. & seqq. Vide Altimar. loc. supra cit.

Dixi in §. Executio n. 55. ubi contra ex Scanarol. de visit. Carcer. lib. 3. §. 10. c. 11. per tot. fol. 575.

Plura de feriis, & illarum divisione an tempore nundinarum res, vel personæ arrestari possint, quid si agatur de debitore suspecto, vel extraneo, an post occasum solis, & alia, Paul. Christin. decis. Belg. 158. n. 9. & seqq. per tot. vol. 2. & dec. 99. & 100. vol. 3. vide in §. Mercator n. 19. Cala de feriis q. 4. nu. 203. & seqq. ubi plura, Conciol. cum Romaguer. ad Stat. Eugub lib. 2. Rub. 58. per tot. Altimar. de nullit. Rub. 9. q. 40. & Rub. 12. q. 36. & 37. Fermosin. tractat. var. tit. de Feriis per tot. Cortiad. decis. 124. n. 53. & seqq. & alios à prædictis citatos, penes quos ad saturitatem de materia feriarum, quibus accedit novissimè Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 9. per tot.

Quòd diebus feriatis ad aliquem actum judiciarium procedi non possit, nisi agatur de appellando, vel de re, sive actione tempore peritura, vel nisi subesset pietas, vel necessitas, vel nisi agatur de causa spirituali, vel de executione sententiæ, vel de sola oblatione libelli, vel nisi interveniret taciturnitas partis, vel nisi agatur de actibus voluntariæ jurisdictionis, vel de sententia excommunicationis, vel de citatione facta die juridica ad diem feriatam, quia citatus tenetur comparere quamprimum potuerit, & sic die sequenti, vel de citatione facta die feriata ad diem juridicam, quæ est valida, & arctat citatum non obstantibus feriis, Socein. reg. 155. Card. Tusch. litt. F, concl. 100. per tot. plenè Gizzarel. cum addent. decis. 58. per tot. ubi tractant quinam actus fieri possint, vel non tempore feriatum. Latè idem Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 40. per tot. tom. 1. Abecceles. & Crescin. observat. forens. part. 1. observat. 77.

Et quoad citationes, vide in §. Citatio num. 37. & 38. De Luc. de Judic. disc. 9. num. 52. Altimar. rubr. 12. quæst. 36. & 37. tom. 2. de nullit. Brunnemann. in l. fin. num. 3. C. de fer. Abecceles. & Crescin. loc. cit.

De omnibus prædictis, & aliis pluribus casibus, & actibus, qui fieri possunt etiam tempore feriarum plenè, & ad saturitatem Cæsar Cala tract. de feriis quæst. 4. à num. 1. usque ad num. 256. & quæst. 6 per tot. ubi de causis, quæ diebus feriatis agi, & expediri possunt, quarum nonaginta sex enumerat Altimar. locis supra citatis Brunnemann. Abecceles. & Crescin. locis pariter supra relatis.

3 Feriæ etiam in honorem Dei non impediunt appellationem interponi, vel admitti, prout nec obstant in causa damni dati, quin fiat visitatio, & inspectio loci, nec in aliis tempore perituris, vel ratione loci, nam licèt subhastationes, incantus, & proclamata de jure fieri non possint diebus feriatis in honorem Dei ad instar aliorum actuum judicialium; tamen in Pagis, sive Villis, ac etiam in parvis Oppidis, sive Castellis, ubi non solent gentes congregari nisi diebus festivis, fieri possunt dictæ subhastationes, & incantus in dictis diebus feriatis, & etiam in Ecclesiis, vel ad valvas statim post exitum Missæ, ut testatur Gratian. decis. 5. per tot. cum addit. Cala de feriis quæst. ult. num. 226. & num. 241. & seqq.

Quod passim servatum vidi in pluribus Oppidis, & Castris Statuum Serenissimi Magni Ducis Etruriæ.

Quamvis de consuetudine non posse derogari feriis in honorem Dei inductis, nisi ex magna causa, & ubi utilitas publica id exigat, ut in dictis locis, probet idem Gratian. decis. 21. n. 11. & dec. 144. nu. 11. &c. vide in §. Sententia n. 3. facit Thom. Trivis. dec. 31. num. 4. Vide Scopp. & De Luc. ad Gratian. loc. cit. Crescin. ad Abecceles. loc. cit. n. 12.

Sed hujusmodi consuetudinem valere, vide Pac. Jord. Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 2. n. 144. & fol. 498. et num. 595. fol. 513. ubi quòd non est considerandum an dicta consuetudo sit rationabilis, sed sufficit quòd ita sit, ac antiqua, & à Prælatis scita, & non reprobata, ac illa stante actus sunt validi, & agentes à peccato excusantur, & allegat Cajet. ad D. Thom. Navar. Azor. Bonac. & alios, Cala de feriis q. 1. n. 336. ubi quòd consuetudo præscripta excusat ab observatione festorum, & faciunt plura ad hoc propositum per eum tradita d. tract. quæst. ult. per tot.

Feriæ etiam in honorem Dei non attenduntur in causis salarii, mercedis, & alimentorum de futuro ad favorem pauperis, & egeni, Gratian. dec. 53. in addit. Lanfranc. Zacch. tract. de salar. et merced. q. 92. per tot. ubi idem firmat in salario de præterito, si agatur cum paupere, & succedat loco alimentorum, vide latè Surd. de aliment. tit. 8. privil. 2. per tot. Novat. in pragm. Collect. 95. num. 4. etc. ubi idem in similibus, de quibus omnibus, & aliis, plenè Cala tract. de feriis quæst. ult. per tot. Antonell. de temp. leg. libr. 4. cap. 9. Vide Abecceles. & Crescin. loc. cit. 4

Qui actus fieri possint durantibus feriis, vel non, vide Card. Tusch. litt. F, concl. 100. per tot. Arismin. Tepat. var. sent. tit. de feriis 149. Gizzarel. & Adden. dec. 58. per tot. et in mea Prax. §. Feriæ per tot.

Quòd ubi agitur de re tempore peritura possit procedi etiam tempore feriato in honorem Dei, cap. ult. de feriis, Scacc. de jud. cap. 5. n. 35. et 55. lib. 2. Rot. part. 18 recent. dec. 394. n. 7. Mele ad Gizzarel. dec. 58. n. 27. Altimar. dict. quæst. 40. n. 3. Abecceles. & Crescin. loc. cit.

Feriæ in causis criminalibus, maximè de generali consuetudine non attenduntur, nec in procedendo, nec in sententiando, nec in exequendo, sive sint hominum, sive etiam in honorem Dei, & Sanctorum inductæ, Cabal. resol. crim. cas. 227. num. 28. & seqq. Card. Tusch. litt. F. concl. 96. n. P. Manat. in suis Noct. malencon. interrogat. 162. fol. 267. plures alios idem tenentes refert, & sequitur rationes addendo Sanfelic. decis. 178. & latè Cæsar Cala tract. de feriis q. 4. num. 171. & seqq. ubi pluribus materiam exornat, quia amicus Dei est qui destruit inimicos Dei, &c. quæst. ultim. num. 177. & seqq. & num. 113. ubi de tortura facinorosis irroganda etiam diebus feriatis, & num. 284. ubi de banniendo delinquentes, Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 9. n. 45. & seqq. Vide Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 40. n. 23. & 54. & à nu. 69. tom. 1. Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 9. n. 24. 5

Feriæ, sive festa, & illorum observatio in honorem Dei Beatissimæ Virginis, & Sanctorum unde originem duxerint; quæ festa sint servanda juxta Sacros Canones, vel consuetudines, & demùm juxta modernam Constitutionem Urbani VIII. Pontificis de anno 1642. idibus Septembris, quæ multa ex illis sustulit, licèt non ubique servetur: quòd sit licitum Principi, vel Magistratui sæculari pro observatione festorum ab Ecclesia inductorum statuere pœnas temporales, & exigere, & sit locus præventioni inter Ecclesiasticum, & Sæcularem Judicem in hujusmodi crimine, sicque etiam licentiam operandi concedere, quæ tamen juvabit solùm quoad ipsum judicem sæcularem, & pœnas ab eo statutas, non autem quoad Ecclesiasticum, qui potest punire pœna arbitraria, si aliàs non 6

sit

ſit præfixa , violatores feſtorum etiam laicos , non obſtante dicta licentia judicis ſæcularis, licet conceſſa ab Eccleſiaſtico ſuffragatur etiam quoad judicem ſæcularem. Quòd obſervatio feſtorum contineat duo præcepta, unum affirmativum de auditione Miſſæ, quod regulariter obligat omnes ſub mortali, niſi excuſentur ex defectu uſus rationis, ut infantes, & ſimiles uſu rationis carentes, vel aliis juſtis de cauſis, ut carcerati, infirmi, ac alii ſi non phyſicè, ſaltem moraliter impediti, quòd multis modis contingit, ignorantes, ſtante aliqua conſuetudine, quandoque ex cauſa itineris, bona fide, vel modicitate partis omiſſæ: Alterum negativum de abſtinendo ab operibus ſervilibus, quæ propriè ſervientibus, famulis, & mechanicis conveniunt, niſi excuſet modicitas operis, vel temporis impenſi, puta mediæ, vel ad ſummum integræ horæ, vel niſi fierent ad cultum divinum, vel ratione pietatis, vel cauſa neceſſitatis largo modo ſumptæ, quæ utilitatem magis, quàm neceſſitatem importat, & plura, quæ pro hominum commoditate fiunt, comprehendit, vel occaſione magnæ utilitatis, quæ amitteretur, ut in piſcatione, vel ratione obedientiæ, ſive coactionis, abſentiæ à loco, conſuetudinis, licentiæ à Papa, vel ab Epiſcopo, & quandoque à Parocho in aliquo caſu particulari conceſſæ. Item exceptis operibus ſpiritualibus, ſive etiam ſpiritualibus, & intellectualibus, prout in materie ſcientiarum, convocatione Capituli, vel Conſilii Civitatis, ſcribere, ſive etiam tranſcribere, & copiare, tam adiſcendi gratia, quàm ad mercedem, & lucrum & ſimilibus actibus magis virtute intellectus, quàm ex corporis miniſterio provenientibus, imò etiam quandoque ſi principaliter miniſterium corporis exigatur, ut itineratio, venatio, aucupatio, digladiatio, choreæ, piſcatio, & ſimiles actus, qui animi gratia fiunt, & ſub nomine operum ſervilium non continentur: Aliæ etiam ſunt opera, quæ non tamquam ſervilia, ſed tamquam maximè diſconvenientia, & diſtrahentia prohibentur die feſto, nempè mercatus, proceſſus, citationes, judicia, & juramenta, niſi pro pace, bono publico, vel alia neceſſitate, ſive pietate, ſive legitima cõſuetudine permittãtur, vel niſi agatur de appellãdo, vel de actibus volũtariæ juriſdictionis, prout benè omnia prędicta ſingillatim declarat vidẽdus cum aliis per eum citatis Pac Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 1. per tot. fol. 483. & ſeqq. ad 505.* Lanfranch. Zacch *tract. de Salar. & merced. quæſt. 25. per tot.* Ricc. *Collect.* 3950. & 4049. late Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib. 1. per tot. à fol. 2. ad 69.* Suarez *tract. de Relig. tom. 1. lib. 2. per tot. fol. mihi 157.* & plenè Cæſar. Cala *tract. de feriis quæſt. ultim. per tot.* & dixi *in mea Pract. §. Feſte per tot.* ubi de legibus municipalibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ circa obſervationem Feſtorum, etiam pro Barbitonſoribus, & quæ ſint permiſſa, quæve prohibita fieri dictis diebus feſtivis, *§. Princeps n. 25.*

Materiam hanc enunciatam latè tractat etiam Modern. Raynald. *Syntax. rerum crim. cap. 1. §. 9. per tot.* ubi plura de poteſtate Principis & Magiſtratus ſæcularis in faciendo ſervare feſta ab Eccleſia inducta, ita ut quoad laicos contrafacientes ſit locus præventioni inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem in puniendo, non autem quoad inducendum, & præcipiendum nova feſta, niſi ad quoſdam effectus civiles, & politicos, ac alia multa juxta ſuperius, & inferius per me notata, cumulando alios Auctores materiam tractantes, præcipuè autem Daniel. de Nobilibus *ſelect. diſput. 37. per tot.* ac alibi, Capon. *diſcept. 208. per tot.*

De Barbitonſoribus, notariis, mullionibus, & hujuſmodi qualiter excuſentur à peccato mortali exercendo artem ſuam in diebus Feſtis, Dian. *part. 2. tract. 15. reſol. 34. 35. & 36.* & de aliis idem Dian. *par. 3. tract. 5. reſol. 8 & part. 4. tr. 4. reſol. 62.* ubi de Typographis, pictoribus, barbitonſoribus, ſartoribus, puellis ad vitandum otium laborantibus, & hujuſmodi qualiter, & quando poſſint excuſari, & quo ad Typographos characteres ordinantes illos excuſat, non autem impreſſores.

De origine feriarum; multiplici illarum inſtitutione; de variis feſtorum dierum generibus apud diverſas nationes; de multiplici falſorum Deorum cultu, aris, ceremoniis, vacationibus, ludis, nundinis, nuptiis, natalitiis, funeribus, anniverſariis, parentalibus, epulis, & hujuſmodi; de Jubileo, rogationibus, jejunio, vigiliis, ac diebus feſtivis in honorem Dei, & Sanctorum, latè Cala *tract. de feriis quæſt. 1. per tot. ad n. 359. & quæſt. 2. & 3. per tot.*

Feriæ, ſive dies feriati in honorem Dei quinam 7
ſint de jure, vide Lap. *alleg. 91.* Tuſch. *litt. F. concl. 96.* ubi etiam an, & quando poſſit illis derogari, vel non latè Suares *de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 3. & ſeqq.* & plenius Cala *de feriis d. q. 1. per tot. & qu. 2. & 3. per tot*

De feriis Romanæ Curiæ, vide Ridolphin. *in fine Praxis fol. mihi 745.* & nonnulla per Calam *d. quæſt. 5. & ſeqq.*

Quòd Nuncii Apoſtolici teneantur ſervare ferias Curiæ Romanæ, & non Civitatum, in quibus reſident, Triviſ. *deciſ. 31. lib. 1.* Navar. *in Pragm. Reg. Collect. 95. n. 6.*

Quòd dies non præſumantur feriati, ſed juridici, & ideò feriæ ab allegantibus ſint probandæ. Maſcard. *de probat. concl. 765.* Tuſch. *litt. P, concl. 99.* Ludoviſ. *decíſ. 140. n. 3. & ſeqq.* ubi etiam quòd in iſtis plurimum defertur conſuetudini, quæ poteſt inducere ferias in honorem Dei, & inductas tollere. Vide Abeccleſ. *obſervat. forenſ. part. 1. obſervat. 77. num. 21.*

An propter pietatem (ſicuti propter neceſſitatem) ſint licita opera ſervilia in diebus feſtivis, Dian. *part. 4. tract. 4. reſol. 77.* ubi refert contrarias opiniones, & quoad pietatem videtur ſequi negativam, quia non eſt omittendum opus Religionis propter pietatem extra caſum neceſſitatis.

An feſta poſſint induci, & præcipi ab Epiſcopo ſine populi conſenſu, Dian. *part. 4. tract. 4. reſol. 578.* ubi adducit contrarias opiniones, de quibus etiam latè Fagundez *de præcept Eccleſ. lib. 1. cap. 3. per tot. fol. mihi 9. &c.* An autem poſſint induci à Principe ſæculari, Suarez *loc. cit. cap. 12. per tot.* ubi negativè concludit. Vide Tamburin. *trat. 1. de 2. Eccleſ. precept. cap. 7. à nu. 25.* Jul. Capon. *tom. 3. diſcept. 208.*

De piſcatione, aucupatione, & venatione an ſit licita in diebus feſtivis, Dian. *part. 4. tract. 4. reſol. 222.* ubi refert diverſas opiniones, Suarez *loc. cit. cap. 28.*

Quòd ſit permiſſum diebus feſtivis (audita Miſſa) bellare, Caſtra munire, artem militarem, & digladiatoriam docere, ut faciunt ſchermitores, duces, & hujuſmodi, licet aliqui contrarium ſentiant probat Dian. *part. 4. tract. 4. reſol. 229. et 230.*

An ſit licitum diebus feſtivis computare cum operariis de illorum mercede, et ſolvere, Dian. *part. 5. tract. 13. reſol. 83.* ubi pro opinione negativa, ſed ipſe affirmativam probat, cùm id non ſit opus ſervile.

An permiſſum ſit occupare puellas in faciendis recamaturis, & hujuſmodi maximè ad vitandum otium, Dian. *part. 6. tract. 6. reſol. 15.* ubi adducit opinionem affirmativam, ſed de illa dubitat, & cogitandum relinquit. De prædictis omnibus, & ſimilibus, an, & quando ſint licita, vel non diebus feſtivis, Cala *tract. de feriis q. ult.*

Quòd nundinæ ſolemnes, & privatæ poſſint prohiberi per Epiſcopum in diebus feſtivis, deciſum refert in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, & Romæ confirmatum Navar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 595. n. 5.* vide in *§. Mercator n. 22. et §. Epiſcopus n. 35.* vide De Luc. ad Gratian. *deciſ. 21.*

Quòd præceptum ſervandi feſta non obliget ſub mortali, ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemptus, tenuerunt aliqui; ſed iſta propoſitio eſt expreſsè damnata, atque reprobata per Decretum Innocentii Papæ XI. Romæ editum 4. Martii 1679. ſub *n. 52.* ubi etiam ſub *n. 53.* eſt pariter damnata alia ſimilis concluſio habens, quòd ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor ſimul à diverſis celebrantibus audit vide Lumbier. *de propoſit. damnat.*

Multa de feriis, & diebus feſtivis remiſſivè tradunt 8
Ægid. de Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Feriæ,* &

Com.

Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part. 4. eod. verb. fol. 570. &c.* Fagnan. *sup. Decretal. in Indic. verb. Feriæ* Abeccles. & Crescin. Altimar. Mans. Palm. & alii moderni.

9 An diebus festis, & feriatis possit fieri executio, & facta irrita sit, Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. fol. mihi 168.*

10 Quæ sint permissa sine peccato diebus festivis, Mendo *tract. de jur. Acendem. in locis citatis in Indice verb. festus dies*, ubi de Senatoribus, Judicibus, & cæteris professoribus, de docendo etiam ob lucrum, pingendo, delineando, transcribendo, & hujusmodi operibus.

11 Doctores diebus feriatis possunt pro miserabilibus personis consulere Crescin. ad Abeccles. *observ. 9. n. 2n.* quin immò in aliquorum sententia possunt etiam consulere in omnibus causis, mediante pecunia *ibid. num. 10.*

12 An feriatum tempora in terminum dilationis sint computanda Crescin. ad Abeccles. *observ. 76. num. 1. part. 1. pag. 68.* Jodux rectè exprimit in citatione verba = *inclusis, vel exclusis feriis ibid. num. 2.* in quæstione, de qua supra *nu. 1.* intrat judicis arbitrium *ibid. n. 3.*

13 Regulariter testes non debent recipi die feriato, sed juridico Crescin. ad Abeccles. *loc. supr. cit. nu. 4.* aliàs examen est nullum *ibid. n. 5.* limitatur hæc regula, si testes juraverunt die juridico, quià tunc examinari possunt, etiam in die feriato in honorem Dei, nam eorum depositio defertur ad tempus juramenti, & non est actus judicialis, sed quid facti *ibid. n. 6.*

14 Diebus festivis in honorem Dei dedicatis, & precipuè Dominicis prohibentur omnes cognitiones, executiones, vexationes, admonitiones, & subhastationes. Crescin. ad Abeccles. *observ. 77. num. 2. part. 1. pag. 69.*

15 Diebus feriatis in honorem Dei fieri possunt ea omnia, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, & quæ judicii indaginem non requirunt, ut sunt collationes Beneficiorum, Dispensationes, Transactiones, Adoptiones, Emancipationes, Manomissiones, & similia Crescin. ad Abeccles. *supra a n. 31.* itèm fieri potest datio tutoris *ibid. n. 32.* idem dicendum de delegatione causarum *ibid. n. 33.* possessio diebus feriatis capi potest *ibid. n. 34.* & fieri possunt instrumenta contractuum extrajudicialium *ibid. n. 35.*

16 Juramentum testibus defferri nõ potest diebus feriatis Crescin. ad Abeccl. *ibid. n. 37.* potest tamen juramentum testibus defferri diebus feriatis in causis criminalibus *ibid. n. 38.* & ubi testes essent absfuturi, vel ità infirmi, ut de eorum morte timeretur *ibid. obser. 77. n. 39.*

17 Juramentum regulariter non potest præstari in die festo vide Text. *in cap. 1. de fer.* Crescin. ad Abeccles. *ubi sup. n. 40.* nisi tantùm pro pace, vel alia necessitate videlicèt pro fide, pro obedientia, & fama *ibid. n. 41.* reprobantur Suar. *de Relig. lib. 2. de diebus fest. cap. 30. nu. 16. 17.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. num. 29.* volentes Text. in *d. cap. 1. de fer.* intelligendum esse tàm de juramentis judicialibus, quàm de extrajudicialibus *ibid. n. 42.* verius est dictum textum procedere solùm quoad juramenta judicialia Crescin. ad Abeccles. *observ. 77. n. 43. part. 1.*

18 Feriæ repentinæ quæ sint, & quas ob causas à principe indicantur Fagnan. *in cap. conquestus n. 76. de feriis.*

19 Feriæ repentinæ a Principe indictæ non sunt servandæ in foro Canonico Fagnan. *ibid. n. 62.*

20 Feriis repentinis nequeunt partes renunciare *ibid. num. 8.*

21 Arbiter tenetur servare ferias solemnes. Fagnan. *ibid. n. 10.*

22 Feriis in honorem Dei partes compromittendo, tamquam in arbitrum renunciare nequeunt Fagnan. *ibid. n. 11.*

Secus, si tamquam in arbitratorem Fagnan. *ibid. num. 20.*

23 In hoc Serenissimo Statu Parmæ circa feriarum materiam habemus *Statutum libr. 2. rubr. de Feriis, & quoddam Decretum Serenissimi Ranutii Farnesii Ducis VI. editum de anno* 1668.

§. FEUDUM. XI.

Feudum sic à fide, vel fidelitate dictum, nil aliud est quàm benevola, libera, & perpetua concessio rei immobilis, vel æquipollantis cum translatione utilis dominii in accipientem, directo apud dominum remanente, facta pro illius recognitione exhibitione alicujus fidelis, & honesti servitii, ut colligitur *ex cap. 1. §. beneficium, quibus caus. feud. amitt.* Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos. 1. n. 2.* Clar. *§. Feudum qu. 4.* Christin. *in Comment. ad leg. municip. Mechlinen. tit. 10. de jur. feud. nu. 1. fol. mihi 299.* ubi benè declarat latè Tusch. *litt. F. concl 103. & seqq. ad 216.* ubi plurima de feudis, idem Christin. *decis. 1. vol. 6. cum seqq. usque ad 115.* ubi etiam de variis Consuetudinibus feudalibus diversarum Provinciarum, Jo. Paul. Balzaran. *tract. de feud. in Prælud. qu. 4. & fol. 9,* Ageta *Vision. jur. feud. part. 1. Rub. 1. cum pluribus seqq.* ubi plura de origine, etymologia, definitione, ac divisione feudi, & hujusmodi Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 7. subsect. 3. n. 162. tom. 3.* Salgad. *part. 4. de Reg. Protect. cap. 8. a n. 130.* Vela *dissert. 13. n. 13.* De Luc. *de feud. disc. 39. n. 6.* 1

Ex quibus cognoscatur qualitas feudalitatis ad differentiam allodii, censos, vel emphyteusis, Merlin. *decis. 670. per tot.* Rot. *par. 11. recent. dec. 280. per tot.* Martha *vot. Pis. 221.* ubi ex quibus probetur feudum, Bich. *decis. 538. per tot.* latè Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 766. et seqq.* Balzaran. *d. tract. per tot.*

Et de natura feudi in genere, & in specie idem Balzaran. *d. tract. tit. 7. fol. 64. etc.* Multa de feudis scripsit etiam Fajard. *Allegat. fisc. pr.* & in pluribus aliis pro defensione jurium fiscalium Domini directi, ut in repertorio *verb. Feudum et alibi*, Gabriel. de Bellis *tract. de feud.* ubi plura de materia feudi, ejus creatione, forma, causis efficienti, materiali, formali, & accidentali, & de quibus etiam Ageta *Vision. jur. feud. per tot.* Altimar. *d. subsect. 3. per tot.* Giurb. *de feud.* De Pont. *in prælud. feud.* Aget. *loc. cit.* Rosa *lect. feud.* Card. De Luc. *de feud. et alibi.*

Feudum est multiplex, nam aliud dicitur regale, vel dignitatis, aliud non dignitatis, aliud nobile, aliud burgense, aliud francum, aliud non francum, aliud rectum, aliud conditionatum, aliud ligium, aliud non ligium, aliud hæreditarium, aliud ex pacto, & providentia, aliud mixtum, aliud antiquum, sive paternum, aliud novum, de quibus & aliis divisionibus feudorum, vide Bald. *& alios in proœm. feud.* Clar. *§. Feudum qu. 7. cum pluribus seqq.* Zas. Curt. Rosenthal. *et alias in tract. feudal.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 378. cum pluribus seqq.* Tusch. *litt. F. concl. 137. et seqq. ad 216.* ubi plenè de materia feudali, Paul. Christin. *decis. 2. et seqq. vol. 6.* ubi per 115. decisiones materiam feudalem declarat cum pluribus quæstionibus ad eam spectantibus, & idem Christin. *ad leg. municip. tit. 10. per tot.* Ludovic. Belli. *cons. pr. cum pluribus seqq.* Gabriel. de Bellis *d. tract. par. 2. per tot. fol. mihi 62. etc.* ubi de feudo nobili, ignobili, masculino, fœminino, novo, antiquo, corporeo, incorporeo, sæculari, Ecclesiastico, ligio, non ligio, ex pacto & providentia, hæreditario, mixto, temporali, perpetuo, magno, modico, dividuo, individuo, Regali, titulato, proprio, sive recto, & improprio, quorum etiam naturam declarat Ageta *d. tr. Rub. 10. per tot.* De Luc. *de Feud. in summ. à n. 8.* Molin. *tract. 2. disp. 472. et seqq.* 2

Quando feudum dicatur francum vel non, & à quibus sit francum, quomodo probetur feudum, seu feudalitas, & alia, Martha *vot. Pis. 221. per tot. et vot. 232.* ubi etiam qualiter non possit alienari, nec super eo census imponi absque licentia non obstantibus quibuscumque clausulis, & latè Ludovic. Belli *loc. cit.*

Feudi maxima, & præcipua divisio quoad magis notabiles effectus ex ea resultantes, est, quoad aliud dicitur novum, aliud antiquum, sive paternum, alium hæreditarium, aliud ex pacto, & providentia, aliud mixtum. 3

No-

Novum eſt illud, quod de novo conceditur, & habet initium à perſona illius, qui de ſe primò fuit inveſtitus.

Antiquum, ſive paternum eſt illud, quod fuit acquiſitum ab aliquo aſcendente, qui fuit communis parens agnationis.

Hæreditarium dicitur illud, quod eſt conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, & in hoc ſuccedunt omnes hæredes etiam extranei, abſque alia qualitate.

Ex pacto, & providentia dicitur illud, quod eſt conceſſum pro ſe, & filiis, vel pro ſe, & liberis, nulla facta mentione hæredum, & in hoc ſuccedunt deſcendentes à primo acquirente, etiam ſi non ſint hæredes.

Mixtum participans de utroque dicitur illud, quod eſt conceſſum pro ſe, & filiis, & hæredibus, quo caſu requiritur, ut qui vult ſuccedere ſit filius, vel deſcendans, & etiam hæres, & ſic utraque iſtarum qualitas concurrat, ut benè declarat videndus Clar. *cum aliis per eum citatis in §. Feudum qu. 8. et 9. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 38. per tot.* ubi quòd in dubio præſumitur hæreditarium, ſed quòd imò potiùs præſumatur ex pacto, & providentia, latè, probat Magon. *dec. Flor. 54. n. 6.* & Franch. *dec. 6. per tot.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 94. per tot.* ubi reſpondet contrariis, & adducit novem caſus, in quibus ſine dubio dicitur ex pacto, & providentia, vide latè Tuſch. *litt. F. concl. 177. cum plurib. ſeqq.* Paul. Chriſtin. *dec. Belg. 268. volum. 1. et dec. 2. cum pluribus ſeqq. vol. 6. et deciſ. 112. et 113. eod. volum. 6.* Merlin. *deciſ. 150. per tot.* Peregr. *deciſ. 150.* Rot. *part. 11. recent. dec. 258. nu. 10. et ſeqq.* Ludoviſ. cum Beltram. *deciſ. 418. n. 13. et 18.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 767. et ſeqq.* ubi plura quale præſumatur feudum, & quomodo probetur, Cabal. *conſ. deciſ. 140. per tot. lib. 2.* Ludovic. Belli *conſ. pr. cum pluribus ſeqq.* Gabriel. de Bellis *loc. ſup. cit.* Palma *conſ. pr. per tot.* Ageta *Viſion. jur. Feud. Rubr. 10. de Feud. diviſ. per tot. fol. mihi 57. etc.* vide De Luc. *de Feud. diſc. 9. n. 6.* ubi de feudo mixto *et alibi* ſæpe de dictis diviſionibus feudi.

Quòd agnatus ſuccedat in feudo hæreditario, licèt non ipſe, ſed alius ſit hæres inſtitutus, cùm ſufficiat per ſe non ſtare, quin hæres exiſtat, Capyc. *deciſ. 64. n. 7. et 8.* & vide Franch. *dec. pr. n. 16. et ſeqq.* vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quodnam dicatur feudum novum, vel antiquum diverſis reſpectibus, quomodo differant, quale in dubio præſumendum, qualiter in utroque ſuccedatur, & alia latè Tuſch. *litt. F. concl. 177. et ſeqq.* cum aliis ſupracitatis.

An poſſit retineri repudiata hæreditate, vide in §. *Filius n. 26.*

4 Feudum in dubio præſumitur antiquum, niſi aliter conſtet ex conjecturis, vel ex nova conceſſione, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 93. nu. 1. et ad 17. et de arbitr. caſ. 191. per tot.* ubi plures caſus diſtinguit Altograd. *conſ. 7. n. 12. et ſeqq. per tot. lib. 2.* ubi plures antiquitatis conjecturas adducit Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 2. n. 16.*

Quòd ſit ſpectandum initium, & prima conceſſio à Principe facta, & non dicatur novum quando in aliquem fuit alienatum, licèt reſpectu acquirentis tale dici poſſit, cùm ejus forma, & natura mutari non poſſit, Magon. *deciſ. Flor. 54. n. 25.* & vide Tuſch. *loc. cit.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 3. vol. 6.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 771. per tot.*

Quòd feudum, vel emphyteuſis quando renovatur, non dicatur novum feudum concedi, ſed antiquum, & in omnibus regulari debeat juxta conditiones antiquas, & maximè quando renovatio ſit ex neceſſitate pacti, vel ſtatuti, Gratian. *diſcept. for. cap. 913. nu. 21. et ſeqq.* Peregrin. *dec. Pat. 7. per tot.* Vide Rotam coram Caprar. *deciſ. 184. per totam.*

Quòd feudum antiquum ſemper retineat ſuam naturam antiquam quantumcumque renovetur, & aliis concedatur, etiam ex cauſa, propter quam potuiſſet unus inveſtitus, vel alii ab eo decendentes privari, & feudum confiſcari, ac poſtea aliis de novo concedi, & novum feudum effici, ſi non præceſſit declaratoria domini, & vaſſalli privato ipſo citato, & audito, itaut tamquam feudum antiquum, finita unius linea ſemper devolvatur ad proximiores agnatos tranſverſales deſcendentes à primo inveſtito in infinitum, vel jure accreſcendi, vel ex natura feudi, & inveſtituræ, vide latè per Altograd. *conſ. 6. per tot. lib. 2.* ubi etiam *n. 21. & ſeqq.* quòd non poſſit præjudicari jus habentibus ex primis inveſtituris, in illorum enim præjudicium non poteſt feudum antiquum immutari in novum, nec per vaſſallum, nec per dominum ipſum, de quo benè Clar. *§. Feudum quæſt. 8. n. 2. & ſeqq. per tot.* ubi quòd quando Princeps in conceſſione dicit concedere, *jure feudi antiqui, & paterni*, an tunc feudum licèt novum regulari debeat tamquam antiquum, & paternum vigore dictæ conceſſionis; & è contra an feudum antiquum, tanquam novum conceſſum mutet naturam ſuam, & videtur diſtinguere, ut quoad præjudicium concedentis, & accipientis, teneat pactum, non autem quoad præjudicium aliorum, vide Peregrin. *dec. Pat. 7. per tot.* Martha *vot. Piſ. 220. nu. 22. & ſeqq.* ubi quòd feudum licèt novum, ſi fuerit conceſſum ſub natura feudi antiqui paterni, mutat naturam novi feudi, & regulari debet tanquam feudum antiquum facit Barboſ. *rubr. ſolut. matrim. 3. part. à n. 37.*

Feudum antiquum renovatum etiam diverſis verbis ab antiquo non efficitur novum feudum, ſed retinet naturam antiqui, cùm hujuſmodi renovationes non poſſint præjudicare habentibus jus, & vocatis ex primis inveſtituris, cùm nec dominus concedens, nec vaſſallus, vel emphyteuta recipiens poſſint immutare naturam feudi in præjudicium agnatorum in eo comprehenſorum, niſi tamen renovatio fiat cum novis conditionibus, & pactis diverſis à primis inveſtituris, nam tunc efficitur feudum novum, & novæ inveſtituræ ſunt attendendæ, & ſi vocati, ac ſuccedere debentes ex antiquis inveſtituris ſint hæredes defuncti vaſſalli, vel emphyteutæ, qui illis præjudicium intulit, vel aliis reliquit, non poſſunt illius facto, & declarationi contravenire, etiam ſi ex propria perſona ſint vocati, ut benè probat Altograd. *conſ. 91. n. 11. & ſeqq. per tot. lib. 2.* facit quod dixi in *§. Hæres n. & §. Emphyteuſis n.* Peregr. *deciſ. 7. per tot.* 5

Quod nova qualitas addita faciat feudum novum in qualitate addita, non autem in cæteris, Franch. *deciſ. 7. n. 4.* De Luc. ad De Franc. *obſerv. 7. & 75.*

Quòd feudum regulari debeat ſecundùm inveſtituram, à qua dignoſcitur quid, & quale ſit, Tuſch. *litt. F. concl. 108. per tot.*

Feudum novum, ac tale quod potuerit alienari à patre in præjudicium filiorum, ſi non fuerit alienatum, dicitur provenire ex diſpoſitione patris, & imputatur illis in legitimam; ſecùs autem ſi ſit antiquum, & tale, quod tranſeat ad filios uti filios, & non uti hæredes, Alex *conſ. 27. n. 2. lib. 5.* Surd. *deciſ. 235. per tot.* Franch. *deciſ. 368.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 38. n. 20. & ſeqq.* vide in §. *Emphyteuſis nu. 34.* Clar. *§. Feudum. qu. 46.* Mangil. *de imput. qu. 36. per tot.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 1. q. 4. & ſeqq.* ubi latè Paul. Chriſtin. *deciſ. 38. n. 15. & ſeqq. vol. 6.* dixi in §. *Legitima n. 9. & n. 38.* Ant. Gabr. *tract. de permiſ. feud. & emphyt. alienat. quæſt. 7. per tot.* Martha *vot. Piſ. 129. n. 8. & ſeqq.* ubi quòd novum conceſſum ſub natura antiqui, dicitur antiquum, & non imputatur in legitimam, idem Martha *vot. 220. n. 20. & ſeqq. per tot.* Cabal. *conſ. dec. 540. per tot. lib. 2.* Latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* 6

Feudũ poteſt alienari à primo acquirente in præjudicium aliorũ vocatorũ, dummodo ſit novum, & acquiſitũ titulo oneroſo, vel ſaltem ipſius acquirentis, & nõ aliorum contemplatione: antiquum verò ex pacto, & providentia, & non hæreditarium alienari non poteſt, Surd. *deciſ. 209. nu. 16.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. pr. qu. 5.* Michalor. *de fratr. part. pr. cap. 38. num. 22. & ſeqq.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 125. n. 7. et ſeqq.* Gratian. *diſcept. foreaſ. cap. 372. num. 7. cap. 511. in princ. cap. 554. n. 20. et cap. 663. n. 12.* & vide in §. *Emphyteuſis num. 34.* & Paul. Chriſtin. *deciſ. 26. n. 24. et volum. 6. cum pluribus dec. ſeqq. infr. n. 12.* 7

nu. 12. De Luc. *de Feud. disc.* 131. *ex nu.* 6. *de Don. disc.* 1. *num.* 14. Vide Rot. coram Emerix jun. *decis.* 1291. *n.* 11. *et* 12. Capyc. Latr. *consult.* 23. *et ibi* Carol. Ant. De Luc. Cyriac. *contr.* 312.

An autem hujusmodi alienatio possit rescindi, vel retractari non obstante lapsu longissimi temporis, latè Paul. Christin. *decis. Belg.* 204. *vol. pr. et decis.* 386. *d. vol. pr. et decis.* 2. *per tot. vol.* 5. ubi ex quibus causis possit alienari, vel non, & latius *dec.* 63. *cum pluribus seqq. vol.* 6. *An possit revocari per filios, et agnatos* Boscol. *art.* 4. *nu.* 33. apud De Luc. *de Feud.*

Quod ubi plures sunt vocati nomine proprio, dicantur omnes principaliter contemplati, & tunc cesset disputatio de primo acquirente, qui non potest aliis præjudicare, Rot. *part.* 12 *recent. decis.* 213. *n.* 6. *et seqq. et part.* 14. *dec.* 125. *num.* 7. *etc.* ubi quòd tunc quilibet dicitur primus in parte sua.

Quòd feudum novum possit alienari ut supra, intellige quando sumus in patre habente filios in potestate tempore acquisitionis, secus autem in matre, vel respectu filiorum emancipatorum dicto tempore acquisitionis, quia tunc acquisitio facta pro filiis fuit perfecta, & valuit à principio, & ideò non potest revocari ex distinctione Baldi, quam latè comprobat Gratian. *discept. forens cap.* 405. *per tot.* quem loquendo in emphyteusi sequitur Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 55. *num.* 10. *etc.* De Luc. *de Feud. disc.* 231. *ex num.* 7.

Quòd stante consuetudine disponendi de feudo in præjudicium vocatorum, possit feudum alienari tamquam redactum ad naturam bonorum allodialium, si talis consuetudo sit in specie probata, & in investitura non adsit pactum expressum ad favorem vocatorum, latè Gratian. *discept. for. cap.* 447. *num.* 26. *etc.* Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit. pr. qu.* 8 *per tot.* ubi testatur de dicta consuetudine in multis locis, & præcipue in Romandiola patria sua, & mea vide in §. *Emphyteusis num.* 34. penès Anton. Gob. *tract de permiss. feud.* & *emphyt. alienat. per tot.* & *in meis resolut. cap.* 85. *num.* 13. *et per tot.* latè Tusch. *litt. F. concl.* 186. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 115. *n.* 22. *etc.* ubi de consuetudine Mantuana, & quomodo intelligenda, *et part.* 13. *decis.* 409. *n.* 22. & 23. ubi de eadem consuetudine, quæ operatur quoad validitatem alienationis, non autem faciat mutare propriã naturam feudi, & alia, de quibus infra *nu.* 25. Navar. *in Pragm. Reg. Collect.* 104. *num.* 36. ubi de consuetudine Galliæ, & Siciliæ, Ant. Gob. *loc. cit.* ubi de consuetudine Mantuana, aliorumque locorum Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *subsect.* 3. *nu.* 218. De Luc. *de feud. disc.* 11. *n.* 2. *disc.* 127. *a n.* 10. & *seqq.*

An feudum possit alienari sine consensu agnatorum, & quibus præjudicet, vel non hujusmodi consensus, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 169 *per tot. vol. pr. et dec.* 174. *d. vol. et dec.* 63. *et seqq. vol.* 6. *et dec.* 71. *d. vol.* 6. ubi an & quando consensus aliquorum aliis præjudicet, vel non.

Quod regulariter feudum non possit revocari, neque alterari invito feudetario, & quando secus, latè Tusch. *litt. F. concl.* 109. *per tot.*

An possit dividi, & quid operetur divisio, an subinfeudari, & alia, idem Tusc. *litt. F. concl.* 189. *et seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 388. *volum. pr. infr. nu.* 27. *in fine*, dixi in §. *Vassallus num. pr. etc.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 125. *nu.* 12. & Navar. *d. Collect.* 104. *num.* 14. & *seqq.* ubi inferuntur casus, in quibus potest alienari sine assensu Domini. Altimar. *loc. cit.* 241. Marescot. *var. resol. libr.* 2. *cap.* 59.

De alienatione feudi paterni, Jo. Paul. Balzaran. *de feud. tit.* 39. *fol.* 293. &c.

8 Feudum concessum pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, dicitur ex pacto, & providentia, non hæreditarium, nam illud verbum *hæredibus* declaratur per sequentia verba, ut debeat intelligi de hæredibus sanguinis, ut latè multis congestis firmat Magon. *decis. Flor.* 54. *num.* 9. & *seqq.*

Quòd in feudis pro se, & hæredibus concessis veniant tantùm descendentes, & hæredes sanguinis masculi, non autem transversales, nec fœminæ, latè probat Altograd. *cons.* 91. *num. pr.* 10. & *per tot. lib.* 2. vide in §. *Emphyteusis num.* Tusch. *litt. F. concl.* 159. & *seqq. infr. nu.* 13. &c.

Plura de successione feudali, Paul. Christin. *dec.* 26. *cum multis seqq. volum.* 6. & *ad leg. municip. tit.* 10. *art.* 9. *et seqq.* Jo. Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 8. *fol.* 66. &c. idem Altimat. *loc. cit. à num.* 215. De Luc. *in Indic. gener. verb. feudum quoad successionem.*

Feudum ex pacto, & providentia non venit in re- 9
stitutione fideicommissi, cùm ea, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, non possint in fideicommisso venire: imò nec etiam hæreditarium venit, nisi fideicommissarius sit de illis, qui sunt habiles ad succedendum in feudo, & in omnem casum non sufficit generalis dispositio, sed de illo esset facienda expressa mentio, cùm feudum non veniat appellatione bonorum, nisi sit adiecta clausula, *omnia, et singula*, & esset necessarius assensus Regius, latè Magon *d. decis.* 54. *num.* 12. & *seqq.* Mart. *vot. Pis.* 221. *num.* 30. & *seqq.* sequitur loquendo etiam in emphyteusi, Duran. *decis.* 254. *num.* 17. & 18. ubi tamen limitat nisi talia bona feudalia, vel emphyteutica redacta sint ad instar allodialium, quia tunc veniunt sub generali dispositione facta de bonis, adde Christin. *decis. Belgic.* 122. *n.* 10. & *volum. pr.* & *decis.* 38. *per tot. vol.* 6. Ant. Gabr. *tract. de permiss. feud.* & *emphyt. alienat. q.* 6. ubi latè an, & quando veniat sub generali, vel universali dispositione, vel non, ad plura inferendo Palma *cons. pr. per tot.* De Luc. *de Renunc. disc.* 6. *n.* 7. *disc.* 4. *num.* 20.

Et de emphyteusi an veniat in fideicommisso, idem Magon. *decis. Luc.* 7. *nu.* 23. & 38. vide in §. *Bona num.* & §. *Emphyteusis num.*

An autem in dubio feudum præsumatur hæreditarium, vel potius ex pacto, & providentia, Ludov. cum Beltramin. *dec.* 418. *nu.* 13. & 18. ubi ex pacto, & providentia juxta veriorem opinionem, alios vide supra *nu.* 3. De Luc. *de Feud. disc.* 19. *nu.* 3. Rot. coram Emerix. jun. *decis.* 926. *n.* 2.

Feudum non venit in generali obligatione bono- 10
rum, & si sit specialiter obligatum sine consensu domini non tenet obligatio; possunt tamen fructus obligari, intelligendo quando est hæreditarium, secùs si ex pacto, & providentia, vel intelligendo si vassallus obligetur actione personali ad dandũ hujusmodi fructus, secùs si pro illis vellet jus constituere super feudo, Afflict. *dec.* 26. Neguf. *de pign. part.* 2. *memb.* 2. *nu.* 43. & *seqq. ad* 49. Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *n.* 11. *cap.* 580. *per tot.* & *cap.* 730. *n.* 53. & *seqq.* Martha *vot. Pis.* 221. *num.* 22. & *seqq.* & *vot.* 232. ubi qualiter non possit super eo census imponi sine licentia, non obstantibus quibuscunque clausulis, vide in §. *Creditor num.* 2. & pulchrè Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit. pr. q.* 11. *per tot.* ubi pluribus modis notabiliter ampliat, & limitat, vide Tusch. *litt. F, concl.* 204. & Paul. Christin. *decis.* 238. *volum. pr.* & *decis.* 68. *volum.* 6. & *decis.* 95. *d. volum.* 6. latè Sanfelic. *decis.* 372. *cum Addit.* ubi etiam qualiter possit sequestrari, vel non, Mastril. *decis.* 86. Bich. *dec.* 379. *nu.* 30. & *seqq.*

Quòd quando vassallus se obligasset ut supra actione personali habeat locum Salvianum illo vivente pro consequutione crediti contra detentorem feudi, Scapuc. de Salvian. *lib.* 12. *q.* 11. *per tot.* vide Pacif. *eod. tract. Inspect.* 3. *cap.* 2. cum aliis per Merlin. *loc. cit.*

Et præstito consensu per Principem ad obligandum feudum pro certa quantitate, talis consensu non extenditur ad usuras, & interesse, & quare, Martha *cum pluribus ab eo citatis vot. Pis.* 156.

Si quis tamen contrahat cum ipso Principe Domino feudi, non indiget alio expresso consensu, idem Martha *vot.* 221. *num.* 37. & *seqq.* ubi infert ad validitatem erectionis Commendæ S. Stephani in feudo Serenissimi Magni Etruriæ Ducis.

Qualiter fructus feudi, & illius commoditas possint, & pro quo tempore alienari, vel pro executione sententiæ capi, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 560. *per tot.* Neguf. *de pign. part.* 2. *memb.* 2. *n.* 49 Pacif. *d. cap.* 2. *n.* 76. Merlin. *d. q.* 11. *nu.* 51. & facit Paul. Christin. *dec.* 60. *volum.* 6. ubi an fructus ex feudo percepti habeantur pro feudalibus, vel allodialibus, & in dictis terminis idem Christin. *decis.* 95. *num.* 12. & *volum.* 6. Sanfelic. *decis.* 372. *cum Addit.* ubi etiam

qua-

qualiter possint sequestrari, Jo. Bapt. de Luca *tr. de Regul. lib.* 2. *discurs.* 37. ubi intelligit donec possidetur à debitore hypothecario, vel ejus hærede, secùs si à tertio, & *disc.* 38. *n.* 5. Vide Gall. *de Fruct. disp.* 27. *art. pr.* Rot. coram Ansaid. *decis.* 75. *n. pr.* Idem De Luc. *de feud. disc.* 20. *n.* 6. *disc.* 61. *nu.* 18. *disc.* 96. *n.* 4. *disc.* 110. *n.* 6. & 9. *de Jurep. disc.* 63. *n.* 7.

Et qualiter hæres in feudo hæreditario cogi possit ad illud vendendum, ut satisfiat creditoribus, & legatariis, vide Franch. *dec.* 704. Marcian. *disput. forens. cap.* 27. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 372. vide in §. *Bona num.* De Luca *de Regul. disc.* 37. *n.* 11.

An possit in dotem dati, vel obligari, vel pro dote alienari, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 189. *nu.* 166. & *seqq.* Martha *vot. Pis.* 221. *num.* 22. & *seqq.* Merlin. & *alii in loc. cit.* Tusch. *litt. F. concl.* 188. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 99. & *dec.* 302. ubi quod Neapoli potest obligari, & venit in generali obligatione pro dote, & assensus habetur pro præstito, Boss. *de dot. cap.* 25. §. 5. *nu.* 8. *et seqq. fol.* 588. vide Gall. *disput.* 22. *art.* 2. Vela *dissert.* 15. *à nu.* 96. Rot. coram Emerix jun. *decis.* 1291. *n.* 13. *et* 14., & vide eumdem *in Indic. verb. Dos*. De Luc. *de feud. disc.* 20. *n.* 6.

Quòd in statu Avenionensi, & Comitatu Venusino bona feudalia habeantur tanquam allodialia in extraneos alienabilia, ac hæreditaria, & veniant sub obligatione omnium bonorum, Rot. *par.* 11. *recent. dec.* 38. *n.* 3. *et decis.* 112. *num.* 7. *et seqq.* ubi etiam quando nova investitura liberet feudum ad hypothecis prædecessorum, vel non.

Idem in territorio Mantuano, & aliis locis, ita ut succedentes teneantur de ipsis, creditoribus defuncti, & alia, latè Anton. Gob. *de permiss. feud. & emphyt. alienat. qu.* 12. *et per tot.* Vide infra *in novissimis additionibus* Cresein.

An autem feudum possit hypothecari, & hypotheca super eo constituta extinguatur per devolutionem feudi ad dominum directum, latè Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 23. vide in §. *Hypotheca nu.* 47. Anton. de Vilapiana *Illustrat. feudal. vers.* 3. *per tot. fol. mihi* 167. *et seqq. ad* 179. Salgad. *Labyr. part.* 2. *cap.* 3. *à n.* 17. Vide Card. De Luc. *de feud. disc. pr. sub n.* 7. Altimar. *loc. cit. n.* 240.

11 Feudum novum non venit in generali confiscatione bonorum, sed revertitur ad dominum quomodocunque sit concessum; antiquum verò si sit taliter concessum, quòd possit ad quoscunque hæredes etiam extraneos devenire, transit in fiscum, secùs autem si sit tantùm pro se, & filiis, ac descendentibus, & sic ex pacto, & providentia, nam tunc publicatis bonis vassalli, nec ad fiscum, nec ad dominum transibit, sed ad filios, & agnatos in investitura vocatos, latè Cabal. *resol. crim. cas.* 182. *per tot.* Clar. §. *Feudum q.* 84. Tusch. *litt. F, concl.* 211. *per tot.* Farinacc. *qu.* 25. *n.* 62. & Paul. Christin. *decis. Belgic.* 395. *volum. pr. nu.* 6. & *decis.* 36. *vol.* 2. ubi in materia hæresis, & *decis.* 220. *num.* 39. & *volum.* 5. Gnaz. *de confisc. bon. concl.* 23. *limit.* 34. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 335. *vers. Feuda insuper*, Martha *vot. Pis.* 204. ubi quòd nec fructus debentur fisco durante vita banniti, Peregr. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit. pr. num.* 71. *et num.* 106. & *seqq.* ubi etiam quod si delictum sit commissum in dominum, feuda indistinctè auferuntur vassallis, & ad dominum revertantur ad perpetuam filiorum, & agnatorum delinquentis exclusionem, & injuriæ ultionem, ut latiùs ibi per eum, & quando etiam pro aliis delictis possint confiscari saltem quoad utile dominium, vide Fachin. *contr. lib.* 7. *cap.* 21. *et* 22. Rosental. *de feud. cap.* 10. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 300. *per tot. volum. pr.* & plenè *dec.* 301. *num.* 48. & *seqq. d. volum. pr.* ubi pro agnatis contra prædicta & novissimè Francisc. Ant. Tranchedin. *Consul.* 84. *per tot.* Fontanel. *decis.* 474. & 475. Lelius Boseol. *respons.* 3. *per tot. post* 2. *part. tract.* Jo. Torre *de Success. in Majorat. et Primog. Ital. fol.* 515. *etc.* Mans. *Consult.* 367. *per tot. lib.* 4. Andreol. *contr.* 435. *et ult. part.* 6. qui omnes plenè agunt an, & quando feudum possit confiscari, vel non ob delictum à vassallo commissum, vel potius transeat ad alios in investitura comprehensos. Adde Gall. *de fruct. disp.* 27. *art.* 1.

Quòd in feudo ex pacto, & providentia, si vassalius committat crimen læsæ Majestatis non præjudicet fratribus, & aliis agnatis transversalibus post mortem delinquentis vocatis, qui debent admitti excluso Domino, quicquid sit in filiis, & descendentibus, qui in hoc sunt deterioris conditionis, latè Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 213. *n.* 10. *et seqq. et part.* 14. *dec.* 336. *n.* 127. *et seqq.* ubi aliter distinguit, & est votum decisivum D. Hier. Gastaldi, latè Martha *vot. Pis.* 97. *et vot.* 210. & Tranchedin. *d. Consult.* 84. *per tot.*

Feudum concessum pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, & quibus dederit, potest alienari absque consensu domini, cùm videatur per hujusmodi concessionem usque ab initio præstitus consensus cuicunque alienationi, & obligationi, nisi aliter sit expressum, vel nisi dictæ clausulæ sint positæ tantùm in executivis, & nisi agatur de laudemio, quod ob id non videtur remissum, & semper dominus est sequirendus, licèt non possit se opponere, latè Gratian. *discept. forens. c.* 730. *nu.* 53. *et seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 386. *vol. pr.* Martha *vot. Pis.* 168. ubi quòd stante clausula, *quibus dederis*, venit sub generali obligatione pro dotis restitutione, & ob feloniam non amittitur in præjudicium agnatorum, neque creditorum, & alia ad rem, *et vot.* 210. *et vot.* 232. ubi qualiter semper sit necessaria licentia, & quare non obstantibus quibuscunque clausulis, Menoch. *de arbit. cas.* 182. *num. pr. et seqq.* ubi quando ex causa necessitatis possit feudum alienari, ita ut dominus requisitus teneatur consensum præstare, vide in §. *Emphyteusis num.* Martha *vot. Pis.* 32. ubi quòd feudum concessum etiam francum, & liberum, si fuerit alienatum sine consensu Domini, sive inter vivos, sive in ultima voluntate ad ipsum devolvitur, *et vot.* 33. ubi de laudemio solvendo. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 7. *subsect.* 3. *à n.* 231. *tom.* 3. Staiban. *observ.* 61. *et resol.* 62. De Luc. *de feud. disc.* 107. *à n.* 17. *et disc.* 134. Boscul. Parmensis *in controvers. feud. artic.* 4. *n.* 22. inter oper. De Luc. 12

Quòd feudum non possit alienari per vassallum, & quando secùs, latè cum ampliationibus, & limitationibus, Tusch. *litt. F, concl.* 186. *per tot. ad num.* 153. *et concl.* 192. *et seqq.* ubi qualiter, & ad quos devolvatur, si fuerit alienatum sine licentia domini, Paul. Christin. *decis.* 21. & *seqq. vol.* 6. *et decis.* 63. *et seqq. volum.* 6. Navar. *in Pragm. Collect.* 104. *per tot.* ubi quòd regulariter non potest alienari sine assensu domini, & quando secus, Jo. Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 13. *fol.* 80. *et tit.* 52. *fol* 332. *et tit.* 55. *fol.* 355. *etc.* Plura Altimar. *dict. subsect.* 3. De Luc. *de feud.*, ubi etiam Bosc ul. Parmensis.

Feudum regulariter non transit ad fœminas, nisi sit fœmineum, idest originem habens à fœminis, vel ad favorem fœminarum, Clar. §. *Feudum q.* 73. Curt. jun. *cons.* 181. Duen. *reg.* 309. Cavaler. *decis.* 172. Tusch. *litt. F, concl.* 159. *et* 160 *per tot.* latè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 394. *vol. pr. et decis.* 4. *per tot. vol.* 6. *decis.* 9. 10. *d. vol.* 6. Vivi. *com. opin.* 276. *et* 277. Ludovic. Belli *cons.* 145. *etc.* Agera *vision. feud. fol.* 80. *lit. A, vers. cum autem*. Vide Caprar. *decis.* 344. *sub num.* 14. Altimar. *loc. cit. à n.* 215. 13

Quando vigore Constitutionum Regni transire possit ad fœminas, vide Magon. *decis. Flor.* 54. *nu.* 35. & Capyc. *dec.* 10. *per tot.* ubi etiam quando ex illarum personis transeat in monasterium vita durante, & possit servitium præstari per substitutum. Vide Altimar. *loc. cit. n.* 222.

Quòd concesso feudo pro se, & filiis hæredibus masculis, & fœminis admittantur fæminæ tantùm in defectum masculorum, & non aliter, & masculi in hac materia intelliguntur descendentes in infinitum ex linea feudali, Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos. Nec superstitibus n.* 2. *et seqq. cum Addit.* Alex. *cons.* 9. *lib. pr.* vide in §. *Emphyteusis num.* Tusch. *litt. F, concl.* 161. *et seqq.* ubi plenè Paul. Christin. *dec.* 394. *per tot. vol. pr.* Vide Caprar. *dict. decis.* 344. Altimat. *supra n.* 217.

Quòd donec superest aliquis masculus ex descendentia primi investiti, vel stante statuto fœminarum exclusivo, fœminæ nunquam admittantur, nisi post defectum omnium masculorum, sive agatur de feudo hæreditario, sive ex pacto, & providentia, Altograd.

cons. 91. *nu.* 14. 17. *et seqq. lib.* 2. Cavaler. *decis.* 557. *per tot.* ubi an fœminæ veniant appellatione filiorum in feudis, vide latè Tusch. *d. concl.* 161. *et seqq.* Paul. Christin. *dec.* 4. *per tot. vol.* 6.

Sed imò quando sumus in feudo ab initio recepto pro se, liberis suis, masculis, ac fœminis in infinitum, & sic improprio, fœminæ proximiores admittuntur, exclusis masculis remotioribus, & si reperiantur in pari gradu, æqualiter cum eis admittantur, ex quibus arguatur improprietas feudi, & alia ad hoc propositum favore fœminarum, Rot. *in Mantuan. feudi* 29. *Novembris* 1655. *coram Verospia part.* 12. *recent. decis.* 94. *per tot.* ubi concordantes allegat, & rursus in eadem revisa, & confirmata *d. part.* 12. *decis.* 237. *per tot.* Vide Emerix jun. *decis.* 882. *n.* 17. *et in Indice verb. fæmina.*

Cujus loci spectanda sint statuta, vel consuetudines in feudis, Paul. Christin. *dec. Belg.* 284. *vol.* 2. & latiùs *decis.* 299. *vol. pr.* ubi an loci feudi servientis, vel dominantis, *et dec.* 48. *vol.* 6. *et dec.* 56. *d. vol.* 6.

14 Feudũ concessũ pro se, suis hæredibus, ac successoribus quibuscunque transit ad omnes hæredes etiã extraneos, ad legatarios, fideicommissarios, & ad fœminas, dummodò tales sint de agnatione, ne plures improprietates admittantur, & semper est facienda interpretatio, ut minus recedatur à natura feudali quàm fieri possit, Addit. ad Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. gloss. ac nomine recti*, Curt. jun. *cons.* 5. Gratian. *discept. for. c.* 88. *n.* 25. *cap.* 724. *n.* 11. *&c.* & *cap.* 736. *n.* 79. *&c.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 7. *subsect.* 3. *n.* 229. & *seq. tom.* 3.

Quòd etiam in feudis prima causa successionis sit liberorum, & proximiorum, *lib.* 2. *feud. tit.* 11. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 371. *vol.* 2. & multa de successione feudali, idem Christin. *dec.* 26. *cum plurib. seqq. vol.* 6.

An transeat ad spurios, seu naturales, an ad legitimatos, ad Clericos, & Ecclesias, vel alios incapaces, latè Tusch. *litt. F. concl.* 164. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 8. *vol.* 6. *cum pluribus seqq.* ubi latè qui feudum dare, quive recipere possint an Ecclesia, Clerici, servi, minores, fœminæ, spurii, & alii illegitimi, vel legitimati, & hujusmodi, de legitimatis idem Christin. *decis.* 41. *num.* 6. Altimar. *loc. cit.* 182., & *seq.* Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 30. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disput.* 475.

Quòd imò feudum concessum pro se, & hæredibus quibuscunque non transeat ad hæredes extraneos, nec ad Ecclesiam, & contrarium tenentes loqui, ac intelligendos esse ubi feudatarius esset liberè investitus, ut possit disponere tanquam de re propria, vel concessio facta simpliciter pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, non autem pro se &c. quia isto casu semper est intelligenda de hæredibus sanguinis, latè Martha *vot. Pis.* 205. *per tot.* ubi etiam quòd non suffragatur legitimatio.

An autem fratres uterini possint admitti ad feudum paternum, saltem in subsidium juxta Constitutiones, Neguf. *Neapolit.* dixi in §. *Frater n.* 6. *in fine.*

15 Feudum emptitium, & concessum in remunerationem, ac propter obligationem ad antidora, transit ad omnes sicuti bona allodialia, Gratian. *discept. for. cap.* 736 *num.* 79. & *seqq.*

Intellige quando procedit à domino, Magon. *dec. Flor.* 54. *n.* 38. *vers.* & *quatenus &c.*

16 Feudum an possit legari, ut saltem valeat legatum tanquam de re aliena sciente testatore, & heres teneatur ad æstimationem præstandam, affirmativè vide per Gratian. *discept. for. cap.* 611. *num.* 38. & 39. & *dec.* 56. *per tot.* ubi loquitur in emphyteusi Ecclesiæ, & vide deberi æstimationem, maximè si constet de voluntate testatoris, Capyc. *decis.* 64. vide in §. *Legatum n.* 71. & 72. latè Tusch. *litt. F*, *concl.* 185. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 28. *vol.* 6. ubi intelligit si liquido constet de voluntate testatoris, nam aliàs si agatur de feudo alieno legato, non debetur æstimatio, cùm feudum non sit in commercio, Vid. Camarell. *de legat. tit. de feud. legat. pag.* 317.

Quòd quando feudum fuit primaria intentione à testatore comprehensum in fideicommisso, quod non valet defectu assensus, tunc ex secundaria intentione debeatur æstimatio, non tamen si sit ex pacto, & providentia; Magon. *dec. Flor.* 54. *n.* 21. & *seqq.* vide Tusch. *d. concl.* 185. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 28, *vol.* 6.

An autem testamentum à patre confectum de bonis feudalibus sine licentia superioris valeat, quid stante clausula codicillari, & alia, Paul. Christin. *decis. Belg.* 387. *vol.* 2. & *dec.* 26. *cum pluribus seqq. vol.* 6.

Feudum finitur si mortuo domino, vel vassallo per hæredes, vel per ipsum vassallum viventem, non petatur nova investitura infra annum, & diem post mortem alterius illorum, Pract. Papp. *libell. ad revocat. feud. glos.* 1. *num.* 6. Alex. *cons.* 79. & *cons.* 124. *lib.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 88. *num.* 32. Paul. Christin. *dec.* 73. & *seqq. vol.* 6. ubi refert plures alias causas amissionis feudi, tam ex parte Domini, quàm ex parte vassalli, de quibus latè Rosenthal. *de feud. vol.* 2. *cap.* 10. *concl.* 12. & *seqq. ad* 38. ubi enumerat 57. causas amissionis feudi, quæ etiam colligi possunt ex *lib* 2. *feud. in Auth.* vide in §. *Vassallus* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 7. *subsect.* 3. *n.* 242., & *seq. tom.* 3. Giurb. *de Feud.* §. 2. *glass.* 12. *à n.* 21. Ricc. *collect.* 2150. 17

Sicut eodem anni spatio ammittitur si non fuerit petita renovatio investituræ alteri factæ, Magon. *decis. Flor.* 54. *num.* 23. *&c.*

An autem amittatur ex causis permissis ipso jure, vel per sententiam ad quos devolvatur, quid in melioramentis, quis sit judex competens, & alia, Paul. Christin. *decis.* 77. & *seqq. vol.* 6.

Quòd feudum amissum ob non petitam novam investituram, non revertatur ad dominum, sed ad proximiores agnatos vassalli, Rot. *cons.* 40. *num.* 55. *lib.* 3. & *cons.* 64. *num.* 9. *lib.* 2. vide in §. *Vassallus n.* 15. Paul. Christin. *decis.* 78. *vol.* 6.

An & quando feudum apertum, & devolutum possit alteri concedi, latè Tusch. *litt. F*, *concl.* 555. *per tot.*

Qualiter amittatur propter ingratitudinem, & ad quem devolvatur, Paul. Christin. *dec. Belg.* 298. & 395. *vol.* 1. vide in §. *Vassallus.*

Non tamen vadit ad fratres, sed ad dominum quando est novum, & adest clausula, *ex suo corpore legitimè descendentibus*, Magon. *dec. Flor.* 54. *n.* 34.

An feudum fratris per viam successionis devolvatur ad alium fratrem, & sic quando frater succedat fratri in feudo, latè Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 46. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 384. *vol.* 1. ubi etiam an attendatur duplicitas vinculi, & *decis.* 40. *vol* 6. ubi quòd in successione feudi non attenditur duplicitas vinculi, sed tantùm agnatio, & *decis.* 55. *d. vol.* 6. Jo: Paul. Balzaran. *de feud. tit.* 20. *fol.* 98.

Et qualiter dividatur, vide in §. *Jurisdictio nu.* 8. Clar. §. *Feudum q.* 44. *per tot.* Tusch. *litt. F*, *concl.* 189. *supra num.* 7. *in fine*, Gabr. de Bellis *tract. de feud. part.* 2. *cap.* 4. *nu.* 5. & *seqq. fol.* 187. Maresc. *var. lib.* 2. *cap.* 59. Emerix jun. *decis.* 1361. *n.* 5., ubi hoc declaratur.

An & quomodo præscribatur feudum, Tusch. *litt. F*, *concl.* 213. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 15. *nu.* 35. & *seqq.* & *dec.* 20. *per tot. vol.* 6. & *decis.* 36. *d. vol.* 6. Gabr. de Bellis *tract. de feud. par.* 1. *cap.* 4. *per tot. fol.* 49. Vid. Barbos. *de præscript. l.* 2. *n.* 14. & *àn.* 172.

Plura qualiter, & quibus modis amittatur feudum, Jo: Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 5 *fol.* 45. *tit.* 17. *fol.* 89. & *tit.* 23. *fol.* 194. Gabriel. de Bellis *tract. de feud. part.* 3. *per tot fol. mihi* 127.

Feudum qualiter possit per epistolam concedi, vide Genu. *de script. privat. lib.* 3. *q.* 18. *per tot. fol.* 537. 18

Feudalis res in dubio non præsumitur, sed libera, & allodialis, prout latè declarat Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 91. *per tot.* ubi multis modis ampliat, & postea 22. conjecturas adducit, quibus ostenditur rem esse feudalem, Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 766. & *seqq.* Cabal. *cons. decis.* 98. *lib.* 2. ubi quòd feudum est servitus, ac ideò non præsumitur, sed probari debet ab allegante etiamsi agatur de locis positis in Territorio, vel Ducato prætendentis, ex solitis aliquid annuatim in signum superioritatis Principi, & Domino loci superioris solvere, & loquitur de Serenissimo Magno Etruriæ Duce cum Archiepiscopo Senensi, & simi- 19

ſimilibus mentionem etiam faciens de Terra Rotlianæ, juxta Coen. *conſil.* 187. *num.* 10. *lib.* 4. Harsman. Piſtor. *quæſt.* 39. *n.* 2. *libr.* 2. Giurb. *de feud. prælud.* 2. *nu.* 4.

Quòd res præſumitur potius allodialis, quàm feudalis, latè Altograd. *conſil.* 2. 3. *&* 4. *per tot. lib.* 2. *& conſil.* 6. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. ubi tamen *num.* 7. *&c.* quòd probatur rem eſſe feudalem ex conjecturis, & præſumptionibus, ut ſi fuerit tanquam feudalis poſſeſſa, vel diviſa, ſi adſit publica vox, & fama in antiquis, ſi adſint enunciativæ, & aſſertiones Principis, vel conſuetudo, & mos Regionis, & ex ſimilibus conjecturis ibidem relatis, & per Menoch. *loc. citat.* plenè Tuſch. *litt. F*, *concluſ.* 173. *cum aliquibus præcedentibus*, *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 87. 88. *&* 89. *volum.* 6. Merlin. *deciſ.* 582. *& deciſ.* 655. *per tot.* ubi plenè, *& deciſ.* 670. latè Fajard. *allegat. fiſc.* 40 *per tot.* Caren. *reſolut.* 111. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 797. *per tot.* Plures refert Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *quæſt.* 7. *ſubſect.* 3. *num.* 278. *tom.* 3. Amat. *conſ.* 5. *n.* 12. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 62.

Quidquid continetur intra fines Caſtri, vel feudi, feudale præſumitur, intelligendo reſpectu juriſdictionis, non autem dominii terrarum, & agrorum, vel niſi agatur contra tertium, Natt. *conſil.* 213. *num.* 2. Buiat. *deciſ.* 426. *num.* 17. Duran. *deciſ.* 28. *num.* 23. *& ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 452. *num.* 24. *&* 25. *& part.* 18. *deciſ.* 797. *per tot.* ubi latè, quòd feudalia non ſunt bona Caſtri, licèt ipſum Caſtrum feudale ſit, quia bona omnia præſumuntur libera, & allodialia, non autem in ſervitutem alterius redacta, niſi probetur, & ex juriſdictione univerſali non arguitur dominium ſingulorum bonorum, etiam ſimpliciter directum, ut non poſſint alienari ſine conſenſu Baronis, data illi prælatione, & ſoluto laudemio, ſicuti prætendebat idem Baro, quòd ei fuit jure denegatum ex prædictis, & aliis fundamentis in dicta deciſione relatis, Altimar. *loc. cit. num.* 279. Sanfelic. *deciſ.* 189. Capyc. *de Inveſt. feud. fol.* 86.

Quando prædia unita feudo præſumantur feudalia, & devoluto feudo per lineam finitam devolvantur cum ipſo feudo, latè Sanfelic. *deciſ.* 189. *per tot.*

Quòd poſſeſſores feudalium, & Regalium, ſive juriſdictionalium teneantur ad inſtantiam ſupremi Principis, vel Domini, ſive illius fiſci docere de titulo, aliàs poſſint privari, & ſpoliari, & quomodo iſta prædicari poſſint, Martha *vot. Piſ.* 31. dixi in *§. Dominus num.* 14. Idem Altimar. ubi ſuprà *n.* 280. Parexa *de Edition. inſtrum. tit.* 5. *reſol.* 12. *n.* 11. *& tit.* 8. *reſolut.* 2. *n.* 22. Vide De Luc. *de Feud. diſc.* 40. 43. *de Regal. diſc.* 138. 174. 178.

Si oriatur lis inter dominum, & vaſſallum ſuper feudo, ſpectat cognitio ad Pares Curiæ, ideſt ad alios vaſſallos ejuſdem Domini, ad latè tradita per Tuſch. *litt. F*, *concl.* 212. *per tot.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 298. *volum* 5. *& deciſ.* 80. *et ſeqq. vol.* 6. Caren. *reſolut.* 180. *per tot.* ubi quòd Conſilia particularia Regum, & Principum ſucceſſerunt loco Parium Curiæ in judicando inter Dominum, & vaſſallum, & ſic abiit in deſuetudinem praxis judicandi Parium Curiæ. Vella *diſſert.* 44. *à num.* 42.

De unica recognitione feudali, quòd probet directum dominium ejus, qui recognoſcitur contra recognoſcentem, quando quis ſcienter rem ſuam, ut ſuam recognoſcit in feudum, quia donare videtur, ſecùs ſi per errorem, latè Cabal. *conſil. deciſ.* 95. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 2.

20 Feudum an, & quando poſſit per vaſſallum invito domino renunciari ad effectum ſe liberandi à ſervitio debito, vide in §. *Emphyteuſis num.* Gratian. *deciſ.* 87. *&* 88. *per tot.* Tuſch. *litt. F*, *concl.* 128. Plures refert Altimar. *dict. ſubſect.* 3. *num.* 287. De Luc. *de feud. diſc.* 71. *de donat. diſc.* 61. *num.* 27. *de alien. diſc.* 5. *n.* 6.

De refutatione feudi an, & quando ſit licita, & quid operetur, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 19. *vol.* 6. Peregrin. *deciſ.* 150. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 372. *cum Addit.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 106. *per tot.* ubi qualiter ſit facienda refutatio feudi, & quibus præjudicet, vel non

Et an, & quando agnato proximiori competat jus prælationis pro eodem pretio adverſus extraneum emptorem, plenè Sanfelic. *deciſ.* 100. *per tot.*

Quando feudū eſt alienabile, non dicitur propriè feudum, cum alienatio ſit contra naturam feudi, & alia de feudo improprio, Rot. *part.* 13. *deciſ.* 12. *& deciſ.* 82. *dict. part.* 13. ubi fuit confirmata prima deciſio, & quòd natura feudi ex conſuetudine alienabilis poteſt à feudataria per contractum, vel ultimam voluntatem reſtringi, ut non poſſit alienari. Biloct. *concluſ. feud.* 38. Mart. *vot.* 32. 21

An invitis vaſſallis poſſit feudum per dominum alienari, Franch. *deciſ.* 17. Tuſch. *litt. F*, *concluſ.* 125. *&* 126. *per tot.* Add. ad De Franch. *loc. adduct.*

Quòd valet conceſſio facta ad certam partem fructuum ſine aſſenſu, & quod ſi eſſet additum aliquid in pecunia, idem Franch. *deciſ.* 561. *per tot.*

Feudum, & emphyteuſis æquiparantur in multis, ita ut valeat argumentum de uno ad alterum, quando non reperitur expreſsè aliter deciſum, vel non militet diverſa ratio; differunt tamen etiam in multis, ut latè declarat Tuſch. *litt. F. concl.* 214. *&* 215. *per tot.* ubi colligit . 17. differentias vide in *§. Emphyteuſis*. 22

Feudo evicto, an alienans, vel ejus hæredes teneantur de evictione, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 396. *per tot. volum.* 1. ubi arguit pro affirmativa, & poſtea negativè concludit, quando emptor ſcivit qualitatem rei, cum evictio ſequatur ex natura contractus, ad quam venditor non tenetur, an autem ad pretii reſtitutionem, vide *ibidem n.* 23. *& ſeqq.* ubi pro, & contra, & negativè reſolvit in illo caſu, vide in *§. Venditio n.* 8. *& ſeqq. & §. Evictio n.* 5. De evictione feudi Mangil. *de Evict. quæſt.* 118. *per tot.* 23

Feudalitas de jure æſtimetur ad rationem tertiæ partis, vel juxta conſuetudinem locorum, ſi agatur de liberando rem à feudalitate, & reducendo ad allodialitatem; feudo finito qualiter devolvatur ad dominum, & quando cum melioramentis, & alia, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 115. *per tot.* 24

Feudum qualiter poſſit ſubinfeudari, & deficienta linea ſubfeudatarii devolvatur ad primum inveſtitum, & ejus lineam adhuc ſuperſtitem, non autem ad dominum directum, qui primo loco infeudavit, licèt etiam conceſſerit, vel conſenſum præſtiterit, ſive renovaverit ſecundo feudatario, quia non potuit immutare ſtatum primæ conceſſionis, neque præjudicare comprehenſis in prima inveſtitura, cum dominus directus de jure non poſſit neque per renovationem, neque per novam conceſſionem præjudicare primò inveſtitis, Alex. *in l. ſi finita*, *§. ſi de vectigalibus num.* 38. *ff. de damn. infect.* Natt. *conſil.* 119. *nu.* 5. Burſatt. *conſil.* 91. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 338. *per tot.* Dec. *conſil.* 468. *num.* 29. Cæphal. *conſil.* 23. *n.* 40. Bardellon. *conſil.* 41. *num.* 14. Afflict. *deciſ.* 282. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 189. *num.* 14. Cabal. *conſil. deciſ.* 242. *per tot. lib.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ.* 372. *nu.* 2. Rot. *part.* 1. *recent. deciſ.* 390. *num.* 2. *par.* 5. *deciſ.* 276 *num.* 38. *& par.* 13. *deciſ* 409. *per tot.* vide in *§. Vaſſallus num.* 1. *&c.* De Luc. *de Feud. diſc.* 7. *& conflict. obſer.* 211. 25

Feudo, ſive Caſtro alicui conceſſo cum pertinentiis ſuis, mero, & mixto Imperio, & omni juriſdictione, non tamen veniunt regalia, nec via, nec juriſdictio in via publica, ac ideò ſi quis fuerit interfectus in via publica, cognitio, & punitio delicti non ad feudatarium, ſed ad dominum directum pertinet, quando totum corpus reperitur in dicta via, ſecus ſi extra viam ſit caput poſitum, quia attenditur locus ubi caput reperitur, cùm ſit nobilior, & principalior pars hominis, Jacob de S. Georgio *tract. de feud. ſuper verb. In feudum*, Oinot. *in Rub. & princip. tit. Inſtit. de ſervit. ruſt. & verb. præd. num.* 23. *fol.* 106. *& in §. Summa autem diviſio de interdict. nu.* 67. *fol.* 548. *vide in §. Dominus num.* 38. *§. Via*, *& §. Juriſdictio num.* 4 *fuit in §. Lex num.* 20. Cabed. *deciſ.* 11. *& ſeqq. & deciſ.* 40. *part.* 2. Franciſcus Romaguer. cum pluribus per eum citatis in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 54. *per tot.* Cancer. *var. par.* 3. *cap.* 13. ubi multa de juribus Caſtrorum, & quæ veniant in conceſſione Caſtri, De Marin. ad Reverter. 26

obser. 344. & 337. De Luc. *de feud. disc.* 2. & *disc.* 63. Altimar. *supra n.* 288.

Quæ autem sint Regalia, quot modis dicantur Regalia, & alia plura de Regalibus, latè Jo: Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 56. *fol.* 386. & *seqq. ad* 406. ubi de redditibus, Terrarum, tributis, partibus, vectigalibus, servitiis, viis, fluminibus, cussione monetæ, bonis vacantibus, anghariis, metallis, thesauris, salinis, piscationibus, & hujusmodi, quæ non veniunt in concessione feudi, nisi fuerint specialiter expressa, ut ibidem, declarat Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 1. *cap.* 1. & plenè Cabed. *decis.* 42. *cum multis seqq.* ubi creatione Magistratuum, de coactione ad bellum, de cussione monetæ, de mari, & Portibus, de conquistis ex bello, de vectigalibus, de bonis vacantibus, & capellis, de salinis, piscationibus, metallis, thesauris, de bonis confiscatis, de ablatis ab indignis, de pœnis, de tertiis, tributis, revisionibus sententiarum, legitimationibus, confirmationibus, & nobilitate, electionibus, venationibus, privilegiis, agris desertis, & hujusmodi, quæ & plura alia ad rem singillatim explicat per totum, Afflict. *in cap. Quæ sint regalia*, Valasc. *de jur. Emphyt. quæst.* 8. Ripol. *de Regal. cap.* 22. Cujac. *in dict. cap. Quæ sint Regalia*, Mastril. *de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 1. Antonez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 20. & *cap.* 2. *cum pluribus seqq. per tot. tractatum*, ubi de omnibus prædictis, & aliis Regalibus soli supremo Principi competentibus, de quibus dixi in §. *Princeps in Addit.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 7. *subsect.* 3. *n.* 281. & 289. *tom.* 3. Barbos. *appellat.* 232. Sixtin. *de Regal.* Ripol. *cod. tract.* Card. De Luc. *eod. tract.* & *alibi.*

De bonis vacantibus etiam Clericorum spectantibus ad Regiam Cameram, latè Fajard. *Alleg. fisc.* 32. & 45. *per tot.* vide in §. *Tusc. n.* 6. & §. *Successio n.* 9.

De alio, & supremo Dominio Domini directi in locis infeudatis, & jure collectandi præcipuè ea causa bellorum, & aliis urgentiæ causis, idem Fajard. *allegat. fisc.* 33. & 34. *per tot.* ubi plenè *à fol.* 310. *usque ad fol.* 515. alios allegavi *in* §. *Dominus n.* 38.

De jure piscandi, & aliis prohibendi, idem Fajard. *alleg.* 37. & 38. *per tot. fol.* 551. & *seqq. ad fol.* 563.

Qualiter confiscatio bonorum sit de Regalibus dixi in §. *Confiscatio num.* 1.

27 De feudis, rebus feudalibus, & feudatariis habentur plura decisivè penes Thoro *compend. decis. Neapol. par.* 1. 2. & 3. *in verb. Feudum*, Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.* 12. *per tot. remissivè*, Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Feudum*, *novissimè* Ant. de Vilaplana *Illustrat. feudal. per tot.* & Jo. Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital part.* 2. *quæst.* 57. & *seqq.* ac alibi sæpè per totum Tractatum, ubi in fine secundæ partis inserit etiam sex doctissima responsa feudalia Illustrissimi D. Lelii Boscoli Consiliarii, & Secretarii Status Serenissimi Ducis Parmæ, Placentiæ, &c. vide in *Repertor. general. ejusdem Torre in fine part.* 3. *verb. Feudum per tot.* Aloys. Mans. *consult.* 86. & *seqq. lib.* 1. *consult.* 251. & *seqq. lib.* 3. *consult.* 291. 292. 293. & 294. *per tot. eodem lib.* 3. Ant. Gob *in pluribus consult. ut in Indice verb. Feudum* Plura Altimar. *de nullit.* Plura Harman. Pistor. *in suis Jur. quæst.* Plura Em. De Luc. *in suo Indice general.* Ansald. Emerix Caprar. Rocc. Mans. Palm. & alii recentiores.

Feudorum civilis possessio, qualiter penes dominum directum resideat, quæ finito feudo statim attrahat ad se naturalem, & in Dominum etiam ignorantem transeat nullo admisso medio, quo possit ab alio occupari; quid si feudum propter delictum feudatarii fuerit domino apertum; & hinc feudi devoluti nullam mulieri pro dote competere retentionem, etsi hypothecam assensu in eo haberet, & alia ad rem, Cæsar. de Afflict. *contr. jur. cap.* 9. *per tot.*

Feudum, & emphyteusis, an cum ingresso transeat in Monasterium, & remaneat saltem vita naturali ipsius durante, disputat ad partes pro Monasterio concludens Anton. Gob. *consult.* 82. *per tot.* facit quod dixi in §. *Monasterium num.* 14. *cum Addit.* & §. *Emphyteusis num.* 5. *cum Addit.* An Monasterium succedat in feudo Altim. *dic. subsect.* 3. *nu.* 271. Et an Novitius Carol. Ant. De Luc. *de plural. homin. legal. cap.* 93. *n.* 8.

30 Feudum avitum lugubre, & durum est apud extraneos videre Emerix jun. *decis.* 1042. *n.* 4.

31 Feudum mixtum defertur etiam hæredi in sola legitima, aut in re certa Surd. *cons.* 63. *n.* 20. Dec. *cons.* 207. *in fin. vers. nec isto casu.* Rot. *dec.* 482. *n.* 10. *p.* 3. *tom.* 2. *rec.* Emerix. Jun. *dec.* 444. *n.* 3.

32 Succedunt in feudo de jure Filii in locum Patris. Text. *in c. pr.* §. *secunda de iis qui feud. dare poss. et cap. pr. de success. feud.* Emerix jun. *dec.* 926. *n.* 1.

33 Clericus Beneficiatus in minoribus ordinibus constitutus à feudorum successione excluditur. Medic. *cons.* 2. *n.* 74. *cum pluribus seqq.* Rot. cor. Cerr. *dec.* 344. *n.* 17. *et* 18. Emerix jun. *dec.* 726. *n.* 13. An Clerici valeant succedere in feudis, vide Rocc. *cap.* 194. *a num.* 71.

Limita si re integra, & antequam veniat casus succedendi Clericatum & Beneficium dimittat. Grass. *de effect. Cleric. effect.* 4. *nu.* 86 Capyc. *dec.* 115. *nu.* 21. & *seqq.* Emerix. jun. *d. dec.* 726. *n.* 13. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 10. *decis.* 108. & *seqq. vol.* 2.

Feudum acquirens quamdam militiæ speciem assumit ex obligatione sequendi Dominum in Bello; quod excludit militiam Christi. Felin. *in cap. in præsentia n.* 11. *ad fin. de probat.* Caprar. *dec.* 109. *n.* 16. *p.* 1.

34 Feudi alienatio prohibita absque consensu Domini directi à contrario sensu, eo accedente dicitur permissa Caprar. *dec.* 855. *n.* 5. *part. pr.*

Feudi natura qualis sit, & paciscentium voluntas, ostendit observantia Rosental. *de Feud. cap.* 12. *concl.* 14. *n.* 41. Gratian. *discept. for. cap.* 377. *n.* 19. & 20. Rot. *dec.* 206. *n.* 22. cor. Burat. Caprar. *d. dec.* 255. *n.* 10. *p.* 1.

35 Feudi antiquitas, & nobilitas, ex quibus verbis inducatur. Rosental. *de feud. cap.* 2. *num. pr.* Rot. *dec.* 291. *n.* 29. *et seqq. p.* 4. *tom.* 3. *rec.* Caprar. *dec.* 784. *n.* 2. *part. pr.* Feudum quando dicatur nobile, & antiquum Rot. *dec.* 291. *num.* 29. *et seqq. p.* 4. *tom.* 3. *rec.* Bertachin. *vot.* 5. *num.* 3. 4.

36 Feudum nobile, & cum jurisdictione, verissimile est Testatorem conservare voluisse in omnibus primogenitis, & abhoruisse illius transitum ad extraneos. Fusar. *de Substit. quæst.* 479. *n.* 131., *et quæst.* 480 *n.* 76. Caprar. *dec.* 193. *n.* 15. *part. pr.*, *et dec.* 524. *nu.* 18. *p.* 2.

37 Facultas alienandi feudum à Feudetario obtenta, suffragatur etiam ejus heredi, quatenus idem Feudetarius morte præventus, illa usus non fuerit. Vide De Luc. *de Credit. disc.* 42. *per tot.* Ansald. *dec.* 97. *n.* 25. *et* 36.

38 Jus accrescendi quando habeat locum in feudo. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 93. *n.* 20. Bertachin. *vot.* 5. *n. pr.*

39 In feudo investitura præsumitur facta ad formam antiquæ. Bellon. *de jur. accrescendi cap.* 6. *quæst.* 37. *n.* 46. & 47. Rot. cor. Merlin. *dec.* 150. *n.* 6. & 7. Bertachin. *vot.* 5. *n.* 2. & *vot.* 87. *n.* 12.

40 Ecclesiastici an sint capaces feudorum laicorum. Bertachin. *vot.* 93. *sub n.* 37.

Ecclesiastici sunt capaces feudorum in terris Ecclesiæ. Fagnan. *in cap. Quæ in Eccles. n.* 102. & 104. *de Constit.* Bertachin. *vot.* 93. *n.* 37. An feudum sit Ecclesiasticum vel sæculare ex quibus cognoscatur. Fagnan. *in cap. verum. n.* 29. *de for. competent.*

41 Legitima quando debeatur filiis in bonis feudalibus. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit. pr. quæst.* 2. *per tot.* Rot. cor. Caval. *dec.* 260. *n.* 2. & *dec.* 298. *n.* 5. & *in rec. dec.* 463. *sub n.* 4. *part.* 2. & *dec.* 283. *n.* 9. *p.* 17. Bertachin. *vot.* 198. *n.* 9. & 10.

42 Feudum præsumitur concessum juxta consuetudines feudales recti feudi exclusivi fœminarum non constito de priori investitura, Menoch. *præs.* 94. *n.* 13. *lib.* 3. Balduc. *de feudis tit.* 5. *dec.* 4 *n.* 10.

Feudum præsumitur concessum pro masculis. Rosental. *tom. pr. cap.* 7. *concl.* 52. *n.* 4. & *cap.* 2. *concl.* 8. *n.* 3. Saminiat. *contr.* 14. *sub n.* 8. Balduc. *de feudis tit.* 5. *dec.* 5. *n.* 37.

43 Feudum pro hæredibus concessum restringitur ad solos masculos. Rosental. *de feud. cap.* 2. *concl.* 33. *n.* 8. & *seqq.* Spada *cons.* 22. *num. pr. lib. pr.* Balduc. *de feudis tit.* 5. *dec.* 4. *n.* 4. Amplia ut per Monac. *de feud. cap.* 33. *n.* 1. & 11. Balduc. *ibid.* Eo magis quoties

ties adjecta fuit cauſa finalis melioris gubernii. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 402. Peregrin. de fidei. artic. 25. n. 46. Baldue. de feudis d. tit. 5. quæſt. 4. n. 8. Item attento juramento fidelitatis, quod continet onus ſervitii etiam perſonalis. Baldue. d. tit. 5. dec. 4. n. 9.

Feudum pro maſculis eo magis intelligitur conceſſum, quando nunquam fœminæ, quæ alias extiterunt non fuerunt admiſſæ. Card. De Luc. de feudis diſc. 51. ſub n. 17. Baldue. de feudis tit. 5. dec. 4. n. 17.

44 Juſpatronatus aſſimilatur feudo, aliorumque actuum Juriſdictionalium exercitio quoad modum ſuccedendi Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 43. Piton. de jurepat. alleg. 92. n. 51. tom. 2.

45 Si Abbas inveſtitus de feudo per Regem judicat in aliqua cauſa profana inter Vaſſalos, ut Comes, & Baro, datur appellatio ad Superiorem laicum. Menoch. conſ. 322. n. 12. Rot. cor. Coccin. dec. 1859. n. 28. 31. 32. Piton. de Jurepat. all. 19. n. 19. tom. pr.

46 Pacta alterant naturam in feudis, aliiſque materiis indifferentibus. Oldrad. conſ. 203. nu. 10. Mantic. de tacit. libr. pr. tit. 13. n. 39. et lib. 2. tit. 2. n. 19. Piton. de jurepat. all. 47. n. 43. tom. pr.

47 Comendæ æquiparantur feudis. Anſald. conſ. 12. n. 62. et ſeqq. Card. De Luc. de Jurepatr. diſc. 8. nu. 6. Piton. de Jurepatr. d. all. 47. num. 58. circa finem tom. pr.

48 Princeps an poſſit alterare, & revocare feudum in præjudicium Vocatorum Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 20. n. 5. et ſeqq. Piton. de Jurepatr. alleg. 47. num. 58. in fin.

49 Feudalis juriſdictio tamquam ſuper inducta, & præjudicans Juriſdictioni ordinariæ eſt reſtringenda. Fagnan. in cap. Cæterum n. 23. de Judiciis.

50 Poſſeſſorii quæſtio eſt facti, non juris & non tangit ſubſtantiam feudi Fagnan. in d. cap. Cæterum n. 27. de Juditiis.

51 Feudi Dominus, ſive Eccleſiaſticus, ſive ſæcularis feudalem cauſam cognoſcit, etiam ſi Vaſſali ſint Clerici. Fagnan. in cap. Verum num. 1. 10. et 22. de foro competenti.

52 Et ſi plures prætendantur Domini, non poteſt unus cognoſcere maximè alio abſente. Fagnan. in dicto cap. Verum n. 2. de for. competent.

53 Res ſi negetur feudalis, de hoc ante omnia cognoſci debet. Fagnan. in cap. ſi Clericus num. 12. de for. compet.

54 Feudum perpetuum redigitur ad inſtar proprietatis, & poteſt appellari francum. Fagnan. in cap. Quæ in Eccleſiarum n. 54. de Conſtitut.

55 Vaſſalus non poteſt ſuper feudo compromittere ſine licentia Domini. Fagnan. in cap. Cum tempore n. 23. & 28. de Arbitr.

56 Bona infeudari, vel Emphyteuticari ſolita non ſunt de Menſa Eccleſiæ Hoſt. n. 1. in verb. Infeudare, & in ver. de Novo. Fagnan. in cap. Ex parte n. 4. & 9. de feudis.

Bona Eccleſiæ dicuntur ſolita dari in feudum, vel emphyteuſim quando infra quadraginta annos bis fuerunt data. Bald. in l. de quibus n. 85. ff. de legib. Fagnan. in d. cap. Ex parte n. 7. de feudis.

Item poteſt illa infeudare etiam extraneo, ſi ſit talis, ut mediante illius perſona poſſit Eccleſia bona ſic alienata recuperare. Fagnan. in d. cap. Ex parte nu. 25. de feudis.

Bona infeudari ſolita poſſunt de novo in feudum concedi, & cauſa præſumitur ab initio interveniſſe. Bald. in cap. pr. n. 3. Qui feud. dar. poſſ. Fagnan. in cap. Ex parte n. 28. de feudis.

Juramentum de non infeudando Papa inconſulto refertur tantum ad bona, quæ nunquam fuerunt infeudata, non autem ad bona feudalia. Fagnan. ibid. num. 4.

57 Feudales conſuetudines ſpecificè diſponentes de rebus ſpectantibus ad Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas ratione utilis dominii non valent. Bald. in cap. Cæterum n. 2. de Juditiis. Fagnan. in cap. Quæ in Eccleſiarum n. 52. 94. & ſeqq. de Conſtitut.

58 Vaſſalus ex forma fidelitatis non tenetur ad militandum præſertim in propria perſona. Oldrad. conſ. 234. n. 2. in fin. verſ. Inter hæc autem. Fagnan. in d. cap. Quæ in Eccleſiarum n. 75. de Conſtitut.

Et eſt in optione ipſius, an ad expeditionem bellicam velit ire, vel mittere, an ſubminiſtrare dimidium redditus anni unius. Jacobin. de feudis in verb. Et promiſerunt n. 26. Fagnan. ibid. n. 76. & 78.

Inhabilis ad ſerviendum feudo, ſi habilitetur ad ſuccedendum, cenſetur etiam habilitatus ad ſerviendum per ſubſtitutum. Alex. conſ. 10. n. 16. et 17. lib. pr. Pedemon. dec. 27. num. 15. & 16. Fagnan. loc. cit. num. 92.

Feudorum extraordinaria Capitula an ſint authentica. Alexand. conſ. 29. in fin. conſ. 30. n. 18. poſt med. lib. pr. & conſ. 9. n. 8. lib. 5. Rocc. Epiſc. cap. 59. nu. 38. & ſeqq. Latè Fagnan. in cap. quæ in eccleſiarum a n. 94. de Conſtitut. 59

Super feudo novo poteſt à primo acquirente fideicommiſſum conſtitui. Card. Mant. de conject. lib. 7. tit. 9. n. 2. Card. De Luc. de feudis diſc. 37. num. 10. Rot. dec. 12. n. pr. & ſeqq. & dec. 52. num. pr. p. 13. rec. Roc. Epiſc. cap. 61. n. 10. 60

Præcipuè quando ſubſtitutio fideicommiſſaria legitur à primo acquirente facta ſervato eo ordine, quo vigore Inveſtituræ ſuccedebatur. Decian. conſ. 117. n. 22. & ſeqq. vol. 3. Surd. conſ. 108. n. 5. & conſ. 305. per tot. Rocc. Epiſc. d. cap. 61. n. 11.

Feudi alienationis contractus, quando, communi opinione, redundavit in utilitatem, nedum prædeceſſoris alienantis, ſed etiam ſucceſſorum, an, & quando ſuſtineatur alienatio. Cyriac. controv. 3. nu. 73. & ſeqq. Rocc. Epiſc. ibid. n. 24. 61

Feudi venditione facta, & ſimultaneè inito pacto de retrovendendo, ſi Domini aſſenſus ſit impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrovendendo eſt etiam nulla ipſa venditio. Rocc. Epiſcopus cap. 60. n. 4. 62

Nam utile per inutile vitiatur in feudis. Salgad. in Labyr. cred. part. pr. cap. 36. n. 22. Franch. dec. 126. n. pr. & duob. ſeqq. & nu. 5. Rocc. Epiſc. dict. cap. 60. num. 4.

Feudi fructuum reſervatio in toto, vel in parte continet improbam pactionem ſine aſſenſo. Joan. Franc. de Ponte conſ. 12. libr. pr. Rocc. Epiſc. ibid. n. 28. 63

Feudi fructus, quoties quis vendit, conſtituendo ementi Jus uſusfructus, tunc dicitur alienatio aſſenſu indigens. Rocc. Epiſc. ibid. n. 29.

Si vero non conſtituendo, ſed potius ſe obligando actione perſonali ad dandos fructus, non eſt alienatio. Alex. conſ. 18. n. 3. lib. 5. Galeot. controv. 6. n. 16. lib. 2. Rocca Epiſc. ibid. n. 30.

Feudi fructuum perceptio, ſive venditio commoditatis, ſivè fructuum reſervatio eſt licita ſine aſſenſu, quando quis nihil aliud ex ea aquirit, niſi ſolam actionem perſonalem contra alienantem, vel concedentem ad fructus tradendos. Rocc. Epiſc. ibid. n. 30.

Secus ſi ex illa conceſſione, ſeu reſervatione Jus aliquod uſusfructus in re conſtituitur. Alex. conſ. 18. n. 3. lib. 5. Marin. lib. 2. reſolut. cap. 8. nu. 5. & ſeqq. Rocc. Epiſc. ibid. n. 31.

Feudi fructus jus percipiendi propria authoritate, & immediatè ab ipſo feudo non poteſt ſine aſſenſu concedi, quia dicitur conſtitutum Jus in re ſuper feudo. Rocc. Epiſc. cap. 60. n. 32.

Feudo vendito, quoties non fuerit reſervata una pars fructuum, ſed omnes, & quicumque fructus; tunc fortius requiritur aſſenſus. Jo. Franc. de Pont. conſ. 52. n. 6. & ſeqq. lib. 1. Roſa conſult. 59. n. 25. Rocc. Epiſc. d. cap. 60. n. 35.

Feudo additum per Baronem, quod per ſe poteſt ſubſiſtere, uti eſt prædium feudo non accreſcit, neque feudale efficitur. Bald. in l. 1. nu. 6. ff. de rer. diviſ. Rocc. Epiſc. cap. 57. n. 29. 64

Juxta feudum ſi quis emat fundum, additamentum non erit feudale. Rocc. Epiſc. d. cap. 57. n. 30.

Feudali fundo unitum per Vaſſalum, licèt fiat idem fundus, non ideò tamen fit idem feudum, neque qualitatem ſuſcipit feudalem. Velaſc. de jur. emphyt. quæſt. 25. n. 17. in fin. Percyr. de empt. & vendit. cap. 27. n. 46. in fin. Roſental. de feudis cap. 10. concluſ. 43. n. 30. Rocc. Epiſc. d. cap. 57. n. 32.

Feudali in re acquiſita à Domino feudi, etiam ſi ab eo uniantur feudo non efficiuntur feudalia, neque devolutionis caſu eveniente, devolvuntur. Surd.

conf. 151. *n.* 101. *lib.* 2. De Ponte *conf.* 52. *num.* 31. & *conf.* 11. *n.* 8. *lib. pr.* Roec. Episc. *cap.* 58. *n.* nr.

65 Feudali in fundo, si quis ædificet Castrum, non est feudale licet sit accrementum intrinsecum. Surd. *d. conf.* 151. *n.* 101. *lib.* 2. Jo. Franc. de Ponte *de feud. reintegr. cap.* 99. *n.* 7. Roec. Episc. *cap.* 57. *n.* 31.

66 De Feudo hæreditario, & mixto, vide Episc. Rocc. *cap.* 107. *n.* 25. 45. & 67. & *cap.* 117. *n.* 9. *libr.* n.

67 Feudetarius decedit eum duplicis speciei hæreda Carol. Ant. De Luc. *de plural. bonin. legal. cap.* 3. *n.* 5. Et feudi onem alia sunt feudi, alia sunt feudalia Idem *ibidem n.* 8.

68 Feudetarius in quo differat a milite testante Carol. Ant. De Luc. *de plural. bonin. legal. cap.* 3. *n.* 12.

69 Feudo vendito cum pertinentiis, non veniunt, quæ separabiliter accedunt Carol. Ant. De Luc. *de plural. bonin. leg. cap.* 63. *n.* 4.

70 Feudum transit ad Primogenitum, actio autem pro adhoa empta an transeat ad hæredes extraneos Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. cap.* 63. *nu.* 9.

71 Feudetarius alienando feudum sine assensu, an revocet feudum, & revocet venditionem, uti duplex persona formalia, vel ea persona Regis, vel jure proprio Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. cap.* 69. *num.* 3. & *in collect. n.* 28.

72 Feudetarius simul & Dominus, an quis esse possit Carol. Ant. De Luc. *cap.* 90. *n.* 2. Et an feudum reversum ad Regem desinat esse feudum. Idem *ibid. cap.* 65. *n.* 4.

73 Foranses non possunt in statu Ecclesiastico feudorum dominium acquirere Mantiss. ad De Luc. *libr. pr. decis.* 2. *n.* 9. *vol. pr.* Quod tamen declara, *ut ibi & decis. seq.*

74 Concesso feudo cum facultate alienandi, per primum acquirentem vendito feudo, vocatus in eo non habet jus petendi prælationem Mantiss. ad De Luc. *libr.* 16. *decis.* 32. *n.* 5. *vol.* 4. Secus quando deficit facultas alienandi *ibidem n.* 6.

75 Ubi feudum transit in manus mortuas, relevium debetur domino infeudanti Mantiss. ad De Luc. *lib. pr. dec.* 4. *n.* 3. *vol.* 3.

76 Feudatarius tenetur reficere expensas factas pro defensione, seu recuperatione feudi. Card. de Luc. *de feud. disc.* 76. *n.* 9. Et vide *de feud. disc.* 57. *n.* 13.

77 Feudatarius an, & quando possit transigere latè Card. De Luc. *de feud. disc.* 49. *per tot.*

78 Feudatarius dicitur habere duplex patrimonium respectu creditorum De Luc. *de feud. disc.* 22. *an.* 3. *disc.* 23. *n.* 9. *de Hæred. disc.* 3. *a n.* 4. *de Jurep. disc.* 59. *n* 6. Et duplex dominium, Idem *de feud. disc.* 61. *n.* 2. Et duplex homo esse consideratur, Idem *de feud. disc.* 25. *sub n.* 3.

79 Conveniri potest in loco feudi quoad judicia spectantia ad ipsum feudum De Luc. *de feud. disc.* 33. *n.* 5. & 8.

80 An cogi possit a creditoribus sine assensu ad vendendum feudum, ut de pretio satisfaciat De Luc. *de feud. disc.* 78. *n.* 14. *disc.* 82. *n.* 5. *de Credit. disc.* 12. & *disc.* 30.

81 Pro alimentis in fructibus feudi an sit potior Creditoribus De Luc. *de Credit. disc.* 28. *n.* 6. & 7.

82 Conditionem feudi meliorem facere tenetur Boscul. Parmensis *in controvers. feud. artic.* 2. *nu.* 164. inter oper. Em. Card. De Luc.

83 Feudalis materia erat antiquo Juri civili incognita De Luc. *de Judic. disc.* 35. *n.* 3. *de feud. in sum. a n. pr.*, Et quam in Curia sit parum frequens De Luc. *de feud. disc.* 13. *n.* 2.

84 Feudalia bona quomodo æstimentur De Luc. *de Alien. disc. pr. n.* 50. & *alibi*.

§. FIDEICOMMISSUM. XII.

1 Fideicommissum, vel est universale, vel particulare; universale, quod & fideicommissaria hæreditas nuncupatur, est successio in universum jus defuncti per modum obliquum; particulare verò est idem quod legatum, nempè donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda. Possunt fideicommissa relinqui ab omnibus, qui jus testandi habent, & præstanda ab illis, quibus datur, vel non adimitur; favorabilia, & non odiosa reputantur quoad servandam testatoris voluntatem quocumque modo apparentem, secùs autem quoad personas, res, casus, tempora, & similia, quorum respectu non fit extensio, & hodie remanent legatis exæquata, ut benè probat Peregrin. *de fideicomm. art.* 1. *per tot.* vide Tusch. *litt. F*, *conclus.* 229. & *seqq.* ubi plura de fideicommisso universali, & particulari, item de reali, & personali, quando talia dicantur, quomodo differant, quæ comprehendant, & alia, Paul. Christin. *decis.* 40. *cum pluribus seqq. vol.* 4. ubi multa de fideicommissis, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 636. & *seqq.*

Quando fideicommissum dicatur universale, vel particulare, & qualiter cognoscatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 404. *per tot.* Ludovis. *decis.* 26. Magon. *decis. Florent.* 16. *num.* 51. ubi quòd quando continet majorem partem immobilium sub nomine bonorum, universale potiùs, quàm particulare reputatur, & *decis.* 35. *num.* 1. &c. ubi quòd universale dicitur, quando est de omnibus bonis, & hæreditate; particulare verò quando non continet jura, & actiones, Peregrin. *dec.* 96. *num.* 7. &c. quod est summè notandum, quia de particulari non detrahitur Trebellianica, nec alia credita ab hærede soluta, vel sibi debita, ut benè infert Peregrin. *loc. cit.* vide *in §. Trebellianica num.* 16. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 399. *num.* 15. & *seqq.* ubi de aliis differentiis, & *part.* 10. *dec.* 12. *num.* 35. & *seqq.* ubi quòd nec legitima initi in subsidium, Bich. *decis.* 608. ubi etiam ex quibus censeatur inductum fideicommissum particulare post constitutum fideicommissum universale, Plura Nicol. *Elucubr. Utriusq. Jur. in Civil. libr.* 2. *tit.* n3. *et seqq.* Vide Emerix jun. *decis.* 795. *decis.* 796. *decis.* 1233. *et decis.* 1341. De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 89. 128. 131. 132. 133. 140. 141. *in summ. a num.* 217. Mantiss. ad eumdem De Luc.

Quòd fideicommissarius dicatur ille, qui ex manu hæredis hæreditatem recipere debet, & ideò hoc nomen non convenit hæredi gravato, quamvis interdum etiam hæres gravatus fideicommissarii nomine appellaretur, ut in *leg. quamvis*, *ff. re jud.* & ideò erit attendendum, in quo sensu tale nomen proferatur, ut observat Altograd. *consil.* 105. *num.* n. *et lib.* 2.

Et quòd fideicommissarius teneatur capere de manu hæredis, aliàs ejus possessio sit vitiosa, & non manutenibilis, Cavaler. *decis.* 106. *num.* 6. & latè videndus Mart. Medic. *Exam.* 13. *per tot. cum Addit.* ejusdem de anno 1665. Vide De Luc. *de fideicommiss. disc.* 249. *n.* 8. *de hæred. disc.* 32. *n.* 6.

An autem, & quando fideicommissum particulare, sive certæ rei, comprehendat alia bona separata, vel non, quando testator illa destinaverat ad usum, & sic ea destinatione testatoris erant unita tali particulari fideicommisso subjectæ latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 249 *per tot.* ubi pro comprehensione stante dicta destinatione ad perpetuum usum alterius rei.

De fideicommissis, & legatis jure Digestorum variis differentiis, & de illorum exequatione postea à Justiniano facta, Francisc. de Amaya *Observat. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot. fol.* 486. *etc.*

2 Fideicommissa secundùm magis communem opinionem sunt favorabilia, ubi constat de voluntate testatoris, & ideò latam recipiunt interpretationem, text. *in princ. tit. Instit. de fideicomm. hæred.* Natt. *consil.* 602. Capyc. *dec.* 108. *num.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 832. *num. pr.* Magon. *dec. Flor.* 149. *nu.* 30. latè Peregrin. *de fideicomm. art. pr. num.* n3. *et seqq.* ubi benè declarat in quibus consistat illorum favor, & in quibus non attendatur, sed potiùs odiosa reputentur, & restringantur, vide Tusch *litt. F*, *conclus.* 248. *per tot.* Fusar. *de substit. q.* 490. *per tot.* vide Ayllon. ad Gom. *libr. pr. var cap.* 5. *n.* 2. Jul. Capon. *tom.* 2. *discept.* 57.

Quòd ratione oneris impliciti, & respectu gravati sint odiosa, sæpiùs dixit, & probavit eruditissimus Pontirol. *in Respons. pro Mambellis num.* 110. 118. 200. *et seqq.* Cæsenæ impresso de anno 1645. Fusar. *de substit quæst.* 490. *nu. pr.* & Sperel. *dec.* 212. *nu.* 3. *etc.* facit quod dixi in §. *Princeps num.* 6. ubi quot mala pariant, & qualiter possit Princeps illa abrogare, infra *num.* 53. Palm. nep. *alleg.* 47. *n.* 62. *et seq. tom. pr.*

Quòd

Quòd ordinata cum expreſſa ratione favoris agnationis dicantur favorabilia, & non odioſa, Altograd. *conſil.* 92. *num.* 60. *lib. pr.* Sperel. *d. decis.* 152. *nu.* 64. ubi idem ſtatuit in fidaicommiſſis reciprocis.

Item ordinata in caſu delicti, & quare inſta *n.* 19.

Quòd fideicommiſſa tanquam odioſa reſpectu oneris non præſumantur, niſi probentur, qualiter poſſint probari fuiſſe relicta, vel non relicta, quæ, & quomodo probare teneatur, & poſſit fideicommiſſarius pro conſequtione fideicommiſſi, & alia ad rem, Maſcard. *de prob. volum.* 2. *concl.* 773. *cum pluribus ſeqq. inf. n.* 13. *et* 14. Vide Rot. coram Emerix. jun. *decis.* 385. *num.* 3.

3 Fideicommiſſa poſſunt etiam in actibus, & contractibus inter vivos conſtitui, & induci, maximè per pactum ſecundùm veriorem ſententiam, Ciavett. *conſil.* 19. *n.* 8. Pract. Papp. *libell. ex ſubſtit. gloſ. Ac per fideicommiſſum in princ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 847. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 71. *num.* 6. vide in §. *Pactum num.* et §. *Subſtitutio nu.* 31. latè Tuſch. *litt. F, concluſ.* 243. *et* 244. *per tot.* ubi intelligit de particularibus, ne aliàs tollatur facultas teſtandi, Merlin. *dec.* 761. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 283. *n.* 2. *& par.* 13. *decis.* 429. *per tot.* Bich. *dec.* 510. ubi de fideicommiſſo conſtituto in donatione detractis debitis donatoris, ut prius ſint detrahenda, & ſolvenda debita, antequam poſſit dici conſtare de fideicommiſſo, Urceol. longè poſt hæc ſcripta viſus *in tract. de tranſact. quæſt.* 87. *num. pr. & ſeqq.* ubi intelligit ut ſupra, juxta diſtinctionem Illuſtriſſimi D. de Luc. *tract. de fideicomm. diſc.* 141. *num.* 30. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 216. *num. pr. & ſeqq. & dec.* 390. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *quæſt.* 39. *nu.* 380. *tom.* 6. Rot. coram Caprar. *decis.* 433. *num. pr.*

Recipiunt tamen in hoc caſu ſtrictiorem interpretationem, & non ſunt adeò favorabilia, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 575. *num.* 27. & videri poteſt in caſu notabili per Mag. *dec. Flor.* 102. *num.* 19. dixi in §. *Pactum num.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 268. *num.* 18. ubi quòd pro iſtis non competit remedium, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* ſed tantùm actio perſonalis contra donantem, & donationes, ex Giovagn. *conſil.* 34. *num.* 6. *lib.* 2. De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 106. *num.* 6. *et* 7.

Quòd imò nulla adſit differentia, Sperel. *decis.* 165. *n.* 22. *et* 30. vide Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 216. ubi etiam qualiter competat Salvianum &c. Palm. nep. *alleg.* 235. *n.* 23. *tom.* 3.

An autem hujuſmodi fideicommiſſa retineant naturam ipſius contractus, ut revocari non poſſint, vel potius ultimæ voluntatis, & ſint revocabilia, vide Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 334. *num.* 12. *et ſeqq. per tot.* ubi quòd non poſſunt revocari, *et par.* 13. *decis.* 280. *per tot.* Urceol. *dict. quæſt.* 87. *num.* 3. *et ſeqq.* ubi refert contrarias opiniones, & quidquid ſit quoad plures effectus, quoad revocabilitatem concludit veriorem eſſe ſententiam, quòd aſſumant naturam contractus inter vivos, & non poſſint revocari abſque mutuo tranſigentium, & vocatorum conſenſu, neque ex illis detrahatur Trebellianica, ceſſante qualitate hæreditaria, & tranſmittantur ad hæredes ante conditionis eventum, & alia ad rem; an poſſint tolli, & remitti, vel cenſeantur ſublata, & remiſſa per tranſactionem, vel diviſionem factam de rebus, & bonis fideicommiſſo ſubjectis, de quo dixi in §. *Diviſio n.* 30. *infra n.* 21. *et* 27. quoad tranſmiſſionem Altim. *loc. cit. num. ſeqq.* Rot. coram Caprar. *decis.* 126. *n.* 5.

Quòd poſſint fideicommiſſa, ſicut & legata relinqui etiam per epiſtolam quinque teſtibus munitam, Genu. *de ſcript. priv. lib.* 3. *qu.* 22. *et* 23. *fol.* 140.

4 Fideicommiſſum relictum quandocumque hæres deceſſerit, intelligitur ſub conditione *ſi ſine liberis*, & de quibus liberis ſit intelligendum, Pract. Papp. *libel. ex ſubſtit. gloſ. Decederet ſine filiis nu.* 1. *etc.* vide in §. *Conditio n.* et §. *Subſtitutio nu.* Tuſch. *litt. F. concluſ.* 254. 255. *et* 256. *per tot.*

Et mortuo gravato cum filiis (niſi aliter ſit diſpoſitum) fideicommiſſum expirat per defectum conditionis juxta celebre Oldradi *conſil.* 21. Martha *vot. Piſ.* 22. *nu.* 1. *et ſeqq.* & plures alios per me citatos in §. *Subſtitutio n.* 22. Vide Emerix jun. *decis.* 203. *ferè per tot.* Palm. nep. *alleg.* 83. 85. *et* 90. *tom.* 1. 5

Fideicommiſſum ſi non appareat, ad cujus favorem ſit factum, ſecundùm aliquos non valet ratione incertitudinis; verùm ſecundùm alios ſi ſit univerſale ſuſtinetur ad favorem venientium ab inteſtato, cùm incertitudo perſonæ honoratæ vitiet tantùm in fideicommiſſis particularibus, Peregrin. *de fideicom. art.* 5. *n.* 12. Altograd. *conſil.* 82. *n.* 2. *lib.* 2. vide in §. *Gravatus n.* 16. §. *Inſtitutio nu.* 20. De Luc. *de fideicom. diſc.* 143.

An autem ad favorem venientium ab inteſtato ipſius teſtatoris, vel potiùs venientium ab inteſtato hæredis gravati, pulchrè Marcian. *diſceptat. forenſ. cap.* 33. *&* 34. *per tot. ad intellectum, l. qui filium* 74. *ff. ad Trebell.* ubi firmat pro hæredibus fideicommittentis.

Fideicommiſſum relictum à pluribus poſt illorum mortem, an debeatur uno mortuo pro ejus portione non expectata aliorum morte, conſiderandum eſt, an mors omnium requiratur à teſtatore conjunctim, & non expectanda, an verò disjunctim, & non expectanda, *l. fin.* §. *Filium*, *ff. de leg.* 2. *l. Lucius*, §. *Cujo*, *& l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebellian.* Catal. *conſil. decis.* 73. *lib.* 1. vide in §. *Subſtitutio num.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 473. *num.* 79. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 311. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi benè declarat, facit Brunneman. *in juribus cit.* 6

Et quòd relictum poſt mortem plurium, in dubio relictum cenſeatur ab ultimo moriente, *l. codicillis*, ubi Bart. *ff. de uſufr. leg.* cum aliis per Ger. Spin. *conſil.* 84. *n.* 20.

Fideicommiſſum relictum duobus ſub conditione, 7 *ſi ſine liberis deceſſerint*, uno cum liberis decedente, & poſtea altero ſine liberis, etiam quòd ſit relictum ſub expreſſione nominis collectivi, debetur fideicommiſſario, quamvis in perſona ultimi tantùm conditio extiterit, & quamvis inter eos ſub dictis conditionibus adeſſet reciproca ſubſtitutio, quia filii primi defuncti, licèt poſiti in conditione, non dicuntur diſpoſitivè vocati, & ſic non adeſt perſona, quæ fideicommiſſarium excludat, unde illi debetur fideicommiſſum, quia etiam per primum defunctum ante eventum conditionis non potuit traſmitti ad hæredes, pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 965. *num.* 30. & latè probat Pontirol. *Reſponſ. pro Mambellis num.* 16. *& ſeqq. ad* 70. Cæſenæ impreſſo de anno 1645. facit optimè Ger. Spin. *conſil.* 86. *&* 87. *per tot.* Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 58. *n.* 6. *& ſeqq. per tot. vol.* 2. plenè Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 1. *per tot.* ubi benè fundatur iſta concluſio per punctualem text. in *l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebell.* vide alios in §. *Subſtitutio n.* 22. *& n.* 8. Rot. *par.* 17. *dec.* 97. ubi declaratur, & limitatur, *d. l. hæredes mei*, §. *cum ita*, *& decis.* 126. *per tot.* ubi benè firmatur dicta concluſio, *et decis.* 142. ubi benè declaratur Mantic. *de conjecturis libr.* 11. *tit.* 5. *nu.* 29. Craſſ. §. *Subſtitutio quæſt.* 79. *n.* 16. De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 95. *et pluribus ſeqq.*

Fideicommiſſum relictum pro certis perſonis, vel 8 pro certo tempore, ſi ex ratione generali expreſſa comprehendat plures perſonas, vel tempore extenditur quatenus ratio expreſſa ſe extendit, Gratian. *diſcept. for. cap.* 104. *n.* 43. *c.* 828. *n.* 24. & vide in §. *Subſtitutio nu.* Magon. *dec. Florent.* 37. *num.* 26. *per tot.*

Quòd quando fideicommiſſum eſt reale, ut quia verba ſint directa in rem, non in perſonam, induceat etiam gravamen reale, & afficiat omnes perſonas, & quoſcumque poſſeſſores maximè ſtante dictione, *ſemper*, Caval. *decis.* 34. *n.* 1. & Merlin. *decis.* 654. *per tot.* ubi quando cenſeatur inductum fideicommiſſum reale, perpetuum, & abſolutum, latè Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 385. *per tot. & decis.* 391. *per tot.* Bich. *decis.* 129.

Quamvis aliàs regulariter in fideicommiſſis non detur extenſio de perſona ad perſonam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 629. *nu.* 3. *cap.* 847. *nu.* 3. *& per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſum.* 73. *per tot.* vide in §. *Subſtitutio n.* 32. & Tuſch. *litt. F. concluſ.* 353. *per tot.* Peregr. *decis.* 134. ubi inſerit tres Rotæ Romanæ deciſiones, latè Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 320. *p.* 9.

8 9. *recent. vol.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 370. *per tot.* & *dec.* 401. *per tot.* De Luc. *de Fideicomm. disc.* 102. *n.* 7. Vide Pen. *deci.* 85. & *decis.* 486. *n.* 19. Palm. nep. *alleg.* 25. *n.* 85. & 90. *tom.* 1.

An in fideicommissis appellatione filiorum, vel filiarum veniant nepotes, vide in §. *Appellativa n.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 385. *n.* 49. & *seqq.* & *p.* 12. *dec.* 370. Bich. *dec.* 297. *n.* 14. & *seqq.* De Luc. *de Fideicomm. disc.* 70. & *alibi*.

Quòd injunctum filiis ad nepotes non protendatur, & idem est in prohibitione alienationis filiis indicta, quæ nepotes non afficit, latè Pontirol. *in d. Respons. pro Mambellis n.* 118. & *seqq.* & *nu.* 210. & etiamsi dictionibus universalibus (ut omnes, & similes) sit conceptum, cùm restrictionem à subjecta materia odiosa, & mente testatoris recipiant, ut ibidem *nu.* 205. & *seqq. ad* 212. ubi declarat decisionem Gregor. 315. in contrarium adductam procedere, & loqui in fideicommisso reali, sive in rem scripto, quod non personas, sed hæreditatem ipsam, ac quemlibet ejus possessorem afficit, juxta prædicta vide Tusch. *litt. F. conclus.* 253. *per tot.* Peregrin. *decis.* 134. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 385. *per tot.* ubi plura pro inductione fideicommissi perpetui, & absoluti, & *dec.* 391. *per tot. d. part.* 9. Rot. coram Pen. *dec.* 2002. *n.* 9.

Quòd restrictum inter certas personas, illas non egrediatur, Altograd. *consil.* 79. *n.* 6. *lib.* 2. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 320. *p.* 9. *recent. vol.* 2. Rot. *part.* 21. *recentior. dec.* 181. *per tot.* Bich. *decis.* 297.

Quòd factum in uno casu, illo non eveniente, non extendatur ad alium, etiamsi esset fideicommissum reale, & quando tale dicatur, Cavaler. *decis.* 513. *per tot.* Urceol. *consult.* 96. *per tot. vol.* 2. ubi quòd factum in casu delicti, non comprehendit casum mortis, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 401. ubi quòd factum in casu alienationis non extenditur ad casum mortis De Luc. *de Fideicom. disc.* 239. *n.* 4. *de Regul. disc.* 260. *n.* 13. Crescin. ad Pen. *decis.* 85.

Quando possit extendi, vel non de uno casu ad alium, latè Sperel. *dec.* 144. *per tot.* ubi multa pro non extensione, & vide in §. *Substitutio num.* 32. & Tusch. *litt. E. conclus.* 253. *per tot.* Urceol. *Consult. for. cap.* 56. *vol.* 2. & *cap.* 96. *per tot. d. volum.* 2. Peregrin. *dec.* 134. cum tribus Rotæ Romanæ decisionibus ibidem insertis, Paul. Rub. *in Annot. ad dec.* 320. *part.* 9. *recent. vol.* 2. Rot. *part.* 23. *recent. dec.* 114. *num.* 10. *et seqq. per tot.* ubi quòd relictum in casu mortis hæredis *cum filiis*, non habet locum in casu decedentiæ *sine filiis* ob defectum conditionis, & dixi in §. *Conditio n.* 78. vide Joseph. de Rosa *Consultat.* 49. *per tot.* ubi de conjecturis, ex quibus fideicommissum factum, *si sine filiis quis decesserit*, censetur repetitum, si gravatus decedat cum filiis, qui posteà sine liberis moriantur, ad limitationem doctrinæ Oldrad. *consil.* 21. Caren. *resol.* 29. 43. Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 89. ubi quòd stante ratione agnationis, & permanentiæ bonorum in familia receditur à dicto consilio Oldradi, & est restituendum fideicommissum donec extat aliquis de familia Castill. *tom.* 6. *cap.* 18. Add. ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 25. *et* 30. Palma nep. *alleg.* 46. *et alleg.* 90. *tom.* 1.

9 Fideicommissum relictum pro usu familiæ an, & quando comprehendat fœminas, vel non, & an comprehendat adoptatos, latè Gratian. *discept. for. cap.* 930. *per tot.* vide in §. *Fœmina n.* 1. *et seqq.*

Quòd spectet ordine successivo ad proximiores, & quid si dictum fuerit *tunc viventes*, an propter illam dictionem, *tunc*, limitativam terminetur prima vice, an verò primò proximiore defuncto vadat ad alios de familia, videndus Magon. *dec. Florent.* 37. *n.* 19. *et seqq. per tot. et decis.* 72. *n.* 2. vide in §. *Substitutio n.* 37. Rot. *part.* 23. *recent. decis.* 302. ubi quando recedatur à Regula quòd primis admissis expiret inf. *n.* 50.

An, & quando censeatur inductum ad favorem omnium de familia tam effectiva, quàm contentiva, vel non, latè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 7. *per tot.* vide in §. *Familia n.* 1. & Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 339. ubi deducuntur requisita perpetui, & successivi fideicommissi, & reciprocæ linealis nobilissimæ Columniensium familiæ De Luc. *de Fideicomm. disc.* 51. 53. *et* 249.

10 Fideicommissum simpliciter proximioribus, sive familiæ relictum, primis semel admissis expirat, cæteris perpetuò exclusis, qui successivo quidem ordine, sed vulgaris tantùm non fideicommissariæ substitutionis vocabantur, quasi uti semel relictum sufficiat etiam solùm semel in primis admissis verificari, cùm tale nomen proximiorum, vel familiæ sit personarum tantùm, non plurium graduum collectivum, & ideò fideicommissum passivè successivum inducere non valeat, cùm & nomina collectiva graduum id ex se nequeant, nisi addita sint verba temporis tractum demonstrantia, Cuman. *in l. cum ita* 33. §. *in fideicommisso n.* 4. *ff. de leg.* 2. Menoch. *consil.* 173. *n.* 13. & *seqq.* Mantic. *lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 11. Ludovis. *decis.* 464. *n.* 20. Bich. *decis.* 622. *n.* 16. & *seqq.* Pontirol. *in dict. Respons. n.* 147. & Tusch. *litt. F. concl.* 252. *per tot.* ubi etiam usque ad quem gradum extendatur, Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 27. Rot. *part.* 4. *recent. decis.* 264. & *part.* 9. *decis.* 214. *n.* 12. & *dec.* 255. *num.* 46. *d. part.* 9. & *part.* 11. *decis.* 190. *per tot. decis.* 346. *n.* 19. & *seqq. p.* 13. *dec.* 429. & *p.* 17. *dec.* 242. & *dec.* 355. ubi quando, & ex quibus censeatur inductum fideicommissum, & *p.* 18. *tom.* 1. *decis.* 56. *per tot.*

Quòd substituto antiquiore de domo, primo admisso extinguatur substitutio, Fusar. *de substit. qu.* 382. *n.* 36. Barbos. *de appellat. verb. signific. appellat.* 18. *n.* 2. vide in §. *Substitutio nu.* 37. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 407. ubi plura in contrarium deducendo Majoratum, & primogenituram in perpetuum, & rursus in eadem causa *par.* 10. *decis.* 1. *per tot.* vide Manticam *lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 34.

Si tamen fideicommissum sit ita relictum, ut tractum successivum, sive perpetuam bonorum in familia conservationem inferat, tunc graduatorium, & agnatitium fideicommissum dicitur constitutum, & sic ex perpetuitate oneris à testatore injuncti, & agnationis contemplatæ ratione, fideicommissi perpetuitas arguitur, & de uno ad alium proximiorem defertur, juxta doctrinam Anchar. *consil.* 27. Crav. *consil.* 161. *n.* 9. & *consil.* 80. *per tot.* Dec. *consil.* 321. Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 92. *in fine*, Peregrin. *de fideicomm. art.* 12. *n.* 86. & *art.* 22. *num.* 53. & Bich. *dec.* 622. *n.* 17. & *seqq.* Seraph. *decis.* 812. Ger. Spin. *consil.* 66. *num.* 10. & *seqq.* Pontirol. *d. Respons. n.* 150. &c. ubi ita concordat contrarias opiniones Tusch. *d. concl.* 252. *per tot.* Merlin. *dec.* 145. Peregrin. *dec.* 111. *per tot.* ubi latè hanc partem confirmat, & declarat Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 52. *nu.* 4. & *seqq.* & *dec.* 407. *per tot.* ubi quando, & ex quibus arguatur primogenitura, vel Majoratus in perpetuum, & *part.* 10. *dec.* 1. *per tot.* & *part.* 11. *dec.* 346. *n.* 19. & *seqq.* ubi etiam si proximior sit vocatus in numero singulari, Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 302. *n.* 13. ubi quod quando testator disposuit per verba obliqua, dispositio transit ad omnes descendentes in infinitum, & *decis.* 429. *d. part.* 13. & *part.* 16. *dec.* 81. *n.* 2. & *seqq.* ubi pro perpetuitate fideicommissi, stante agnationis contemplatione *part.* 7. *decis.* 242. & 355. & *p.* 18. *tom.* 1. *dec.* 56. *per tot.* Vide De Luc. *de Fideicom. disc.* 91. & *pluribus seqq.*

11 Fideicommissum ordinatum, ut primò admittantur masculi descendentes, quibus deficientibus vadat ad lineam fœmininam, & tandem illa deficiente ad transversales, quando dicatur purificatum ad eorum favorem, pendet ab eo quando dicatur defecta linea fœminina, quæ an contineat tantùm fœminas agnatas, vel etiam descendentes ab eis, multa hinc inde in facti specie recenset Gratian. *discept. forens. cap.* 773. *per tot.* & *facit in cap.* 901. *n.* 4. &c.

12 Fideicommissum inducitur ex prohibitione alienationis, quando non fuit nuda, sed cum causa, ut res prohibita alienari remaneat pro usu familiæ, debetur tamen in casu alienationis tantùm, quando per viam simplicis rationis, ut supra fuit prohibita alienatio, quando verò per viam principalis dispositionis fuit adjecta causa, ut si post prohibitionem dixerit testator, sed remaneant, vel quia voluit remanere perpetuò ad usum familiæ, resultat simplex,

&

& abſolutum fideicommiſſum etiam in caſu mortis, & ſic iſto caſu verificatur ſub duplici conditione, alienationis ſcilicet, & mortis, ſicut etiam per illam dictionem *perpetuò* inducitur abſolutum fideicommiſſum, & in primo caſu efficitur locus fideicommiſſo per impoſitionem cenſus cùm ſuper re alienari prohibita non poſſit cenſus imponi, de quibus omnibus Curt. jun. *conſil.* 145. *n.* 6. & Aleiat. *conſil.* 101. *n.* 4. *tom.* 3. Gabriel. *de fideicom. lib.* 4. *col.* 9. Rot. *part.* 2. *diverſ. dec.* 121. *per tot.* Surd. *dec.* 238. *per tot.* Cavaler. *dec.* 167. *&* 481. *per tot.* Altograd. *conſil.* 92. *n.* 19. *& ſeqq. per tot. lib. pr. conſil.* 82. *nu.* 8. *& conſil.* 94. *per tot. lib.* 2. vide *in §. Prohibitio nu.* 12. Tuſch. *lit. F. concluſ.* 262. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 3. *per tot.* Paul. Chriſtin. *dec.* 41. *n.* 4. *et ſeqq. per tot. volum.* 4. Merlin. *decif.* 669. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 123. *per tot. et deciſ.* 313. *num.* 21. *et ſeqq. part.* 12. *deciſ.* 254. *per totam part.* 13. *deciſ.* 67. *num.* 18. *& ſeqq. dec.* 429. *n.* 11. *et deciſ.* 457. ubi de fideicommiſſo ordinato in caſu alienationis Vide Rot. poſt Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 199. Cerr. *deciſ.* 65. *et dec.* 507. Bertacoin. *vot.* 78. *a n.* 3. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd ex prohibitione alienationis nuda, vel veſtita ita demum inducatur fideicommiſſum in caſu mortis, ſi ſit diſpoſitivè per ſe independenter, & in oratione ſeparata à ſubſtitutionibus expreſſis, ſive præcedentibus, ſive ſequentibus adjecta; ſecùs autem ſi talis prohibitio ſtet acceſſoriè, relativè, conſecutivè, dependenter, vel correſpectivè ad præcedentes, vel ſubſequentes ſubſtitutiones, & quando dicatur ſtare ſic dependenter, & conſecutivè ad excludendum novum fideicommiſſum in caſu mortis, vel inter perſonas expreſsè non ſubſtitutas, etiam ſi eſſent appoſita verba ſuadentia ampliationem fideicommiſſi, ut quia eſſet adjecta prohibitio cum ratione generali, quia voluit teſtator bona conſervari in ſuis deſcendentibus, vel familia, latè idem Altograd. *conſil.* 79. *n.* 7. *et ſeqq. per tot. lib.* 2. Galvan. *conſil.* 50. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 152. *n.* 51. *et ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 669. *per tot. dec.* 890. *nu.* 9. & Ucecol. *Conſult.* 96. *nu.* 11. *et ſeqq.* vol. 2. Peregrin. *conſil.* 57. *lib.* 5. *et deciſ.* 134. *per tot.* cum tribus deciſionibus Rotæ Romanæ ibidem exaratis, Rot. *part.* 9. *rec. deciſ.* 83. *n.* 1. *et ſeqq.* ubi pro fideicommiſſo ex dicta prohibitione, *et dec.* 188. *et p.* 18. *dec.* 568. ubi quando fideicommiſſum reale dicatur conſtitutum ex alienationis prohibitione De quibus Odd. *de ſubſtit. fideicomm. quæſt.* 9. *per plures artic.*

Quòd per verba quæcumque acceſſoria, & conſecutiva non inducatur novum fideicommiſſum, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 406. *n.* 24. & Ludoviſ. *dec.* 433. ubi plura ad excluſionem novi fideicommiſſi in caſu mortis, Bich. *deciſ.* 297. *n.* 20. *et ſeqq.*

Quid ſi clauſula, vel cauſa prohibitionis fuerit tantùm relata, & reſtricta ad ſupraſcriptos hæredes, vel ſubſtitutos, Surd. *deciſ.* 85. ubi quòd tunc non reſultat novum fideicommiſſum in caſu mortis Vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd quando ad rem alienari prohibitam vocantur aliæ perſonæ non comprehenſæ in ſubſtitutione, vel, fideicommiſſo univerſali dicatur prohibitio adjecta principaliter, & independenter à præcedente fideicommiſſo, & ſeparatum fideicommiſſum inducat in hujuſmodi rebus alienari prohibitis, Petr. *de fideicomm. quæſt.* 6. *n.* 26. *et quæſt.* 11. *num.* 559. & Gratian. *diſcept.* 828. *num.* 15. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 294. *nu.* 15. & Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 399. *n.* 18. *part.* 13. *dec.* 110. *nu.* 2. *et dec.* 444. *nu.* 14. *et* 55. *et dec.* 486. *n.* 9. ubi de ratione, & cauſa conſervandi bona in agnatione, ex qua reſultat novum fideicommiſſum, quando eſt latior, aliaſque perſonas comprehendit, vide Martha *vot. Piſ.* 3. Bich. *deciſ.* 229. Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 358. *per tot.* ubi etiam quando tale fideicommiſſum comprehendat prælegata.

13 Fideicommiſſa, ſicut & legata poſſunt induci, & probari per verba anunciativa, cum in eis voluntas potius teſtatoris, etiam ex conjecturis elicita, dummodò intrinſecis, quàm verba attendatur, præcipuè ſi agatur de conſervanda agnatione, vel de declarando fideicommiſſo jam in eſſe deducto, vel ubi ſunt directa ad filios, vel nepotes, vel ad honoratos, ſive etiam ad gravatos, ut latè pluribus juribus perpenſis, & aliis relatis probat Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 27. *et* 28. *fol.* 59. vide Peregrin. *de fideicomm. art. pr. n.* 48. & Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 278. *n.* 12. ubi quòd verba enunciativa in ultimis voluntatibus diſpoſitionem inducunt Rot. *rec. p.* 19. *dec.* 417. *nu.* 9. *tom.* 2. Vide Odd. *conſ.* 64. *ſub nu.* 56. *et* 77. Paſetth. *conſ.* 92. *n.* 13. Emerix jun. *deciſ.* 116. *n.* 6. *et deciſ.* 138. *n.* 9.

Quòd ubi de fideicommiſſo non apparent ſcripturæ, neque teſtes, poſſint fideicommiſſarii præſtito prius ab ipſis juramento calumniæ, deferre juramentum hæredibus gravatis, qui, vel illud ſubire coguntur, vel recuſantes ad præſtationem fideicommiſſorum ſive univerſalium, ſive particularium adſtringi, nec ſint audiendi ſi minus ſolemnem voluntatem allegent, text. & gloſ. in §. *fin. Inſtitut. de fideicomm. hæred. et Senatu Conſult. Trebel.* ubi Oinot. & alii Interpretes Jaſ. & alii, *in l. fin. C. de fideicom.*

An autem, & quomodo ex confeſſione hæredis gravati poſſit probari, vel induci fideicommiſſum, ſive non, latè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. pr. quæſt.* 7. *effect.* 20. *per tot.* De Luc. *de fideicomm. diſc.* 194. *n.* 2. Vide Rojas *deciſ.* 117. *n.* 3. Rot. *deciſ.* 98. *n.* 16. *part.* 10. *deciſ.* 113. *nu.* 3. *part.* 21. & infra *in noviſſim. addit.* Creſcin. *n.* 64.

An item ex verbis commendatitiis, de precativis, deſideratívis, conſultivis, diſpoſitivis, præceptivis, conditionalibus, & quibuſcumque aliis ſimilibus voluntatem teſtatoris indicantibus, & etiam per ſigna, & nutus induci, & probari poſſint fideicommiſſa, vide Peregrin. *d. art. pr. n.* 45. *et ſeqq.* & latiùs *art.* 11. *per tot.* ubi qualiter in teſtamentis voluntas teſtatoris totum efficiat, & illa præcipuè ſit ſpectanda, & de verbis commendatitiis, Menoch. *conſil.* 1135. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 310. *n.* 4. *et ſeqq.* ubi de verbis deſiderativis, & conſultivis, vide in §. *Legatum num.* Tuſch. *lit. F. concl.* 249. & latiùs *concluſ.* 260. *per tot.* ubi quando tacitè inducantur, *et concl.* 261. ubi quòd non inducuntur, nec extenduntur niſi prout verba ſonant. Deluc. *de Fideicom. diſc.* 57. *n.* 25. *et diſc.* 250. *n.* 2 Rot. coram Emerix jun. *deciſ.* 1059. *ſub n.* 14.

Qualiter cenſeatur inductum fideicommiſſum, ſi teſtator dicat volo bona manere in familia, ſive intendo, & ſimilia verba, per quæ denotetur tunc perfecta illius voluntas, etiam ſi ſibi reſervaverit facere aliam declarationem, ita ut etiam illa non facta dicatur extare fideicommiſſum, pulchrè Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 464. *per tot.* ubi etiam quando voluntas dicatur diſpoſitiva, & perfecta, & non ſimplex vellaitas, vel præparatio.

Plura de fideicommiſſo tacito quale dicatur, quomodo intelligatur, & alia tradit Garba *in tract. de tacit. fideicom. per tot.* & habetur poſt alterum Garſiam *tract. de expenſ. & melior.* Antunez *lib. pr.* de Donat. *part.* 3. *cap.* 36. Sanchez *libr.* 4. *conſ. cap.* 3. *dubio* 21. *& ſeqq.*

Qualiter fideicommiſſum probari poſſit per confeſſionem hæredis gravati, quot, & quales teſtes requirantur ad probandam hujuſmodi confeſſionem, Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 28. Fuſar. *conſil. pr. n.* 27. Bardellon. *conſil.* 93. *n.* 114. Bellon. *jur. conſil.* 118. *n.* 26. *et ſeqq.* Andreol. *controu.* 144. *per tot.* ubi plura ad excluſionem dictæ probationis.

Fideicommiſſa ex conjecturis induci poſſunt, *leg. cum proponeretur in fine, ff. de legat.* 2. Peregrin *de fideicomm. art.* 11. *nu. pr.* & Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 276. *n. pr.* & Altogr. *conſil.* 45. *num.* 7. *et lib. pr.* ubi etiam quòd multò magis ex contrariis conjecturis excludi poſſunt, vide *in §. Subſtitutio nu.* latè Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit. pr.* Tuſch. *d. concl.* 249. Maſcard. *de prob. vol.* 2. *concluſ.* 775. *per tot.* Tondut. *lib.* 2. *quæſt.* 47. Jul. Capon. *tom. pr. diſcept.* 57. Rot. coram Emerix jun. *dec.* 538. *n.* 8. *et deciſ.* 1059. *n.* 14. 14

Quòd inducantur ex conjecturis, intellige de intrinſecis ex ipſo teſtamento deſumptis, ſecùs in extrinſecis, idem Altograd. *d. conſil.* 45. *n.* 62. & vide

in

io §. *Substitutio num.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 267. *n.* 3. *et seqq. vol. pr.*

Quòd conjecturæ ad inducendum fideicommissum debeant esse urgentissimæ, & necessariæ, nec sufficiant dubiæ, idem Altograd. *consil.* 92. *n.* 53. *& lib.* 3. Christin. *loc. cit.*

Quomodo possint induci fideicommissa ex conjecturis, & quibus latè Sperel. *decis.* 152. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 1. *n.* 96. *& seqq.* De Luc. *de fideicomm. disc.* 91. *& n.* 13. *disc.* 93. *& n.* 3.

Posito quòd possint induci ex conjecturis, an inducantur ex prohibitione testandi facta hæredi instituto, & ad quorum favorem, nempè an ad favorem venientium ab intestato ipsius testatoris, vel potiùs venientium ab intestato hæredis gravati, pulchrè Marcian. *disput. for. cap.* 33. *et* 34. *per tot. dixi supra num.* 5.

Qualiter fideicommissum particulare inducatur super prædio ex onere illius respectu hæredibus injuncto, præsertim quando testator prospexit saluti animæ suæ, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 468. *per tot.*

25 Fideicommissum relictum filiis transit in Monasterium capax bonorum, in quo filii vocati professionem emiserint, nisi sit expressè relictum pro conservatione agnationis, & familiæ, vel per verba naturalitatem denotantia, ut si dictum sit filiis legitimis, & naturalibus, ac ex suo corpore natis, & procreatis, Altograd. *consil.* 96. *per tot. lib.* 1. ubi plura quando censeatur relictum pro conservanda agnatione ad hunc effectum, dixi in §. *Conditio num.* et §. *Monasterium nu.* *infra n.* 18. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 63. *per tot. et alibi.* Vide Bettachin. *vot.* 52. ubi an transeat vita Religiosi durante.

26 Fideicommissum in dubio censetur relictum à pupillariter substituto, & non ab ipso pupillo, nisi ex conjecturis appareat patrem voluisse potiùs gravare filium, quàm substitutum, quarum nonnullas, & quid istud importet, vide per Altograd. *cons.* 78. *per tot. lib.* 2. ubi etiam in fine, quòd in fideicommissis semper id, quod minimum est, attenditur, ut hæres minus quàm fieri possit censeatur gravatus, vide latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 147. *per tot.* & dixi in §. *Substitutio n.* 14. *in fin.*

27 Fideicommissum relictum sub duabus conditionibus copulativè adjectis, ut si hæres decedat infra 18. annos, & sine filiis, vel in pupillari ætate, & sine filiis, non debetur nisi probetur utriusque conditionis purificatio, & sic expirat si non moriatur intra tempus præfinitum, licèt postea decedat sine filiis, quia conditionum copulativè adjectarum natura est, ut scindi non possint, sed in totum debeant impleri, cùm sint individuæ, & actum individuum faciant, ac censeantur ita appositæ ad minuendum gravamen, Altogr. *consil.* 83. *n.* 1. *& seqq. & consil* 84. *n.* 1. 72. *&* 73. *lib.* 2. ubi latè sustinet copulativam non esse hoc casu resolvendam in alternativam, & quando possit fieri dicta resolutio, ibid. *num.* 60. *vide in* §. *Dictio n.* Vide Andreol. *controvers. Jur. cap.* 284. *num.* 6.

28 Fideicommissum relictum in casu mortis gravati, an debeatur statim quòd ipse gravatus fuit ingressus, & professus Religionem bonorum incapacem, vel sit expectanda illius mors naturalis, & sic an debitum in casu mortis, verificetur tam in morte naturali, quàm in civili, & videtur dicendum quòd non sufficiat mors civilis, sed sit expectanda naturalis, cùm interim possit dari casus, quòd substitutus prædecedat, & fideicommissum efficiatur caducum, sicque remanere debeat penes monasterium si sit capax, vel penes hæredes gravati si sit incapax, vel saltem sit differenda restitutio fideicommissi, ut fructus interim cedant commodo Monasterii, vel hæredum gravati, ut ratiocinatur Fusar. *consil.* 88. *& de substit. q.* 430. *num.* 12. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3565. *&* 3566. Barbat. *de divis. fruct. p.* 2. *c.* 2. *à n.* 63.

Contrarium tamen quando gravatus ingreditur Religionem omninò incapacem, ut Capuccinorum, & similium, quòd statim emissa professione habeatur pro mortuo naturaliter ad effectum, ut dicatur evenisse dies, & casus fideicommissi, & substitutus sit admittendus verius, & receptius esse patet, ex traditis per Buratt. *decis.* 461. *n.* 6. *&c.* ubi plenè Ferentill. *nu.* 14. & Penia *decis.* 698. Altograd. *consil.* 81. *n.* 74. *& seqq. lib.* 2. ubi respondet rationibus Fusar. *loc. cit.* & illum reprobat: hanc partem tenet etiam Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 99. *num.* 120. *& seqq.* De Franch. & Add. *dec.* 14.

Prima nihilominus opinio, & ejus rationes procederent ubi gravatus profiteretur Religionem bonorum capacem saltem in communi, quia tunc esset expectanda mors naturalis, & interim fidecommissum manere deberet penes monasterium nisi obstaret voluntas testatoris, ut quia prohibuerit alienationem extra familiam, nam isto casu, nec etiam vivente monacho posset manere penes Monasterium sed statim substitutus esset admittendus, idem Altograd. *d. consil.* 81. *n.* 74. *lib.* 2. vide supra *n.* 15. *in* §. *Mors num.* *&* §. *Monasterium n.* Martian. *controv.* 60. *n.* 4. Vide De Luc. *de fideicommiss. disc.* 63. Bettachin. *vot.* 52.

Fideicommissum inductum, & ordinatum in casum quo filii, & hæredes instituti delictum committerent & ea bona transeant in fiscum, nedum est validum, sed etiam favorabile reputatur, tamquam ordinatum non ad gravandum hæredes, sed ad præservandum bona ad illorum favorem, & debetur vocatis sequuta contraventione, vel delicto, Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 103. Farinac. *quæst.* 25. *n.* 23. *& seqq.* Fusar. *de substit. quæst.* 529. Guazz. *de confiscat. concl.* 13. *limit.* 17. Masin. *de confiscat. quæst.* 29. Conciol. *resol. crim. verb. Confiscatio resol.* 6. *per tot.* ubi ampliat, ut neque fiscus possit prætendere fructus durante vita delinquentis, neque legitimam, neque trebellianicam, & alia ad rem, vide in §. *Confiscatio n.* 16. *caut.* 2. imò si in oratione separata per se dispositivè, & independenter post fideicommissum ordinatum in casu delicti, sit addita ratio, quia testator voluit bona conservari in familia, censetur inductum aliud fideicommissum absolutum etiam in casu mortis, Bursatt. *consil.* 227. *per tot.* Soccin. jun. *cons.* 34. *n.* 7. *& consil.* 49. *n.* 2. *& lib.* 3. cum aliis, quos refert, & sequitur Altograd. *consil.* 94. *nu.* 3. *& seqq. per tot. lib.* 2. Surd. *decis.* 84. Carena *resol.* 61. *nu.* 4. & Cyriac. *contr.* 346. *n.* 2. Bimius *consil.* 127. *n.* 5. *et* 6. vide in §. *Donatio nu.* 12. *et* 41. Farinac. *qu.* 164. *per tot.* ubi plura de donatione. Urceol. *Consultat. forens. cap.* 96. *per tot. volum.* 2. ubi quòd factum in casu delicti non extenditur ad casum mortis, etiam si testator processerit ad plures substitutionum gradus, & cum prohibitione alienationis, quia omnes dependent à primo defectu, Jo. Paul. Melii *Observat.* 144. *nu.* 35. *et seqq.* ubi videtur distinguere, ut prima opinio procedat, quando posita est ratio, *quia voluit &c.* secùs si, *ut bona remaneant*, & quia ista non importat dispositionem, sed causam, illationem, & enunciativam. 29

Quòd fideicommissum ordinatum in casu delicti non comprehendat casum mortis, etiam si addita fuerit ratio conservandi bona in agnatione, quando stat consecutivè, dependenter, & restrictivè ad dictum casum delicti, ac etiam si fuerint facti plures gradus substitutionis cum eodem onere in casu delicti, cùm possint verificari absque inductione fideicommissi in casu mortis; & dictum fideicommissum in casu delicti ordinatum, intelligitur tantùm in casu delicti, per quod actualis confiscatio sequatur, non autem delicti, per quod sola pœna pecuniaria sit imposita, nisi sit adeò gravis, ut pro illa solvenda sit alienanda proprietas in totum, vel pro parte, vel nisi in fraudem fideicommissi fuerit à fisco omissa confiscatio, & imposita pœna pecuniaria, ut per Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 228. *per tot.* Otthobon. *decis.* 250. facit quod dixi in §. *Substitutio num.* 64. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 278. *per tot.* ubi quòd licèt fideicommissum ordinatum in casu delicti non extendatur ad casum mortis, tamen secùs est si ex conjecturis appareat testatorem se noluisse restringere ad solum, & simplicem casum delicti, sed inducere perpetuum, & successivum fideicommissum, ut in dicta decisione, *& d. p.* 18. *dec.* 474. *per tot. in eadem causa.*

An autem, & quando fideicommissum possit confiscari saltem durante vita delinquentis, vel banniti,

Car-

Cardinal. Tutch. *litt. F. concluſ.* 288. *per tot.* Foſar. *de ſubſtit. q.* 529. & 442. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit. pr. num.* 98. *et ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor.* 16. *num.* 7. *deciſ.* 73. *num. pr. deciſ.* 91. *num.* 32. & *deciſ.* 92. *nu.* 48. Petra *de fideicomm. q.* 11. *n.* 565. Altograd. *conſil.* 98. *num.* 92. *lib. pr. et conſil.* 69. *n.* 31. *lib.* 2. Alex. *conſil.* 23. *lib. pr.* Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 509. dixi in §. *Bannitus num.* 31. & alibi, plenè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 301. *per totum, vol. pr. et dec.* 42. *n. pr. vol.* 4. *et dec.* 220. *num.* 37. *et vol.* 5. Guaz. *de confiſc. bon. concl.* 23. *limit.* 17. *et* 26. *per tot.* Conciol. *d. reſol.* 6. *n.* 3. *et* 30. ubi quòd non, & latè Caren. *reſol.* 48. *per tot.* Vide De Luc. *de Regal. diſc.* 160. *a n.* 7. Cyriac. *controverſ.* 346. *n. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 12. *n.* 225. *et* 226. *tom.* 3.

Quòd ſi teſtator excluſerit delinquentes in caſu delicti, & voluerit quòd ſuccedant alii vocati quietè, & chriſtianè viventes, ut vocati ad ejus hæreditatem chriſtianè vivant, & à delictis abſtineant, non admittantur delinquentes, etiam gratiati à Principe, niſi fuerint abſoluti, & tempore purificationis fideicommiſſi pacificè viverent, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 313. *num.* 15. *et ſeqq.*

20 Fideicommiſſum generale licèt dotem non comprehendat, ſpeciale tamen factum in dote valet, quatenus dos excedat legitimam, Rom. *conſil.* 135. Addit. ad Pract. Papp. *libel. ex ſubſtit. glaſ. Compendiosè.* Pacific. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 224.

An fideicommiſſum reciprocum, & mutuum ordinatum à teſtatore in dotibus filiabus ſuis relictis, ad hoc ut aliqua ex illis decedente ſine filiis, aliæ ſuperſtites in ejus portione ſuccedant, ſicuti ſæpiſſimè ordinari ſolet, valeat, nec ne, pendet ab alia quæſtione, an dos ſuccedat loco legitimæ vel non, nam ſi dos ſuccedit loco legitimæ, non valet tale onus fideicommiſſi in dote adjectum, ſed eo non obſtante poteſt quælibet filia de dote ſua teſtari, & ad libitum diſponere, ac ad ſuos hæredes tranſmittere, ut plenè probat videndus, licèt alios ibi contrarium tenentes alleget Galvan. *conſil.* 31. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 100. & dixi in §. *Dos*, *num.* 16. §. *Subſtitutio num.* §. *Legitima num.* 30.

Quòd non valeat fideicommiſſum in dote loco legitimæ ſuffectæ, intellige ad commodum patris, vel aliorum tranſverſalium, nam appoſitum ad favorem ipſius filiæ, & deſcendentium ab ea, quibus de jure debetur ſucceſſio, utique valet, cùm dicatur ſatis conſtare de conſenſu filiæ ex matrimonio ſubſecuto, & aliis, ut pluribus congeſtis diſtinguit Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 370. & vide *part.* 17. *deciſ.* 59. & 60. *in eadem cauſa*, & *deciſ.* 76. *per tot.* & *deciſ.* 267.

21 Fideicommiſſo recepto inter fratres, an videatur renunciatum per diviſionem inter eos factam, data ſibi invicem facultate alienandi, & alienatione ſequuta, dixi *in* §. *Diviſio nu.* 10. latè Vivi. *comm. opin.* 845. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 776. *per tot.* & benè explicat Urceol. *tractat. de tranſact. quæſt.* 87. *nu.* 27. & *ſeqq. per tot.* Cabal. *conſil.* 75. *lib.* 1. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 275. *part.* 17. *deciſ.* 25. *part.* 16. *deciſ.* 128. & 261. & *part.* 18. *deciſ.* 135. & 324. *per tot.* vide Cyriac. *controv.* 323. *per tot.* ubi plura in proprio caſu. Vide Bertachin. *vot.* 60. *à nu.* 53. Emerix jun. *deciſ.* 703. Caprar. *deciſ.* 100. *n.* 7. *deciſ.* 117. *à nu.* 9. *deciſ.* 374. *à n.* 8. Palm. nep. *alleg.* 278. *tom.* 3.

Plura quando fideicommiſſum cenſeatur remiſſum, vel non, Tuſch. *litt. F, concluſ.* 286. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 451. Sanfelic. *deciſ.* 102. *num.* 26. & *ſeqq.* ubi an, & quando veniat in generali renunciatione, vel non, & dixi in §. *Renunciatio num.* 7. & *ſeqq.* Emerix jun. *deciſ.* 992. & *dict. deciſ.* 703. Bertachin. Caprar. Palm. nep. *loc. cit.*

22 Fideicommiſſum reciprocum, ſeu vulgaris ſubſtitutio quando cenſeatur inducta inter deſcendentes, & an attendatur proximitas teſtatoris, vel potius ultimi defuncti, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 285. *per tot.* vide in §. *Proximitas num.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 249. *num.* 3. & *ſeqq.* vide Carol. Anton. De Luc. *loc. cit.*

Quòd reciprocum regulariter non inducatur inter duas lineas ſeparatas, niſi verbis expreſſis, idem Gratian. *cap.* 828. *num.* 40. Merlin. *deciſ.* 326. & 360. Urceol. *conſult. for. cap.* 80. *per tot. vol.* 2. vide in §. *Subſtitutio n.* 20. & 24. ubi contra ex conjecturis, & Rot. *p.* 15. *rec. dec.* 372. ubi qualiter inducatur ex conjecturis.

Quando, & ex quibus conjecturis cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum, plenè Galvan. *conſil.* 24. Sperel. *deciſ.* 152. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 326. ubi etiam quando dicatur reale, & tranſitorium ad omnes deſcendentes, & *deciſ.* 360. Urceol. *d. cap.* 80. *per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 385. *num.* 3. & *ſeqq.* & *part.* 10. *dec.* 280. *per tot.* latè Baitel. *de ultim. volunt. dec.* 1. & 2. *per tot.* & *dec.* 5. *cum pluribus ſequentibus ad dec.* 11. ubi ad ſaturitatem de materia fideicommiſſi reciproci.

Et quando reciprocum fideicommiſſum cenſeatur inductum non tantùm inter deſcendentes cujuslibet vocati, ſed etiam de linea ad lineam, latè Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 411. *dec.* 465. *per tot.* & *dec.* 472. *per tot.* ubi plenè, & facit *part.* 17. *dec.* 339. Baitell. *d. dec.* 1. & 2. *per tot.* & *dec.* 5. & *ſeqq. ut ſupra*, Rot. *rec. p.* 19. *dec.* 570. & *dec.* 609. *tom.* 2.

Quod tria debeant concurrere, & quæ, vide Magon. *dec. Florent.* 71. *num.* 16. Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concluſion.* 773. *per tot.* Sperel. *d. dec.* 152. *per tot.* & dixi in §. *Subſtitutio num.* 21 Rot. *dict. dec.* 385. *num.* 3. & *ſeqq. par.* 9. *recent.* & *part.* 10. *dec.* 280. *per tot.* & *part.* 13. *dec.* 45. *dec.* 283. *per totum*, *dec.* 429. *n.* 7. & *ſeqq. deciſ.* 442. *per tot.* & *deciſ.* 468. *nu.* 12. *et part.* 17. *dec.* 339. Baitel. *dict. dec.* 1. ubi plenè, Rot. *rec. p.* 19. *dec* 570. *et dec.* 609. *tom.* 2. Vide Emerix junior. *deciſ.* 628. *et deciſ.* 589.

Plura ad excluſionem fideicommiſſi de linea ad lineam, licèt inter ipſos de linea fuerit illud principaliter ordinatum, Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 68. *per tot. et dec.* 255. *per tot. et part.* 18. *dec.* 184. ubi quòd ſi teſtator vocavit duas lineas, non cenſetur voluiſſe, quòd una alteri ſuccedat, nec quòd detur fideicommiſſum de linea ad lineam, vide in §. *Subſtitutio*.

Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum ſe compatitur cum facultate alienandi inter comprehenſos, & intelligitur inductum ſub conditione, ſi, & quatenus alienatio non fuit ſequuta: hujuſmodi tamen facultas intelligitur dummodò fiat alienatio ſine fraude, & bona fide, cùm aliàs fideicommiſſum non poſſit everti in fraudem vocatorum, ut benè declarat Altograd. *conſil.* 90. *n.* 9. *et ſeqq. lib.* 2. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 16. *num.* 7. 24. *etc.* vide in §. *Facultas nu.* 4. §. *Licentia num.* 5. *et* §. *Gravatus num.* 14. Tuſch. *litt. F, concl.* 250. ubi quid importet fideicommiſſum, *ſi hæres gravatus non diſpoſuerit*, Merlin. *deciſ.* 459. *per tot.* ubi etiam qualiter ex cauſa æris alieni teſtatoris, poſſit pro majori ſumma alienari, facto inveſtimento reſidui pretii pro cautione emptoris, & fideicommiſſi, infra *num.* 49. 23

Debet tamen omni caſu ſervari forma à teſtatore in hujuſmodi caſibus alienationis permiſſæ præſcripta, ſive modus adjectus, aliàs eſt nulla alienatio, nec ullum affert præjudicium vocatis, Rot. *part.* 11. *recentior. dec.* 129. *n.* 4. *et ſeqq.* facit *part.* 12. *dec.* 170. *n.* 17. *et ſeqq.* ubi qualiter gravatus quatenus non diſpoſuerit, poſſit hypothecare, & tunc bona tranſeant cum onere ſuo ad fideicommiſſarium, nec reſolvatur hypotheca prout alias reſolveretur, ut dixi in §. *Hypotheca n.* 47.

Fideicommiſſum generale comprehendit etiam bona ab ipſo fideicommittente alienata cum pacto redimendi, ſi vigore hujuſmodi pacti fuerint redempta etiam ab hærede, ut dixi in §. *Bona num.* De Luc. *de Fideicomm. diſc.* 162. *num.* 2., *et* 4. Vide Rotam coram Emerix jun. *deciſ.* 49. *ſub num.* 8. 24

An comprehendat prælegata, & alia vide *in* §. *Gravatus num.* 6. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 112. *num.* 4. *dec.* 135. *num.* 7. Peregrin. *de fideicomm. art.* 7. *num.* 44. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 2. *num.* 13. vide in §. *Inſtitutio numer.* 11. *in fine*, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 209. *et part.* 15. *deciſ.* 140. *per tot.* ubi plenè an prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, quod totum pendet à voluntate teſtatoris, & conjecturis ibi in utramque partem perpenſis, *et p.* 16. *dec.* 150. *n.* 10. *et ſeqq.* ubi quando non veniant, *et deciſ.* 358. ubi quando veniant. Vide Rotam coram

Eme-

Emerix junior. *decis.* 49. *et decis.* 64.

25 Fideicommissum, an, & quando, quomodo, & ex quibus causis possit alienari, vel obligari, sive non, quid si fuerit recuperatum, quid stante ignorantia tam in alienante, quàm in acquirente, an permutari, & alia dixi latè in §. *Bona n.* 21. & plenè Tusch. *litt. F. conclus.* 283. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 42. *et seqq. vol.* 4. Latè Em. De Luc. *in ejus Indic. general. verb. fideicom. quoad alienationem, et verb. bona fideicom.* Emeriz jun. *decis. S. R. Rom. in indice verb. fideicommissum.* Palm. nep. *alleg.* 203. *n.* 84., & vide infra *in novissim. addit.* Crescin. *n.* 76.

26 Fideicommissa, vel aliæ substitutiones non durant regulariter ultra centum annos, nec excedunt decimum gradum secundùm jus civile, nec transeunt ultrà quartam generationem, nisi tamen testator aliter expresserit DD. *in §. penult. Instit. de success. agnat. et in l. fin. Cod. und. legit.* Soccin. jun. *consil.* 140. *num.* 14. *lib.* 3. Peregrin. *de fideicom. art.* 30. *num.* 3. Tiraquel. *de retract. lignag. §. pr. gloss.* 9. *num.* 23. Fusar. *de substit. q.* 381. *num.* 5. Martha *vot. Pisan.* 3. *per tot.* Altograd. *consil.* 79. *num.* 45. *lib.* 2. & latiùs declarat *consil.* 82. *num.* 35. *per tot. lib.* 2. dixi in §. *Alienatio nu.* 2. ubi vide, latè Tusch. *litt. F. conclus.* 252. *num.* 8. *et seqq.* Crass. in §. *Fideicommissum qu.* 19. Covar. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 5. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 46. *et* 47. *et eodem lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 21. & *seqq.* ubi videtur distinguere, quòd prohibitio alienationis tanquam odiosa, restringatur ut suprà, fideicommissum verò familiæ relictum simpliciter tanquam favorabile hujusmodi restrictionem non patiatur, sed in infinitum protendatur, sicut etiam prohibitio, si sit expressa causa conservandi bona perpetuò in familia, vel descendentibus, adde Merlin. *dec.* 63. *per tot.* Peregrin. *dec. Patav.* 5. *num.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 190. *per tot.* ubi quòd fidaicommissum familiæ relictum, non concurrentibus verbis tractum temporis denotantibus non extenditur ultra decimum gradum ad instar successionis, & actor debet probare de gradu, latè Caren. *resolut.* 162. *per tot.* ubi plura de intellectu Novellæ 159. *de restitut. fideicomm.* per quam prohibitio alienationis non videtur se extendere ultra quartum gradum, & dicit, illam fuisse obscurè scriptam à Triboniano pecunia corrupto, & qui pretio jura vendere solitus erat, nullibique ferè servari, quia satis manifestè adversatur testatorum voluntatibus, & alia de illius interpretatione, ne fideicommissa restringantur ad quartum gradum, vide *in* §. *Prohibitio n.* 4.

27 Fideicommissa conditionalia an transmittantur ad hæredes fideicommissarii decedentis ante eventum conditionis, Addit. ad Pract. Papp. *libell. ex substit. glos. sub conditione*, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 201. Cavaler. *decis.* 434. 461. & 532. *per tot.* ubi pro non transmissione, Martha *vot. Pis.* 226. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 629. *num.* 24. & *cap.* 665. *num.* 30. Rot. in Bononien. fideicommissi 1. Aprilis 1650. coram Verospio, obi pro transmissione ex conjecturis, Magon. *dec. Florent.* 54. *num.* 2. 6. & *seqq. vide in* §. *Legatum num.* 109. Tusch. *litt. F, concl.* 228. Ricc. *Collect.* 359. & 2852. Baitel. *de ultim. volunt. dec.* 3. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 1156. *n.* 7. Palm. nep. *alleg.* 176. *n.* 17. *tom.* 2.

Regulariter non transmitti, nisi aliter appareat ex conjecturis arbitrio judicis æstimandis, Menoch. *de arbitr. cas.* 165. *per tot.* Plenè Vivi. *comm. opin.* 843. & 844. *per tot.* Altograd. *consil.* 45. *num.* 56. *lib.* 5. Franch. *dec.* 525. *per tot.* latè Mart. Medic. *exam.* 2. & *dec.* 3. & 4. *per tot.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 56. & 551. *per tot.* Noal. *tractat. de transmiss. cap.* 1. Gayl. *lib.* 2. *observ.* 132. Ludovis. *decis. Perus.* 202. *n.* 8. Anton. Fab. *in Cod. tit. de fideicomm. definit.* 14. & 38. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 244. *n.* 4. *volum.* 1. & *decis.* 42. *num.* 6. *volum.* 4. & *dec.* 201. *n.* 50. & *seqq. vol.* 5. Rot. *part.* 11. *recentior. dec.* 27. *per tot.* ubi pro transmissione ex pluribus conjecturis, & *decis.* 377. *d. par.* 11. *in Append.* & *part.* 13. *dec.* 111. *num.* 10. & *seqq.* ubi pro non transmissione, & quæ conjecturæ ad eam inducendam sint sufficientes, vel non, & eadem *part.* 13. *decis.* 24. *num.* 10. *decis.* 203. *num.* 6. & *seqq. per tot.* ubi pro transmissione ex conjecturis, & *decis.* 295. *in eadem causa*, & *p.* 14. *decis.* 308. *num.* 16. & post Urceol. *tract. de transact. decis.* 28. *n.* 12. & *seqq.* latè Baitel. *de ultim. volunt. decis.* 3. *per tot.* & *decis.* 21. 23. 24. & 25. *per tot.* Capyc. Latr. *dec.* 1. *n.* 76. & *seq.* Rot. *rec. part.* 19. *dec.* 682. *n.* 2. *tom.* 2. Spad. *cons.* 243. *a n.* 7. *cons.* 312. *a n.* 3. & *cons.* 261. *a n.* 34. *lib.* 3.

Quòd licèt fideicommissa conditionalia pendente conditione regulariter non transmittantur, tamen ex conjecturis, & voluntate testatoris possint fieri transmissibilia, ut quando fuerunt substituti nedum nati, sed etiam nascituri, & illorum liberi, & descendentes, vel quando liberi, & descendentes fuerunt etiam vocati per vulgarem, vel quando aliàs resultaret inæqualitas, vel quando substituti fuerunt vocati in stirpes, vel fuit additum verbum *in infinitum*, quæ conjecturæ si singulæ non juvant, junctæ simul omninò prosunt, cùm faciliùs inducatur transmissio, quàm vocatio, Altograd. *consil.* 65. *n.* 26. *et seqq. lib.* 1. *et consil.* 85. *per tot. lib.* 2. ubi alias septem conjecturas pro transmissione examinat, & contrarium tenentibus satisfacit, quæ sunt istæ, & procedunt etiam in transversalibus; nempè positio in conditione, expressa vocatio filiorum substituti, si aliàs succederent personæ prorsus extraneæ, si testator interrogatus ita verisimiliter respondisset, si persona, in quam fit transmissio succederet ab intestato, & si adsit clausula codicillaris, vide §. *Positi in condit. num.* 2. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 56. *et* 31. *per tot.* Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 27. *per tot.* ubi pro transmissione ex conjecturis, *et decis.* 377. *d. part.* 11. *in Append.* ubi pulchrè pro transmissione, non obstante quòd substitutus prædecesserit hæredi, *et part.* 12. *decis.* 136. *num.* 20. *et seqq. et p.* 13. *decis.* 10. *n.* 4. ubi quòd purificatum, & agnitum transmittitur.

Quòd etiam transmittantur, quando sunt facta in contractu, Surd. *decis.* 151. *num.* 8. *part.* 13. *recent. decis.* 68. *num.* 4. Urceol. *tract. de transact. quæst.* 87. *num.* 14. Caren. *resol.* 43. *n.* 38.

De conjecturis transmissionem inducentibus, Merlin. penes Urceol. *consult. forens. cap.* 12. *num.* 47. *et seqq. et alii supracitati*, Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 377. *in Append. et part.* 12. *dec.* 136. *n.* 21. *et seqq.* Gabriel. *comm. concl.* 2. *tit. de hæred. instit.* Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 20. *per tot.* Fusar. *de substit. q.* 490. ubi 28. conjecturas cumulat, Mart. *vot. Pis.* 85. ubi etiam si sit factum caducum ob mortem hæredis ante testatorem. De Luc. *de Fideicom. disc.* 98. *à n.* 15., *et disc.* 112. *à n.* 8. Spad. *loc. sup. cit.*

Quòd conditio per errorem apposita non impediat transmissionem, Altograd. *cons.* 84. *n.* 30. *lib.* 2.

Quando fideicommissum dicatur purum, vel conditionale, Tusch. *litt. F, concl.* 246. *per tot.*

An autem, & quomodo fiant caduca ob mortem fideicommissarii ante testatorem, vel fideicommissarii, & testatoris insimul eodem tempore sequutam ex aliquo naufragio, ruina, vel pestilentia, Altograd. *consil.* 69. *num.* 11. & *seqq. lib.* 1. vide in §. *Legatum n.* 109. Rot. *par.* 11. *rec. decis.* 377. ubi pro transmissione ex conjecturis, Martha *vot. Pis.* 85.

Quid verò dicendum sit de fideicommisso purè relicto, vel purificato, & nondum à fideicommissario agnito, an transmittatur ad hæredes, vide Peregrin. *de fideicommiss. art.* 22. *n.* 3. Menoch. *consil.* 31. *n.* 33. Paul. Christin. *dec.* 14. *num.* 9. *vol.* 4. & *decis.* 42. *nu.* 5. *vol.* 4. ubi quod transmittitur etiam non agnitum, & quare, Fusar. *de substit. qu.* 487. *n.* 1. Mantic. *de conjectur. lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 14. Merlin. *dec.* 890. *num.* 13. Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 68. *num.* 9. *et* 10. *et part.* 16. *dec.* 377. *num.* 3. *et seqq.* ubi quòd fideicommissum purificatum transmittitur ad hæredes, & tantò magis si fuerit etiam aliquo modo agnitum.

Intellige dummodò dies fideicommissi cesserit vivo fideicommissario, & an sicuti est transmissibile, sit etiam cessibile, idem Christin. *dec.* 54. *num.* 1. *vol.* 4. *et decis.* 201. *num.* 6. *et vol.* 5.

Quòd fideicommissum purificatum, licèt non agnitum transmittatur ad hæredes, & non accrescat conjunctis, Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 78. *num.* 5. *et seqq. et p.* 16. *decis.* 377.

Secùs autem si eo vivente non fuerit purificatum, Rot. *d. p.* 11. *dec.* 181. *num.* 27.

Sed

Sed imò etiam legata,& fideicommiſſa vivente fideicommiſſario non purificata poſſe conjectura tranſmitti ſupponit, Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 294. *nu.* 1. *et ſeq.* & latè in terminis ponderando conjectutas tranſmiſſionis, Rot. *d. p.* 11. *dec.* 377.

28 Fideicommiſſa conditionalia nondum purificata poſſunt repudiari, & renunciari maximè cum juramento, ita ut ampliùs ad illa non detur regreſſus, & eùm agatur de jure quærendo ſub conditione, & non de jure quæſito, non erit neceſſaria inſinuatio in hujuſmodi renunciatione, latè Rot. in Signina Caſtrorum 4. Februarii 1631. coram Coccino *in Noviſſ. par.* 6. *dec.* 12. *per tot.* & in eadem cauſa 19. Junii 1634. coram Panzirolo *dict. part.* 6. *dec.* 292. *n.* 13. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 320. *per tot.* in quibus locis latè diſcutitur, facit quod dixi in §. *Subſtitutio n.*

Quando veniant ſub generali renunciatione, Altograd. *conſil.* 66. *per tot. lib. pr. vide in §. Renunciatio n.* 8. *& ſeqq.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 451. *part.* 13. *dec.* 272. *per tot.* Contrà Altimar. *de nullit. rubr. pr. q.* 9. *ſect pr. à nu.* 41. *tom.* 3. Donad. *de Renunc. tom. pr. cap.* 4. *à nu.* 15. De Luc. *de Renunc. diſc.* 5. *&* 6.

Quòd dicta renunciatio non afficiat filios renunciantis ex propria perſona vocatos, quando non ſunt illius hæredes, ita ut etiam patre, qui renunciavit vivente, poſſint fideicommiſſum ad illorum favorem purificatum petere, & obtinere, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 361. *item nu.* 46. eadem Rot. *dec.* 378. *num.* 6. *& ſeqq. in eadem cauſa d. par.* 9.

An autem, & quando per diviſionem inter fratres cenſeatur renunciatum fideicommiſſo reciproco, vel non, vide in §. *Diviſio n.* 10.

Qualiter plures socii, & correi videantur inter se invicem fidejubere, non tamen propriè, sed impropriè, ac ideo non veniant sub dispositione statuti correctorii loquentis de fidejussoribus, & in specie statuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 33. tribuentis hypothecam fidejussoribus contra bona principalium, etiam sine cessione, & sic dictos socios non habere talem hypothecam, latè Cabal. *cons.* 161. *lib. pr. per tot. infr. n.* 2.

Fidejussor non obligatur quando intervenit in actu, vel contractu, cui lex resistit, quia actus contra legem est ipso jure nullus, præsertim quando lex movetur pro publica utilitate, vel est actus mali exempli, nutritivus peccati, & contra bonos mores, *leg. cum lex.* 46. *ff. de fidejuss.* Gloss. & Oinot. *n.* 13. *in §. in omnibus Instit. de fidejuss.* Maur. *eodem tract. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 1. Gratian. *discept. for. capit.* 122. *in princip.* Magon. *decis. Florent.* 137. *num.* 3. facit Mont. *de tut. cap.* 33. *nu.* 491. *et seqq. et cap.* 15. *n.* 62. adde supra *n.* 5. Urceol. *de transact. quæst.* 74. *a n.* 59. Altimar. *a n.* 376. 10

Quòd non obligetur, & possit allegare errorem si in instrumento non adsit clausula, *sciens non teneri, sed volens, etc.* Maur. *d. sect.* 8. *cap.* 46. sed non puto verum, nisi aliter doceatur de errore, qui non præsumitur, ut dixi *in §. Error n.*

Fi-

21 Fidejussor quando dicatur idoneus, vel non, & consequenter quando possit recusari, latè Marsil. de fidejuss. nu. 227. et seqq. ad 262. Fenzon. ad stat. urb. cap. 20. nu. 13. & Tusch. litt. F, conclus. 331. per tot. ubi etiam quis teneatur, si non idoneus recipiatur, Paul. Christin. decis. Belgic. 145. vol. 2. Vivi. comm. op. 112. lib. 2. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 30. n. 40. tom. 5. Petra rit. 287. num. 146. Barbos. appell. 98.

Idoneus dicitur qui habet stabilia, vel multa mobilia, quæ æquivaleant valori litis, & est facilis conventionis, & illa bona debet possidere in loco judicii, secùs autem si tantùm mobilia possideat, quæ de facili asportari possint, Barbos. de appellat. verb. signif. appell. 98. Maur. de fidejuss. par. 2. c. 2. n. 38. et seqq. cum aliis per eos citatis infr. n. 80. Tusch. d. concl. 331. per tot.

Quis autem teneatur probare fidejussorem esse idoneum, vel non idoneum, dic quod asserens pro fundanda sua intentione, Mascard. de probat. volum. 1. conclus. 782.

22 Si fidejussor, qui erat idoneus, efficiatur non solvendo, iterum satisdandum est in judicialibus, secus in conventionalibus, nisi intercesserit pactum renovandi fidejussores, Jas. in l. si ab arbitrio nu. 11. ff. qui satisd. cog. Marsil. de fidejuss. num. 66. et seqq. Cenc. de cens. q. 52. n. 26. & Maur. de fidejuss. par. 2. sect. 7. cap. 3. n. 24. & Franc. dec. 840. Vide Add. ad De Franch. loc. cit.

Quòd regulariter primo fidejussore decocto in conventionalibus, non sit iterùm satisdandum, Bart. in l. prætoriæ, ff. de præt. stip. Surd. cons. 28. per tot. Guidobon. dec. 64.

Secùs tamen si quis fidejussorem dare promiserit, vel dederit per verba tractum successivum importantia, Barbos. de claus. 16. n 2. et seqq.

23 Fidejussor, qui se subjicit oneri, & periculo fidejussionis, potest tuta conscientia præmium, & mercedem recipere non ratione officii, sed ratione periculi, & ideò si fidejuberet pro divite, adeò quod nullum sibi immineat periculum, vel haberet alium relevatorem idoneum, vel adesset fraus, sive vellet quid immoderatum, non liceret recipere, D. Antonin. in Summ. de usur. cap. 45. n 57. Summ Armilla verb. Fidejussor nu. 15. Summ. Sylvest. eodem verb. num. 14. Azor. Instit. moral. part. 3. lib. 11. cap. 22. dub. 5. fol. mihi 951. Salon. de just. et jur. q. 88 art. 2. controver. 4. per tot. fol. mihi 237. P. Stephan. de Neap. de præcip. jur. et just. par. lib. 2. de contract. cap. 68. n. 14. fol. mihi 228. Ludovis. decis. 76. n. 4. et 5. & latiùs dec. 161. per tot. Cabal. resolut. crim. cas. 285. per tot. Maur. de fidejuss. par. 2. sect. 2. c. 2. per tot. Rot. part. 13. recent. dec. 121. num. 8. et seqq. ubi quòd conventio certi lucri in compensatione imminentis periculi fidejussori permittitur, et n. 25. ubi quòd semper aliquod fidejussori imminet periculum. Altimar. loc. cit. à n. 16. Vide Ansald. decis. 98. Verd. Instit. lib. 3. n. 989. De Luc. de usur. disc. 4. n. 8. 9. de camb. disc. 2. n. 14.

24 Fidejussor de dote conservanda, vel restituenda, non potest intervenire constante matrimonio, ne causa perfidiæ in conjugio generetur, leg. 1. et tot. C. de fidejuss. dot. dent. nisi in casu supervenientis inopiæ, vel nisi conferatur in tempus soluti matrimonii, & ex parte mulieris semper potest intervenire de dote solvenda marito, Bart. in l. si constante, §. quoties, ff. solut. matrim. Maur. de fidejuss. par. 2. sect. 8. cap. 49. Gratian. discept. for. cap. 233. n. 33. et cap. 689. n. 38. et cap. 712. n. 4. vide in §. Dos num. 27. latè Tusch. litt. F, conclus. 332. per tot. Paul. Christin. dec. 141. vol. 3. latè Boss. de dote c. 32. §. 7. num. 63. et seqq. 494. Ricc. Collect. 575. et 4119. ubi ponit sex limitationes, Thomat. dec. 250. Petr. de Onnate de contract. tom. 2. tract. 11. disp. 38. sect. 11. fol. 434. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 12. gloss. unic. nu. 15. et seqq. fol. 579. De Luc. de Dot. disc. 162. per tot. ubi latè.

Quòd stante juramento fidejussor obligetur, Gratian. d. cap. 233. n. 33.

Quòd in parte mariti dotem recipientis de illius consensu esset ratio, dict. leg. pr. et 2. Cod. ne fidejuss. dot. dent. & possit ipse intervenire uti fidejussor filii de dote restituenda, imò illius tacita obligatio resultans ex consensu præstito filio in receptione dotis, fidejussoria reputetur, ita ut si ex hac causa de ære proprio aliquid solverit, & non de peculio filio concesso, repetere possit, non secùs, ac quilibet extraneus, si dos verè ad filium pervenerit, ut benè probat Pontirol. in Respons. pro Mambellis Cæsenæ impressa de anno 1645. n. 383. et seqq. ad 390. ubi allucinatos ostendit Boer. dec. 221. n. 15. Osasch. decis. 43. n. 13. & alios tenentes repetitionem non dari, vide Tusch. litt. F, conclus. 299. n. 12. & Boss. de dote loc. sup. cit.

Florentiæ vigore statuti lib. 2. rub. 71. permissum esse dari fidejussores pro dote conservanda, & restituenda, illudque valere, sicut & consuetudo valeret, vide Castr. consil. 15. et consil. 80. lib. pr. quem refert Menoch. lib 4. præsumpt. 190. n. 43. ubi etiam quod maritus spontè dare non prohibetur fidejussores, Tusch. litt. F, conclus. 299. n. 14. ubi quòd quicquid sit de jure, an valeat hujusmodi statutum, Florentini volunt sua statuta etiam invalida servari in suo statu, & citat Rom. cons. 392. n. 5. & latiùs idem Tusch. litt. F, conclus. 312. n 13. et per tot.

Idem servari Bononiæ constat ex Rot. part. 14. rec. dec. 214.

Fidejussor Clerici si sit laicus, potest coram judice laico conveniri, nec declinat forum ex persona principalis, cum privilegium Clericatus sit quid personale, & non extendatur ad alios; posset tamen Clericus tanquam necessarius defensor comparere, & declinare forum, quamvis putem, quòd fortè istud non transiret sine difficultate, vide Cabal. resolut. crim. cas. 153. per tot. Vulpel. de libert. Eccles. par. 3. num. 28. Marsil. de fidejuss. nu. 311. Gratian. discept. forens. cap. 216. n. 42. Afflict. decis. 207. Tusch. decis. 500. vide in meis resolut. cap. 81. n. 11. et 12. et capt. 75. n. 19. ubi qualiter possit fidejussor defendi à principali contra creditorem, facit Mangil. de evict. quæst. 6. per totum, ubi an Clericus laudatus ab emptore in auctorem, teneatur comparere coram judice laico, vel possit illius forum declinare, dixi in §. Clericus n. Sanfelic. decis. 160. ubi quòd laicus pro Clerico, vel etiam alio laico coram judice Ecclesiastico apud acta fidejubens, potest saltem per censuras coram judice Ecclesiastico, vel per impartitionem brachii sæcularis compelli, secùs autem si promiserit extra acta, nam tunc absque dubio non potest se tueri exceptione fori Clericalis, sed subest judici laico, ut supra, Ruvir. decis. 19. per tot. Primam conclusionem firmat, Hering. de Fidejussor. c. 23. n. 25. 25

Fidejussor simpliciter datus ad sortem intelligitur etiam datus ad fructus, usuras, expensas, damna, interesse, & pœnas, de quo videndus Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 5. cap. 1. ubi multis modis limitat, Negus. de pign. part. 2. membr. 4. n. 56 ubi sequitur maximè in actionibus bonæ fidei, & concordat l. centum Capuæ, ff. de eo quod cert. loc. l. quæro, ff. locat. & leg. fidejussores magistratuum, si pro Aurelio, ff. de fidejussor. Gratian. discept. forens. c. 217. n. 5. & 6. & cap. 130. n. 28. & cap. 304. n. 13. & Surd. decis. 212. per tot. inf. n. 55. Tusch. litt. F, conclus. 309. Bich. decis. 303. n. 10. & seqq. ubi quòd licet fidejussor regulariter non teneatur ad damna, & interesse ob moram debitoris, eò quòd videatur tantùm se obligasse pro principali debito, & non pro usuris per jura, & DD. ibi citatos, tamen secùs est quando accessit toti contractui tanquam principalis principaliter, & insolidum, quia tunc respectu creditoris est correus debendi, non secus, ac ipse debitor principalis in omnibus, & per omnia, illique nocet mora ipsius debitoris principalis, & alia plura ad rem, Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. qu. 30. a n. 60. tom. 5. Crespi observ. 83. a n. 36. Cyriac. contr. 213. De Luc. de Regal. disc. 10. n. 7. Scopp. ad Merlin. contr. 43. nu. 9. Idem Altimar. ad Rovit. cons. 84. vol. 2. 26

Fidejussor non est idoneus testis in causa principalis, vel confidejussoris, nec potest esse judex, vel arbiter pro eisdem, Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 27

3.

3. *cap.* 3. ubi ampliat, & limitat, Hering. *de Fidejussor. cap.* 29. *à n. pr.*

Quòd imò sit testis idoneus, quando principalis est solvendo, Marsil. *de fidejuss. n.* 381.

Quòd non recipiatur in testem, nisi ubi certum est aliquod damnum pati non posse, Magon. *decis. Flor.* 12. *n.* 7. de quibus omnibus vide latè, & distinctè Farinac. *quæst.* 60. *illat.* 24. *per tot.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 574. *fol.* 333. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 784.

18 Fidejussor censetur approbare contractum, in quo intercedit, & illi consentire, ita quod sibi præjudicet in juribus suis ultrà fidejussionem, data tamen scientia perfecta hujusmodi jurium suorum, Bartazzol. *de claus.* 39. *gloss.* 2. *n.* 4. Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 4. *num.* 16. & Gratian. *discept. for. cap.* 831. *n.* 10. *& seqq.* Bardellon. *cons.* 160. *nu.* 27. *lib.* 2. vide *in §. Debitor. nu.* *& §. Jus congrui n.* Tusch. *litt. F. conclus.* 303. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 384. *per tot.* ubi tamen quòd non procedit quando esset necessarius consensus expressus, vel pro forma, & alia ad rem, Mangil. *de evict. quæst.* 61. *n.* 6. *& quæst.* 92. Altimar. *de nullit. dict. rubr. pr. quæst.* 30. *n.* 570. *part.* 3. *tom.* 5. Saminiat. *cons.* 7. *à n.* 6.

Quòd promittens de evictione, non possit posteà agere vigore fideicommissi ad ejus favorem purificati, & licèt videatur sequi evictio ex natura rei, quo casu promittens non obligatur, nisi expressè in eum casum se obligaverit, tamen ut teneatur etiam in dicto casu, sufficit promissio verbis generalibus concepta, puta quomodocumque, qualitercumque, vel quavis de causa res avincatur, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 152. *per tot. vide in §. Evictio n.* . . . Altimar. *loc. cit. n.* 570.

Non tamen sibi, nec hæredibus suis præjudicat fidejussor quoad retractum competentem vigore statuti, Gratian. *discept. for. cap.* 205. *n.* 25. *cap.* 281. *n.* 27. *& cap.* 745. *nu.* 53. *infr. n.* 77. Altimar. *loc. cit. à n.* 564. Rube. *de consuss. Jur. cap.* 28. *n.* 23. Cyroc. *discept.* 29. *n.* 59.

19 Fidejussorem præstans statim se debitorem esse fatetur, dicitur contractum approbare, & sibi præjudicat, quando illum præstat deliberatè, & voluntariè, non coactè, nec pro evitanda petulantia creditoris, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 4. *per tot.* vide in *§. Debitor n.* ubi an censeatur approbare capturam, & diai *in resol. cap.* 39. *n.* 25. *etc.*

De materia, an, & quando fidejussorem præstans fateatur se esse debitorem, vel approbare capturam nullam, Hering. *de fidejss. cap.* 5. *n.* 175. *et seqq.* & alii citati Per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 42. *n.* 74. *et seq.* Contra Hermosil. *gloss.* 3. *l.* 6. *tit. pr. p.* 5. *fol. mihi* 69.

Et an fidejussorem præstans de se repræsentando, vel stando juri, dicatur consentire in jurisdictionem, ita ut ampliùs allegare non possit incompetentiam, vide Gratian. *discept. for. cap.* 875. *n.* 32. *etc.* ubi quod semper intelligitur conditio si judex fuerit competens, Novar. *supr. prag.* 2. *de commiss. n.* 12.

20 Fidejubens contra expressam prohibitionem sibi à testatore factam, privatur commodo hæreditatis, quæ defertur aliis substitutis in casu contraventionis, ita ut fidejussio sit nulla, & possit etiam vivente ipso fidejubente talis declarari, ac impediri alienatio ex dicta causa, cum frustra petatur id, quod statim restituendum esset, nec sustineatur pro ratea legitimæ, vel trebellianicæ, ac talem prohibitionem fidejubendi contineri etiam sub simplici expressa prohibitione alienandi, cum prohibitus alienare, censeatur etiam prohibitus ea omnia facere, ex quibus posset alienatio sequi, prout ex fidejussione benè probat videndus Bardellon. *cons.* 68. *per tot. lib.* 2. facit Ludovis. *decis.* 384. *n.* 2. latè Mans. *Consult.* 335. *per tot. lib.* 4.

21 Fidejussores plures simpliciter aliquid promittentes, de rigore juris tenentur in solidum, etiamsi hoc non fuerit expressum, *§. si plures*, ubi Plat. & alii *Instit. de fidejuss. leg. non rectè*, *Cod. eodem*, Roncheg al. plenè *in l. eadem nu.* 37. *& ff. de duobus reis*, Capyc. *dec.* 180. Tusch. *litt. F, conclus.* 293. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 279. *n.* 5. *& vol.* 4. Altimar. *de nullitat. rubr.* 2. *part.* 3. *quæst.* 30. *num.* 740. *tom.* 5. Petra *rit.* 163. *n.* 19. *& seqq.*

De æquitate tamen tenentur solùm unusquisque pro rata, cum habeant beneficium divisionis debiti ex epistola Divi Adriani *d. §. si plures*, *d. l. non rectè*, *& l. fidejussor.* 10. *Cod. de fidejussor. & in l. inter fidejuss.* 26. *ff. eod.* ut benè declarat Oinot. *in d. §. si plures n.* 16. *& seqq.* Marc. Medic. *dec.* 45. *cum Addit. per tot.* ubi tamen quod si aliquis eorum non sit solvando, vel nulliter obligatus, ut quia mulier, vel minor, talis pars cæteris accrescit, Oinot. *loc. cit. nu.* 20. ubi intelligit ante divisionem, nam divisione facta periculum spectat ad creditorem, *l. inter eos*, *§. cum inter*, *ff. de fidejuss. & liberum*, *C. eod.* Christin. *decis. Belgic.* 79. *num.* 17. *vol.* 2. ubi quod dictum beneficium divisionis non competit quando inter ipsos fidejussores conventum fuit pro quanta summa vellent conveniri, nec quando negant se esse fidejussores, nec quando aliqui non sunt solvendo, ita ut allegari, & probari debeat alios esse solvendo, ac peti quod suis sumptibus excutiantur. Hodiern. ad Surd. *decis.* 305. *n.* 11. de Marin. *lib.* 1. *cap.* 140.

Quòd fidejussores habeant tria beneficia, nempè unum ordinis, vel excussionis, de quo *in Auth. præsente*, *C. de fidejuss.* Oinot. *in §. si plures Instit. eodem num.* 1. *& seqq. ad* 16. & dixi *in §. Excussio per totum*, Marsil. *de fidejuss. num.* 8. *et seqq.* Paul. Christin. *decis.* 214. *per tot. volum.* 5. Caldas Peryra *tract. de empt. et vendit. cap.* 33. *per tot.* Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 59. *num.* 1. *et seqq.* ubi pluribus modis declarat, & quando istud beneficium non competat, & ibidem Romaguer. *in Addit. num.* 15. *et seqq.* latè Hesing. *de fidejuss. cap.* 27. Altimar. *loc. cit. à n.* 787. *et seqq.*

Alterum divisionis, sive Epistolæ Divi Adriani, quod non habet locum inter debitorem principalem, & fidejussorem, sed inter plures confidejussores ejusdem debitoris prò una, eademque summa, quo mediante si unus conveniatur in solidum potest petere, ut creditor compellatur dividere actionem, & à quolibet fidejussore ratam tantùm illi tangentem petere, si omnes sint solvendo, & efficaciter obligati, nisi huic beneficio fuerit renuntiatum, quam divisionem si non petierit, sed totum solverit, non potest à creditore, nec à confidejussore repetere, nisi mediante beneficio cedendarum actionum obtinendo à creditore contra confidejussorem, per text. *in §. si plures*, *Instit. de fidejuss. leg. non rectè*, *& leg. fidejussor & leg. cum alter* 11. *Cod. eod. tit.* Oinot. *in dict. §. si plures num.* 16. *& seqq. ad* 23. Marsil. *de fidejussor. num.* 27. latè Altimar. *loc. cit. à num.* 744. Ansald. *decis.* 5. *n.* 18.

Tertium cedendarum actionum, ut scilicet creditor recipiens solutionem ab uno fidejussore in solidum teneatur illi cedere actiones sibi competentes contra alios fidejussores, contra quos solvens, aliàs non haberet actionem aliquid repetendi, cùm inter confidejussores nulla intercessetit obligatio; quæ quidem cessio est facienda ante solutionem, vel in ipsa solutione, vel saltem pactum de cedendo, aliàs potest denegari solutio, nisi huic beneficio fuerit renunciatum, Bart. *in leg. Modestinus* 76. *ff. de solut.* Costa *de ratione ratæ quæst.* 22. *per tot.* Oinot. alii *in dict. §. si plures num* 23. *&* 24. vide *in §. Cessio num.* 16. Marsil. *de fidejuss. num.* 58. *& seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 7. *art.* 5. ubi quòd imò possit repetere pro rata à confidejussoribus, etiam sine cessione, cum invicem videantur fidejubere, idque ex bono, & æquo, & ad vitandos circuitus inutiles, ad tradita per Tiraquel. *de retract. §.* 31. *num.* 9. Bart. Ang. & alios *in leg. reos ff. de duobus reis*, *vide in §. Correus num* 2. *supra num.* 9. Fontanell. *decis.* 218. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 70. Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 2. *&* 3. *per tot.* ubi plura de exceptione cedendarum, Petrus de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 18. *disput.* 53. *sect.* 10. *fol.* 858. ubi ostendit jure naturæ attento non esse necessariam dictam cessionem ad repetendam ratam à confidejussore, sed competere actionem mandati, vel negotiorum gestorum, & quibus rationibus de jure civili sit inducta necessitas dictæ ces-

ceſſionis, Hering. loc. cit. dict. cap. 27. part. 3. Vide De Luc. de Cred. 1. diſc. 94. n. 2. diſc. 145. a n. 24. ubi de hac materia.

Quòd ubi fidejuſsor renunciavit dictis beneficiis, vel eſt in ſolidum obligatus poſſit conveniri ante principalem, & quando ſecus, Tuſch. litt. F. concluſ. 310. vide in §. Excuſſio, vide Hering. cap. 17. à num. 32. ubi qualis renunciatio requiratur, & dict. cap. 27.

Si tamen unus fidejuſſerit pro tota ſumma, alter verò pro dimidia tantum, non dicuntur in ſolidum obligati, nec ideò habet locum beneficium diviſionis, neque cedendarum actionum, ut benè declarat Marsba vot. Piſ. 191. per tot. vide infr. num. 26.

22 Fidejuſsor, qui integrum debitum ſolvit, & ceſſionem reportavit contra confidejuſsores, non poteſt ab illis omne ſolutum repetere, ſed tantùm dempta rata ſibi ex propria perſona tangente, Bart. in dict. leg. Modeſtinus, ff. de ſolut. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 281. per tot. & cap. 286. num. 15. & 16. Duran. deciſ. 401. num. 11. Matt. Medic. exam. 27., per tot. cum Add. de anno 1665. latè Olea de ceſſ. jur. tit. 3. quæſt. 2. num. 25. & ſeqq. & quæſt. 3. per tot. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. loc. cit.

Qui autem dicantur confidejuſsores, vel non, latè Rot. part. 12. recent. deciſ. 73. coram Bichio inter ejus impreſſas dec. 646. ubi quod confidejuſsores dicuntur qui pro eadem perſona, eadem ſumma, eodem tempore, vel ſaltem contemplatione mutui periculi promiſerunt, ut quando ab initio fuit conventum alium fidejuſsorem dari.

Quòd fidejuſsor, qui ſoluit totum debitum, non tanquam obligatus, ſed tanquam tertius, & ſimplex emptor nominis, ſi reportaverit à creditore ceſſionem in ſolidum contra alios confidejuſsores, poſſit ab illis omne ſolutum repetere nulla dempta rata, leg. cum is, ff. de fidejuſſ. Cenc. de cenſ. quæſt. 71. num. 4. Beltramin. ad Gregor. deciſ. 190. num. 3. cum aliis per Merlin. de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 70. num. 36. & ſeqq. ubi ipſe videtur ab hac opinione recedere, & Cenc. loc. cit. plures conciliationes opinionum adducit; hanc tamen partem ego aliàs ſequutus ſum in reſolut. 30. num. 27. quando iſte fidejuſsor emit nomen debitoris uti omninò extraneus, & agit jure ceſſo contra alios fidejuſsores, qui expreſsè renunciaverint beneficio diviſionis, & cedendarum actionum, in quibus terminis adhuc procedere poſse exiſtimo per rationes ibi allegatas, quibus addi poteſt, Rot. part. 11. recent. deciſ. 362. num. 5. ubi idem tenet, licèt aliqui ex Dominis dubitaverint, vide Mart. Medic. Exam. 27. per tot. cum Add. ubi videtur firmare, quod iſte fidejuſsor non poſſit à confidejuſſoribus repetere ſuam partem, & ſi velit repetere totum debeat agere contra principalem debitorem, ſed benè poſſit dempta ſua rata à quovis alio fidejuſſore integrum reſiduum petere, & conſequi, cedendo illi actionem ſibi ceſſam, dummodò tamen fuerit beneficio diviſionis renunciatum, aliàs poſſet tantùm unuſquiſque conveniri pro ſua rata infr. num. 24. & 26. Rot. part. 4. recent. deciſ. 859. num. 5. Gregor. deciſ. 290. Rot. part. 9. recent. deciſ. 272. num. 22.

De uno fidejuſsore ſolvente qualiter poſſit repetere ratam ab aliis confidejuſsoribus, vel correis, tàm ceſſione impetrata à creditore, quàm non impetrata; & alia ad rem, Cabal. conſ. 138. tit. 1. dixi in §. Ceſſio num. 17. & 47. & in §. Correns, Rot. part. 16. recent. deciſ. 535. num. 14. & ſeqq. ubi quod fidejuſsor totum ſolvens poteſt ab aliis repetere ratam, vel vigore actionis ceſsæ, vel negotiorum geſtorum, ſi non reportavit ceſſionem, maximè quando uno, & eodem contextu, ac pro eadem cauſa promiſerunt, quicquid ſit ubi ex mera, & gratioſa liberalitate ſe obligaſſent, vel ex intervallo, de quo vide in §. Ceſſio num. 17. Rot. part. 17. recent. deciſ. 330. ubi etiam quando ceſſio cenſus reportata ſit tranſlativa, & non extinctiva, vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. cap. 281.

23 Fidejuſsor, qui expreſsè renunciavit beneficio diviſionis, & cedendarum, poteſt in ſolidum conveniri, nec repellit creditorem exceptione cedendarum; quamvis liberaverit alium fidejuſsorem, & ſic factus fuerit impotens ad efficaciter cedendum jura contra alios, Bart. in leg. ſi ſtipulatus 16. ff. de fidejuſſ. & in l. Modeſtinus, ff. de ſolut. num. 5. Marſil. de fidejuſſ. num. 58. Negul. de pig. par. 5. membr. 3. n. 36. Pract. Papp. reſponſ. hypoth. gloſſ. Cedente num. 2. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 409. num. 44. cap. 701. num. 9. Franch. dec. 476. & benè videndus Merlin, de pign. lib. 4. tit. 2. quæſt. 72. n. 27. & ſeqq. ubi latè de hac exceptione cedendarum, vide in §. Renunciatio num. & §. Obligatio num.. vide Add. ad De Franch. loc. cit. Donad. de Renunc. cap. 29. à num. 172. De Luc. de Plural. leg. cap. 53. n. 8. Altimar. loc. cit. n. 799

Quod fidejuſsor poſſit opponere exceptionem cedendarum creditori, qui alium fidejuſsorem liberavit, quando illi non fuit renunciatum, Ger. Spin. conſil. 39. num. 13. & latè videndus Olea de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 2. num. 25. & ſeqq. & quæſt. 3. per tot.

Fidejuſsor, qui cum venditore cenſus eſt in ſolidum obligatus, poteſt exceptis duobus caſibus emere cenſum, & ſe liberare, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 450. n. 10. & per tot. 24

Quo caſu ſuccedit in locum creditoris, & agendo contra debitorem principalem poteſt totum, & integram cenſum recipere, agendo verò contra alios confidejuſsores, & correos debendi vigore ceſſionis, non conſequitur integrum cenſum, ſed tantùm dempta portione, pro qua ipſe erat obligatus, & in dubio erit virilis, Cenc. de cenſib. quæſt. 71. num. 2. & ſeqq facit latè Matt. Medic. exam. 27. cum duabus deciſionibus ſequentibus, & additionibus de anno 1665. ſupra num. 22.

Quòd fidejuſsor poſſit emere cenſum, & reportare jurium ceſſionem ad ſui favorem, Sperel. deciſ. 177. n. 11. vide Mangil. de evict. quæſt. 92. per tot. ubi quòd etiam contrarium tenentes Olea de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 2. n. 1. & ſeqq. ubi quòd creditor tenetur illi cedere jura cenſus vivi, & ſic tranſlativè, & non extinctivè, vide in §. Creditor n. 38. in fine.

Fidejuſsores primi regulariter non liberantur per dationem aliorum, niſi appareat de novatione, quæ numquam præſumitur, niſi exprimatur, Cabal. conſ. deciſ. 18. lib. 1. Maur. de fidejuſſ. part. 2. ſect. 10. §. 32. Maſcard. de probat. concluſ. 1107. num. 15. part. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 962. per tot. ubi ex multis concurrentibus in caſu ſuo concludit pro liberatione primorum fidejuſsorum, ſtante datione aliorum, Menoch. lib. 3. præſumpt. 134. num. 12. ubi ſequitur hanc concluſionem, quam limitat, niſi renovetur prima obligatio, vel niſi ſecundi fidejuſsores, ſive pignora dentur loco primorum, nam tunc primi remanerent liberati de conſenſu creditoris, & ita concludit etiam Cabal. loc. cit. De Marin. libr. 1. cap. 135. Rodoer. conſ. 36. n. 55. Hering. de Fidejuſſ. cap. 20 §. 36. Altimar. loc. cit. n. 288. & ſeqq. 25

Plura, an, & quando nova fidejuſſio extinguat primam, vel non in materia cautionis de non offendendo, Guaz. tract. de pace part. 2. §. 3. quæſt. 28. num. 24. & ſeqq. Larrea alleg. fiſc. 34. per tot. ubi per plura oſtendit fidejuſsorem ſemel favore fiſci obligatū, (niſi expreſsè liberetur per decretum) aliis etiam fidejuſſoribus datis, vel facto depoſito non liberari. Demsrin. Rodoer. Hering. Altimar. loc. ſupra cit.

Fidejuſsor, qui ultimo loco fidejuſſit, & poſtquam alii priùs fidejuſſerant, pro eodem debito ſi ſolvat totum debitum, & contra alios ceſſionem reportet, poteſt ab illis ſolidum, & integrum repetere, nec primi poterunt opponere exceptionem cedendarum, vel diviſionis, cùm ipſi non interceſſerint contemplatione ultimi, ſed ultimus contemplatione primorum, l. ſi totius 49. ubi Caſtr. ff. de fidejuſſ. Aret. in §. ſi plures num. 2. inſtit. de fidejuſſ. Cenc. de cenſ. quæſt. 71. n. 5. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 286. n. 1. & ſeqq. & cap. 409. n. 37. &c. ubi quando fidejuſſio videatur facta contemplatione mutui periculi, Rot. part. 15. recent. deciſ. 4. num. 6. & ſeqq. Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. dec. 55. num. 6. 26

Quòd ubi non interceſſerint reſpectu mutui periculi, ut quia prius unus fidejuſſit, & poſtea alius, & neuter ſciebat ſe habiturum confidejuſsorem, non debeat ſolventi fieri ceſſio contra alios, & facta non juvet, Rot. part. 5. recent. deciſ. 617. num. 7. Mart. Medic. in addit. ad exam. 27. n. 10. Rot. part. 12. recent. deciſ. 73. n. 3. & 4. facit Martha vot. Piſ. 192. & dixi

supra n. 21. *in fine*, & *num.* 22. Rot. *part.* 15. *decis.* 4. *num* 9.

Si ille, qui primò fidejussit solvat integrum debitum, an possit ab aliis, qui postea intercesserunt repetere pro rata concessione sibi facta á creditore recipiente, vide Franch. *decis.* 55. *per tot.* ubi affirmativè concludit septa *num.* 22. & 24. Vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

27 Fidejussor de jure communi, si quid solverit de suo, damnum, vel expensas passus fuerit ex causa fidejussionis, cùm officium suum nemini debeat esse damnosum habet actionem mandati ad repetendum contra debitorem principalem, pro quo fidejussit, & ad quem commodū contractus pervenit, si eo mandante, vel patiente, aut ratum habeate fidejusserit, vel actionē negotiorum gestorum si pro absente intercesserit §. *si quis autem*, ubi Oinot. & alii, *Instit. de fidejuss. l. qui fide & l. ex mandato ff. mandati*, latè Duen. *reg.* 337. *per tot.* Tosch. *litt.* F. *conclus.* 295. & *seqq.* ubi in quibus dicatur habere mandatum à principali, & quæ remedia contra eum competant, Mersil. *de fidejuss. num.* 193. Mart. Medic. *exam.* 27. *num.* 28. ubi quòd repetit non tantùm solutum, sed etiam omnia damna, & interesse, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 270. & *part.* 6. *decis.* 222. *per tot.* Olea *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 5. *num.* 43. & *seqq.* ubi an in solidum, vel pro rata repetat, quando habet plures obligatos, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 305. *num.* 1. &c. ubi quòd debet omninò indemnis à principali conservari, si sumpserit pecunias ad censum, vel sub usuris ad effectum solvendi, præcedente debita interpellationa, adde Pett. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 18. *disput.* 53. *sect.* 10. *per tot. fol.* 858. &c. ubi confirmat omnia prædicta jure naturæ præcipuè spectato, licèt videatur tenere de jure civili necessariam esse cessionem jurium pluribus rationibus, & legibus adductis, quarum tamen convenientiam non assequi fatetur, & ego puto non recedendum à prædictis, Fontanel. *decis.* 216. ubi quòd contra principalem debitorem, pro quo solvit non indiget cessione creditoris ad repetendum solutum, sed benè si agat contra confidejussores. De quibus latè Heing. *de Fidejussor. cap.* 26. *à n.* 1. Vide Balduc. *de Dot. tit.* 4. *decis.* 22. *a n.* 28.

Qua actione, & quomodo fidejussor indemnitatem consequatur pro summis solutis, damnis passis, & legitimo interesse soluto, vel passo, ita ut hoc casu non sit opus denunciatione alioquin necessaria ratione damni emergentis, & alia ad rem, tradit Tondut. *quæst. civil.* 123. & 158. *et part.* 2.

Etsi sibi fuerit promissa relevatio, prout fieri solet, habet etiam hypothecam, imò vigore statuti Florentini lib. 2. Rub. 33. habet obligata bona sui principalis pro relevatione à die fidejussionis, Tusch. *litter.* F. *conclus.* 296. *et* 297. *per tot.* dixi in resol. *cap.* 44. *num.* 7. *et* 19. Magon. *decis. Flor.* 94. *num.* 25. ubi quòd vigore dicti statuti potest repetere executivè, & sine alia cessione, & idem est vigore statuti Mutilianæ, ut dixi in Resol. *cap.* 44. *num.* 6. Rot. post Oleam *de cess. jur. decis.* 34. *num.* 7. & Cabal. *consil.* 161. *num.* 1. *lib.* 1. *vide supra num.* 9. *in fine.*

An autem fidejussor exactus possit in eodem foro agere pro sua relevatione, licèt aliàs non esset judex competens debitoris, Oles *de cess. jur. tit.* 5. *quæst.* 5. ubi videtur affirmativè concludere in fidejussore judicii, vel ad favorem fisci, secus autem in fidejussore contractus, *infra num.* 49. *et* 57.

Qualiter fidejussor possit à debitore principali repetere solutum, vel de illius substantia, & bonis solvere, ac etiam occulta compensatione uti, & alia ad rem tàm pro foro externo, quàm pro foro conscienciæ, Zamoran. *tract. de compensat. disput.* 5. *cap.* 15. An autem, & quando liceat creditori facere occultam compensationem in re fidejussoris debitoris sui, latè idem Zamoran. *d. tract. disp.* 7. *cap.* 7. *per tot.* Plura alia de compensatione permissa fidejussoribus Bersan. *de Compensat. cap.* 3. *quæst.* 2. *et* 3.

Fidejussor antequam solverit, non est propriè creditor, undè non potest repetere nisi post solutionem factam, quo casu quando jurium cessionem reportavit, succedit in locum creditoris, & tunc propriè dicitur creditor, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 1. *cap.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 41. *n.* 1. Magon. *decis. Flor.* 94. *num.* 11. ubi videtur tenere quòd de jure sine cessione non repetat, quod verum esse potest, si velit à confidejussoribus repetere, secùs autem à debitore principali, contra quem habet actionem mandati, sive negotiorum gestorum, vel etiam hypothecariam ex propria persone, absque alia cessione creditoris, juxta prædicta *num.* 27. & *in resol. cap.* 44. *num.* 2. & *seqq. per tot.* Bardellon. *cons.* 186. *num.* 38. *lib.* 2. Leoncil. *decis. Ferrar.* 40. *num.* 7. & *per tot.* Buratt. *decis.* 470. *num.* 7. ubi etiam quòd posset esse necessaria cessio ad effectum agendi via executiva, quando per principalem non esset promissa indemnitas sub obligatione camerali, vel alia forma executiva; secùs autem ad effectum agendi via ordinaria, vel si dicta indemnitas fuerit expressè promissa. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *à num.* 634. *tom.* 5. Vide Rotam coram Dunozet. *dec.* 265. *n.* 113. Novat. *sup. Pragm.* 8. *de adminis. Univers. num.* 121. Vela *dissert.* 37. *num.* 14.

Fidejussor antequam solverit regulariter non potest 28
agere pro relevatione contra debitorem principalem, nisi sit saltem condemnatus, vel de proximo condemnandus, vel nisi sit obligatus in actu habente executionem paratam, & creditor habeat facultatem agendi, vel nisi principalis post præstitam pro eo fidejussionem incipiat malè agere facta sua, vel nisi fidejussor velit ex causa probabili abesse: vel nisi supervenerint inimicitiæ magna culpa tamen ipsius debitoris, secùs si culpa fidejussoris, vel nisi fidejussor diù steterit in obligatione, latè Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 5. *per tot.* ubi dictam regulam 23. modis limitat, Mersil. *eodem tract. num.* 216. & *seqq.* Magon. *decis. Luc.* 6. *num.* 5. & *seqq. et num.* 29. *et seqq. cum Addit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 41. *per tot.* ubi enumerat 14. casus, in quibus fidejussor potest agere, ut liberetur antequam solverit, Socin. *reg.* 191. *et* 195. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2774. *et* 2703. Franch. *decis.* 414. Bardellon. *cons.* 178. *lib.* 2. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 130. *per tot. volum.* 1. Onnat. *de contract tom.* 2. *tract.* 18. *sect.* 15. *per tot. fol.* 863. Merlin. *decis.* 901. *num.* 6. ubi quòd stante pacto debet relevari licèt non solverit, Rot. post Oleam *de cess jur. decis.* 34. *num.* 5. ubi quòd obligatus per scripturam habentem executionem paratam potest repetere etiam si adhuc non solverit, Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 60. *per tot.* vide Add. ad De Franch. *loc. cit.* Vide Altimar. Novar. Vel. & alios supra citatos.

Quòd ad dictum effectum non sufficiat fidejussorem esse obligatum in instrumento, vel actu habente executionem paratam, cùm aliàs sine aliquo commodo remaneret debitor, si statim posset cogi fidejussorem liberare, & cum fidejussor sciverit ab initio, se posse hoc modo executivè compelli, sed sit expectandum, quòd judex fecerit præceptum fidejussori ad solvendum, reprobatis aliis contrarium tenentibus firmat Menoch. *d. cas.* 41. *n.* 20.

Potest concordari, ut hæc ultima opinio Menoch. procedat quando fidejussor non potest sine hoc præcepto antecedente, vel citatione ad solvendum compelli; altera verò quando de facto absque ulla citatione, vel præcepto potest compelli, & per aliquod tempus stetit in obligatione arbitrio judicis, ita ut aliquod commodum attulerit debitori, vide Afflict. *decis.* 241. Franch. *decis.* 414. Ricc. *Collect.* 2774. & 2703. Cabal. *consil. decis.* 12. *per tot. lib.* 1. Guid. Pap. *quæst.* 27. Magon. *dec. Luc.* 6. Et hanc conciliationem sequitur Altimar. *loc. cit.*

Quando autem fidejussor dicatur diù stetisse in obligatione, ut possit ex hoc capite petere liberationem, aliqui putant de decennio, sed verius est esse in judicis arbitrio, & non sufficit diù stetisse in fidejussione sed oportet diù stetisse in obligatione post adventum diei, vel conditionis quando obligatio non erat pura, Menoch. *d. cas* 41. *nu.* 2. & *seqq.* Afflict. cum Ursil. *decis.* 241. Vivi. *com. opin.* 287. Urceol. *Consult. forens. cap.* 13. *num.* 24. & *seqq.* Ricc. *Collect.* 1818. Onnat. *loc. cit.* ubi benè declarat intelligi de tempore post commissam stipulationem, & moram in solvendo ex parte debitoris, &c. Altimar. *de Nullit. cit. quæst.* 30. *à n.* 720. Meli. *observat.* 127. *n.* 23. Antonell.

nell. *de temp. legal. libr. pr. cap.* 43. De Luc. ad De Franch. *decis.* 114.

Quòd sufficiat quinquennium, Castr. *in l. facere posse in fine ff. solut. matr. vel etiam biennium*, Guid. Pap. *qu.* 117. quod refert Christin. *decis.* 138. *nu.* 3. & 12. *vol. pr.* Conciol. & Romaguat. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 62. Altimar. *loc. cit. n.* 722.

Quòd fidejussor census, qui diù stetit in obligatione possit agere contra principalem, ut illum relevet, & eximat à fidejussione, vel extinguendo censum, vel dando alium fidejussorem pro illius conservatione, & indemnitate, Cenc. *de Cens. quæst.* 76. *per tot.* Marsil. *de fidejuss. num.* 295. Cavaler. *decis.* 74. ubi quòd solùm agere potest ad sui liberationem, non autem ad extinctionem census, & idem Cavaler. *decis.* 320. *per tot.* Surd. *decis.* 94. *num.* 4. & Gasp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæst.* 13. *per tot.* ubi plura an, & quando fidejussor possit compellere debitorem ad redemptionem census. Latè pro utraque parte Altimar. *dict. quæst.* 30. *à nu.* 731. Vide Velam *dissert.* 27. *à n.* 47. Gusman. *de evict. quæst.* 2. *à n.* 60. Matin. ad Reverter. *decis.* 499. Petr. *rit.* 237. *n.* 23.

Quando possit agere etiam ad extinctionem census, & dicatur diù stetisse in obligatione, ac generaliter quando, & quomodo possit fidejussor antequam solverit, vel damnum passus fuerit, ex solis molestiis agere pro sui liberatione contra debitorem principalem, non solùm ratione fructuum, sed etiam sortis principalis, pulchrè distinguit Urceol. *consult. forens. cap.* 13. *per totam*, & *dixi in resolut. cap.* 44. *num.* 4. *et seqq.* Gasp. Roderic. *loc. citat.*

Quando fidejussor possit petere liberari ab obligatione, Tusch. *litt. F. concl.* 316. *per tot.* Onnat. *d. tract. de contract. tom.* 2. *tract.* 18. *disp.* 53. *sect.* 12. *per tot. fol.* 863. Gasp. Roderic. *loc. cit. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 30. *à n.* 719. *cum seqq. tom.* 5.

30 Fidejussor potest solutionem factam probare, & repetere ex sola creditoris confessione, & quietantia sibi facta, licèt aliter non appareat de vera, & reali solutione, ut post multos contrarium tenentes firmat Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 3. *cap.* 2. Magon. *decis. Flor.* 94. *num.* 25. Marsil. *de fidejuss. n.* 265. & Duen. *reg.* 337. *ampliat.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 286. *nu.* 12. & *cap* 593. *nu.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 373. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 294. & 301. Rot. *part.* 25. *recent. dec.* 102. *nu.* 11. Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 3. *quæst.* 9. ubi plures alios allegat. Hering. *de fidejussor. cap.* 2. §. *pr. nu.* 51.

Quid si fuerit gratia liberatus, idem Marsil. *d. tractat. num.* 312. &c.

Quòd possit repetere, etiam si alius pro eo solverit, Surd. *decis.* 118. Hodiern. ad eumdem Surd. *loc. cit.*, ubi se remittit ad Hering. *de Fidejuss. cap.* 20. §. *pr. à n.* 43.

Intellige quoad confessionem creditoris post lapsum 30. dierum competentium ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 13. *n.* 14. & 15.

Et oculatos esse judices in admittendo repetitionem ex sola hujusmodi confessione creditoris, cum intelligatur quatenùs sit omninò irrefragabilis, & nullam patiatur exceptionem, advertit Bardellon. *cons.* 286. *n.* 26. & 27. *lib.* 2.

Quòd fidejussori non detur repetitio contra debitorem principalem, nisi probetur effectualis solutio, Hering. *de fidejuss. cap.* 25. *num.* 10. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos. pr. part. pr.* Gratian. *discept.* 570. *num.* 33. Rot *part.* 11. *recent. decis.* 272. *num.* 7. vel nisi constet de vera liberatione ipsius debitoris principalis à suo creditore, Cyriac. *contr.* 252. *nu.* 44. & *tom.* 2. Francisc. de Angelis *d. quæst.* 9. *n.* 5.

31 Fidejussor ut possit agere mandati contra principalem debitorem, tenetur appellare à sententia contra se lata, *l. si procuratorem* §. *si ignorantes ff. mandati*.

Intellige si sciat debitori exceptionem competere, aliàs si ignorat, vel non competit, potest bonam fidem agnoscere, solvere, & repetere, nisi fuerit injustè condemnatus, Afflict. *decis.* 49. Oinot. *in* §. *si quis autem Instit. de fidejus. n.* 6. *vide in* §. *Repetitio n.*

Quòd teneatur appellare, nisi excusetur propter paupertatem, vel nisi principalis sit præsens sententiæ, vel nisi denunciaverit ipsi principali, ut ille appellet si velit, & potest expedire, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *num.* 37. *fol.* 116.

Quòd fidejussor teneatur intimare molestias principali debitori, nisi fuerint simul conventi, vel constet de justitia petentis, Urceol. *consult. for. cap.* 13. *n.* 9. 13. & 14.

Si fidejussor soluit non oppositis exceptionibus, quas opponere poterat, & signanter præscriptionem, non habet regressum contra principalem debitorem, nec contra alios, Fontanel. *decis.* 216. *num.* 8. & *seqq.*

Fidejussor postquam solverit, tenetur notificare debitori principali solutionem à se factam, ne fortè ille iterum solvat, ita ut stante iterata solutione vera, vel præsumptiva, ex defectu dictæ notificationis non possit ipse repetere, Bardellon. *cons.* 186. *n.* 28. & *lib.* 2. facit Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 270. 32

Fidejussor solvens creditori, qui non possit illum liberare, veluti si solvat cedenti post cessionem in ampla forma cum clausula *ponens* &c. alteri factam, quomodocumque de tali cessione notitiam aliquam habuerit, vel etiã si nullam notitiam habuerit, non potest repetere à principali debitore, pro quo solvit, sed tantùm per conditionem indebiti contra eum, cui solvit, eum ampliùs non esset creditor, & non potuerit illum liberare, latè Bardellon. *d. consil* 186. *per tot. lib.* 2. *vide in* §. *Cessio n.* & §. *Solutio n.* . . 33

Quod si solverit minori, vel pupillo sine solemnitatibus, vide in §. *Debitor num.*

Fidejussor an, & quomodo possit opponere omnes exceptiones debitori principali competentes dixi in §. *Beneficium num.* & §. *Exceptio nu.* Fontanel. *decis.* 471. 472. & 473. Latè Altimar. *de Nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 30. *à nu.* 415. *tom.* 5. Marin. *libr. pr. cap.* 133. *à nu.* 20. Mans. *consult.* 785. *num.* 18. & 21. Staiban. *resol.* 31. Gob. *consult.* 58. Hering. *de Fidejuss. cap.* 7. *p.* 4. Beniell. *cons.* 36. *n.* 84. Pen. & Crescin. *decis.* 286. 34

Et qualiter possit defendi à principali contra creditorem in illis exceptionibus, quæ fidejussori non competunt, Gratian. *disceptat.* 12. *per tot.* Maur. *de fidejuss. part.* 7. *sect.* 9. §. 10. *in meis resolut. cap.* 75. *n.* 19. & *cap.* 81. *n.* 11. & 12. Vide Pen. & Crescin. & alios *loc. supra cit.*

Quid si illas non opposuerit, sed nimis propriè solverit, an repetat, vide Magon. *dec. Luc.* 92. *per tot.* & *in* §. *Repetitio*.

Fidejussor in contractu censuali potest intervenire non tantùm pro annua solutione, sed etiam pro immunitate fundi, & etiam in casu nullitatis, nisi nullitas resultaret ipso jure ab ipso initio contractus; non tamen potest obligari in eventum peremptionis fundi, vel quando non est frugifer, & capax oneris impositi, quamvis promiserit uti principalis, principaliter, & in solidum, vel cùm juramento, cum hæc sint contra naturam contractus censualis, Cenc. *de cens. quæst.* 52. *per tot. supra num.* 5. 35

Quòd fidejussor teneatur ad restitutionem sortis in omnibus casibus, in quibus potest conveniri principalis, de quibus dixi in §. *Census num.* nisi suam obligationem restrinxerit ad fructus tantùm, Urceol. *Consult. forens. cap.* 13. *num.* 26. &c.

Potest itaque etiam fidejussor redimere censum, cùm dicatur habere mandatum à principali debitore nedum ad fidejubendum, sed etiam ad solvendum, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 63.

Qualiter fidejussor census remaneat obligatus non obstante nullitate, quando illa provenit ex defectu materiæ, secùs si ex defectu formæ, Urceol. *tract. de transact. quæst.* 74. *num.* 66. *dixi in* §. *Census num.* 28. Cenc. *de cens. quæst.* 88. Rot. *recent. part.* 12. *decis.* 11. *n.* 23. & *seqq.*

Fidejussor potest licitè pacisci cum debitore principali, quòd casu quo ob moram ipsius cogatur aliquid solvere, acquirat aliquid ex rebus debitoris, cùm inter fidejussorem, & debitorem valeat pactum legis commissoriæ, quicquid secùs sit cum creditore, ut dixi in §. *Pactum n.* Bart. *in l. quamvis ff. de solut.* quem sequuntur communiter DD. *in l.* 2. *C. de pact.* 36

pign. Negus. *de pig. part.* 4. *n.* 7.

Contrarium tamen in fidejussore census firmat Cenc. *de Cens. quæst.* 57. *num.* 19. *&c.* vide Gasp. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 2.

37 Fidejussor præstitus ab usurario de restituendis usuris, non tenetur ultra vires hæreditatis ipsius usurarii, Jo. And. *in addit. ad Specul. tit. de fidejuss.* §. 1. *versic. illud autem*, Laurent. de Rodulf. *de usur. quæst.* 73. *num.* 99. *part.* 2. Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 26. *num.* 30.

38 Fidejubens rem pupilli salvam fore ad quid teneatur, vide in §. *Promissio num.* 36. Paul. Christin. *decis.* 168. *per tot. vol.* 3. Sanfelic. *decis.* 256.

Quòd non teneatur pro gestis post pubertatem pupilli, Merlin. *dec.* 338. *num.* 12. *&c.*

39 Fidejussor indemnitatis, qui aliàs relevator dicitur, est ille, qui se obligat ad id, quod creditor à debitore consequi nequiverit, vel qui promittit conservare indemnem alium fidejussorem pro principali negotio promittentem, & non est obligatus, nisi in casu, quo damnum aliter reparari non possit, Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 17. *num.* 5. *& per tot.* ubi plenè de materia fidejussoris indemnitatis, Tusch. *litt. F. conclus.* 190. *nu.* 6. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 3. *quæst.* 30. *a num.* 857. *tom.* 5. Marin. ad Reverter. *decis.* 385. Cyriac. *controvers.* 491. *a nu.* 10. *& seqq.* Beniel. *cons.* 39. *n.* 6. *&* 7.

40 Fidejussor indemnitatis potest opponere exceptionem excussionis, licet ei renunciaverit expressè etiam cum juramento, Addit. ad Pract. Papp. *libell. contr. plur. reos debendi gloss. beneficio num.* 3. Marsil. *de fidejuss. num.* 23. *& num.* 24. ubi quoad juramentum tenet contrarium, vide Alex. Jas. & Dec. *in leg. fin. ff. si cert. pet.* Marsil. *de fidejuss. dict. cap.* 17. *num.* 22. *& part.* 2. *sect.* 6. *cap.* 3. *num.* 69. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 86. *num. pr. & cap.* 130. *num.* 26. *& cap.* 549. *num. pr. & ad* 12. Fenzon. *ad stat. Urb. cap.* 20. *num.* 66. & Tusch. *dict. concl.* 190. *num.* 7. *& seqq.* latè Altimar. *loc. cit.* Vide Cyriac. *controvers.* 490. *a n.* 18. Petr. *rit.* 217. *n.* 5. Larream *alleg.* 112. *nu.* 45. Gallerat. *de renunc. renunc.* 74. *a num.* 8. Donad. *eod. tract. cap.* 29. *n.* 104. *& n.* 175. De Luc. ad Gratian. *cap.* 86.

Et in puncto statuti Florentini sequitur Rom. *cons.* 241. cum aliis per Magon. *decis. Flor.* 38. *per tot.* ubi tamen ipse perpendendo verba dicti statuti, tenet excussionem esse sublatam, etiam quoad fidejussorem indemnitatis, qui tamen cessante statuto, quicquid sit in aliis, posset etiam post litem contestatam opponere de excussione, idem Magon. *dict. decis.* 38. *num.* 6. *vide in* §. *Excussio num.*

Ad quid teneatur fidejussor indemnitatis, benè Tusch. *dict. concl.* 190. *n.* 8. *& seqq.* optimè Altimar. *loc. supra citat. a n.* 857. *cum seqq.*

41 Fidejussor datus in defectum, quod debitor non solverit, dicitur subsidiarius, & conditionalis, nec tenetur nisi purificata conditione, ac interpellatus, & in mora constitutus, æquiparatur fidejussori indemnitatis, & gaudet beneficio excussionis, licet ei renunciaverit, Bart. *in leg. Fidejussor* §. *cum Fidejussor. ff. de fidejuss. & in leg. si fid. jussores* 42. *ff. eodem*, Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 16. *per tot.* Tusch. *litt. F. conclus.* 306. *num.* 3. & Rot. *part.* 9. *recentior. decis.* 478. *num.* 13. *& seqq.* ubi etiam qualiter hujusmodi fidejussor liberetur ob negligentiam creditoris in exigendo à principali, vide *in* §. *Obligatio n.* 37.

Quod fidejussor indemnitatis non teneatur nisi sibi fuerit intimata molestia, & damnum imminens, Bardellon. *cons.* 286. *num.* 18. *lib.* 2. Ariot. Beniell. *cons.* 42. *nu.* 50. *& seqq.*

Et quòd hujusmodi fidejussor indemnitatis liberetur, si aliquando debitor principalis fuerit solvendo, & creditor neglexerit exigere, si postea efficiatur non solvendo, Magon. *decis. Flor.* 38. *num.* 7. Ger. Spin. *cons.* 39. *num.* 14. & Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 478. *num.* 18. *&c.*

42 Fidejussor, qui post lapsum tempus solutioni præfixum denunciavit creditori, ut ageret contra debitorem principalem, qui sit solvendo, si creditor agere neglexerit, liberatur, de quo vide Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 42. *& sect.* 10. §. 17. & plenè *in* §. 23. Magon. *decis. Flor.* 30. *num.* 11. *& per tot. infr. num.* 79. Merlin. *de pign. lib.* 5. *quæst.* 57. *per tot.* Rovit. *dec.* 43. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 39. *num.* 13. *et seqq.* Altimar. *d. quæst.* 30. *nu.* 879. Nogueroll. *alleg.* 40. *n.* 58. Cyriac. *contr.* 23. *n.* 28. *contr.* 110. *n.* 7. *contr.* 929. *n.* 5. Andreol. *contr.* 253. *nu.* 2. Cammarat. *resp.* 41. *n.* 49.

Intellige prout dixi in §. *Obligatio num.* 34. *vers. Item obligatio*, *&* §. *Possessor num.* aliàs secùs, *& in* §. *Hypotheca num.* 54. *vers. Item quandoque.*

Fidejubens pro alio solvere quicquid facto calculo debitor apparebit, liberatur si nondum facto calculo debitor decedat, & sic qui promisit de judicio sisti, vel aliquem facturum, & curatorum, Maur. *dict. tract. part.* 2. *sect.* 4. *cap.* 5. Felic. *de societ. cap.* 29. *nu.* 56. ubi quid propter fugam, Gratian. *discept. forens. cap.* 204. *num.* 19. & facit in *cap.* 712. *num.* 5. & Sanfelic. *decis.* 256. *in* 2. Costa *de re integra distinct.* 63. *num.* 5. ubi ampliat etiam si rationes essent jam collectæ, cum res adhuc sit integra antequam rationes sint conclusæ, & calculus consolidatus, Andreol. *controv.* 64. ubi quando teneatur. 43

Pro limitatione dictæ conclusionis, vide DD. *in leg. qui Romæ* §. *Augerius*, *ff. de verb. obligat.* Duran. *decis.* 424. *num.* 6. & Rom. *cons.* 502. *num.* 3. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 101. *num.* 27. *&* 28. Calvin. *de æquit. libr. pr. cap.* 13. *nu.* 7. *&* 8. ubi quòd si *in* promissione sit expressa certa quantitas addita clausula plus, & minus, quod facto calculo debitor apparebit, tenetur promissor pro quantitate expressa, licet possit minui ex calculo, cum sufficiat certitudo secundum præsentem statum.

Fidejussores liberantur quando bona principalis debitoris sufficientia ad solutionem fuerunt confiscata, imò etiam debitor ipse principalis liberatur pro quaeta capit fiscus, cùm creditores teneantur actiones suas adversus fiscum proponere, Gratian. *discept. forens. cap.* 224. *num.* 72. *vide in* §. *Debitor num.* 51. §. *Fiscus nu.* 2. §. *Obligatio num.* 34. Caren. *resol.* 100. *per tot.* Concinl. *resolut. crim. verb. Fidejussor resol.* 7. ubi quòd fidejussor obligatus solvere pœnam, vel quid aliud fisco, liberatur sequuta confiscatione bonorum principalis, quatenus bona sint sufficientia, & fuerint à fisco accepiata, latè Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 139. ubi quòd fidejussor condemnatus in summam promissam ob non consignatum delinquentem, qui postea fuit condemnatus pro delicto in pœnam confiscationis bonorum non potest molestari, vel saltem ex bonis confiscatis sibi resarciri debet summa soluta, & ideò ad evitandos circuitus fuit in casu suo declaratum non esse molestandum attenta confiscatione principalis, quod videtur intelligere, etiam si bona principalis non sint solvendo, nec sufficientia pro summa promissa, ratione maximè confusionis crediti, & contraria procedere in fidejussore versus alium tertium, non autem in eo, qui fidejussit versus eumdem Fiscum, à quo bona fuerint confiscata, vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *cit. quæst.* 30. *à num.* ant. *tom.* 5. Vide Hering. *de Fidejuss. cap.* 20. §. 14. Arias de Mesa *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 2. Giroc. *controvers.* 227. *a n* 48. 44

Fidejussores dati pro censù, non liberantur per mutationem fundi censuati, ut dixi *in* §. *Census nu.* 24. & benè probat Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 445. *per tot.* ubi etiam [quid in translatione pensionis, adde Urceol. *tract. de transact. quæst.* 64. *num.* 26. *& seqq.* ubi benè declarat, & est motivum Rotæ Florentiæ in Florentina census 20. Decembris 1675. 45

Fidejussor liberatur per prorogationem, vel aliam conventionem factam sine ejus illius consensu inter creditorem, & debitorem principalem, Pract. Papp. *libell. contr. plur. reos deb. gloss. solutionem ubi Addit. videtur conclusionem limitare*, vide Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 10. *cap.* 33. ubi distinguit Thes. *decis.* 125. Marsil. *de fidejuss. num.* 29. ubi intelligit quando fidejussit limitatè aliàs secùs, Viv. *com. opin.* 289. *&* 290. ubi quando non liberetur, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 68. *num.* 36. & dixi *in* §. *Prorogatio nu.* 3. ubi vide. §. *Novatio num.* 14. *& in resolut. cap.* 30. *nu.* 10. Gabriel. *comm. conclus. lib.* 3. *tit. de fidejuss. conclus.* 3. Paul. Christin. *dec.* 179. *nu.* 23. *& volum.* 4. 46

ubi

ubi intelligunt quando prima obligatio per prorogationem est novata, aliàs secùs, idem Christin. *ad leg. municip. tit. 7. art. 16. per tot.* latè Salgad. *Labyrint. credit. part. pr. cap. 34. per tot.* ubi limitat nisi in primo contractu fuerit concessa facultas prorogandi, quia tunc fidejussor tenetur etiam pro tempore prorogato absque novo consensu, cum satis dicitur illum ab initio præstitisse, approbando simpliciter contractum, & in eo intercedendo absque alia restrictione, & limitatione, Pacion. *de locat. cap. 64. nu. 15. & seqq. ad* 58. Altimar. *loc. cit. num. 162. & seqq.* Vide Palm. *alleg. 175. n. 4.* Cyriac. *contr. 124. nu. 2.* Staiban. *resol. 31. nu. pr.* Petr. *rit. 165. nu. 11,* Paitel. *expedit. 2.*

Quòd fidejussio ad tempus, vel pro certo tempore expiret finito illo tempore, Ger. Spin. *cons. 39. n. 22. & seqq.* Rot. *part. 9. recent. decis. 72. num. 4* ubi tamen in suo casu ostendit duas fuisse obligationes, unam limitatam pro certo tempore quoad fructus censos, & alteram perpetuam pro manutentione fundi, *& decis. 179. n. 68. & seq. dict. part. 9. in eadem causa*, ubi etiam qualiter teneatur vigore secundæ obligationis ad fructus, ratione damnorum, & interesse. De Luc. *de credit. disc. 96. num. 3.*

Quando fidejussor liberatur per novationem factam inter creditorem, & debitorem, Mart. Medic. *decis. 67. per tot. cum Addit.* vide *in §. Novatio nu. & §. Obligatio num.* Tusch. *litt. F. conclus. 317. per tot.* facit infra *nu.* 82. plures alios refert Altimar. *loc. cit. nu.* 259. Pen. *decis. 297. & decis. 725.* Ansald. *decis. 26. n. 17.* Noguerol. *alleg. 21. num. 5.* Cyriac. *contr. 101. n. 35. contr. 124. & contr. 546.* Rocc. *cap. 220. n. 38. & 40.*

An autē, & quando qui fidejussit in contractu locationis, & conductionis remanet obligatus, si finito tempore fuerit renovata locatio per perseverantiā conductoris, & patientiā locatoris, Mart. Medic. *Exam. 59. n. 7.* & dixi in meis resol. *cap 30. per tot. & in §. Conductor n. 5.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. quæst. 39. per tot.* Pacion. *de locat. et conduct. cap. 64. nu. 11. et seqq. ad* 58. Francis. Anton. Tranchedin. *Consult. 82. per tot.* facit Rot. *part. 14. recent. decis. 161. nu. 5. et seqq.* ubi quòd fidejubens pro administratore deputato ab aliquo, non tenetur pro tempore, quo post mortem deputantis, ab aliis in administratione confirmatus fuit, quia obligatio fidejussoria de sui natura est strictè intelligenda, nec potest extendi de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de persona ad personam, & alia ad propositum *infra nu. 82. et seqq.* & Rot. *dict. part. 24. decis. 430.* in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, plures allegat Altimar. ubi *supra num.* 291. Rovit. *pragm. 1. de Locat. n. 5.* Gob. *consult. 63. n. 17.* Cyriac. *contr. 85. n. 17.* Fontanell. *decis. 536. nu. 11.*

47 Qualiter fidejussor liberetur per transactionem factam à principali debitore cū suo creditore, latè explicat videndus D. meus Urceol. *in tract. de transact. quæst. 74. per tot. et dixi in §. Transactio n. 18.* Alios cumulat Altimar. *loc. cit. n. 253.* Carpzou. *dec. 251.* Calà *de rest. quæst. 28. et 50.* Urceol. *de transact. quæst. 74. decis. flor. 17. n. 16.*

Fidejussor pro certa summa remanet liberatus per ejus solutionem, licet debitor principalis alias summas eidem creditori deberet, quia solutio imputatur in causam, pro qua adest fidejussor tamquam duriorem, & efficaciorem, Cavaler. *decis. 99. per tot.* vide, *in §. Solutio n.* latè Sansel. *dec. 256. in 2. per tot.* ubi probat non teneri nisi pro summa expressa, & non pro toto debito à principali contracto, quando fidejussor promisit tantùm pro certa summa, & non generaliter pro omni summa, vel debito. De Luc. *de credit. disc. 43. num. 2. disc. 202. num. 2.* Rot. cor. Ansal. *decis. 26. n. 19.*

In eadem tamen causa fuit recessum à dicta decisione Cavaler. ex aliis rationibus, nempe quia fidejussio, licèt pro certa summa, erat pro reliquatu, & ideò durabat usque ad integralem satisfactionem, & continebat clausulam donec creditori esset integrè satisfactum, ut penes eumdem Cavaler. *decis. 233. et 155. per tot. facit infra num.* 83. & vide latè Sanfelic. *decis. 256. per tot.* Ludovis. *154. per tot.* ubi quod fidejubens pro administratore, etiam tantùm pro certa quantitate non liberatur nisi facta integra solutione reliquatus, quia promissio reddendi rationem continet quod reliquum restituatur, & per alias rationes ubi adductas.

Ad quid obligetur fidejubens pro residuo, Tusch. *litt. F, conclus. 306.*

Fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvendo apud unum judicem, & tribunal, non tenetur apud alium judicem, vel tribunal, etiam pro eodem delicto, quamvis alius judex esset successor illius, qui fidejussorem recepit, si recepit sub nomine proprio, vel appellativo, secùs si sub nomine dignitatis, Rom. *consil. 210.* Addit. ad Pract Papp. *for. Inquis. glos. 1. verb. Fidejussores*, Marsil. *de fidejuss. num. 133.* Maur. *eod. tract. part. 1. sect. 2. cap. 1. num. 80.* Franch. *decis. 208. 320. 344. & 601. per tot.* Conciol. *resolut. crim. verb. Cautio de repræsentando resolut. 6. per tot.* Cabal. *resol. crim. cas. 109. per tot.* Tusch. *litt. F. conclus. 304. per tot. & conclus. 327.* Martha *vot. Pis. 2. n. 10.* ubi quòd tenetur etiam mutato judice, vide Add. ad De Franch. *loc. cit.* Vide Brunnemann. *in l. non ab Judice 64. n. 3. ff. de Judic.* De Luc. *de Credit. disc. 99.* Crescin. ad Abeceles. *obser. 42. nu. 10. part. 1.* 48

Quòd datus apud unum judicem, & tribunal, non teneatur, etiam si postea ex eadem causa agatur coram alio judice, & tribunali diverso, Marsil. *d. tract. num. 90.* Tusch. *d. conclus. 304. & 327.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæst. 4. n. 56.* ubi quod fidejussor de præsentando in Curia inferiori non tenetur, si causa exinde fuit avvocata ad magnam, vel superiorem Curiam.

Et quòd variata causa, vel actione semper remaneat liberatus fidejussor, Gratian. *discept. 690. per tot. & cap. 966. n. 1.* Tusch. *loc. cit.* Rot. *part. 16. recent. decis. 131.* plura Altimar. *de nullit. rub. 1. part. 3. qu. 30. à n. 919. tom. 5.*

Quòd datus post tempus à statuto præfixum dicatur nulliter datus, dixi in *§. Sequestrum n.*

An liberetur per appellationem à reo principali, vel actore interpositam, sive potius teneatur solvere judicatum etiam in causa appellationis, Paul. Christin. *decis. Belgic. 141. nu. 14. volum. 2.* ubi refert contrarias opiniones vide Thes. *decis. 202.* & Franch. *decis. 208. & decis. 302. infra n. 51.*

Fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvendò quando possit appellare à sententia, Gratian. *discept. forens. cap. 374. n. 27. &c.* ubi quod si actor fidejussit apud acta tamquam confessus non potest appellare, & facit idem Gratian. *in cap. 665. n. 7* & latè Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 230.* ubi quod non potest appellare à sententia contra ejus principalem lata, sed tantùm proponere exceptiones, quæ in executione sententiæ admitti solet. 49

Quòd fidejussor judicii possit executivè cum eisdem actis, & sententia sine alio processu repetere quod solvit à principali, licet secùs sit in fidejussore contractus, Marsil. *de fidejuss. n. 363. & dixi in §. Sententia n. 44.* ubi qualiter sententia contra unum lata possit executioni contra alium demandari. Abeceles. *observ. forens. part. 1. observat. 168. à nu. 1.* ubi Crescin. *n. pariter 1.*

Item fidejussor de judicatum solvendo in causa criminali, si solvat, sive habeat jura cessa, sive non, potest coram ipso judice criminali agere contra reum, & judex per capturam procedere, licet aliàs reus esset quoad civilia privilegiatus, cum negotium suam primordialem naturam criminalitatis retineat, ut benè probat Olea *de cess. jur. tit. 6. quæst. 4. n. 20. & seqq.* ubi refert etiam contrarium tenentes, *supra n. 27. infra n. 57.*

Quòd fidejussor judicii teneatur solvere sine novo processu, & divisione, cum fingatur condemnatus cum principali, Paul. Christin. *decis. Belgic. 145. n. 3. & seq. vide in §. Sententia num. 44.* Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 230.*

Fidejussor de judicio sisti, non gaudet privilegiis aliorum fidejussorum, nempè excussionis, divisionis, vel Epistolæ D. Adriani, Maur. *de fidejuss. part. 1. sect. 2. cap. 5. n. 29.* Clar. *§. fin. quæst. 47. vers. sed* 50

hic quæro, Guazz. *def. 6. cap. 4. per tot.* Maur. *de fidejuss. cap. 17. fol. 239.* Amaya *in C. lib. 10. de jur. fisc. nn. 44. & 45 fol. 47.* de hac, & pluribus seq. Altimar. *de nullit. loc. cit. à n. 918. & à n. 181.*

An autem sicuti morte delinquentis extinguitur crimen, ita & fidejussio pro maleficio extinguatur morte fidejussoris, & non transeat ad hæredes, affirmare videtur Aug. Arm. In §. *Fidejussor. Instit. de fidejuss.* quem sequitur Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit. 2. art. 43. n. 17.* intelligendo tamen quando simpliciter fidejussit pro debito; secùs verò si promisisset certam pœnam pecuniariam, prout communiter servatur, nam tunc stipulatio pœnalis transit contra hæredem, vel hæreditatem jacentem, Farinac. *quæst. 34. n. 12.* Conciol. *resolut. crim. verb. Cautio de representando resol. 2. n. 2. & 3.*

Fidejussor datus in uno casu non porrigitur ad a-
51 lium, unde datus in prima instantia, & causa principali, non tenetur in secunda, & causa appellationis, vel si sit datus in contractu, non tenetur si prorogetur, vel renovetur contractus, nisi iterum consentiat, & nisi essemus in individuis, annexis, & dependentibus ipsius obligationis, vel sit per verba multum prægnantia, vide Maur. *de fidejuss. part. 2. sect. 5. cap. 1. per tot.* Marsil. *eod. tract. n. 108.* Cabal. *resol. crim. cas. 109. per tot.* Gratian. *discept. for. cap. 3. n. 27. cap. 68. num. 36. cap. 348. per tot. & cap. 718. n. 1. &c.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 30. a n. 44. & a n. 919. tom. 5.*

An datus in causa principaliter teneatur in causa appellationis, Franch. *decis. 208. per tot.* latius *decis. 310. per tot. & decis. 344.* Martha *vot. Pis. 2. n. 10.* Vivi. *com. opin. 299. n. 71.* latè Thes. *decis. 202. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 79. per tot. volum. 1.* ubi concludunt veriorem esse opinionem quòd mutatione instantiæ non extinguatur fidejussio de judicatum solvendo, ac ita fuisse judicatum, idem Christin. *decis. 145. n. 14. vol. 2.* Ricc. *Collect. 3608.* ubi distinguit, Rot. *part. 16. recentior. decis. 131.* ubi quòd fidejussor, qui limitatè in certa lite se obligaverat, & de evictione in ea teneri voluerat, non debeat prætextu alterius litis, licet super eisdem bonis molestari.

De fidejussore dato in prima instantia de judicio sisti, & judicatum solvendo, an teneatur in secunda instantia, seu coram alio judice, latè Cancer. *var. 2. cap. 5. nu. 120. & seqq.* Altimar. *de nullit. tom. 1. part. 1. rubr. 4. quæst. 25. per tot.* Cortiada *decis. 16. n. 15.* quos cum aliis allegat Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib. 2. rubr. 20. nu. 35. & 36.* ubi etiam pro certo firmat, dictum fidejussorem non teneri perempta instantia, ita ut nec obligatio reviviscat per insufflationem spiritus. Vide Crescln. ad Abecclef. *dict. observ. 42. part. 1.*

Quòd fidejubens in uno tribunali, si causa devolvatur ad superiorem, & reus fuerit condemnatus, teneatur fidejussor pro fidejussione præstita in dicto tribunali, fuisse pluries decisum refert, & sequitur Toro *Compend. decis. Neapol. part. 1. verb. Fidejubens. 1.*

52 Fidejubens pro actore solvere expensas si in causa succumbat, non tenetur, si ob instantiam peremptam actor condemnetur in expensis, nam causa accipitur propriè, & strictè pro obligatione, & jure deducto in judicium, quod remanet sanum, & iterum proponi potest, & sic tantùm tenetur, quando actor succumbit in causa principali, & non in emergenti, Bald. *cons. 106. lib. 2.* Afin. *in prax. cap. 1. n. 19. et 20. et 1. 22. cap. 26.* Surd. *decis. 212. n. 3.* Gratian. *discept. for. cap. 690. nn. 2. et 3.*

Quòd fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvendo non teneatur nisi in prima instantia, & quando secùs, Tusch. *litt. F. conclus. 326. per tot.* vide Thes. *decis. 202.* Franch. & Christin. *in loc. sup. cit.* Altimar. *loc. cit.*

53 Fidejussor, qui aliquem promisit præsentare infra mensem sub pœna, non incidit in pœnam quamvis non præsentaverit, si non fuit per judicem interpellatus, Marsil. *de fidejuss. num. 144. et ad 149.* Gratian. *discept. for. cap. 708. n. 18.* & Menoch. *de arbitr. cas. 498. n. 76.* Conciol. *resol. crim. verb. Cautio de repræsentando resol. 12. per tot.* Rot. *part. 2. divers. decis. 11. nn. 5. et 6.* Tusch. *litt. F. conclus. 322. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. q. 4. n. 21. et seqq.* ubi quòd si dies est incerta non incurritur pœna sine interpellatione, secùs autem si dies sit certa, quia tunc ipsa dies interpellat, & alios pro hac parte allegat, Conciol. *d. resol. 12. num. 4.* Plura Altimar. *d. quæst. 30.* ubi etiam de seq. conclus. *à nn. 131.* Vide Antonell. *de temp. legal. libr. 4. c. 15. n. 5. 6.* Scyaloja *de tortur. cap. 5. n. 56.* De Luc. *de Credit. disc. 94.* Petr. *rit. 163. a nu. 1.* Staiban. *resol. 36. a n. 32.* Ros. *in prax. cap. 7. n. 21.*

Quod non teneatur nisi fuerit requisitus, & mortuo principali ante requisitionem remanet liberatus, Rot. in Romana, seu Viterbien. fidejuss. 15. Martii 1619. coram Dunozet, penes Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice decis. 9. per tot.*

Et etiam interpellatus potest moram purgare intra breve tempus etiam quindecim dierum, Rot. in Romana fidejussionis de præsentando 16. Martii 1618. coram Decano penes Scanarol. *in d. Appendice decis. 22. per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Fidejussor. resol. 4. per tot.* ubi late probat posse moram purgare, etiam sequuta condemnatione quousque à fisco cum effectu non fuit exacta, & imbursata.

Sed in civilibus probata justitia crediti, fidejussor qui promisit repræsentare debitorem in carceribus intra certum tempus sub pœna debiti, si illum non repræsentaverit, remanet in mora constitutus per lapsum certi temporis, & indistinctè absque alia interpellatione tenetur ad debitum, etiamsi principalis debitor obierit post lapsum temporis, nam licèt fidejussor liberetur ab onere repræsentandi per mortem debitoris, intelligitur durante termino, nam post lapsum temporis fidejussori jam in mora constituto mors debitoris non suffragatur, per text. *in l. si decesserit 4. ff. qui satisd. cog.* Rot. *part. 14. recent. decis. 196. n. 5. & seqq. infra n. 59.* Sanfelic. *decis. 359. n. 5.* ubi idem firmat si fuerit ex delicto damnatus, ut fidejussor non excusetur stante præcedente mora, Martha *vot. Pis. 535. per tot.* ubi loquitur in civilibus, & concludit ut supra, & in criminalibus, Conciol. *verb. Cautio de repræsentando resol. 19. n. 4.* latè Carol. Marant. *contr. part. 4. respons. 26. per tot.* ubi de fidejussore, qui promisit solvere, vel repræsentare debitorem, intra certum tempus, ut remaneat obligatus, si effluxo tempore moriatur debitor, etiam creditore non interpellante.

Fidejussor de representando tenetur juridicè, ac 54
legitimè præsentare exhibendo corporalem præsentiam rei intra carceres, & consignando Baroncello, vel famulis, facta per judicem acceptatione hujusmodi præsentationis, Maur. *de fidejuss. part. 3. sect. 2. cap. 3. n. 117. & seqq.* ubi ponit formulam hujusmodi cautionis, qua servata non potest fidejussor liberari, nisi illa adimpleta, Conciol. *verb. Cautio de repræsentando resol. 8.*

An autem postquam semel legitimè præsentavit remaneat liberatus si reus à carceribus aufugiat, vide plura hincinde stante clausula toties quoties, per Afflict. *decis. 130.* ubi concludit pro liberatione, & illam sequitur Ricc. *Collect. 369. & 486. infra n. 65.* Rocc. *disput. 103. n. 14. & disp. 129. nu. 34.* Vide Hering. *de fidejuss. cap. quibus mod. fidejuss. tollit. §. 9. n. 29.* Cancer. *var. part. 2. cap. 5. n. 229.* Muscatell. *in Prax. fidejuss. part. 1. mod. 9. num. 6. & part. 2. q. 3. n. 2.* Peguer. *decis. Catbol. 47.*

An fidejussor, qui promisit præsentare reum prout stabat, vel in certo loco, vel stare in domo sua satisfaciat suæ obligationi præsentando in alio loco, vel si principalis stet in alia domo, dic quòd sic, quia non locus, sed qualitas consideratur, ac sufficit per æquipollens esse impletum, nec ob id jus fisci factum est deterius, intelligendo de loco congruo, & supposito judici, Anton. de Ballis *tractat. var. libr. 4. n. 40. & 41.*

Quòd fidejussor de præsentando simpliciter, contraveniens teneatur ex natura negotii non solùm ad pœnam arbitrio judicis ob inobservantiam, & contemptum, sed etiam ad interesse partis, si autem promisit sub certa pœna, non teneatur ad interesse partis

sed

ſed tantùm ad pœnam conventam, Farinac. *quæſt.* 34. *n.* 5. *& ſeqq.* Palma *conſ.* 52. *n.* 6. *& ſeqq. infrà n.* 67. *in fine.*

De materia ſub hoc num. contenta plenè Giurb. *conſil. crim.* 34. & noviſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *n.* 77. *& ſeqq.* latè Altimar. *dicta quæſt.* 30. *à nu.* 131. Hering. *de fidejuſſor. loc. cit.*

55 Fidejuſſor, de judicatum ſolvendo, non tenetur ad augmentum debiti propter contumaciam; vel negationem, vel alio modo acceſſoriè ad rem, & obligationem principalem tam in civilibus, quàm in criminalibus, Bart. *in l.* 1. *ff. de in litt. juram. & in l. fidejuſſores magiſtratuum ff. de fidejuſſ. n.* 30. Gratian. *diſcept. for. cap.* 840. *n.* 27. Marſil. *de fidejuſſ. n.* 91. Maur. *eodem tract. part.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 1. *nu.* 23. Rom. *conſil.* 270. Boer. *deciſ.* 314. *nu.* 2. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 56. *nu.* 82. Surd. *deciſ.* 212. *nu.* 4. *& ſeqq.* ubi tamen concludit, fidejuſſorem de re reſtituenda teneri etiam ad fructus rei, & dixi ſupra *n.* 26. vide Tuſch. *litt. F. concluſ.* 324. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 256. *n.* 11.

Quòd fidejuſſor ſuper delicto de ſolvendo omnem condemnationem, non teneatur ad ea, quæ veniunt extrinſecus ad pœnam, Bart. & alii in *loc. cit.*

Quòd non teneatur de acceſſoriis maleficii, nec ad augmentationem pœnæ, niſi promiſerit pro omni cauſa, & toto eo, quod ex proceſſu, vel judicio naſci poteſt, Bald. *conſil.* 285. Bart. *in Addit.* 1. *ff. de in lit. juran. & in l. fidejuſſores Magiſtratuum ff. de fidejuſſ. n.* 5. Ger. Spin. *conſil.* 39. vide Tuſch. *d. concluſ.* 324. *per tot. ſupra n.* 16.

56 Fidejuſſor intercedens ſimpliciter pro officiali, videtur intendere in intereſſe, non in pœnam ex maleficio impoſitam, nam fidejuſſores Magiſtratuum in pœnam, vel mulctam, quam non ſpopondiſſent, non debere conveniri Imperator decrevit in *l. fidejuſſores Magiſtratuum*, ubi Bart. & alii *ff. de fidejuſſ.* Rom. *conſ.* 507. Maur. *de fidejuſſ. part.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 1. *n.* 6.

Et tenetur ſolùm pro malè geſtis, & miniſtratis in officio ſuo, non extra illud, nec prò debitis per eum contractis, Marſil. *de fidejuſſ. n.* 182. Conciol. *reſol. crim. verb. fidejuſſor reſol.* 6. Calein. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 85. *n.* 86. *et* 87. Ger. Spin. *conſ.* 39. *n.* 11. *& per tot.* ubi quòd fidejuſſor adminiſtratoris, vel officialis cujuslibet non tenetur ad pœnas, in quibus adminiſtrator, vel officialis pro mala adminiſtratione condemnaretur, ſed ſolùm ad intereſſe principale, niſi ſpecialiter, & expreſſè etiam ad pœnas ſe obligaverit, ſicut etiam non tenetur pro eo, quòd poſt rationem ſemel receiſam, & approbatam efficeretur debitor in nova reviſione, cum per prima fidejuſſor remanſerit liberatus, ut benè probat Ger. Spin. *videndus d. conſ.* 39. *per tot. infra num.* 82. *& ſeqq.*

Quòd fidejuſſor officialis non teneatur de geſtis tempore prorogationis officii; Bald. *in l. cum hermes C. locat.* Marſil. *de fidejuſſ. n.* 94. Vivi. *deciſ.* 129. *n.* 6. *lib. pr.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 65. Maur. *de fidejuſſ. part.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 2. *n.* 15. Conciol. *reſolut. crim. verb. Fidejuſſor reſol.* 6. *nu.* 3. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæſt.* 30. *à num.* 564. *tom.* 5. Antonell. *de tempor. legal. libr. pr. c.* 28. *n.* 3. *et* 5. Gob. *conſult.* 64. *nu.* 22. Noguerol. *alleg.* 21. *n.* 16.

57 Fidejuſſor ad favorem Cameræ fiſcalis, ſi omiſſo ſuo judice ordinario fuerit coactus ſolvere, poteſt ſuum debitorem principalem cum omnibus privilegiis Principi competentibus convenire coram Officiali, Judice, ac Principis Miniſtro, *l. cum vendente C. ubi cauſ. fiſc. l. ſi minori C. de jur. fiſc.* Bart. *in l. cum coram C. de ſentent. et interloc. omn. jud.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 7. *tit. pr. num.* 7. Maur. *de fidejuſſ. part.* 2. *ſect.* 6. *cap.* 8. *n.* 2. Magon. *deciſ. Luc.* 92. *n.* 31. *et* 32. Gratian. *diſcept. for. cap.* 154. *nu.* 21. *etc.* ubi quòd quando fuit coactus aliquid ſolvere poteſt coram eodem judice cogente repetere, quamvis aliàs eſſet incompetens, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 5. *quæſt.* 5. *n.* 4. *et ſeqq. per tot.* ubi etiam generaliter de aliis fidejuſſoribus, correis, vel poſſeſſoribus, an poſſint in eodem foro, in quo ipſi fuerunt exacti, agere pro ſua relevatione ſupra *n.* 27. *et* 49. *et in §. Fiſcus n.* 18. Altimar. *loc. cit. nu.* 434. Scialoye *de for. comp. cap.* 24. *n.* 10. Marin. *libr. pr. cap.* 146. *n.* 13. Rovit. *pragm.* 63. *n.* 3. *de Offic. Proc. Cæſ.* Novar. *pragm.* 62. Cortiad. *deciſ.* 252. *n.* 16.

Et poteſt petere, ac obtinere ceſſionem jurium fiſcalium, etiam ex intervallo, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 141. *&c.*

Fidejuſſor de ſiſtendo aliquem in judicio liberatur 58 per deſertionem, ſeu peremptionem inſtantiæ, Aſin. *in prax. cap.* 1. *nu.* 19. *&* 50. & dixi ſupra *nu.* 52.

Sicut etiam per mutationem ſtatus, & conditionis ſupervenientem in eo, quem promiſerat ſiſtere, ut ſi efficiatur Clericus, vel bannitus ex alia cauſa, & ſine culpa fidejuſſoris, vel ſi ſit mulier, & nubat alicui extra juriſdictionem, gloſ. Bart. & alii in *l. cum quædam puella ff. de juriſdict. omn. jud.* latè Marſil. *de fidejuſſ. nu.* 109. *et ſeqq.* Tuſch. *litt. F, concluſ.* 318. *et* 321. *etc.* Vermigl. *conſil.* 312. 3. 308. *num.* 16. 315. 323. 444. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 30. *ſub n.* 138. *et n.* 318. *tom.* 5.

Fidejuſſor de præſentando debitorem in carceribus 59 ad omne mandatum ſub pœna debiti, licèt promiſerit cum juramento, & verbis ampliſſimis, liberatur ſi debitor fiat bannitus, vel mittatur in exilium quominus obſtetur ſalvusconductus, niſi prius fidejuſſor per interpellationem fuerit poſitus in mora, & per citationem perſonalem, non autem domi factam, ſicut etiam liberatur ob impotentiam implementi ſi interim moriatur debitor, pulchre Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 708. *per tot. et cap.* 915. *num.* 20. *et per tot.* ubi etiam quando poſſit fidejuſſor moram purgare, & dixi in §. *Mora num.* vide Tuſch. *litt. F. concluſ.* 318. *et* 321. *et ſupra num.* 53. latè Conciol. *reſol. crimin. verb. Cautio de repræſentando reſolut.* 5. *per tot.* ubi loquitur in criminalibus, *et in reſolut. ſeqq. ſupra num.* 53.

Quòd oblato ſalvo conductu teneatur fidejuſſor reum præſentare, & alia vide per Cartar. *de execut. ſentent. capt. bannit. cap.* 1. *num.* 471. cum nonnullis antecedentibus, & ſequentibus.

Fidejuſſor de præſentando delinquentem ſub certa 60 pœna liberatur ſi ſine illius culpa efficiatur bannitus pro alia cauſa, vel etiam pro eadem cauſa, ipſo fidejuſſore non vocato antè bannitum; Cauti ideò judices ſive reus ſit condemnatus pro eadem, vel alia cauſa, priùs requirunt fidejuſſorem ad præſentandum juxta promiſſa, & non facta præſentatione priùs illum condemnant in pœnam conventionalem, vel aliam pecuniariam arbitrariam, & poſteà procedunt contra reum principalem, Clar. *§. fin. quæſt.* 46. *verſ. quæro*, Boſs. *tit. de carcerat. fidejuſſ. relax. num.* 41. Conciol. *reſol. crim. verb. Cautio de repræſentando reſol.* 1. Maur. *de fidejuſſor. part. pr. ſect.* 2. *cap.* 1. *nu.* 52. *& num.* 88. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 190. *& caſ.* 234. *num.* 12. Guaz. *def.* 6. *cap.* 4. Cerd. Tuſch. *litt. F, concluſ.* 318. 321. latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 1. *et ſeqq. et num.* 44. *et ſeqq.* ubi quòd de jure pro eadem cauſa non tenetur præſentare, niſi ſuperveniant nova inditia, quando carceratus fuit relaxatus ſub fidejuſſore ex defectu probationum, & pro diverſa cauſa non eſt obligatus fidejuſſor, quidquid dicat contrarium in Regno Siciliæ ſervari, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 30. *à num.* 131. *tom.* 5. ubi etiam de ſeq.

Dicta tamen cautela quando agitur ex alia cauſa mihi videtur captatoria, iniqua, & non adhibenda, prout nunquam ſervavi, neque ſervari vidi, & de illius iniquitate ad illaqueandas animas judicum diſſerit etiam Hier. Gabriel. *conſil.* 181. *per tot. volum.* 1. Roland. *conſil.* 18. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 34. *num.* 31. *& ſeqq.* Conciol. *loc. cit. ad ſtat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 9. ubi quòd fidejuſſor pro una cauſa non tenetur repræſentare pro alia, niſi promiſerit pro omni, & quacomque cauſa.

Quòd fidejuſſor non teneatur repræſentare reum relaxatum niſi novis ſupervenientibus inditiis à primis diverſis, intelligendo quando fuit relaxatus factis defenſionibus, & purgatis inditiis, quia tunc relaxatio ſub fidejuſſore habet vim abſolutionis ab obſervatione

ne judicii; aliàs autem potest judex ad libitum cogere fidejussorem ad repræsentandum, etiam novis non supervenientibus inditiis, Farinac. *quæst.* 4. *nu.* 25. Guaz. *def.* 6. *cap.* 1. *n.* 65. *& seqq.* Conciol. *verb. Cautio de repræsentando resolut.* 3. *per tot.*

Qua pœna sit puniendus fidejussor, qui reum non præsentat ubi certa pœna non fuit promissa, dic puniri pœna extraordinaria judicis arbitrio, nisi promisisset tanquam custos carcerati, sive uti commentariensis, nam tunc eadem pœna, qua principalis posset puniri, Menoch. *de arbitr. cas.* 304. *per tot.* Farinac. *quæst.* 34. *per tot.*

In praxi tamen, etiamsi sit obligatus tanquam commentariensis non condemnatur ad pœnam corporalem, sed tantùm pecuniariam, maximè si non sit in culpa, ut testatur Farinac. & Vulpin. *quæst.* 33. *num.* 22. *in fine* dixi in Pract. §. *Carcerati num.* 7. *&* 17.

Quòd fidejussor de repræsentando, seu de stando juri, si non præsentavit, nec sistere fecit, teneatur ultrà pœnam fisco promissam, etiam parti ad interesse, Afflict. *decis.* 234. Vivi. *comm. opin.* 291.

61 Fidejussor de præsentando, si ob fugam rei fuerit condemnatus ad pœnam promissam, præsertim in bonis illius confiscatis, & fiscus tanquam delinquentis hæres tenetur fidejussorem relevare, de quo vide Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *n.* 18. *& cap.* 423. *in fine*, facit supra *n.* 44.

An autem fidejussor, qui non potest reum repræsentare possit in se suscipere judicium, & illum defendendo vitare pœnam, dic quòd sic in civilibus, vel in causis pecuniariis, secus autem in criminalibus, ubi venit pœna corporalis imponenda, Conciol. *resol. crim. verb. Cautio ad repræsentando resol.* 9.

Et quòd fidejussori petenti sit assignandus terminus competens juxta distantiam locorum ad perquirendum, certiorandum, & præsentandum reum, idem Conciol. *loc. cit. resol.* 10. *per tot.*

62 Fidejussor de præsentando imputatum pro vulnere, an si posteà ex eo sequatur mors, & reum non præsentavit tenentur ad pœnam vulneris, vel homicidii, dic quòd si à principio vulnus erat mortale tenebitur pro homicidio, aliàs autem tantùm de vulnere, Clar. §. *fin. quæst.* 46. *num.* 21. Marsil. *de fidejuss. nu.* 211. *& n.* 365. Conciol. *resolut. crim. verb. Cautio de repræsentando resol.* 4. *nu.* 6. *& seqq.* ubi etiam quòd fidejussor, qui promisit repræsentare reum pro una causa, non tenetur repræsentare pro alia, nisi promisisset ex quacumque causa nova, & veteri, quia tunc teneretur præsentare etiam ex alia causa, ex regula *pacto convenisti mecum*, ad text. *in l.* 1. *ff. de pact.* Farinac. *quæst.* 43. *n.* 33.

Dicta conclusio est intelligenda cum supposito, quòd pro homicidio esset imposita pœna pecuniaria, cum fidejussor non possit obligari ad pœnam corporalem, ut dixi supra *num.* 60. *in fine*, & cessat in practica, cum hodie fidejussores de præsentando accipiantur sub certa, & determinata pœna.

63 Fidejussor de præsentando liberatur lata sententia, nisi promisisset repræsentare quandocumque, item carceratione rei pro eadem causa, vel etiam pro diversa, si protestetur se nolle ampliùs teneri, item unica præsentatione, nisi promiserit cum clausula *toties quoties*, *&c.* prout communiter fieri solet, quo casu secundùm æquiorem sententiam sufficit bina præsentatio; item mutatione status rei absque facto, & culpa fidejussoria, item faciendo omnem conatum, & posse; item morte naturali, vel civili; item notoria innocentia apparente; & in similibus casibus, quos singillatim probando prosequitur Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 3. *per tot.* Marsil. *eodem tract. num.* 109. Cabal. *resol. crimin. cas.* 47. *& cas.* 190. pulchrè Guaz. *def.* 6. *cap.* 4. *per tot. vide in §. Clausula nu.* . . Afflict. & Ursil. *decis.* 130. *supra num.* 54. Ricc. *Collect.* 369. *&* 486. latè Farinac. *quæst.* 34. *num.* 39. *& seqq. ad* 70. Sanfelic. *decis.* 158. *&* 159. ubi tamen *nu.* 5. quòd si fidejussor ante novum delictum, & mutationem status fuerit in mora præsentandi non excusatur, ad Farinac. *d. quæst.* 34. *num.* 78. De quibus latè Altimar. *rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *à n.* 131. *tom.* 5.

De conclusione ibi enunciata, & aliis, latè Marius Muta *ad Capitula Regni cap.* 431. *n.* 4. *& seqq. tom.* 5.

Quòd si principalis fugiat à manu judicis, vel familiæ, non tenetur fidejussor, Afflict. *decis.* 130. Farinac. *quæst.* 34. *num.* 95. *& seqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 4. *num.* 30. *& seqq. supra num.* 54. Rocc. *cap.* 103. Petr. *rit.* 164. *n.* 3. Calderon. *decis.* 83. *n.* 22. Altimar. *loc. cit. n.* 142.

Quòd liberetur fidejussor mortuo reo, nisi prius fuerit in mora, vel in culpa, vel nisi promiserit solvere judicatum copulativè, *l. si decesserit ff. qui satisd. cog.* ubi Bart. Jas. & alii, Conciol. *resol. crim. verb. Cautio de repræsentando resol.* 2. *per tot.* Francisc. Anton. Tranchedin. *consult.* 102 *per tot.* ubi plura ad excusandum fidejussorem à mora ne teneatur De Luc. *de Credit. disc.* 98. *n.* 1. Capon. *discept.* 247. *n.* 4. Altimar. *supra n.* 136.

Liberatur etiam fidejussor per mutationem status repræsentandi, veluti si effectus sit Clericus, vel religiosus sine fraude, Farinac. *quæst.* 34. *nu.* 38. Cabal. *resol. crim. cas.* 190. *n.* 4. Conciol. *loc. cit. resol.* 5. *per tot.* ubi videtur idem tenere quando ipse fidejussor est factus Clericus, ad Marsil. *de fideicommiss. §.* 12. *nu.* 132. & Guaz. *defens.* 5. 6. *cap.* 4. *nu.* 5. Marin. *libr.* 2. *cap.* 133. *& alleg.* 147. Bonden. *collect.* 32. *num.* 21. Petr. *rit.* 248. *n.* 46. *rit.* 287. *n.* 130. Altimar. *n.* 138.

Item liberatur fidejussor, si reus fuerit captus pro illa eadem causa, licèt aufugerit, vel fuerit aliter liberatus, secùs si pro diversa causa, quid stante clausula, *toties quoties*, & alia ad rem, Conciol. *loc. cit. resol.* 13. *per tot.*

Item liberatur unica solutione, licèt non unica præsentatione, Monsignor Castelli nel suo Memoriale a' Governatori fol. 68.

Non tamen liberatur fidejussor reo citato ob novum delictum si comparuit, & fuit relaxatus, nec etiamsi fuerit accusatus, inquisitus, & citatus in causa capitali, quia sola citatio non excusat fidejussorem, nisi etiam fuerit sequuta condemnatio ex dicta nova causa, ut quia fuerit bannitus, vel relegatus, vel factus Clericus, nàm his casibus tantùm, & non per solam citationem liberatur fidejussor, per text. *in l. sed & si quis §. Illud ff. si quis caut.* Farinac. *quæst.* 34. *num.* 57. *&* 60. Sanfelic. *decis.* 158. *&* 159. *per tot.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 4. *quæst.* 4. *num.* 12. *& seqq.* ubi dicit ita servari, licèt referat contrarium tenentes.

Fidejussor de præsentando reo liberatur, quando reus facto judicis injusto, vel pro diverso delicto capturam committendo, positus fuit in fugam, aliàs autem secùs, si pro eodem delicto (omissa via agendi contra fidejussorem) justè capturam commiserit, de quo tamen quia Doctores non benè conveniunt, vide Farinac. *qu.* 34. *num.* 166. *& seqq. ad* 171. Boss. 116. *de carcerat. fidejuss. contr. num.* 61. Cæpol. *cons. crim.* 25. Gabriel. *consil.* 181. *num.* 8. *volum. pr.* Hercul. *de caut. de non offend. cap.* 23. *num.* 17. & Alexand. Galvan. *consil.* 15. *n.* 14. *& seqq.* & ut supra fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum me proponente sub die 31. Augusti 1672. in Causa S. Geminiani contra Petrum Francisci de Carnesecchis, ut constat in filcia negotiorum sub num. 32. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *n.* 119. *& seqq.* ubi indistinctè tenet pro liberatione fidejussoris allegans Villosam *de fugitiv. cap.* 18. §. 3. *num.* 21. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 101. *num.* 35. & alios; Sed ego non libenter ei assentior, quia Farinac. Galvan. & alii per me citati stant contrà fidejussorem cum tacta distinctione justæ, vel injustæ capturæ, pro eodem, vel diverso delicto, nisi sit sequuta captura pro illo delicto, quia tunc verè liberatur fidejussor, vel etiam pro alia causa si protestetur fidejussor nolle amplius teneri, dum reus est in carceribus, secùs si sit extra carceres. 64

Idem in civilibus quando facto creditoris fuit debitor positus in fugam, de quo vide Franch. *dec.* 344. *per tot.* Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd non liberetur fidejussor de habendo domum pro carcere, ob licentiam à judice reo concessam exeundi ad audiendam Missam in Ecclesia propinquiori, Sanfelic. *decis.* 253. *dixi in §. Novatio n.* 14.

An fidejussor pro carcerato in domo teneatur, si carceratus stet in limine hostii, vel supra tectum ipsius domus, quasi videatur extrà domum, & sic commissa stipulatio, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *q.*

4. *num.*

4. *num.* 15. *& seqq. & n.* 42. *& seqq.* ubi negativè, *& n.* 57. si exeat in cortile.

Liberatur etiam fidejussor, qui promisit aliquem non discessurum de certo loco, vel Civitate, si ille recedat cum licentia judicis, etiam conditionali de redeundo, vel cum clausula firma manente fidejussione, quia licèt redierit, & posteà aufugerit non tenetur fidejussor; sicut etiam liberatur quando fuit alterata obligatio licèt in modico, ut quia fuerit mutatus locus, vel dati novi fidejussores de non recedendo à loco latiori assignato; nisi in prædicta promissione de non recedendo sine licentia fuerit addita clausula, *& in casu licentiæ de se repræsentando, &c.* quia tunc per dictam licentiam non liberatur fidejussor, sed remanet obligatus ad repræsentandum, & ita quotidie practicatur in Cancellaria Dominorum Octo Baliæ Civitatis Florentiæ, vel fiunt licentiæ cum alia clausula, ut non valeant, nec suffragentur, nisi accedente consensu fidejussoris apud acta, vel per ejus subscriptionem, de quibus Farinac. *consil.* 59. *num.* 9. *& seqq. lib.* 1. Ladereh. *consil.* 198. Giovagn. *consil.* 58. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 101. *n.* 2. *& seqq.* Caren. *resol.* 90. Conciol. *resol. crim. verb. Fidejussor resol.* 2. *per tot.* ubi etiam quid si licentia detur ad tempus, & se remittit ad Ripam *de noctur. temp. cap.* 83. *n.* 17. *&c.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *q.* 30. *à n.* 141. *tom.* 5. Vide Jovi. *de solemnit. in contract. minor. gloss.* 19. *§.* 3. *n.* 28. Episc. Rocc. *cap.* 103. *n.* 5. *lib.* 2. Angel. *de Habil. Reor. cap.* 96. *n.* 1.

Item liberatur fidejussor quando reus fuit ad arctiores carceres revocatus, Farinac. *quæst.* 34. *num.* 29. Conciol. *resolut. crim. verb. Cautio de repræsentando resolut.* 13. *n.* 2.

Quòd si fidejussor promiserit aliquem non discessurum, *sine licentia in scriptis*, & discesserit cum licentia in voce, vel clausis oculis, sive per conniventiam, dic idem ut supra, cùm hujusmodi licentia operetur eundem effectum, & non debeat quis decipi sub fide publica, Farinac. Giovagn. & alii in locis supracitatis, Conciol. *in verb. Fidejussor resol.* 2. *per tot.*

Qualiter liberetur fidejussor facta per judicem, vel alium ministrum aliqua novatione cum reo, vel data ei licentia, plura tradit aliis citatis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. *§.* 2. *ad* 6. *n.* 105. *& seqq.* ubi *n.* 116. approbat dictam cautelam *de non discedendo sine licentia, & in casu licentiæ de repræsentando, & num.* 117. tradit aliam similem, quam ipse tutiorem putat, nempè ut recipiatur fidejussor de non discedendo absque licentia, cum clausula, *nec non de repræsentando*, ad hoc ut sint duæ fidejussiones distinctæ ad evitandam controversiam, quæ posset oriri ubi non apparet de licentia, quia posset fidejussor dicere promisisse repræsentare tantùm in casu licentiæ, & sic si de illa non constet prætendere non teneri ad repræsentandum; advertendo quòd si non fit stipulata summa præcisa pro una, & pro altera cautione, intelligeretur pro medietate in utraque per text. *in l. cum qui ff. de verb. oblig.* & alios ibi citatos, ubi etiam *nu. seqq.* plures alias dubitationes de hac materia resolvit, de qua etiam pleuè Marius Muta *ad Capitula Regni cap.* 431. *n.* 4. *& seqq. tom.* 5.

Non tenetur etiam fidejussor si detentus, pro quo fidejussit, recesserit, & statim redierit, maximæ æquitate attenta, quidquid alii de rigore contrarium sentiant ob judicis contemptum, ut latè probat cum ampliationibus, & declarationibus Conciol. *d. verb. Fidejussor. resol.* 3. *per tot. inf. nu.* 81. *& in §. Cautio num.* 31.

Quibus autem modis finiatur, aut tollatur obligatio fidejussoris in civilibus, Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 2. *tract.* 58. *disput.* 53. *sect.* 13. *per tot. fol.* 866. *& vide in §. Obligatio nu.* 34. Hering. *de Fidejussor cap.* 20.

65 Fidejussor potest in criminalibus intervenire, & admitti pro carcerato, quando esset imponenda tantùm pœna pecuniaria, & non corporis afflictiva, ita ut si sit idoneus debeat admitti à judice, & reus excarcerari, facta promissione sub certa, & determinata pœna de illum præsentando toties quoties judici placuerit, Clar. *§. fin. qu.* 46. *num.* 7. & Bass. *tit. de carcerat. fidejuss. admit. per tot.* Maur. *de fidejuss. part.* 1. *sect.* 2. *cap.* 3. *per tot. & part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 48. Marsil. *eod. tract. nu.* 206. & Guaz. *def.* 6. *cap.* 1. *& per tot. def.* Farinac. *qu.* 33. *per tot.* de quo vide in *§. Carceratus n.* 19. *& in Pract. §. Carcerati nu.* 14. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 303. *per tot.* Tusch. *litt. F, conclus.* 330. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Reus resol.* 13. *per tot.* ubi pluribus modis limitat, & declarat quando reus sit relaxandus sub fidejussore vel non. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *à num.* 102. *tom.* 5.

66 Fidejussor de judicio sisti potest opponere, & probare, se non teneri eò quia ille, quem sistere promisit, non erat legitimè captus, & processus erat nullus, si sistendus abiit sine dolo, & culpa ipsius fidejussoris, Marsil. *de fidejuss. nu.* 136. *& seqq. & num.* 350. *& seqq.* vide suprà *n.* 5. *& in §. Debitor num.* ubi contià *inf. nu.* 69.

67 Fidejussor de judicio sisti non solùm tenetur de negocio principali, & debito, sed etiam pro expensis factis, tanquam connexis, & dependentibus à negocio principali, Marsil. *de fidejuss. num.* 187. *& seqq.* vide suprà *n.* 16. *& n.* 55. *& n.* 60. *in fine.* Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 187. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. *§.* 2. *ad* 6. *n.* 77. *& seqq.*

Ad quem teneatur fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvendo, Tusch. *litt. F, conclus.* 325.

Quòd fidejussor promittens pro aliquo limitatè de stando juri cum fisco, & judicatum solvendo, non teneatur ad interesse partis, quia fidejussoris obligatio limitata non potest extendi, probat Palma *consil.* 52. *per tot.* vide supra *num.* 54. *in fine.*

68 Fidejussor accedens secundæ obligationi factæ à principali sub prætextu, & supposito alterius præcedentis obligationis, non remanet obligatus, si illa præcedens obligatio supposita vera, & valida, erat nulla, & invalida, *l. cum putarem ff. famil. ercis.* Duran. *dec.* 373. *nu.* 3. *& seqq.* dixi in *§. Confessio num.* *§. Obligatio num.* *in resol. cap.* 52. *num.* 7.

69 Fidejussor intercedens pro nulliter, & injustè carcerato ad effectum illum liberandi à carceribus, an remaneat obligatus, & si quid pro illo solverit, an possit ab eodem repetere, quid si pro illum liberando à latronculis, sive latronibus illum obsessum retinentibus, dixi in *resolut. cap.* 70. *num.* 11. *& seqq. per tot. & in hoc. Opere §. Carceratus nu.* 8. *§. Metus n.* 2. *& supra in hoc §. num.* 5. facit Conciol. *resolut. crim. verb. Fidejussor resolut.* 5. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 81. *num.* 1. *&c.* ubi quòd data nullitate mandati, & carcerationis, obligatio fidejussoris de repræsentando sub pœna debiti, nullius est efficaciæ, & habetur ac si facta non esset, & maximè si fuerit facta sine præjudicio nullitatis.

70 Fidejussor de restituendo pecuniam prioribus, & anterioribus creditoribus, an & quando præstari debeat per eum, cui solvitur ab emptore bonorum debitoris de pretio rei emptæ dixi in *§. Emptio num.* *& in resol. capit.* 19. *num.* 6. 15. *&c.*

71 Fidejussor datus in compromisso pro observatione laudi, non tenetur pro eo, quod posteà mediante reductione ad arbitrium boni viri fuit judicatum, Ger. Spin. *cons.* 39. *num.* 18. *supra n.* 51.

72 Fidejubentem pro carcerato, potest antè illius excarcerationem, tanquam causa adhuc non sequuta, pœnitere, & nolle teneri, etiam si non tantùm promiserit fidejubere, sed etiam si se effectualiter jam obligaverit, quia adhuc re integra, & non sequuta excarceratione potest pœnitere, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *§. pr. cap* 6. *n.* 22. *& fol.* 427.

73 Fidejussor evictionis non est regulariter præstandus à venditore, nisi à principio de hoc fuerit actum, & conventum, vel nisi in limine contractus, idest antè pretii solutionem immineat evictio, quo casu potest emptor retinere pretium, donec sibi præstetur cautio de evictione, Surd. *dec.* 295. *per tot.* Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 18. *num.* 19. *& seqq. in tract. de solut. cap.* 45. *per tot.* Magon. *dec. Flor.* 80. Altograd. *cons.* 54. *nu.* 46. *& seqq. lib.* 2. ubi quòd sufficit imminere periculum evictionis sive super dominio, sive super possessione per actionem hypothecariam, ad hoc, ut sit præstandus fidejussor non solum pro illa evictione imminente, sed pro quacunque alia evictione.

Guz-

Gozmau. *de Evict. qu.* 2. *num.* 10., & 11. Altimar. *loc. supra cit. n.* 890.

Quòd fidejussor sit præstandus non tantùm pro lite mota, sed etiam pro omni alia in futurum movenda, Ursil. ad Afflict. *dec.* 171. *n.* 4. Surd. *dec.* 295. Franc. *dec.* 555. & 557. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 26. *nu.* 28. & *seqq.* latè Sperel. *dec.* 78. *per tot.* ubi etiam quòd non sufficit investimentum: quid si lis esset mota per calumniam, vel renunciata posteà ab actore, & alia plura ad rem facientia, dixi in §. *Emptio n.* 6. & §. *Evictio num.* & *in resol. cap.* 19. *num.* 5. & & *cap.* 84. *n. pr.* Mangil. *de Evict. q.* 85. Vide Hodiern. ad Surd. *cit. decis.* 295. Altimar. *loc. cit. n.* 891.

Si tamen fidejussor se obligavit taxativè pro litibus motis, non tenetur pro aliis in futurum movendis, nec stante collusione emptoris, vel negligentia in opponendo exceptiones sibi competentes, vel molestias denunciando ipsi fidejussori, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 468. *per tot.* Altimar. *ubi supra n.* 892.

74 Fidejussor evictionis etiam imminentis, non debet præstari, quando venditor, cui fuit lis denunciata, ipse etiam illam denunciat suo auctori, qui sit dives, & idoneus, ut compareat, & defensionem suscipiat, quia talis auctor laudatus, si sit idoneus ut supra, habetur loco fidejussoris, ita ut alia fidejussio non sit præstanda, nec ob id possit pretium retineri, Afflict. *dec.* 171. *per tot.* quem sequitur Ursil. in Addit. Menoch. *de arbitr. cas.* 224. *nu.* 4. Surd. *decis.* 183. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 26. *n.* 37. Altimar. *ubi supra num.* 893.

Idem esse affirmant Afflict. & alii in locis citatis, quando ipsemet venditor immediatus esset de per se dives, idoneus, & notoriè solvendo, ut non teneatur fidejussorem evictionis præstare, quod tamen non transit sine difficultate, imò alii plures in hoc casu contrarium expressè tenent, ut quantumcumque notoriè dives teneatur fidejussorem evictionis imminentis, motæ, vel movendæ præstare, de quo latè Surd. *dec.* 295. *nu.* 53. & *seqq. per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 281. *n.* 40. Sperel. *dec.* 78. *nu.* 37. & *dec.* 117. *n.* 21. distinguit inter obligationem puram, & conditionalem, vel in diem. Altimar. *loc. cit. num.* 893. & 894.

Sicut quando fidejussio esset in pactum deducta, debet ob religionem pacti præstari, etiam si aliter stipulantis non intersit, Surd. *dec.* 260. *per tot.* de prædictis vide Merlin. *de pign. lib. pr. tit. pr. q.* 4. *per tot.* Altimar. *ubi supra sub n.* 895.

75 Fidejussor evictionis eodem modo, quo principalis venditor tenetur actione ex empto ultrà pretii restitutionem ad omne interesse, quòd est considerandum respectu celebrationis contractus, maximè quoad melioramenta, & bonificamenta temporum, Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 18. *num.* 2. & *seqq.* Altograd. *cons.* 54. *num. pr.* & *lib.* 2. & *cons.* 55. *num.* 14. & *seqq. lib.* 2. facit Gratian. *discept. forens. cap.* 205. Mangil. *de Evict. quæst.* 20. *num.* 8. & 9. Altimar. *num.* 896.

Quòd teneatur ad justum valorem rei de tempore evictionis sequutæ, Magon. *dec. Flor.* 110. *num.* 2. & 11. *in fine*, *vide in* §. *Evictio num.* Vide Altimar. *supra*.

Si tamen sequatur ex capite nullitatis tenetur tantùm ad pretium solutum, idem Magon. *dict. dec.* 110. *n.* 7. Altimar. *supra*.

76 Fidejussor evictionis tenetur tantùm quando res fuit evicta jure dominii per sententiam, vel notorium est rem esse alienum, secùs autem quando fuit solum evicta propter hypothecam, *l. ratio*, ubi Bart. *ff. de act. empt.* Socin. sen. *cons.* 199. *num.* 8. *lib.* 2. Cæphal. *cons.* 168. *n.* 5. Maur. *de fidejuss. d. cap.* 18. *n.* 8. & *seqq.* Cravet. *cons.* 298. *n.* 54. Gratian. *discept. forens. cap.* 950. *n.* 18. Pacif. de Salvian. *Inspect.* 3. *cap. pr. n.* 79. & *seqq.* Buratt. *dec.* 240. *num.* 11. cum Addit. Mart. Medic. *dec.* 43. *per tot. cum Addit.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 25. *num.* 13. & *seqq.* Altograd. *cons.* 54. *n.* 5. & *seqq. lib.* 2. ubi tamen *nu.* 54. & *seqq. per tot.* plures casus distinguendo ait prædictu procedere posse, ubi res est tantum per Salvianum avocata, cùm Salvianum avocet nudum detentionem, non autem possessionem, quæ dicitur remanere penes emptorem, & in his terminis procedere auctoritates supra citatas, & similes; secùs autem si res fuerit per hypothecariam ablatam, ut ibidem *n.* 19. & *seqq.* latè probat, quòd magis dicendum esset quando fuisset ablata pro tanta summa, ut non sit spes luitionis, vel quando fuisset in solutum assignata, vel sub hasta vendita, nam his casibus, fidejussorem evictionis teneri indubitatum est, ut ibidem *n.* 64. & 65. Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 88. *nu.* 5. & *seqq.* Altimar. *loc. cit. n.* 899.

Et quòd semper fidejussor teneatur ad interesse sicuti venditor quasi re non liberè tradita, Magon. *decis. Flor.* 93. *num.* 2. & *vide in* §. *Evictio num.* 2. §. *Emptio num.* 15. & §. *Venditio num.* 37. Altimar. *supra n.* 900.

Quòd fidejussor census non possit conveniri pro evictione fundi, ad constituendum novum fundum, quando primus fuit tantùm avocatus ab aliquo creditore jure pignoris donec sit satisfactus, quia per hujusmodi detentionem non avocatur dominium à debitore, neque possessio, & ob id non inducitur vera fundi evictio, qua non sequuta cum effectu, de illa agi non potest, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 166. *n.* 6. & *seqq.* & *dec.* 568. *duplicata*.

Fidejussor evictionis non tenetur quando ad rem movetur lis retractus à vicinis, vel agnatis propter non sibi denunciatam venditionem ad formam statuti, Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 18. *n.* 13. & latè Gratian. *discept. forens. cap.* 205. *n.* 15. & *per tot.* ubi etiam quòd nec ipse fidejussor, si sit vicinus, vel agnatus impeditur retrahere, vide supra *n.* 18. & eundem Gratian. *discept.* 443. *n.* 19. ubi limitat nisi sit in specie, & expressè in hunc casum promissa. Heriog. *de Fidejussor. cap.* 25. *part.* 5. *nu.* 48. Vide supra *n.* 18. Altimar. *loc. cit. n.* 901. 77

Et quòd quando promissio est concepta verbis universalibus, comprehendat etiam evictionem, quæ sequeretur ex natura rei, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 152. *n.* 5. *vide in* §. *Emptio num.* & §. *Venditio num.*

Promittens tamen de evictione limitatè pro una lite mota, non tenetur si sequitur evictio ex alia, etiam super eisdem bonis, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 131. *per tot.*

Fidejussor evictionis non tenetur si rescindatur contractus remedio *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* vel aliquo alio speciali remedio, vel beneficio juris communis, Maur. *de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 18. *n.* 40. ubi latè hanc fidejussionis speciem examinat, & melius conclusionem probant Franc. *dec.* 247. & Cabal. *consil. dec.* 24. *lib.* 2. Gales *de restit. cap.* 10. *num.* 95. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 30. *sub nu.* 902. *tom.* 5. 78

An autem teneatur quando contractus principalis fuit annullatus ob non solutionem gabellæ, hincindè disputat Magon. *dec. Flor.* 185. *per tot.* ubi tandem teneri concludit, facit Cabal. *d. cons.* 24. ubi quòd quando contractus rescinditur ex aliquo capite, vel remedio juris communis, fidejussor non tenetur; si autem rescinditur jure speciali tenetur pura restitutionis in integrum minoris ob læsionem infra dimidiam. Altimar. *ubi supra n.* 903.

Fidejussor evictionis quando possit exceptione doli removere emptorem, qui solvit pretium non procurata liberatione bonorum juxta conventu, vide Magon. *dec. Flor.* 30. *per tot.* ubi concludit contra fidejussorem, nisi intimaverit emptori, ut hujusmodi liberationem procuraret, vel nisi in subsidium tantùm, & non simpliciter accesserit, vide supra *num.* 42. & *in* §. *Dolus n.* 79

Fidejussor evictionis, vel alterius contractus, non debet esse forensis, licèt aliàs idoneus, sed de civitate, vel loco supposito, Mursil. *de fidejuss. nu.* 262. & *seqq.* vide *supra num.* 11. De Fidejussor. evict. latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *quæst.* 30. *à num.* 890. *tom.* 5. 80

Fidejussores de benè vivendo, de non offendendo, de tutò carcere, de rato, de damno infecto, & similes, an & quando sint præstandi, ac ad quid teneantur, & alia ad materiam, vide *in* §. *Cautio per tot.* Costa *tract. de re integra distinct.* 108. ubi ad quid teneatur fidejussor de benè vivendo, & quomodo differat à fide- 81

dejuſſione de judicio ſiſti, & de repræſentando. Non nulla Altimar. *loc. cit. n.* 375.

Ubi de fidejuſſoribus de benè vivendo, de non offendendo, & hujuſmodi. De modo, & ordine procedendi contra iſtos, & hujuſmodi fidejuſſores ob contraventionem, vel inobſervantiam promiſſorum, qualiter conſtare debeat de contraventione principalis, & alia ad rem, Muſcatel. *de fidejuſſ. mod.* 55. *par. pr. num.* 17. *& ſeqq.* Guazzin. *de caut.* §. 3. *quæſt.* 42. *num.* 52. *quæſt.* 37. *num.* 9. *quæſt.* 47. *num.* 9. *part.* 2. Maſſin. *de confiſc. bon. quæſt.* 15. *num.* 24. *& ſeqq.* Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 8. §. 3. *num.* 147. *& ſeqq.* ubi etiam quòd pœnę conventionales ex contractu fractæ cautionis tranſeant ad hæredes, & alia.

An, & quando fidejuſſor de tutò carcere, vel de non diſcedendo de certo loco, juxta per me hic notata, teneatur, ſi carceratio, vel detentio fuerit injuſta, Ramon. *conſ.* 43. cum plena Annot. Moderni Jacob. Balduc. *per tot.*

Qualiter promittens carceratum non diſceſſurum de Palatio, vel ſtantiis Baroncelli abſque licentia in ſcriptis, non obſtante allegatione injuſtæ carcerationis, recurſus ad Principem, timoris ſævitiæ, & hujuſmodi teneatur; Martha *vot.* 234. *per tot.*

Sed quod imò fidejuſſor pro injuſtè carcerato ſi aufugiat non tenetur, Farinac. *quæſt.* 30. *n.* 63. & Conciol. *reſol. crim. verb. Fidejuſſor reſol.* 5. & plures alios allegat Altimar. *loc. cit. num.* 116.

Quòd ſi fidejuſſor opera, & induſtria ſua faciat carceratum, qui fugam arripuit, iterùm ad carceres duci, non teneatur ad pœnam promiſſam in caſu fugæ, quia jus Curiæ non fuit factum deterius, & aliis rationibus benè probat Vivi. *comm. opin.* 343. *ſub n.* 11. vide alios per me citatos in §. *Cautio num.* 31. & juxta prædictam opinionem Vivii fuit me proponente reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Florentiæ contra votum Auditoris ſubſtituti Bandarum ſub die 24. Februarii 1677. in cauſa contra ſigniferum Marcum Stilicianum, & alios, ac approbatum de more à Sereniſſimo Duce, ut in filza negociorum dicti Magiſtratus *nu.* 2239. facit Conciol. *reſolut. crim. verb. Fidejuſſor reſolut.* 3. *per tot. ſupra n.* 64.

82 Fidejuſſio facta pro juvene tyrone, & novitio dum admittitur ad officium, & ſervitia Banchi, non extenditur ad officium Capſerii, ad quod poſtea fuerit ille juvenis promotus abſque novo conſenſu fidejuſſoris, quia fidejuſſio eſt ſtricti juris, & tamquam odioſa ſtrictiſſimè interpretanda, nec de uno ad alium caſum extendenda, ſed ſecundum præſentem ſtatum intelligenda, nam per mutationem, vel alterationem ſervitii inducitur novatio, quæ liberat primum fidejuſſorem de novo non conſentientem, ſicuti videmus in fidejuſſione tutoris, quæ non extenditur ad geſta poſt pubertatem pupilli, & in aſſecuratione navis, quæ intelligitur tantùm pro primo itinere, ac ideò etiam ſatiſdatio indefinitè, & generaliter præſtita debet intelligi pro eo ſervitio, quod tunc temporis congruebat qualitati, & habilitati perſonæ, & ſalarii; & non ad alia officia, de quibus fidejuſſor non cogitavit, & pro eo, pro quo minus obligatur, vel ei minus periculoſum eſt, ut latè probat Rota in Romana pecuniaria 13. Martii 1628. coram Merlino inter impreſſas ejuſdem *dec.* 338. *per tot.* facit ſupra *n.* 46.

Quòd obligatio fidejuſſorum reſtringatur ad ea, quę ratione officii, aſſumptus facere tenebatur, & non ad alia, niſi ſint officio annexa ſaltem ratione conſuetudinis, licèt expreſſa non fuerint, latè Rota *part.* 12. *recent. deciſ.* 73. *per tot.* coram Bichio inter ejus impreſſas *deciſ.* 646.

83 Fidejuſſor præſtitus in officio ſecundi anni veluti pro ſecunda depoſitaria, vel ſimili adminiſtratione, licèt ab eadem perſona exercita, non tenetur pro reſiduis, in quibus principalis remanſit debitor in anno antecedente, licèt fuerit renovatus debitor in anno ſequente, & pro tali repræſentatus, ob duplicitatem perſonæ, & negociationis, & ideò fidejuſſor obligatus in ſecundo, vel ſequenti officio renovato, non tenetur pro debito reliquatus primi temporis, etiam ſi creditor (prout fieri ſolet in ſalidatione computorum cujuſlibet anni) contrapoſuerit, vel tranſportaverit debitum primi officii, vel anni in ſecundum tempus, vel ſecundam adminiſtrationem, quia id facere nequit in præjudicium alterius ſecundi fidejuſſoris, niſi terminato primo officio fuerit legitima reddita ratio, & ſervatis ſervandis obtenta abſolutio, & poſtea quòd ſuperfuiſſet tranſmiſſum, & conſignatum in ſecundam adminiſtrationem, aliàs autem pro debito reliquatus anni præcedentis tenetur fidejuſſor illius anni, & non ſequentis, ut ſupra, quia fidejuſſio eſt ſtricti juris, & non admittit extenſionem de tempore ad tempus, vel de caſu ad caſum, ſed reſtringitur ad tempus expreſſum, ut benè ratiocinatur Rota in Firmana pecuniaria 28. Junii 1638. coram Merlino inter impreſſas ejuſdem *deciſ.* 783. *per tot.* & iterùm in eadem cauſa ſub die 26. Novembris 1639. apud eundem Merlin. *deciſ.* 820. *per tot.* ubi ex noviter deductis fuit receſſum à prima deciſis, & præcipuè ex eo quòd fuerit oſtenſum ſolutionem, & conſignationem frumenti factam in pluribus partitis tempore ſecundæ Depoſitariæ fuiſſe ad computum primæ, & in executionem contractus initi durante adhuc prima depoſitaria, & quia ſecundus fidejuſſor jam agnoverat debitum, illudque ſolverat, & poſtea agebat de repetitione, & ſic conditione indebiti, in qua certiſſimæ, & pernęceſſe concludentes probationes exiguntur, quales non erant ſuæ, ſed æquivocæ, & hæc ultima deciſio fuit iterùm confirmata in eadem cauſa 14. Martii 1645. coram Bichio inter impreſſas ejuſdem *deciſ.* 77. *& in recent. part.* 9. *deciſ.* 74. *per tot.* præcipuè ex defectu probationum neceſſariarum in repetitione indebiti, vide *in* §. *Solutio num.* 61. & diſcurſum ipſius Bich. *deciſ.* 306. ſub die 14. Junii 1647. *& deciſ.* 423. quæ eſt eadem cum Rota *part.* 15. *recent. deciſ.* 49. *per tot.* ubi fuit receſſum à poſterioribus prædictis deciſionibus, & confirmata prima ad favorem fidejuſſoris ſecundi anni, ut poſſit repetere quòd ſolvit tamquam indebitum per rationes, & auctoritates ibidem deductas, & videndas. Aliam deciſionem in hac cauſa circa executionem prædictarum contra Priores, & Officiales Civitatis, vide poſt Oleam *de ceſſ. jur. deciſ.* 24. quæ eſt ſub die 4. Decembris 1651. coram Bichio, nec inter Recentiores in meis reperitur, ſed benè inter impreſſas ejuſdem Bich. *dec.* 484. vide citat. per Altimar. *dict. quæſt.* 30. *nu.* 86. Petr *rit.* 295. *nu.* 95. De Luc. ad De Marin. *cap.* 536. *n.* 8. *& ſeqq.*

Aliam pariter deciſionē in eadem cauſa ſub die Februarii 1660. vide *in recent. part.* 13. *deciſ.* 161. ubi fuit reſolutum in dicta repetitione indebiti ſolum venire tantùm ſortem, non autem damna, & intereſſe, & ita eſſe de natura conditionis indebiti, ut repetatur ſola quantitas indebitè ſoluta.

Fidejubens pro aliquo adminiſtratore, & pro pecuniis, vel aliis rebus ab eo exigendis, vel adminiſtrandis, non intelligitur fidejuſſiſſe pro ipſius adminiſtratoris ſubſtituto, quia promittens pro alio intelligitur ſolùm ſe obligaſſe ad id, quod ille debet ex propria perſona, non autem ex perſona alterius, & quia fidejuſſio debet ſtrictè intelligi etiam in caſu expreſſo, Menoch. *conſ.* 119. *nu.* 50. & Surd. *conſ.* 271. *n.* 64. & alii relati per Rotā *par.* 9. *recen. deciſ.* 204. *n.* 7. *& ſeqq.* ubi tamen intelligit de ſubſtituto à Principe, & non procedere in ſubſtituto ab ipſamet perſona, pro qua fidejuſſit, quia iſte non diſtinguitur à ſubſtituente; concludens ideò fidejuſſores teneri pro pecuniis exactis à filio adminiſtratoris, pro quo acceſſit (revocata alia deciſione prius in contrarium emanata) cùm videatur exegiſſe, qui per alium exegit, ſive alii ad exigendum præpoſuit expreſsè, vel tacitè, quidquid ſecùs eſſet circumſcripto ordine, vel mandato expreſſo, ſive tacito, nam tunc ſicuti non teneretur principalis ipſe, tantò minùs debet fidejuſſor teneri, ſtante verò dicto ordine, ſive tacito mandato, quòd præſumptivè probatur ex ſcientia, & patientia, cohabitatione, veriſimilitudine, deſcriptione in libro patris, non petitione ſummarum exactarum, qualitate perſonarum patris, & filii, & hujuſmodi, ſicuti tenetur principalis adminiſtrator, tenetur etiam fidejuſſor, qui ſimpliciter intercedens ſubit omnem obligationem ſui principalis, & tenetur in omnem caſum venientem ex natura contractus, cui acceſſit, & ceſſante etiam dicto tacito mandato teneretur principalis, & pro eo fidejuſſor, ex capite 84

non

non exactorum culpa, & negligentia illius, ad latè tradita, & sigillatim probata per Rot. *d. decis.* 204. *part.* 9. *recent. per tot.* facit quod dixi *in* §. *Pater num.* 23. & §. *Tutor nu.* 25. Martha *vot. Pis.* 2. *per tot.* Bich. *decis.* 135. *per tot.* & est eadem, de qua supra Luca ad Marin. *cap.* 136. *n.* 8. Altimar. *loc. cit. n.* 83.

Qualiter societate extincta, extinguatur etiam obligatio fidejussoris, etiam si renovata, vel prorogata fuerit societas, vel administratio absque novo consensu ipsius fidejussoris, & alia ad propositum, latè Mastril. *decis.* 135. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 30. *n.* 68. *tom.* 5. Vide Staiban. *obser.* 31. *n.* 28. Gob. *consult.* 63. *n.* 14. & *consult.* 33. *n.* 22.

85 Fidejussor sub aliqua conditione promittens, non potest adstringi, nec obligatur, non probato conditionis implemento, Rot. *part.* 14. *recentior. decis.* 320. *n.* 3. & *seqq.*

86 Fidejussor provisoris, vel alterius Ministri publici, tenetur etiam si Provisor, vel alius Minister, pro quo promisit, remaneat debitor, vel obligatus de pecunia publica alicui privato, veluti si contraxerit debitum cum Camerlingo ex causa privata, sed de pecunia publica, ut quia præter ejus officium exegerit pecunias, quas exigere debebat Camerlingus, & se debitorem Camerlinghi fecerit in libro privato, nam pecunia publica numquam mutat naturam suam, nec commutari potest, & officiales numquam censentur agere ut privati in rebus publicis, ac ideò illorum fidejussores intelliguntur obligati in omnem casum, & causam, quæ ex natura negotii procedit, ut pluribus similibus adductis probant Martha *vot. Pis.* 2. & Alex. Raudens. *decis.* 4. *per tot. in eadem causa*, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 73. *num.* 14. & *seqq.* ubi quod fidejussorum obligatio restringitur ad ea, quæ ratione officii facere tenebatur officialis, & non extenditur ad alia, vel per accidens cum eodem officio conjuncta, etiam si officium, pro quo fuit præstita fidejussio, aliquam errandi præbuerit occasionem, cùm differat delinquere in officio, & delinquere ex causa officii, nisi tamen agatur de his, ad quæ officialis saltem ex consuetudine tenebatur, quia dicitur in culpa si non fecit id, quod erat consuetum, & tenentur fidejussores, vide *sup. n.* 56.

De fidejussore pro officiali electo ad annum, ut non teneatur pro tempore refirmationis, & prorogationis officii, Andreol. *contr.* 45. & *contr.* 213. ubi qualiter fidejussor Officialis, vel administratoris publici liberetur, si Civitas fuerit negligens in exigendo, & revidendo computa, & si semel revisus fuit Officialis absolutus, licèt in nova revisione sit reportatus debitor, de quo etiam Ger. Spin. *cons.* 39. licèt in parte impugnetur ab Andreol. *d. controvers.* 213.

Multa alia de diversis fidejussionibus quomodo intelligantur decisivè, notant Cancer. *var. resol. part.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Thoro *Compend. decis. Neapol part.* 1. 2. & 3. *verb. Fidejussio*, & plura remissivè Castejon. *in alphab. jurid. verb. Fidejussio*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eadem verb. fol.* 582. Latè Em. De Luc. *in Indice generali*, & Altimar. *totics cit. q.* 30. *rubr.* 1. *part.* 3. *in tom.* 5. & *alibi.* Ansald. Emeria Capras. Bertach. Balduc. Mans. Palm. & alii recentiores.

87 Quid sit fidejussor, & fidejussio, an fidejussio sit contractus verus, & qualis, quando fuit inventus, & unde dicatur Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 3. *qu.* 30. *a n. pr. et seqq. tom.* 5.

88 An prohibita alienatione sit prohibita fidejussio Hering. *de fidejuss. cap. pr. n.* 110. 122. *et* 123. Altimar. *supra n.* 28.

89 Votum de non fidejubendo an nullum De Luc. *de testam. disc.* 82. *n.* 2. 4. Altimar. *supra n.* 28. *et* 69.

90 An Cancellarius recipiens malam fidejussionem teneatur de proprio Rovit. & Altimar. *dec.* 83. Amat. *resol.* 89. *n.* 3. De Luc. ad Gratian. *decis.* 69. Idem Altimar. *d. quæst.* 30. *a n.* 213. Vide infra *n.* 129.

91 Fidejussor illius, qui fuit obligatus reddere computa quolibet anno, quomodo teneatur Altimar. *d. quæst.* 30. *n n.* 276.

92 Fidejussor contractus potest exequi, etiam lite pendente contra debitorem principalem Staiban. *resol.* 313. *nu.* 23. *resol.* 31. *num.* 36. Salgad. *Labyr. cred. part. pr. cap.* 23. *a n.* 47. Altimar. *supra n.* 925.

93 Fidejussor Curatoris quando conveniri possit Staiban. *resol.* 176. *n.* 89. Altimar. *supra n.* 326. *et* 327.

94 Fidejussio judicialis per statutum Januæ perimitur elapso quinquenio De Luc. *de Cred. disc.* 91. *nu.* 3. Et de alio statuto mandante renovationem De Luc. *de Cred. ibid. n.* 7. *et* 10.

95 Fidejussio vera hodie non datur cum semper fidejussores obligentur tamquam principales. De Luc. *de Cred. disc.* 98. *n.* 3. *de Dot. in Sum. nu.* 344.

96 Fidejussio per viam expromissionis debiti alieni quomodo præstanda De Luc. *de Cred. disc.* 73. *n.* 4.

97 Fidejussor in uno munere non tenetur pro gestis in diverso munere, vel officio Rot. *dec.* 156. *per tot. p.* 5. *rec.* De Luc. *de Tutor. disc.* 15. *num.* 5. *et* 8. *et seqq.*

98 Fidejussor quando possit sumere pecuniam sub usuris in damnum principalis Loter. *de usur. quæst.* 98. *n.* 11. *et seqq. et quæst.* 75. *nu.* 33. Rot. post Ubald. *dec.* 208. *n.* 8. De Luc. *de Usur. disc.* 34. *nu.* 8. *de Soc. Offic. disc.* 5.

Et quæ interpellatio requiratur ad hoc, ut principalis debitor teneatur fidejussori ad usuras De Luc. *de Usur. disc.* 34. *nu.* 3. *et seqq. de dot. dec.* 123. *num.* 8.

99 Fidejussor citari debet cum diligentiis, quæ fiunt contra debitorem principalem Rot. apud Royas *dec.* 168. *n.* 12. *cum seqq. et dec.* 220. *n.* 8. 9. *et* 13. De Luc. *de Cred. disc.* 96. *n.* 6.

100 Cessionarius Creditoris, an totum possit exigere ab uno ex confidejussoribus De Luc. *de Cred. disc.* 95. *nu.* 5. *et seqq.*

101 Barones, & Magnates famulos, vel alios privatos supponere solent principales, ipsi vero ostendunt se fidejussores De Luc. *de Feud. disc.* 110. *sub num.* 4. *vers. Verum.*

102 Fidejussor obligatus præstare aliquem in fidejussorem, si iste nollet, vel non posset debitor admittitur ad subrogandum alterum Prat. *observ.* 28. *n.* 73. De Luc. *de Cens. disc.* 34. *nu.* 9. *de Cred. disc.* 141. *num.* 10.

103 Fidejussor Solidationi computorum factæ cum principali, quando stare debeat De Luc. *de Cred. disc.* 90. *n.* 10. *et* 11.

104 Hæres fidejussoris non tenetur de evictione Surd. *cons.* 114. *n.* 24. *et seqq.* Gratian. *discept.* 181. *n. fin.* De Luc. *de Empt. disc.* 16. *n.* 2. *et* 4. ubi declaratur.

105 Fidejussor obligasse censetur intuitu bonorum debitoris Merlin. *de pign. quæst.* 72. *in princip.* De Luc. *de Cred. disc.* 145. *n.* 7. Neque debitor potest de illis disponere ad liberandum unum tantum ex eis De Luc. *de Cred. ibid.*

106 Fidejussores plures dari possunt pro eodem debito Franc. *dec.* 55. *n.* 10. & 11. Rot. *dec.* 617. *nu.* 5. *et seqq. p.* 5. *rec.* De Luc. *de Cred. disc.* 106. *nu.* 19. Et quid referat, an dentur unitim, vel sejunctim De Luc. *de Cred. ibid. n.* 20.

107 An fidejussor juvetur moratoria debitori concessa Mason. *de caus. execut. limit.* 6. *n.* 24. *et seqq.* De Luc. *de Cred. disc.* 98. *n.* 2.

108 Fidejussor pro damnis, vel molestiis passis ex propria culpa non agit contra principalem Paris. *cons.* 104. *num. pr. et seqq. lib.* 3. Menoch. *cons.* 212. *ex n.* 12. *et seqq. præsertim num.* 58. De Luc. *de Cred. disc.* 91. *n.* 2. Fallit, ubi se opposuit, & expectavit coactionem. De Luc. *de Cred. ibid. nu.* 5. *et* 6. ubi exceptio consisteret in facto sibi ignoto, secus si in Jure statuario De Luc. *ibid. n.* 4.

109 Fidejussor debiti in quo differat à fidejussore de repræsentando De Luc. *de Cred. disc.* 98. *n.* 4.

110 Fidejussor an dicatur acceptans litteras cambii, vel mandatarius De Luc. *de Cred. disc.* 85. *num.* 2.

111 In casu baratteriæ an fidejussor teneatur, si navis pereat ex permutatione itineris Corn. *cons.* 273. *nu.* 7. *lib. pr.* Fachin. *cons.* 53. *in fin. lib.* 3. De Luc. *de Cred. disc.* 93. *n.* 4. *et* 10.

112 Fidejussor pensionis Ecclesiasticæ an liberetur, ubi pensionarius mutaverit statum, & retineat pensionem ex indulto. De Luc. *de Pens. disc.* 73. *nu.* 13.

113 Cessat obligatio fidejussoris pensionis Ecclesiasticæ per mortem commodatariorum licet reservatarius

super

ſuper vivat De Luc. *de Penſ. ibid. n.* 17.

114 Fidejuſſor penſionis Eccleſiaſticæ titularis ſo tenatur poſt hujus obitum durante vite penſionarii De Luc. *de Penſ. diſc.* 72. *per tot.* Quid ubi titularis noo acceperit poſſeſſionem beneficii De Luc. *ibid. n.* 5. *et diſc.* 32. Quid ubi acceſſerit clauſula *habita vel non habita poſſeſſione* De Luc. *d. diſc.* 72. *ſub n.* 5. *et d. diſc.* 32. *n.* 3. *et* 6. *et ſeqq.*

115 . Fidejuſſor penſionis Eccleſiaſticæ reſignatarii beneficii tenetur ad penſionem reſignanti etiam poſt obitum reſignatarii De Luc. *de Penſ. d. diſc.* 72. *n.* 2.

116 . Fidejuſſor liberatur, per dationem in ſolutum factam per debitorem etiam ſi illa non habuerit effectum facti, ſed tantum juris. Emerix Jun. *deciſ.* 1304. *n.* 11. Declara hoc procedere in vera datione in ſolutum extinctiva prioris debiti Emerix Jun. *d. dec.* 1304. *n.* 12.

117 Fidejuſſor præjudicari non poteſt per Creditorem participem colluſionis factæ per debitorem Emerix Jun. *dec.* 249. *n.* 5.

118 . Fidejuſſor ſolvens creditori, cujus favore fidejuſſit præſumitur ſolvere de propriis pecuniis. Cephal. *conſ.* 198. *n.* 12. *lib.* 2. Rot. cor. Gregor. *dec.* 62. *num.* 9. Emerix Jun. *dec.* 905. *n.* 3. Et præſumitur ſolvere animo ſe relevendi, non obſtante conjunctione Sanguinis. Emerix Jun. *dec.* 938. *n.* 7. Et per ſolutionem juſtificat ſuum creditum ad effectum agendi pro relevatione à moleſtiis. Rot. cor. Seraphin. *dec.* 593. *n.* 2. *et* 3. *et dec.* 935. *nu.* 4. Emerix jun. *deciſ.* 145. *num.* 5.

119 . Fidejuſſor ſolvens de mandato Judicis non tenetur juſtificare ſubſiſtentiam crediti ſoluti Menoch. *conſ.* 244. *nu.* 65. Rot. *dec.* 222. *num.* 9. *part.* 6. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 938. *n.* 8.

120 Fidejuſſor ad quem pretium, ſeu rata pretii pervenit, efficitur principalis debitor Rot. cor. Merlin. *dec.* 634. *n.* 5. *et dec.* 324. *nn.* 2. *p.* 13. *rec.* Caprar. *dec.* 54. *n.* 10. *p.* 2.

121 . Fidejuſſor tutoris conveniri poteſt ad id, ad quod conveniri poteſt tutor. Text. in *l. ſi ſine* 24. *ff. de administr. et pericul. tutor.* Caprar. *dec.* 622. *n.* 5. *p.* 2.

122 . Fidejuſſio de demoliendo fabricam conſtruendam quando ſit practicanda. Cistlin. *controu.* 30. *nu.* 16. *et* 17. Bertachin. *Vot.* 10. *n.* 3.

123 Relevatio eſt facienda fidejuſſori, quamvis de facto ſolverit, nec eſt conſiderandum, quid de jure eſſet ſolvendum, quando fuerunt intimatæ moleſtiæ. Rot. cor. Dunozet. jun. *dec.* 795. *n. pr.* & cor. Bich. *dec.* 266. *n.* 5. Bertachin. *Vot.* 79. *n. pr.*

124 . Fidejuſſor liberatur mutatis perſonis, & quando Menoch. *conſ.* 119. *n.* 6. *et ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 3. *ſub n.* 26. *verſ. ultimo* Bertachin. *vot.* 99. *n.* 9. *et* 10.

125 Sententia lata contra Debitorem principalem poteſt abſque novis actis, & proceſſu exequi contra fidejuſſorem Judicii. Surd. *dec.* 337. *nn.* 25. *et conſ.* 271. *n. pr.* De Franch. *dec.* 400. *n. pr.* Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 168. *n. pr. p. pr.* Rot. *dec.* 3. *n.* 4. *tom.* 2. *p.* 4. *rec.*

Hoc non procedit in fidejuſſore contractus, contra quem opus eſt citatione, proceſſu, & Judicio ordinario, ita ut nec illi præjudicet quoad probationem Rot. *dec.* 3. *n. pr. tom.* 2. *p.* 4. *rec.* Duran. *dec.* 424. *a n.* 3. *et dec.* 383. *a n.* 6. Creſcin. ad Abeccleſ. *ubi ſupr. n.* 2.

Fidejuſſori contractus etiam nocet, quando ſcivit cauſam agi, & non ſe oppoſuit. Gait. *de Credit. tit.* 3. *n.* 553. Altimar. *de Nullit. rub.* 12. *quæſt.* 22. *n.* 45. *tom.* 2. Creſcin. ad Abeccleſ. *ibid. n.* 3.

. Sententia lata contra fidejuſſorem nocet principali, et contra eum exequitur abſque novo proceſſu, etiam ſi principalis non fuerit citatus Gait. *de Credit. cap.* 3. *nn.* 567. Altimar. *de Nullit. rubr.* 4. *qu.* 24. *n.* 20. *tom.* 1. Creſcin. ad Abeccleſ. *loc. cit. n.* 4.

Sententia lata contra fidejuſſorem, ſi ei culpa poteſt imputari, non nocebit principali. Altimar. *de nullit. d. rubr.* 4. *quæſt.* 24. *n.* 20. *tom.* 1. Creſcin. ad Abeccleſ. *loc. cit. n.* 5.

126 Dantur etiam fidejuſſores de ſtando juri. Altim. *de Nullit. rubr. pr. p.* 3. *quæſt.* 30. *a nn.* 967. *tom.* 5. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſeru.* 42. *n.* 11. *p. pr. pag.* 44. Fidejuſſor dicitur creditor conditionalis Alea. *conſ.* 199. *n.* 3. *lib.* 7. Rot. *dec.* 462. *n.* 6. *et* 7. poſt Cenc. *de Cenſib.* Anſald. *dec.* 63. *n.* 9.

. Fidejuſſor negligens adimplere promiſſa nequit agere pro indemnitate Rot. *dec.* 109. *n.* 11. *p.* 13. *rec.* Surd. *deciſ.* 94. *nu.* 6. *et* 7. Balducc. *de dote tit.* 4. *dec.* 22. *n.* 39. 127

Intellige tamen concurrente interpellatione, etiam in pacto de ſolvendo ad omne beneplacitum, & in cauſa dotis. Rot. poſt Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 31. *n.* 8. Balducc. *d. tit.* 4. *de dote d. dec.* 22. *num.* 40. *et* 41. 128

. Fidejuſſio dicitur idonea quoties recepta per Notarium habentem officium proprium, qui pro fidejuſſore remanet obligatus Rot. *dec.* 443. *n. pr. p.* 4. *tom.* 2. *rec.* Mantiſſa ad de Luc. *dec.* 30. *lib.* 4. *num.* 11. *vol.* 1. Vide ſupra *n.* 90. 129

. Quando principalis eſt ſolvendo, non attenditur exceptio ſuper non idoneitate cautionis Ruin. *conſ.* 49. *n.* 8. *vol.* 5. de Franch. *dec.* 480. *nu.* 2. Mantiſs. ad de Luc. *ibid. n.* 12. 130

Fidejuſſoria obligatio excludit animum donandi Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur. pr. caſ.* 38. *num.* 42. Maſcard. *de probat. concluſ.* 571. *n.* 12. Mantiſs. ad de Luc. *dec.* 17. *lib.* 6. *n.* 18. *vel. pr.* 131

Fidejuſſio à teſtatore volita nequit idonea præſtari, niſi citato executore, vel hærede. Mantiſs. ad de Luc. *dec.* 38. *lib.* 10. *n.* 2. *vol.* 2. 132

. Fidejuſſor, qui ſe obligavit pro toto contractu non diſtinguitur à principali debitore Alea. *conſ.* 36. *lib.* 2. *n.* 5. Mantiſs. ad de Luc. *dec.* 15. *n.* 6. *lib.* 8. *vol.* 3. Declara ut per Ber. *conſ.* 193. *n.* 45. *lib. pr.* Mantiſs. ad de Luc. *d. deciſ.* 15. *n.* 7. *lib.* 8. *vol.* 3. 133

Fidejuſſor, qui ſe obligavit ad ſolutionem fructuum cenſus, non tenetur ad damna, & intereſſe ob evictionem fundi cenſiti. Navar. *in tract. de uſur. quæſt.* 28. *n.* 118. Mantiſs. ad de Luc. *ibid. n.* 8. 134

. Eo magis ſi ſolutio fructuum promiſſa fuerit in caſu non traditionis cedulæ bancariæ Textus in *l. pr. §. hæc actio ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe jur. fuer.* Mantiſs. ad de Luc. *loc. cit. n.* 9.

Non obſtante morte fidejuſſoris durat obligatio in illius hæredibus ex cauſa, ſive facto, pro quo fidejuſſor moriens ſeipſum obſtrinxerat Mantiſſ. ad de Luc. *diſc.* 30. *n.* 10. *lib.* 8. *vol.* 3. 135

Fidejuſſoris obligatio eo invito non renovatur ex novo contractu inito inter creditorem, & debitorem Arias de Meſa *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. Mantiſſ. ad de Luc. *dec.* 47. *n.* 5. *lib.* 8. *vol.* 3. 136

Fidejuſſor non liberatur in primo contractu quo ad capitale per novum contractum initum inter creditorem, & debitorem, ſed tantumodo liberatur à fructibus ex novo contractu provenientibus. Mantiſſ. ad de Luc. *ubi ſup. n.* 7. 137

Fidejuſſor non remanet liberatus ex extinctione debiti cum pecuniis alterius ſecuta, prævia jurium ceſſione, & alterius debiti contractione per debitorem principalem emiſſa Rot. cor. Ubald. *dec.* 99 *& dec.* 142. *per tot.* Mantiſſ. ad de Luc. *dec.* 48. *n.* 2. *lib.* 8. *vol.* 3. 138

Declara ut hæc concluſio vera ſit, vel ubi in hoc ſecundo contractu ipſius fidejuſſoris accedat conſenſus, vel quando ſecundus contractus eſt ejuſdem naturæ, ſecus, ſi vel conſenſus deficiat, aut ſecundus compatibilis non ſit cum primo Cyriac. *controv.* 101. *n.* 28. *&* 35. Mantiſſ. ad de Luc. *d. dec.* 48. *n.* 6. 3. *&* 15. *lib.* 8. *vol.* 3.

Fidejuſſor tenetur ad omnia damna pro quibus tenetur debitor principalis Rot. cor. Ludoviſ. *dec.* 554. *n.* 4. Maur. *de fidejuſſ p.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. Mantiſſ. ad de Luc. *dec.* 34. *n.* 60. *lib.* 25. *vol.* 4. 139

Fidejuſſor novi operis debet dari ante petitionem Staiban. *obſeru.* 173. *nu.* 6. *&* 7. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 30. *n.* 329. *tom.* 5. 140

Fidejuſſio quando non ſufficiat Staiban. *obſer.* 184. *n.* 6. *&* 7. Altimar. *ſupra n.* 330. 141

. Fidejuſſio facta pro ignorante, & invito an valeat Altimar. *loc. cit. nn.* 538. ubi etiam *a n.* 542. an fidejuſſio, præcedente proteſtatione, valeat, *& a num.* 573. an fidejuſſio ſine ſtipulatione teneat. 142

§. FILIATIO, FILIA, & FILIUS. XIV.

Filiatio probatur ex eo, quòd quis sit natus ex uxore illius viri, non tantùm quoad quasi possessionem, sed etiam quoad ipsam proprietatem, etiam si appareat talem mulierem tunc temporis cum adultero consuetudinem habuisse, vel etiam si habitaret extra domum mariti, ac etiam si ipsa mulier assereret etiam in articulo mortis, filium ex proprio viro non esse genitum, cùm illius assertio nullum præjudicium filio adferre possit, de quo vide *in §. Fama num. 4. versus finem*, item etiam si diù fuerit sterilis cum viro; nisi tamdiù vir fuerit absens, vel aliter impeditus, ut impossibile reddatur filium fuisse ab eo generatum, vel nisi plures aliæ urgerent conjecturæ, ut assertio parentum, tractatus, & fama victaiæ, spurium aliquem esse, latè Menoch. *de arbitr. cas. 89. n. 59. & seqq. ad 69.* ubi etiam multa curiosa, & scitu digna de partibus septimestribus, octimestribus, novimestribus, decimestribus, & aliis, an quousque mulier possit concipere, & senex generare, *& de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53.* Duen. *regul. 344. verb. Filius*, Marant. in *l. is potest num. 330. & seqq. ff. de acquir. hæred.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 267. cap. 562. per tot. cap. 567. num. 27. cap. 653. n. 50. & cap. 754. num. 17. & seqq.* plenè Mascard. *de probat. volum. 2. conclus. 788. cum pluribus seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 2. libr. 10. tit. 18. num. 24. & fol. 371.* Ger. Spin. *cons. 64. per tot.* Sperel. *decis. 173. 174. & 175. per tot.* Rot. *part. 12. recent. decis. 8. per tot. & decis. 134.* in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, *& d. part. 12. decis. 447. per tot.* ubi plura de hac materia, *& part. 13. decis. 151. & 312.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib. 1. tit. 1. quæst. 9. num. 34. & seqq. & cons. 75. per tot. tom. 2.* Rot. *in impress. post eum d. tom. 2. decis. 28. 63. 99. & 100. per tot.* plenè Merlin. *decis. 488. per tot.* ubi quando præsumatur potius adulteri, quàm mariti, *& decis. 658. per tot. decis. 716. per tot. decis. 797.* Bich. *decis. 633. per tot.* dixi in *Pract. §. Figliuoli n. 12. 13. 28. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 119. volum. 1.* ubi etiam coram quo judice causa filiationis sit cognoscenda, & concludit quòd si agatur de validitate, vel invaliditate matrimonii coram judice Ecclesiastico, si verò simpliciter an aliquia sit natua ex tali matrimonio, coram judice sæculari, latè Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. num. 40. tom. 8.*

An sit credendum mulieri asserenti se ab aliquo prægnantem redditam, latè idem Christin. *ad leg. municip. tit. 18. art. 4. & seqq.* Rot. ubi supra, Francisc. de Angelis *de confess. lib. 3. quæst. 5. et 6.* Fatinacc. *in Prax. Crim. part. 2. tom. 2. quæst. 147. §. probatio nu. 235. et seqq.* Altimar. *loc. cit. vers. creditur mulieri.*

Quòd dicta præsumptio legalis reddat etiam tutum, & procedat in foro conscientiæ, latè Sperel. *decis. 575. per tot.* Francisc. de Angelis *d. quæst. 5.* vide in §. *Fama n. 4. in fine, vers. Quod si, &c.* Laym. *in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 3. cap. 14. num. 1.*

De filio autem adulterino, cujus esse præsumatur, latè Sard. *decis. 83. per tot.* quem refert, & sequitur Rot. *in Romana prætensæ filiationis 22. Junii 1657.* coram Verospio penes Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom. 2. decis. 100. & part. 12. recent. decis. 163. per tot.* ubi quòd stante comercio cum pluribus habito, vel cum juvene, & sene, potiùs præsumitur juvenis, vel habetur pro vulgo concepto, nec patrem agnoscit, *& p. 13. dec. 448.* in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, præsumi potiùs ex juvene, quàm ex sene genitum.

Quòd probetur filiatio ex annotatione facta in libro patris, & ex libro baptismi juncto aliquo adminiculo, Cavaler. *decis. 128. num. 1.* & vide in § *Baptismus num. 1.* Merlin. *dec. 244. num. 1. & decis. 488. num. 5.* & Rot. *part. 10. recent. decis. 229. per tot.* ubi plura, & est repetita ibidem *decis. 234. & part. 15. decis. 444. num. 7. & part. 17. decis. 14. num. 10. & part. 18. decis. 370.* ubi qualiter probetur ex libro matrimoniorum, baptismi, & declaratione patris ad effectum succedendi. Aquil. ad Roxas *de Incompatibil. p. 2. c. 4. num. 34.* Altimar. *dict. n. 40. vers. probatur filiatio ex notatione* Phæb. *decis. 76.* Noguerol. *alleg. 25. n. 255.*

Qualiter probetur filiatio per sententiam latam inter patrem, & filium in causa filiationis, etiam quoad alios, Mascard. *de prob. vol. 2. concl. 794. per tot.*

Plura de filiatione probanda, & qualiter, Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 786. & seqq.* Pac. Jordan. *vol. 3. lib. 14. tit. 17. num. 321. & seqq. fol. 287.* ubi duodecim conjecturas filiationis, & alia ad rem adducit, Merlin. *decis. 797. per tot.* & alibi in locis supracitatis, Rot. *part. 13. recent. decis. 152. et decis. 475. per tot.* ubi maximè in antiquis, & tam respectu patris, quàm matris, *et part. 17. decis. 43. per tot.* ubi ad effectum consequendi alimenta à patre, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. q. 7.* ubi plenè an, & quando, & ad quos effectus probetur filiatio tam legitima, quam naturalis ex confessione, & tractatu parentum, aliisvè conjecturis Altimar. *loc. cit.* Sonsa *decis. 18.* Censal. ad Peregrin. *de fideicomm. art. 43.* Rox. & Aquil. *de Incomp. part. 2. cap. 4.*

Quotuplex sit filiatio, qualiter articulanda, & probanda, ex quibus probetur, vel præsumatur legitima, quid in dubio judicandum, & alia de hac materia, latè Tusch. *litt. F. concl. 342. per tot.* ubi etiam *concl. 350.* an, & quando cognitio filiationis spectet ad forum Ecclesiasticum, vel ad Sæculare. De quibus, & de sequentibus Altimar. *de nullit. rubr. 2. et 3 cit. quæst. 1. num. 40. tom. 8.*

Filiatio probatur ex tractatu, & educatione quoad quasi possessionem, etiam in petitorio, & patre vita functo, ac etiam ex unico actu, & licet postea respueretur filius, nisi sic rejectus acquiescat, & ab alio pro filio tractari patiatur. Probatur etiam ex nominatione pluribus concurrentibus, ac ex fama, unde inolevit praxis articulandi hoc modo scilicet.

Primò illum esse natum ex viro, & uxore simul commorantibus.

Secundò sic à patre habitum, & tractatum fuisse:

Tertiò sic ab eo pluries nominatum, & appellatum.

Quartò ita ab omnibus communis fama, & voce habitum, & creditum; licèt non hæc omnia sit necesse probare, sed alterum sufficiat, ut per Menoch. *de arbitr. d. cas. 89. num. 69. et seqq. per tot.* cum aliis supracitatis Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 789. per tot.* ubi de conjectura ex tractatu *conclus. 790.* ubi ex nominatione *conclus. 791.* ubi ex educatione, & alimentorum præstatione, *conclus. 796.* ubi an plures conjecturæ possint jungi, *et conclus. 797.* ubi de modo articulandi, Rot. *in Romana bonorum 17. Maii 1621.* coram Buratto penes Zacch. *Quæst. Medic. legal. tom. 2. decis. 46. num. 20. & seqq.* & plenè *in Romana filiationis 1. Julii 1639.* coram Carillo, penes Zacch. *loc. cit. dec. 81. per tot.* ubi pro, & contra, &c. Merlin. *decis. 658. per tot.* ubi qualiter probetur ex constanti nominatione, tractatu, fama, reputatione, similitudine, & hujusmodi, idem Merlin. *decis. 716. & 797. per tot.* Rot. *part. 9. recent. decis. 68. per tot. et part. 12. decis. 8. per tot. et decis. 134. per tot. par. 13. decis. 151. 312. et 318.* ubi quando præsumatur adulteri potius, quàm mariti, *& part. 17. decis. 43.* ubi quòd quando mulier rupta, tempore conceptionis solita erat plures admittere viros, filius præsumatur potius ex marito, quàm ex adultero susceptus, vel tamquam vulgò conceptus non potest quemquam patrem assumere, & licet possit in contrarium, etiam per conjecturas urgentiores probari, tamen his casibus filiationem allegans tenetur probare de tempore suæ conceptionis rigorosam matris custodiam, ut cuique alteri, & præcipuè viro ad eam omninò præcluderetur accessus, vide latè Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 7.* ubi plura de hac materia, & Rot. *part. 18. decis. 151. per tot.* ubi fuit confirmata præcedens decisio Vide Altimar. *dict. n. 40.* Aquil. ad Rox. *de incompatibil. part. 2. cap. 4. à n. 14.* Tap. *decis. S. C. 37.* Theodor. *alleg. 16. à n. 13.* Paschal. & Prat. *de Patr. Potest. fol. 401.* Hodiern. ad Surd. *decis. 145.*

Quòd sola nominatio facta etiam in epistola per verba clara, & expressiva, sufficiat ad probandam quasi possessionem filiationis, quæ transferat onus probandi contrarium in nominantem, latè Genu. *de script. privat. lib. 3. quæst. 33. num. 38. & seqq. per tot. fol. 148.* ubi reprobat Mascard. & alios vide in *§. Consanguineus num.* Altimar. *dict. n. 40. vers. quod sola.*

Quòd

Quòd filiatio probatur ex nominatione, juncto actu proportionabili institutionis, Mascard. de probat. vol. 2. concl. 739. per tot. Menoch. lib. 6. præsumpt. 53. nu. 39. Rot. par. 1. recent. decis. 347. nu. 2. & decis. 472. num. 8 Ludovis. cum Beltramin. decis. 349. num. 5. & 8. ubi quòd procedit etiam respectu extraneorum. Hodiern. ad Surd. dec. 145. Pen. & Crescin. dec. 275.

Ex quibus conjecturis præsumatur filiatio, & ex quibus itidem excludatur egregiè Rot. part. 14. recent. decis. 535. per tot. quæ est votum decisivum Illustrissimi Domini Marcelli Severoli, totis numeris absolutum, & undequaque perfectum, & latè Francis. de Angelis dict. quæst. 7. per tot. Rot. part. 19. recent. decis. 42. per tot. ac alibi sæpè, & præcipuè decis. 100. per tot. dict. part. 19. & decis. 160. per tot. Altimar. dict. n. 40. per tot.

Quòd in antiquis probatur filiatio, & descendentia ex verbis enunciativis plurium instrumentorum, etiam contra tertium, & licet talia verba fuissent incidenter, & propter aliud emissa, & inter alias personas, Altograd. cons. 7. num. 1. & seqq. lib. 2. Cavaler. decis. 61. per tot. Rot. part. 13. recent. decis. 132. num. 2. & seqq. ubi etiam ex fidibus baptismatum, & in materia jurispatronatus, maximè si non concurrant alii proximiores prætendentes, quo casu non tàm rigorosa probatio exigitur, & dict. par. 13. decis. 318. nu. 10. &c. ubi quòd in antiquis probatur per testes de auditu, & fama etiam si non dicant à quibus audiverint, ac etiam si agatur de filiatione ex adulterio, & de hac materia ne deseras videre dictum votum decisivum D. Severoli, in quo examinantur conjecturæ filiationem inducentes, atque contrariæ illam excludentes, quæ prævaluerunt in casu suo, quod maximè procedit, si instrumentum sit antiquum Peregr. de Fideicom. art. 43. à nu. 83. ubi Censal.

Quòd asserens se filium alicujus non præjudicet tertio, & nisi plenè probaverit qualitatem filiationis, succumbat in judicio, cum talis assertio proferrenti tantùm, & non aliis præjudicet, Mascard. de probat. conclus. 786. num. 1. Genu. de verb. enunciat. lib. 3. quæst. ult. num. 8. fol. 74. Pen. & Crescin. decis. 275. Altimar. dict. n. 40. vers. quod in antiquis.

An filiatio possit probari per verba enunciativa, & nominationem, latè Genua de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 33. per tot. ubi etiam de fraternitate, societate, & similibus, Cavaler. decis. 376. num. 5. Merlin. decis. 716. num. 7. &c. ubi quòd ex tractato, & nominatione probatur tantùm in præjudicium tractantis, nominantis, non autem in præjudicium tertii ad fideicommissum vocati, Rot. part. 12. recent. decis. 8. per tot. & istius decis. 134. per tot. Rot. rec. part. 19. tom. 2. decis. 465. num. 19. Escob. de purit. prob. p. 1. q. 15. §. 3. n. 28. Altimar. loc. cit. n. 40. vers. quod filiatio satis probetur.

Quod filiatio satis probetur per institutionem factam de filio, tamquam filio in testamento paterno, quia etiam tractatio filialis probat filiationem, Tom. Trivis. dec. 602. litt. . Altimar. loc. cit. vers. vel instituendo hæredem suum, & vers. quod filiatio satis.

3 Filius natus in domo ex legitima uxore, & intra debita tempora præsumitur esse mariti, stante conjugum cohabitatione, etiam si mulier soleret aliis commisceri, non attento quòd parentes negarent illum esse suum, vel eis non assimilaretur, sed adultero, nec quòd mulier cum marito aliquo tempore fuerit sterilis, potest succedere, & successionem retinere, licet post completam præscriptionem superveniret mala fides; nisi quoad dicta de temporali sterilitate probetur maritum tempore conceptionis fuisse impotentem, infirmum, vel absentem, latè Duen. reg. 344. verb. Filius Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 55. nu. 2. & seqq. Mascard. de probat. volum. 2. concl. 798. & 799. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 653. num. 50. Trevis. decis. 12. lib. 2. Rot. part. 12. recent. decis. 8. & decis. 134. per tot. ubi etiam si sit natus in domo adulteri, cùm conceptio sit attendenda, Sperel. decis. 173. 174. & 175. per tot. ubi quòd prædicta procedunt etiam in foro conscientiæ, vide in §. Adulterium num. 10. §. Alimenta num. 13. Merlin. 716. per tot. Ricc. Collect. 2669. Gab. Vasquez. opusc. moral. de testam. cap. 5. §. 1. fol. 266. ubi ad quid teneatur mater, & filius in conscientia, Peregrin. decis. 9. per tot. Rot. part. 10. recent. decis. 8. nu. 8. & seqq. per tot. ubi ex quibus conjecturis præsumatur potius filius adulteri, quam mariti, & part. 12. decis. 347. per tot. ubi quando potius præsumatur mariti, & excludatur à successione adulteri, & part. 13. decis. 59. num. 2. & seqq. decis. 313. & decis. 318. per tot. part. 14. decis. 326. & part. 16. decis. 34. num 13. & seqq. ubi quòd dicta præsumptio procedit quando est favorabilis filio, secùs si contra, & stante cohabitatione mariti de tempore conceptionis, aliàs secùs. Altimar. de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. nu. 40. vers. filius natus in domo tom. 8. Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. art. 22. Andreol. controvers. 300. à n. 52.

Imò etiam natus ex uxore, quæ à marito expulsa sine judicio Ecclesiæ ivit ad lupanar, & ibi peperit processu temporis, judicatur legitimus, cum possibile sit natum esse ex matrimonio, eo quia maritus quoque poterat ivire ad lupanar, & ibi illam carnaliter cognoscere, & prægnantem reddere, quamdiù autem possibile est partum esse conceptum ex matrimonio, ex eo natus, & legitimus præsumitur nisi contrarium probetur, Rot. part. 2. divers. 135. num. 7. et 8. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 25. ubi tamen videtur requirere, quod maritus fuerit solitus ad illam sic extra domum manentem accedere, quod & ego necessarium puto, imò cohabitationem conjugum, ad tradita per Rota part. 10. recent. decis. 8. nu. 15. et part. 11. decis. 310. num. 17. ubi quod debet probari cohabitatio, vel saltem accessus mariti, et part. 13. decis. 8. et 134. per tot. ubi plura de hac materia, et part. 13. decis. 318. videndus latè Sperel. decis. 174. per tot. ubi num. 15. videtur secùs tamen quando separatio esset legitimè facta judicio Ecclesiæ, quod probat esse Merlin. decis. 488. num. 28. ubi plures conjecturas adducit, ex quibus filius probatur esse potius adulteri, quam mariti, et decis. 716. ubi probat potius præsumi ex marito etiam facta separatione thori inter conjuges, et decis. 797. per tot. Ricc. collect. 2669. Rot. part. 11. recent. decis. 8. et decis. 310. per tot. part. 15. decis. 376. et part. . . . decis. 367. nu. 39. etc. Altimar. loc. supra cit. vers. imo etiam natus.

Itē dicta præsumptio habet locū etiā in filio ex concubina domi retenta nato, sed cū hac differentia, quòd natus ex legitima uxore semper præsumitur mariti, etiā si uxor sit adultera, & hoc favore matrimonii, nisi probetur impotentia, infirmitas, vel absentia viri de tēpore præciso conceptionis, & sic favore matrimonii sufficit quæcumque possibilitas juxta prædicta, natus verò ex concubina, in qua cessat dictus favor, & honor matrimonii, ad hoc ut præsumatur concubinarii debet concludenter probari, quòd nullus alius ad illam haberet accessum, quia si alii homines potuerint rem habere cum concubina, & stante facili ad eam accessu, cessat ista præsumptio filiationis etiam si postea sit sequutum matrimonium, ita ut legitimatio per subsequens matrimonium non operetur, nisi concludenter constet de filiatione, quam ipsa legitimatio præsupponit per necessarium antecedens, nec sufficiunt aliæ conjecturæ, nominationis, tractatus, similitudinis, & hujusmodi quando agitur de succedendo, & sic de decisoriis, & de præjudicio tertii, quidquid sufficere possint in præparatoriis judicii, & sic in simplici quasi possessorio, & in præjudicium solius nominantis, & tractantis ac habentium causam ab illo, ut latè pluribus decisionibus concordantibus adductis, probat Rota in Romana fideicommissi de Arroniis 13. Junii 1642. coram Bichio quæ est in part 9. recent. decis. 105. & part. 12. decis. 347. nu. 44. & in alia causa, & part. 13. decis. 388. part. 14. decis. 248. ubi quando filius præsumatur adulteri, & non mariti, & in Farfen. bonorum 23. Januarii 1627. coram Corrado, penes Zacch. quæst. medic. legal. tom. 2. decis. 82. & 90. per tot. Rot. in Romana hæreditatis de Gratianis 7. Februarii 1644. part. 9. recent. decis. 68. per tot. coram Rojas, ubi plura pro filiatione ex concubina ad effectum succedendi stante legitimatione per subsequutum matrimonium, & part. 9. recent. decis. 317. numer. 12. & seqq. per tot. ubi pro exclusione, & rursus Rot. in dict. Romana de Gratianis part. 10. recent. decis. 309. ubi fuit con-

firmata prima decisio, facit latè Sperel. decis. 174. & 175. per tot. ubi etiam an præsumptio juris reddat tutum in conscientia, vide infra nu. 14. vers. Quod imò, Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 18. art. 4. & seqq. Merlin. decis. 684. ubi quando filius dicatur illegitimus, & ex quibus conjecturis illegitimitas probetur, Rota part. 12. recentior. decis. 51. n. 38. per tot. & part. 15. decis. 125. ubi n. 73. & seqq. declarat supradictam conclusionem procedere quando ageretur de filio nato ex fœmina vili, in qua posset cadere suspicio accessus aliorum, quæ æquivocam filiationem sine dicta probatione reddit; secùs autem si ex muliere nobili, quæ in schemate concubinæ, vel sub alia particulari custodia haberi non poterat, sed tantum ex furtivis amplexibus, ex qua circumstantia, cum excludatur dubium, quòd aliis se prostituerit, remanet justificata filiatio, etiam ad effectum succedendi, ex aliis legitimis conjecturis, de quibus in decisione absque dicta coarctata probatione, & fuit confirmata in eadem causa, decis. 246. d. part. 15. & part. 17. decis. 154. n. 3. & part. 19. decis. 160. Altimar. ubi supra n. 40. vers. item dicta præsumptio.

Si quis tamen ducat concubinam suam in uxorem filius in dubio præsumitur natus post matrimonium, & legitimus, Sper. l. d. dec. 175. n. 34. Gomez. l. 3. Tauri in fine. Altimar. supra vers. si quis tamen.

An autem, & quando filius præsumatur legitimus, vel naturalis, vel spurius, Menoch. lib. 6. præsump. 54. per tot. facit Rot. part. 16. recent. decis. 367. per tot. Sanchez. lib. 4. Consil. cap. 3. dub. 6.

Qualiter, & ex quibus conjecturis probetur filiatio ex concubina domi retenta, ita ut legitimatus ex privilegio Dominorum de Campegiis dicatur habere utramque qualitatem legitimi, & naturalis, & admittatur ad fideicommissum relictum legitimis, & naturalibus, ac etiam de legitimo matrimonio natis, ubi etiam ista qualitas fuit in legitimatione expressa, Rot. part. 13. recent. decis. 379. per tot. quæ est in Bononien. fideicommiss. de Cæsariis 16. Januarii 1662. & part. 16. decis. 11. in Bononien. fideicom. de Nascentoriis 16. Januarii 1669. vide in §. Legitimatio n. 19. & Rot. d. part. 13. decis. 388. ubi ad exclusionem filiationis ex concubina, par. 14. decis. 436 ubi pro filiatione & legitimatione per subsequtum matrimonium, & part. 15. dec. 125. ubi pro filiatione ex conjecturis ad effectum succedendi in fideicommisso, etiam non probata custodia mulieris, stante illius nobilitate, quæ excludit accessum aliorum, & supra, & latè in eadem causa d. part. 15. decis. 246. ubi fuit confirmata prima decisio, & omnibus objectis plenè satisfactum, & part. 17. decis. 154.

Item supradicta præsumptio favore matrimonii procedit etiam si maritus esset annorum 87. & ultra, dummodò aliàs uxor non sit suspecta de adulterio, cum generatio non sit impossibilis in sene, etiam septuagenario, octuagenario, vel etiam centenario, & supra, eò quia senex retineat suam virtutem generandi quousq; homo vivit, si habeat beneficium erectionis membri, ejaculationis, sed hoc opus, hic labor, & veritas est, quod terminus generationis in hominibus à lege approbatus est sexaginta, sexagintaquinque, & ad summum in robustioribus, septuaginta annorum, Rot. in Romana Primogenituræ 7. Maii 1657. n. 21. & in Romana filiationis 22. Junii 1557. coram Verospio, penes Zacch. Quæst. medic. Legal. tom. 1. decis. 99. & 100. & ipse Zacch. dict. quæst. tom. 1. lib. 1. tit. 1. quæst. 9. n. 59. & seqq. & cons. 75. per tot. tom. 2. Surd. decis. 83. Altimar. ubi supra vers. item supradicta præsumptio.

De præsumptione filiationis ex eo quòd quis sit natus domi ex uxore constante matrimonio, Marant. in l. is potest nu. 330. et seqq. ff. de acquir. hæred. ubi ampliat, & limitat Grat. discept. 653. n. 70. & 754. n. 17. Rot. par. 13. recent. decis. 312. n. 16. & seqq. Martha vot. Pis. 28. ubi quod ideò potest ad sacros ordines promoveri. Altimar. loc. cit. vers. quod præsumatur filius.

De quasi possessione filiationis, idem Gratian. disceptat. 267. n. 17. & cap. 502. n. 74. &c.

Qualiter probatur filiatio tàm legitima, quàm illegitima, latè Gratian. discept. 562. per tot. Sperel. decis. 173. et 174. per tot. ubi adducunt multas conjecturas, cum aliis citatis supra num. 1. & Rot. part. 9. recent. decis. 68. per tot. et part. 10. decis. 8. et decis. 229. et 234. quæ est eadem repetita, et part. 12. decis. 347. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 7. per tot. Altimar. de nullit. rubr. 2. et 3. quæst. 1. n. 40. tom. 8.

De similitudinis conjectura quid, & quantum operetur, idem Gratian. cap. 567. n. 27. et seqq. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 89. n. 97. et seqq. Merlin. decis. 618. nu. 10. Mascard. de probat. volum. 2. concl. 792. per tot. Rot. in Romana filiationis 1. Julii 1639. coram Carille n. 14. penes Zacch. q. medic. legal. tom. 2. decis. 81. Sperel. dec. 174. n. 39. et seqq. dixi in Pract. §. Figliuoli n. 12. ubi aliàs decisiones, & auctoritates allegavi, & quòd per se sola parum operatur, Rot. part. 6. recent. decis. 314. n. 10. et part. 10. decis. 309. n. 5. Rustic. ad l cum avus, ff. de condit. et demonstr. lib. 4. cap. 9. n. 9. & Francisc. de Angelis d. quæst. 7. sub nu. 96. ubi quando judicio suo procedat ista conjectura, vide Rot. rec. part. 19. tom. 2. dec. 544. à num. 7. Verd. de Fæt. append. 21. §. 2. 3. Rot. post Bonden. decis. 72. n. 4. 5. Lott. de re benefic. libr. 2. quæst. 48. à nu. 68. Altimar. supra nu. 40. vers. præsumitur filius et vers. seqq.

Similem patri virtute, & moribus præsumi filium, Menoch. lib. 6. præsumpt 58. ubi etiam multa in contrarium.

Quid in vitiis, latè idem Menoch. lib. 5. præsump. 33.

Quòd ad effectum succedendi in fideicommissis debeat probari non tantùm filiatio, sed etiam legitimitas, & non tantum de tempore nativitatis, sed etiam de tempore conceptionis, quando sic appareat fuisse de mente testatoris, plenè Rot. in Romana fideicommissi de Arronis 23. Junii 1642. coram Bicchio, penes Zacch. quæst. medic. legal. tom. 2. decis. 82. per tot. Rot. part. 10. recent. decis. 214. per tot. ubi quòd in judiciis decisoriis, & in præjudicium tertii debet plenè utrumque probari, nec ex subsequenti matrimonio nullo (ut quia unus conjugum non erat solutus) inducitur legitimitas, cum ad istum effectum requiratur quod duobus temporibus poterit validè matrimonium contrahi, nempè conceptionis, sivè partus, & contracti matrimonii, aliàs non legitimantur filii, vide infr. nu. 14. & in §. Legitimatio nu. 3. Rot. part. 12. rec. decis. 248. per tot. & plenè part. 14. decis. 535. quæ est votum decisivum Illustrissimi D. Marcelli Severuli, in quo habentur præsumptiones filiationis, & illam excludentes, Rot. part. 18. recent. tom. 1. decis. 31. per tot. ubi ad exclusionem filiationis prætensæ ex enunciativis, & petitæ immissionis. Aquil. ad Roxas de Incompatibilit. part. 2. cap. 4. n. 28. Altimar. dict. nu. 40. vers. ad effectum succedendi in fideicommissis.

Qualiter sit probanda legitimitas ad effectum succedendi, Gratian. decis. 89. per tot. & vide in §. Matrimonium n. 3. Mascard. de probat. conclus. 798. 799. 800. per tot. Rot. part. 18. recent. decis. 370. per tot. Scop. & De Luc. ad Gratian. loc. cit.

Ad legitimitatem probandam non esse necessarium probare certum tempus matrimonii contracti, Martha vot. Pis. 230. per tot. Altimar. dict. n. 40. vers. ad legitimationem probandam.

Quòd etiam sit probanda filiatio, quæ præsumitur causa finalis institutionis, etiam si testator dixerit, quod instituebat, sive esset, sive non esset filius, cum id censeatur dictum ad majorem cautelam, Beltram. ad Ludovis. decis. 271. n. 29. & 30. ubi tamen quòd sustinetur institutio facta de spurio, si sit collata in tempus habilitatis, nempè legitimationis.

Quòd ubi non constat de filiatione legitima, in dubio quis præsumatur potius filius naturalis, & tamquam talis successibilis, quam incestuosus, vel ex alio damnato coitu natus, & insuccessibilis, nisi plenè fuerint probatæ omnes qualitates tale delictum inducentes, una cum illarum scientia in coeuntibus, latè Rot. part. 17. recent. dec. 171. per tot. vide in §. Successio.

Fi-

4 Filius natus nono mense ex muliere, quæ primo viro orbata, statim nupsit; secundo, an præsumatur filius primi, vel secundi mariti, cui illorum succedat, recurritur ad conjecturas, de quibus DD. *in l. Gallus, ff. de lib. & posth.* Gratian. *discept. forens. cap. 567. n. 31.* vel an propter incertitudinem privetur utriusque successione, idem Gratian. *cap. 653. n. 75. & seqq.* laté Rustic. *in Comment. ad leg. cum avus libr. 4. cap. 8. per tot. de condit. & demonstrat.* Sperel. *decis. 174. n. 19. et seqq. per tot.* Surd. *decis. 83. num. 11.* Zacc. *Quæst. Medic. legal. lib. 1. tit. 5. quæst. 5. per tot.* ubi adducit octo conjecturas, cum sit materia tota conjecturalis, & idem Zacch. *dict. Quæst. tom. 2. cons. 73. per tot.* Gamm. *dec. 325.* Martha *vot. Pis. 153. per tot.* ubi de nato octo diebus post decem menses à morte primi mariti, & sic in undecimo mense, ut sit filius primi mariti, illique succedat, & non secundi mariti, cui mulier nupsit post quatuor menses cum dimidio à die mortis primi, sequitur Calvin. *de æquit. lib. 1. cap. 31.* facit Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 805.* ubi de nato ex uxore, quæ aliquamdiu absuit à viro, an præsumatur potius natus in nono mense, quàm in septimo, laté Hermenegild. de Rojas *tractat. de incompatibil. Regn. et Majorat. part. 2. c. 4.* ubi de nato intra septimum, nonum, vel decimum, sive undecimum mensem ex muliere, quæ post mortem primi viri intrà paucos dies cum alio nupsit, vel etiam eo vivente fuit dissolutum matrimonium ex justa causa, vel in similibus casibus dubiis, cujus filius, præsumatur, & cui, seu quibus succedere debeat in Majoratu, &c. Vide Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. 1. n. 38. tom. 8.* Pen. & Crescin. *decis. 212.*

5 Filius vivus editus in monstrum non declinans, si sit vitalis probabiliter, licèt per accidens vivere non possit, & statim moriatur, succedit, & illi succeditur, secus si non sit vitalis, quia tunc pro non nato habetur, Magon. *dec. Flor. 41. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap. 847. n. 4.* & Pontirol. *in Respons. pro Mambellis n. 129. Cæsenæ impressa de anno 1641.* per text. *in l. quod certatum, C. de posth. hæred. instit.* vide *in §. Substitutio n. 49. §. Conditio n. 65. & §. Natus n. 5.* De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Quòd seminatus, idest pro parte vivus natus, & antequam totus extrahatur moriens, non habeatur pro nato est casus in *dict. l. certatum*, Ang. *in §. Posthumi n. 9. institut. de exhered. liber.* Peregrin. *de fideicomm. art. 43. nu. 31.* Fusar. *de substitut. qu. 418. n. 5.* vide *in §. Posthumus n. 2.* & benè Menoch. *de arbitr. cas. 491. n. 19. &c.*

Partus immaturus, & imperfectus, ita ut non sit successibilis quomodo cognoscatur, Menoch. *lib. 6. præsumpt. 52. per tot. & lib. 4. præsumpt. 89. n. 112.* Mascard. *de probat. concl. 1088. & 1146.*

Qualiter probetur partus vivus, vel mortuus, Frach. March. *decis. Delph. 950. 951. lib. 1. & 168. lib. 2.* Tusch. *lit. P, concl. 108.* Mascard. *loc. cit.*

Quando filius natus ante septimum mensem, vel in septimo mense, octavo, nono, decimo, ondecimo, duodecimo, & decimotertio, præsumatur vitalis, legitimus, & successibilis, vel non, Menoch. *de arbitr. cas. 89. per tot.* Surd. *dec. 83.* Ger. Spin. *cons. 64.* & plenè Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib. 1. tit. 2. per tot.* ubi decem quæstiones principales de hac materia examinat, Sperel. *decis. 174. n.* Tusch. *lit. P, concl. 106.* ubi quot mensibus partus nasci possit, ut dicatur vitalis, & successibilis, Mascard. *de probat. concl. 1146.* Altimar. *dict. q. 1. nu. 38. vers. de partibus fol. 12. col. 1.* Torr. *de pact. fut. succ. lib. 1. cap. 27.* Rox. & Aquil. *de Incomp. part. 2. cap. 4.* Bossius *moral. §. 43. n. 142.*

Quod natus in quinto mense non sit vitalis, nec successibilis, Rot Roman. post Zacch. *d. quæst. tom. 2. decis. 45. per tot.* Vide Altimar. *loc. cit. num. 38. vers. nam partus semestris & seqq.*

Item natus in octavo mense vivere non potest, & ideò licèt vixerit per plures dies, ac etiam per mensem, dicitur paulatim mori, habetur pro mortuo, & tanquam abortivus non rumpit testamentum, neque transmittit hæreditatem, ut probat Martha *vot. Pis. 55. n. 6. &c.* Altimar. *loc. cit. vers. quod partus.*

De nato in sexto, vel septimo mense, an sit vitalis, & successibilis, idem Zacch. *d. quæst. tom. 2. cons. 37. per tot.* Ricc. *Collect. 4056.* ubi de nato in sexto, & octavo mense, an faciat deficere conditionem, *si sine liberis*, & quomodo probetur, vide *in §. Conditio n. 65.* Vide Altimar. *dict. n. 38.* ubi plurima.

De extracto à ventre matris viventis, vel mortuæ, per partum cæsareum, an sit vitalis, & successibilis; quando, & cum quibus conditionibus, vel circumspectionibus debeat, vel fieri possit partus cæsareus, idest incisio, & apertio ventris pro extrahendo partu à visceribus matris, & an mater teneatur hujusmodi incisionem permittere, laté idem Zacch. *d. tract. tom. 2. lib. 9. tit. 2. per tot.* Mier. *de major. 2. part. quæst. 9. n. 10.* Ayllon. ad Gomez *lib. 1. c. 1. n. 19.* Paz. *de Tenut. tract. 2. cap. 68. n. 32.* Altimar. *ubi supra n. 38. vers. sic siquis.*

Quòd hujusmodi partus non differat à partu de se nato, & quando secùs, Tusch. *litt. P, conclus. 107.* An sit successibilis per Altimar. *d. qu. 1. n. 38. vers. sic siquis*, & antè eodem *n. vers.* quòd natus.

De diversitate partium, alios naturales dici, alios non naturales, idque ex triplici causa provenire; quis sit, & dicatur partus naturalis, & legitimus, de partu cæsareo, sive qui ex secto ventre matris nascitur, idem de partu bimestri, trimestri, quadrimestri, quinquemestri, semestri, septimestri, octomestri, nonimestri, decimestri, undecimestri, & denique 12. 13. & 14. mensium, an detur, & de unoquoque ex dictis partibus, an, & qui sint naturales, & successibiles, vel non, & de variis erroribus, ac diversis sententiis Philosophorum, Medicorum, & Jurisconsultorum, in hac materia laté, & doctè præ cæteris videndus Alphons. à Caranza *tract. de partu natur. & legit. cap. 6. & seqq. per tot. tractatum*, ubi etiam *in cap. 16. per tot.* abortus materiam pertractat.

Filius natus ex matrimonio putativo dicitur legi- 6
timus, quando matrimonium non peccavit in forma, & fuit cum debitis solemnitatibus, non clandestinum, Rot. *cons. 93. nu. 26. lib. 3.* French. *dec. 130.* ubi de filio nato in figura matrimonii ex muliere, quæ alium virum habebat secundo ignorante, ut sit legitimus, & succedat, vide Sperel. *decis. 175. num. 29. & seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *dec. 461.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 18. nu. 35. & fol. 371.* Paul. Christin. *dec. Belg. 337. vol. 1.* ubi concludit haberi pro legitimo ad omnes effectus, Olea *de cess. jur. tit. 4. q. 8. nu. 10. & seqq.* ubi quòd per hujusmodi matrimonium putativum legitimantur etiam filii antea nati, licèt alii contra, Dian. *part. 10. tract. 11. resol. 42. per tot.* ubi quid si fuerit natus, vel conceptus lite pendente super nullitate matrimonii, & post prohibitionem cohabitationis, & idem concludit, etiam lata sententia si ab ea fuerit appellatum, quia in hac materia bona fides conservatur usque ad finalem sententiam inclusivè, *inf. n. 9. & in §. Successio sub n. 4.* Laté Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Filiis pluribus ex eodem partu natis, qui prius na- 7
tus præsumatur, vide Menoch. *lib. 6. præsumpt. 51. per tot.* & dixi *in §. Primogenitura n.* Altimar. *loc. cit. n. 43. vers. sic si duo* Pheb. *decis. 39. n. 3.* Lara *de vit. homin. cap 12.* Verd. *de Part. nu. 257.* Vel. *dissert. 4.* Torr. *de Major. Ital. part. 2. quæst. 26. §. 4. fol. 163.*

Filio, & patre, vel matre simul mortuis ex eadem 8
ruina, naufragio, vel simili causa, quis præsumatur prius decessisse, ita ut alter superstes per aliquod momentum prædefuncto successerit, & in suos hæredes bona transmiserit, pulchrè Menoch. *lib. 6. præsumpt. 50. n. 21. & seqq. per tot.* dixi in *§. Lucrum num.* *§. Mors nu.* *& §. Pater num.* vide Altograd. *consil. 69. per tot.* Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib. 5. tit. 2. quæst. 12. per tot. & consil. 51. & 85. per tot.* Card. Tusch. *littera M. conclus. 402. per tot.*

Filius naturalis quisnam propriè dicatur, vide *in* 9
§. Concubina n. 1. & Tusch. *litt. N. concl. 10. per tot.* Paul. Christin. *dec. 145. per tot. vol. 3. & ad leg. munic. tit. 18. in princ.* Vivi. *comm. opin. 315.* Altimar. *rubr. 2. & 3. qu. 1. nu. 82. tom. 8.* ubi de omnibus &

pluribus aliis seq. conclus. fol. 73. in princ. Marcian. disp. 19. n. 5. Idem Altimar. ad Rovit. cons. 74. lib. 2. Cerr. decis. 344. num. 7. Card. De Luc. de Donat. disc. 32. a n. 7. de testam. disc. 61. n. 9. Fujard. de Legitim. a n. 23.

Qualiter autem tàm ex testamento, quàm ab intestato possit succedere patri, matri, vel fratribus, latè Michalor. de fratr. part. 3. cap. 19. per tot. Gratian. disceptat. forens. cap. 35. per tot. ubi quòd succedit matri, Montan. de tutel. capit. 15. num. 25. & Franch. decis. 47. 640. 645. et 720. vide in §. Mater num. Oinot. in loc. infr. cit. Tusch. littera N. conclus. 13. per tot. Paul. Christin. dict. decis. 145. nu. 2. & seqq. volum. 3. & decis. 193. volum. 5 decis. 11. vol. 6. & ad leg. municip. titul. 18. per tot. Peregrin. decis. 16. decis. 65. Michalor. de Fratr. p. 3. cap. 19. n. 27. & 28. Antun. de Donat. tom. 2. part. 3. cap. 18. Altimar. dict. nu. 82. vers. filii naturales succedunt cum seqq. fol. 74.

Quòd regulariter filii spurii, incestuosi, adulterini, vel aliàs illegitimè nati non possint neque ex testamento, neque ab intestato, nec inter vivos aliquid capere de bonis parentum, & quando secùs, latè videndus Duen. reg. 366. per tot. ubi 14. modis ampliat, & 11. limitat, benè Oinot. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. & primo ord. succed. cap. de succ. lib. nat. tom. cap. de succ. spur. seu vulg. q. & cap. de succ. lib. ex damn. coit. nat. fol. mihi 224. & plenè Tusch. litt. S, conclus. 416. & 417. per tot. Christin. dec. Belgic. 298. per tot. volum. pr. & decis. 129. vol. 3. Rot. part. 18. recent. decis. 613. num. 4. & seqq. ubi de Constitutionibus Sixti V. & Beati Pii V. dictam successionem prohibentibus.

Qualiter autem stante ignorantia impedimenti saltem in uno ex coeuntibus, filii non dicantur incestuosi, sed naturales, & sint succedendi capaces, Rot. par. 12. recent. dec. 325. nu. 7. & seqq. part. 16. dec. 367. per tot. & par. 17. dec. 145. & decis. 356. vide in §. Affinitas n. 2. & §. Successio n. 4. vers. filii nati, & supra n. 6.

Quòd filii adulterini sint totaliter incapaces hæreditatis paternæ, & avitæ, Rot. part. 13. recent. dec. 312. nu. 34. vide in §. Successio num. 4.

Qualiter de jure canonico, quòd in utroque foro servari debet, habeant saltem alimenta, & dotem, idem Duen. reg. 367. per tot. Oinot. loc. cit. num. 3 dixi in §. Alimenta n. 12. plenè Surd. de aliment. tit. pr. q. 9. & seqq. Rot. part. 19. recent. decis. 134. ubi quod licèt filiæ spuriæ, & incestuosæ sint insuccessibiles patri, tamen debent congruè dotari juxta consuetudinem loci, conditionem familiæ pro quantitate bonorum patris ad metam legitimæ, præcipuè aliis filiis legitimis, & naturalibus non extantibus, & fuit decreta dos scutorum bis mille in familia de Pepulis Bononiæ, Fontanel. dec. 405. et seqq. ubi plura de materia ibi indicata, de qua etiam Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 67. per tot. Jacob. Balduc. in Annot. ad Ramon. cons. 23. per tot. Vide Altimar. dict. n. 82. fol. 73. & seqq.

Quòd non existente legitima prole, filius naturalis possit ex testamento succedere patri in tota hæreditate, illa verò existente in sola uncia, Gratian. discept. forens. cap. 567. n. 13. & seqq. ad 27. & cap. 958. n. 5. & seqq. Franch. decis. 720. Galvan. cons. 46. per tot. de quo vide latè, & distinctè Oinot. in loc. supr. cit. Paul. Christin. d. dec. 146. n. 2. & seqq. volum. 3. Peregrin. dec. 65. Vide Cerr. decis. 112. n. 8. Rocc. resp. 81. n. 17. libr. pr. Altimar. loc. cit. vers. filius naturalis non potest & seq. fol. 74.

An, & qualiter nepos ex filio spurio, vel incestuoso possit hæres institui ab avo, Christin. dec. 13. n. 4. vol. 4. & dec. 65. n. 4. vol. 4. ubi ponit tria requisita ut possit institui, & dec. 193. num. 14. & volum. 5. Peregrin. dec. 16. n. 2. & dec. 81. n. 6. & per tot. Rota part. 9. recent. dec. 214. ubi quòd nepotes legitimi ex filio naturali, non habentur pro nepotibus avi, sed pro extraneis, ut sint fideicommissi incapaces, sicut illorum pater. Vide Altimar. loc. cit. vers. sicut filius naturalis fol. 74.

An autem filius naturalis possit petere legatum sibi factum, & alimenta, & si utrunque, sive potius simul confundantur, & compensentur, Surd. dec. 244. per tot.

Et an valeat onus adjectum dicto legato, Franch. decis. 270. Cutell. de donat. tom. pr. disc. 3. p. 6. n. 85.

Quòd filii spurii non succedant patri, neque matri, si sit illustris, & legitimos habeat, sive ex testamento, sive ab intestato, Peregrin. decis. 81. per tot. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 21. per tot. ubi limitat, & declarat, vide in §. Successio. num. 4. Dian. part. 5. tract. 3. resol. 121. ubi quid liceat, vel non relinquere spuriis in foro conscientiæ, & part. 10. tract. 15. resolut. 19. per tot. ubi an pater possit alium instituere hæredem, rogando illum, ut postea restituat filio spurio, & videtur concludere quòd non, sed ille institutus possit pro se retinere, teneatur tamen ad alimenta, & dotem, & si de facto restituat etiam hæreditatem, non prohibeatur spurius illam capere, & retinere.

Quòd ex dispositione Bullæ B. Pii V. de anno 1576. nihil possint capere à personis Ecclesiasticis, Michalor. loc. cit. in fine, & tangit Gratian. cap. 586. n. 28. cap. 958. n. 30. & latè Surd. dec. 249. per tot. Rot. in Romana dotis 14. Martii 1635. coram Merlino in Noviss. part. 7. dec. 30. n. 36. & seqq. inter impressas ejusdem decis. 671. Rot. part. 18. recent. decis. 489. nu. 5. & seqq. & dec. 613. num. 4. & seqq. vide in §. Legatum nu. 31.

Plura ad intelligentiam dictæ Bullæ B. Pii V. revocatoriæ facultatum disponendi ad favorem illegitimorum, vide per Rot. part. 2. divers. 214. per tot. ubi quòd comprehendit solum Clericos, vel etiam laicos quoad bona ab Ecclesia quomodolibet profecta, secùs autem quoad mera localia, & patrimonialia.

An filii sacerdotum dicantur incestuosi, vel simpliciter spurii, & an possit illis per patrem relinqui, & quantum, vide Paul. Christin. decis. Belgic. 161. per tot. ubi affirmativè concludit, & dec. 197. ubi refert diversas opiniones, & dec. 198. d. vol. pr. ubi melius declarat, & videtur concludere quòd sint incapaces, vide in §. Matrimonium num. 24. idem Christin. dec. 57. n. pr. in fine vol. 3. ubi quòd habentur pro naturalibus, & sunt capaces relictorum, & decis. 188. vol. 5. & dec. 193 d. vol. 5. & dec. 11. vol. 6. & ad leg. municip. tit. 18. per tot. Peregrin. dec. 22. 42. 59. vide in §. Successio num. 4.

Quod spurii non prohibeantur succedere collateralibus, & extraneis, Rot. part. 2. divers. decis. 170. n. 4. vide Tusch. litt. S, conclus. 414. per tot. Christin. decis. Belgic. 198. n. 11. & seqq. vol. pr. & dec. 65. n. 3. vol. 4. ubi refert contrarias opiniones, Martha vot. Pis. 110. ubi quòd naturales sunt capaces relictorum sibi ab extraneis factorum, & possint etiam patri succedere in duabus unciis; de quo latiùs idem Martha vot. 212. & 213. ubi qualiter spurietas probetur ex assertione patris in testamento, qualiter ob id testamentum annulletur in totum, ac etiam annullentur plures legitimationes de dicto spurio factæ, dixi in §. Successio num. 6.

Quinam autem propriè dicantur spurii, & qui tam propriè, quàm impropriè veniant illorum appellatione, vide Barbos. de appellat. verb. signif. appell. 248. per tot. Surd. decis. 249. num. 5. & Oinot. Instit. de hæredit. quæ ab intest. def. de primo ord. succ. cap. de succ. supr. nu. pr. & plenè Tusch. litt. S, conclus. 409. & seqq. Paul. Christin. decis. Belgic. 199. vol. pr.

An in dubio filii præsumantur naturales potiùs, vel spurii, Tusch. litt. N, concl. 11. per tot. Altimar. ad Rovit. cons. 63. n. 23. & 24. lib. pr. & de nullit. rubr. 2. & 3. quæst. pr. num. 82. vers. sed quod filius pag. 75. Marcian. disp. 29. n. 3. tom. pr.

Quòd statutum habilitans naturales, vel spurios ad successionem patris tanquam nutritivum peccati non sit validum, & quando secùs, latè Tusch. littera S, concl. 654. & 655. per tot. Christin. decis. Belgic. 117. volum. pr. ubi tamen concludit de æquitate canonica posse illis relinqui, etiam jure institutionis, & decis. 197. volum. pr. ubi an avus possit instituere hæredem nepotem ex filio suo spurio, & affirmat.

Qualiter autem filii, vel nepotes naturales sint alendi à parentibus paternis primò, & illis deficientibus, vel non solvendo existentibus ab ascendentibus maternis, dummodò utroque casu propria egestas non ex-

cuset,

enſet, ac dummodò alendi non habeant alios proximiores ad idem obligatos, non poſſint propriis manibus ſibi victum quærere juxta qualitatem perſonarum, & alia ad exclusionem prætenſionis dictorum alimentorum, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 330. *per tot.* vide *in* §. *Alimenta n.* 12.

20 Filius naturalis, an dicatur de familia, & an poſſit uti armis, & inſignibus familiæ, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 13. *&* 14. Boer. *deciſ.* 127. *nu.* n1. ubi quid ſervetur in Gallia, Michalot. *de fratr. par.* 3. *cap.* 19. *in fine*, Cyriac. *contr.* 209. Sanfelic. *dec.* 56. Guid. Pap. *qu.* 580. Oinot. *Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. de primo ord. ſucceſſ. cap. de ſucceſſ. libert. natur. n.* 5. *fol. mihi* 224. *cum Addit.* ubi quòd non dicuntur de domo, & agnatione patris naturalis, neque retinent nobilitatem generis, nec poſſunt portare arma, & inſignia familiæ, niſi illis concedatur, vel niſi adſit conſuetudo in contrarium, prout in multis locis ſervatur cum aliquo ſigno, vel linea denotante inſignia eſſe læſæ naturalitatis, adde Tuſch. *litt. N*, *concl.* 12. *per tot.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 15. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 46. *num.* 15. *& ſeqq. volum.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 18. *art.* 2. *nu.* 7. Baldaſſ. de Ang. ad Gizzarel. *deciſ.* 10. vide *in* §. *Familia n.* 5. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 241. *num.* 8. *& ſeqq.* ubi quòd in Regnis Hiſpaniarum potiantur omnibus honoribus, & dignitatibus parentum, quando aliter non diſponitur, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 45. *cum multis ſeqq.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *q. pr. n.* 82. *verſ. licèt aliqui fol.* 76. *col.* 2. Aquil. ad Rox. *de Incompat. part. pr. cap.* 6. *num.* 74. Cyriac. *controverſ.* 209. Angel. ad Gizzarel. *deciſ.* 10. Ottolar. *de nobil. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 4.

An autem filius naturalis poſſit dici Civis verus, & originarius, & tanquam talis ſit admittendus ad commoda, & dignitates civibus veris conceſſa, maximè ſi fuerit legitimatus, plenè Merlin. *dec.* 832. *per tot.* ubi pro admiſſione ſtante legitimatione obtenta à DD. Comitibus Campegiis, ita ut non ſit in arbitrio indiſcreto Collegialium votantium illum excludere, cùm arbitrium regulari debeat à jure, & habens requiſita neceſſaria non poſſit reiici, etiam ſi fiat ſcrutinium ſecretum, & eſt deciſio in cauſa Bononienſis Aggregationis ad Collegium ſub die 23. Martii 1640. in qua etiam canonizatur privilegium legitimandi Dominorum de Campegiis, & latiùs in eadem cauſa, idem Merlin. *dec.* 882. ubi confirmantur prædicta. Sed poſtea cauſa reviſa, fuit receſſum à prædictis deciſionibus, & contrarium firmatum, *ut in part.* 9. *recent. dec.* 180. *per tot.* ubi vide, & dixi *in* §. *Univerſitas n.* 6.

21 Filius naturalis facit deficere conditionem fideicommiſſi, & ſubſtitutum excludit, text. & ibi Bart. *in l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus*, *ff. ad Trebell.* Duen. *reg.* 352. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 406. Michalot. *de fratr. part.* 3. *cap.* 19. *in fine*, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.* 99. *n.* 19. *&c.* ubi intelligit de naturalibus verè, non autem de ſpuriis, & niſi extant conjecturæ in contrarium, quas ibidem adducit, vide §. *Subſtitutio nu.* 44. latè Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 405. *&* 406. Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 199. *n.* 7. *& ſeqq. per tot. volum. pr. & dec.* 308. *volum. pr.* ubi refert diverſas opiniones, & diſtinctiones, Rot. *p.* 16. *recent. dec.* 11. *n.* 2. *cum pluribus ſeqq.* dixi *in* §. *Conditio n.* 62. *in fine.* Idem Altimar. *loc. cit. verſ. filius naturalis facit pag.* 74. *col.* 2. Anton. *de Donat. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 18. *n.* 51. *in fin.* Noguerol. *alleg.* 37. *n.* 44. *cum ſeqq.*

Quòd filii naturales tantùm ſive in ultimis voluntatibus, ſive in contractibus regulariter non veniant appellatione filiorum, niſi concurrentibus conjecturis in contrarium, Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 22. *per tot.* Thom. Triviſ. *dec.* 26. *lib. pr.* ubi quòd ideò non ſuccedunt in emphyteuſi patri conceſſa. Altimar. *loc. cit. fol.* 77. *in fin. verſ. filii naturales* Peregrin. *de fideicom. art.* 2., ubi Cenſal. Cald. *de nominat. Emphyt. quæſt.* 19. *n.* 31.

Quòd in conditionibus etiam veniant tantùm legitimi, & naturales ſimul, non autem ſpurii, nec naturales tantùm probat ſecundùm unam opinionem Barboſ. *de appellat.* 99. *num.* 13. *& ſeqq.* ubi tandem *nu.* 59. *& ſeqq.* dicit regulam contrariam affirmativam communiter teneri, naturales ſcilicet venire appellatione filiorum, niſi extent in contrarium conjecturæ ductæ vel ex qualitate teſtatoris, vel gravati, vel ſubſtituti intelligendo de naturalibus, non autem de ſpuriis, qui tanquam legibus exoſi, & incogniti nomen filiorum non merentur. Et quid in legis diſpoſitione facientе mentionem filiorum, an veniant legitimi, vel etiam illegitimi, latè differit idem Barboſ. *loc. cit. nu.* 35. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 7. ubi quòd naturales veniunt in fideicommiſſo ſimpliciter ordinato pro filiis maſculis abſque aliqua denominatione legitimorum, præſertim ſi etiam teſtator ſit naturalis tantùm, cùm non præſumatur abhorrere natalia ſimilia ſuis, vide in §. *Proximitas num.* *&* §. *Appellativa num.* *infr. num.* 16. *& in* §. *Fideicommiſſum num.* 55. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *quæſt. pr. num.* 79. *verſ. filii naturales, & pluribus ſeqq. fol.* 77. *in fine tom.* 8. Bich. *deciſ.* 7. *a n.* 4. Noguaroll. *alleg.* 37. *a n.* 45. De Luc. *de Fideicomm. in ſumm. a n.* 137.

Quando autem illegitimi procreati ex patre illegitimo, aut matre illegitima reperiuntur excluſi in aliqua diſpoſitione, an requiratur ut adſit utrinſque illegitimitas, vide Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 282. ubi affirmativè reſolvit, reſpondendo obiectioni dictionis *aut*, quæ non conjunctivè ſed disjunctivè ſtare ſolet.

Qualiter filii naturales ſicuti veniunt ſub nomine liberorum, ita multò magis veniant ſub nomine lineæ, Rot. *p.* 16. *rec. dec.* 11. *n.* 2. *& ſeqq.* *& deciſ.* 81. ubi plura ad rem.

Filii naturales, & illegitimi non admittuntur ad dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica abſque diſpenſatione Papæ, *cap. cum cunctis extr. de elect.* Pract. Pap. *libell. hæred. ab inteſt. gloſ.* 2. *num.* 22. latè Sperel. *deciſ.* 173. *per tot. & deciſ.* 175. *per tot.* ubi quid in foro conſcientiæ, & benè Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *libr.* 9. *tit. pr. num.* 131. *& ſeqq. fol.* 158. latiùs *lib.* 10. *tit.* 18. *num. pr. & ſeqq. fol.* 369. & Thom. Triviſ. *deciſ.* 12. ubi qualiter admiſſi debeant manuteneri, & privati tanquam ſpoliati reintegrari, conſtito de legitimitate per ſententiam Rot. *part.* 16 *recent. deciſ.* 241. ubi quòd ſunt capaces juriſpatronatus, quando fundatio fuit exarata per verba naturalia, & præcipuè in Regnis Hiſpaniarum De Luc. *de Benefic. diſc.* 46. *nu.* 4. 6. 8. 9. 22

An autem iſtud procedat tantùm quoad occultos; aliqui tenent non habere locum quoad illegitimos occultos, ſed contrarium eſſe communiter receptum probat Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 30. ubi etiam alia plura notabilia de hujuſmodi filiis illegitimis, & illorum diſpenſatione, & ibidem *reſol.* 39.

Qualiter illegitimitas probetur ex diſpenſatione petita, vel obtenta, Ludoviſ. cum Beltramin. *deciſ.* 331. *per tot.*

Nec etiam admittuntur ad penſiones, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 215. *num.* 60. *& cap.* 397. *nu.* 12. *&c.* ubi latè quando poſſint obtinere penſionem, vel beneficium in Eccleſia, ubi eorum parentes obtinuerunt, & an in illos poſſit transferri penſio, ad declarationem Concilii Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *& cap. pr. de reformat.* Merlin. *dec.* 278. ubi qualiter ſint incapaces penſionum, ſed poſſint diſpenſari ab Epiſcopo ad ordines, quo caſu cenſentur etiam diſpenſati ad penſiones, cùm incapacitas ſit quoad ordines, De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Qualiter filii Presbyterorum prohibeantur obtinere beneficia paterna, vel in Eccleſiis, ubi parentes obtinuerunt ad declarationem dicti Concilii, latè Pac. Jordan. *loc. cit. tit.* 19. *per tot. fol.* 377. & Ricc. *Collect.* 3968. *&* 1367. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 306. *n.* 26. *&c.* ubi quòd non poſſunt habere penſionem ſuper beneficio ab eorum parentibus obtento, nec ſuper alio quando pater pro illa obtinenda aliam conſimilem ſuper ſuo impoſuit, & ex quibus hujuſmodi ſimulatio probetur, & rurſus in eadem cauſa, *part.* 11. *deciſ.* 11. *num.* 19. *& ſeqq.* Antonell. *de regimin. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. *num. pr.* Vide Fagnan. *in cap. conſtitutus n. pr. &* 27. *de filiis Presbyt.*

Quòd illegitimi non admittuntur ad ſubſidium conceſſum per Univerſitatem nobilem ſcholaribus pauperibus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 744. *num.* 12. *& per tot.* vide *ſupra num.* 10.

An baſtardi ſint capaces legatorum nobilibus Civi-

vitatis relictorum, & alia plura de bastardis, vide inter Consilia ultim. volunt. divers. volum. pr. cons. 162. & 163. per tot.

Quòd sint incapaces Emphyteusis Ecclesiasticæ, Rot. part. 2. divers. decis. 444. num. pr. Sperel. decis. 73. per tot. vide in §. Emphyteusis num. 25. Rot. part. 9. recent. decis. 317. num. 15. & Thom. Trivis. dec. 26. per tot. lib. pr. latè Altimar. dict. quæst. pr. vers. non succedant fol. 79. tom. 8. Fulgin. de Emphyt. tit. de success. in bon. Emphyt. quæst. 6. & tit. de divers. quæst. Emphyt. quæst. 26. n. 2.

Quòd illegitimè nati ad sacros ordines promoveri non possint sine dispensatione, & si velint beneficium impetrare, debeant hanc qualitatem exprimere, Menoch. de arbitr. cas. 201. num. 34. &c. Card. De Luc. de regal. dis. 42. n. 26.

Per religionis tamen ingressum, & professionem redduntur habiles ad omnes ordines, etiam sacros absque alia nova dispensatione, licèt secùs sit quoad Prælaturas, vel dignitates, pro quibus indigent dispensatione Papæ, seclusis Religionum privilegiis, Collect. 2672. Card. De Luc. loc. cit. num. 17.

Quòd illegitimi non sint idonei, & integri testes Farinac. quæst. 56. art. 12. Pac. Jordan. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 482. & fol. 328.

Possunt tamen etiam illegitimi constitui Vicarii ab Episcopo absque alia dispensatione, quia Vicariatus non est dignitas perpetua, sed amovibilis, Pac. Jordan. Lucubr. vol. 2. lib. 12. tit. pr. num. 85. fol. 563. et num. 109. in fine fol. 565. Barbos. in Collect. cap. pr. de filiis presbyt. num. 8. Sed contrarium verius esse ostendit Dian. part. 10. tract. 15. resol. 30. per tot.

Sicut etiam cessant omnes prædictæ incapacitates, & similes resultantes ex illegitimitate, si fuerint legitimati per subsequens matrimonium, nam tunc naturales efficiuntur verè legitimi, quoad omnes agnatos, & cognatos, quoad ordines sine dispensatione, quoad feuda, & emphyteusim Ecclesiæ, quoad retractum, quoad exclusionem fœminarum, & substitutorum, quoad rumpendum testamentum patris, quoad querelam inofficiosi, quoad remedium, l. si unquam, C. de revoc. don. nec impediuntur per alios postea legitimè natos, ut benè declarat Duen. reg. 350. verb. filius, Michalor. de fratr. par. 3. cap. 24. per tot. Cabal. resolut. crim. cas. 112. n. 10. & seqq. vide in §. Substitutio n. 43. & §. Legitimatio n. 4. Pac. Jordan. vol. 2. lib. 10. tit. 18. num. 34. & seqq. fol. 372. & infr. num. 25. Fajard. de legitim. per subseq. matrim.

Legitimitati tamen auctoritate sæculari, non censentur legitimati quoad officia, & dignitates Ecclesiasticas, quia Princeps sæcularis non potest tollere impedimenta canonica, imò nec dispensatus in sæculo, si intret Religionem censetur dispensatus quoad dignitates ordinis, potest tamen dispensari à suo Provinciali, Dian. part. 3. tract. 2. resol. 102. part. 10. tract. 13. resol. 39. ubi vide.

Si appareat testatorem intellexisse de filiis ex legitimo matrimonio procreatis, & conceptis, non sufficere subsequens matrimonium, etiam de tempore nativitatis ad effectum excludendi substitutos, Bich. decis. 102. per tot. vide in §. Legitimatio num. 4. Rot. part. 13. rec. dec. 251. ubi contra etiam quoad legitimatos ex privilegio Dominorum de Campegiis & dec. 379. per tot.

Et in omnem casum debere prius per necessarium antecedens plenè constare de filiatione, dixi supra num. 3. vers. Item dicta præsumptio.

Non etiam dictæ incapacitates locum habent in fœminis, & ideò illegitimæ possunt eligi Abbatissæ, vel Priorissæ Monialium, licèt alii contra, vel in omnem casum possunt dispensari ab eorum Prælatis, Dian. part. 3. tract. 2. resol. 101. vide in §. Dispensatio num. 2. in fine, §. Abbas num. 15. Merlin. dec. 672. num. 42. Merlin. dec. 671. n. 42.

Quòd paritas sanguinis præsumatur, non autem imparitas, nisi concludenter probetur, ad effectum capacitatis beneficiorum, ut supra latè Rot. part. 12. recent. dec. 246. per tot. & Ludovis. cum Beltramin. decis. 455. per tot.

13 Filii naturales quotiescumque possunt per subsequens matrimonium legitimari, non admittitur legitimatio per rescriptum Principis, vel alio modo, text. & glos. in Auth. quibus mod. nat. eff. legit. §. sit igitur Collat. 6. ubi Bart. num. 5. Duen. reg. 350. verb. Filius ampliat. 26. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 25. num. 67.

Plura de modis legitimandi, quid operetur legitimatio, & alia, Paul. Christin. dec. 145. per tot. vol. 3. dixi in §. Legitimatio per tot.

Filii naturales, ut legitimentur per subsequens matrimonium, requiritur quòd adhuc vivant, nam licèt post illorum mortem sequatur matrimonium, nepotes ex eis non efficiuntur legitimi, nec transeunt in potestatem avi, Duen. d. regul. 350. limit. 2. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 2. lib. 10. tit. 18. n. 58. & seqq. fol. 375. vide in §. Legitimatio n. 3. in fine. 14

Item requiritur, quòd inter copulatos potuerit consistere matrimonium ab initio, & ideò non legitimantur per subsequens matrimonium adulterini, vulgò concepti, nati ex furioso, incestuosi, nati ex Saracena, vel Judæa, nec legitimantur inviti, sed consentientes, nec quando matrimonium non fuit celebratum in facie Ecclesiæ, Duen. dict. reg. 350. limit. 3. & seqq. per tot. Pac. Jordan. d. tit. 18. nu. 40. & seqq. fol. 373. vide supra num. 3. in fine, & in §. Legitimatio num. 3. Pen. & Crescin. decis. 210. & decis. 211. Barbos. in cap. tanta qui fil. sint legit. Hodiern. ad Surd. decis. 249. Spin. cons. 25. Fajard. de legit. per subseq. matrim. memb. 2. n. 45. De Luc. de fideicom. disc. 223. n. 4. Caillald. consult. 213. n. 5. apud quos vide etiam de sequentibus conclusionibus.

Quòd imò de jure canonico, etiam vulgo concepti, & nati ex publica meretrice, accedente patris agnatione in filios, legitimantur per subsequens matrimonium, latè tuetur Gratian. disceptat. forens. cap. 653. per tot. Peregrin. dec. 108. Rot. part. 9. recent. decis. 190. num. 24. &c. ubi quòd de jure canonico sufficit esse natos ex soluto, & soluta, inter quos tempore conceptionis matrimonium validè contrahi potuerit.

Intelligendo ad effectum succedendi in propriis bonis eorundem parentum, non autem in illis, quæ ex fideicommisso, investitura, vel aliter post parentum mortem pervenire debent ad alios, ut declarat eadem Rot. d. part. 9. dec. 317. n. 25. vide in §. Legitimatio num. 3.

Sed facit contra quod dixi supra num. 3. vers. Item dicta præsumptio, ubi vide, & in §. Concubina nu. 2. Rot. par. 9. rec. dec. 317. num. 23.

Et quomodo etiam incestuosi, ac similes illegitimi procreati ab eis, inter quos non poterat stare matrimonium possint legitimari per subsequens matrimonium contractum ex dispensatione Papæ, cum clausula legitimationis prolis, pulchrè Pac. Jordan. d. tit. 18. n. 36. & seqq. fol. 373.

An verò nati ex adulterino, vel aliàs damnato coitu possint rescripto Principis legitimari, vide Fachin. lib. 3. controv. 57. cum pluribus seqq. Paul. Christin. decis. 129. num. 21. & seqq. vol. 3.

Item de jure civili requiritur, quòd conficiantur instrumenta dotalia, quando adsunt filii legitimi, secùs autem de jure canonico, quod & servandum etiam in Terris Imperii, quoad hoc, licèt quoad successiones servetur jus civile, Rot. part. 3. divers. dec. 65. per tot.

Item requiritur probatio filiationis, Ludovis. dec. 208. & decis. 223. vide in §. Legitimatio, De Luc. de Fideicomm. disc. 224. num. 2.

De omnibus prædictis, & pluribus aliis quæstionibus, exindè resultantibus, latè Fajard. tract. de legitim. per subseq. matrim. per tot. post Alleg. fisc. fol. 671. & seqq. ad 713. Plura De Luc. in verb. legitimandi, & pluribus seq. in Indic. gen.

Filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium non tollit jus primogenituræ jam nati, cum legitimatio non retrotrahatur in præjudicium alteriùs, Boer. decis. 159. in fine, Duen. reg. 350. limit. ult. Martha de success. legal. part. 1. quæst. 11. art. 2. vide in §. Legitimatio num. 6. ubi quomodo possit dari casus hujus conclusionis, & §. Primogenitura n. 23. & latè pro utraque parte Fajard. d. tract. n. 234. & seqq. 15

Alios effectus dictæ legitimationis, vide supra n. 12. vers. ficat etiam.

Fi-

16 Filiorum appellatione in materia feudali veniunt legitimi, & naturales à nativitate, non verò legitimi tantùm vel naturales tantùm vel legitimati per reſcriptum Principis, ſed benè legitimati per ſubſequens matrimonium, dummodo inter coeuntes potuerit à principio ſiste matrimonium, Pract. Pap. *for. revoc. feud. gloſ. Nec ſuperſtitibus num.* 3. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 112. *n.* 10. vide *ſupra n.* 12.

Alia de legitimatione, vide *in* §. *Legitimatio.*

17 Filius expoſitus in hoſpitali habetur pro vulgò quæſito, & non rumpit teſtamentum patris, quamvis fuerit præteritus, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 267. *nu.* 11. ubi tamen in caſu ſuo ex multis concurrentibus firmat contrarium.

Quibus autem pœnis afficiantur parentes, qui proprios partus exponunt, & quando ab illis excuſentur, quòd filii expoſiti efficiantur ingenui, nec remaneant parentibus ſubjecti, ita ut non teneantur de parricidio, ſi poſtea patrem, vel matrem occiderint (intellige ſanè, ut ſaltem teneantur de homicidio ordinario) & cenſeantur legitimi, non autem ſpurii, ac ideò poſſint ad ſacros ordines promoveri, Menoch. *de arbitr. caſ.* 396. *per tot.* ubi etiam quàm impium, & inhumanum ſit, partus à ſe progenitos abiicere, vel exponere, & quòd exponentes non liberantur à præſtatione alimentorum, ſi velint filios ali ab hoſpitali, vide *in* §. *Hoſpitali num.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 186. *vol.* 4.

De filiis expoſitis, & de immunitate exponentium, ac de aliis pluribus ad rem, latè videndus Alphonſ. à Catanz. *tract. de part. nat. & legit. cap.* 4. *per tot. à fol.* 311. *ad fol.* 373.

Quòd filii expoſiti in hoſpitalibus reputentur legitimi, ordinumque, & dignitatum Eccleſiaſticarum capaces abſque diſpenſatione, & quare benè probat Sperel. *deciſ.* 175. *n.* 36. Paul. Chriſt. *ad leg. municip. tit.* 28. *art.* 7. *nu.* 6. Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 22. *part.* 3. *in Addit. reſol.* 6. *fol.* 224. *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 58. *& part.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 96. *per tot.* ubi ampliat etiamſi extent ſtatuta Eccleſiæ requirentia puritatem ſanguinis, quæ à jure præſumitur, & non obſtantibus hujuſmodi ſtatutis, latè ad favorem expoſitorum reſoluit Rot. *part.* 21. *recent. deciſ.* 319. *per tot. & deciſ.* 333. *per tot.* in eadem cauſa reviſa, & confirmata.

Sed contrarium firmat Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 18. *num.* 29. *& ſeqq fol.* 372. ubi tamen fatetur priorem ſententiam propter auctoritatem Doctorum illam tenentium, poſſe amplecti ea poſt facto, licèt ante factum hæc ſecunda tutior reputetur ſecundùm eum.

An autem, & quando dicti expoſiti ſint baptizandi, vel non, ſaltem ſub conditione, Dian. *part.* 3. *in addit reſolut.* 6. *ſol.* 224. *part.* 5. *tract.* 13. *reſolut.* 83. *& part.* 9. *tract.* 6. *reſolut.* 35. *per tot. & part.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 87. *per tot.*

Quòd infantes expoſiti in hoſpitali efficiantur cives illius Civitatis, cujus hoſpitali fuerunt expoſiti, & gaudeant ejuſdem Civitatis immunitatibus, non tamen eorum filii, ne detur fictio fictionis, & alia ad rem, Ganavet. *deciſ.* 36. *per tot.*

18 Filiorum appellatione non venit poſthumus, niſi agatur de diſpoſitione futurum eventum reſpiciente, vel niſi appareat de mente diſponentis, vel niſi agatur de tutela, ſub qua venit etiam poſthumus, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.* 99. *numer.* 1. *&* 2. vide *in* §. *Appellativa num.* 1. *& ſeqq.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *&* 2. *quæſt.* 1. *n.* 50. *tom.* 8. Vide Mareſcot. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 12. Valaſc. *concluſ.* 129.

Quòd in fideicommiſſis puris, vel in diem certam, non veniant nati poſt teſtamentum, vel mortem teſtatoris, niſi aliter appareat ex conjecturis, ut quia eſſent vocati filii alicujus, qui tunc nullos haberet filios, vel ſub nomine plurali illius, qui unum tantùm filium haberet, vel filii plurium, quorum unus habebat filios, alter verò non, vel ſi diſpoſitio eſſet verbis univerſalibus concepta, Barboſ. *d. appell.* 99. *num.* 3. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 318. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *qu.* 86. Andreol. *controverſ.* 134. *à n.* 11. Altimar. *loc. cit.*

In fideicommiſſis autem conditionalibus, vel in diem incertam veniunt etiam nati poſt mortem teſtatoris, dummodò infra tempus purificatæ conditionis naſcantur, vel ſaltem concipiantur, cum concepti ad illorum commodum habeantur pro natis, etiamſi vocati eſſent per pronomina poſſeſſiva, *meos, ſuos, &c.* Barboſ. *dic. appellat.* 99. *nu.* 9. vide Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 318. *per tot.* & dixi *in* §. *Fideicommiſſum n.* 31. *&* §. *Subſtitutio n.* Intrigl. *loc. cit. nu.* 3. Altimar. *loc. ſupra relat.* ubi plura.

Filiorum appellatione in numero plurali quidquid ſit in ſingulari, continentur etiam filiæ, & ſic fœminæ in quacumque materia licèt pœnali, & odioſa, niſi diverſa ratio militet in maſculis, & in fœminis, & etiam in contractibus, ut in emphyteuſi, maximè quando ut dixi vocantur filii in numero plurali, ſecùs ſi in ſingulari, latè Barboſ. *d. appellat.* 99. *nu.* 48. *& ſeqq. ad* 58. Tuſch. *litter. F, concluſ.* 374. *per tot.* Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 1. *nu.* 19. Bertachin. *vol.* 146. *n.* 4.

Non tamen veniunt fœminæ quando teſtator expreſſit qualitatem maſculinitatis, ita ut nec tunc poſt 19
maſculos poſſint dici vocatæ, & ſufficiat in una parte teſtamenti fuiſſe maſculos nominatos, cum hujuſmodi qualitas cenſeatur repetita in aliis partibus ubi ſimpliciter mentionem fecerit de filiis, prout nec veniant fœminæ ubi adeſt ſtatutum illas excludens, nec ubi eſſet ordinatum fideicommiſſum pro conſervanda agnatione, nec quando teſtator diſcretivè agit de maſculis, & fœminis, vel propinquiores fœminas excludit maſculos inſtituendo, vel ubi adeſſet ſtatutum; quòd verba teſtamentorum intelligantur ad literam, vel ſi fuerit adjecta aliqua qualitas, quæ maſculis tantùm conveniat, vel ſi abſurdum ſequeretur, ſivè plures improprietates reſultarent, vel ubi repugnaret communis uſus loquendi, vel ſi ageretur de bonis, quæ ex conſuetudine non ſolent fœminis relinqui, vel quorum fœminæ eſſent incapaces, vel eſſemus in primogenituris, vel ubi ſervaretur jus Longobardorum, vel ubi eſſet ſubſtituta pia cauſa, quia his omnibus caſibus, & ſimilibus appellatione filiorum non venirent fœminæ, ut latè & ſingillatim probat Barboſ. *de appell.* 99. *num.* 58. *& ſeqq. ad* 75. vide *in* §. *Appellativa num. &* §. *Subſtitution.* Tuſch. *d. concl.* 374. *per tot.*

Filiorum appellatione an, & quando veniant nepotes, vel non in quacunque materia, latè Barboſ. 20
appell. 99. *nu.* 82. *& ſeqq. ad* 117. & dixi in §. *Appellativa n.* 1. & latiſſimè Tuſch. *lit. F, concl.* 375. *&* 376. *per tot.* Meſlin. *dec.* 206. 228. 360. *&* 460. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. tit. de verb. ſignif. concl.* 1. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 297. *per tot.* ubi plenè pro excluſione nepotum, quia non veniunt ſub nomine filiorum, neque ea proprietate ſermonis, neque ex communi uſu loquendi, & ſic niſi ex conjecturis aliter conſtet de mente teſtatoris &c. Molin. *lib.* 1. *de Primog. cap.* 15. *nu.* 31., *& lib.* 2. *cap.* 11. *à n.* 34. De Luc. *de Fideicommiſſ. diſc.* 29. *nu.* 8. Bertachin. *vol.* 60. *à n.* 39.

Filiorum appellatione tàm in actibus diſpoſitivis, 21
quàm conditionalibus, non veniunt filii adoptivi, nec arrogati, nec ſpirituales, & ideò non faciunt deficere conditionem *ſi ſine filiis &c.* niſi ſpecialis voluntatis conjectura appareat in contrarium, & idem eſt in contractibus, Barboſ. *d. appell.* 99. *num.* 75. *& ſeqq.* Tuſch. *lit. F, concl.* 373. ubi etiam an veniant naturales Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *q.* 1. *pag.* 94. *verſ. appellatione tom.* 8. Pen. & Creſcin. *deciſ.* 73. De Luc. *de teſtam. diſc.* 87. *n.* 5. Gobb. *de ſucceſſ. ab inteſt. obſer.* 14. *n.* 4.

Quando, & qualiter filii legitimi tantùm, ideſt adoptivi, vel arrogati ſuccedant tàm patri, quàm fratribus, latè Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 20. *per tot.* Oinot. *inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. de primord. ſucc. cap. de ſucc. fil. adop. fol. mihi* 232. *& de tert. ord. ſucc. num.* 41. *fol.* 235. Altimar. *loc. cit. pag.* 93., *& pluribus ſeqq.*, ubi de omnibus ſeq. concluſ.

Quòd quando fuerint adoptati de mandato teſtatoris habeant omnes prærogativas, excludant ſubſtitutum, ſuccedant in feudis, ac aliis quibuſcunque bonis, & habeantur quoad omnes effectus, ac ſi nati eſſent de vera, & naturali familia, latè Gratian. *diſcept. forenſ. capit.* 930. *per tot.* Rot. coram Ubald. *deciſ.*

decis. 733. *n.* 12. De Luc. *de Praem. disc.* 13. *n.* 25.

Plura de filiis adoptivis, quid sit adoptio, & alia, Paul. Christin. *dec.* 185. *vol.* 4. Altim *loc. cit.* Nicoli. *in Elucubrat. Utrinsq. Jur.* Plura etiam de hac materia scripta fuerunt in hac Civitate Parmæ in causa vertente inter Venerabile Consortium Cathedralis Parmæ, & Dominum Angelum Pectotelli Lslatta, & præsertim per doctissimum Dominum Joannam Fedolfi olim in eadem causa Advocatum, & deinde Provicarium Generalem Curiæ Episcopalis.

22 Filii legitimi, & naturales simul, legitimi tantùm quales sunt adoptivi, & arrogati, naturales tantùm, spurii, seu vulgò quæsiti, ex damnato coitu nati, & spirituales, an, & quando, & quomodo parentibus succedant, vide latè, & distinctè Oinot. *instit. de hæredit. quæ ab intest. def. cap. de primo ord. succ. per tot. fol.* 219. latiùs Martha *de success. legal. part.* 1. *qu.* 16. 17. 18. *&* 19. *per tot.* dixi in §. *Successio n.* 4. *supra n.* 9. Nicol. *in Elucubr. utriusque juris tit. cit.*

Qualiter filii ex primo matrimonio succedant patri, vel matri transeunti ad secunda vota, Tusch. *litt. F*, *concl.* 372. *per tot.* dixi in §. *Dispositio n.* 1. *& seqq.*

23 Filius quamvis verè catholicus non succedit patri hæretico etiam quoad legitimam *cap. vergentis de hæret.* Clar. *in* §. *Hæresis num.* 14. Michalot. *de fratr. part.* 3. *cap.* 17. *n.* 9. *infr. num.* 38. Contra Brunnem. *in l. cognovimus C. de Hæret.* quæ lex corrigitur *per auth. gazaros eod. tit.*, sed ibi contra tenet idem Brunnem.

24 Filii tamen Judæorum baptizati, & effecti Christiani succedunt illorum parentibus Judæis, ac aliis proximioribus, ne sint deterioris conditionis ex eo quod effecti fuerint Christiani, *c. Judæi* 2. *de judæis*, Borgn. *dec.* 51. *n.* 4. *part.* 2. Pic. *ad stat. Urb. glos* 13. *n.* 52.

Filius licèt ex omni causa testati, & intestati repudiaverit hæreditatem paternam, potest ex speciali privilegio re integra intra triennium pœnitere, & repudiatam hæreditatem capere cum beneficio legis, & inventarii, *l. si quis suus*, ubi Jas. *nu.* 2. *ff. de jur. delib. l. fin. C. de repud. hæredit.* Surd. *cons.* 457. *num.* 35. Rot. *dec.* 96. *num.* 11. *part.* 6. *recent.* Duen. *reg.* 347. Franch. *dec.* 282. ubi an tale privilegium competat Ecclesiæ, & dicit quòd non, Pract. Papp. *libell. hæredit. ex testam. glos.* 2. *n.* 8. *infr. n.* 31. Merlin. *dec.* 539. *nu.* 11. Rot. *part.* 9. *rec.* 393. *num.* 22. ubi tamen quòd tunc desideratur actus magis certus, & concludens ad inducendam aditionem, *& part.* 13. *decis.* 77. ubi etiam an detur restitutio in integrum, *& dec.* 232. *n.* 17. *& per tot.* latè Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. q.* 44. *per tot.* Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 5. *per tot.*

Intellige in suo, & sic vigore suitatis, nam emancipatus, vel ubi ageretur de hæreditate matris, habet solum annum ad pœnitendum, & an opus sit expressa revocatione, vel sufficiat tacita, vide Magon. *dec. Flor.* 10. *n.* 16. & latè Costa *de re integra distinct.* 76.

Quibus autem modis tollatur, & amittatur suitas, vide Altograd. *cons.* 56. *num.* 12. *& lib.* 2. ubi quòd tollitur per statutum remittens necessitatem instituendi titulo universali, vel concedens facultatem repudiandi, vel per appositionem conditionis potestativæ, sicut à statuto, sive à testatore adjectam *infr. num.* 90.

Quòd si filius abstinuit, & postea per interpositam personam emat bona patris, efficitur hæres, simpliciter, quia lex præsumit abstentionem simulatam, Magon. *decis. Flor.* 10. 35. vide in §. *Statutum generale*, *n.*

Qualiter filius repudiata patris hæreditate remanens in possessione bonorum hæreditariorum videatur abstensionem revocare, nisi habeat aliam causam possidendi diversam à titulo hæreditario, Peregrin. *decis.* 45. *per tot.* ubi plura pro defensione filii à creditoribus paternis, vide in §. *Additio &* §. *Repudiatio.*

25 Filius vivente patre, vel matre nullum jus purum, considerabile, vel probabile, habet in eorum hæreditatibus, de quo possit disponere, cedere, vel in alium transmittere, etiam respectu legitimæ, sed tantùm conditionale, si illis supervixerit *Addit. ad* Pract. Papp. *for. inquisit. glos. ult.* Altograd. *consil.* 40. *nu.* 7. *& seqq. per tot. lib.* 2. *& cons.* 41. *n.* 62. & latiùs *cons.* 43. *per tot. d. lib.* 2. ubi etiam adducit plures distinctiones, Gratian. *discept. forens. cap.* 702. *n.* 13. *& n.* 38. *&c.* ubi quale, & quòd jus habeat, & quid operetur Tusch. *litt. F*, *concl.* 357. ubi quæ possit consequi filius ab invito patre vivente.

Filius potest abstinere ab hereditate paterna, emphyteusim, feudum antiquum, & jus patronatus retinere tanquam filius, & non tanquam hæres, nec tenebitur creditoribus hæreditariis, Marant. *in l. bis potest n.* 22. *& seqq. ad* 41. Clar. §. *Feudum q.* 76. ubi videtur tenere contrarium vide in §. *Feudum n.* Gratian. *discept. forens. cap.* 351. *n.* 8. *&* 9. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 48. *n.* 32. ubi loquitur in emphyteusi Ecclesiastica, adde Paul. Christin. *decis. Belg.* 395. *volum.* 1. ubi latè an, & quando repudiata hæreditate possit filius, vel agnatus feudum capere, vel retinere, *et dec.* 303. ubi an filius exhæredatus in feudo succedat, idem Christin. *dec.* 41. *n.* 63. *et seqq. vol.* 6. *et dec.* 45. *d. vol.* 6. *& dec.* 54. *per tot. vol.* 6. Vivi. *comm. opin.* 310. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit. à n.* 14. 26

Quòd filius non possit hæreditatem paternam repudiare, & legitimam retinere, nisi in uno casu, vide Marant. *ubi sup. nu.* 62. Bart. *in l. gerit col.* 6. *ff. de acquir. hæred. et in l.* 1. *col.* 6. *ff. de vul.* Peregr. *dec.* 79. *n.* 7. Vivi. *comm. opin.* 329. Soccin. *reg.* 155. *et* 198. *inter reg. divers. fol. mihi* 320. Bald. *cons.* 73. *lib. pr. et cons.* 75. *lib.* 4. Gratian. *discept. for. c.* 249. *n.* 5. *et per tot. infr. n.* 39. Tusch. *litt. F. concl.* 356. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 27. *nu.* 2. *vol.* 4. Fachin. *contr. jur. lib.* 4. *cap.* 65. Trentacinq. *de substit. part. pr. cap.* 10. *n.* 24. qui arguunt etiam pro contraria opinione, & adducunt DD. illam sequentes, quòd scilicet possit legitima retineri, & hæreditas repudiari, de qua materia plura confusè Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 46. *per tot.* Idem Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Filius agendo, & ad sui commodum præsumitur hæres, & sic habet locum regula, filius, ergo hæres, secùs autem si ab alio conveniatur, Gratian. *discep. forens. cap.* 477. *n.* 25. *cap.* 732. *n.* 56. *cap.* 733. *nu.* 15. & Magon. *dec. Flor.* 64. *n.* 32. *dec.* 44. *n.* 2. *& & dec.* 117. *n.* 36. Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 804. *per tot.* Sperel. *dec.* 72. *n.* 26. *& seqq.* Tusch. *litt. F*, *concl.* 361. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 26. *& seq.* Paul. Christin. *decis.* 26. 27. *&* 29. *vol.* 4. ubi plura, Merlin. *dec.* 857. *n.* 9. *Addit.* ad Sanfelic. *dec.* 338. *in princ.* ubi plura de dicta regula, Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 273. *& dec.* 310. *nu.* 5. *& seqq.* De Luc. *de Hæred. disc.* 12. *n.* 9. Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 1. *n.* 27. *tom.* 2. Abeccles. & Crescin. *observ. forens. part.* 1. *obser.* 153. 27

Quòd hæc regula non procedat in hæreditate matris, quæ indiget expressa aditione, vel gestione pro hærede, cùm mater non habeat filios in potestate, & ideò non dicantur sui hæredes, intelligendo quoad actus præteritos, quia ex nunc filius agendo tanquam hæres matris, dicitur satis illius hæreditatem animo verbis declarato adire, Catoe. *dec.* 43. *nu.* 8. Altograd. *cons.* 81. *num.* 39. *& seqq. lib.* 1. Gratian. *dec.* 222. *num.* 5. *& seqq.* cum Addit. Mart. Medic. *Exam.* 50. *& dec.* 79. *per tot.* cum Addit. Altograd. *in Addit. ad d. con.* 81. *sub nu.* 42. *in fine lib.* 1. *& cons.* 43 *n.* 9. *lib.* 2. Merlin. *decis.* 857. *nu.* 10. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 456. *n.* 17. *& part.* 13. *dec.* 423. *n.* 10. 13. *&* 14. Addit. ad Sanfelic. *loc. cit.* Altim. *loc. cit. n.* 29. ubi tamen refert etiam contrarium tenentes Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

Filius non tenetur ad debita paterna, nisi se immisceat illius hæreditati, *l. necessariis ff. de acquir. hæred.* Marant. *in l. is potest n.* 84. *ff. eod.* Gratian. *discept. forens. cap.* 733. *n.* 12. *&c.* Vide Fagnan. *in cap. ad hoc a n.* 2. *de solut.* 28

Quòd regulariter filius non teneatur pro patre, vel pro matre, nec è contra pater, vel mater pro filio, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, & quando secùs, *tot. tit. Cod. ne filius pro patr. &c.* ubi Less. & alii, Caroc. *tract. de except.* 103. *&* 104. *& tract. de execut. bon. part. pr. qu.* 410. *qu. princ.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 17. *volum.* 3. De Luc. *de Credit. disc.* 86. *n.* 6.

Et ideò creditor agens contra filium ex debito pater-

terno, debet in petitione dicere, & postea probare quod sit hæres patris, alias petitio esset inepta, & succumberet; Capyc. *dec. 70. per tot.* Sperel. *dec. 72. n. 29. &c.* ubi ampliat etiamsi filius tanquam hæres conventus nihil opponat, neque neget se hæredem esse, & aliis modis, de quibus ibi per eum, sed de tot ampliationibus in practicis ego dubito, vide *in §. Exceptio nu. 9. §. Hæres nu. 1.* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 5. nu. 25. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg. 85. per tot. vol. 1.* ubi tamen quod si filius possideat res defuncti præsumitur adivisse, & tenetur ad debita, licet alii communiter teneant aditionem esse probandam ab allegante, vide in *§. Aditio nu. 1. & per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec. 338.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 804.* Cabal. *cons. dec. 29. lib. 1.* De Luc. *de jurepatr. dist. 60. nu. 15.* Intellige ut dicitur *de Hæred. disc. 12. n. 9.*

Non desunt tamen alii plures contrarium (& fortè veriùs de jure) tenentes in suo, & necessario hærede, prout est filius in potestate patris constitutus, scilicet ut ipse ministerio legis statim hæres patris efficiatur sine alia immixtione, vel declaratione, etiamsi ignoraverit, ac proinde dum non abstinet, bona patris, quamvis non se immisceat, obtinet, & potest tanquam hæres conveniri, & executari prout poterat pater, licet aliàs de immixtione non appareat, nec probetur ab actore, cùm sola existentia filii, eum faciat hæredem, ac induat continuationem dominii, ut nulla videatur adesse hæreditas, sed suo hæredi in ultimo vitæ spiritu quæritur, & non sola potestas abstinendi, sed ipsa abstensio potest illum liberare, hancque sententiam tenuerunt Accurs. *in l. necessariis, verb. teneantur ff. de acquir. hæred.* ubi etiam Coman. Jas. *in l. ei, qui n. 2. ff. eod.* Fabr. *de error. Pragm. Decad. 31. error. 10.* & Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 1. per tot.* ubi alios adducit, strenuè defendit, sicque judicatum asserit, & contrariis satisfacit, & ut verum fatear mihi summoperè probatur, ac pluries servatum vidi, dum de abstensione, vel repudiatione non docebatur, vel non negabatur se esse hæredem patris.

Quando autem filius teneatur ex eo, quòd debitum à patre contractum sit versum in ipsius filii utilitatem, commodum, vel alimenta, vel si agatur de pensione domus, licèt non sit hæres patris, si constet de dicta versione, vide Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 48.* Gratian. *discept. forens. c. 94. 107. 108. & 713.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. q. 5. n. 14.* & benè Joseph. Urceol. *Consult. forens. cap. 14. num. 2. &c.* ubi refert contrarias opiniones, & dixi in *§. Uxor n. 14.* vide in meis resol. *cap. 29. n. 17. & 18.* ubi declaravi, & Cost. *de remed. subsid. remed. 12. per tot.* Novar. *qu. for. 122. per tot. part. 1.*

Contrarium quòd imò filii, nec uxor teneantur etiam stante dicta versione, ingeniosè probat, & sequitur Dian. *part. 6. tract. 7. resol. 20.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 4. n. 28.* Gamma *decis. 186.* Rot. *decis. 512. n. 5. part. 9. recent. tom. 1.* Hermosill. *in l. 5. glos. 2. tit. 1. part. 5. tom. 1. nu. 6.* & Urceol. *in Append. ad d. c. 14.* latè Pacion. *de locat. & conduct. c. 35. n. 1. seqq.*

Quòd filii, & uxores, quorum parentes, & mariti sine culpa sua ad penuriam sunt redacti, & post mortem reperiuntur non solvendo, possint ex bonis relictis tantùm subtrahere, & occultare quantum satis sit ad honestam vitæ sustentationem, & mediocrem sui status conservationem, nec id teneantur revelare, sed possint negare etiam cum juramento nihil occultasse, vel habere (subintelligendo) quòd non sit sibi debitum, & necessarium, Dian. *part. 5. tract. 14. resol. 57.*

Licèt autem filii per judices creatos non puniantur pro delictis, peccatis parentum, tamen justè à Deo puniuntur etiam pro peccatis parentum in hac vita usque in tertiam, & quartam generationem, etiam pœna mortis, ut ex pluribus Sacræ Scripturæ locis latè ostendit Gab. Vasquez in S. Thom. 1. 2. *tom. 1. disp. 135. per tot. fol. mihi 604. & disput. 142. art. 8. fol. 633.* & dixi in *§. Peccatum nu. 15.* Vide Bertachin. *vol. 146. fere per tot.*

29 Filius non tenetur ad debita paterna, nec quasi contraxisse videtur cum creditoribus patris, quamvis assumpserit, & repræsentaverit locum, & personam illius præmortui, concurrendo ad successionem avi unà cum patruo, quia ex hoc non efficitur hæres patris, nec ab eo dicitur quidquam habere, sed ab ipso avo, cui succedit, Gratian. *discept. for. c. 785. per tot.* Magon. *dec. Flor. 147. per tot.* ubi quòd quis potest subintrare locum patris, quamvis illius non sit hæres, & dixi *in resol. cap. 45. num. 6. & 7.* vide *infr. n. 91. & in §. Repræsentatio n.*

Non etiam tenetur ex eo, quòd habuerit portionem sibi debitam vigore, *l. hac edictali C. de secund. nupt.* quia illam consequitur ex dispositione legis, non tanquam hæres, Rot. *part. 18. recent. dec. 606. n. 6. &c.*

Filius familias qualiter possit adire, vel repudiare hæreditatem sibi delatam, cum patris consensu, vel sine, Marant. *in l. is potest. n. 206. ff. de acquir. hæred.* Gratian. *discep. forens. c. 475. per tot.* ubi quòd contra eum currit præscriptio, an verò à die scientiæ, vel delatæ hæreditatis idem per eum, & vide in *§. Hæreditas nu. 8.* & Tusch. *litt. F, concl. 366. per tot.* facit *infr. n. 50. 53. & 62.* & benè Francisc. de Amaya *observ. lib. 1. cap. 5. per tot. fol. mihi 441.* Altograd. *cons. 82. per tot. tom. 1.* 30

Filius qui per 30. annos adivit paternam hæreditatem censetur tantùm exclusus uti filius, & tanquam agnatus habet alios 30. annos, sicut quilibet agnatus proximior institutus habet 30. annos ex testamento, & alios 30. annos ab intestato, nisi expressè repudiaverint, quia tunc statim sibi præjudicant, Marant. *in l. is potest ff. de acquir. hæredit. num. 100.* Bart. *cons. 120.* Corn. *cons. 16. libr. 3* Gratian. *discept. for. cap. 433. n. 8.* Mieulor. *de fratr. part. 3. cap. 42. n. 6. & 7.* Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 3. qu. 10. nu. 4. 5. & 30.* ubi distinguit, vide *supra n. 24.* 31

Filius familias bannitus est capax successionis sibi delatæ de jure communi, licèt non vigore statutorum loci, à quo est bannitus, cùm propter bannum illa amiserit, undè retinet hæreditatem paternam sibi delatam, & ab illa fiscum excludit, ex eo etiam quia in confiscatione non veniunt bona futura; quando verò esset omni jure incapax excluso adhuc fisco admitteretur alius sequens proximior in gradu, ita ut nec hæreditas ei delata, & non adita pertineat ad fiscum, Castr. *consil. 212. lib. 2.* Marant. *in d. l. is potest n. 124. in fine,* Clar. *§. Testamentum qu. 20.* Gratian. *discept. for. cap. 309. n. 10. & cap. 568. nu. 26.* latè Cabal. *resol. crim. cas. 264. per tot.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 132. &c.* Card. Tusch. *litt. B, concl. 14. per tot.* Farinac. *q. 102.* vide in *§. Bannitus n. 20. §. Filius n. 7. & in Pract. §. Banditi n. 26. & seqq. ad 34.* ubi plura, Paul. Christin. *dec. 4. vol. 5.* Caren. *resol. 121. per tot.* 32

Quòd fiscus non habet jus in bonis paternis post sententiam delatis, nec ratione legitimæ, nec quavis alia de causa, tanquam futura non veniant in confiscatione, Magon. *decis. Flor. 99. num. 1. &c.* ubi etiam *n. 5. &c.* an bannitus retineat beneficia juris communis, Cabal. *d. cas. 264. per tot.* Rot. *part. 9. rec. dec. 305. n. 16. & seqq.* ubi quòd legitima delata filio post delictum non confiscatur, sed benè si priùs fuerit delata, vide in *§. Legitima n. 28. in fine,* ubi an attendatur tempus delicti, vel condemnationis, de quo etiam Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap. 9. §. 1. dub. 5. per tot. fol. 315.* Vide De Luc. *de Regal. disc. 160. Conflict. observat. 116.*

Quòd quando bannum capitale emanavit non ob simplicem contumaciam, sed ob delictum probatum, & stantibus statutis, ac legibus municipalibus, quòd banniti possint (imò debeant ab omnibus offendi) hodie dicti banniti æquiparentur deportatis, efficiantur servi pœnæ, & ammittant omnia privilegia, & jura succedendi, etiam de jure communi quoad bona sita in territorio Principis bannientis, & illa pertineant, ac devolvantur ad alios proximiores defuncti tanquam si banniti non essent in rerum natura, sed verè, & naturaliter mortui, cùm pro mortuis reputentur, & habeantur, nec possint ad illa redire, vel reintegrare, etiamsi postea restituantur ad gratiam,

adeò

adeò ut nec illorum filii durante banno suscepti, tamquam nati ex novo homine, possint admitti, latè probat videndus Altograd. *cons.* 98. *per tot. lib.* 1. Cabal. *dict. cas.* 264. *n.* 28. *& seqq.* ubi benè distinguit, vide French. *decis.* 102. 213. *&* 989. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 14. *per tot.* Farinac. *quæst.* 102. *n.* 25. *&c.* Cattar. *de Execut. sentent. cap. bannit. cap.* 1. *n.* 423. Card. Tusch. *litt. B, conclus.* 10. *& seqq.* Ferard. *Alleg. fisc.* 8. *per tot.* ubi plura de filio suscepto, & nato ex patre bannito post bannum, non admittendo ad successionem feudi, sed locum esse devolutioni ad favorem Domini.

Quòd filius à patre institutus, ante sententiam possit renunciare hæreditatem in commodum fratris, & non dicatur fieri fraus fisco, *l. in fraudem ff. de jur. fisc. leg. cum quidam ff. eodem,* Boss. *tit. de bon. pub. n.* 29. Franch. *dec.* 41. *&* 101. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 9. *n.* 12. *& seqq.* vide in *§. Legitima n.* 28. *in fine.*

33 Filius, vel filia paciscens cum patre de nihil petendo post ejus mortem, non tenetur servare pactum, quod est invalidum, nisi sit juratum, & intelligitur renunciesse tantum successioni ab intestato, non autem ex testamento, adeò quod possit postea sibi relictum ab illo capere, cùm tunc videatur sibi remissum juramentum, de quo plura Petr. Jacob. *Pract. libellar. tit. de condit. ex l. omnimod. act. ex test. cumul.* & secundum eum auget numerum quoad computationem legitimæ, vide Gratian. *discept. forens. c.* 496. *n.* 73. *& cap.* 565. *n.* 61. *&* 62. dixi in *§. Pactum, n.* 3. *& infr. hoc §. num.* 92. Paul. Christin. *decis.* 28. *n.* 2. *& vol.* 4. Urceol. *Consult. forens. cap.* 98. *n.* 32. *& vol.* 2. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 4. *per tot.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 166. *n.* 19. *et seqq.* facit latè Ludovis. *decis.* 85. *per tot.* ubi de filia, quæ renunciavit ad favorem patris, reservato sibi jure succedendi, ut non possit impugnare testamentum patris, & reservatio operetur solùm quoad successionem ab intestato quatenus ei competat, & plura de natura reservationis, ut non tribuat jus reservanti, sed tantùm illud conservet, si aliàs competat, vide Beltr. ad Ludovis. *loc. cit.* Vide Andreol. *controvers.* 27. *controvers.* 240. *& controvers.* 312. *nu.* 6. *&* 7. Cyriac. *controvers.* 88. Hodiern. *controvers.* 28. Pistor. *qq. Jur. libr.* 4. *per tot.* De Luc. *de Fideicommiss. disc.* 141. Capon. *de pact. quæst.* 25. Altimar. *de nullit. contr.* 2. *part.* 4. *quæst.* 39. *a nu.* 237. *& plurib. seqq. tom.* 6.

34 Filius legitimè exhæredatus, vel deportatus, qui pro mortuo reputatur, & alii, qui Religionem bonorum incapacem ingressi fuerunt, non faciunt partem, vel numerum in computatione legitimæ, si quæratur an sit triens, vel semis, nam qui non habet jus succedendi non computatur, *leg.* 1. *§. emancipatus, ff. de conjug.* Petr. Jacob. *loc. cit.* Michalor. *de fratr. par.* 1. *c.* 33. *nu.* 11. Gratian. *discept.* 178. *n.* 2. *& infr. nu.* 89. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 89. *vol.* 1. *& decis.* 182. *n.* 17. *& seqq. vol.* 5. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *n.* 1.

35 Filius ut dicatur legitimè exhæredatus, est necessaria expressio causæ in testamento, nec istud sufficit, sed debet postea hujusmodi causa probari ab hærede cum loco, & tempore illius commissæ, Grat. *discept. forens. cap.* 902. *n.* 10. *& seqq.* late Tusch. *litt. E, concl.* 578. 579. *&* 580. Viv. *com. opin.* 305. Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 20. *nu.* 5. *&* 13. *&c.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *qu.* 39. *per tot.* Caren. *resol.* 121. *num.* 9. Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 6. *§.* 3. 304. Nicol. *Elucubr. utriusq; jur. de exhered. liber. nu.* 2.

Quòd causa expressa præsumatur falsa, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 29. *per tot.* Merlin. & de Angelis *loc. cit.*

Si tamen ipse filius manu propria scripserit testamentum in quo exhæredatio continetur, valet etiam sine expressione causæ *l. non putavit §. si quis, ff. de bon. poss. contr. tab.* ubi DD. Dezan. *dec.* 368. *nu.* 2. 49. 50. *&* 51. Vasquez *loc. cit. dub.* 3. ubi qualiter filius præteritus, vel exhæredatus possit approbare testamentum.

An exhæredatio in institutione se extendat ad substitutionem, & quod facta de filiis non noceat nepotibus sed isti possint ex successorio edicto annullare testamentum Castr. *cons.* 171. *n.* 3. *lib. pr.* Tusch. *litt. E, conclus.* 581. *&* 582. Calvin. *de æquitat. cap.* 27. ubi quod defuncto filio justè exheredato, vivente patre, illius filii, & sic talia nepotes exhæredati non possunt, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 6. *§.* 3. *dub.* 3. *fol.* 206. ubi quòd justè exhæredato filio, non admittitur nepos.

Filius existens in patria potestate si commiserit aliquam ex 14. causis ingratitudinis, propter quam potuerit exhæredari, si postea efficiatur Clericus, vel Monacus, non erit amplius locus exhæredationi, *cap. non liceat* 19. *quæst. ultim.* Mersil. *de fidejuss. n.* 116. Tusch. *litt. I, conclus.* 133. *&* 134. *& litt. P, conclus.* 383. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 6. *§.* 3. *dub.* 6. *fol.* 306. ubi contrarium videtur firmare Nicol. *loc. cit. n.* 3 *vers. qui tradit.* 36

Item secundum æquiorem opinionem, si efficiatur furiosus, cum satis suo furore puniatur, & non possit molestari pro delictis commissis etiam ante furorem, Clar. *§. fin. quæst.* 60. *& §. Testamentum q.* 41. *vers. Sed pone,* quicquid contrarium teneat. Bart. & Jas. *in l. ex facto ff. de vulg.* Viv. *comm. opin.* 309. ubi reprobat Clarum.

Item filius etiam legitimè exhæredatus, potest evitare exhæredationem, si vivo adhuc patre pœnitentiam egerit, vel si se cum patre reconciliaverit, vel ab eo remissionem causæ ingratitudinis obtinuerit, quibus casibus ipso jure exhæredatio intelligitur ademptа, & revocata, Bart. *in l.* 3. *non solum ff. de adim. leg.* Jas. *in Auth. non licet Cod. de liber. præt.* Onuf. *institut. de exhered. liber. in princ. num.* 17. *& seqq.* Gratian. *discept. for. cap.* 586. *n.* 39. *& c.* 140. *n.* 8. *&c.* Soccin. *reg.* 347. Diaz. *reg.* 523. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 30. *n.* 3. *& seqq.* ubi benè declarat, & in aliquibus recedit à prædictis, vide Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst* 20. *n.* 20. *& seqq. per tot.* Sperel. *decis.* 158. *n.* 44. Tusch. *litt. E, conclus.* 583. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 309. Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 6. *§.* 3. *dub.* 5. *fol.* 306. Donad. *de renunciat. cap.* 36. *per tot.* ubi plura de ingratitudine Nicol. *loc. cit. vers. adde.* Vide Card. De Luc. *de fideicommiss. disc.* 256. *n.* 8.

Quod ingratitudo præterita possit à patre per pactum remitti, non autem futura, & quate Soccin. & Diaz. *loc. cit.* Tusch. *d. concl.* 383. *num.* 8. Donad. *loc. cit.*

An autem bona, vel mala mente præsumatur facta exhæredatio, Menoch. *lib.* 4. *præs.* 28. *per tot.*

Filii possunt ex 14. causis exhæredari, nempè. 37

Primò si parentibus violentas manus intulerint.

Secundò, si gravem, & inhonestam injuriam illis ingesserint.

Tertiò, si illos accusaverint de crimine capitali, nisi sit adversus Principem, vel Rempublicam.

Quartò, si cum maleficis, ut maleficia versentur.

Quintò, si per venenum, vel alio modo vitæ parentum fuerint insidiati.

Sextò, si novercæ, aut concubinæ patris se immiscuerint.

Septimò, si fuerint delatores contra parentes, illosque sua delatione gravia dispendia sustinere fecerint.

Octavò, si noluerint fidejubere pro parentibus carceratis. Bertachin. *vol.* 86. *ferè per tot.* Hering. *de fidejuss. cap.* 7. *num.* 348. *& seq.* Coccin. *decis.* 1544. *num.* 2.

Nonò, si illos testari prohibuerint.

Decimò, si præter voluntatem parentum Arenariis, vel Mimis se sociaverint, & in hujusmodi professione permanserint, nisi forsan parentes ejusdem conditionis fuerint.

Undecimò, si filia noluerit nubere, sed vitam luxuriosam tenere, nisi pater distulerit illam maritare ultra 25. annum, *infr. num.* 75. latè Merlin. *decis.* 457. *num.* 5. *& seqq.*

Duodecimò, si neglexerint parentes furiosos curare, vel nutrire.

Decimòtertiò, si parentes captivos redimere recusaverint.

Decimoquartò, si filii fuerint hæretici, de quibus causis

cauſis habetur in §. *aliud quoque cum aliquot* §§. *ſeqq. Auth. ut cum de appell. cognoſc.* Oinot. & alii *Inſtit. de exhæredat. liber. num.* 13. Tuſch. *litt. E, concl.* 577. *per tot.* Gabr. Vaſq. *Opuſc. mor. tract. de teſtam. cap.* 6. §. 3. *dub.* 4. *per tot. fol.* 305. Nicol. *d. tit. de exhæred. liber. num.* 3.

Et non ſolum ex dictis cauſis in jure expreſſis poſſunt exhæredari filii, verum etiam ex aliis cauſis ſimilibus, ut ſi non procuraverint redimere parentes carceratos, etiam ex cauſa delicti, & hujuſmodi, Jaſ. *in Auth. non licet, Cod. de lib. præt.* Oinot. *loc. citat. num.* 15. & 16. Rot. *part.* 2. *diverſ. decis.* 61. & 63. *in eadem cauſa reviſa, & dec.* 94. ubi fuerunt examinatæ aliquæ excuſationes adductæ, & rejectæ, *infr. num.* 54. Fachin. *controv. jur. lib.* 6. *cap.* 78. Clar. §. *Teſtamentum quæſt.* 41. Paul. Chriſtin. *decis.* 19. *n.* 5. *volum.* 4. Viv. *comm. opin.* 306. Caren. *reſol.* 121. ubi ex cauſa homicidii deliberati, ne bona vadant ad fiſcum. Nicol. *dict. tit. cit. num.* 3. *verſ. adde.* Vide Card. De Luc. *de Legit. diſc.* 13. *num.* 6. *de Matrim. diſc.* 8. *n.* 16.

Non tamen poteſt filia ob meretricalem vitam exhæredari à matre pariter meretrice Bart. Jaſ. & alii *in l. in arenam C. de inoff. teſtam.* Diaz. *reg.* 457. *infr. num.* 75. Viv. *comm. opin.* 308.

Quòd filii poſſint privari à patre ſucceſſione ſua, excepta legitima, etiam ſine aliqua cauſa, *l. parentibus Cod. inoff. teſtam.* ubi plura Caſtr. & *conſ.* 414. *lib.* 2. Tuſch. *litt. F, concluſ.* 359. vide in §. *Eccleſia num.* 11. Dian. *part. pr. tract.* 8. *reſol.* 83. & *part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 114. ubi quid in foro conſcientiæ.

Quòd debeant habere legitimam ex bonis, & ſubſtantia patris, & non in pecunia Viv. *comm. opin.* 311. vide in §. *Legitima.*

38 Filii propter crimen læſæ Majeſtatis commiſſum à patre privantur illius ſucceſſione, etiam reſpectu legitimæ *leg. quiſquis,* §. *Filii verò Cod. ad leg. Jul. majeſt.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 9. *per tot.* Clar. §. *Læſæ Majeſtatis verſ. Præterea,* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 30. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Læſa Majeſtas reſol. unic. per tot.* ubi tamen in fine teſtatur hujuſmodi pœnas contra filios non eſſe in uſu de generali conſuetudine, nec etiam de jure procedere in multis caſibus ibi relatis, Michalor. *de fratribus part.* 3. *cap.* 17. *num. pr.* & Farinac. *quæſt.* 116. §. 3. *per tot.* dixi *in Pract.* §. *Figliuoli num.* 4. 5. & 10. §. *Bandit. num.* 32. ubi de legibus municipalibus Status Florentini, vide in §. *Fiſcus num.* 7. & §. *Legitima num.* 27. Paul. Chriſtin. *decis.* 127. & 196. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 275. *nu.* 18. & *ſeqq. libr.* 3. Anna *conſ.* 9. *n.* 45. Gutierez *libr.* 2. *canonic. q. q. cap.* 3. *nu.* 37. Bertachin. *vot.* 146. *n. pr.*

De omnibus ſub hoc num. contentis vide Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. *pr. num.* 38. & *ſeqq.* & *in* §§. *ſeqq.* ubi accuratè tractat materiam criminis læſæ Majeſtatis plures antiquos, & modernos allegans Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 521. & *ſeqq.* Cabed. *decis.* 82. *part.* 2.

Filios tamen natos ante delictum patris, non poſſe dici procedere à radice infecta, & ob id non eſſe privandos ſucceſſione, ad quam jure proprio vocantur, Theſ. *quæſt. forenſ.* 80 *num.* 3. *lib.* 3. Molin. *de juſt. & jur. tract.* 2. *quæſt.* 658. *num.* 20. Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 366. *num.* 14. & *ſeq.* Seraph. *decis.* 830. *n.* 8. Calvin. *de æquit. lib. pr. cap.* 12. Mari. *de ſucc. legal. part. pr. quæſt.* 8. *art. pr. ſub n.* 9. Add. ad Paſchal. *de Patr. Poteſt. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 9. Bertachin. *vot.* 146. *n.* 7.

Nec etiam dictas pœnas habere locum contra Clericos, vide in §. *Clerici nu.* 85. Calvin. *loc. cit. cap.* 11.

Nec de conſuetudine ad Seraphin. *decis.* 830. *nu.* 9. Decian. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 48. Martha *vot. Piſ.* 253. *num.* 8. vide de tali conſuetudine Galliæ, Hiſpaniæ, & Italiæ, ac etiam de jure filios natos ante rebellionem patris, vel hæreſim non comprehendi ſub diſpoſitione *dict. leg. quiſquis C. ad leg. Jul. Majeſt.* juxta veriorem ac communiorem ſententiam, quicquid aliàs contrarium ſcripſerit *in vot.* 36. *num.* 12. &c.

An autem pœna canonum, & legum indicta filiis hæreticorum extendatur ad filios ante crimen natos, Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 8. vide in §. *Hæreſis num.* 13. *in fine,* Gibal. *de univerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *conſect.* 2. *per tot. fol.* 548. Vide Mart. *dict. quæſt.* 8. *n.* 14. Bertachin. *dict. vot.* 146. *n. fin.*

Quòd filiæ licet fœminæ tamquam procedentes ex radice infecta includantur ſub pœna, *dict. leg. quiſquis,* ſicut maſculi tàm nati ante, quàm poſt rebellionem probat Martha *vot. Piſ.* 56. *per tot.* Quamvis quoad fœminas contrarium teneat, & de communi teſtetur Gigas *de crimin. læſ. Majeſt. lib.* 3. *qu.* 14.

Filius acceptans patris legatum, ſi acceptatio ſuit plenum effectum ſortita conſecutionis, non poteſt amplius impugnare illius teſtamentum, ſi verò primò impugnet teſtamentum, non amittit legatum ſuccumbendo, niſi illud tamquam falſum, & inofficioſum impugnaverit, nam tunc amitteret legatum, Pract. Pap. *lib. hæredit. ex teſtament. gloſſ. Ac etiam realiter num.* 4. Gratian. *diſceptat. for. cap.* 704. *nu.* 35. vide in §. *Impugnatio numer.* et §. *Legatarius numer.* 39

Quòd filius poſſit abſtinere ab hæreditate paterna, & retinere legatum ſibi factum, cum non impugnetur judicium teſtatoris ab eo, qui juſtis rationibus noluit negotiis hæreditariis implicari, *leg. filio pater* 89. *ff. de leg. pr.* ut benè explicat Urceol. *conſult. foren. cap.* 27. *num. pr. et ſupra nu.* 26. vide Tuſch. *litt. H, concluſ.* 41. *per tot.*

Et generaliter quando acceptans legatum ex teſtamento ſolemni, poſſit poſtea illud impugnare, & quòd requiratur in acceptante perfecta ſcientia nullitatis, ut ſibi præjudicet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 429. *num.* 21. *etc.*

Qualiter filius exhæredatus recipiens legatum ſibi à patre factum intelligatur querelæ inofficioſi teſtamenti renunciare, & alia ad rem, latè Donad. *de renunc. cap.* 40. *per tot.*

Filius, cui ſuit aliquid à patre donatum, an & quando teneatur illud conferre in diviſione cum aliis fratribus, Pract. Papp. *libell. hæred. vel rei ſing. divid. gloſſ. pr. num.* 11. vide in §. *Donatio num.* et §. *Expenſæ num.* Michalor. *de fratr. part. pr. à cap* 8. 40

Filius poteſt ex propria perſona revocare donationem factam à patre cum promiſſione nulla ex cauſa revocandi, ſi ſit inofficioſa, an autem in totum, vel uſque tantùm ad legitimam, vide Pract. Papp. *cauſ. vendit. gloſſ.* 13. *num.* 2. *et in Addit.* Clar. §. *Donatio quæſt.* 24. vide in §. *Donatio num.* Vide De Luc. *de Donat. in ſumm. n.* 74. *de Hæred. diſc.* 31. 41

Filii, per quorum nativitatem factus fuit locus revocationi donationis, ſi ante revocationem decedant, non confirmatur donatio, cum eſſet æquitas prætoria conditionata, *in l. poſthumus, ff. de injuſt. rupt. et irrit. teſt. et l. fœminæ, Cod. de ſecund. nupt.* Pract. Papp. Calſ. *donat. gloſſ.* 3. *num.* 5. 42

Contrarium tamen firmat Clar. in §. *Donatio quæſt.* 23. *verſ. Ultimo quæro,* ubi vide, *et in* §. *Donatio nu.*

Filius præteritus ſi antequam impugnet teſtamentum moriatur, illud confirmatur, ſive ſint inſtituti, extranei, ſive venientes ab inteſtato *leg. filio præterito, ubi DD. ff. de injuſt. rupt. teſt.* Pract. Papp. *libell. hæred. ex teſtam. gloſ. Ac etiam realiter num.* 11. *etc.* vide in §. *Præteritio num.* 43

Filius renunciando bonis paternis non videtur renunciare legitimæ, & ejus ſupplemento, niſi de illa ſpecialem mentionem fecerit, vel niſi adſit juramentum, quòd ſolet vim expreſſi habere, Everard. *loc. à vi, et energ. juram. num.* 33. *et* 37. vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap,* 247. *num.* 28. *et* 37. *cap.* 472. *num.* 20. *cap.* 637. *num.* 23. *cap.* 684. *num.* 21. *cap.* 743. *n.* 3. *et cap.* 751. *num.* 18. *et ſeqq. ad* 29. Magon. *decis. Flor.* 35. *nu.* 8. & plenè Galvan. *conſ. pr. et* 2. *per tot.*, vide Setſer. *de juram. lib. pr. cap.* 25. *à nu.* 65. Card. De Luc. *de Donation. diſc.* 33. *n.* 12. *de Legitim. diſc.* 40. *n.* 16. *et diſc.* 10. *n.* 11. 44

Filius, qui à patre vivente conſequutus fuit legitimam, non poteſt amplius ab eo alimenta prætendere, & quid ſi poſtea illam detraxerit, & conſumpſerit? vide opiniones diverſas apud Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 7. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 30. *nu.* 11. Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 35. *num.* 30. & dixi in §. *Alimenta num.* §. *Legitima num.* 45

& §. Pater num. Vide De Luc. *de Testam. disc.* 22. *num.* 11.

46 Filius nondum natus, sed in utero adhuc existens, quotiescumque agitur de illius commodo reputatur pro nato, ut dixi supra *nu.* 18. *vers. In fideicommissis in §. Posthumus numer. & in §. Statutum dans præmium num.* Boss. *de aliment. cap.* 7. §. 23. *num.* 426.

47 Filius gravatus fideicommisso, si est purè gravatus detrahit tantùm legitimam, si verò est gravatus sub conditione detrahit etiam Trebellianicam, & sic duas quartas, legitimam scilicet statim, & Trebellianicam adveniente conditione, & tempore restitutionis, quæ duæ quartæ simul junctæ ascendunt ad dimidiam totius hæreditatis, & ad hæredes transmittuntur, etiamsi non fuerint deductæ in vita gravati, Pract. Papp. *libell. ex substit. gloss. Ac per fideicommissum num.* 6. ubi addit Belloo. *cons.* 80. *num.* 14. *& cons.* 58. *num.* 5. Natt. *cons.* 253. Gloss. & Bart. *in leg. Papinianus §. Meminisse, ff. de inoff. testam.* Gratian. *decis.* 59. *per tot. discept. forens. cap.* 902. *num.* 28. Magoo. *decis Flor.* 92. *num.* 19. Pontirol. *respons. pro Mambellis num.* 213. *& seqq. Cæsenæ impresso de anno* 1645. Fachio. *controv. lib.* 5. *cap.* 2. Paul. Christio. *decis. Belgic.* 245. *vol. pr.* ubi concedit utriusque quartæ detractionem etiam filio purè gravato, ac etiam si legitima per se esset semis, attento numero liberorum, vide in §. *Legitima num.* 24. Christio. *dec.* 24. *num.* 2. *volum.* 4. *& decis.* 203. *nu.* 11. *et seqq. vol.* 5. Martha *vot. Pis.* 8. *num.* 62. *et seqq.* Vivi. *comm. opin.* 358. ubi plura. Adde De Luc. & Scopp. ad Gratian. *loc. cit.* Surd. *decis.* 333. *nu.* 13. Coccin. *decis.* 1207. *n. pr.* Caprar. *decis.* 200. *n. pr.* Vide infra *in noviss. addit.* Crescio. *n.* 189.

Et quòd filius possit petere separationem suæ legitimæ ante purificationem fideicommissi, Sperel. *dec.* 176. *n.* 94.

Quòd prædicta de detractione legitimæ, & Trebellianicæ procedant etiam in filio legitimato per rescriptum Principis, Peregr. *dec.* 35.

An idem sit in patre gravato à filio, ut possit dictas duas quartas deducere, contrarias opiniones adducit Gratian. *d. decis.* 59. *in Add. n.* 2. *et seqq.* ubi transit cum negativa, & dixi in §. *Pater num.* 22. Christin. *decis.* 203. *n.* 30. *et seqq. vol.* 5. ubi plures refert pro utraque parte.

Quomodo deducantur dictæ duæ quartæ, vide in §. *Legitima num.* 24.

48 Filius alimentatus ex sua industria non potest à patre petere alimenta præterita, nisi pro illis contraxerit debitum cum aliquo, cui pater teneretur satisfacere, *l. libertis §.* 1. *ff. de alim. leg.* Afflict. *decis.* 10. *nu.* 4. vide in §. *Alimenta num.*

49 Filii mortua matre possunt agere contra patrem dilapidatorem, ut restituat, vel in tutum ponat dotem maternam, Pract. Papp. *Act. uxor. ad dot. et usumfr. glos.* 2. *n.* 7. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 427. *n.* 15. *et* 16. ubi facit contra, sed postea hanc conclusionem probat *in cap.* 974. *n.* 6. *et seqq.* ubi etiam quòd pro illorum interesse possunt defendere bona materna, vide in §. *Uxor num.* Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 31. *n.* 123. *et* 124. *tom. pr.*

An autem repellantur præstita illis cautione, Gratian. *dec.* 194. *in Addit.* Scopp. ad Gratian. *loc. cit. n.* 7. *et seqq. et* De Luc. *num.* 7.

Item possunt agere contra patrem dissipantem bona fideicommissaria, præstando tamen illi postea alimenta si indigeat, Soccin. *reg.* 201. *in fine*, Gratian. *discep. forens. cap.* 832. *nu.* 20. late Costa *de remed. subsid. num.* 4.

An autem contra patrem dilapidatorem possint prætendere legitimam dum vivit, affirmat Urceol. ad Afflict. *dec.* 86. *num.* 2. 5. *&* 6.

Sed contrarium verius dicit Altograd. *consil.* 43. *n.* 49. *lib.* 2. ubi tamen *n. seqq.* quòd possunt patri facere interdicere administrationem, & dari curatorem, facit quod dixi in §. *Donatio n.* *et §. Legitima n.*

50 Filii qualiter non possint in jus vocare patrem sine venia, latè Dian. *reg.* 351. *per tot.* ubi undecim modis ampliat, & quinque limitat, vide latè Onot. *infr. cit.* Ricc. *Collect.* 419. *et* 2423. Vivi. *comm. opin.* 317. ubi ampliat etiam quoad matrem, & licèt sint tantùm parentes spirituales, & alia modis, limitat tamen quoad incestuosos, & hujusmodi, Castejon. *de Aliment. cap.* 23. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 7. *a num.* 7. *to n.* 2.

Et licet vocando sine venia incidant in pœnam, processus tamen non est nullus, sed valet, Vaot. *de nullit. ex defect. inhabilit. feud. mand. num.* 56. *fol. mihi* 157. facit contra Onot. *infr. cit. num.* 67. Vivi. ubi supra intelligendo parte non opponente.

An, & quando possit esse lis inter patrem, & filium, vel avum, & nepotem, & quando venia dicatur concessa, Capyc. *dec.* 56. *per tot.* latè, & magistraliter videndus Onot. *in §. pœnales quoque Instit. de act. num.* 30. *et seqq. ad* 69. *fol. mihi* 417. cum aliis pluribus per eum citatis, Tusch. *litt. F*, *concl* 363. *per tot.* ubi etiam an, & quando filii possint agere, vel conveniri sine consensu patris, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 90. *num.* 7. *et volum* 2. vide in §. *Citatio n.* 64. *infr. n.* 62. vide Cevall. *comm. quæst.* 286. Nicoli. *in Elucubrat. Utriusque Jur.* Card. De Luc. *de Legitim. disc.* 40. *n.* 15. latè Altimar. *loc. cit.*

Filii tenentur magis assistere, & subvenire parentibus, quàm uxori, & filiis propriis, si non possint utrisque, vel omnibus subvenire; nec quoad primum obstat illud Genes. 2. relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, quia intelligitur quoad unionem carnis, & habitationis, non quoad subventionem, & quoad secundum non obstat, quod amor magis descendat, quàm ascendat, quia procedit quoad ordinem dilectionis, non quoad effectum obligationis, quæ major est erga filios, quàm erga uxorem, D. Thom. 2. 2. *q.* 26. *art.* 11. *& art.* 9. Sylver. *in summ. verb. Filii num.* 26. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 94. *num.* 10. *& seqq. ad finem.* Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 95. ubi an sit peccatum mortale intervertere ordinem in succurrendo patri, matri, filio, & uxori, *& part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 60. *vers. sed difficultas, etc.* ubi etiam an magis teneantur parentibus, vel creditoribus in æquali necessitate constitutis. 51

Qualiter filii malè tractantes suos parentes possint puniri, ac debeant juxtà qualitatem delictorum, vide in §. *Patricidium num.*

Qualiter filii præsumantur diligere parentes, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 57. *per tot.*

An autem sicuti filii tenentur corporalibus necessitatibus parentum subvenire vigore quarti præcepti Decalogi, ita etiam ex vi ejusdem præcepti teneantur spiritualibus, & ita orare, vel alia pia opera facere pro animabus parentum defunctorum, Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 60. ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam amplectitur.

Qualiter filii teneantur alere parentes, plenè Surd. *de aliment. tit. pr. q.* 17. *et seqq.* Boss. *de Aliment. cap.* 7. §. 16. *num.* 342. *vers. Hinc.*

Quod non possint cupere mortem patris, nec gaudere de parricidio à se in ebrietate patrato, vide in §. *Inimicitia num.* 8. *in fine.*

Filiifamilias quando, & quomodo validè obligentur stantibus statutis requirentibus certam solemnitatem in illorum contractibus, vide Gratian. *discept. for. cap.* 667. 713. *et* 756. *per tot.* & dixi in §. *Statutum n.* 33. *etc.* Peregrin. *decis.* 51. *per tot* Bicch. *decis.* 568. *per tot.* ubi latè qualiter sustineatur obligatio si habitent seorsum à patre, & publicè pro patribus familias habeantur, & præsertim constito de versione pecuniarum in causas, pro quibus tenebatur pater, vel si mortuo patre seriò promiserint solvere debita vivente patre contracta, ad Christin. *dec.* 35. *num.* 21. *lib.* 3. Ganaver. *decis.* 54. *num.* 82. *et seqq. per tot.* ubi plura qualiter de jure filiifamilias possint liberè contrahere, & etiam in pluribus casibus non obstante Pragmatica præsentiam patris requirente, Grivel. *decis.* 14. *per tot.* Vide Bertachin. *vot.* 254. De Luc. *de Alienat. disc.* 37. *et disc.* 63. *de Credit. disc.* 146. 52

Quid autem si contrahant extra territorium statuentium, Franch. *decis.* 72. *per tot.* & vide *in d. §. Statutum nu.* Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd possint adire hæreditatem opulentam, Montan. *de tut. cap.* 30. *nu.* 119. *etc.* Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 45. *num.* 69. *et* 70. *tom.* 2.

Fi-

53 Filiisfamilias non possint alienare bona adventitia, sive in ultima voluntate, sive in contractu absque speciali consensu patris, etiam cum juramento, & quamvis pater in eis nullum usumfructum haberet, cum hujusmodi consensus requiratur non ratione interesse, sed pro integranda persona filii, Gratian. *disceptat. for. ns. cap. 781. per tot.* Cavalci. *decis.* 442. Franch. *decis.* 71. Mart. Medic. *Exam.* 14. *et dec.* 24. Tusch. *litt. F, concl.* 361. ubi an, & quando possint contrahere sine consensu patris, vel non, Add. ad Du Franch. *loc. citat.* Vide De Luc. *de Dot. disc.* 33. *n. 2. de feud. disc.* 116. *num.* 17. *de Donat. disc.* 39. *nu.* 3. *et* 5. Rocc. *cap.* 136. *n.* 27. *lib. pr.*

Quòd imò filiisfamilias, qui aliàs sunt legitimæ ætatis, possint alienare bona sua adventitia sine patris consensu, quando in illis non habet usumfructum, prout si fuerint relicta sub hac conditione, & in aliis casibus, idem Gratian. *decis.* 76. *per tot.* vide in §. *Minor num. infr. num.* 55. *&* 58. Scopp. & De Luc. ad Gratian. *ubi suprà* Vide De Luc. *de Feud. dict. disc.* 116. *n.* 17. *de Donation. dict. disc.* 39. *n.* 3. *&* 5. Rocc. *cap.* 136. *n.* 32. *libr. pr.*

An possint donare, vide Dian. *resol. moral. part.* 8. *tract.* 6. *resolut.* 6. ubi distinguit quatuor genera bonorum, sive peculii, dixi in §. *Peculium*, latè Olea *de cess. jur tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 16. & Vivi. *comm. opin.* 302. Caren. *resol.* 94. ubi pro validitate donationis factæ à filio patri suo, latè Hermosil. *de leg. partit. tom.* 1. *glos.* 1. *leg.* 3. *tit.* 4. *fol.* 287. *&c.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. libr.* 2. *rubr.* 138. *num.* 10. *fol.* 117. Vide De Luc. *de Donat disc.* 39. *de Regalur. disc.* 62.

Qualiter etiam possint donare patri, & alii cessante metu, Tusch. *litt. D, concl.* 678. *& infr. n.* 97. Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resolut.* 37. *&* 70. Caren *d. resol.* 94. *per tot.*

54 Filiisfamilias pro liberando patre carcerato, vel impediendo ne vadat ad carceres, possunt validè obligari, absque ulla spe restitutionis in integrum, quamvis essent minores, & promitterent sine solemnitatibus statutariis, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 208. *num.* 41. *& seqq. cap.* 479. *num.* 36. *&* 37. *& cap.* 952. *num.* 12. *per tot.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 44. *num.* 11. & Gregor. sive Ludovis. *decis.* 120. *per tot.* Gizzarel. & Addent. *decis.* 4. *per tot.* ubi etiam quòd aliàs possunt exhæredari, de quo dixi supra *num.* 37. *vers. Octavo, & vers. non solùm*, Jo: Paul. Melii *Observat.* 47. *per tot.* ubi benè conclusionem confirmat, & ampliat. Intellige tamen, nisi adsit enormissima læsio, quia tunc danda esset restitutio in integrum, cum actus aliàs pius, & necessarius, ex qualitate, & modo reddatur impius, & quisque teneatur aleté potius se ipsum, quàm patrem, cujus necessitatibus occurri debet, sed dummodò in ultimam necessitatem filius non incidat, ut benè probat Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 1. *decis.* 59. *n.* 14. *& seqq. & decis.* 136. in eadem causa, ubi fuit confirmata præcedens decisio pro nullitate obligationis stante enormissima læsione.

55 Filiisfamilias majores 25. annorum de jure communi in omnibus contractibus, & quasi contractibus, (excepto mutuo, & voto) & sic etiam in agnitione bonorum possessionis, etiam patre non consentiente, vel non ratificante obligantur in solidum, *l. filiusfam. ff. de act. & oblig.* Gratian. *discept. for. cap.* 576. *n.* 12. & latè videndus Matt. Medic. *Exam.* 14. *& decis.* 24. *per tot. inf. num.* 58. Tusch. *litt. F, concl.* 361. ubi an, & quando possint contrahere sine consensu patris, vel non, Paul. Christin. *decis. Belg.* 34. *num.* 4. *& volum.* 3. Urceol. *tract. de transact. quæst.* 19. *nu.* 1. *& seqq.* ubi infert ad transactionem, & alios contractus, Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 1. & Rot. *part* 18. *rec. decis.* 548. *num.* 26. ubi quòd de jure communi, excepto mutuo, obligari possunt in omnibus contractibus, Grivel. *decis.* 14 Constant. *ad Statut. Urb. annot.* 45. *num.* 1. *tom.* 2. De Luc. *de Credit. disc.* 146. *n.* 3., ubi loquitur de mutuo.

Obligarentur etiam in voto, quando non esset in præjudicium patris, Abb. *in cap. Scripturæ Extr. de vot.* vide Cyriac. *controv.* 387. *n.* 3. *&c.*

Sicut etiam obligarentur in mutuo, si pecunia fuerit ad usum necessarium mutuata, & non malè expendita, itaut peccarent ipsi, & pater utendo exceptione Macedoniani, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 68. *per tot.* vide in §. *Senatus Consultum num.* Paul. Christin. *loc. cit.*

Et si filiusfamilias fuerit creatus decurio vidente, & tacente patre, dicitur pater ipse consentire, & obligatur tamquam ejus fidejussor, *l.* 2. *§.* 1. *ff. ad municip.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 99. *num.* 17. vide in §. *Pater num.*

Filiusfamilias seorsum habitans à patre per decem annos præsumitur emancipatus, Marant. *in l. is potest num.* 278. *ff. de acquir. hæred.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 19. Franch. *decis.* 10. *num.* 3. *& seqq.* Gratian. *discept. for. cap.* 667. *num.* 16. & videndus *in cap.* 820. *num.* 1. *& seqq.* dixi in §. *Emancipatio num.* 4. Antonel. *de tempore Legal. lib.* 2. *cap.* 74. *per tot.* ubi plura. Vide in §. *Emancipatio in novissimis additionibus* Crescin. 56

Quòd non possit obligari nisi seorsum habitet à patre, & publicè habeatur pro patre familias *lib.* 3. *ff. ad Macedon.* Ricc. *Collect.* 3898. *&* 2039. latè Bich. *decis.* 568. ubi quando sustineatur obligatio Vide De Luc. *de Alienatione disc.* 37. *n.* 11. *et* 22.

Quando autem dicatur habitare seorsum à patre, quod servire potest etiam pro intelligentia multorum statutorum disponentium, quòd filiusfamilias habitans seorsum à patre possit obligari, & habui de facto in causa propria, dum adhuc juvenis essem ætate, & studio, vel habeatur pro patrefamilias, vide Ludovis. cum Beltram. *decis.* 182. Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 10. *num.* 22. *& part.* 1. *cap.* 6. *num.* 126. Fenzon. *ad stat. Urb. cap* 152. *num.* 102. Ursil. ad Afflict. *decis.* 308. *num.* 19. Gratian. *discept. forens. cap.* 484. 667. *&* 820. *num.* 3. & Ricc. *Collect.* 3898. vide in §. *Statutum requirens solemnitates num.* 36. Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 208. *num.* 19. *& seqq.* ubi quod ut dicatur habitare seorsum à patre sufficit, quod vivat propriis expensis, etiamsi habitet in eadem domo, & alia, Galganet. *ad stat. Urb. lib.* 2. *cap.* 150. Rot. *part.* 1. *recent. decis.* 527. *& part.* 18. *decis.* 451. *num.* 8. ubi quòd licèt filius habitet cum patre potest tamen vivere seorsum ab eo. Vide De Luc. *de Regul. disc.* 96. *per tot.*

Quod semper filius præsumatur habitare cum patre ob duram illorum separationem, & alias rationes, pulchrè Magon. *decis. Luc* 27. *num.* 47. *& seqq.*

Et quòd dicta qualitas habitationis seorsum à patre sit probanda ab eo, qui in illa se fundat, & de tempore contractus, quod debet attendi, Peregr. *decis.* 152. *n.* 14. Ludov. cum Beltram. *d. decis.* 182. ubi etiam quod tria requiruntur ut filiusfamilias dicatur habitare seorsum à patre, & possit obligari, nimirum quòd communiter reputetur, & diuturnitas temporis præter habitationem separatam à patre, Otthobon. *dec.* 16. cum aliis per Jo. Paul. Melii *observ.* 30. *per tot. fol. mihi* 61.

Filiusfamilias potest censum imponere super bonis suis castrensibus, vel quasi, & etiam super adventitiis, quando patri non quæritur ususfructus; in profectitiis verò, & in adventitiis, in quibus pater habet usumfructum, non potest in præjudicium patris, sed benè sui ipsius imponentis; Cenc. *de Cens. quæst.* 17. *per tot.* 57

Qualiter possit inter vivos disponere de suis peculiis, latè Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 10. *per tot. in §. Peculium per tot.*

Filiusfamilias modo sit ætatis legitimæ, aliàs restituitur in integrum, potest pro aliis, & etiam pro patre obligari, & fidejubere, & convenitur in castrensibus, vel quasi, & in adventitiis, quando pater illi remisit usumfructum, vel aliàs non habet, ac demum bonis deficientibus carcerari potest, nisi bonis cedat; mortuo autem patre, vel aliàs sui juris effectus per emancipationem, non tenetur nisi in quantum facere possit, Maur. *de fideinss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 2. *per tot. & part.* 2. *cap.* 10. *num.* 28. & Marsil. *eodem tract. num.* 307. Gratian. *discept forens. cap.* 576. *num.* 1. *& seqq. & cap.* 952. *nu.* 31. & Ludovis. *decis.* 120. Mart. Medic. *Exam.* 14. *num.* 4. *& decis.* 24. *per tot.* ubi fuit conclusum pro nullitate fidejussionis ob non servatam formam statuti Senensis, supra *num.* 53. *&* 55. *infr. num.* 60. *in fine.* Urceol. *de transact. quæst.* 19. 58

Hermosilla *ad leg. partit. tom.* 1. *tit.* 15. *glos.* 2. *fol.* 63.

Quòd filiusfamilias effectus sui juris vel per mortem patris, vel per emancipationem habeat ex dispositione *l.* 2. *Cod. quod cum eo l.* 2. *ff. eod.* pro obligationibus antea contractis beneficium ne conveniatur ultra id, quòd facere possit, idest ne carceretur, quamvis non cedat bonis, latè per 23. conclusiones declarat videndus Gratian. *discept. forens. cap.* 799. *per tot.* ubi multis modis ampliat, & limitat Ursil. ad Afflict. *decis.* 308. *num.* 20. & Soccin. *reg.* 201. *inter reg. Divers. fol. mihi* 321. Sanfelic. *decis.* 190. Novar. *in Pragm. Regn. Collect.* 52. *num.* 3. *& seqq.* ubi quod cessat dictum beneficium in dolosè versato per tex. *in leg. sed & si §. interdum, & l. eum ff. quod cum eo*, Caroc. *decis.* 1. plenè Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *§.* 7. *cap.* 3. *per tot. fol.* 480. Franch. *decis.* 10. ubi quòd tale beneficium non operatur in bonis possessis tempore obligationis, non tamen posse filium carcerari, & latiùs idem Franch. *decis.* 181. *&* 221. *per tot.* Giurb. *decis.* 42. 43. 44. *&* 45. *per tot.* Castagn. *de benef. ne egeat quæst.* 6. Merlin. *decis.* 782. Ricc. *Collect.* 1754. *&* 231. ubi intelligit si abstineat ab hæreditate, & alias modis limitat, adde Urceol. *tract. de transact. quæst.* 19. *per tot.* Francisc. de Angelis *de conf. lib.* 2. *quæst.* 19. *per tot.* ubi an dictum beneficiū amittatur ob mendacium si filiusfamilias contrahendo asseruerit se patrem familias, & à patria potestate exemptum, vel emancipatum, & affirmativè concludit cum aliquibus declarationibus, citando etiam plures meas *resol. cap.* 25. latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* latè Brunnemann. *in Juribus allegatis.*

Qualiter etiam creditores filii non obstante usufructu patri competente in bonis adventitiis illius, possint facere subhastare proprietatem, etiam patre adhuc vivente (emptori tamen post ejusdem patris obitum tantùm assignandam) cùm nuda quoque proprietas etiam fructibus destituta sit pretio æstimabilis per text. *in l. cum in feudo §. si uxor. ff. de jur. dot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 83. *nu.* 22. *& melius part.* 13. *dec.* 382. *num.* 11. *&* 12. *facit in §. Ususfructus num.* 19.

59 Filiusfamilias qui ex dispositione statuti potest obligari dummodò sit mercator, obligatur tantùm pro pertinentibus ad suam mercaturam, & artem non autem pro aliis causis diversis, Marsil. *de fideins. num.* 183. *in fine*, Pic. *ad stat. Urb. glos.* 7. *in addit. num.* 311. Scacc. *de jud. cap.* 11. *num.* 150. Genu. *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. n.* 38. Gratian. *discept. for. cap.* 171. *nu.* 9. *& cap.* 727. *nu.* 1. & Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 345. *n.* 141. *part.* 9. *recent. vol.* 2. Vide Bertachin. *vol.* 154. *n.* 8.

Quicquid aliter tenuerit Rom. *cons.* 318. vide in *§. Mercator num. §. Minor. num. & §. Statutum requirens solemnitates num.* 34.

60 Filiifamilias qualiter in statu Florentino non possint obligari, nec aliquem contractum facere sine patris, vel avi licentia, vide *legal. latam de anno* 1571. *& Statutum Florentinum lib.* 2. *Rub.* 110. Quæ quidem, vel similia statuta vigent ferè ubique, Gratian. *disceptat. for. cap.* 667. 713. *&* 716. *per tot.* Card. Tusch. *litt. F, concl.* 362. *per tot.* vide in *§. Statutum requirens solemnitates per tot.* ubi plura de intelligentia hujusmodi statutorum, Ricc. *Collect.* 2039. ubi de Pragmatica Regni Neapol.

De statutis, ut in hoc numero, ac eorum intelligentia vide Conciol. & Romaguer. *ad stat. Engub. lib.* 2. *rub.* 57. *per tot.* cum pluribus ab ipsis citatis.

Quòd si sint 25. annorum completorum, possint obligari cum consensu patris, etiam in rem, & utilitatem ipsius patris consentientis, declaratum fuit per legem Florentiæ sub die 29. Martii 1477. non obstantibus variis sententiis super hoc articulo sequutis, ut dixi *in Pract. §. Figliuoli n.* 8.

Quamvis aliàs de jure punctus sit valdè controversus, & non videatur sufficere consensus patris, quando contractus est in rem, & utilitatem ipsius patris, Gratian. *discept. forens. cap.* 556. *nu.* 19. *& seqq.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 26. *& seqq.* Urceol. *consult. forens. cap.* 44. *num* 15. *& seqq.* Mart. Medic. *Exam.* 57. *n.* 6. *&c.* ubi distinguit, quòd si consensus requiratur ad integrandam personam, non possit præstari ad proprium commodum, sed loco illius adeundus sit Princeps, vel Judex; si verò requiratur solùm ob præjudicium, & interesse consentire debentis, tunc possit præstari etiam ad propriam utilitatem, ex Lamberteng. *in tract. de contract. mulier. glos.* 10. *nu.* 30. *verb.* cum ipso marito, vide Sanfelic. *decis.* 190. *per tot.* ubi rationes, & auctoritates in utramque partem adducit: an consensus requiratur pro integranda persona filii, vel pro interesse patris, & eam sequitur distinctionem in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ, secundùm quam concludit consensum requiri propter patris præjudicium, & ideò valere contractum cum consensu patris, etiamsi filius contrahat, & obligetur ad commodum ipsius patris, salvo tamen beneficio *l.* 2. *Cod. quod cum eo, de quo supra nu.* 58. & Novar. *in Pragm. Collect.* 28. *n.* 21. *& seqq.* Ganaver. *decis.* 54. *n.* 82. *& seqq. per tot.* ubi plura ad rem in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ.

Qualiter Florentiæ non possint fidejubere in actis sine consensu patris sub pœna *lib.* 200. tam ipsis, quàm inducentibus, & approbantibus; quamvis aliàs de jure possint fidejubere sine dicto consensu ad favorem fisci, vel Principis ad tradita per Card. Tusch. *litt. F, concl.* 383. *n.* 4. vide supra *n.* 58. *& in Pract. §. Figliuoli n.* 32.

Filii familias propter effectum patriæ potestatis regulariter non possunt testari §. 1. ubi Omnot. & alii *Instit. quibus non est permiss. fac. testam. l. qui in potestate l. filius fam. ff. de testam.* Clar. §. *Testamentum quæst.* 18. Buratt. *decis.* 639. *num.* 2. latè Vivi. *comm. opin.* 302. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 3. *per tot.* ubi ponit decem casus, in quibus possunt testari, vide Gratian. *discept. forens. cap* 79. 382. *&* 820. *per tot. & decis.* 61. *num.* 6. & Soccin. *reg.* 200. *per tot.* Franch. *decis.* 4. *per tot.* Mart. Medic. *decis.* 14. *num.* 22. & Soccin. *reg.* 200. *per tot.* Tusch. *litt. F, concl.* 364. *&* 365. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 96. *num.* 12. *& seqq. vol.* 1. *facit infr. nu.* 65. Gab. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 9. *§.* 1. *dub.* 8. *fol.* 357. vide in §. *Emancipatio, n.* 6. ubi quod stante nullitate emancipationis corruit etiam testamentum juxta Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 746. *&* 791. *per tot.* latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Pigant *ad Statut. Ferrar. Lib.* 2. *rubr.* 138. *à n.* 1. *fol.* 116. latissimè Episc. Rocc. *cap.* 28. *à n.* 8. *libr.* 1. 61

An, & quando filiusfamilias possit testari, vel non, latè pluribus citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 35. *& seqq.*

De filiafamilias nupta an possit testari de propria dote, vel saltem sustineatur testamentum ex clausula codicillari, latè Mans. *consult.* 103. *lib.* 2. Boss. *de Dot. cap.* 2. *§.* 5. *à nu.* 166. *pag.* 104. Vide Episcop. Rocc. *dict. cap.* 28. *n.* 2. *& seqq.*

Quòd si sint Clerici possint testari, idem Gratian. *discep.* 464. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 124. *per Auth. Presbyteros C. de Episc & Cler.* Rot. *part.* 54. *recent. decis.* 533. *per tot.* ubi quod Clerici possunt indistinctè testari de omnibus bonis suis undequaque quæsitis, exceptis tantùm ab Ecclesia provenientibus, *& part.* 16. *decis.* 258. ubi quòd Clerici possunt indistinctè testari, non obstante patria potestate, cum hac sola differentia, ut respectu bonorum post clericatum quæsitorum, testamentum ipso jure statim sequuto obitu suum sortiatur effectum; respectu verò quæsitorum ante clericatum, effectus ejusdem testamenti differatur post obitum patris, cui de jure ususfructus debetur, vide in §. *Clericus num.* 41. latè Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 304. *per tot.* ubi plenè pro nullitate testamenti, ex quo clericus non habebat tria requisita pro privilegio fori, quæ sunt necessaria etiam ad dictum effectum testandi, & plura singillatim pro illorum exclusione, recedendo à priùs decisis, *& d. part.* 17. *decis.* 392. *per tot. in eadem causa*, ubi fuit confirmata *d. ultima decis.* 304. *& iterum part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 10. *per tot. & decis.* 279. *nu.* 3. *&* 4. ubi recedendo à prius decisis in eadem causa fuit resolutum Clericos filios familias posse testari, etiamsi non habeant dicta requisita Concilii, Pigant. *ad Statut. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 138. *n.* 5. De Luc. *de Regal. disc.* 62. *n.* 9. *Annot. ad Concil. disc.* 24. *n.* 33. *&* 34. Episc. Rocc *dict. cap.* 28. *n.* 31.

Quòd absque dubio testentur de bonis castrensibus, vel quasi, idem Gratian. *cap.* 713. *num.* 55. *&* 52. *&*

cap.

cap. 895. per tot. ubi etiam an in adventitiis reconvalescat testamentum propter supervenientiam sui juris, & an illo casu requiratur perseverantia in eadem voluntate, & qualiter de illa constare debeat, Cavaler. decis. 370. in eadem causa per tot. ubi etiam an possit sustineri vigore clausulæ codicillaris in vim fideicommissi, & concludit pro nullitate, cum non constiterit de perseverantia tali, quæ novam induceret dispositionem, prout requiritur post mortem patris, ut possit reconvalescere testamentum, vide Rot. part. 21. recent. dec. 42. n. 19. & seqq. ubi reconvalescentia coram Bich. decis. 424. Pigant. loc. cit. n. 4.

An si filiusfamilias testamentum faciat cum consensu patris, adjecta clausula codicillari, possit sustineri in vim donationis causa mortis, contrarias opiniones refert Dian. part. 8. tract. 6. resol 72. Rot. part. 17. recent. dec. 304. num. 34. & seqq. ubi quòd nec sustinetur de consensu patris, ex defectu potestatis, cum sit de jure publico, & decis. 392. num. 24. in eadem causa, & part. 18. tom. 1. decis. 20. num. 1. Pasqual. de virib. patr. potest. part. pr. cap. 6. à num. 116. Vide Episc. Rocc. dict. cap. 28. à n. 36. cum seqq.

Quòd possint testari de licentia Principis probat Urceol. Consult. for. cap. 6. n. 31. &c.

An autem possint testari ad pias causas, variæ sunt opiniones, sed prævaluit affirmativa accedente patris consenso, aliàs secùs, Clar. §. Testamentum quæst. 5. Crass. §. Testamentum quæst. 17. Dian. resol. moral. part. 7. tract. 6. resol. 6. per tot. Christia. d. decis. 96. nu. 22. vol. 1. & decis. 4. n. 6. vol. 4. Pigant. loc. adduct. n. 7. latè idem Episc. Rocc. dict. cap. 28. n. 34. lib. 1.

Quòd si alicubi vigore Statuti, vel Consuetudinis (prout Neapoli) sit permissum filiisfamilias testari, non procedat quoad bona sita extra territorium, sed in illis sit servandum jus commune, non obstante quòd videatur hoc modo decedere pro parte testati, & pro parte intestati, cum id ex potestate legis vel Statuti non sit inconveniens, sed permissum, Franch. decis. 546. ubi etiam quòd tale Statutum respectu filiarum nuptarum in loco ubi viget, non nocebit patri forensi, in cujus præjudicium tamen non procedit, & de dicta consuetudine idem Franch. decis. 554. ubi quòd procedit etiamsi testamentum sit conditum extra territorium, & alia, &c. facit quòd dixi in §. Testamentum nu. 22. Cyriac. controv. 577. nu. 2. & seqq. Urceol. in Append. ad cap. 6. in fine 2. resol. sub n. 31. fol. 11. Ricc. Collect. 1411. Peregrin. decis. 117. n. 6. Add. ad De Franch. loc. cit.

An autem in dubio filius præsumatur sub patris potestate, vel sui juris, & emancipatus, Menoch. lib. 6. præsumpt. 65. per tot. Tusch. litt. F, concl. 390.

Quòd Clericus testando, & instituendo alium Clericum non teneatur servare solemnitates juris civilis, sed tantùm juris canonici, secùs autem si instituat hæredem laicum, Valasch. alleg. 30. per tot.

62. Filiifamilias etiam majores non possunt esse in judicio sine consensu patris, l. fin. §. necessitate, ubi Bart. Bald. Salicet. & alii C. de bon. quæ lib. Soccin. reg. 10. aliàs 195. per tot. ubi decem & tribus modis limitat, Vivi. com. opin. 303. verb. Filius, ubi latè Card. Tusch. litt. F. conclus. 363. per tot. Farinac. quæst. 22. ubi limitant præcipuè in causis criminalibus, in quibus possunt agere, accusare, & se defendere sine patris consensu infr. nu. 74. Ricc. Collect. 414. & 1228. latè Olea de cess. jur. tit. 2. quæst. 6. n. 34. & seqq. per tot. facit supra n. 30. n. 50. & 53. vide Ludovis. dec. 43. ubi plura, ex quibus elicitur consensus patris ad sustinendum acta, vel non, est necessarius si sit reus, etiam in civilibus, Valasc. alleg. 20. per tot. ubi dictam regulam octo modis limitat. Salgad. 1. part. Labyr. cap. 27. à n. 25. Vide Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 7. fere per tot. tom. 2.

Quòd dictus consensus debeat intervenire ante, vel saltem tempore contestationis litis, aliàs postea superveniens non convalidat judicium, intelligendo ubi agitur de rebus, sive bonis, in quibus patri quæritur ususfructus, & jurium exercitium; nam in reliquis causis, in quibus patri nihil quæritur, possunt liberè filii sine consensu patris agere, dummodò non sint minores, quia tunc alia ratione dandus esset illis Curator; quinimò multi, & fortè magis communiter tenent, judicium convalidari, per consensum patris quandocumque supervenientem, & si pater simul cum filio agat, ex hoc solo videtur illi consensum præstare, Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. seu mandat. n. 39. & seqq. ad 46. fol. mihi 154. Afflict. decis. 28. ubi etiam Urtil. per tot. Marescot. var. resol lib. 2. cap. 13. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 27. n. 8. fol. 599. Paul. Christin. decis. 75. nu. 4. vol. 5. Olea de cess. jur. tit. 2. quæst. 6. n. 3. & seqq. per tot. Sanfelic. decis. 180. Vide Castill. de usufruct. cap. 3. n. 16. Altimar. loc. cit. n. 75.

Quòd si pater sit absens possit filius agere sine ejus consensu, & ad sustinendum judicium præsumatur absentia patris, Altograd. cons. 28. n. 30. lib. 1. Vide Altimar. loc. supra cit. à n. 73.

Et ubi pater est præsens, si recuset dictum consensum præstare, potest etiam captis pignoribus compelli, vel si semel interpellatus recusat, habetur pro consentiente, nec ulterius opus est illius consensu, vel ad cautelam suppletur à judice interloquendo, talem habere legitimam personam standi in judicio, Vant. de nullit. tit. qualiter sent. poss. di nullit. def. n. 87. fol. mihi 295. ubi quòd eodem modo procedi potest in Religioso contra suum Superiorem consentire recusantem, quòd puto verum, nisi adsit legitima causa recusandi per ea, quæ dixi in §. Statutum requirens n. & §. Religiosi n. Vide Altimar. ubi supra à n. 64.

Quòd filiofam. minori litiganti, dandus sit Curator ultra consensum patris, quando lis non concernit interesse patris, & ex illa sibi quidquam non quæritur, aliàs secùs, Bertach. in Repert. verb. Curator Marant. part. 4. distinct. 16. num. 30. Montan. de tut. cap. 3. nu. 61. & seqq. & remissivè Gratian. discept. for. cap. 761. n. 31. vide in §. Curator n.

Filiusfamilias quicquid olim acquirebat, patri acquirebat, hodiè verò peculium castrense, vel quasi sibi in totum acquirit, de quibus tam inter vivos, 63
quàm in ultima voluntate potest ad libitum disponere, nec cum fratribus tenetur conferre, adventitium verò sibi acquirit quoad proprietatem, & patri quoad usumfructum; profectitium autem in totum patri acquirit, de quorum peculiorum natura dixi in §. Peculium per tot. vide Minot. & alios in §. 1. Instit. per quas pers. cuiq. dom. acquir. & in l. acquiritur, ff. de acquir. rer. dom. l. pr. §. ne castrense ff. de collat. & l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Tusch. litt. F, concl. 353. per tot. Peregr. decis. Pat. 25. Nicoli. Elucubr. utriusque Jur. dict. tit. per quas personas, &c. Vide De Luc. de Dot. disc. 169. n. 3. & 5. disc. 172. nu. 8. de Donat. disc. 39. n. 4.

An autem in dubio præsumatur filius acquisivisse de bonis paternis, vel ex propria industria vide in §. Acquisita num. 5. & §. Bona nu. 33. Tusch. litt. F, concl. 355. per tot. Merlin. decis. 383. 396. & 406. Peregr. d. decis. 25. Rot. part. 12. recent. decis. 335. Vide De Luc. de Regal. disc. 150. à n. 2. cum seqq. Episc. Rocc. cap. 36. à n. pr. lib. pr.

Quòd bona per filium possessa præsumantur provenisse à patre, nisi contrarium probetur, tenent multi relati per Surd. decis. 339. n. 2. ubi tamen ipse per totùm ostendit contrarium esse verius ex pluribus, & agentem teneri probare bona, quæ petit ex persona patris defuncti fuisse in illius bonis, vel saltem ab eo possessa tempore mortis, vide in §. Identitas num. 4.

An possit prætendere salarium pro administratione facta vivente patre dixi in §. Peculium n. 5. §. Salarium, n. 11.

Filius non tenetur ducere in uxorem eam, quam pater elegerit, licèt esset honesta, locuples, & formosa, adeò ut non incurrat pœnam adjectam per patrem, quamvis ejus electioni contravenerit, c. gemma de spons. l. stipulatio 134. ff. de verb. oblig. ubi Jas. nu. 10. Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 5. n. 22. Rot. in Venusina legati 28. Junii 1623. coram Cocci. & in Avenonien. simulationis 22. Junii 1637. coram Pontirolo, ubi quòd tale præceptum sub pœna non valet, vide in §. Matrimonium nu. 13. Dian. part. 4. tract. 4. resol. 132. Paul. Christin. decis. 126. n. 6. & seqq. volum. 3. Vide De Luc. de Matrim. disc. 5. n. 8. & 59. Annot. ad Concil. disc. 26. n. 35. 64

Multi tamen putant filium ducentem uxorem sine consensu patris peccare mortaliter Navar. in Manual. *cap.* 14. *n.* 15. & plures allegans, Tranchedin. *consult.* 33. *per tot.* Dian. *part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 21. ubi ipse contrarium tenet prout infra, Tamburin. *in Precep. Decalog. lib.* 5. *cap.* 2. *§.* 3. *n.* 2. Vide Fagnan. *in cap. tua* a *n.* 12. *de Desponf. Impub.*

Ad evitandum peccatum sufficit petere consensum, licet pater nolit postea illum præstare Sanchez. *de matrim. lib.* 4. *disput.* 23. *num.* 10. Dian. *resol.* 132. *vers. notandum*, ubi limitat, nisi adsit timor de injusto impedimento Palma *conf.* 87. *nu.* 27. *& seqq.* Contra Tamburin. *loc. cit.* 6. ubi quod etiam fine tali consensu non peccat.

Quòd de jure canonico sufficiat solus consensus contrahentium Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 189. *n.* 55. vide in §. *Matrimonium n. pr. &* 12. *infr. nu.* 75. Viv. *comm. opin.* 327. Gabal. *conf.* 171. *nu. pr. et seqq. lib. pr.* ubi plura.

An, & quomodo parentes possint filios ad matrimonium urgere, vel ab illo retrahere Sperel. *decis.* 75. *nu.* 22. *et* 75. Cotta *de facti scien. et ignor. dist.* 40. *cent.* 2. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 33. *vers. Adverte*, vide in §. *Matrimonium nu.* 14. *in fine*, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 334. *per tot.* Francisc. Anton. Tranch. *consult.* 33. *per tot.* ubi plura qualiter pater, possit ea causa impedire matrimonium filio, etiam mediante ejus carceratione, & Prælatus teneatur voluntati paternæ adhærere, nec contrafiat Concilio, neque libertas matrimonii impediatur, sed tantùm reguletur, dum pater curat ne filius malè nubat, & libertas non sit ad malum, Raynald. Syntax. *rerum crim. cap.* 6. *§.* 3. *&* 4. *n.* 73. ubi innumeris antecedentibus plura quando, & ex quibus causis filii possint ad instantiam patris, carcerari, & puniri, an ad instantiam matris, & fratris, & alia ad rem vide in *§. Parricidium*, *& §. Pater n.* 32.

65 Filiusfamilias licèt de jure civili per matrimonium non liberetur à patria potestate, tamen secùs est de generali consuetudine, cum matrimonio contracto proprium alit focum consentiente patre extra domum illius, unde pro emancipato habetur Boer. *dec.* 197. *n.* 3. Mascard *de probat. concl.* 590. *nu.* 3. Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 8. *cap.* 2. *n.* 31. Rot. *part.* 1. *divers. decis.* 359. *n.* 2. Oinot. *in §. fin. n.* 4 *& Instit. quibus mod. jus patr. pot. solvit. cum Addit. supra n.* 61. Ricc. *Collect.* 1986. *&* 2295.

An autem possit propterea ubi viget talis consuetudo facere testamentum vide Gratian. *discept. for. cap.* 382. *per tot.* facit quod dixi in *§. Emancipatio n.* 6. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc cit.*

Quòd filia etiam nupta, cum adhuc remaneat in patria potestate, non possit nec de dote, nec de bonis maternis testari, nisi de consensu patris, & ad pias causas, Alex. *conf.* 57. *lib.* 2. Michalor. *de fratribus part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 40. Thesaur. *decis.* 150 *per tot.* Gratian. *d. cap.* 381. *per tot.* vide in *§. Matrimon. n* §. *Uxor. nu.* Oinot. *loc. sup. cit.* Ricc. *Collect.* 2295. *&* 1086. Vide De Luc. *de Donation. disc.* 41. *sub n.* 7 ubi declaratur.

Quod filius ob professionem emissam in Religione remaneat exemptus à patria potestate Grivel *decis. Dolen.* 24. *nu.* 15. Bordon. *tract. de profess. cap.* 5. *quæst.* 19 Ureeol. *in Append. ad cap.* 41. *n.* 3. *in fin.* 2. *vol.* Viv. *comm. opin.* 318. ubi idem firmat ob dignitatem Episcopalem, & Cardinalitiam, intelligendo tantùm in respicientibus utilitatem ipsius filii, non autem in damnosis, Bess. *de patria potest. c.* 2. §. 5. Vide Em. Card. De Luc. *de Regular. disc.* 62. *sub n.* 5.

66 Filius, qui de consensu patris uxorem duxit à patre recedens etiam constante matrimonio, potest ab eo dotem illi solutam repetere, & si fuerit restituta ita mandante, & volente uxore remanet liberatus pater, aliàs secùs vide Afflict. *decis.* 349. Gratian. *discept. for. c.* 552. *n.* 49. ubi videtur contrarium tenere.

Potest tamen etiam Socer à nuru repetere jocalia pretiosa illi tradita Michalor. *de fratrib. par.* 1. *c.* 28. *n.* 23.

An autem & quandò filius obligetur cum patre recipiendo dotem uxoris, vide in §. *Pater n.*

67 Filius gravatus fideicommisso uxorem ducens, & recipiens dotem post mortem patris, subiicit bona fideicommissaria oneri restitutionis dotis, non extantibus aliis bonis liberis Alex. *conf.* 452. Rol. *conf.* 8. Menoch. *conf.* 33. Gozad. *conf.* 97. Castr. *conf.* 5. 8. 13. *&* 219. *lib.* 1. vide in *§. Bona num.* *& §. Mulier n.*

68 Filius, an & quando possit impunè occidere adulterantem cum matre sua, & quid si faceret de mandato patris, late Cabal. *resol. crim. cas.* 300. *n.* 74. *&c.*

69 Filius sororis inter agnatos computatur & tamquam agnatus succedere debet defuncto, *l. lex.* 12. *sub C. de legit. hæred. §. hoc etiam addendum infr. n.* 96. Altograd. *conf.* 51. *n.* 5. *& seqq. lib.* 1.

Impropriè tamen dicitur agnatus, unde non venit in statuto loquente de agnatis, ex exclusione cognatorum, Pract. Papp. *libell. hæred. ab intest. gl.* 2. *n.* 28.

Multa de agnatis, & qui tales dicantur Gratian. *discept. for. cap.* 428. *per tot.*

Et quando masculi descendentes ex fœminis non differant à descendentibus ex masculis, vide in *§. Masculinum n.*

Quòd filius sororis inter agnatos computetur, & propterea de jure communi succedat sicut filius fratris patruo ab intestato defuncto, & excludat patruum personæ defunctæ, nam licet sint in pari gradu, jura magis favent transversalibus existentibus in linea inferiori, quàm existentibus in linea superiori, quod tamen ad filios sororis limitat, nisi adesset statutum, prout ubique fere adest excludens fœminas, & illarum descendentes, Altograd. *consil.* 51. *n.* 4. *& seqq. per tot. lib.* 1.

70 Filius potest ex propria persona tamquam agnatus, vel vicinus retrahere rem à patre venditam, nec intrat regula, quòd quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellat exceptio, Gratian. *discept. for cap.* 205. *n.* 29. *et seqq.* vide in §. *Jus congrui n.* Mangil. *de Evict. quæst.* 134. *n.* 33.

71 Filii Judæorum non possunt invitis parentibus baptizari, licèt si fuerint baptizati ordinatione regia recipiant characterem, & fiant veri Christiani, adeò quòd si postea redirent ad judaismum possent puniri, & cogi in fide suscepta perseverare, Afflict. *decis.* 151. Gratian. *discept. for. cap.* 658. *nu.* 31. *& seqq.* latè Sperell. *dec.* 1. *per tot.* ubi reprobato Nat. *conf.* 434. *lib.* 2. & Bursatt. *conf.* 231. *lib.* 3. ostendit, puerum septem, vel octo annorum petentem posse baptizari etiam invitis parentibus, cùm prædicta conclusio sit intelligenda de filiis infantibus judæorum, vel ante usum rationis, adde Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 45. dixi *in §. Baptismus num.* 8. idem Dian. *part.* 7. *tract.* 7. *res.* 68. ubi quòd etiam invitis parentibus validè possunt baptizari, sed non licitè, & sine parentum injuria, & alia latè idem Dian. *part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 1. *per tot.* plenè Gabr. Vasquez in S. Thom. 3. *part. tom.* 2. *quæst.* 68. *disput.* 155. *per tot.* *mihi* 403. *& seqq.* Vide Altimar. *de null. rub.* 2. *&* 3. *q. pr. n.* 108. *fol.* 122. *tom.* 3.

Quòd possint baptizari ad petitionem avi, non obstante contradictione patris, quid è contra, vel contradicente matre, & patre consentiente, vel è contra, vide Gratian. *discept. for. cap.* 977. *per tot.* Sperel. *d. dec.* 1. *n.* 25. *& seqq. & n.* 39. ubi quòd cùm agatur de actu favorabili religioni, & saluti infantis consensus unius ex parentibus sufficit, & præfertur dissensui, & contradictioni alterius.

An filii infidelium post septennium possint licitè invitis parentibus baptizari, si dubitetur an re vera sint rationis compotes, & baptismum petant, contrarias opiniones refert Dian. *part* 7. *tract.* 11. *resol.* 40. ubi videtur affirmativam amplecti arbitrio tamen prudentia judicis in considerando, an verè sciant, & intelligant quid petant, licèt in dubio debeat inclinare pro baptismo favore fidei. De prædictis omnibus, & aliis ad rem latè Gabr. Vasquez *d. disp.* 155. *per tot. d. fol.* 403. *ad* 418. Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 6. *n.* 33. *fol.* 550. Pignatell. *loc. cit.* Vide Altimar. *loc. cit.*

72 Filii Judæorum, durante judaismo sunt in patria potestate, Gratian. *discept. forens. c.* 977. *nu.* 7. *&c.*

Hæc tamen patria potestas non impedit eos volen-

tes, & uſu rationis capaces, quale dicuntur poſt ſeptennium completum, baptizari, etiam parentibus invitis, Sperel. d. dec. 1. n. 39.

Et effecti Chriſtiani, liberantur à dicta patria poteſtate, Pic. Ad Stat. Urb. gloſ. 13. n. 43.

Et qualiter ſuccedant parentibus, vide ſupra n. 23.

73 Filius familias rectè tutor dari poteſt, cùm in his, quæ publici ſunt juris non attendatur patria poteſtas, l. filius fam. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur. Oinot. in §. pr. Inſtit. qui teſt. tut. dar. poſſ. nu. 4. Montan. de tut. c. 23. n. 18. vide in §. Mater nu. & §. Pater n. Nicol. Elucubr. Utriuſq. Juris d. tit. qui teſtament. &c. Brunneman. in d. l. filius familias ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.

Si tamen fuerit prohibitus eſſe tutor à parentibus, vel etiam à matre tantùm, non debet dari tutor contra illorum voluntatem, l. ſcire §. ſed & ſi, ff. de tut. & Curat. dat. ab his, & l. un. C. ſi contr. matr. volunt. tut. dat. ſit Montan. d. c. 23. n. 31. et 32.

74 Filia de jure canonico etiam minor, & in patria poteſtate, quocumque caſu poteſt agere ad dotem ſine conſenſu patris; Rom. conſ. 486. num. 4. Jaſ. in Auth. quod locum, C. de collat. n. 10. vide in §. Dos n. ſupra nu. 62. Et quid in dote adventitia Boſſ. de dote cap. 3. n. 94. et 95.

Quòd nec in ſui, nec in patris præjudicium poſſit de dotibus contrahere vivente patre, apud quem ſtat actionis exercitium etiam ſoluto matrimonio, gloſ. in leg. etiam conſtante, verb. et intelligus, C. ad Senat. Conſult. Vell. leg. dos à patre, ff. ſolut. matrim. Rot. recent. part. 2. deciſ. 708. per tot. Duran. deciſ. 272. n. 1. Franch. Borell. in Reſponſ. pro D. Alexandra Summaria Imolæ impreſſo de anno 1653. verſ. Quod dicta D. Laura mihi n. 21. inter allegat. Civil. diverſ. fol. 269. vide in §. Pater nu.....

Quòd non poſſit inſcio patre dotam alteri donare, nec aliter de illa diſponere, Menoch. de arbitr. caſ. 242. per tot. Boſſ. de dote cap. 3. n. 5. à n. 166. num. 266. pag. 104.

Quòd filia mortuo patre efficiatur domina dotis, & poſſit de illa liberè diſponere virtute conſolidationis actionis, quæ antea erat communis, & poſtea in ea conſolidatur per mortem patris, intelligendo niſi pater ſibi, & ſuis hæredibus fuerit ſtipulatus reſtitutionem dotis in caſu decedentiæ filiæ ſine filiis, & ubi talis ſtipulatio fuit valida, ut quia dos non ſuccedat loco legitimæ, aliàs, ſecus Altograd. conſ. 18. n. 49. et conſ. 19. nu. pr. et 27. lib. 2. vide in §. Dos num. et §. Actio n.

75 Filia ingrata non poteſt à patre dotem prætendere, cùm ingratitudo tollat debitum naturæ, & juxta ſententiam D. Bernardi ſit ventus urens exſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fructum gratiæ, licèt ſi fuerit dotata non poſſit dos revocari, Jaſ. in §. fuerat n. 117. Inſtitut. de act. Oinot. in §. 1. Inſtit. de exhæred. lib. 1. n. 11. &c. ubi refert cauſas ingratitudinis, quas vide ſupra n. 37. & dixi in §. Pater nu. non poteſt tamen dotem revocare conſtante matrimonio, Boſſ. de dot. cap. 1. n. fin.

Plura autem de ingratitudinis vitio, & an illi renunciari poſſit, Donad. tract. de renunciat. capit. 35. per tot.

Quòd filia nubens vili, & indigno reſpectu domus ſuæ, non poſſit à patre dotem petere, Jaſ. in dict. §. fuerat num. 118. vide Vivi. comm. opin. 327. per tot. Gabal. conſ. 17. n. 3. & ſeqq. lib. 1.

Quid ſi nubat decenter, ſed ſine conſenſu patris, an poſſit ab eo dotem prætendere, Michalor. de fratr. part. 3. cap. 5. n. 13. & ſeqq. Gratian. diſcept. for. cap. 213. n. 46. & ſeqq. & cap. 863. nu. 4. & ſeqq. ubi an ex hujuſmodi cauſis poſſit legitimè exhæredari, Duran. tract. de condit. et mod. impoſſ. part. 2. cap. 3. n. 88. et ſeqq. ubi quòd hoc ſecundo caſu de jure canonico non poteſt exhæredari, vide ſupra nu. 37. verſ. undecimo, et verſ. non tamen, et nu. 64. latè Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 325. vol. 1. Merlin. deciſ. 437. n. 5. et ſeqq. Addit. ad Sanfelic. dec. 384. Rot. part. 18. recent. dec. 39. per tot. Vide De Luc. de matrim. diſc. 2. n. 5. diſc. 5. n. 8. et 19. Brunnemann. in l. ultim. C. de Dot. promiſſ. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 35. num. 279. et ſeqq. tom. 5.

Filia ut poſſit exhæredari tamquam inhoneſtè vivens, an ſufficiat, quòd ſemel cum uno accubuerit, vel requiratur actuum frequentia, & quòd ſic, vide Gratian. diſcept. for. cap. 213. n. 31. & ſeqq. ubi plura notatu digna pro filia, ut non poſſit exhæredari ea hoc capite, niſi multis concurrentibus, & Paul. Chriſtin. deciſ. 328. nu. 15. & vol. 3. Et an excuſetur propter malam educationem parentum De Luc. de dot. diſc. 39.

Et quòd, ſi poſtea reſipuerit, & pœnitentiam egerit, non poſſit exhæredari, ſed ali debeat, & dotari Sperell. dec. 158. n. 41. & ſeqq. Vivi. comm. opin. 308. num. 4. &c.

Quòd filia nubens etiam ante 25. ſuæ ætatis annum, & patre reclamante, ſi nupſit viro digno, & pari ſuo, ſit à patre dotanda ſine ulla interpellatione; & ſi dotem pater non ſolverit, teneatur ad intereſſe loco alimentorum, in qua ſumma, ad quam rationem, & alia latè, Rot. part. 14. recent. dec. 93. 94. 318. & 413. per tot. vide in §. Pater num. 9. & Rot. dict. part. 14. dec. 417. per tot. in eadem cauſa.

Filia ſemel à patre dotata, ſi dotem amiſerit, an ſit denuò redotanda, vide Bart. in l. ſi dotem, §. ſi poſt, ff. ſolut. matrim. Jaſ. in §. fuerat n. 135. Inſtit. de act. Gratian. diſcept. forenſ. c. 65. n. 16. cap. 362. nu. 15. cap. 446. per tot. cap. 689. num. 19. & ſeqq. per tot. & cap. 792. per tot. dixi in §. Dos num. & §. Paupertas num. De Luc. de Donat. diſc. 41. à nu. 2. Vide Cyriac. contr. 456. a n. 2. Capon. diſcept. 61. tom. pr. Molignan. altercat. 66. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæſt. 33. a n. 112. tom. 5. 76

Filia à patre dotata, non poteſt dicere ſe incongruè dotatam, quamvis tempore mortis patris eſſent auctæ illius facultates, quia poterant etiam diminui, Marant. diſp. 10. n. 21. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 348. Ramon. conſ. pr. cum plena Annot. Moderni Jacob. Balduc. per tot. 77

Contra ſtat. Jaſ. in l. quod Servius num. 12 ff. de condit. cauſ. dat. ubi diſtinguit, vide Boer. deciſ. 61. num. 13. Cravet. conſ. 11. nu. 14. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 3. nu. 16. & ſeqq. Add. 1. ad Pract. Papp. libel. pro leg. rei ſing. gloſ. pr. verbi ſupplementum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 148. nu. pr. et ſeqq. Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 202. nu. 20. & Ciarlin. controv. 97. per tot. ubi ſequitur prædicta, & facit Altograd. conſ. 8. nu. 36. lib. pr. Ant. Fabr. in Cod. tit. de pact. definit. 21. Paul. Chriſtin. dec. Belg. 94. n. 9. vol. pr. Peregrin. dec. Pat. 3. Rot. part. 15. recent. dec. 198. n. pr. et ſeqq. ubi quòd dotata in minori quantitate, quàm ſit legitima poteſt petere ſupplementum ab eo, vel ejus hærede, aperto ſtatu hæreditatis paternæ, aliàs donec de illo concludenter conſtare fecerit, præſumitur congruè dotata, & dixi in §. Dos n. 10.

Quòd à patre dotata non poſſit conqueri, etiam ſi dos eſſet minor legitima, niſi reſultaret enormiſſima læſio, Altograd. conſ. 5. num. 10. lib. pr. Peregrin. d. deciſ. 3. Addit. ad Sanfelic. deciſ. 384.

Quòd talis læſio debeat excedere dimidiam rei debitæ in notabili quantitate, ut filia poſſit conqueri; Merlin. de legit. lib. 3. tit. pr. quæſt. 12. Altograd. d. conſ. 5. num. 78. in fine De ſupra poſitis concl. in hoc n. vide Conſtant. ad ſtat. Urb. annot. 35. tom. 2. Vide De Luc. de Feud. diſc. 108. n. 23. Boſſ. de Dot. cap. 53. Donad. de Renunc. cap. 10. nu. 36. Bonden. collect. 3. n. 63. & 64. collect. 8. n. 19. collect. 28. a n. 25.

Filia excluſa per ſtatutum non debet habere minorem dotem, quàm ſit legitima, aliàs poteſt agere ad ſupplementum, niſi expreſſè renunciaverit juri legitimæ, vel niſi fuerit à patre dotata, Marant. loc. cit. Alex. conſ. 69. lib. pr. Corn. conſ. 106. lib. 2. Rot. part. 2. diverſ. deciſ. 202. n. 20. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 3. num. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 146. ubi aliter diſtinguit, vide in §. Dos num. 20. Conſtant. loc. cit. Vide Antonell. de Temp. legal. libr. 2. cap. 17. Donad. de renunc. cap. 11. Torr. de Major. Ital. part. 2. quæſt. 48. n. pr. 2. & 10. 78

Quòd dos ſoleat plerumque commenſurari ad quantitatem legitimæ detractis debitis, bonis feudalibus, ex quibus dos filiabus conſtitui nequit, ac bonis fideicommiſſariis, quorum ratio non habetur in taxanda dote, quando adſunt bona libera, quæ ad dotem

tem congruam sufficiant, Altograd. *cons.* 5. *num.* 18. *& seqq. lib. pr.*

Et quòd donec nubat filia, sit interim alenda à fratribus, etiam si aliundè habeat, Franch. *dec.* 559. *per tot.* ubi Add.

Et si moriatur innupta, an transmittat dotem ad hæredes, vide *in §. Dos num.*

79 Filia, quæ habuit minus in dote, quàm soror sua, non potest agere, ut sibi æqualis dos constituatur, Marant. *d. disp.* 10. *n.* 23. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 22. *nu.* 30. *& seqq.* ubi vide, & dixi *in §. Dos nu.* 7. *& §. Pater num.* 12. Ursil. de Afflict. *dec.* 160. *nu.* 3. Peregr. *decis.* 36. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 384. Constan. *loc. cit. num.* 34.

An autem, & quando filia pro paragio, vel dote, sive legitima possit agere contra possessores bonorum paternorum alienatorum à fratre, vide Afflict. *decis.* 362. *per tot.* Franch. *decis.* 119. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 384. Add. ad De Franch. *loc. cit.* Addea. ad Afflict. *loc. cit.*

Quæ autem sit præferenda in exactione dotis, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 341. *volum. pr.* ubi quando una fuit nupta consanguineo, salva dispensatione Papæ, & interim alia alteri, an obtenta dispensatione eadem præferatur prima, vel secunda, quæ fuit interim nupta, & dicit fuisse conclusum ad favorem primæ, licèt alleget etiam pro secunda.

80 Filia non potest prætendere, quòd pater, vel ejus hæredes eam collocent in Monasterio, ubi solvitur major dos, quàm in aliis, sed debet esse contenta dote solita pro aliis Monasteriis, & quando sit locus moderationi hujusmodi dotis excessivæ non attento, quòd si filia voluisset matrimonium carnale contrahere, majorem utique dotem habuisset, latè Gratian. *discept. forens. c.* 945. *per tot.* Vide Carol. Ant. De Luc. ad eumdem Gratian.

81 Filia dotata à patre in certis bonis, & jussa esse tacita, & contenta, potest nihilominus petere etiam dotem maternam, secùs si dotetur ab extraneo, vel à fratre, à quo videbitur dotata etiam de bonis maternis, Pract. Papp. *libel. hæred. ex testam. glos.* 3. *num.* 9. cum Addit. Bocr. *dec.* 3. *part. pr.* Gratian. *discept. forens. cap.* 637. *num.* 18. & facit Menoch. *de arbitr. cas.* 88. *n.* 46. *&* 47. vide *in §. Dos, nu.* *& §. Pater nu.* *infr. nu.* 83. facit latè Bich. *dec.* 80. *per tot.*

82 Filia exclusa per statutum propter dotem, excluditur non solùm à successione dotantis, sed etiam aliorum, puta matris, Gratian. *discept. forens. c.* 890. *n. pr. &c.* vide *in §. Legitima nu.* 11. *& §. Statutum excludens nu.* 29. Marthia. *vot. Pis.* 152. *num.* 14. *& seqq.* vide De Luc *de success. disc.* 3. *disc.* 14. *&* 17.

Quòd imò dotata à patre, non excludatur à bonis maternis, nisi statutum ulterius progrediatur exprimendo etiam alias personas, à quibus dotata non fuit, Gratian. *discept. forens cap.* 637. *in fine*, vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 25. *num.* 4. *& seqq.* ubi de statuto Perusino excludente fœminas dotatas à successione matris, ut dumtaxat procedat, quando dotatio sequitur vivente adhuc matre, secùs autem si jam decesserit, & sic jam delata, & adita hæreditate matris, quia tunc esset privatio vera juris quæsiti, non autem exclusio, de qua solummodò disponit statutum.

Quòd ubi statutum requirit dotationem simpliciter, non sit inspiciendum, quomodo, & à quo fuerit dotata, sed tantùm an dotem competentem habuerit, ad effectum, ut, à quocumque fuerit dotata, intelligatur simpliciter, & absolutè ab hæreditate omnium in statuto nominatorum exclusa, etiam si alternativè sint nominati, & sic etiam ab hæreditate matris, & legitima, Altograd. *cons.* 5. *num.* 35. *&* 36. *lib. pr.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 1. *num.* 46. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3560. Peregrin. *decis.* 23. *nu.* 21. Thes. *dec.* 62. *num.* 3. Seraph. *decis.* 1291. & ita in terminis statuti Florentiæ *lib.* 2. *Rub.* 130. & Mutilianæ *lib.* 2. *Rub.* 48. dixi in meis resol. *cap.* 90. *num.* 6. *& seqq.* vide tamen Rot. in Narnien. Successionis 7. Februarii 1629. & in eadem causa 26. Novembris 1629. coram Merlino inter impressas ejusdem Merlin. *decis.* 390. *& decis.* 429. *per tot.* ubi contrarium resolvitur, latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 17. *per tot.* ubi infert ad plures conclusiones, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 207. *per tot.* ubi pro filia, ut ei debeatur legitima in hæreditate matris, *& part.* 10. *decis.* 328. *num.* 15. *et seqq. et part.* 23. *decis.* 46. ubi quando non fuerunt instituti masculi, quorum contemplatione fœminæ sunt exclusæ, & eadem *part.* 13. *dec.* 259. *num. pr. et seqq.* ubi pro filia.

Filia à patre dotata præsumitur dotata de bonis ipsius patris, & non de propriis, puta maternis, ab illo administratis, *l. ult. Cod. de dot. prom.* quicquid teneat Bart. *in leg. Nesennius, ff. de neg. gest.* & prædicta sunt adeò vera, ut procedant, quamvis pater expressisset se etiam dotare de bonis maternis, quia hoc intelligitur in subsidium, ordine successivo, & deficiente illius substantia, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 15. *per tot.* ubi latè declarat, & dat octo ampliationes, Mascard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1150. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *nu.* 15. *& cum Addit. in fine tomi*, Ger. Spin. *cons.* 44. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 34. *et decis.* 57. *per tot. cum Addit.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 48. *nu.* 18. *et seqq. supra nu.* 81. *infr. n.* 94. latè Paul. Christin. *decis.* 132. *num.* 4. *et vol.* 3. Ricc. *Collect.* 164. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 130. *num.* 7. *et part.* 14. *decis.* 225. *n.* 9. *etc.* ubi intelligit de patre divite, secùs autem de inope, *et decis.* 358. *num.* 7. *et seqq.* ubi quòd dicitur dives ad hunc effectum ex pingui fideicommisso possesso, ratione detractionum sibi competentium, vel remedii subsidiarii constituendi dotem ex bonis fideicommissariis, & tantò magis si constet de voluntate fideicommittentis dotandi de dictis bonis, & alia ad rem, vide De Luc. *de Dot. disc.* 34. *ex nu.* 4. *et disc.* 177. *ex nu.* 2. Brunnemann. *in dict. l. ultima C. de Dot. promiss.* 83

Quòd si pater aliter expressis verbis dixerit, non sit vera dicta ampliatio, quia dispositio *d. l. ult. Cod. de dot. prom.* stat fundata in sola præsumptione voluntatis patris dotandi de suo, dùm alias dos censeatur data in compensationem ejus, quod filiæ debebatur, & pater possit dotare nedum de propriis, sed etiam de maternis bonis, vel propriis ipsius filiæ, Altograd. *cons.* 5. *num.* 38. *et seqq.* Menoch. *d. præsumpt.* 56. *nu.* 24. *etc.* ubi etiam *nu.* 32. *et* 33. declarat supradictam conclusionem non procedere, quando pater non genero, sed ipsemet filiæ dotem promisit, & quid in filia naturali, vide Mart. Medic. & alios supracitatos, Boratt. *decis.* 283. *per tot. part. pr.* & dixi in *§. Pater num.* 9. *et seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 64. *per tot.* Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 19. Barz. *decis. Bonon.* 29. *num.* 43. & Mastril. *decis.* 186. *num.* 1. & Rot. *part.* 50. *recent. decis.* 276. *num.* 7. *et seqq.* ubi quòd potest etiam per conjecturas probari, dotem fuisse constitutam de bonis maternis, ut quia paterna assignata, filiæ excedebant portionem sibi tangentem, & hujusmodi, nam talis excessus imputatur in dotem maternam filiæ debitam, *et par.* 12. *decis.* 352. *et par.* 16. *decis.* 411 *nu.* 9. ubi quòd pater præsumitur dotasse filiam de proprio, non autem de bonis maternis ab illo administratis; nisi hoc expresse declaraverit; *et part.* 57. *decis.* 100. *et* 347. *per tot.* ubi quando censeatur dos constituta ex bonis maternis, & dixi *in §. Pater.* Vide Brunneman. *in dict. l. ultima C. de Dot. promiss.*

Filia in re certa instituta, universaliter institutis aliis fratribus, & omnibus invicem substitutis, an comprehendatur in hujusmodi substitutione, vide Jas. *in leg. Lucius num.* 23. *et seqq. ff. de* .... non dissimilem casum ponit Everard. *loc. a vi numeri nu.* 4. *in medio*, & Bart. *in l. fin. ff. ad Trebell.* 84

Filia exclusa ab intestato per statutum, non admittitur ad petitionem legitimæ, quæ est portio ejus, quod esset habitura ab intestato, & pars non datur ejus, quod nihil est, Addit. ad Pract. Papp. *libell. hæred. ex test. glos. Ac etiam realiter verb. Infringere*, sequitur pluribus additis, & cum nonnullis declarationibus, Merlin. *de legit. tit. pr. q.* 2. *nu.* 36. *& per tot.* Michalor. *de fratr. par.* 3. *c.* 4. *n.* 12. *&c.* Altograd. *cons.* 5. *nu.* 34. *&* 35. *lib pr. & cons.* 58. *num.* 4. *lib. pr.* Gratian. *discept. forens. c.* 35. *in princ. &c. c.* 178. *n.* 14. vide in *§. Exclusio num. pr. & §. Statutum excludens n.* Peregrin. *decis. Pat.* 3. *n.* 4. *& dec.* 82. *per tot.* Bich. *decis.* 80. *n. pr.* ubi etiam qualiter ei debeatur legitima in bonis maternis, imputato tamen in eam legato à matre facto, vide *in §. Legitima nu.* 15. De Luc. 85

de

de Legitim. disc. 50. Palm. nep. *alleg.* 85. Mans. *consult.* 83.

86 Filia per statutam exclusa, si fuerit in testamento præterita, nullum habet remedium, nam qui non potest succedere ab intestato, non potest etiam impugnare testamentum, dummodò fuerint instituti illi, quorum contemplatione est exclusa, aliàs secùs, Addit. ad Pract. Papp. *libell. hæred. ex testam. glos. Ac etiam realiter verb. infringere*, Gratian. *discept. forens. cap.* 702. *numer.* 52. *&c.* ubi ampliat, quamvis essent in aliquo, puta in legitima, instituti, & in reliquis extranei, quo casu etiam filia rumperet testamentum, vide eum, & *in cap.* 490. *nu.* 30. *etc.* ubi latè, *& cap.* 567. *n.* 4. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *nu.* 94. & dixi *in §. Statutum excludens num.* 8. Peregrin. *dec.* 210. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 267. *per tot.* & facit *part.* 13. *dec.* 39. *nu.* 20. & in terminis *decis.* 46. *per tot. d. part.* 13. *& dec.* 101. *per tot.* ubi etiam quòd sufficit fuisse dotem pro legitima assignatam.

87 Filia exclusa à successione vigore statuti, vel consuetudinis, qualiter non intelligatur exclusa à successione bonorum existentium extra territorium statuentium, vide *in §. Statutum excludens num.* De Luc. *de Testam. disc.* 48. *n.* 11. *de Dot. disc.* 13. *n.* 9.

Non etiam intelligitur penitùs incapax successionis, sed tantùm quatenus masculi velint uti statuto, cùm aliàs possint beneficio illius renunciare, & fœminas exclusas ad successionem admittere: ex quibus actibus inducatur hujusmodi admissio, & alia, latè Rot. *part.* 20. *recent. dec.* 146. *per tot.*

88 Filia quamvis exclusa à successione per statutum, non dicitur exclusa à beneficio, & remedio, *l. hac edictali*, *C. de secund. nupt.* si parens ad secundas nuptias convolaverit, latè videndus Hodiern. *in l. hac edictali q.* 12. *num.* 67. & cum hac opinione videtur transire Merlin. *dec.* 38. *num.* 19. & Surd. *dec.* 8. ubi tamen contrarium firmat respectu quartæ debitæ uxori inopi in bonis viri, & filiis reservatæ, juxta *Auth. Præterea, Cod. unde vir. et uxor.* ut filiæ exclusa non concurrat cum masculo, etiam respectu dictæ quartæ, vide *in §. Renunciatio* n. 22. Rot. in Bononien. Successionis 11. Martii 1635. coram Motman. *in noviss. part.* 7. *dec.* 45. *nu.* 24 *et seqq.* & in meis resolut. *cap.* 90. *num.* 39. *et* 40. Paul. Christin. *decis.* 131. *nu.* 14. *resol.* 3. ubi in terminis renunciationis etiam juratæ, ut possit filia renuncians prætendere jus suum in bonis, quæ parens tenebatur reservare filiis prioris matrimonii ob transitum ad secunda vota, *et dec.* 189. *num.* 3. *et vol.* 5. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 146. ubi quando renunciatio comprehendat etiam lucra ob transitum parentum ad secunda vota, *& decis.* 244. *in eadem causa*. Faciunt tradita per Crescin. *in unnot. ad dec.* 212 Pen.

89 Filia exclusa à successione propter masculos, an faciat partem, & augeat numerum filiorum ad cognoscendum quanta sit legitima, dic quòd si dos illi assignata succedat loco legitimæ, auget numerum, aliàs secùs si dos non subrogetur loco legitimæ, cùm tunc habeatur omninò pro extranea, Michalor. *de fratr. part.* 7. *cap.* 33. *n.* 7. Cyriac. *contr.* 72. *lib. pr. per tot.* Capyc. *dec.* 158. Merlin. *de legit. lib. pr. tit.* 4. *q.* 3. *num.* 10. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 766. *per tot. cap.* 448. *n.* 37. *cap.* 594. *n.* 21. *& cap.* 942. *n.* 4. *& per tot.* Rot. *part. pr. divers. decis.* 266. *per tot.* Altograd. *cons.* 58. *n.* 5. *&* 6. *& nu.* 88. *& seqq. lib. pr.* vide supra 34. Peregrin. *decis. Put.* 2. *num.* 13. *&* 14. Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 278. *nu.* 14. *& dec.* 180. *nu.* 2. *& part.* 13. *dec.* 128. *nu.* 9. *& dec.* 247. *& dec.* 267. *in eadem causa d. part.* 13. *recent.* Marth. *vot. Pis.* ubi quòd filiæ dotatæ, & exclusæ habentur pro mortuis, & non faciunt partem, neque numerum, & latius *vot.* 69. *n.* 21. *& seqq.* ubi quòd infinitus Doctorum numerus hanc defendit opinionem, quicquid Rota contrarium firmaverit absque dinumeratione DD. De Luc. *de Legit. disc. pr. à nu.* 19. *disc.* 2., *& seq. per tot.* Boss. *de Dot. cap.* 7. *n.* 45. *circa fin.* Torr. *de pact. fut. success. lib.* 2. *cap.* 47. *n.* 41. Rocc. *disput. cap.* 117. *num.* 19. *libr.* 2. Rot. apud De Luc. *post dict. disc. pr.*

Quòd faciat partem, & augeat numerum, vel non, semper ad favorem masculi, & prout ipsi masculo utilius fuerit, tenet Rot. *part. pr. divers. dec.* 266. *per tot.* & post Merlin. *de legit. dec.* 74. *per tot.* Gratian. *d. cap.* 676. *num.* 12. Rot. *in noviss. part.* 6. *dec.* 137. *per tot. & dec.* 160. *n.* 18. Duran. *dec.* 1347. *nu.* 5. *&* 6. ubi intelligit quando est locus statuto, Pontirol. *respons. pro Mambellis num.* 409. Cæsenæ impresso de anno 1645. Mart. Medic. *dec.* 7. *per tot.* ubi quòd facit partem, & auget numerum, Frauch. indistinctè *decis.* 549. vide Peregrin. *d. dec.* 2. *num.* 53. *&* 14. & dixi etiam *in §. Legitima num.* 11. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 128. *per tot.* ubi quòd si filia fuit agnita pro sua in testamento, relinquendo ei aliquid pro sua legitima, maximè titulo honorabili institutionis, tunc cessat statutum, & dicta regula favoris masculorum, & absolutè facit numerum, perindè ac si non esset exclusa per statutum, vide in §. *Dos nu.* 12. *&* 13. Rot. *d. part.* 13. *dec.* 247. *& dec.* 267. *& part.* 18. *dec.* 88. *n.* 3. *&* 4. *dec.* 499. Constant. *ad statut. Urb. annot.* 35. *art.* 2. *à nu.* 119. *tom.* 2. Vide Boss. Torr. Rocc. De Luc. & Rot. *loc. supra cit.*

De filia, quæ renunciavit hæreditati, an faciat partem in computatione legitimæ, & quomodo, & an pars legitimæ, quæ ad illam spectaret, accrescat hæreditati, vel fratribus, sive sororibus vide Surd. *dec.* 252. *per tot.* ubi tamen obscurè, & ideò vide Hodiern. in Addit. & alios modernos, Paul. Christin. *dec.* 182. *n.* 17. *& seqq. vol.* 5. Boer. *dec.* 104. Guid. Papp. *q.* 296. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 10. *n.* 18. *& seqq.* ubi quòd non est differentia inter filiam renunciantem, & à statuto exclusam, & utraque facit partem, & numerum ad impinguandam parentum hæreditatem, & fideicommissum, sed non admittitur ad partem, talisque pars non accrescit aliis fratribus, sed impinguat patris, vel matris hæreditatem, ac venit in restitutione fideicommissi, Rot. *d. part.* 12. *dec.* 136. *nu.* 17. *& part.* 13. *dec.* 147. *n.* 2. *& seqq.* ubi optimè declarat, quando accrescat hæreditati, & cadat sub fideicommisso, vel potiùs cadat ad commodum fratrum, prout in illo casu fuit declarata, cedere fratri, quia gravamen non erat ad favorem agnationis, & aliorum fratrum, sed extraneorum, quo casu retinet naturam legitimæ, cedit fratri, & non potest gravari, & rursus idem comprobat in eadem causa *dec.* 267. *d. part.* 13. Vide Costant. *loc. cit.* Rot. coram Caprar. *decis.* 562. *n.* 45. *part.* 2.

Filia exclusa simpliciter à successione, non est in patria potestate, nec jus suitatis habet, quando verò habet dotem loco legitimæ, non desinit esse in patria potestate, & jus suitatis retinet, cujus vigore dotem hujusmodi transmittit ad suos hæredes, Capyc. *dec.* 176. Gratian. *discept. forens. cap.* 579. *nu.* 30. *& cap.* 689 *num.* 44. Michalor *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 14. *& cap.* 10. *n.* 18. vide *in §. Dos n.* Peregrin. *dec.* 82. ubi quando non transmittat. 90

Quòd transmittat intellige post mortem patris, nam eo vivente dos non potest sortiri naturam legitimæ, Seraph. *dec.* 815. *n.* 4. *&* 5.

Quando dicatur sublata suitas, vide Altograd. *cons.* 56. *n.* 12. *& lib.* 2. *supra n.* 24.

Qualiter filia possit per patrem reintegrari ad jura suitatis, & ejus effectus, vide in *§. Dos num.*

Quòd recuperet jura suitatis, nec uti extranea reputetur, quando masculi, quorum favore fuit exclusa non succedunt, vide Altograd. *cons.* 83. *sub num.* 102. *lib.* 1.

An, & quando possit filia gravari, vel non onere reciproci fideicommissi in dote, vide *in §. Fideicommissum nu.* vide Costant. *ubi suprà à n.* 97.

Filia exclusa ab hæreditate matris per fratres, non dicitur exclusa ab hæreditate aviæ, sed repræsentando, & subingrediendo locum matris unà cum fratribus æqualiter admittitur, & sic licèt sit exclusa ab hæreditate matris, potest locum ejus subintrare ad effectum succedendi aviæ ex propria persona, ut latè declarat Magon. *dec. Flor.* 147. *per tot.* vide supra *nu.* 29. *in §. Repræsentatio n.* *& §. Statutum excludens num.* 91

Filia recepta dote renuncians cum juramento bonis paternis, & maternis ad favorem fratris, non potest postea petere sibi relictum in testamento, sed virtute stipulationis à fratre interpositæ eidem acquiritur, vel cedendum est hujusmodi relictum, Afflict. *dec.* 92

330.

310. num. 12. cum aliis per Surd. & Hodiern. dec. 14. num. 1. & latè tuetur Thes. q. forens. cap. 91. lib. 2. maximè si renunciatio sit facta in manibus fratris per viam cessionis, vel donationis, Surd. dict. decis. 14. in fine, facit Altograd. cons. 66. num. 35. & 36. lib. 1. & dixi in meis resol. cap. 199. nu. 15. Molfes. ad Consuet. Neapolit. tit. de renunciat. qu. 12. n. 7. in fine, Urceol. consult. for. c. 98. n. 32. 33. 57. & seqq. vol. 2. ubi latè declarat quando dicta renunciatio non sit merè abdicativa, sed translativa jurium ad favorem fratris cessionarii, vel donatarii, ac omnia novissimè repetit in tract. de transact. q. 54. numeris citatis.

Et illud indubitatum est, quòd si filiæ renuncianti aliquid esset datum, vel promissum loco jurium renunciatorum, esset restituendum, si renunciatio non sortiatur effectum propter dispositionem, l. fin. C. de pact. vel alia de causa, Gratian. discept. forens. cap. 692. n. 37. & seqq. vide in §. Pactum n. 3. & §. Renunciatio n. 32. & dixi in d. cap. 90. n. 16. facit Rot. part. 10. recent. dec. 64. num. 1. &c. ubi quòd quando renunciatio fuit correspectiva, vel ob certam causam dicitur resoluta, si promissio non fuerit adimpleta, & dec. 130. eadem part. 10.

Contrarium tamen in primo capite, quòd scilicèt filia non obstante dicta renunciatione possit capere, & retinere sibi relictum à patre, vel à matre in testamento, reprobato, Thes. & aliis receptissimum dicit Altograd. cons. 41. n. 55. & cons. 42. n. 32. lib. 2. Rot. Flor. sub die ult. Maii 1649. ut in lib. Mxt. 119. ut penes Altograd. post cons. 43. lib. 2. vers. Nec obstat, ubi etiam reprobat Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 25. n. 26. & alios plures, qui clausis oculis eum Thes. transierunt, & hanc secundam opinionem in effectu tenuerunt etiam Surd. & Afflict. loc. cit. attestantes ita fuisse judicatum, cum in dictis renunciationibus semper intelligatur conditio, patre, vel matre in eadem voluntate perseverante, à qua si recedant, prout recedere possunt, etiam in præjudicium ejus, cui facta fuit renunciatio, quoad hunc effectum habetur pro non facta, Ludovis. cum Beltramin. dec. 85. per tot. & dec. 318. Gratian. discep. forens. c. 496. nn. 73. & cap. 692. per tot. Burat. dec. 366. per tot. supra nu. 33. Molfes. cons. 38. n. 18. Bich. dec. 119. Rot. dec. 166. n. 19. & seqq. part. 9. tom. 1. recent. Paul. Rub. in annot. ad dec. 523. nn. 74. & seqq. part. 4. tom. 3. recent. Urceol. Consult. for. cap. 98. nu. 32. & 33. vol. 2. sed vide eundem d. cap. 98. num. 57. & seqq. & tract. de transact. q. 54. sub eisdem numeris, ubi latè declarat, quando procedat contraria opinio ad favorem cessionarii, facit quòd dixi in §. Statutum excludens n. 7. & in §. Renunciatio n. 24. & 25. ubi vide in fortioribus terminis ad favorem stipulantis, & illius hæredum. Vide Tondut. quæst. civil. cap. 200. sub num. 12.

Quòd si filia fuerit in renunciatione enormissimè læsa, possit illam impugnare obtenta absolutione à juramento, Urceol. consult. for. c. 48. n. 21. & Franch. dec. 119. n. 4. & seqq. vide in §. Renunciatio num. 21. Paul. Christin. dec. Belgic. 249. volum. 1. & dec. 94. vol. 2. ubi etiam tradit cautelam, ut si invita renunciat, secretè protestetur de dissensu, de qua cautela, Gail. observ. 147. nn. 18. De Luc. De Renunc. disc. 5. n. 10. disc. 14. à n. 3. Conflict. obs. 235.

Non considerari læsionem in renunciationibus factis à filiabus dote recepta ad favorem fratrum, vel agnationis, Staiban. jun. resol. 28. num. 38. & tom. 1. Rot. part. Galetat. de renunc. dec. 1. nu. 14. Urceol. in Append. ad d. c. 48. in fine vol. 2. Vasqu. de success. §. 18. n. 130.

Quòd filia renuncians successioni, non ob id priventur relictis sibi in testamento, etiam antè factam renunciationem condito decedente testatore cum illa prima voluntate, & quando secùs, latè Donadeus tract. de renunciat. cap. 14. per tot.

93 Filia, quæ renunciavit bonis paternis, ac aliis, an, & quando præsumatur renunciasse favore fratrum, vel sororum tunc existentium, vel etiam aliorum agnatorũ, ita ut prædecedentibus dictis fratribus, qui extabant tempore renunciationis, tanquàm cessante causa, cesset renunciatio, & possit admitti ad successionem, non obstante existantia aliorum agnatorum, quorum contemplatione non præsumitur facta renunciatio, vide Menoch. lib. 3. præsumpt. 147. per tot. dixi in §. Renunciatio n. 24. &c. ubi etiam qualiter bona renunciata acquirantur patri, & ejus hæredibus, etiam si agitur de dote materna, quæ hoc modo transibit ad filios, licèt alterius matrimonii, ut notabiliter resolvit Rot. part. 9. recent. dec. 290. & part. 13. decis. 68. ubi quòd si renunciatio sit facta per viam donationis transmittitur ad quoscunque hæredes donatarii, etiam si ipse donatarius præmoriatur, renunciante, vel donante adhuc superstite, sed vide in d. §. Renunciatio ubi plura hinc inde.

Quòd filia renuncians cum juramento hæreditati paternæ, amplius succedere non possit, ponitur pro regula, quam 36. modis limitat Socein. reg. 194. per tot. vide Bich. dec. 586. per tot. ubi quòd licèt renunciatio facta favore agnationis habeat tacitam conditionem dummodò aliquis de agnatione supersit, & sic non possit extendi ad extraneos, tamen secùs sit quando fuit stipulata pro se, & hæredibus, vel successoribus quibuscumque, nam tunc non est restricta ad agnatos tantùm, sed extenditur ad quoscunque hæredes, etiam extraneos stipulantis, & tàm ex testamento, quàm ab intestato, ut benè distinguit, & concordat opiniones.

Qualiter renuncians hæreditati patris, vel matris, non præjudicet filiis suis, vel aliis descendentibus si filia renuncians præmoriatur patri, vel matri quorum bonis renunciavit, & quando secùs, latè Galvan. cons. 1. per tot. vide in §. Legitima n. latè Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 9. glos. unic. fol. 552. De Luc. de Fideicom. disc. 13. nu. 34. & disc. 204. n. 4. de Legit. disc. 8. n. 3. & 4. de success. disc. 14. n. 4. & 8. Conflict. obser. 256 Andreol. contr. 212. Bottiglier. de success. theor. 26. n. 1. & 14.

Et in terminis statuti fœminarum exclusivi, an procedat quando filia præmoritur patri, ad quem dos sit reversa, ita ut isto casu admittatur neptis saltem ad petendam dotem in bonis avi, vide Bardellon. cons. 187. per tot. lib. 2.

Reliqua vide in §. Renunciatio per tot. & §. Statutum excludens per tot.

Filia per se dives, an sit à patre dotanda, Barbos. 94
& alii in l. 1. ff. solut. matrim. Jas in §. Fuerat n. 100. Instit. de act. Michalor. de fratr. part. 3. c. 5. nu. 9. dixi in §. Pater n. 9. & seqq. supra n. 83. Peregrin. dec. 13. n. 17. & seqq. per tot. Rot. part. 14. recent. dec. 417. n. 22. &c. De Luc. de fideicom. disc. 151. n. 5. & de Donat. disc. 17. n. 8. de Dot. disc. 1. & disc. 142.

An, & quando filia possit gravari in dote, vel non, latè Altograd. cons. 18. per tot. lib. 2. dixi in §. Dos n. & §. Fideicommissum n. Constant. ad statut. Urbis annot. 35. art. 2. à num. 97. tom. 2.

Filia comprehenditur inter descendentes virilis se- 95
xus, & ideo admittitur in acquisitis pro se, & descendentibus suis virilis sexus, non tamen descendantes ex illa, sicut nec ipsa in acquisitis pro linea masculina, cùm aliud sit dici de descendentibus virilis sexus, aliud de linea masculina, Alex. in l. Gallus, §. Nunc de lege n. 3. ff. de lib. & posth. ubi etiam Jas. n. 9. idem Alex. cons. 43. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 530. per tot. cap. 832. n. 6. c. 295. nn. 14. & per tot. & cap. 901. n. 21. Rot. in Romana fideicommissi de Cattaneis 23. Martii 1635. coram Coccino in Noviss. par. 7. dec. 33. per tot. vide in §. Emphyteusis n. & §. Fœmina n.

Filia an dicatur de generatione masculina, vide 96
Gratian. discept. forens. cap. 295. per tot. & dixi in §. Fœmina. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. loc. cit.

An de agnatione, & familia, si descendat ex masculis, idem Gratian. c. 568. nu. 16. & 17. vide in §. Appellativa n. & §. Filia num.

Quòd dicatur agnata, licèt in ea finiatur agnatio, Magon. dec. Flor. 52. n. 10. vide supra n. 69.

Filia donans patri præsumitur metu reverentiali in- 97
ducta, & stante magna læsione non valet donatio, Magon. dec. 18. per tot. vide in §. Metus n. 10. & seqq. Tusch. litt. D, concl. 679. per tot. Cutt. jun. cons. 141. n. 2. Cravett. cons. 11. n. 12. supra n. 53. Tiraquel. de leg. connub. glos. 5. nn. 36. Farinac. in Fragm. 2. part. litt. M. n. 634. Dian. part. 8. tract. 6. resolut. 129. ubi etiam

atiam generalites de donatione, vel promiſſione metu facta.

98 Filii qualiter cenſestur una, & eadam perſona eum patre, ira ut unus comprebendat alterum, vel non, quando patrem repræſentent, & in quibus, vel non, & alia, latè Tuſch. *litt. F, concl.* 351. & 352. *per tot.* dixi in §. *Repræſentatio*, §. *Pater n.* 12. Vide Fagnan. *in cap. ſuſcepimus n.* 18. *de Homicid.*

99 Quòd ideò ex dictis, & ſimilibus rationibus filii legitimi Clericorum vivente patre gaudeant privilegio fori, Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 49. D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 189. Squillant. *de privil. Cler. cap.* 7. *dub.* 2. *n.* 35. & *cap.* 8. *dub.* 1. *nu.* 13. Dian. *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 7. & *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 111. ubi refert fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione 18. Martii 1631.

Sed contrarium uſu receptum dixi in §. *Clericus nu.* 73. *in fine.*

Quòd ex quo pater, & filius reputantur una, & eadem perſona, poſſit filius pro patre expedire ea, in quibus eſt electa Induſtria perſonæ patris, probat Gratian. *deciſ.* 157. *num.* 3. *cum Addit. num.* 19. & vide Scoppam *in obſervat. ad dict. deciſ. nu.* 19. ubi intelligit ſi filius ſit æquè idoneus &c.

100 Multa de filiis, filiabus, & filiatione, tradunt deciſivè Thoro *compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. & 3. *in verb. filius*, & remiſſivè plura ſatis Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Filius, Filiatio*, & aliqua Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 587. &c. plenè Jo: Torre *tract. de ſucceſſ. in Majorat.* & *Primogen. Ital. in multis locis indicatis in Repertorio gen. totius Operis in fine part.* 3. *verb. Filiatio*, &c. Fagnan. De Luc. Altimar. Anfald. Emerix Caprar. Balduc. Bertschin. Rocc. Manſ. Palm. & alii moderni.

101 Filii illegitimi, quorum ſint incapaces, nempè clericatus beneficiorum, dignitatum, relictorum, & hujuſmodi, latè Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part.* 2. *verb. illegitimi fol.* 176. &c. Fagnan. *in cap. ad extirpandas de fil. Præsbyt.* & vide eumdem *in cap. veniens eod. titul.*

102 Filii, ut dixi in hoc §. *nu.* 47. licèt ſecundùm multos, & fortè magis communem opinionem fideicommiſſo à patre gravati non poſſint deducere duas quartas, nempè legitimam, & Trebellianicam ſquando ſunt purè gravati, ſed tantùm quando ſub conditione, tamen ultra ibi citatos non deſunt alii tenentes utroque caſu, & indiſtinctè poſſe dictas duas detrahere quartas, ut videre eſt per Jo. Torre *tract. de ſucceſſ. in Majorat.* & *Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 25. & 26. *per tot.* ubi plurimos allegat antiquos, & modernos, qui penes eum videri poſſunt, cùm ſit Auctor ab omnibus præ manibus habendus.

103 Filii an poſſint matrimonium contrahere ſine conſenſu parentum ultra citatos in hoc §. *Sub num.* 64. & §. *Matrimonium ſub num.* 1. vide latè Cancer. *var. reſol. par.* 1. *cap.* 24. *per tot.* cum duobus juris reſponſis ibidem impreſſis. Vide ſupra *dict. nu.* 64. *in additionibus* Creſcin.

104 Filiatio reſpectu patris præcisè, & directè probari non poteſt. Caprar. *dec.* 72. *n.* 1. *p.* 1. Balduc. *de legat. tit.* 3. *deciſ.* 9. *n.* 57. Bertachin. *vot.* 32. *nu.* 6.

105 Filiatio probatur præſumptionibus, & conjecturis Merlin. *dec.* 488. *n.* 1. & *ſeqq.* Rot. *dec.* 314. *nu.* 1. *cum ſeqq. p.* 6. & *dec.* 310. *n.* 1. *p.* 11. *rec.* Caprar. *d. dec.* 72. *n.* 2. *p.* 1. Bertachin. *vot.* 32. *n.* 7.

106 Fides Baptiſmatis, licèt non reperiatur annotata in libris Parochialibus, non deperit, quando aliundè conſtat de filiatione. Caprar. *dec.* 749. *nu.* 4. *p.* 2.

107 Filiatio in antiquis juſtificatur ex levioribus probationibus ad effectum ſucceſſionis. Rot. coram Buſat. *dec.* 725. *n.* 3. & cor. Bich. *dec.* 180. *n.* 2. & 7. & *dec.* 472. *n.* 38. *p.* 14. *rec.* Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 22. *n.* 3. 4. 5. & 16.

108 Enunciativa filiationis ſufficit in antiquis. Maſcard. *de probat. concl.* 799. *ſub n.* 25. *verſ. vel niſi ſimus in antiquis.* Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 33. *n.* 20. & 21. Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 9. *n.* 14.

109 Filiationis offuſcationes, de quibus *in deciſionibus* Prioli 241. & 284. ponderantur per Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 9. *n.* 29. & 30.

110 Legitimitas probata etiam dicitur probata filiatione Rot. *dec.* 318. *nu.* 8. & 9. *p.* 10. *rec.* Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 12. *n.* 13.

Filiatio ut excludatur, opus eſt probationibus, & 111
conjecturis urgentibus. Rot. *dec.* 377. *nu.* 16. *p.* 10. *rec.* Balduc. *de Legat. tit.* 3. *dec.* 9. *n.* 75. Maximè ubi clarè quis tractatus fuit pro filio Balducc. *ibid. nu.* 76.

Quando agitur de præjuditio tertii requiritur exa- 112
cta probatio ſuper cuſtodia Mulieris Rot. coram Pamphil. *dec.* 415. *n.* 5. & 6. & *dec.* 317. *nn.* 15. & *ſeqq.* & *nn.* 25. *p.* 9. & *dec.* 263. *nn.* 4. & *ſeqq. p.* 12. *rec.* Bertachin. *vot.* 32. *n.* 8.

Unde probato acceſſu aliorum filiatio excluditur. Rot. cor. Caril. *dec.* 136. *n.* 15. & *dec.* 289. *nu.* 11. *p.* 1. & *dec.* 263. *n.* 2. *p.* 12. *rec.* Bertachin. *dict. vot.* 32. *n.* 9.

Contrariæ auctoritates declarantur Rot. *dec.* 217. *n.* 11. & 12. & *dec.* 246. *n.* 6. *p.* 15. *rec.* Bertachin. *d. vot.* 32. *n.* 10.

Fama publica, quando habuit originem ab inſub- 113
ſiſtente credulitate, non relevat, in probatione filiationis Rot. cor. Mantic. *dec.* 149. *num.* 7. & *in rec. dec.* 8. *nn.* 22. *cum ſeqq.* & *dec* 347. *num.* 28. *p.* 12. Bertachin. *d. vot.* 32. *n.* 11.

Filius vulgò quæſitus nullum agnatum habet, ne- 114
que cognatum Fagnan. in *cap. magnus num.* 10. *de oblig. ad ratioc.*

Filii ſpurii etiam nefarii quoad effectum matrimonii 115
dicuntur conſanguinei & affines Fagnan. *in cap. per tuas n.* 15. *de Probat.*

Filii nati ex damnato coitu non reputantur cogna- 116
ti Patris quoad effectus civiles tantum, ſecus verò quoad naturale vinculum, & jura ſanguinis Fagnan. *ibidem n.* 26.

Filius expendens publicè, & palàm nomen patris, 117
ipſo ſciente, ipſum obligat Rot. Januen. *dec.* 77. *n.* 24. Afflict. *dec.* 308. *ſub n.* 4. *verſ. in contrariam uſq. ad finem.* Caprar. *dec.* 33. *n* 8. *p.* 1.

Filius familias per conſenſum Patris ad agendum, 118
dicitur ſatisfeciſſe ſtatuto Urbis requirenti illius Veniam. Rot. poſt Zach. *de Oblig. Cam. dec.* 241. *n.* 3. Caprar. *dec.* 345. *n.* 9. *p. pr.*

Filius natus ex prima Uxore nullum Jus acquirit 119
in dote ſecundæ Uxoris ſui partis. Caprar. *dec* 237. *n.* 8. *p. pr.*

Filius compenſare poteſt debitum proprium, cum 120
credito Patris Faber. *in rationab. ad Pandect. tom.* 4. *edit. Aurelianen. lib.* 16. *tit.* 2. *pag. mihi* 363. Caprar. *dec.* 473. *n.* 17. *p.* 2. Vide Berſan. *de Compenſ. cap.* 3. *quæſt.* 5.

Filii, & Filiæ, juri patris, & non Matris ſubjecti 121
ſunt. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit. pr quæſt.* 5. *nn.* 18. Gratian. *diſcept.* 405. *num.* 3. & *ſeqq.* Caprar. *dec.* 589. *n.* 21. *p.* 2.

Filii conſentientes ſecundis nuptiis Matris cenſen- 122
tur remiſiſſe pœnam injuriæ ſecundo nubentibus inflictam Cyriac. *contr.* 139. *num.* 25. & *ſeqq.* Rot. *dec.* 368. *nn.* 6. *p. pr. et dec.* 177. *nn.* 6. *et* 7. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* Caprar. *dec.* 678. *n.* 21. *p.* 2.

Filii ex aprobatione tranſitus Matris ad ſecundas nuptias, dicuntur tantum renunciaſſe diſpoſitioni *l. fœminæ C. de ſecund. nupt.* Caprar. *dec.* 396. *nu.* 24. *p. pr.*

Per ſubſcriptionem Capitulorum matrimonialium Matris tranſeuntis ad ſecundas nuptias, ex qua inducitur conſenſus, & approbatio, non dicuntur renunciaſſe diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund. Nupt.* Hodiern. *ad d. leg. quæſt.* 21. *n.* 47. *et ſeqq.* Caprar. *d. dec.* 396. *n.* 25. *p. pr.*

Filius adoptivus, licèt ſuccedat cum filiis natura- 123
libus, hoc intelligitur de ſucceſſione, quæ deſcendit à ſola diſpoſitione adoprantis. Rot. coram Ubald. *dec.* 733. *n.* 7. Caprar. *dec.* 725. *n.* 3. *p* 2.

Non ſuccedit tamen quando agitur de ſuccedendo in Fideicommiſſo, Feudo, Emphyteuſi, & ſimilibus, de quibus adoptans diſponere non poteſt abſque præjudicio vocatorum, & ſine violatione voluntatis teſtatoris Gratian. *diſcept.* 930. *num.* 4. & *ſeqq.* Rot. coram Ubald. *dec.* 733. *num.* 8. & *ſeqq.* Caprar. *d. dec.* 725. *n.* 4. *p.* 2.

Filii naturales an veniant appellatione filiorum, 124
plu-

plurimum pollet verisimilitudo, & arbitrium Judicis Rot. dec. 145. n. 12. p. 1. rec. Caprar. dec. 262. nu. 13. p. 1.

Filii naturales non admittuntur ad successionem una cum aliis legitimis ad Fideicommissum vocatis, sed remanent ab ea exclusi, quoties testator vocavit legitimos, & naturales, & istam qualitatem sæpius repetit, tam in parte dispositiva, quam in conditionali Peregr. de Fideic. art. 21. n. 80. column. 2. in fin. Caprar. d. dec. 262. n. 4. p. 1.

125 De filiis ex illegitimo concubitu non censetur intellexisse Testator persona Ecclesiastica Caprar. ibid. n. 9.

126 De filiis legitimè natis dicitur intellexisse, qui donationem fecit intuitu Matrimonii Cyriac. controv. 8. n. 77. & seqq. Caprar. ibid. n. 10.

127 Filios illegitimè natos non præsumitur fideicommittens commiscere voluisse cum legitimis, & agnatis, ubi respexit ad condecentiam, & nobilitatem, quæ per solos legitimos tantum conservatur. Caprar. ibid. n. 12. Redenasch. cons. 56. n. 13.

128 Filius non potest eligere aliquam rem pro sua legitima, sed in qualibet portione hæreditatis legitimam capere tenetur. Caprar. dec. 544. n. 2. p. 2.

Hoc tamen, æquitate suadente recessis ab aula, dum agitur de sustinenda aliqua alienatione ab eodem filio facta, & ad ratam legitimæ. Caprar. ibid. num. 3.

129 Filius licet possit rem fideicommisso subjectam alienare inter vivos, eamque in legitimam imputare; non potest tamen id peragere in ultima voluntate disponendo de re Fideicommissaria. Rot. dec. 88. nu. 19. p. 5. tom. 1. rec. & cor. Merlin. dec. 212. n. 11. & seq. Caprar. ibid. n. 17. & 24.

130 Si Filius occasione contractuum obligavit legitimam dicitur declarasse velle illam assequi liberam Card. De Luc. de Legit. disc. 17. sub num. 16. vers. demum. Rot. cor. Pamphil. dec. 289. nu. 9. Caprar. dec. 246. n. 4. p. 1.

131 Filii non tenentur recipere legitimam in quantitate, quando hæreditas consistit in stabilibus Caprar. dec. 218. n. 17. p. 1

Non tenentur recipere legitimam in mobilibus Peregrin. dec. Patav. 99. n. 17. Fusar. de Substit. quæst. 614. n. 11. & 12. Caprar. dec. 613. nu. 8. Neque in semoventibus. Peregrin. de fideicomm. art. 10. n. 44. Rot. cor. Priol. dec. 320. n. 10. Caprar. ibid. n. 9.

132 Filius acceptando onus fideicommissi super bonis donatis, dicitur quoad ea acceptasse onus super legitima Castill. controv. Juris tom. 5. cap. 67. num. 52. Caprat. dec. 481. n. 16. p. 2.

Filius acceptando onus super legitima sibi assignata à patre dum viveret, debet eo mortuo illud iterum acceptare, cum tunc privilegium à Jure indultum, quòd omne onus à legitima removeatur vendicet sibi locum. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 10. n. 23. & seqq. Caprar. ibid. n. 17.

Onus super legitima debet à filio acceptari mediante actu positivo, & præciso. Text. in l. si quando §. & generaliter C. de inoff. Testam. Caprar. ibid. n. 18.

Contrarium tamen resolvitur, quod nempe jus reiciendi gravamen à legitima sit jus personale, quod non egreditur personam filii, & quod allegari non potest ab ejus hæredibus, & successoribus. Surd. cons. 412. n. 47. & seqq. lib. 3. Cephal. cons. 191. n. 18. lib. 2. Caprar. ibid. n. 20.

133 Filius respectu hæreditatis matris, agendo probare debet, se esse illius hæredem cum non militet præsumptio, ut respectu hæreditatis Patris. Rot. dec. 391. n. 5. & seqq. p. 4. tom. 2. & dec. 165. n. 49. p. 7. et dec. 426. num. 17. & 18. p. 9. rec. Caprar. dec. 377. num. pr. part. pr.

Filius dicitur hæres Matris per allegationem Cautelæ Angeli Caprar. dec. 228. n. 4. par. pr.

134 Filius non dicitur hæres Patris, nisi probetur qualitas hæreditaria, cum ex jure Prætorio habeat jus abstinendi. Card. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 10. n. pr. & seqq. Alex. cons. 183. n. pr. lib. 6. Caprar. dec. 372. n. 24. par. pr. infra n. 136.

135 Filius rectè adit hæreditatem ante apertas tabulas testamenti. Gloss. in l. si fratris tui 3. vers. ex parte C. de jure deliberan. Caprar. dec. 434. n. 13. p. 2.

Filii sunt sui, & necessarii hæredes Patris. Francisc. Connan. Jur. Civil. lib. 10. cap. 5. n. 7. & seqq. Caprat. dec. 559. n. 9. p. 1. 136

Filii ex vi & potentia suitatis statim efficiuntur hæredes patris. De Marin. resol. juris lib. pr. cap. 321. n. 8. & seqq. Caprar. d. dec. 559. n. 10. p. 2.

Filii habent beneficium abstinendi ab hæreditate paterna eamque repudiandi. Text. in §. Sui autem instit. tit. de hæredum qualit. & differ. Caprar. d. dec. 559. n. 18. p. 2. supra n. 134.

Filii si post repudiationem hæreditatis paternæ exegerunt fructus locorum Montium spectantes ad Patrem, hujusmodi exactio fieri non poterat, nisi nomine hæreditario, nec citra jus, & nomen hæredis. 137
Bald. cons. 272. sub nu. 2. vers. tertia ratio lib. 5. Rot. cor. Ludovis. dec. 7. n. 5. Caprat. ibid. nu. 23. 27. 28. Prout si sibi appropriarunt summam provenientem ex melioramentis factis à Patre. Caprar. ibid. n. 24.

Filii per repudiationem hæreditatis paternæ nequeunt conveniri à creditoribus Patris. Caprat. ibid. num. 19. 138

Filius ut juvari possit abstensione ab hæreditate paterna, illiusque prætextu repellere creditores, undequaque bona fides exuberare debet. Mascard. de probat. conclus. 45. n. 14. Caprar. ibid. n. 48. 139

Filius dicitur hæres, nedum ex immixtione hæreditati paternæ, sed etiam ex ipsa positiva aditione, bonorumque possessione. Mantic. de conject. lib. 12. tit. 10. nu. 2. & 3. Gratian. discept. 732. num. 56. & seqq. Caprar. dec. 591. n. 10. p. 2. 140

Filii in potestate Patris prius existentes, an possint cedere præventive hæreditatem paternam ad favorem substituti, seu venientis ab intestato, & an habeatur hujusmodi cessio pro mera abstensione, seu supponat præcedentem acquisitionem Franch. dec. 14. nu. 25. & 26. Balduc. de Legat. tit. 3. dec. 59. nu. 21. 34. 141

Filii Masculi, per quos Familia, & domus honorificentia conservatur, naturaliter loquendo præsumuntur instituti. Fontanell. de pact. nupt. gloss. 8. p. 5. n. 11. Rot. dec. 732. n. 20. p. 18. rec. Balduc. tit. 3. de Legatis dec. 45. n. 12. 142

Filii nati post purificatam conditionem an possint avocare bona à substituto interim admisso. Castill. controv. jur. lib. 5. cap. 178. à num. 13. ad plures seqq. Palm. nep. alleg. 43. n. pr. et seqq. Balduc. tit. 3. de Legat. dec. 15. n. 5. 13. & per tot. 143

Filii præsumuntur de Jure potius naturales, quam spurii. Rot. cor. Seraphin. dec. 925. num. 2., & dec. 317. nu. 23. p. 17. rec. Balduec. tit. 3. de Legat. dec. 50. n. 33. 144

Filii plures de jure tot constituunt lineas, quot sunt personæ Peregrin. cons. pr. per tot. lib. 2. Card. de Luc. de fideicom. disc. 106. n. 75. Balduc. tit. 3. de Legat. dec. 38. n. 25. & 29. 145

Filii pro alimentis in bonis fideicommissi ascendentis præferuntur quibuscumque Creditoribus patris gravati, ac bonorum possessoris. Gratian. discept. 832. n. 31. & seqq. Rot. dec. 265. num. 12. & 13. p. 12. rec. Ansald. dec. 1. n. 19. 146

Filius etiam non hæres patris in feudalibus, saltem ex fructibus tenetur satisfacere Creditoribus Paternis. Cyriac. controv. 720. ex n. 18. et seqq. & sub n. 28. Ansald. dec. 26. n. 39. & 40. 147

Filius dicitur habere dominium simul cum patre. Merlin. de legitim. lib. pr. tit. 1. quæst. pr. n. 2. et lib. 3. quæst. 19. tit. 2. n. 12. Ansald. dec. 49. n. 13. 148

Filiusfamilias potest pro patre fidejubere, & quando ei detur restitutio in integrum Rot. cor. Ludovis. dec. 120. n. 1. & 2. & cor. Coccin. dec. 1527. nu. 1. & 2. Ansald. dec. 60. n. 19. 20. 21. & 28. 149

Filius in legitima dicitur potius creditor, quam dominus Card. De Luc. de Legit. disc. 33. num. 20. Rot. dec. 579. n. 14. & 16. p. 5. rec. Ansald. dec. 77. n. 66. 150

Filii si non habitent seorsim à Patre sequuntur forum ejusdem Patris Menoch. de arbitr. cas. 86. nu. 8. lib. 2. Rot. cor. Otthobono dec. 94. n. 4. Ansald. dec. 55. n. 21. 151

Contrahens cum filiofamilias non potest contractum impugnare, si filiusfamilias intendit stare contractui, Tiraquel. de leg. connub. gloss. 8. in 8. & 12. qu. n. 56. & 92. cum pluribus seqq. Bertachin. vol. 154. n. 5. 152

Contra

Contra Paschal. *de potest. cap. 6. p. 1. n. 25. & seqq.*
152 Bertachin. *d. vol.* 154. *n.* 2.

Amplia, ut consensus paternus superveniens non sufficeret Bertachin. *d. vol.* 154. *nn.* 3. Contra Bertachin. *ibid. n.* 6.

Filiusfamilias non potest carcerari pro debitis fa-
153 ctis vivente Patre, nisi adesset specialissima renunciatio *leg. 2. C. quod cum eo*, cum non sufficiat simplex obligatio Cameralis, vel generalis renunciatio Bertachin. *vol.* 180. *per tot.*

Habens facultatem disponendi inter filios, quan-
154 do possit istos gravare fideicommissu favore Nepotum Bertachin. *vol.* 137. *per tot.*

Filii aliquando fuerunt puniti à Deo ob peccata
155 Parentum Bertachin. *vol.* 146. *n.* 5.

Filius-familias, licet Clericus primæ tonsuræ potest
156 testari. Boss. *de patr. potest. cap.* 5. *n.* 182. Bertachin. *vol.* 74. *n.* 8.

Filii quando dicantur vocati, uti filii, vel uti hæ-
157 redes De Marin. *resol.* 89. *per tot. lib.* 1. & *resol.* 78. *pariter per tot. lib.* 2. Rot. cor. Merlin. *dec.* 392. *à n.* 1. & *seqq.* Bertachin. *vol.* 55. *n.* 18.

Filius admittitur ad recuperationem feudi alienati
158 à Patre, quando illud non est hæreditarium, & ipse non est hæres patris Actolin. *resol.* 52. *n.* 3. 6. & 7. & *seqq.* Palma Nepos *alleg.* 94. *n.* 23. *tom.* 1.

Filius non conficiens inventarium tenetur conclu-
159 denter justificare statum hæreditatis, & quod in ea non remanserint bona sufficientia pro satisfactione legitimæ Censal. *dec.* 42. *n.* 6. Rot. *dec.* 77. *n.* 2. & 3. *p.* 1. & *dec.* 278. *n.* 7. *part.* 10. *recent.* Palma Nepos *all.* 70. *n.* 2. *tom.* 1.

Filius non conficiens inventarium licet legitimam
160 non amittat tenetur de proprio solvere legata, & fideicommissa particularia Rot. post Censal. ad Peregrin. *dec.* 29. *à n.* 14. *usque ad* 19. Censal. *dec.* 42. *n.* 7. Palma Nep. *alleg.* 70. *n.* 3. *tom.* 1.

Quando fuerunt factæ alienationes filius præsumi-
161 tur satisfactus de legitima. Rot. cor. Merlin. *dec.* 633. *n.* 1. *vers. sed multo magis*, & *n.* 2. & cor. Royas *dec.* 53. *n.* 6. Palm. Nep. *all.* 70. *n.* 4. *tom.* 1.

Filius potest quandocumque declarare, quo titulo
162 bona patris possederit, & ejus declarationi plurimum defertur Cavaler. *dec.* 451. *n.* 1. Mart. *de success. leg. p.* 4. *quæst.* 14. *artic.* 2. *nn.* 23. Palm. Nep. *alleg.* 541. *n.* 13. *tom.* 2.

Filius in emphyteusi ex pacto, & providentia suc-
163 cedit jure proprio, non uti hæres patris. Rot. *dec.* 576. *n.* 37. *p.* 5. *recen.* De Luc. *de emphyt. disc.* 4. *n.* 4. *vers. scribens & disc.* 10. *per tot.* Palm. Nep. *ibid. n.* 17.

Filii quando sunt expressè, & ex propria personæ
164 vocati, tunc exclusio, seu inhabilitas patris eis non nocet Castill. *quotid. contr. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 70. Palm. Nepos *alleg.* 128. *n.* 4

Filii sororum de jure communi æqualiter succe-
165 dunt cum filiis Fratrum Palm. Nap. *all.* 150. *nu.* 2. *tom.* 2.

Filius habens jus à testatore non potest eo pri-
166 vari ex facto Matris Bart. *in l. liberor. ff. de verbor. signific.* Palm. Nep. *all.* 176. *n.* 5. *tom.* 2.

Filius tenetur servare renunciationem factam à Ma-
167 tre, quando ex persona Matris vult admitti. Covar. *in ep. quamvis pactum tertiæ partis §.* 3. *num.* 7. *vers. nec mirum de pactis* Palm. Nep. *all.* 176. *num.* 31. *tom.* 2.

Filiorum appellatione in conditionalibus compre-
168 henduntur nedum Nepotes, sed omnes descendentes in infinitum Peregrin. *de fideic. art.* 21. *n.* 46. & *art.* 25. *n.* 6. *art.* 28. *n.* 32. Andreol. *contr.* 118. *n.* 3. Palm. Nep. *all.* 168. *n.* 16. *tom.* 2.

Filii in successionibus parentum sunt etiam ipsi
169 Deo, & Ecclesiæ præferendi Sperell. *in dec.* 153. *nu.* 45. Pal. Nep. *all.* 176. *n.* 32. *tom.* 2.

Filius repræsentat gradum, & non personam pa-
170 tris, quando pater est incapax successionis Surd. *cons.* 153. *n.* 22. *vol.* 1. Rot. *dec.* 464. *nn.* 9. *p.* 1. *rec.* Palm. Nepos *all.* 204. *n.* 36. *tom.* 3.

Filius-familias emancipatus habetur tanquam pa-
171 ter familias Peregrin. *de Fideicom. art.* 6. *num.* 46. Palm. Nep. *all.* 234. *n.* 6. *tom.* 2.

Filius spurius à testatore ascendente non potest

capere, neque ex testamento nec ab intestato, secus 172
à collateralibus Cyriac. *contr.* 8. *n.* 50. Cel. *dec.* 334. *n.* 10. Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 2. *tom.* 3.

Filius nec spurius, nec naturalis comprehenditur,
quando verba sunt civilia quando vero sunt natu- 173
ralia comprehenduntur etiam spurii ex soluto, & soluta, secus ex personis, inter quas matrimonium consistere non valet Rot. *dec.* 388. *num.* 7. *p.* 1. *rec.* Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 3. *tom.* 3.

Filius spurius non succedit Patri, vel matri, seu
alteri ex ascendentibus, secus autem transversalibus, 174
& extraneis, à quibus capere potest tam ex testamento, quam ex donatione, quam ex quolibet alio contractu. Bald. *cons.* 374. *vers. ne dicat. lib.* 5. Palm. Nap. *all.* 242. *n.* 1. & 2. *tom.* 3.

Filii spurii sunt abbominabiles Deo, et homini-
bus, nec continentur in dispositione hominis. Pe- 175
regrin. *de fideic. art.* 22 *sub. n.* 81. Rot. *dec.* 626. *n.* 5. *p.* 4. & *dec.* 261. *n.* 13. & *seqq. p.* 18. *rec.* Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 5. Limita, & declara ut per Rot. *dec.* 262. *n.* 7. 8. & 9. *p.* 8. *rec.* Palm. Nep. *ibid. n.* 6. 7. 8. 9. *tom.* 3.

Filius spurius saltem post legitimos censetur vo-
catus Rot. *dec.* 133. *n.* 32. *cum pluribus seqq. p.* 9. *rec.* 176
Palm. Nep. *all.* 242. *n.* 8. *tom.* 3.

Filii spurii ratione vinculi naturæ habent alimen-
ta, possunt accusare de homicidio in personam Pa- 177
tris commisso, tenentur de patricidio, & ad paternam venerationem De Luc. *de donat. disc.* 62. *n.* 14. Lucidor. *de Illegit. cap.* 4. *n.* 2. Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 10. *tom.* 3.

Filius spurius est infamis Infamia facti, sicuti na-
turalis Peregrin. *de Fideicom. art.* 22. *n.* 83. *vers. sed* 178
contra Palm. Nep. *ibid. n.* 12.

Filius spurius, & filius naturalis non est agnatus,
& nemo eorum habet successionem civilem Pere- 179
grin. *de fideic. art.* 22. *nu.* 82. Mantic. *dec.* 316. *nu.* 7. Palm. Nep. *ibid. n.* 13.

Filius consanguineus admittitur cum utrimque
conjunctis ad successionem Patris, stante statuto re- 180
putante extraneum vinculum maternum Cyriac. *contr.* 354. *per tot.* Gratian. *discept.* 661. *n.* 13. Palm. Nep. *ibid. n.* 11.

Filius spurius dicitur de domo stante consuetudine
Isliæ Peregrin. *cons.* 6. *lib.* 6. *n.* 19. *vers. cæterum au-* 181
tem Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 20. Præcipuè in defectu legitimorum Tiraquell. *de nobilitat. cap.* 15. *nn.* 12. *in fin.* Palm. Nep. *ibid. n.* 21. *tom.* 3.

Filius Sacerdos de jure admittitur cum aliis ad fi-
deicommissum Palm. Nep. *all.* 273. *cap.* 4. *num.* 105. 182
tom. 3.

Filius naturalis non habet gradum civilem respectu
Patris Robles. *de repræsentat. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 28. 183
Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 25. & 26. Secus respectu collateralium quorum respectu pari passu ambulant spurii, & naturales Palm. Nep. *ibid. n.* 27. *tom.* 3.

Filius legitimus illegitimi non dicitur de Civili fa-
milia strictè sumpta Capr. *cons.* 108. *num.* 25. & *cons.* 184
136. *n.* 7. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 5. *nn.* 74. Palm. Nep. *all.* 241. *n.* 18. *tom.* 3.

Filius spurius censetur vocatus, quando primi vo-
cati erant illegitimi Fusar. *de substit. quæst.* 314. *nn.* 185
4. & *quæst* 406. *n* 7. Rot. *dec.* 388. *num.* 11. *p.* 1. *rec.* Palm. Nep. *alleg.* 242. *n.* 9. *tom.* 3.

Filius spurius venit sub nomine agnationis in lo-
co, in quo adest consuetudo, quod spurii & illegiti- 186
mi retineant idem nomen, & arma, & admittantur ad munera, & honores Menoch. *cons.* 754. *n.* 16. & 17. Rot. *dec.* 616. *n.* 2. *p.* 4. *rec.* Palm. Nep. *ibid. num.* 13. 14. 15. 16.

Filii spurii eò facilius admittuntur ad fideicomis-
sum familiare, vel agnatitium, quando alias ipsum 187
fideicomissum expiraret, & extingueretur Rot. cor. Bich. *dec.* 7. *n.* 9. 10. & *in dec.* 126. *per tot. p.* 11. *rec.* Palm. Nep. *ibid. n.* 17.

Filius justus dici non potest qui conceptus est ante
matrimonium Palm. Nep. *all.* 248. *n.* 20. *tom.* 3. 188

Filius detrahit legitimam, & Trebellianicam de
fideicommisso universali, quæ ascendunt ad dimi- 189
midiam hæreditatis Peregrin. *de fideic. art.* 3. *nn.* 51. Thesaur. *dec.* 252. *n.* 1. Palm. Nep. *all.* 254. *nu.* 23.

tom. 3. Vide supra *n.* 47.

Filius quando dicatur repræsentare gradum, &
390 quando personam Patris. Palm. Nep. *all.* 274. *cap.* 6.
per tot. tom. 3.

Filius contravenientis non præsumitur prædilectus
391 Dec. *cons.* 589. *n.* 6. Sord. *cons.* 85. *n.* 10. *vers. attamen*
Pal. nep. *all.* 322. *n.* 10. *tom.* 4.

Filio non impedit jus succedendi emancipationis
392 deffectus Pal. Nepos *all.* 324. *n.* 5. *tom.* 4.

Filius ex propria persona veniens non tenetur assu-
393 mere arma, & nomen assumptum per Patrem, cau-
sa, & occasione successionis in fideicommisso Roxas
de incompatibilitat. p. 7. *cap.* 6. *nu.* 14. & 21. Palm.
Nep. *all.* 324. *n.* 9. *tom.* 4.

Filium, qui dicit hæredem matris, tenetur istam
394 qualitatem concludenter probare Palm. Nep. *alleg.*
338. *n.* 22. & *all.* 339. *n.* 47. *tom.* 4.

Filius bannitus existens incapax successionis, si à
395 Patre hæres instituatur censetur fiduciarius. Rot. cor.
Cavaler. *dec.* 481. *sub n.* 10. *vers. quarum præcipua*.
Palm. nep. *all.* 389. *n.* 50. *tom.* 4.

Filius postquam per acceptationem hæreditatis pa-
396 ternæ sibi præjudicavit non potest amplius recedere.
Palm. nep. *all.* 339. *n.* 29. *tom.* 4.

Filius familias miles non comprehenditur sub S. C.
397 Macedoniano. Mantic. *de Tac. & amb. lib.* 8. *tit.* 7.
n. 18. Palm. nep. *alleg.* 400. *n.* 21. & 22. *tom.* 4.

Filii familias præsumuntur expendere pecunias in
398 luxu. Palma Nepos *all.* 400. *n.* 102. *tom.* 4.

Filius familias solvens, præsumitur solvere de pe-
399 cuniis habitis à patre. Roland. *cons.* 54. *n.* 4. & 5. *lib.*
3. Rot. *dec.* 9. *n.* 2. *p.* 16. *rec.* Palm. nep. *all.* 400. *n.*
n. 106. *tom.* 4. Facit supra *n.* 64.

Filius præsumitur habere notitiam paternæ dispo-
400 sitionis Rot. *in decis. recollect.* per Palm. Nep. *decis.*
417. *n.* 17. *tom.* 5. *fol.* 59.

Filii occisoris, quando excludantur à successione
401 fideicommissi ad eorum favorem purificati per mor-
tem occisi Rot. *loc. cit. decis.* 424. & 425.

Filia proprii patris, non autem avi, lineam con-
402 stituit Rot. *loc. cit. decis.* 453. *n.* 66.

Filia, licet dotata de bonis patris, non extanti-
403 bus masculis, potest petere supplementum legitimæ,
cùm statutum Urbis excludat fœminas à successione,
non quia dotatæ sunt, sed ut conservetur agnatio
Carill. *dec.* 269. *nu.* 14. Cels. *dec.* 289. *nu.* 2. Caprar.
dec. 423. *n.* 9. *p.* 2.

Filia non tenetur recipere dotem loco legitimæ suc-
404 cedentem, in mobilibus, & semoventibus, facilè pe-
rituris Fusar. *de Substit. quæst.* 624. *num.* 11. & 12.
Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 6. *n.* 2. & 14. Rot.
cor. Priol. *dec.* 320. *n.* 10. Caprar. *dec.* 623. *num.* 8. &
9. *p.* 2.

Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes, &
405 pronepotes, & ulteriores descendentes quoties substi-
tutio Masculorum ex filiabus fœminis collata est in
remotissimum tempus, nempe post extinctos descen-
dentes masculos, de quo tempore verisimiliter adesse
se non poterant filiæ primi gradus Rot. *dec.* 162. *n.*
5. *p* 6. & *dec.* 402. *n.* 17. *p.* 9. *rec.* Caprar. *dec.* 721.
n. 25. *p.* 2.

Filiabus illegitimis debentur dotes, & alimenta
406 tam ab Avo, quam à Fideicomisso ascendentis Boss.
de Dotcap. 16. *n.* 188. & 189. Caprar. *dec.* 588. *num.*
9. *p.* 2.

Filia nonquam debet præcedere propriæ Matri Fa-
407 gnan. *in cap. cum certum n.* 30 *vers. deinde respon-
detur de majorit. & obedient.* Rebuff. *in prax. bene-
fic. tit. de Union. nu.* 15. & 16. Ansald. *dec.* 47. *num.*
19. & 20.

Filia fœmina exclusa propter masculos à Statuto
408 rumpit testamentum, quando pater instituerit ex-
traneos Urceol. *consult.* 93. *n.* 30. Rot. cor. Seraphin.
dec. 885. *n.* 1. *in fin.* & *dec.* 116 *n.* 5. & *dec.* 223. *nu.*
14. & 16. *p.* 5. *rec.* Bertachin. *Vot.* 186. *n.* 4.

Filia congruenter dotata nihil amplius prætendere
409 potest Rot. cor. Dunozet Jun. *dec.* 1006. *n.* 15. & 16.
Pal. Nep. *all.* 313. *n.* 2. *tom.* 3.

Pro filia unica solet taxari pinguior dos De Loc.
410 *de dot. disc.* 53. *nu.* 7. & *disc.* 144. *num.* 46. & *seqq.*
Palm. Nep. *all.* 341. *n.* 9. *tom.* 4.

Filiæ in favorem semper interpretandum est vo-
tum parentum Rot. *dec.* 519. *num.* 5. *in fin. p.* 5. *rec.* 411
Palm. Nep. *d. all.* 342. *n.* 10. *tom.* 4.

§. FISCUS. XV.

FIscus est Camera Imperii complectens quidquid 1
ad illius pecuniarum commodum pertinet, vel repositorium publici thesauri; dicitur quasi fixus, idest firmus, quia semper præsumitur dives, & solvendo, nec ideò tenetur cavere, non tamen reputatur idoneus fidejussor ob difficultates in eo conveniendo, & quia est stabilis, perpetuus, & nunquam moritur, quamvis mutetur persona domini, vel dicitur quasi saccus, in quo Imperii pecunia reponitur, & saccus sine conscientia, qui imbursat malè quæsita, & est duplex, nempè generalis, qualis est ille Papæ, & Imperatoris, & particularis, quem habent Reges, Principes, Respublicæ, & Civitates liberæ, ut colligitur ex latè traditis per Peregrin. *tract. de jur. fisc. lib.* 1. *tit.* 1. & 2. *per tot.* Tusch. *litt. F*, *conclus.* 381 & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 1. *volum.* 5. Amaya *in C. de jur. fisc in princip. fol.* 5. & *c.* ubi dat aliàs etymologias, & alia plura de fisco, & ejus privilegiis. Larrea *in præm. alleg. fiscal. num.* 1.

Quòd fiscus primò fuerit cromena, vel bursa, deindè transierit in saccum, & postea in domum, seu Cameram, ac ideò hodie Camera nuncupetur; Fiscalis autem Procurator vir parum placidus, omnibus invisus, Deo odiosus, parum, aut nihil æquitatis habens, Guaz. *de confisc. bon. concl.* 1. *per tot.* ubi etiam quòd fiscus est subditorum calamitas.

Fiscus capiens bona delinquentis habetur loco hæ- 2
redis extranei, & illis incorporatis tenetur satisfacere creditoribus ipsius, ac omnia illius onera subire pro bonorum tamen mensura tantum, & non ultra, licet nullum fecerit inventarium, ita ut etiam fidejussores remaneant liberati saltem pro rata bonorum ad eum devolutorum, nec potest invitis creditoribus ipsis dare in solutum nomina debitorum delinquentis, & quando bona sunt sita in diversis territoriis, sicut fiscus cujuslibet territorii capit bona ibidem existentia, si confiscatio proveniat à jure communi, ita tenetur ad debita ibidem existentia quatenus sufficiant bona, quibus deficientibus ne creditores remaneant in damno, datur recursus ad bona alterius territorii, Petrus Cabal. *resolut. crim. cas.* 266. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 304. *num.* 18. & *cap.* 423. *per tot. cap.* 840. *num.* 35. & 36. & *cap.* 224. *nu.* 72. Conciol. *resol. crimin. verb. Fiscus resolut.* 2. *per tot.* Farinac. *quæst.* 25. *num.* 170. & *seqq.* vide in §. *Debitor num.* 51. Paul. Christin. *decis.* 12. *per tot.* & *decis.* 13. *volum.* 5. & *decis.* 220. *num.* 69. & *seqq. vol.* 5. *infr. num.* 6. Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 23. *per tot.* Caren. *resol.* 100. *per tot.* ubi quòd ideò liberatur etiam bannitus à debitis præteritis ob dictum transitum bonorum in fiscum, pro modo tamen, & parte tantum ad fiscum devoluta, & si nulla bona apud fiscum remaneant, nullo modo liberatur, sed tenetur creditoribus satisfacere, quia totalis ratio liberationis banniti à debitis est transitus, & permanentia ejus bonorum apud fiscum, non autem quod per liberationem à banno effectus sit novus homo, & idem probat etiam Cabal. *cons. decis.* 132. *nu.* 4. & *lib.* 1. Raynald. *Syntax. rer. crim. Præm.* §. 12. *num.* 29. & *seqq. per tot.* ubi plura totali liberatione debitoris confiscati, vide in §. *Debitor num.* 51. quòd teneatur ad debita De Luc. *de regal. disc.* 191. *nu.* 4. & *de fideicom. disc.* 148. *num.* 12. Vide Constan. *in l.* 1. *C. de Pœn. Fisc. libr.* 10. Salgad. *Labyr. part.* 1. *cap.* 7. Capyc. Latr. *cons.* 33. & 34. Bertachin. *vot.* 3. *n.* 1. Altimar. *de null. lit. rubr.* 2. & 3. *quæst.* 1. *num.* 68. *pag.* 69. *vers. fiscus alit tom.* 8.

Qualiter fiscus habetur loco hæredis extranei, vel possessoris, & ideò in illum transeunt activè, & passivè omnia jura condemnati in pœnam confiscationis bonorum, latè Peregr. *de jur. Fisc. lib.* 5 *tit.* 1. *num.* 52. & *seqq.* Cardin. Tusch. *litt. F*, *conclus.* 387. & 388. *per tot.* Martha *de success. legal. part.* 4. *qu.* 16. *art.* 1. *num.* 99. & *seqq.* & *quæst.* 18. *art.* 2. *nu.* 37. Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 20. *per tot.* benè Fontanel.

nel. *de pact. nupt. tom. 2. clauf. 5. gloff. 4. num. 61. & feqq. fol. 50.* Fajard. *allegat. fifc. 3. num.* 13.

Quòd dicatur fuccedere delinquenti annichilando illius perfonam, non illam repræfentando, Altograd. *conf. 95. num. 141. & feqq. lib. 1.* Rot. *part. 14. recent. decif. 486. num. 19.* ubi etiam qualiter debeat citari coram fuo judice in profequutione judicii ante bannum cœpti, vide Santelic. *decif. 70.*

Quòd non fuccedat in jure conditionali, etiam ex contractu competente delinquenti, Boer. *decif. 351. in fine*, Tufch. *litt. F. conclnf. 400. n. 146.* fed quoad jua conditionale ex contractu; contrarium tenet Farinac. *quæft. 25. num. 146.* Paul. Chriftin. *decif. 220. num. 51. vol. 5.* licèt quod alia fecùs ut fupra, & dixi in *§. Confifcatio num. 5. in fine*, Fajard. *loc. cit. num.* 26. Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæft. 12. n. 217. tom. 3.*

Qualiter etiam fifcus teneatur ad debitum alimentorum promifforum à condemnato, faltem durante inopia perfonæ alimentandæ, donec ad pinguiorem devenerit fortunam, ita ut fe ipfam alere poffit in terminis legis Florentinæ, cum bona tranfeant in fifcum cum onere fuo, latè Idem Altograd. *d. conf. 95. per tot.* Sord. *de aliment. tit. 1. quæft. 31. & 34. per tot.* ubi qualiter fifcus teneatur de bonis alere filium condemnati, folvere legitimam, dotes, & alia debita, quando fecus, *& tit. 8. privil. 59. per tot.* Ricc. *Collect.* 3909. Bofs. *de dot. c. 6. §. 5. fol.* 219. ubi plura, an, & quando fifcus teneatur dotare filias rei condemnati ex bonis confifcatis. Altimar. *de nullit. rubr. 2. & 3. quæft. 1. pag. 64. verf. & fifcus & pag. 69. verf. fifcus alii. tom.* 8. Salgad. *Labyr. credit. cap. 26. §. unic.* Pafcal. *de patr. poteft. part. 2. cap. 3. n. 27.*

Quòd teneatur fifcus præftare alimenta carceratis de proprio non habentibus, cùm pœnæ, vel innocentiæ fervari debent incolumes, & tantò magis ex bonis publicatis, & incorporatis, & expenfas neceffarias pro fe defendendo in quocumque crimine etiam lefæ Majeftatis, Conclol. *refol. crim. verb. Fifcus refol. 1. & 2.* ubi alia plura ad rem facientia.

3 Fifcus Florentiæ vigore legis municipalis de anno 1551. non poteft conveniri à creditoribus delinquentis, cujus bona per confifcationem occupavit, nifi prius facta excuffione fuper aliis bonis ipfius condemnati exiftentibus in alieno territorio; ex quo inolevit praxis articulandi, & probandi, quòd delinquens condemnatus non habeat bona in ftatibus alienis, Cabal. *refol. crim. caf. 266. num. 13.* & dixi in *Pract. §. Fifca n. 1. & §. Creditor num. 3.* & facit, *infr. n. 24. in fine.*

Quamvis fecùs fit de jure communi, ut per Gratian. *difcept. for. cap. 230. n. 14. & 15.* Farinac. *qu. 25. n. 169. & feqq.* Card. Tufch. *litt. F, concl. 386. n. 6. & feqq.*

An fifcus teneatur refervare, vel folvere filiis condemnati legitimam, & filiabus, ac fororibus dotes, vide in *§. Legitima num. & in Pract. §. Dti n. 4.* & Boff. *de dote cap. 6. §. 5. fol. 219. &c.* Altim. *loc. citat.*

4 Fifcus poft 20. annos non poteft exigere pœnas condemnatorum in rebus, vel pecunia, dummodò fecundùm aliquos infpecto jure canonico, adfit bona fides in debitoribus, licèt fecundùm veriorem opinionem tàm apud Canoniftas, quàm Legiftas, & Theologos indiftinctè per lapfum hujufmodi temporis perimatur jus fifci non attenta mala fide debitorum, eùm in foro confcientiæ pœnæ non debeantur, & illa falva retineri poffint, Gratian. *difcept. forenf. cap. 52. nu. 4.* & Card. Tufch. *litt. P. concl. 569 & 579.* vide in *§. Delictum nu. 7 in Pract. §. Maleficii n. 8. & per tot.* latè Sanfelic. *dec. 393. cum Addit.* ubi quòd fi fifcus fuerit negligens per viginti annos in occupando bona fibi etiam ipfo jure delata ob delictum, non amplius auditur, fed præfcriptione 20. annorum excluditur, adde Zuff. *de legit. proceff. lib. 2. quæft. 93. per tot.* ubi tamen, quòd bannitus condemnatus tempore habili, & captus poft 20. annos non poteft allegare præfcriptionem, nifi fuerit admiffus ad novas defenfiones ob nullitatem fententiæ, de quo ego dixi in locis citatis Vide Bertachin. *vot. 224. nu. 2.* Conciol. *refol. crimin. verb. delictum refol. 7. ad Statut. Eugub. lib. 4. rub. 2.*

Quod ubi ageretur de bonis fifco incorporatis, non præfcribatur contra fifcum minori fpatio 30. annorum, vel etiam 40. fecundùm alios, vide Peregr. *de jur. fifc. lib. 6. tit. 8. n. 1.* Bardellon. *conf. 131. n. 24. & lib. 2.* Farinac. *quæft. 10. nn. 33. & quæft. 25. n. 168.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 24. n. 372. & feqq. fol. 499. & num. 447. fol. 504.* Paul. Chriftin. *decif. 220. n. 60. & feqq. vol. 5. infr. n. 22. & 24.* Barbof. *de præfcrips. l. omnes n. 22. & 23.* Fajard. *alleg. 1. n. 177.*

Fifcus, ubi pars pœnæ applicatur parti ex vi conventionis, non poteft totam pœnam conventam exigere fine mandato partis, fed tantùm fuam portionem, quidquid fit in pœna legali partim fifco, & partim offenfo, vel accufatori applicanda, quam in totum exigit, & ratam cui debetur, folvit, & fi unus repudiet partem fuam, non habet locum jus accrefcendi ad favorem alterius, Gratian. *difcept. for. cap. 956. n. 10.* Card. Tufch. *litt. F, concl. 383. n. 11. & 12.* Cabal. *refol. crim. caf. 202. per tot.* Peregrin. *de jur. fifc. lib. 4. tit. ult. nn. 32.* Farinac. *qu. 500. n. 53.* idem Gratian. *difcept. 840. n. 2. per tot.* 5

Fifcus, an, & quando cæteris deficientibus admittatur ad fucceffionem decedentium ab inteftato, vide Omor. *inftit. de hæred. quæ ab inteft. defer. c. de fucceff. fifc. per tot. fol. 242.* Amaya *in l. 4. Cod. de con. vocan. lib. 10. fol. 90.* Peregrin. *de jur. fifc. lib. 4. tit. 3. per tot.* Card. Tufch. *lit. F. concl. 391. per tot.* Paul. Chriftin. *decif. 14. per tot. vol. 5.* Martha *de fucceff. legal. part. 4. quæft. 2. n. 29. & feqq. & quæft. 12. art. 12. artic. 1. num. 43. & feqq.* ubi quando veniat appellatione hæredis, vide in *§. Succeffio nu. 9.* latè Fajard. *allegat. fifc. 32. per tot. & allegat. 44. per tot.* ubi quòd etiam bona vacantia Clericorum fpectant ad Regiam Cameram, nec in eis poteft fe intromittere Camera Epifcopalis ad ornatum, text. *in l. fi quis Præfbyter. Cod. de Epifc. jur. & cap. 1. & 3. de fucceff. ab inteft.* Antunez. Portug. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 24. cum multis feqq.* ubi benè totam explicat materiam, *& cap. 20. & 21. per tot.* Nicol. *Elucubr. utrinfq; jur. tit. de hæred. quæ ab inteftat. num 63.* Vide Brunnemann. *in d. l. fiquis Presbyter* Barrli *de fucceff. libr. 18. tit. 5. n. 8.* Fagnan. *in cap. Præsbyter. n. 8. de pœn.* 6

Et qualiter etiam fuccedat indignis, & incapacibus, idem Tufch. *loc. cit. conclnf. 300. per tot.* Martha *d. tract. part. 4. quæft. art. 1. n. 6.* & Gua. *de confifc. bon. concl. 13. ampliat. 6. per tot.* Urecol. *tract. de tranfact. quæft. 84. num. 46. & feqq.* ubi etiam quinam dicantur indigni, & incapaces ad dictum effectum, quænam differentia fit inter eos, & fi tranfegerint, cui profit, vel noceat tranfactio, an fifcus auferens bona ab illis teneatur folvere debita, & legata, quid fi fuccedat tamquam in bonis vacantibus, & alia ad rem, Caldas Pereyra *conf. 35 per tot.* ubi plura de hærede non accufante, & non vindicante mortem defuncti, an, & quando fifcus auferat ab eo tamquam ab indigno hæreditatem, & alia ad intellectum, *l. 1. Cod. de his quibus ut indign.* Cabed. *decif. 57. & 58. per tot. part. 2.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 29. cum pluribus feqq.* ubi benè de materia indignorum, & incapacium, à quibus bona fifcus aufert, Cancer. *var. part. 1. cap. 5. per tot.* & conferr Ramon. cum annot. Jacob. Balduc. *conf. 5. per tot.* Nicol. *loc. cit. num. 69.*

An autem fi bona ex confuetudine, vel ftatuto fequantur lineam unde proceffferunt, & fic paterna ad paternos, materna ad maternos devolvantur hæredes, juxta ea, quæ dixi in *§. Afcendens n. 4.* deficiente una linea accrefcant alteri, vel potius tamquam vacantia fpectent ad fifcum, vide Paul. Chriftin. *decif. 220. n. 76. & feqq. vol. 5.* ubi refert contrarias opiniones, & diverfimode judicatum teftatur.

Fifcus non poteft aufette hæreditatem delatam, de quo Merant. *in l. is poteft n. 124. ff. de acquir. hæred.* latè Cabal. *refol. crim. caf. 264. nu. 16. & per tot.* ubi loquitur tàm ab inteftato, quàm ea teftamento, dixi in *§. Bannitus n. 20. & §. Filius nu. 32. infra num. 28.* 7

Quòd fiscus non adeat hæreditatem pro condemnato, Martha *de success. legal. part. 4. quæst. 14. art. 5. n. 7.*

Quòd vigore legis municipalis Florentiæ de anno 1565. fiscus succedat filio delinquenti pro quota ad illum spectante, cum pater fingatur mortuus tempore commissi delicti à filio, & sic filius fingatur hæres patris pro sua quota, in qua postea illi succedit fiscus, uti hæres extraneus, Altograd. *cons. 95. n. 41. & seqq. & n. 131. & seqq. lib. 1.* ubi tamen *n. 137.* quòd imò dicta lex non supponit patrem mortuum, sed viventem, dum vult fiscum succedere etiam in bonis postea ab illo quæsitis, quatenus filius delinquens ei succedere potuisset, & sic fiscus capit ea, quæ ad filium erant perventura si non deliquisset; quæ lex & si dura valet, & est servanda, in casu tamen solummodo, quo loquitur, nempè Rebellionis, & non in aliis delictis, & vide Odd. *cons. 37. n. 72. & 79.* Menoch. *cons. 526. n. 16.* Farinac. *quæst. 24. num. 143.* Cabal. *resolut. crim. cas. 295. n. 60. in mea Pract. §. Banditi num. 31. & 32.* facit quod dixi *in §. Statutum puniens n. & §. Filius n. 32. & 38.*

An hæreditates, quæ filiis Rebellium deferuntur applicentur fisco, DD. *in l. quisquis, §. Filii, Cod. ad leg. Jul. Majest.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 3. tit. 9. nu. 1.* Paul. Christin. *decis. 127. nu. 1. vol. 4.* ubi refert contrarias opiniones, & negativè concludit, cum nulla lex sit, quæ id expresse disponat, nec adeò favendum sit fisco, ut aliis legitimis hæredibus injuria fiat, ac ita judicatum fuisse idem *decis. 506. num. 17. & seq. vol. 4.* Fachin. *controv. lib. 9. cap. 36.*

An pœna *d. l. quisquis*, comprehendat non solum filios masculos, sed etiam fœminas, negativam opinionem, & sic non includere fœminas, communem dicit Gigas *de crim. læs. Majest. lib. 1. quæst. 14.* affirmativam autem tenent alii, quos refert, & sequitur Martha *vot. Pis. 56. per tot.* vide in *§. Filius n. 38.* ubi plura, & an dicta pœna procedat de consuetudine. Brunnemann. *in d. l. quisquis n. 11.* Ant. Matth. *tit. 2. cap. 3. n. 3.*

De crimine læsæ Majestatis plura etiam Cabed. *decis. 82. part. 2.* & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 2. per tot.* ubi etiam an committatur contra Cardinales, Episcopos, & hujusmodi, ac per quos, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 29. nu. 121. & seqq.* plura Carpzov. *in prax. crim. quæst. 41. per tot. part. 1.* Ant. Matth. *loc. cit.* Brunnemanu. *loc. pariter cit.*

8 Fiscus pro delictis, vel pœnis nullam habet hypothecam, vel privilegium in bonis delinquentis ante latam sententiam, qua mediante, cum dicatur quasi contrahere illam acquirit cum prælatione, nisi pœna confiscationis esset imposita ipso jure, vel delictum esset contra fiscum, vel in administratione rerum fiscalium, nam tunc statim commisso delicto haberet hypothecam, & jus prælationis, Rodriquez *de concur. cred. art. 2. n. 11. ad finem*, Cabal. *resol. crim. 296.* Negus. *de pign. part. 2. memb. 4. nu. 155.* Gratian. *discept. for. cap. 304. n. 9. cap. 840. n. 11.* Clar. *§. fin. quæst. 78. vers. vidi quandoque, & vers. fin.* ubi facit differentiam inter creditores ex contractu, & creditores ex delicto, vide Cardin. Tusch. *litt. F, conclus. 385. & 386. per tot.* Bardellon. *cons. 531. num. 1. lib. 2.* Amaya *in l. un. Cod. pœn. fisc. cred. præfer. fol. mihi 73.* Ger. Spin. *cons. 39. nu. 27. & 28.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 3. quæst. 88. per tot. infr. nu. 15.* Guaz. *de confess. bon. concl. 22. per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Hypotheca resol. 1.* ubi quòd pro pœna conventionali nascatur hypotheca ad favorem fisci, vel partis à die promissionis, ita ut præjudicet creditoribus, & emptoribus bonorum medii temporis, quia sequuta offensione retrotrabatur ad diem promissionis, quidquid secùs sit pro pœna legali, pro qua fiscus non habet hypothecam, nisi post sententiam, quid in præceptis de non offendendo cum clausula, ut interim cautio habeatur pro præstita, & alia ad rem; latè Carleval. *de judic. lib. 2. tit. 2. disp. 1. per tot.* Hermosil. *ad leg. partit. tom. 1. tit. 3. leg. 9. gloss. 8. & 9. fol. 261.* Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *d. cap. 304. n. fin.*

An, & quando possit revocare alienata in fraudem, vel non, Tusch. *litt. F, conclus. 398. per tot.*

Fiscus quamvis in Stato Florentino vigore legis 9
Municipalis de anno 1565. videatur habere hypothecam à die commissi delicti, tamen si delinquens sit occultus, & contrahat cum multis propter illorum bonam fidem, licet sit anterior, eisdem non præfertur, sed illi præferuntur, prout ita plurles fuisse judicatum, & dictam legem hanc recepisse interpretationem, testatur Cabal. *resol. crim. cas. 295. nu. 60. & per tot.* Surd. *decis. 247. per tot.* Boss. *de public. bon. n. 76.* Gratian. *discept. for. cap. 54. n. 15. & cap. 304. n. 9.* & dixi *in Pract. §. Beni n. 14. et §. Filius n. 7. &c.* ubi limitatur in crimine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, nam his casibus, quamvis delictum esset occultum, posset fiscus interim à die delicti alienata revocare, Surd. & Cabal. *loc. cit.* vide in *§. Alienatio num.* latè Francisc. de Amaya *in leg. un. Cod. pœnis fisc. credit. præfer. fol. mihi 73. &c.*

Fiscus pro expensis factis in perquirendo, carce- 10
rando, & alia necessaria faciendo contra delinquentem est præferendus omnibus creditoribus ipsius delinquentis, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 193.* Afflict. *in tit. Quæ sint regal. verb. & bona contentium.*

Contrarium tamen verius puto, maximè si creditores fuerint protestati, ad tradita per Cabal. *resol. crim. cas. 201. n. 25. & seqq. per tot.* Guaz. *def. 6. cap. 6.* vide in *§. Expensæ num. 21. & in Pract. §. Spese n. 2.* ubi quid servetur in Etruria Conciol. *resol. crim. verb. Fiscus resol. 3.* ubi *n. 4.* limitat nisi expensæ cederent in utilitatem creditorum, quia tunc fiscus esset præferendus ob æquitatem, *l. interdum 18. ff. qui pot. in pign. hab.* & vide Carleval. *de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 1. num. 29. & seqq.* Masin. *de confisc. quæst. 2. n. 54. & seqq.*

Fiscus litigans, & obtinens in causa non recupe- 11
rat expensas litis à victo, sicut nec succumbens illas victori restituere tenetur, Boer. *decis. 324. in princ.* Cabal. *resol. crim. cas. 196. n. 19.* Gratian. *discept. for. cap. 33. n. 42. & 43.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 7. cap. ult. in fine*, Paul. Christin. *decis. 8. n. 11. vol. 5.* ubi plures allegat, ne illarum timore jus Principis maneat indefensum, modò tamen absit calumnia.

Quòd in criminali caosa per inquisitionem intentata non fiat condemnatio expensarum, Magon. *decis. Flor. 88. n. 19.* Sæpè tamen fiscus repetit expensas à reis in fabricatione processus factas, & hujusmodi, ut dixi in *§. Expensæ n. 21.*

Quòd fiscus sive actor, sive reus habeat suos judices, nempè de jure Præsidem Provinciæ, nec possit in alios consentire, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 7. tit. 5. n. 6. & seqq.* Paul. Christin. *decis. 126. nu. 3. & vol. 4.* Santelic. *decis. 70. num. 26. &c.* ubi etiam qualiter succedens in jus privati per confiscationem, possit lites cœptas ad suos judices trahere durante prima instantia, secùs autem in secunda, in qua judice non mutato judicium prosequi tenetur. Vide Altimar. *de nullit. rubr. 9. quæst. 10. n. 62. & rubr. 4. quæst. 6. n. 3. & dict. rubr. 9. quæst. 2. n. 4. tom. 1.*

Quod judices Cameræ, vel fiscales olim decerentur Procuratores Cæsaris, & prout olim ita, & hodie in causis fiscalibus habeant jurisdictionem privativam, quoad alios omnes, ac etiam ex aliis rationibus probat Rot. *part. 18. recent. decis. 810 per tot.*

Fiscus quando tractat de lucro captando, & pri- 12
vatus de damno, in dubio est excludendus, & contra eum judicandum, *l. non puto*, ubi DD. *ff. de jur. fisc.* Everard. *loc. à fisc. ad Eccl. vel piam caus. n. 20.* Rodriquez. *de concur. credit. art. 2. n. 14.* & latè Negus. *de pign. part. 2. memb. 4. n. 117.* & Peregrin. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 6. n. 21. & seqq.* Card. Tusch. *litt. F, concl. 399. per tot.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 72. per tot.* Sperell. *decis. 184. n. 27. &c.* ubi explicant, & quando in dubio judicandum sit pro fisco, vel contra fiscum, Calvin. *de æquit. lib. 2. cap. 174. per tot.* ubi quòd in dubio pronunciandum est contra fiscum in causis lucrativis, secùs in

one-

onerosis, latè Hieron. Cala tract. de reſtit. in integr. denegan. quæſt. 30. n. 5. & ſeqq. per tot. ubi plura pro fisco in dubio, ad interpretationem d. l. non puto, Larrea in proœm. alleg. fiscal. à n. 8. Fajard. allegat. 9. à n. 180.

13 Fiscus in ſuis contractibus gaudet privilegio tacitæ hypothecæ, etiam reſpectu bonorum futurorum debitoris, niſi agat cum minore, vel ex perſona privati, in cujus locum ſucceſſerit, l. ſi cum pecunia, C. de privil. fiſc. l. aufertur 46. ff. de jur. fiſc. l. 1. & l. ſeqq. C. in quibus cauſ. pign. tac. contr. Neguſ. de pign. part. 2. memb. 4. n. 113. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 18. n. 1. Gail. de credit. cap. 4. n. 1546. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 1. Guaz. de confiſc. bon. cap. 22. n. 10. Pacif. de Salvian. Inſpect. 3. cap. 4. num. 634. & Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. qu. 81. per tot. Paul. Chriſtin. dec. 125. vol. 4. vide in §. Hypotheca n. 20. Larrea alleg. 44. n. 18. De Luc. de Credit. diſc. 88. n. 4. & in ſumm. nu. 318. Brunnemann. in juribus allegatis.

Ita ut fiscus in bonis quæſitis à debitore poſt contractam obligationem, & ſic futuris, præferatur omnibus etiam anterioribus, & habentibus bona tàm præſentia, quàm futura ad eorum favorem obligata, per text. in l. ſi is qui, ff. de jur. fiſc. ubi Bart. & alii, Peregrin. de jur. fiſc. d. tit. 6. num. 15. Buratt. deciſ. 639. n. 17. Rodriquez de concur. credit. art. 2. nu. 4. 10. Capyc. deciſ. 129. n. 12. Merlin. de pign. d. lib. 3. tit. 2. quæſt. 87. nu. 4. & ſeqq. per tot. ubi adducit multa in contrarium, vide in §. Mulier n. 7. Cabal. con. deciſ. 17. num. 1. & ſeqq. lib. 1. ubi quod præfertur etiam habentibus expreſſam hypothecam, ſive generalem, ſive ſpecialem, latè Carleval. de judic. lib. 2. tit. 3. diſput. 34. per tot. ubi plenè declarat, an ſit intelligendum de quæſitis poſt obligationem cum privato, vel tantùm de quæſitis poſt obligationem cum fisco, & concludit intelligendum de quæſitis poſt contractum cum fisco, idem in fructibus tamquàm quæſitis poſt ſuum contractum, & alia plura ad rem. Brunnem. Cod. lib. 7. tit. 73. l. 4. n. 2. De Luc. de Dot. diſc. 83. nu. 11. & 17. diſc. 84. n. 3. de Credit. diſc. 21. n. 9. & ubi.

Quòd pari paſſu ambulet cum muliere, excepto uno caſu, Jaſon. in §. Fuerat n. 70. inſtit. de act. Menoch. lib. 2. præſumpt. 72. n. 18. & ſeqq. vide in §. Mulier nu. & §. Inſtrumentum num. Brunnemann. Cod. lib. 5. tit. 12. leg. 9. n. 1. col. 453.

14 Fiscus habens rem communem cum privato etiam per confiſcationem poteſt ratione ſuæ partis totam vendere, vel locare, l. un. C. de vendit. rer. fiſc. cum privat. com. lib. 10. & idem erit in Eccleſia, vel pia cauſa propter æquiparationem, Everard. loc. à fiſc. ad Eccl. ſ. vel piam cauſ. n. 17. Duen. reg. 375. per tot. Card. Tuſch. litt. F, concl. 383. n. 16. & n. 38. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. 83. n. 2. & vol 3. & deciſ. 10. vol. 5. ubi plura de venditione rerum fiſcalium, Sanſelic. in Prax. ſect. 29. ubi quod fiscus poteſt ex privilegio rem communem vendere, cum hic ut ſocius accipiat ſuæ partis pretium, non autem locare, quia ſocius cogeretur ſine pretio re ſua carere, & aliis rationibus ex magis recepta ſententia, quam etiam probat Franciſ. de Amaya in d. l. un. C. de vendit. rer. fiſc. nu. 44. & ſeqq. fol. 61. &c. ubi alia plura de hac materia, de qua latè Gregor. Ganave. dec. 9. per tot. ubi an fiscus utatur d. privilegio, quando ipſe vendidit portionē conſortii, vel cōſors eſt æqualiter privilegiatus, & alia ad rē, cōcludens pro fisco, Arias de Meſa var. reſ. lib. 2. c. 17. per tot. Hermoſil. in l. 53. gloſ. 7. fol. 717. Altimar. de nullit. rubr. 5. part. 3 quæſt. 29. num. 55. tom. 4. Fajard. alleg. 19. n. 6. Brunnemann. in dict. l. unic.

Ita ut nec ſit neceſſaria citatio partis, Aſin. in Pract. §. 7. cap. 5. limit. 128. Sanſelic. deciſ. 326. num. 5. in fine.

Quamvis alii teneant, quod imò fiscus debeat prius interpellare ſocium, an ipſe velit emere, Duen. d. reg. 375. in fine, vide Peregr. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 23. &c. ubi plura, quæ facere poſſit fiscus in re communi, Sanſel. deciſ. 326. n. 11. ubi quòd de æquitate tenetur requirere ſocium, qui ſi emere velit præferendus eſt aliis, allegat Gratian. deciſ. 169. num. 8. & diſcept. 874. n. 4. & alios, diciteque Collaterale Conſilium hanc ſequi æquitatem, Larrea allegat. 45. n. 9.

De jure tamen fiscus non habet privilegium cogendi vicinos, vel alios ad emendum bona confiſcata, quamvis emptores voluntarios non inveniret, l. licitatio, §. ad concedendum, ff. de public. leg. non intelligitur, §. cum quinquennium, ff. de jur. fiſc. Natt. conſ. 500. per tot. Peregrin. d. tit. 4. nu. 44. Gizzarel. deciſ. 87. num. 5. dixi in Pract. §. Fiſco num. 21. & 22. ubi quòd Florentiæ aliter ſervatur; ſicut & in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Conſtitutionis Marchiæ lib. 1. cap. 11. compellit fiscus conſanguineos banniti, vel affines, vel vicinos, & demùm Communitates, Conciol. verb. Fiſcus reſolut. 4. Vide Brunnemann. in dict. leg.

Quibus concurrentibus poſſit fiscus cogere ad emendum Ricc. Collect. 922.

Non etiam poteſt fiscus, vel Princeps cogere aliquem ad ſibi vendendum, Sanſelic. deciſ. 135. num. 4. & ſeqq.

Fiscus in exigendo pœnas, vel mulctas nullo po- 15
titur privilegio, ſed illi præferuntur omnes creditores condemnati; & quando pœna eſſet partim fisco, & partim offenſo applicanda etiam vigore ejuſdem ſententiæ, & damnatus non eſſet ſolvendo in totum, concurrerent pro rata fiscus, & offenſus, cum ex eodem facto non poſſit anterioritas conſiderari, quod eſt verum reſpectu pœnæ, nam quoad emendationem damni offenſus præfertur fisco, Peregrin. de jur. fiſc. lib. 4 tit. 8. num. 11. & ſeqq. Farinac. & Vulpin. in ſua quæſt. 25. num. 39. dixi in Pract. §. Fiſco num. 17. ſupra num. 8. vide latè Tuſch. litt. F, concl. 386. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ Belg. 22. vol. 3 & deciſ. 126. volum. 4. & deciſ. 12. per tot. vol. 5. latè Franciſc. de Amaya in l. un. C. de pœnis fiſcal. credit. præfer. lib. 10. fol. mihi 73. & ſeqq. ubi plura de hac materia.

Fiscus ſuccedens privato utitur jure privati pro tem- 16
pore præterito, pro futuro autem, & poſtquam ad eum res, actio, & obligatio pervenit utitur privilegiis ſuis, leg. fiſcus, ff. de jur. fiſc. Everard. loc. à fiſc. Eccl. num. 3. ubi num. 14. extendit ad piam cauſam, Rodriquez. de concurſ. cred. art. 2. n. 9. in fine, Duran. deciſ. 380. per tot ubi multa de fisco, facit Barboſ. l. 19. à n. 139. de Judic.

Quòd fiscus regulariter non ſit privilegiatus, ſed utatur jure communi, prout privatus, exceptis caſibus, in quibus reperitur expreſſè privilegiatus, nec poſſit capere extenſionem ab aliis cauſis, vel perſonis privilegiatis, ad plura inferendo, probat Peregrin. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 1. & 2. per tot. Gizzarel. ad Addent. deciſ. 1. per tot. Menoch. lib. 3. præſumpt. 131. n. 69. Sanſelic. deciſ. 135. num. 7. & ſeqq. in Praxi ſect. 29. num. 2. &c. De Luc. de Regul. diſc. 122. nu. 9. de Dot. diſc. 83. num. 6. Vide Brunnemann. Cod. lib. 2. tit. 18. leg. 2. n. 6. et tit. 34. leg. 7. n. 2. & libr. 3. tit. 21. leg. pen. & libr. 10. tit. 1. leg. 1. n. 7. & leg. 6. n. 7. et libr. 3. tit. 34. leg. 7. n. 2. Altimar. de nullit. rubr. 5. quæſt. 2. n. 22. tom. pr.

Quæ autem privilegia habeat fiscus in exigendo à ſuis debitoribus, & generaliter de privilegiis fiſci, latè Peregr. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 7. per tot. Caſtr. in l. ſi inter, Cod. de privil. fiſc. Capyc. deciſ. 197. Cardin. Tuſch. litt. F, concl. 383. per tot. cum pluribus ſeqq. Joſeph. Mele in Addit. ad Gizzarel. deciſ. 1. num. 36. & ſeqq. per tot. ubi num. 74. & 75. quòd fiscus poteſt, & debet cedere jura ſolventibus cum eiſdem privilegiis ſibi competentibus, Dueng. reg. 374. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 13. nu. 2. vol. 3. ubi refert duodecim privilegia fiſci, & vol. 5. deciſ. 7. 8. & 9. per tot. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 155. ubi quòd habet privilegium, ut debitor relatus, & damnatus in Camera, non liberetur per ſolutionem officiali factam cum ejus receptura, vel quietantia, niſi ſit notata in libris fiſci, quia hujuſmodi ſolutiones fieri debent in loco deſtinato, & unico contextu in libris adnotari, aliàs ſibi imputet debitor, qui aliter ſoluit; de æquitate tenetur fiscus excutere prius officialem ſuum, qui exegit, & in ſubſidium tantùm debitorem ſollicitare, per text. in l. 2. Cod. de convent. fiſc. debit. lib. 10. Bobadill. lib. 5. Polit. cap 6 num. 29. Brunnemann. Cod. libr. 2. tit. 18 leg. 2. n. 4.

57 Fiscus qualiter de generali consuetudine (quidquid sit de jure) debeat habere thesauros, vide Peregr. de jur. fisc. lib. 4. tit. 2. per tot. Farinac. q. 104. per tot. Oinot. in §. Thesaurus Instit. de rer. divis. Felic. de societ. c. 12. n. 52. Michalor. de frat. part. 2. c. 26. n. 7. Azor. Instit. Moral. part. 3. lib. 8. c. 24. per tot. dixi in Pract. §. Fisco n. 15. late Christin. Pract. quæst. vol. 5. dec. 16. & 17. per tot. vide in §. Thesaurus nu. 2. Dian. part. 9. tract. 5. resol. 18 per tot. Amaya l. un. C. de thesaur. lib. 10. fol. mihi 125. & seqq. facit Nicol. in dict. §. Inst. Brunnemann. sup. Cod. libr. 10. tit. 15. leg. unic. a n. 2. pag. 942.

Quid vero dicendum sit de metallis, & ad quem spectent venæ metallorum, Paul. Christin. decis. 67. per tot. vol. 5. Peregrin. de jur. fisc. d. lib. 4. tit. 2.

58 Fiscus vendendo bona uti propria, qualiter reddat emptorem statim securum, ut non possit molestari dixi in §. Emptio num. 26. Tusch. litt. F, concl. 397. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. Gait. inter decisiones Sanfelic. decis. 397. n. 29. &c.

Quòd superveniens ad defensionem emptoris trahat actorem ad suum judicem, l. si minor, C. de jur. fisc. lib. 10. Everard. loc. a fisc. ad Eccl. num. 3. ubi num. 10. extendit ad piam causam.

Quod fiscus actor laudatus possit petero, & obtinese remissionem ad suum judicem, quando re vera tenetur de evictione; imò & ipse emens à fisco, cùm omnes habentes causam à fisco possint remissionem petere ad judices fiscales, sicut & illi, qui soluerunt pro reo, Novar. in Praxi elect. for. q. 15. sect. 2. & in Prag. Reg. Collect. 165. vide in §. Fidejussor nu. 27. 49. & 57. De Philipp. differt. fiscal. 20. n. 60. Altim. de nullit. rubr. 4. quæst. 6. n. 3. tom. pr.

Si tamen fiscus non habet interesse formatum, sed dubitatur, ne ex lite inter alios possit oriri, ut quia aliquis sit debitor fisci, & sic sub interesse possit illum defendere, ut sit solvendo, non potest trahere causam, sed tantùm assistere, idem Novar. Coll. 167.

Quæ autem teneatur servare fiscus in venditione bonorum sui debitoris, ne possit retractari Paul. Christin. decis. 3. n. 9. & seqq. per tot. vol. 5. ubi ponit decem requisita, nempè debitum, interpellationem, præsentiam procuratoris fisci, subhastationem, expressionem qualitatis rei, bonam fidem, æqualitatem debiti, pacta non insolita, pretium justum, & præsentem pecuniam.

59 Fiscus habens usumfructum in bonis alicujus, non tenetur satisdare, nec in aliis casibus, cum dicatur quasi fixus, firmus, & semper præsumatur solvendo glos. & Bart. in Rub. C. de jur. fisc. Maur. de fidejuss. part. 1. sect. 3. cap. 19. num. 34 in fine supra num. 1.

20 Fiscus habet privilegium, quòd securitas alicui concessa non extendatur ad ejus debitum, nisi expressè dicatur, Everard. loc. sup. cit. num. 2. vide in §. Salvusconductus n.

21 Fiscus agens ad pœnam conventionalem ob inobservantiam confinii, exilii, vel alterius promissionis factæ à reo, an probare debeat negativam, vel reus observantiam, vide in §. Negativa num. 6.

22 Fiscus æquiparatur minori, & si fuerit læsus habet beneficium restitutionis in integrum maximè antè sententiam, imò etiam adversus sententiam saltem ex clausula generali, & ubi læsio respicit publicam utilitatem, & adversus lapsum temporis agendi criminaliter ob negligentiam ministrorum, Alex. cons. 172. n. 5. & seqq. lib. 5. Guid. Pap. decis. 302. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 3. art. 13. & art. 14. in fine, Gabriel. comm. concl. lib. 7. tit. de crim. concl. 13. Tusch. litt. F, concl. 391. Paul. Christin. dec. 13. n. 7. & vol. 5. & ad leg. Municip. tit. 2 art. 44. n. 4. ubi imò fiscus, neque offensus licèt minor non potest restitui adversus præscriptionem delicti, Fontanel. decis. 120. 122. & 123. per tot. n. 23. Raynald. rer. crim. cap. 6. §. 5. nu. 101. Vide Altimar. de nullit. rubr. 4. quæst. 23. & rubr. 5. quæst. 26. tom. 1.

Quòd autem fiscus non restituatur in integrum, quando jus confiscandi præscriptum est, cùm in odiosis, & correctoriis cesset, ac deneganda sit in integrum restitutio, & præterea quia in executionibus, & exactionibus pœnarum nec fiscus, nec alius de jure restituitur, ad latè tradita per Farinac. quæst. 25. n. 165. & seqq. quem refert, & sequitur Paul. Christin. decis. 220. num. 66. & seqq. vol. 5. Guaz. de confess. bon. concl. 19. num. 13. & concl. 30. num. 25. & seqq. per tot. ubi etiam an per viam appellationis, vel aliis remediis possit fisco succurri contra sententiam absolutoriam ad favorem rei latam, & quid si ipse reus fuerit admissus ad novas defensiones, an tunc possit etiam fiscus novas facere probationes, de quo Bajard. ad Clar. quæst. 44. n. 34. & dixi in §. Admissio ad novas num. 2. in fine.

Plura an, & quando fiscus restituatur in integrum, vel non adversus sententiam contra ipsum latam, Farinac. quæst. 102. num. 35. & seqq. Garzia de Nobilitate gloss. 3. §. 1. num. 18. & gloss. 6. §. 1. à nu. 51. & §. 2. num. pr. ubi in quibus & contrà quos actus restituatur.

Quòd fiscus, & alii restitnantur ad examinandum testes, etiam post publicationem processus, Odd. de restit. in integ. part. 2. quæst. 65. art. 11. Farinac. qu. 75. cap. 15. per tot. & præcipuè quoad fiscum nu. 470. & 471. & in fisco me proponente fuit resolutum per Mag. DD. Octo Baliæ Viror. Civitatis Florentiæ, & approbatum à S. C. S. sub die 28. Martii 1672. in causa Vicipisani contra Clementem Franchinum, ut constat in filcia Processuum num. 47. ubi etiam fuit dictum mero jure posse fiscum examinare testes ad offensam, etiam post publicationem, cum in eo cesset timor subornationis, & judici semper sit notus processus, ad tradita per Farinac. d. quæst. 75. cap. 14. per tot.

Fiscus in causis civilibus agens contra aliquem habet privilegium, ut possit illum compellere ad sibi edendum jura, & instrumenta ad causam facientia, l. 2. §. divus ff. de jur. fisc. ubi Bart. & alii, & in l. nec quisdam, ff. de edend. Peregr. de jur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 11. & Menoch. de arbitr. cas. 499. num. 40. & Giurb. decis. 94. n. 3. & Cabal. cons. decis. 122. n. 17. lib. 2. Larrea allegat. fiscal. 5. n. 5. Crescin. ad Abecclef. observat. forens. part. 1. observat. 49. num. 20. Brunnemann. in dict. l. 2. 23

Secùs tamen est in causis criminalibus, maximè capitalibus, cum non sint sumenda arma de domo rei, Bart. & alii in locis citatis, Peregrin. d. tract. lib. 7. tit. 3. num. 12. & num. 23. Menoch. dict. cas. 499. nu. 43. Card. Tusch. litt. E, concl. 43. Clar. §. fin. quæst. 27. n. 2. Boss. tit. de fisc. & privileg. ejus n. 21. &c.

Nisi agatur de sola pœna pecuniaria, nam tunc potest fiscus cogere reum etiam ad sui offensam edere jura per text. in d. l. 2. §. item divi, ff. de jur. fisc. Jas. in l. 1. nu. 8. Dec. in l. 2. num. 41. Cod. de edend. Peregrin. loc. cit. n. 23. vers. contrarium tamen, Bart. in sua disput. 14. incip. Judex maleficiorum in fine, Bajard. ad Clar. d. quæst. 27. n. 2. facit quod dixi in §. Actor. n. 3. §. Arma nu. 21. & §. Libri nu. 31. & seqq. Brunnemann. in dict. l. 2.

In praxi vidi sæpè in quibuscumque causis criminalibus, etiam capitalibus, imò frequentius in istis tamquam gravioribus, quotiescumque aliqua præcedunt inditia, vel suspiciones fieri perquisitiones scripturarum, & aliarum rerum ad causas facientium in personis, & domibus prætensorum reorum ad coadjuvandam, vel fundandam intentionem fisci; an autem benè, vel malè, non audeo firmare, nam quod benè suadet auctoritas Tribunalium ita practicantium, & utilitas publica inveniendi, & puniendi delicta, ut inquit Bart. in d. disput. 14. in fine, facit quod dixi in §. Furtum n. 5. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 77. n. 11. Sed quod malè, innuit prædicta communis Doctorum opinio.

Susceptores tamen annonæ, & rei frumentariæ cum teneantur conficere, & illos tradere Decurionibus ad effectum conservandi in Archivio publico, ut cum opus fuerit, cognosci possit quantitas annonæ, reique frumentariæ, etsi forsan deliquerint, & puniri possint, videntur absque dubio cogi posse hujusmodi libros edere, per text. in l. Excellentia, C. de erog. milit. annon. lib. 12. Rom. sing. 373. Genu. de script. privat. in A. l. tit. de lib. suscept. annon. fol. mihi 57. & ita interrogatus respondi Florentiæ de anno 1671. mense Augusti, vide in §. Administrator n. 6.

Imò licèt grave videatur sumere arma de domo rei

ad

ad probandum fisci intentionem *l. nimis grave*, *Cod. de test.* tamen regulam non procedere in crimialibus, cùm sæpissimè fiant dictæ perquisitioaes, testatur etiam Ambrosin. *process. informat. lib. 1. cap. 5. per tot.* ubi citat Clarum *in §. Furtum, vers. quæro nunquam q. 27. in princ.* Conrad. *de off. Prætor. fol. 630. n. 14.* ac dicit ita faciendum ad habendam notitiam delinquentium.

24 Fiscus, & Camera de jure, ac etiam de stylo, & consuetudine Curiarum, & Principum Italiæ prius incamerat de facto bona confiscanda pro delicto commisso, & posteà cognoscit an sit locus confiscationi, vel non, ut testantur Colleg. Patav. inter cons. Peregr. *lib. 1. cons. 2. n. 18. & seqq. & cons. 3. per tot.* Capyc. Galeot. *respons. fiscal. 12. num. 443. & seqq.* Manent. *dec. 56. n. 13. & seqq.* Rot. *part. 14. recent. dec. 536. n. 5.* & est votum decisivum D. Hieronymi Castaldi, vide Conciol. *resol. crimin. verb. Confiscatio resol. 3.* ubi damnat consuetudinem capiendi possessionem bonorum confiscatorum incontinenti, sed expectandum esse lapsum anni infra quem potest comparere delinquens, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 2. §. 1. num. 62. & seqq.* ubi quòd licèt fiscus regulariter occupet omnia bona delinquentis, quando pro delicto est imposita confiscationis pœna, & prætendentes aliquid debeant agere contra fiscum, tamen si uxor sit in possessione saltem ex clausula constituti, sicut etiam alii creditores prætendentes se dominos, & possessores, fideicommissarii, donatarii, & similes, si habeant jura clara ad eorum favorem, ita ut omnem controversiam facti, & juris reiiciant, possunt impedira confiscationem ad evitandum circuitum, & tunc justius, & æquius est, ut fiscus se abstineat ab ingressu bonorum confiscatorum, & alia ad sem.

Multa de incorporatione bonorum facienda per fiscum omni casu, quo bona ad eum spectent, etiam ipso jure, ut illorum acquirat possessionem, & alia, Antunea Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 43. nu. 94. & seqq. per tot.* Ramon. *cons. 5. cum Annot. Balduc.* Et quando bona incorporata dicantur Carleval. *in Apolog. num. 34.* Vide Rot. in Mantiss. ad ornat. Card. De Luc. *libr. 10. decis. 101. n. 10. vol 2.*

Quòd non debeat fiscus inventariare bona delinquentis, nisi saltem præcedant inditia ad capturam, cessante periculo occultationis, sint omnia describenda, & prætendentes à manu ipsius fisci suum consequi debeant, Conciol. *resol. crim. verb. Fiscus res. 5. per tot.*

Idem servat etiam in civilibus contra suos administratores repertos in libris debitores, ut dixi in *§. Administrator num. 12.*

Quòd ad excorporandum bona à fisco pro debito delinquentis, non sufficiat simplex confessio debiti emissa à delinquente, etiam ante factum delictum, nisi aliæ justificationes concurrant, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 183.* Boss. *tit. de his, quibus, ut indign. n. 19. in fine*, quos sequitur Bich. *dec. 166. n. 9.*

25 Fiscus in causis criminalibus an possit appellare à sententiis absolutoriis, vide Capyc. *dec. 114.* Franch. *decis. 148.* Jaffred. *dec. 29.* Ricc. *dec. 91. part. 2.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. collect. 152. n. 3.* ubi quòd & si de jure communi posset appellare, tamen secùs est attento Ritu M. C. V. 258. ac idem servatur Florentiæ, & tota ejus Ditione de stylo, & consuetudine, latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. 4. quæst. 23. & rubr. 5. quæst. 26. tom. 1. & rubr. 8. quæst. 5. n. 28. eod. tom. pr.*

26 Fiscus habens instrumentum ejusdem datæ cum privato non privilegiato, præfertur ipsi pro nato, Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 806.* ubi non nulla alia de fisco in materia probationum. Salgad. *1. part. Labyr. cap. 7. n. 6., & part. 2. cap. 4. à n. 165.*

27 Fiscus, & promotor fiscalis dicuntur personæ fictæ, & accommodant nomen cuique sibi adhærenti, ac ideò fiscus non præsumitur comisisse attentata, nec tenetur illa purgare, sed persona illi adhærens, Rot. *part. 16. recent. decis. 183. num. 4. & seqq.*

28 Fiscus an possit prætendere confiscationem bonorum si filiusfamilias vivente patre delinquat, & posteà patre mortuo sequatur condemnatio, pender ex no an sit attendendum tempus delicti, vel sententiæ, de quo Calvin. *tract. de æquit. lib. 3. cap. 265. n. 7. & seqq.* & alii per me citati in *§. Legitima n. 28. in fine*, facit quòd dixi suprà *nu. 7.* & latè Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. deneg. quæst. 43. n. 13. & seqq.* ubi qualiter fiscus acquirat hæreditatem ipso jure, absque eo quòd per delinquentem fuerit agnita, &c. vide in *§. Hæreditas n. 12. in fine*. Hodiern. ad Surd. *decis. 567. n. 17.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 12. a nu. 206. tom. 3.*

29 Fiscus qualiter immunis sit ab omni solutione Gabellæ, & possit solutionem factam repetere, *l. locatio, aliàs licitatio, §. Fiscus, ff. de pub. & vectig. l. universi, C. de vectigal. & commis.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. nu. 23. &c.* Marcel. Marcian. *Oper. legal. tract. de fiscal. exercit. cap. 14. per tot.* vide in *§. Gabella n. 5.* Card. de Luca *de Regal. discurs. 43. num. 8. & discurs. 57. num. 4.* Lattea *allegat. fiscal. 54. num. pr.*

30 Fiscus (nota utilissimam, & arduam quæstionem) an in mercibus prohibitis extrahi, vel introduci, & quæ sic per contrabannum, vel aliter incidunt in commissum, sit præferendus creditoribus facientis contrabannum, vel potiùs creditores insurgentes pro illorum creditis possint fiscum excludere, est valdè controversum inter DD.

Pro fisco multa considerantur, nempè dominium, quòd ipso jure transfertur in fiscum, cujus ratione videtur omnibus præferendus: culpa delinquentis quæ facit ut hypothecæ antea impositæ dissolvantur; confiscatio non universalis, nec quotæ bonorum, sed rerum specialium, quæ fisco devolvuntur absque contradictione creditorum, quorum jura salva remanent in aliis bonis; agi de pœna ad publicam vindictam, & ob publicam utilitatem, quæ prævalet jusibus creditorum; regula resoluto jure datoris ex dispositione legis resolvitur jus hypothecæ, & alia plura, quæ longa manu prosequitur, concludens absolutè pro fisco, & contraria removens Salgad. *Labyrint. creditor. part. 4. cap. 9. per tot.*

Pro creditoribus, maximè hypothecariis, non sunt minus urgentia fundamenta, nam contrabannum est delictum, pro quo incurritur commissum, undè quilibet delinquentis creditor, etiam simplex chirographarius præferendus est fisco exigenti pœnam, *l. quod placuit 37. ff. de jur. fisc. l. in summa 17. l. Statius Florus 48. §. Cornelio, ff. de jur. fisc. l. non possunt bona, eod. tit. Rub. & l. unic. Cod. pœn. fiscal. credit. præferri lib. 10.* cum similibus, & quòd dictum est de dominio ad favorem fisci procederet, quando fuisset acquisitum antè hypothecam creditorum, non post illam, qui res transit cum sua causa, & onere hypothecæ, nec desunt responsiones aliis rationibus pro fisco adductis ex traditis per eundem Salgad. *d. cap. 9. à n. 22. & seqq. ad 63.* Jo: Hevia Volano *in Curia Philipp. lib. 5. del Commercio Navale cap. della pena del Commesso n. 10.* distinguit inter creditores simplices, chirographarios, & hypothecarios, ut priari nullum jus ad merces confiscatas ob commissum prætendere possint, quia nec possunt impedire alienationem, nec aliquod jus contra tertios possessores habere, hypothecarii autem præferantur fisco in rebus incidentibus in commissum, facta tamen prius excussione in aliis bonis delinquentis, cùm confiscatio æquiparetur alienationi, ac dispositum in una in alia etiam procedere intelligatur.

Joan. Solorzan. *in Politic. Indiar. lib. 6. capit. 10.* refert Regiam Schedulam decernentem in rebus, quæ incidunt in commissum fiscum quibuslibet creditoribus delinquentis præferri, ex quo patet fuisse opus decisione Cæsarea.

Carleval. *de judic. tom. 2. tit. 2. disput. 1. nu. 50. fol. mihi 11.* asserit quòd quoties incurritur ipso jure pœna confiscationis, sive rei particularis, quæ in commissum inciderit, seu quotæ partis bonorum rei, si ipse non habeat aliundè unde solvat creditoribus, creditores esse fisco præferendos, & fiscum post incorporata bona manere obligatum ad satisfaciendum creditoribus etiam chirographariis, quatenus est in bonis, & non ultra per doctinam Clari *libr. 5. sentent. §. fin. q. 78. n. 30.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 5. tit.*

1. n. 54. *verf. Sic etiam*, Boff. *tract. crim. tit. de bon. publ. ex n.* 11. Cujac. *in l. in f mmn*|17. *& l. Quod placuit* 37. *ff. de jur. fisc.* Sanchez *Oper. Moral. lib.* 2. *cap.* 22. *q. ult. ex n.* 74. atque ita practicatum fuisse de anno 1610. de mandato Philippi III. Hispaniarum Regis; de qua materia videndi Salzed. *in tract. de contraban. cap.* 29. *per tot.* & Salgad. *d. c.* 9. *per tot. ubi n.* 63. *& seqq.* recedit ab opinione illorum, & præcipuè Carleval. cujus resolutionem appellat indiscretam ob mixturam rei particularis, & bonorum universaliter confiscatorum, & *nu.* 74. *& seqq.* Mordieus ac indistinctè firmat fiscum in mercibus commissis præferendum esse quibuslibet creditoribus delinquentis per plures rationes, & inductiones desumptas præcipuè ex ordinationibus illius Regni, & variis doctrinis, ut videre est *per tot.*

Ego autem perpensis omnibus fundamentis hincinde per eum adductis, & responsionibus invicem per contrapositionem datis, si meum qualemcumque licet interponere judicium, dicerem (quidquid sit in terminis Ordinationum, & observationum dicti Regni) de jure communi, & æquitate esse præferendos creditores fisco in dictis terminis mercium quocunque modo in commissum incidentium, ubi cessante omni fraude, & collusione constaret agi de tota substantia facientis contrabannum, & nil aliud extare, ex quo possit esse consultum creditoribus ipsius, & è contra, creditores esse excludendos per fiscum, si remaneant alia bona, ex quibus possit ipsis creditoribus satisfieri per jura, & auctoritates supra relatas, & conferuntur aliàs per me notata in hoc §. *Fiscus n.* 3. *& n.* 15. *& in* §. *Portitor num.* 4. De quibus vide Escalon. *lib.* 2. Gazophyl. *c.* 4. *n.* 8. *& part.* 2. *cap.* 13. *num.* 21. Boler. *de Decoct. tit.* 5. *quæst.* 28.

31 Alia multa de fisco, & ejus privilegiis, ac de fiscalibus notant Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Fiscus*, Alphar. *tract. de offic. fisc.* aliique plures citati ab Ægid. Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Fiscalis*, *& Fiscus*, Com. August. Fontan. *cod. verb. in Biblioth. legal. par.* 4. *fol.* 591. *&c.* Plura Larrea, & Fajard. *alleg. fiscal.* De Philipp. *differt. fiscal.* Em. De Luc. *in Indice general. verb. fiscus &c.* Mantiss. ad eumdem De Luc. Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Rocc. Altimar. Manf. Palm. & alii moderni.

Quod quamvis fiscus, vel Princeps olim de jure civili posset à debitoribus suis usuras semisses exigere, etiam absque mora, tamen secùs fit hodiè de jure canonico secundum quòd non potest, nisi ut quilibet alius privatus aliquid ultra sortem recipere, ut pluribus citatis probat Ant. Gob. *Consult.* 126. *n.* 1. *& seqq. & n.* 10. *& seqq.*

32 Fiscus, an, & quando succedat, vel non, in bonis fideicommisso suppositis, & à delinquente possessis, saltem ut illis fruatur donec naturaliter vivit condemnatus in pœnam confiscationis bonorum, latè Manf. *consult.* 339. 340. *&* 341. *per tot. lib.* 4. & ego dixi plures allegando *in* §. *Bannitas nu.* 31. §. *Confiscatio n.* 16. *cautela* 1. *& in* §. *Fideicommissum n.* 19. Em. De Luc. *De Regal. disc.* 123. & alibi.

33 Fisci opes, ac jura tueri non tantùm publicam utilitatem, sed etiam privatorum commodum respicere; ac ideò rerum, & jurium fiscalium diligentem tutelam, & vindicationem esse æquitati, & justitiæ consonam, pluribus demonstrat Cæsar. de Afflict. *contr. jur. cap.* 6. *per tot.*

34 Fisco an competat recursus adversus sententias contra eum latas Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 9. *n.* 18. *&* 19. *tom.* 1. Et an habeat recursum adversus decretum, competere reo immunitatem ecclesiasticam Altimar. *supra rubr.* 5. *quæst.* 10. *an.* 2. *&* 3. *tom.* 1.

35 Fiscus an faciat depositum, quando dicit de nullitate Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *a.* 19. *tom.* 1.

36 Fisci Patroni authoritas magna, & in quo consistat Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 2. *a n.* 27. *cum plurib. seqq. tom.* 1.

37 Fiscales diversi Sacræ Inquisitionis Capitolii & Ædilium recensentur. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 46. *n.* 125.

Fiscales acquisivisse præsumuntur ex effectibus fiscalibus. De Luc. *de Dot. disc.* 84. *sub num.* 3. *vers. Quod scilicet.* 38

Fiscales causæ quænam dicantur Peregrin. *de Jur. Fisci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 6. *&* 7. De Luc. *de Jurisd. disc.* 106. *n.* 19. *de Domin. disc.* 74. *n.* 3. 39

Fiscalia Regni Neapolitani idem sunt ac loca montium, & sine assensu Principis non sunt in commercio. De Luc. *de Cred. discurs.* 27. *n.* 15. *& de Regal. disc.* 187. *per tot.* Et contractus super eis inter partes quid operetur. De Luc. *de Cred. d. disc.* 27. *n.* 16. In quibus differant à locis montium Urbis De Luc. *de Regal. disc.* 187. *n.* 16. Quomodo transeant de uno in alterum, sive quomodo admittantur de Luc. *d. disc.* 187. *n.* 15. Quid operetur regia Pragmatica de fiscalibus de Luc. *ibid. n.* 17. De hujusmodi reddituum venditione, quæ fiat privatis de Luc. *de Regalib. d. disc.* 187. *n.* 14. Et de libertate, aliaque natura hujusmodi reddituum, & jurium. de Luc. *de Regalib. d. disc.* 187. *a.* 15. Quæ sint fiscalia Pellegr. *in Prax. Vicar. p.* 4. *sect.* 1. *n.* 18. 40

Fiscus non litigat manibus vacuis Palm. *decis.* 139. *n.* 22. *decis.* 140 *n.* 19. de Luc. *de Emphyt. disc.* 61. *n.* 3. *de Don. disc.* 74. *n.* 5. ubi declaratur Peregr. *cons.* 2. *n.* 18. *cum seqq. lib.* 1. *& cons.* 3. *lib. eodem n.* 109. *& seqq.* de Luc. *de Feud. disc* 56. *nu.* 5. ubi in quibus dictionibus id procedat de Luc. *de Feud. disc.* 3. *n.* 61. Possessio autem quam de facto apprehendit in casu prætensæ devolutionis, quid operetur de Luc. *de Feud. disc.* 6. *a.* 8. Non transferre onus probandi exclusionem feudalitatis in Adversarium prætendentem allodialitatem Castrorum de Luc. *ibid.* An operetur, ut dicatur reus, & possessor, ad hoc ut Ecclesia litiget coram suo judice de Luc. *de Don. disc.* 74. *n.* 4. *de Judic. disc.* 3. *n.* 61. 62. 41

Fiscus in bonis allodialibus feudatarii defuncti non dicitur habere interesse de Luc. *de Jurisd. disc.* 106. *n.* 8. 42

Barones & feudatarii an habeant fiscum Borell. *de præstant. Reg. cap.* 14. *num.* 6. *&* 7. de Luc. *de Feud. disc.* 72. *n.* 8. *de Jurisd. disc.* 106. *n.* 20. Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *q.* 23. *n.* 4. *tom.* 1. 43

De fiscorum distinctione in statu Ecclesiastico de Luc. *de Regal. disc.* 161. *a.* 8. Et de divisione fisci inter plures Civitates Barbat. *cons.* 70. *n.* 41. *lib.* 4. de Luc. *de Regal. d. disc.* 161. *n.* 10. De distinctione in favorabile, & odiosum de Luc. *Rel. Cur. disc.* 46. *n.* 85. 44

Quilibet fiscus confiscat in suo De Marin. *resol.* 35. *lib.* 1. Capyc. Latr. *consult.* 131. *a.* 41. *& seqq.* de Luc. *de Regalib. disc.* 148. *n.* 46. *disc.* 160. *nu.* 2. *& disc.* 161. *n.* 5. ubi latè declaratur. 45

Fiscus habere interesse dicitur in Gabellis quamvis privatis, vel aliis usibus applicatis de Luc. *de Jurisd. disc.* 83. *n.* 6. 46

Fiscus succedens jure confiscationis quid differat à succedendo jure devolutionis. de Luc. *de Regal. disc.* 191. *n.* 7. *& seqq.* 47

Fiscus hæres anomalus dicitur, & tenetur ad debita Salgad. *in labyrint. p.* 1. *cap.* 7. Peregrin. *de jur.*
fisc. lib. 5. *tit.* 1. *n.* 68. *& seqq.* de Luc. *de Regal.* 48
disc. 123. *n.* 5. *disc.* 191. *num.* 4. *de fideic. disc.* 148. *sub n.* 12. Et tenetur ad omnia gesta ante delictum citra fraudem De Luc. *de fideic. disc.* 148. *num.* 12. Declara id procedere, quoties bona perveniant ad ipsum jure confiscationis, secus si jure devolutionis de Luc. *de Regal. disc.* 191. *n.* 9. *cum seqq.* Et quid ubi debita contracta fuerint cum assensu de Luc. *d. disc.* 191. *n.* 10.

Fiscus pœnalis est deterioris conditionis omnibus
creditoribus etiam solam personalem habentibus Sal- 49
gad. *in labyr. p.* 1. *cap.* 7. de Luc. *de Regal. disc.* 123. *n.* 4. Neque ad eum transmittuntur, ea, quæ aliàs de sui natura sunt transmissibilia de Luc. *de feud. disc.* 131. *n.* 12.

Fiscus convenire potest suum debitorem ante tem-
pus detracto, seu bonificato interesse medii tempo- 50
ris de Luc. *de Regal. disc.* 122. *n.* 10. *&* 12. ubi declaratur *de Cred. disc.* 115. *n.* 7.

Fiscus inimicus est delinquentis qui bona sua potius in conjunctos, quam apud ipsum publicata desi-

de-

derat de Luc. *de Fideic. diſc.* 150. *ſub n.* 9.

52 Fiſcus non ſolvit penſiones, & onera de proprio, ſed ſolum ex fructibus Eccleſiæ gravatæ de Luc. *de Penſ. diſc.* 79. *n.* 5. Fructus incamerati non cadunt ſub onere penſionis reſervatæ poſt incamerationem de Luc. *ibid. n.* 6. Et quando penſio cadat ſub confiſcatione de Luc. *de Penſ. diſc.* 49. *n.* 7. Et an avocet pecuniam ſolutam penſionario pro extinguenda penſione de Luc. *de Penſ. diſc.* 80. *ſub nu.* 13.

53 Sub nominibus Jurium, & bonorum fiſci quid veniat de Luc. *de Regal. diſc.* 44. *n.* 30.

54 Fiſcus annonam peculiarem habet diſtinctam ab annona Civitatis, ſeu Populi de Luc. *de Regal. d. diſc.* 44. *n.* 5.

55 Fiſcus à Papa haberi dicitur in toto Mundo Molin. *de Juſt. & Jur. tom.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 29. Martha *de Juriſd. p.* 1. *cap.* 57. *& ſeqq.*

56 Fiſcus ſummam ad teſtandum à delinquente in donatione reſervatam ſibi non aplicat de Luc. *de Regal. diſc.* 44. *n.* 5. *&* 6. Vide Altimar. *de nullit. rub.* 1. *quæſt.* 12. *a n.* 206. *tom.* 3.

57 Fiſcus an poſſit renunciare ejus foro Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 10. *n.* 65. *tom.* 1.

58 Fiſcus an poſſit eſſe Procurator Privatorum Altimar. *loc. cit. rubr.* 11. *quæſt.* 31. *n.* 118. *tom.* 2.

59 Fiſco non audito, ſententia facta non valet Altimar. *loc. cit. rubr.* 12. *quæſt.* 21. *n.* 47. *tom.* 2.

60 Fiſcalis Procurator an examinat teſtes, & carceret Altimar. *ubi ſupra rubr.* 13. *quæſt.* 8. *a num.* 1 *tom.* 2.

61 Fiſcus eſt citandus in omnibus actibus cauſæ criminalis Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 1. *num.* 19.

62 An confiſcatis bonis patris confiſcetur peculium filii Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 511. *tom.* 3.

63 An confiſcatis bonis viri confiſcetur dos uxoris, & an dos uxoris poſſit confiſcari ob delictum ab uxore commiſſum, conſtante matrimonio Altimar *ſupra n.* 212.

64 In Fiſcum quando tranſeat Juſpatronatus ſub generali confiſcatione Merlin. *de Pignor. lib.* 5. *quæſt.* 25. *n.* 11. Rot. apud Vivian. *de Jurep. deciſ.* 106. *&* 107. Celi. *deciſ.* 106. *n.* 10. Bertachin. *vol.* 3. *per tot.*

65 In dubio contra Fiſcum debet judicari Palm. nep. *deciſ.* 153. *n.* 25. *& deciſ.* 154. *n.* 32. *tom.* 2.

E contra quod imo pro Fiſco, & Camera in dubio ſit judicandum in non pœnalibus Palm. nep. *alleg.* 537. *n.* 18. *tom.* 2.

Maximè quando agit de damno vitando Palm. nep. *dict. alleg.* 137. *n.* 19. *&* an. *& alleg.* 138. *n.* 16.

§. FLUMEN XVI.

1 FLumen publicum eſt Principis, & reputatur publicum quando eſt navigabile, vel trahitur ex flumine navigabili, *tot. tit. ff. de flum. & ff. ne quid in flumin. pub.* Pract. Papp. *libell. act. confeſſ. gloſſ. ſervitus n.* 3. Card. Tuſc. cum aliis per eum citatis *litt. F, concluſ.* 405. *& ſeqq. per tot.* plenè de hac materia Franciſc. Maria Pecc. *in ſuo noviſſ. tract. de Aquæduct. lib. pr. cap.* 2. *per tot.* Anton. Gob. *tract. de aquis q.* 5. & Caren. *reſol.* 8. De Luc. *de Regal. diſc.* 167. *&* 171. Flumen dividitur in publicum, & privatum, & unde differentia de jure antiquo; & noſtris temporibus ſumatur Brunnemann. *in l. pr. ff. de flumin. ne quid in flumin. publ. & in l. unic. ff. ne quid in flumin. public.* Hering. *de Molend. cap.* 15. Balduc. *de dot. tit.* 4. *deciſ.* 34.

Plura de fluminibus, quando dicantur publica, vel privata, ad quos ſpectent, an in publicis poſſit aliquid fieri ſine Principis licentia, an aqua ab illis duci, an Molendina fieri in præjudicium aliorum de alveo, alluvione, ripa, & alia notabilia multis citatis tradit videndus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *&* 5. *per tot.* dixi in §. *Aqua*, *&* §. *Molendinum*, facit Anton. Gob. *conſult.* 103. De Luc. *loc. cit.*, *&* Nicol. Elucubr. *Utrinſq; Jur. tit. de rer. diviſ. à n.* 7. Brunnemann. *loc. ſupra citat.* Hering. & Balduc. *loc. cit.*

Quòd flumen publicum dicatur illud, quòd continuo currit, vel etiam quandoque æſtate exſiccatur, licèt non ſit navigabile, & ſpectet ſolum ad Principem, qui poteſt uti ad beneplacitum; non autem privati poſſunt in eo molendina, vel ſimilia ædificia facere, vel aquam divertere ſine Principis licentia, Bardel. *conſ.* 91. *per tot. lib. pr.* Bald. *conſ.* 72. *lib. pr.* Card. Tuſch. *d. concl.* 405. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 4116. *illat.* 2. & Cæpol. *de ſervit. tit. de flum. per tot.* Pereg. *de jur. fiſc. lib.* 8. *tit. de aquis n.* 44. *& ſeqq.* dixi in *Pract. §. Fiumi n.* 14. ubi etiam quod ſi dividat duo Regna, vel Status, quoad aquam dicitur commune pro indiviſo, & quoad alveum pro diviſo, ut ſcilicet unuſquiſque dicatur dominus uſque ad medietatem alvei, ea parte ſua, & poſſit in eo molendina, vel quid aliud fabricare, adde Anton. Gob. *tract. de aquis q.* 6. & Franciſc. de Angelis *in Aſtreal. Patrocin. poſt tract. de confeſſ.* ubi plura de fluminum juribus, & quorum expenſis ſint manutenenda, atque munienda. Vide Brunnemann. Hering. Balduc. *loc. cit.*

Quòd omnia flumina dicantur publica, niſi probentur privata, inter regalia numerentur, ſpectent ad Principem, in cujus territorio fluunt, non poſſint à ſolito curſu per privatos diverti abſq; Principis licentia, & alveus derelictus in caſu contrafactionis ſpectet ad ipſũ Principẽ, & non ad vicinos, quidquid illis acquiratur quãdo mutatio alvei ſequeretur ex naturali curſu aquarum, & alia vide per Bardel. *conſ.* 167. *per tot. lib.* 2. Card. Tuſch. *litt. F, concluſ.* 407. *per tot.* Joſeph. Mele ad Gizzarel. *deciſ.* 34. *n.* 20. cum aliis per eos citatis, & noviſſimè Franciſ. Maria Pecch. *in tract. de Aquæduct. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* Anton. Gob. *tract. de aquis q.* 3. *& ſeqq.* ubi plura quando flumen dicatur publicum, vel privatum, & quibus modis efficiatur privatum, & Franciſc. de Angelis *loc. cit.* Quòd licitum ſit omnibus piſcari in fluminibus publicis, ſicut & in mare, jure divino, & gentium inſpectis, abſque tamen malorum ſuccorum, vel aliarum rerum nocivarum, puta calcis, & ſimilium, commixtione; in ſtagnis verò, ſive recluſis privatis ſecùs, ita ut pro piſcibus captis in locis privatis detur actio furti. Poteſt tamen etiam in fluminibus publicis ob bonum publicum certis caſibus, & temporibus per Principem prohiberi, ſicut & pacto, vel privilegio, aut præſcriptione, vel conſuetudine etiam privativè quoad alios jus piſcandi acquiri, ita ut piſcantes temporibus, ac inſtrumentis vetitis mortaliter peccent; in locis autem privatis prohiberi non poteſt, niſi ex juſta cauſa pro aliquo tempore generationis ſcilicet piſcium, ac idem eſſe quoad venationem, & alia plura ad rem, tradunt Petr. Greg. Tholoſ. *Syntagm. jur. univerſ. lib.* 3. *cap.* 14. *libr.* 1. *cap.* 4. *libr.* 17. *cap.* 5. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. part.* 3. *cap.* 9. Bunden. *collect.* 20. *nu.* 18. *& ſeqq.* Capiblanc. *de Baron. lib.* 2. *cap.* 86. Fragoſ. *de Regim. Reipubl. Chriſt. p. pr. lib.* 3. *diſp.* 7. *§. pr.* Cancer. Capzov. Avendan. Solorzan. Pignatel. Vilaplena, aliique moderni, quos refert, & ſequitur D. Franc. Romaguer. in addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 4. *Rubr.* 68. *per tot.* facit quòd dixi *in §. Princeps n.* 41. & de his omnibus plenè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib* 3. *cap.* 9. Nicol. & de Luc. *loc. cit.* idem De Luc. *de Feud. diſc.* 2. ubi de piſcatione.

De inſulis, & alluvionibus ad quem ſpectent, idem Bardellon. *conſ.* 184. *per tot. lib.* 2. Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 8. *tit. de aquis*, *per tot.* latè Oinot. & alii *in §. Præterea cum duobus §§. ſeqq. Inſtit. de rer. diviſ. fol. mihi* 94. & Franc. March. *dec.* 110. 111. 112. 270. 271. *&* 272. Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd. cap.* 26. 33. 34. *&* 35. Ludoviſ. *deciſ.* 309. Paul. Christin. *dec.* 86. *volum.* 4. Anton. Gob. *tract. de aquis q.* 21. *& ſeqq. per tot.* ubi plura de ripa, litore, agere, quæ ſunt partes fluminis, de berledis, & ſimilibus, an veniant in venditione, & an cum predio vendito menſurari debeant. Item de alveo fluminis, an poſſit diverti, quibus acquiratur, & alia: Item de alluvione quid ſit, qualiter fiat, & probetur, quibus acquiratur, quomodo dividatur, an cedat emptori, & ſimilibus: Item de inſulis qua-

liter

qui habetur à non conjugato cum meretrice, ancilla soluta, vidua vili, vel minus honesta, & sic est coitus soluti cum soluta non virgine honestæ conditionis, S. Thom. *in 4. sentent. dist.* 41. cum aliis per Menoch. *de arbitr. cas.* 289. *num. pr.* & ubi ex Sylvest. *in sum. verb. Luxuria*, intelligit hoc nomen *soluti*, vel *solutæ* de quolibet vinculo, scilicet conjugii, consanguinitatis, affinitatis, ordinis, & Religionis, sive voti, nam aliquo ex his vinculis concurrente, luxuria mutat speciem, ut dixi in §. *Adulterium*, §. *Incestus*, §. *Sacrilegium num.* & §. *Stuprum*, Tamburin in præcept. Decalogi *lib. 7. cap. pr. & seq.* Vide Belegrand. *in compendios. rer. crim. method. tract.* 10. *quæst.* 8. *n.* 2.

Ita ut licèt aliqui asserverint, quòd copula cum conjugata, consentiente marito, non sit adulterium, adeòque sufficiat in confessione dicere, se esse fornicatum, tamen hodie ista propositio sit omninò damnata, & reprobata à S. Matre Ecclesia per decretum Innocentii Papæ XI. Romæ publicatum sub die 4. Martii 1679. num. 50. Lumbier super proposit. damnat ab Innocent. XI. *à num.* 455.

2 Fornicatio dicitur etiam illa, quæ committitur à Clerico sæculari coeunte cum muliere soluta, secùs verò in Clerico Regulari propter votum castitatis, qui committit incestum, vel etiam adulterium; de jure divino hoc crimen etiam simplicis fornicationis obligat omnes ad pœnam æternam statim eo commisso secundùm præsentem justitiam, & sic nisi per pœnitentiam cum debitis requisitis fuerit remissum à Deo, & cancellarum; de jure Pontificio in foro conscientiæ obligat ad pœnitentiam septem annorum, vel minorem arbitrio Confessoris, in foro verò contentioso quoad Clericos punitur pœna suspensionis, vel etiam depositionis ob notorietatem, & scandalum, & quoad laicos pœna arbitraria; de jure autem civili non punitur aliqua pœna ut latè declarat Menoch. *d. cas.* 289. *num.* 4. & Cardin. Tusch. *litt. F*, *conclus.* 423. & 425. Clar. §. *Fornicatio n. pr. & seqq. cum Addit.* & facit quod dixi in §. *Adulterium num.* §. *Coitus*, & alibi. Vide Bellegrand. *loc. supra cit. n.* 3.

Quòd imò coitus Sacerdotis cum soluta dicatur incestus, & contraria procedere in Clerico in minoribus constituto, receptiorem opinionem dicit Grivel. *decis.* 82. *num.* 13. & illum sequitur Christin. *decis. Belgic.* 161. *num.* 2. & *vol. pr.* adde Michael. Ferro Manriqu. *quæst. Vicar.* 99. *part. pr.* ubi an contineat etiam sacrilegium.

3 Quòd simplex fornicatio de jure divino sit peccatum mortale, ita ut qui aliter diceret, vel sentiret sit hæreticus, de jure canonico pariter sit punibilis, secùs autem de jure civili, etiamsi vir esset conjugatus, vel Clericus, ac etiamsi per vim compellatur meretrix, vel sit carcerata excepto custode, ad tradita per Clar. §. *Fornicatio per tot.* quem refert, & sequitur Card. Tusch. *litt. F*, *conclus.* 423. *per tot.* facit Matheu. *de re crimin. controv.* 38. *per tot.*

Sed quoad vim, & carceratam contrarium verius dixi in §. *Coitus num.* 2. & 3.

An simplex fornicatio, vel etiam mollities sit per se intrinsecè mala, vel tantùm peccaminosa, quia à Deo prohibita; dic (quidquid novissimè, & erroneè scripserit Caramuel. *Theolog. moral. lib.* 3. *num.* 1600. cujus verba refert Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 59.) est omninò intrinsecè mala, ac jure positivo, divino, ac naturali prohibita, ut docet communis Theologorum schola quorum plures refert, & sequitur videndus Dian. *loc. cit.* plenè Crespin. à Borgia *quæst. moral. select.* contra Caramuel. *quæst.* 3. & 4. *per tot.* ubi errores Caramuelis in hac materia ad saturitatem patefacit, & Decretum Innocentii XI. Romæ publicatum sub die 4. Martii 1679. *num.* 48. ubi expressè damnatur ista propositio, nempè, *Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur*, & alia similis sub *num.* 49. videlicet, *Mollities jure naturæ prohibita non est, unde si Deus eam non interdixisset sæpe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.* Sed absit, non solùm hæc asserere, sed cogitare Lumbier super proposit. damnat. ab Innocent. XI. *à num.* 453. & 449. Vide Bellegrand. *loc. supra adduct. n.* 1.

An autem, ex causa necessitatis famis possit fornicario excusari à peccato, & pœna, plura pro affirmativa, quibus tamen respondet, pro negativa concludens, Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 40. ubi in fine se remittit Theologis, & Sanctæ Matri Ecclesiæ, prout ego humilimè, sentiens nullatenus excusari posse, cum Divina providentia nulli desit in necessariis, vide Carlev. de Judic. *tit. pr. disp.* 3. *num.* 2.

3 Fornicationis delictum præscribitur spatio trienii à die ultimi actus commissi, cum tali spatio mali mores purgentur, & non à die scientiæ judicis secundùm magis communem opinionem, & procedit tam in accusatione, quàm in inquisitione, Gramat. *cons.* 50. *inter civil. num.* 7. Thom. Trivis. *decis.* 59. *num.* 17. & 18. ubi loquitur in Regularibus, quorum respectu res magnam patitur difficultatem, cum eorum delicta carnis, fornicationis terminos egrediantur juxta superiùs dicta Bellegrand. *loc. cit. tract.* 8. *quæst.* 5. *num.* 5.

4 Fornicatio, sicut alia delicta carnis, est perdifficilis probationibus, imò nullo modo directè potest probari, probatur autem ex præsumptionibus, & conjecturis communibus aliis similibus delictis, veluti ex actibus propinquis, vel preparatoriis, cohabitatione maris, & fœminæ sine alia causa, ex confessione, fama viciniæ, & similibus arbitrio judicis, Soccin. jun. *cons.* 32. *vol.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 116. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 810. *per tot.* dixi in §. *Adulterium*, §. *Coitus*, & §. *Stuprum* ubi plura, vide Giurb. *cons.* 37. *num.* 12. Matthæu. *de re crim. contr.* 11. & 50. *à num.* 40.

5 Fornicatio qualiter possit prohiberi saltem per præceptum pœnale non conversandi simul, & inobedientes reperti carcerari, & puniri, & alia ad rem, benè comprobat Raynald. *Syn. rer. crim. cap.* 6. §. 3. & 4. *num.* 59. & *seqq.* ubi allegat Grilon. *de pœn. omnifar. coit. quæst.* 9 *n.* 3. Intrigl. *cons.* 24. & Baroo. *de corpor. tit. de concub. n.* 225. & alios.

6 Alia plura de fornicatione, & ejus pœnis in utroque foro, Valer. *de differ. utriusque for. verb. Fornicatio* Cæsar Paimol. *in suis decis. tom.* 1. Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Fornicatio*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 616. Berlich. *part.* 5. *conclus.* 39. Moller. *in repert. ad* Carpzov. Bellegran. *in compend. rer. crimin. method.*

7 De pœna fornicationis vide Fagnan. *in cap. non debet n.* 7. & 8. *de consang. & affin. & in cap. pervenit il primo de test. cogen.*

8 An simplex fornicatio in Clericis sit grave delictum, an leve Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 3. *n.* 66. *pag.* 311.

9 Fornicatio, & peccatum nefandum an, & quando apud Regulares inter excepta connumarentur Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 1. *quæst.* 13. *n.* 13.

10 Fornicata contra fornicantem se sola semiplenè non probat Bellegrand. *loc. cit. tract.* 6. *quæst.* 4. *n.* 2.

§. FORUM, vel FORUS XX.

1 FOrum judiciale, quis sortiri dicitur pluribus modis.

Primò quidem ratione personæ, ut Clerici, qui (dummodò habeant debita requisita, de quibus dixi in §. *Clericus num....*) tàm in civilibus, quàm in criminalibus coram suo Judice Ecclesiastico regulariter conveniri debent, & laici pariter coram Judice sæculari, quòd tamen in utroque capite ampliatur, & limitatur pluribus modis, ut de primo, Farinac. *quæst.* 8. *num.* 1. & *seqq.* Covar. *pract. quæst. cap.* 31. *per tot. cum aliquibus seqq.* Scacc. *de jud. lib.* 1. *cap.* 11. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 1. & *seqq. ad* 126. *fol.* 74. &c. De secundo capite idem Farinac. *loc. cit. num.* 126. & *seqq.* Scacc. *d. cap.* 11. *num.* 50. & Jordan. *dict. tit.* 8. *num.* 127. & *seqq. ad* 183. *fol.* 84. &c & alii plurimi per eos citati, plenè Carleval. *de judic. tit.* 1. *disput.* 2. *qu.* 6. *per tot.* ubi de foro ex privilegio, nempè Clericorum, Monachorum, Equitum, vel Religiosorum Militarium, Militum, Scholarium, Familiarium S. Officii, Misera-

rabi-

rabilium perſonarum, Fiſci, Neapolitanorum, & ſimilium (prout nos diximus Florentinorum) qui trahunt, & non trahuntur ad litigandum in ſuo foro, Carleval. *loc. ſup. cit. q.* 1. 2. 3. 4. *&* 7. & noviſſimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 6. *per tot.* ubi examinat doctrinam Carleval. *d. q.* 2. 7. *&c.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 26., *&* 27. *in princ. tom.* 1. Anſald. *de Juriſdict. tit.* 11. *cap.* 11. *& ſeqq.* Urries *in otio æſtivo part.* 1. *n.* 27. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat.* 112. *n.* 1. *part.* 1.

Secundò modo, quis ſortitur forum ratione communis patriæ, prout in Curia Romana reſpectu Eccleſiaſticorum, vel in aliis Curiis Supremorum Principum reſpectu ſuorum ſubditorum, ſi tamen ibidem reperiantur, & non habeant juſtam cauſam domum repetendi, Covar. *pract. qu. cap.* 5. *per tot.* & alii per Jordan. *d. tit.* 8. *n.* 184. *& ſeqq. fol.* 88. *infra n.* 2. vide Ridolphie. *in Prax. part.* 1. *cap.* 4. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1975. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 19. *nu.* 2. vide Farinac. *q.* 7. *n.* 12. ubi plura an hodie Roma ſit communis patria ad hunc effectum, & videtur negativè concludere, imò affirmativè quoad pœnam extraordinariam, & *q.* 11. *n.* 61. ubi fuit executa ſententia in Gallia lata contra quendam nobilem Gallum pro pluribus delictis capitalibus, non tamen ad inſtantiam partis offenſæ, ſed ad requiſitionem Regis, ut dixi in §. *Sententia n.* 40.

Tertiò ratione delicti etiam quoad utrumque judicem, ſi delictum ſit mixti fori, vel cœptum in uno loco, & conſummatum in alio, ſalva his caſibus præventione, & nonnullis limitationibus, de quibus Jordan. & alii per eum citati *d. tit.* 8. *n.* 187. *& ſeqq. ad* 208. *fol.* 89. Tuſch. *litt. F*, *concluſ.* 440. *&* 441. ubi limitat in ſpiritualibus, Conciol. *verb. Forum reſol.* 5. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 262. *vol.* 2. Sanfelic. *dec.* 336. *cum addit.* & latiùs in praxi *ſect.* 25. *per tot.* ubi plura quando quis ſortiatur forum per offenſionem juriſdictionis in terminis, *l. nullum*, *C. de teſt.* cujus vigore locus eſt præventioni, niſi alter ex judicibus habeat juriſdictionem cum clauſula abdicativa, vel privativa Altimar. *loc. cit. dict. q.* 26. *nu.* 64. *& ſeq.* Capibl. *de Baron. prag.* 8. *part.* 2. *n.* 206. *cum ſeqq.* Scialoy. *de for. comp. cap.* 38. Creſcin. *loc. cit.*

Quòd quis ſortiatur forum ratione falſitatis coram judice, apud quem depoſuit, ita ut poſſit puniri à judice remiſſoriali, qui illum examinavit licèt non ſit judex cauſæ principalis, Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 28. Guaz. *defenſ.* 1. *cap.* 21. *n.* 11. Farinac. *q.* 1. *n.* 59. *& quæſt.* 67. *num.* 26. per text. *in d. l. nullum*, Conciol. *reſol. crim. verb. Falſum reſol.* 20. *& verb. Forum reſol.* 5. *per tot.* vide in §. *Teſtis nu.* 31.

Quartò ratione contractus, ut dixi *in §. Contractus num.* 19. *&* §. *Debitor n.* 70. latè Tuſch. *lit. F*, *concluſ.* 437. *&* 438. *per tot.* infra *n.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 181. *n.* 15. Altim. *loc. cit. dict. q.* 26. *à n.* 2. Rube. *de conſuſſ. Jur. cap.* 3. *n.* 111. Antonell. *de loc. legal. libr.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 13. *cum ſeqq.* Creſcin. *loc. cit. & obſervat.* 513. *part.* 5.

Quintò ratione domicilii, ut dixi in §. *Domicilium num.* *&* §. *Judex num.* 45. Tuſch. *lit. F*, *concl.* 441. Paul. Chriſtin. *dec.* 31. *cum pluribus ſeqq. vol.* 5. Sanfelic. *deciſ.* 336. *cum addit. & in Praxi ſect.* 7. *& ſeqq.* Conciol. *verb. Forum reſol.* 4. Larrea *dec.* 94. Brunnemann. *in l. hæres* 19. *n.* 14. *de Judic.* Larrea *deciſ.* 94. Creſcin. *dict. obſervat.* 112. *n.* 2. *part.* 1.

Sextò, ratione originis propriæ, paternæ, vel avitæ, dummodò nepos naſcatur ſub poteſtate avi, Jordan. *loc. cit. num.* 243. *& fol.* 93. *infra num.* 3. Tuſch. *lit. F*, *concl.* 436. *per tot.* vide in §. *Judex nu.* Paul. Chriſtin. *d. dec.* 31. *& ſeqq. vol.* 5. Franch. *dec.* 37. ubi add. Mantiſſ. ad De Luc. *deciſ.* 37. *num.* 15. *lib.* 9. *vol.* 1. Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſervat.* 152. *n.* 13. *part.* 1.

Septimò, ratione rei, de qua litigatur etiam ſi ſit mobilis, dummodò deſtinata ad perpetuò manendum in loco, vel ſurata, vel debitor ſuſpectus, Jordan. *loc. cit. n.* 250. *& fol.* 94. vide in §. *Forenſis n.* 9. *&* §. *Actor n.* 4. Tuſch. *litt. F*, *concluſ.* 439. Rot. *part.* 18. *recentior. dec.* 344. *n.* 36. ubi quòd forenſis ratione rei ſitæ poteſt conveniri, de quo Carol. Marant. *contr.*

part. 5. *reſponſ.* 54. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *q.* 26. *à n.* 142. *tom.* 1. Fagnan *in cap. licet nu.* 20. *de for. competent.*

Octavo, ratione prorogationis juriſdictionis, datis terminis habilibus, Jordan. *loc. cit. n.* 257. *&c.* vide in §. *Juriſdictio n.* 4. *&* §. *Prorogatio n.* Tuſch. *litt. F*, *concluſ.* 442. *per tot.* Carlav. *de Judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *à n.* 1242. Fagnan. *in cap. licet de for. comp.* Creſcin. ad Abeccleſ. *dict. obſervat.* 112. *n.* 2. *part.* 1.

Nonò, ratione debitoris conveniendi, cùm ſit regula communis, quòd actor ſequatur forum rei, de qua plenè Specul. *de compet. in d. addit.* §. 1. *per tot.* ubi 52. modis limitat dixi in *§. Actor. n.* 4.

Decimò, ratione feudi, cujus quæſtio coram Domino directo agitari debet, Jordan. *d. tit.* 8. *nu.* 275. *fol.* 95. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 12. *n.* 5. vide De Luc. *de Feud. diſc.* 55. *per tot.* Fagnan. *in dict. cap. licet de for. comp.* Creſcin. *dict. obſervat.* 112. *n.* 1. *part.* 1.

Undecimò, ratione privilegii, ut in perſonis Eccleſiaſticis, ſcolaribus, miſerabilibus, & ſimilibus privilegiatis in foro ſive de jure communi, ſive de jure municipali, ut dixi in §. *Eccleſia n.* *&* §. *Perſona n.* Jord. *d. tit.* 8. *n.* 277. *& fol.* 96. Fagnan. *in dict. cap. licet de for. comp.* Creſcin. *d. obſervat.* 512. *num. pr. part. pr.*

Duodecimò, pluribus aliis modis, nempè ratione delegationis, conſuetudinis, pacis ſervandæ adminiſtrationis, connexitatis, vagationis, militiæ, matrimonii, manumiſſionis, adoptionis, & ſimilibus caſibus, in quibus ex juris diſpoſitione acquiritur domicilium, ut ſingillatim probat videndus Pac. Jordan *d. tit.* 8. *n.* 287. *& ſeqq. fol.* 97. Ric. *Collect.* 267. 735. 846. 854. & dixi in §. *Domicilium*, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 19. *per tot. & ſect.* 22. ubi de competentia fori ratione patriæ poteſtatis, quando ſcilicet filius gaudeat privilegio paterno circa forum, vide in §. *Judex n.* 14. *in fine*. Fagnan. *in dict. cap. licet de for. compet.* Creſcin. *dict. obſervat.* 512. *&* 513. *part. pr.*

Qualiter autem quis ſortiatur forum ratione hæredis, vel ſucceſſoris, ut ſcilicet hæres, qui convenitur tanquam hæres, ſit conveniendus in eodem loco, & foro, in quo defunctus erat conveniendus, & alia plenè explicat Carlev. *de judic. titul. pr. diſp.* 2. *q.* 15. *per totum* De Luc. *in Indice gener. verb. forus hæredis*. Rube. *de conſuſſ. Jur. cap.* 3. *n.* 52. *& n.* 99.

Decimotertiò, ratione deſtinatæ ſolutionis, Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 81. *nu.* 15. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 11. ubi benè declarat Altimar. *d. quæſt.* 26. *à num.* 174. Scialoya *de for. compet. cap.* 6. Abeccleſ. & Creſcin. *obſerv.* 112. *part. pr.*

Intellige ſi debitor ibi reperiatur, aliàs ſecùs ſecundum Thom. Triviſ. *deciſ.* 48. *per tot. lib. pr.* Altimar. *loc. cit. n.* 181. Creſcin. *ubi ſupra n.* 8.

Quòd quando reus ſortitur plura fora ſit in electione actoris illum convenire in quo velit, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 160. *per tot. vol.* 2. per tex. *in l. determinus Cod. de Epiſc. Add. gloſſ. in l. fin. C. ubi in rem act. exer. deb.* Pract. Papp. *in forma declinat. juriſd. gloſ. Nec fuiſſe judicem num.* 9. Abeccleſ. & Creſcin. *dict. obſerv.* 112. *part. pr.*

Si tamen reus ſit clericus debet conveniri in ſuo foro, & tunc actor non habet electionem illum conveniendi in loco rei ſitæ, Cabal. *conſil. dec.* 177. *n.* 3. *& ſeqq. lib. pr.*

Forum quando quis ſortiatur ratione domicilii, a
incolatus, vel bonorum, vel ratione contractus, ut conveniri, & exigi poſſit latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 181. *n.* 22. *& per tot.* vide in §. *Domicilium*, *§. Contractus n.* 19. *§. Debitor. n.* 70. *&* §. *Actor n.* 4. latè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 31. *& ſeqq. ad* 39. *volum.* 5. *& dec.* 171. *n.* 18. *& d. vol.* 5. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 7. *& ſeqq.* Abeccleſ. & Creſcin. *dict. obſervat.* 512. *&* 513. *part. pr.*

De foro ratione loci contractus, latè idem Grat. *cap.* 389. *n.* 7. *& cap.* 569. *per tot.* ubi etiam *nu.* 14. *&* 15. an Roma dicatur communis patria ad effectum, ut quis ibidem poſſit conveniri, & negat, ſed affirmare videtur Jordan. *loc. ſup. cit. n.* 184. *fol.* 88. ubi ampliat ad omnes Curias Principum reſpectu ſuo-

rum subditorum, vide supra *n. pr. vers. secundo*: Vela *differt.* 26. *n.* 94. & *differt.* 39. *n.* 52.

An, & quando forum sortiatur viator contrahens in loco, in quo contraxit tanquam advena, & viator, Soccin. *reg.* 203. *per tot.* Pac. Jordan. *d. tit.* 8. *n.* 215. & *seq. fol.* 91.

Et etiam alius modus exercendi jurisdictionem in delinquentes, ratione scilicet offensæ factæ in personam subditi, Glos. *in leg. ne quid*, §. *de iis*, *ff. de incend. ruin.* & *naufrag.* Angel. de Perug. *in l. vacantia n.* 44. *C. de bon. vacant. lib.* 10. quod est verum, quando reus caperetur in loco personæ offensæ, licèt nulla alia ratione esset sibi subjectus, secundum Alciat. *cons.* 13. *n.* 5. *lib.* 7. Cabal. *res.* 3. *n.* 15. Raynald. *rer. crim. cap.* 7. §. 6. *n.* 5. & *seqq.* ubi etiam probat valere statuta ita disponentia, ut Bononiæ, Jenuæ, &c. quicquid aliqui contrarium teneant; vide in §. *Delinquens n.* 6.

3 Forum originis amittitur, quando illius domicilium relinquitur, & alibi constituitur, unde ut quis possit in loco originis conveniri, requiritur quòd ibidem sit inventus, & non aliàs, sicut dicimus de foro ratione contractus, in quo non potest contrahens conveniri, nisi ibidem reperiatur, quicquid secùs sit in foro domicilii habitationis, quòd est potentius illo respectu, & quicquid diversum sit in criminalibus, Gratian. *discept. for. cap.* 868. *n.* 8. & *seqq.* vide in §. *Judex n.* *supra n. pr. versic. sexto*, latè Tusch. *litt. F*, *conclus.* 436. & *seqq.* Paul. Christin. *dec.* 31. *num.* 8. & *seqq. volum.* 5. Sanfelic. *in Praxi sect.* 7. *n.* 14. & *seqq.* & *sect.* 10. & 11. *per tot.* Card. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 75. *nn.* 2. & 13. Abeccles. & Crescin. *observ.* 112. *part. pr.*

4 Forum declinari potest ex tribus præcipuè capitibus, scilicet vel ratione personæ, vel rationæ causæ, vel ratione loci, ut latè declarat Clar. *in* §. *fin. q.* 35. 36. 37. *et* 38. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 3. & *seqq. per tot. fol.* 74. & Ricc. *Collect.* 33.

5 Forum an possit declinari ratione privilegii supervenientis ex motu proprio Principis, & non ad postulationem partis pendente judicio, latè videndus Gratian. *discept. for. cap.* 421. *n.* 25. & *seqq.* ubi refert octo opiniones, vide in §. *Privilegium nu.* Tusch. *litt. F. conclus.* 445. Vide Gayll. *observ.* 37. *libr. pr.* Covar. *pract. quæst. cap.* 8. Surd. & Hodiero. *decis.* 110. *et* 122. Salgad. *Labyr. credit. part. pr. c.* 7. *n.* 82. Anton. Amat. *resol.* 86. *nn.* 46. *cum seqq.* Rube. *de confuss. Jur. cap.* 3. *n.* 104. *et seq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 17. *n.* 7. *tom. pr.*

Et quòd judicium ubi cœptum, ibi terminari debeat, nec possit mutari de persona in personam propter cessionem factam lite pendente, idem Gratian. *cap.* 906. *n.* 5. & vide in §. *Judicium nu.* Paul. Christin. *decis.* 35. *n.* 4. *vol.* 5.

6 Forum in neutro genere accipitur pro territorio cujusque judicis infra quòd potest animadvertere in facinorosos homines, & sic pro jurisdictione, *l. si pupillus*, §. *Territorio*, *ff. de verb. signif.* Federic. de Sen. *cons.* 97. *in princip.*

7 Forum autem in genere masculino significat locum ubi jus redditur, *c. forus de verb. signif.* Anton. de Butr. *cons.* 19. *n.* 8. refert Card. Tusch. *litt. F*, *conclus.* 435. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 159. *n.* 3. *vol.* 2. ubi etiam quòd forum sic dicitur à Foronio Rege, qui primus leges, & judicia apud Græcos instituit, vel secundùm alios à fraude, vel à ferendo, *et decis.* 160. *n. pr. d. volum.* 2. vide Bobadill. *l.* 3. *Polit. c.* 14. *à n. pr.*

8 Forum sortiri, & legibus, vel statutis ligari à patri procedunt, Tusch. *litt. F*, *concl.* 444. vide Paul. Christin. *decis.* 32. *vol.* 5. Fagnan. *in cap. canonum statuta n.* 79. *de Constit.* & *in cap. quæ in ecclesiarum n.* 23. *eod. tit.*

9 Forus conscientiæ, & animæ, sive poli (quicquid diversum sit in foro fori) non admittit apices juris, nec formulas verborum, sed ipsam nudam veritatem requirit, reiicit omnem fictionem, dolum, fraudem, atque deceptionem judicat etiam de occultis, eligit semper tutiorem partem, & viam in dubiis opinionibus, præsumit delictum, ut ab eo abstineatur favore animæ, sequitur tamen in multis leges homanas, quando non continent iniquitatem, ut benè omnia declarat Tusch. *litt. F*, *concl.* 447. *per tot.* Vide Fagnan. *in cap. si quis n.* 25. 59. 61. *et* 77. *de Regal. et in cap. postulastis n.* 19. *de Cleric. excomm.*

Multa de foro competente, vel incompetente in pluribus causis, & præcipuè de foro Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum, plenè Oliva *in tract. de for. Eccles. per tot.* & alii plures citati ab Ægid. de Castejon. *Alphab. jurid. verb. Forus*, & Com. August. Fontan. *eodem verb. Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 616. *et seqq.* Parlador. *tract. quotid. different. different.* 9. *et seqq.* ubi quæ sit differentia inter jurisdictionem Ecclesiasticam, & sæcularem, de potestate merè Ecclesiastica, de causis mixti fori, de potestate sæculari nil commune habente cum Ecclesiastica, de potestate sæculari extraordinaria in Ecclesiasticos, & hujusmodi; Et *different.* 12. *per tot.* ubi pariter adducuntur plures differentiæ inter forum fori, & forum poli, sive conscientiæ, de quibus etiam latiùs Valer. *tract. de Differt. utriusque fori per tot.* & dixi ego sæpè in locis opportunis. De Luc. *in Indice general. verb. forus* Altimar. *d. tom. pr.* Rube. *de Confussion. Jur.* Fagnan. *sup. Decretal.* Brunnemann. *sup. Cod.* Abeccles. & Crescin. *obser. forens.* Senat. Pedem.

Forus quisnam sit nullitatis contractuum Altim. *de nullit. rubr.* 3. *quæst. pr. num.* 14. *cum seq. tom. pr.* Franch. & Add. *decis.* 657. Marant. *resp.* 13. *lib.* 3. 10

Fori variatio an habeat locum post sententiam Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 17. *nn.* 23. *tom. pr.* Scialoya *de for. compet. cap.* 52. *n.* 49. 11

Fori privilegium competens Clericis quo jure sit introductum Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *quæst.* 50. *n.* 59. Bovadill. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 252. Carleval. *de Judic. tom. pr. disp.* 2. *n.* 395. 12

Mixti fori causæ, quæ sint, & an cognoscantur per Judicem Sæcularem Altimar. *supra rub.* 9. *quæst.* 17. *a n.* 5. *tom. pr.* Ansald. *de Jurisdict. part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. Del Bene *de Immun. Eccles. cap.* 10. *per tot.* 13

Forum non declinat, qui delinquit offendens antes Judicis Altimar. *supra rubr.* 9. *quæst.* 20. *nn.* 86. *cum seqq. tom. pr.* Galleot. *resp. pr. n n.* 4. Sanfelic. *in Prax. sect.* 25. *n.* 19. *in fin.* 14

Privilegium fori an allegari debeat a citato Barbos. *in cap. Statutum* §. *in nullo de rescript. in* 6. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst* 28. *a n.* 8. *tom. pr.* 15

Exceptio fori opponi potest non obstante statuto reiiciente omnes exceptiones Altimar. *loc. cit. a n.* 51. Matin. *lib.* 2. *resol.* 203. Petr. *cons.* 25. 16

Forus Militaris quando intret, & quis dicatur Militum Judex, & quando conveniri possint milites coram Judicibus ordinariis de Luc. *de Jurisd. disc.* 78. *per tot.* 17

Miles potest huic foro renunciare, & prorogare jurisdictionem Judicis ordinarii, Guttier. *de juramento part.* 1. *c.* 16. Capoblanch. *de Baron. tom.* 2. *cap.* 56. *n.* 5. & 7. Rovit. *in pragm.* 11. *de militibus n.* 43. de Luc. *ubi supra dict. disc.* 78. *nu.* 2. *et seq.* Fallit in militibus unum corpus saltem Ecclesiasticum constituentibus, Rovit. *dict. pragm.* 11. *n.* 44. De Luc. *ubi supra d. disc.* 78. *sub n.* 3. ubi de Militibus Hierosolymitanis. Amplia, multo magis ubi causa cepta sit ante militiam, Chrispolt. *de re milit. cons.* 32. de Luca *ubi supra d. disc.* 78. *nn.* 4. Item, ubi miles non est in Castris, sed in Civitate, quia tunc non intrat forus militaris Rot. post Zuffum *de legit. process. dec.* 77. de Luc. *ubi supra d. disc.* 78. *nn.* 5. Vel ubi non adest Judex particularis militum, vide text. in *l. Magister*, *C. de jurisd. omn. judic. et l. fin. C. de erogat. militaris annonæ lib.* 12. de Luc. *ibidem n.* 6. Vel ubi causa non concernat res militares Capobl. de Baron. *tom.* 1. *pragm.* 8. *part.* 2. *n.* 580. *et tom.* 2. *cap.* 56. *n.* 9. de Luc. *ibid. n.* 7.

Ubi milites sunt in expeditione, datur Duci Assessor seu Auditor vide text. in *l. Magister*, *C. de jurisdic. omn. judic. et l. fin. C. de erogat. militaris annonæ lib.* 12. de Luc. *d. disc.* 78. *n.* 6. Jurisdictio autem de jure residere dicitur vel penes Ducem Belli vel penes Magistrum militum, Vide text. *in l.*

Ma-

Magiſter. C. de juriſd. omn. judic. et l. fin. C. de erogat. militaris annonæ lib. 12. De Luc. *ibid. nu. 6.* & ille Cameræ Clericus qui eſt Commiſſarius, & proviſor armorum an ſit Judex ordinarius militum vide de Luc. *ibid. n. 6. verſic. et licet.*

Militiarum profeſſores an gaudeant exemptione fori de Luc. *Miſcel. diſc 2. n. 26.*

18 Fori Privilegio an gaudeat hæres privilegiatus Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 54.*

19 Fori Privilegio an renunciare poſſit Clericus, Miles, Scolaris, Vidua Gratian. *diſcept. for. cap. 318. à n. 20.* Gomez. *de Poteſt. in ſe ipſum lib. 2. c. 23. à n. 6.* Calvin. *de æquit. lib. 1. c. 95. n. 23.* Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 67.*

20 Fori privilegium aliquãdo refertur ad privatam utilitatem, Sanz. *de Regim. c. 11. §. 5. nu. 60. in fin.* Rubeus *de confuſ. jur. c. 3. n. 94.*

21 Fori electionem, & variationem habent vidua, & perſonæ miſerabiles, Gratian. *diſcept. 282. num. 22.* Caſtill. *contr. Jur. lib. 3. cap. 25. nu. 1. et ſeqq.* Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 96. et ſeq.*

22 Fori privilegium an ſemper privilegiatum tueatur Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 29. 31.*

23 Fori diſtinctio non erat tempore Ulpiani Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. nu. 55.*

24 Foro defuncti tenetur hæres, Carleval. *de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 5. num. 288. & ſeqq.* Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 27. 32. et ſeqq.*

25 Foro, cui defunctus ſe ſubmiſit, an ſucceſſor ligetur, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 3. à n. 53.* Cancer. *var. reſol. part. 2. c. 2. n. ...* Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 52.*

26 Forum unum, an plures ſortiantur plures hæredes Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 51.*

27 Forum defuncti an Fiſcus hæres poſſit recuſare Rubeus *de confuſ. jur. cap. 3. n. 106.*

28 Forus eccleſiaſticus dicitur, ſi Judex habeat juriſdictionem etiam contra eccleſiaſticos, & auctoritatem relaxandi cenſuras, & invocandi brachium ſæculare pro exequutione ſuarum ſententiarum Emerix jun. *deciſ. 908. n. 9.*

29 Trahi quis non poteſt invitus ad litigandum extra forum domicilii actione perſonali, niſi illi expreſsè renunciaverit Balduc. *de Dot. tit. 4. dec. 38. n. 32.*

30 Forus emptoris, & poſſeſſoris attendi debet, non autem venditoris Palm. nep. *deciſ. 304. n. 14. tom. 4.*

31 Fori adjectio aliud eſt, & aliud mutatio Fagnan. *in c. magnæ n. 4. de oblignt. ad ratioc.*

32 In foro domicilii, vel originis, aut contractus, vel delicti, an, & quomodo Clericus abſens conveniri poſſit Fagnan. *in c. licet n. 42. de for. compet.*

33 Forus domicilii eſt mutabilis Fagnan. *in cap. propoſuiſti n. 16. de for. comp.* Et quid in foro contractus *ibidem n. 17.* Et quid in foro originis *ibidem à n. 21.*

34 Forum privilegiati ſortitur non privilegiatus in cauſa individua Fagnan. *in cap. nullus n. 30. de for. comp.*

35 Forum qualiter ſortiatur Clericus ratione beneficii Fagnan. *in cap. ſiquis n. 11. de for. compet.* & an clericus ſortiatur forum ratione ordinis collati Idem *ibidem n. 13.*

36 De foro Eccleſiæ ſunt omnes homines de mundo in concernentibus animam Fagnan. *in cap. nulli n. 6. de reb. Eccleſ. non alien.*

37 Forus domicilii dicitur eſſe verus, & naturalis, & cum cæteris omnibus concurrit Abeccleſ. & Ceſcin. *obſerv. 112. n. 3. et 4. part. pr.* ubi alii moderni.

§. FRATER XXI.

a FRatris appellatione quinam veniant, vel non in materia ſtatutorum, vel ſimili, an conſobrini, an ſorores, an uterini, & ſimiles, latè Card. Tuſch. *litt. F. concluſ. 450. et 452. per tot.* vide in §. *Appellativa n... & in meis reſol. cap. 2. per tot.* Vivi. *comm. opin. 333.* ubi quòd veniunt primi Caſtill. *lib. 6. controv. cap. 167.* Gom. *lib. 1. var. cap. 5. n. 25.* Cabrun. *lucubrat. 40. n. 12.* Emerix jun. *deciſ. 51. n. 2. 8. 9. & 10. & deciſ. 123. n. 6. & 7. cum ſeqq.* ubi latiſſimè Caprar. *deciſ. 197. à n. 50.* Mantiſſ. ad ornat. Card. De Luc. *deciſ. 96. à n. 9. cum ſeqq. vol. 2.* Idem De Luc. *de Dot. diſc. 142. n. 60.*

Quòd quando teſtator, vel ſtatutum facit mentionem ſimpliciter de fratre intelligatur de utrinque conjuncto, Caſtr. *in l. fin. C. de verb. ſignif.* Decian. *reſponſ. 16. n. 42. vol. pr.* Maſcard. *de general. interpret. ſtat. concl. 2. n. 32.* Paul. Chriſtin. *ad l. municip. tit. 16. art. 7. nu. 5. & 6.* vide in §. *Statutum excludens n. 17. &c.*

Fratrem quem eſſe qualiter probetur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 135. n. 30. & cap. 491. nu. 19. & cap. 694. n. 1.* Maſcard. *de probat. volum. 2. concluſ. 812. per tot.* Genu. *de ſcriptur. privat. lib. 3. q. 33. per tot. fol. 145. & ſeqq. & verb. enunciat. lib. 2. q. 33. per tot.* ubi plura de fraternitate, ſororitate, ſive alia conſanguinitate probanda ex nominatione facta in epiſtola per verba clara, & diſpoſitiva, vide in §. *Conſanguinitas n...* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 32.* Scopp. ad Gratian. *dec. 216. à nu. 3.*

De fratribus juratis, & qualiter illis competat querela inofficioſi teſtamenti, inſtituta turpi perſona, Ricc. *Collect. 1932.* Scopp. & De Luc. ad Gratian. *dec. 216.*

Frater non tenetur fratrem, vel ſororem hæredem inſtituere, & præteriti, vel exhæredati non poſſunt querelare teſtamentum, niſi illorum loco turpis perſona fuerit inſtituta, *l. fratres, C. de inoff. teſt.* Card. Tuſch. *litt. F, concluſ. 454. per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap. 448. nu. 31. & 32.* Clar. §. *Teſtamentum q. 50.* ubi quòd turpi perſona inſtituta rumpitur teſtamentum in totum, niſi fuerit aliquid fratri relictum, quo caſu non poſſet frater totum teſtamentum impugnare, ſed tantùm per querelam agere ad ſupplementum legitimæ juxta veriorem opinionem, ut per Afflict. *dec. 204.* Gratian. *diſcept. for. cap. 135. n. 23. &c.* dixi *in reſol. cap. 82. n. 25. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *dec. 12. n. 7. vol. 4.* Fachin. *contr. jur. lib. 4. cap. 91 & ſeqq.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 95.* Ricc. *Collect. 657.* Martha *vot. Piſ. art. num. 11. et ſeqq.* Gabr. Vaſquez *opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 6. §. 3. dub. 9. et 10. fol. 307.* latè Caldas Pereyra *tract. de inoff. teſtam. fol. mihi 50. etc.* Card. De Luc. *de teſtam. diſc. 61.* ubi de teſtatore clerico. Rot. *rec. part. 19. dec. 453. nu. 10. tom. 2.*

Debet autem dicta querela in caſu inſtitutionis turpis perſonæ intra quinquennium proponi, nec tranſmittitur ad hæredes niſi præparata, & non competit fratribus uterinis, nec quando turpis perſona inſtituta vivente teſtatore fuit ad honeſtam vitam reducta, nec quando, & ipſe eſſet turpis perſona, nec quando, ab inteſtato fuiſſet ſucceſſura, nec quando teſtator erat Clericus, nec quando querelare volens fuit ingratus, vel agnovit aliquid ſibi relictum in teſtamento, vel niſi eſſemus in ſorore excluſa per ſtatutum, prout hæc, & alia latè declarat Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 2. per tot.* Gratian. *d. cap. 135.* ubi tractat de fratre jurato, *cap. 213. & cap. 178.*

Quòd debeat intra quinquennium proponi, intellige per viam actionis, ſecùs per viam exceptionis, nam temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, *l. Papinianus, §. ſi filius, ff. de inoff. teſt.* Martha *vot. Piſ. ar1. n. 18. & 19.*

Quænam dicatur turpis perſona, vide in §. *Perſona n. 5.* Gabr. Vaſquez *loc. cit. dub. 10. per tot.* De Luc. *de Teſtam. diſc. 54. n. 14. & diſc. 61. n. 4. & 5.*

An annullato teſtamento per hujuſmodi prætenſionem, & inſtitutionem turpis perſonæ, conſerventur legata vigore *Auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* Afflict. *dec. 125.* quem refert Ludoviſ. *dec. 271. n. 6.* ubi plures allegat, & tandem concludit contra Afflict. vide Clar. §. *Teſtamentum qu. 52.* latè Theſ. *dec. 128. n. 6. &c.* ubi poſt multa hincindè videtur tenere cum Afflict. nempè pro conſervatione legatorum vigore *d. Auth.* ad conſervandum voluntatem teſtatoris, vide in *reſol. d. cap. 82. num. 27. & ſeqq.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 95.*

Quid ſi inſtituta turpi perſona, fuerit illi datus ſubſtitutus vulgaris honeſtus, & non turpis, an annul-

nullato testamento per querelam sit locus dicto substituto, ita ut turpis persona excludatur à fratre, & substitutus fratrem excludat, disputat Thes. *decis.* 127. *per tot.* ubi videtur inclinare pro substituto, & *decis.* 128. Martha *vot. Pis.* 212. *n.* 13. & *seqq.*

An hujusmodi testamentum sustineatur saltem per clausulam codicillarem in vim fideicommissi, disserit idem Thes. *dec.* 128. ubi hincinde DD. adducit, & tandem videtur excludere, quòd si ab ipsa turpi persona petatur hæreditas virtute fideicommissi, non sustineatur, sed in totum corruat, eùm semper militet illius incapacitas; Si verò ei fuerit datus substitutus vulgaris honestus, sustineatur favore illius, cùm cesset odium turpis personæ, & sic erit locus substitutioni si non directè, saltem per obliquum, Peregrin. *de fideicom. art.* 39. *n.* 48. Fusar. *de substit. qu.* 670. *per tot.* ubi plures alios allegat Mart. *vot. Pis.* 211. *n.* 2. Ludovis. *dec.* 271. *n.* 8. & *seqq.* Vivi *comm. opin. ubi nu.* 23. Gutier. *lib.* 4. *pratic. qu.* 72.

Et persona honesta instituta cum turpi, retinet hæreditatem pro parte sua, Menoch. *cons.* 1137. *n.* 52. Gratian. *discept.* 448. *n.* 32.

Quid in fratre jurato, an iste præteritus, & turpi persona instituta habeat querela inofficiosi videtur affirmare, Menoch. *de arbitrar. cas.* 501. *n.* 33. & *seqq.* sequitur Gratian. *dec.* 216. dummodò verè probetur ista fraternitas, ubi Scopp. & De Luc.

An autem in foro conscientiæ possit frater præterire fratrem suum inopem sine peccato, negant multi, inter quos Faber. *in* §. *Testatorem instit. de hered. quæ ab intest. defer.* Paul. Christin. *decis.* 52. *n.* 7. *vol.* 4. & alii relati per Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 114. ubi tamen ipse tenet cum aliis in rigore non peccare, & esse absolvendum, etiam si instituerit extraneum præterito fratre inope, & *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 83. ubi de patre nolente instituere filium nisi in legitima, admonet tamen Confessarios semper suadere pœnitentes ad instituendum filios, & fratres, vide *in* §. *Pater n.* 12. & §. *Ecclesia n.* 14. *infra n.* 12. Gab. Vasquez. *opusc. moral. tract. de testament. cap.* 6. §. 3. *dub.* 11. *per tot. fol.* 307. ubi videtur concludere, quod frater dives, si non ex justitia, saltem ex charitate teneatur fratrem nimia, aut magna egestate pressum instituere, Michael. Ferro Manriq. *quæst. Vicar. part.* 1. *quæst.* 25. ubi quòd licèt hæc sententia sit pia respectu conjunctorum, illam tamen duram esse ostendit respectu testatoris, & non obligare nisi in casu extremæ necessitatis juxta regulas obligationis eleemosinæ, consulendo in dubio anxietate, & scrupulis animam propriam instituere, ut sic de inordinata caritate argui non possit.

3 Frater an, & quando fratri succedat in feudo, latè Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap* 46. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 384. *vol.* 1. ubi attendatur duplicitas vinculi dixi *in* §. *Feudum n.* 17. Peregrin. *decis.* 75. Joan. Thom. de Marin. *de Feud. tit.* 12. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Quod regulariter in feudis novis non succedat, Ducn. *reg.* 385. *per tot.*

An in bonis emphiteuticis idem Michalor. *loc. cit. cap.* 47. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 272. *n.* 13. Peregrin. *decis.* 25.

4 Fratres tàm utrinque conjuncti, quàm consanguinei tantùm, vel uterini tantùm, qualiter inter se succedant, sive inspecto jure communi, sive statutis excludentibus fœminas propter masculos, latè Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 14. *per tot.* Cavaler. *decis.* 50. *per tot.* Franch. *decis.* 99. *per tot.* Viv. *com. opin.* 334. & *seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 193. *vol.* 1. & *decis.* 66. *vol.* 4. dixi *in* §. *Successio nu.* 6. idem Christin. *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 10. Ricc. *Collect.* 14. Peregrin. *dec.* 42. ubi de fratribus uterinis illegitimè natis, qualiter inter se succedant exclusis aliis agnatis remotioribus defuncti, & *decis.* 56. latè de hac materia idem Peregrin. *decis.* 74. 75. 76. & 77. *per tot.* & *decis.* 87. *n.* 8. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 158. *n.* 1. &c. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 66. *per tot.* Add. ad de Franch. *citat. decis.* 99. Vide Rubeum *de consuss. Jur. cap.* 21. *n. n.* 41. Oinot. *Instit. tit. de hæred. quæ ab intestat. defer. in* 3. *ord. succed. a n.* 26.

Quòd frater consanguineus succedat fratri in bonis paternis, uterino fratri peculio materno reservato, *glos. in Auth. post fratres in verb. Filii C. de legit. hæred.* Burat. *dec.* 36. *nu.* 27. Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 20. *n.* 4. Vide Rubeum *loc. supra cit.*

Qualiter admittantur una cum ascendentibus defuncti, vide *in* §. *Ascendens n.* & *in resol. cap.* 82. *n.* 4. *et seqq. et n.* 18. Viv. *comm. opin.* 336.

Frater consanguineus tantùm, an admittatur cum utrinque conjuncto in fideicommissis, & reciprocis substitutionibus, quid si agatur de successione alterius fratris ab intestato, quid in feudis, emphyteusis, & similibus, Gratian. *discept. for. cap.* 661. *per tot.* Rot. *Luc.* penes Altograd. *in fine tom.* 2. *vers. sic quoque vinculi*, &c. Christin. *dict. decis.* 193. *vol.* 1. & *decis.* 205. *num.* 14. & *seqq. vol.* 5. Gail. *lib.* 2. *pract. observ.* 151. Rosental. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 57. Cavalcan. *decis.* 12. *n.* 39. & *part.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 75. *n.* 21. & *cons.* 187. Peregr. *de fideicom. art.* 20. *n.* 22. & Fachin. *contr. jur. lib.* 4. *cap.* 87. Peregr. *decis.* 75. & Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 162. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 344. *vers. Dum n.* 9. &c. ubi benè distinguit Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 66. *per tot.* De Luc. *de Fideicom. disc.* 20. *de success. ab intest. disc.* 18. Vide Rubeum *loc. cit.* Rotam *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 445. *num.* 17. Carol. Ant. De Luc. *de Lin. legal. art.* 9. *n.* 8. 5

Quòd de jure communi civili utrinque conjunctus præferatur consanguineo tantum in successione alterius fratris intestati, *c. si igitur defunctus Novel.* 198. *de hæred. ab intestat. ven. auth. cessante C. de legit. hæred.* Cras. *in* §. *Successio quæst.* 614. Gratian. *discept.* 661. *num.* 16. & dixi *in resol. cap.* 2. *num.* 5. Christin. *dict. decis.* 193. *num.* 2. *vol.* 1. *et decis.* 195. *n.* 2. *dict. vol.* 1. *et ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 10. & Peregr. *decis.* 75. *n.* 1. *et* Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 35. *n.* 18 Addit. ad Sanfelic. *decis.* 344. ubi vide quia benè distinguit. Secus stante statuto, quod proximiores agnati admittantur, nam tunc æqualiter admittuntur, quia æquè ab utroque conservatur agnatio, Magon. *decis. Flor.* 82. *per tot. decis.* 105. & 106. *num.* 20. & *decis.* 148. *num.* 1. vide in meis *resol. dict. cap.* 2. *num.* 10. & *seqq.* ubi quomodo vigore statuti consanguineus tantum excludat sororem utrinque conjunctam, & in hoc Opere §. *Statutum excludens num.* 17. Viv. *comm. opin.* 334. Cabal. *cons. decis.* 10. *lib.* 2. Barry. *de success. lib.* 18. *tit.* 3. *per tot. tom.* 2. Oinot. *Instit. tit. de hæred. quæ ab intest. defer. de tert. ordin. succed. a n.* 26. Rubeus *loc. cit.*

An utrinque conjunctus excludat consanguineum in substitutione vulgari, pupillari, vel fideicommissaria, & in jure accrescendi, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 75. *per tot.* ubi quod simul admittuntur idem Menoch. *cons.* 18. vide Borgn. *decis.* 12. *n.* 39. & *part.* 3. & alios relatos per Christin. *d. decis.* 193. *num.* 2. & *vol. pr.* ubi dicit contrarium fuisse decisum pro utrinque conjuncto.

Quòd stante statuto exclusivo fœminarum frater consanguineus tantùm, vel soror consanguinea tantùm, non excludatur ab utrinque conjuncto, vel conjuncta, quia tunc non attenditur duplicitas vinculi, cum vinculum cognationis vigore dicti statuti sit redditum impertinens, & correctum, & vinculum maternum non sit considerabile in paternis, imò talia duplicitas vinculi generaliter non attendatur quando unumquodque potest de se uti simplex considerari, & sumuain separabilibus, & dividuis, Altograd. *cons.* 95. *num.* 133. & *seqq. lib.* 2. & latius ibidem *nu.* 167. & Rot. Luc. penes eumdem Altograd. *in fine lib.* 2. *vers. Nam consideratum fuit* pulchiè Surd. *decis.* 239. *per tot.* vide in meis *resol. cap.* 2. *num.* 10. & *seqq. per tot.* & alios pro hac parte supracitatos. Franch. *dec.* 26. 619. *ubi Add.*

Contrarium autem, cum utrinque conjunctus habeat regulam juris communis pro se, ad exclusionem consanguinei tantùm ut supra, cujus correctio non sit inducenda per subauditos intellectus, probant Rimin. jun. *cons.* 401. Fulgos. *cons.* 85. Gail. *lib.* 2. *obser.* 151.

nu.

nu. 3. Decian. *cons.* 15. *num.* 19. *vol. pr.* Cephal. *cons.* 323. *vol.* 3. & fuisse decisum testatur Paul. Christin. *decis. Belgic.* 193. & 195. *per tot. vol. pr.* & *decis.* 207. *num.* 4. & *vol.* 5. & *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 10. & Rot. *in Maceraten. hæreditatis* 27. *Maii* 1658. *coram Verospio, vers. neque fratres*, & habentur penes Urceol. *in Append. ad cap.* 50. *in fine* 2. *vol. fol.* 30. Peregrin. *decis.* 75. Rot. Luc. impressa apud Andreol. *controvers.* 160. *num.* 6.

Plura de duplicitate vinculorum paterni scilicet, & materni, an, & quando, & inter quas personas sit de jure considerabilis, vel non, latè Peregrin. *decis.* 76. *per tot. et decis.* 77. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 344. ubi benè distinguit.

Licet autem ut supra frater utrinque conjunctus excludat fratrem ex uno latere tantùm, non tamen idem est in patruo, nam patruus utrinque conjunctus non excludit patruum ex uno latere tantùm, sed simul admittuntur ad successionem nepotis, & quare Martha *vot. Pis.* 124. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. ubi suprà in fine.

Quòd filius sororis uterinæ concurrat ad successionem cum filio sororis utrinque conjunctæ, stante statuto quod extantibus masculis usque ad quartum gradum fœminæ, & descendentes ex eis excludantur, cum vigore dicti statuti vinculum fœmineum sit impertinens, & ideò reddantur æquales ad fratris defuncti successionem, intelligendo intra gradum statuti, secùs autem extra gradum, Martha *vot. Pis.* 126. *per tot.* & cum hac intelligentia possent forsan concordari opiniones contrariæ.

6 Frater uterinus excludit sororem uterinam, stantibus statutis, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, præcipuè in bonis maternis, sororis, vel fratris uterini, Honded. *cons. pr. lib.* 2. Gabriel. *cons.* 25. *num.* 35. *lib. pr.* & *cons.* 18. *num.* 44. *lib.* 2. alios pro hac parte allegat Peregr. *cons.* 106. *vol.* 2. *decis.* 74. *num. pr* & *seqq.* & *decis.* 78. *per tot.* Martha *de success. legal. part. pr. quæst.* 5. *art.* 3. *num.* 6. & *seqq. per tot.* Palma *cons.* 14. *per tot.* cum subscriptionibus plurium Auditorum Rotæ Florentinæ, & Advocatorum Florentinorum, atque Lucensium, Carol. Tap. *dec.* 2. *per tot.*

Contrarium tamen esse veriùs concludit Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 9. *per tot.* Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 461. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit. pr. quæst.* 17. *nu.* 48. vide *in §. Statutum excludens num.* 16. & *seqq.* Peregrin. *decis.* 74. *per tot. cum pluribus seqq.* Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 287. *per tot.*, & *part.* 17. *decis.* 212. in eadem causa.

Quòd frater uterinus excludat sororem uterinam juxta primam opinionem, intellige quando statutum habuit rationem solius, & nudæ masculinitatis, secùs autem si habuisset rationem agnationis, quæ in hujusmodi personis considerari non potest, prout in his terminis loquitur Honded. *loc. cit.* & illum sequitur Altograd. *cons.* 62. *num.* 25. *in fine lib.* 2. & ita etiam distinguendo concordat Gratian *disceptat. forens. cap.* 813. *nu.* 9. *et seqq.* Barbos. *de appellat. verb. signific. appell.* 102. *num.* 2. Ger. Spin. *cons.* 101. *per tot.* vide Peregrin. *decis.* 74. & *seqq.* Martha *de success. legal. dict. art.* 3. *num.* 6. & *seqq.* ubi meminit de statuto Florentino, & ostendit hujusmodi statuta fundari in sola masculinitate, & non in agnatione, quæ considerari non potest ubi agitur de successione matris, vel aviæ, & probat textus *in l. pronunciatio* 195. *in fine*, & *l. seq. ff. de verb. signif.* Palma *dict. cons.* 14. *per tot.*

Alia vide *in §. Statutum excludens n.* 16. & *seqq.*

An autem frater uterinus sit saltem in subsidium deficientibus consanguineis admittendus ad successionem feudi paterni juxta Constitutiones Neapolitanas, latè disputat Greg. Ganaver. *decis.* 1. & 2. *per totum*, ubi confutatis contrariis probat subsidiariam vocationem esse divinatoriam, inæqualem, consanguineis iniquam, ac ideò nullatenus admittendam, sed ad fiscum, & Dominum devolui per attractiva initia.

7 Fratres qualiter in concordia, & amore vivere debeant inter se, & quam pessimum sit illorum odium, ac plura exempla moralia, vide per Michalor. *de frat. part.* 3. *cap. pr. per totum.*

De solitis rixis fratrum, & eorum gratia rara, & quod propter tunicam inter filios Jacob exarsit invidia, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 706. *num.* 1. &c. De Luc. *de Credit. disc.* 161. *num.* 4.

Frater tenetur reddere rationem administrationis 8 alteri fratri, licet nulla intercesserit societas, cum sit regulare in omnibus casibus, ut qui administrat, rationem reddere debeat, quamvis uti frater tantùm, & etiam vivente patre administraverit, & non uti tutor, vel curator, & ideò tenetur reddere rationes, & contra eum posset in litem jurari concurrentibus requisitis necessariis pro dicto juramento, de quibus in *§. Juramentum num.* & alibi; intelligendo tamen non de rigorosa, & exquisita rationum redditione, sed de aliquali tantùm, & meliori quam fieri possit, cum teneatur solum de dolo, & culpa; an autem possit prætendere salarium, & alia, vide per Michalor. *d. tract. part.* 3. *cap.* 43. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 760. *num.* 10. &c. ubi videtur tenere quod stante conjunctione sanguinis, longinquitate temporis, & sæpius facta compensatione, vel computatione, sive revisione, censeatur remissa redditio rationum, juxta text. *in l. Procula ff. de prob.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 60. *num.* 5. Montan. *de tut. cap.* 38. *num.* 64. & *cap.* 32. *reg.* 8. *num.* 14. vide *in §. Administrator num.* ubi quando teneatur non reddere rationem, facit *in §. Solutio num.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 482. ubi qualiter dicatur sufficienter reddita ratio ex instrumento divisionis, in quo sit facta rreatio administrationis. De Luc. *de Credit. dis.* 41. *num.* 6.

Quòd pro administratione facta vivente patre nullum consequatur salarium, pro facta verò post mortem patris, possit aliquod salarium prætendere, Menoch. *de arbitr. cas.* 512. *nu.* 9. & Lanfranch. Zacch. *tract. de salar.* & *merced. quæst.* 51. *num.* 19. & *seqq.* ubi etiam quid pro administratione bonorum matris, vel novercæ, vide *in §. Peculium num.* 1. & *§. Salarium num.* 11. ubi alios allegavi pro utraque parte cum suis declarationibus.

An autem hæres, vel fideicommiſſarius teneatur ſolvere uſuras decurſas durante tempore reſtitutionis creditoribus hæreditariis, ſi ipſe hæres gravatus percepit fructus, vide l. deducta §. qui poſt tempus ff. ad Trebell. de cujus intellectu, latè Franch. deciſ. 49. per tot. dixi in §. Fideicommiſſum num. Pratus ex Jaſon. Nat. Maſtrill. ad Petr. Gregor. in obſerv. 32. pratic.

Fructus percepti ex re reſtituenda ante aditam hæreditatem, & vivente ipſo teſtatore, vel etiam pendentes tempore mortis, cum dicantur eſſe de corpore hæreditatis, & illius pars, ſunt omninò cum ipſa hæreditate per hæredem gravatum reſtituendi, ita ut iſti computentur in Trebellianicam etiam filiis primi gradus, Menoch. de arbitr. caſ. 256. num. 5. et ſeqq. gloſſ. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. Cephal. conſ. 358. num. 26. et 27. Honded. conſil. 59. num. 12. lib. pr. Peregr. de fideicommiſſ. art. 10. num. 34. et art. 49. num. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 626. num. pr. ubi plures allegat, Cenſal. ad Peregr. loc. cit. pag. 310. Vide De Luc. de Fideicommiſſ. in Summa num. 352. 22

Intelligendo imputationem quoad fructus diſtractos, vel aliàs in abuſum conſumptos, vel etiam levi culpa peremptos, cum illorum valor juxta tempus mortis teſtatoris imputatur; ſecùs autem in illis, qui ipſorum hæredum indigentiam non ſuperant, & ſic qui in neceſſarium eorum, quos teſtator alere tenebatur, uſum ſunt conſumpti, nam pro rata iſtius conſumptionis, & neceſſitatis, non ſunt reſtituendi, nec imputandi, Peregr. de fideicommiſ. art. 49. num. 5. et num. 7. et art. 10. num. 34. Pontirol. in Reſponſ. pro Mambellis num. 273. et ſeqq. ubi etiam nu. 277. quòd dicti fructus ſuperantes indigentiam, compenſatur pro concurrenti quantitate cum credito hæredis adverſus de-

defunctum, maximè si pretium ex illis redactum versum fuisse constaret in ejus utilitatem, ad tradita per scribentes *in d. §. res quæ, et in l. quartam ff. ad l. Falcid.* Honded. Peregr. Fusar. *loc. cit.*

23 Fructus ab hærede fiduciario, & percepti post aditam hæreditatem, ante tamen conditionis eventum, sunt illius proprii, nec tenetur eos restituere, cùm interim sit dominus hæreditatis, etiamsi fuerit gravatus restituere quidquid ad illum pervenerit, nisi testator illos etiam restitui jusserit, vel nisi appareat dilatam esse restitutionem fideicommissi in gratiam solius fideicommissarii, & similibus casibus, ut per Menoch. *de arbitr. cas.* 256. *nu.* 8. *et seqq. ad* 25. Tusch. *litt. F. concl.* 493. *per tot.* Censal. *loc. cit. vers. sexta fit.*

An autem isti fructus saltem imputentur in Trebellianicam *infra nu.* 25. *etc.* Martha *vot. Pis.* 202. *num.* 13. *etc.* ubi quòd non imputantur quando sumus in hærede gravato post mortem, qui omnes fructus perceptos post aditam hæreditatem suos facit, *infra num.* 26.

24 Fructus percepti per hæredem gravatum post aditam hæreditatem, & conditionis eventum, sunt omninò fideicommissario restituendi, etiamsi fideicommissarius ob propriam absentiam non petierit hæreditatem sibi restitui, & etiamsi non dum facta fuerit restitutio realis, nec verbalis, si dominium ipso jure post conditionis eventum in fideicommissarium transivit, exceptis tamen fructibus perceptis ex Trebellianica, Menoch. *d. cas.* 256. *num.* 25. *& seqq. ad* 32. Surd. *decis.* 25. *per tot. & decis.* 271. ubi quòd pro dictis fructibus non competit hypotheca, adde Paul. Christin. *decis. Belgic.* 78. *num.* 21. *vol.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 2. *num.* 58. *& art.* 49. *n.* 89. *& decis.* 96. *num.* 9. Fusar. *de substit. quæst.* 626. *num.* 59 & Merlin. *decis.* 366. Martha *vot. Pis.* 8. *nu.* 70. *& seqq.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 5. *num.* 2. *& seqq. & decis.* 288. ubi quòd dicti fructus debentur tantùm à die motæ litis juxta veriorem opinionem ex quo semper dicitur bona fide possidere, & ad hoc ut mala fide induatur, requiritur interpellatio, vide supra *num.* 10. Vide Bardellon. *cons.* 25. Hodiern. ad Surd. *loc. cit.* Intrigliol. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 72. *n.* 214. Rauden. *decis. Pisan.* 22.

25 Fructus pendente conditione percepti per filios primi gradus gravatos restituere ad invicem si moriantur sine filiis, vel etiam ad favorem aliorum agnatorum, vel extraneorum, non imputantur in quartas illis debitas, etiamsi ita jusserit testator, ac etiamsi duas quartas, unam scilicet pro legitima, alteram pro Trebellianica detrahant, ac etiamsi vigore statuti majorem portionem loco legitimæ, vel Trebellianicæ consequantur; quod tamen privilegium non competit nepotibus, neque filiis naturalibus, nec quoad fructus, qui loco proprietatis habentur, nec quoad imputationem in creditum, nec quoad supplendam diminutionem rerum hæreditariarum casu aliquo peremptarum, ut de Trebellianica est textus in *l. jubemus* ubi DD. *C. ad Trebell.* de legitima verò *in l. scimus* 26. *§. repletionem Cod. de inoff. test.* ubi scribentes, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 49. *nu.* 39. *& seqq.* Mangil. *de imput. quæst.* 125. Menoch. *de arbitr. cas.* 256. *num.* 32. *& seqq. ad* 49. Seraph. *decis.* 1365. Magon. *decis. Luc.* 85. *num.* 19. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 144. *num.* 3. Crass. *de success. §. Trebellianica quæst.* 11. Gabriel. *com. conclus. tit. ad Trebell. conclus.* 12. Gregor. *decis.* 266. *num.* 6. *ubi Addit. nu.* 14. Altograd. *consil.* 31. *n.* 36. *& seqq lib.* 1. Pontirol. *Respons. pro Mambellis num.* 221. *& seqq. ad* 273. *Cæsenæ impresso de anno* 1645. adde Christin. *decis. Belgic.* 122. *num.* 16. *& seqq. per tot. volum.* 1. *& decis.* 318. *num.* 24. *& volum.* 1. Urceol. *in Append. ad cap.* 6. *sub num.* 43. *in fine* 2. *vol. fol.* 11. Vide De Luc. *de Legitim. disc.* 33. *n.* 24.

Quòd non imputentur in legitimam ultra præcitatos, Franch. *decis.* 522. latè Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 32. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recentior. decis.* 246. *num.* 7. *& seqq. & part.* 16. *decis.* 380. ubi quando imputentur, vel illiquidam, & turbidam reddant. Censal. ad Peregr. *art.* 36. *vers. Sed an.*

Imputaretur tamen ususfructus formalis legatus à testatore, ut per Seraphin. *d. decis.* 1365. *num.* 5. & Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 1. *n.* 5. & Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 86. *nu.* 8. & Sperel. *decis.* 176. *num.* 13.

Fructus percepti per hæredem extraneum gravatum, qui non gaudet supradicto privilegio non imputationis in Trebellianicam, si adhuc extent, illo reluctante, & invito non sunt ei in Trebellianicam imputandi, sed possunt restitui, & Trebellianica de corporibus hæreditariis detrahi, si verò sunt consumpti, tunc omninò ei imputari debent, nisi iste hæres extraneus æquiparetur à statuto filiis primi gradus, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 256. *num.* 50. *& seqq. per tot.* vide supra *num.* 23. 26

Quòd quando sunt consumpti imputatio fiat ex necessitate, ita ut non possit hæres velle illorum æstimationem solvere, & Trebellianicam ex corporibus hæreditariis detrahere, quidquid aliqui senserint, benè probat Altograd. *consil.* 105. *n.* 46. *& lib.* 2. facie Rot. *part.* 16. *recentior. decis.* 380. ubi quando legitima remaneat consumpta ex fructibus perceptis, vel saltem illiquida.

Fructus pendente conditione fideicommissi percepti per hæredem gravatum, regulariter non imputantur in creditum, quòd ipse hæres habebat contra defunctum, (nisi aliter de mente testatoris appareat, vel nisi agatur de quasi debito ex legis dispositione tantùm proveniente) cum hæres præsumatur statim sibi soluisse de bonis hæreditariis & ideò facit fructus suos pro rata, ut dixi in *§. Hæres num.* 35. *& seqq.* 27

Prout nec imputantur in credita cæteris creditoribus, vel legatariis per ipsum hæredem soluta, pro quibus habet retentionem bonorum hæreditariorum, non quidem irrevocabiliter, sicut pro suis propriis, sed tantùm quousque fideicommissarius erogatas pecunias restituat, quas si restituere recusaverit, proportionabilis retentio irrevocabiliter hæredi conceditur, attento valore de tempore factarum solutionum, & in propriis creditis adjudicatio censetur facta pro pretio justo de tempore mortis testatoris, cum tunc statim intret imaginaria solutio, ut eleganter probat videndus Pontirol. *in d. Respons. num.* 446. *& seqq. ad* 463. & latè etiam post eum videndus Urceol. ejus Concivis Consultissimus *consult. forens. cap.* 20. *n.* 1. *& seqq.* ubi refert contrarias opiniones, & distinguit, prout etiam *in Append. ad d. cap.* 20. *in fine* 2. *volum. fol.* 11. facit optimè Cavaler. *decis.* 130. *per tot.* benè probant Marzar. *cons.* 24. *& seqq.* Menoch. *cons.* 183. *num.* 42. & Surd. *consil.* 291. *nu.* 6. *& seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. articul.* 35. *nu.* 10. *& decis. Patavin.* 5. *& 6. decis.* 91. *num.* 23. & Fusar. *de substitut. quæst.* 665. *nu.* 7. & Surd. *decis.* 224. *nu.* 8. Boer. *decis.* 44. *nu.* 20. & Rot. *part.* 1. *divers. decis.* 680. *per tot. & in Romana legitimæ de Columna* 23. *Januarii* 1621. coram Burato in fine, & habetur post Merlin. *tract. de legit. decis.* 9. ubi concordantes vide in *§. Hæres num.* 35. *& seqq.* Rot. *part.* 13. *recentior. decis.* 79. *num.* 10. *&c.*

Fructus percepti per hæredem gravatum post moram in restituendo, imputantur in credita ipsius hæredis, cum talis retentio jus pignoris legalis, non acquisitionis fructuum obtineat; quod est intelligendum quoad credita post aditionem formata, nam alia antea præexistentia, non jure confusionis, sed fictæ, & imaginariæ solutionis præsumuntur extincta, & ideò pro illorum rata fructus non imputantur, sed sunt proprii ipsius hæredis ad quem pro illorum rata spectat dominium rei, ut dixi in *§. Hæres n.* 35. *& seqq.* idem probat Pontirol. *d. Respons. num.* 605. *& 606.* Soccin. jun. *consil.* 120. *num.* 7. *& lib.* 2. Alciat *consil.* 572. Menoch. *consil.* 183. *nu.* 35. Simon. de Præt. *de interpræt. ultim. vol. lib.* 3 *dubit.* 5. *solut.* 4. *num* 21. Surd. *decis.* 224. *num.* 9. *&c.* vide Urceol. *Consult. forens. cap.* 20. Merlin. *decis.* 312. *nu.* 5. *& decis.* 378. *nu.* 3. *&c.* ubi declarat doctrinam Seraphin. *decis.* 1284. & aliorum, idem Merlin. *decis.* 900. *num.* 15. 28

Fructus recompensativi pro pretio soluto debentur à venditore emptori evicto sibi prædio, vel non tradito juxta æquitatem, *l. curabit C. de act. empt.* Burat. *decis.* 240. *n.* 9. *&c.* ubi quod fallit quando fuit promissa tantùm restitutio pecuniarum pro quantitate 29

evi-

evicta, Rot. in Afcentana pecuniaria 13. Martii 1606. coram Decano, vide Ridolphio. in prax. part. 1. cap. 8. n. 278. & seqq. Ludovis. cum Beltramin. decis. 347. Ganaver. decis. 19. per tot. ubi in venditione facte sub hasta, ut debeantur fructus à die soluti pretii, &c. vide De Luc. de Usur. disc. 25. n. 6. & 7. de Cens. disc. 25. nu. 4. & seqq. de Empt. disc. 19. num. 3. de Dot. disc. 124. num. 8. Brunnemann. in dict. l. curabit C. de actionib. empt.

Sicut à contra debentur ab emptore ipsi venditori, qui fundum tradidit sibi non soluto pretio, & pro rata pretii non soluti, vel retenti, etiam ob imminentem evictionem, vel non implementum pactis, cum non sit æquum, ut quis fruatur re, & pretio d. l. curabit C. de act. empt. l. Julianus §. ex vendito ff. eod. Rot. part. 9. recentior. decis. 226. & part. 18. decis. 295. nu. 5. & Magon. decis. Luc. 17. n. 28. Duran. decis. 34. Lodovis. cum Annot. Beltram. decis. 297. & decis. 347. dixi in §. Emptio nu. 4. & in resol. cap. 84. num. 15. & seqq. ubi etiam an debeatur interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, probatis requisitis, de quo Gratian. discept. forens. cap. 524. nu. 8. & num. 59. Merlin. decis. 401. ubi quòd debentur ab emptore etiamsi non sit in mora, & data sibi dilatione cum pacto, ut interim fructus solvantur, Rot. part. 15. recent. decis. 131. ubi quòd talia conventio licèt in Instrumento non expressa potest aliunde ex libris, & conjecturis probari, & est compatibilis cum dilatione data ad solvendum, & part. 16. decis. 275. in eadem causa ubi fuit confirmata prima decisio. Vide Brunnemann. loc. cit. Thesaur. libr. 1. quæst. 88.

Quòd debeantur etiam in transactione, quando fuit renunciatum bonis stabilibus fructiferis, vel aliis effectibus negotiationi expositis, & aviamento apothecarum, si pretium promissum in recompensationem non fuerit solutum maximè si fuerint conventi, & ad rationem quinque pro centanario, Rot. part. 13. recent. decis. 236. ubi fuit corroborata prima decisio, vide in §. Transactio num. 26. De Luc. de Usur. disc. 28. à n. 40. Caprat. dec. 720. Emerix jun. decis. 69. & 70.

Et generaliter quomodo debeantur fructus recompensativi hincindè in materia d. l. curabit, ultra ibi notata communiter per scribentes, vide Gratian. discept. forens. cap. 243. num. 32. & cap. 588. nu. 22. & cap. 524. num. 6. & cap. 939. per tot. Magon. decis. Florent. 143. num. 17. & decis. Luc. 17. num. 28. & Duran. decis. 24. per tot. Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 9. quæst. 1. num. 97. & ad 135. Ludovis. cum Beltramin. decis. 197. & 347. Sperel. decis. 118. & 119. per tot. ubi latissimè in meis resolut. cap. 48. per tot. Lupus de usur. tom. 1. §. 7. Covar. variar. resolut. lib. 3. cap. 4. Fachin. contr. jur. lib. 2. cap. 32. Ciarlin. contr. jur. cap. 57. part. 2. Rot. part. 4. tom. 2. recent. decis. 424. & 453. Tusch. litt. E. conclus. 127. nu. 44. & seqq. & litt. F. conclus. 436. nu. 43. & seqq. Diana part. 3. tract. 5. resol. 114. & part. 4. tract. 4. resolut. 539. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 8. num. 278. & seqq. Paul. Christin. decis. Belgic. 241. per tot. volum. 1. Ricc. Collect. 199. 3003. Rot. part. 17. recent. decis. 161. num. 9. & seqq. ubi etiam si pretium fuerit depositatum, & posteà recuperatum, ac alia ad rem, & decis. 227. num. 8. & seqq. in eadem causa ubi confirmatur præcedens decisio, aliis etiam additis fundamentis, Hermosil. ad leg. Partit. tom. 2. glos. 2. per tot. leg. 28. fol. 555. & Anton. Gob. Consult. 136. per tot. ubi sustinet deberi fructus recompensativos in summa, & quantitate inter partes taxata, & conventa, etiam quòd fructus rei venditæ non correspondeant, latè De Luc loc. cit. & in Indice gener. verb. fructus recompensativi. Urceol. de Transact. quæst. 40. Emerix jun. decis. 69. 70. 863. 1109. 651. 576. & decis. 213. Caprar. dict. decis. 720. à n. 1.

30 Fructus recompensativi non debentur respectu ratæ pretii supplendi, juxta terminos l. 2. C. de rescind. vendit. quidquid ibidem senserit Bald. & Salic. nisi post moram, & litem contestatam, cùm emptor ab initio habeat titulum coloratum, & bonam fidem ad faciendum fructus suos, licet posteà contractus rescindatur, Magon. decis. Flor. 23. nu. 8. Simoncel. de credit. lib. 3. tit. 7. num. 14. quod sequutus sum in resol. cap. 84. num. 19. licèt hodie re vera de hac opinione dubitem, cùm stante ita enormi læsione, non possit bona fides in emptore considerari, sed quia sufficit malam abesse, & interim emptor est verus dominus, ac habet electionem restituendi rem, vel supplendi pretium non recedo à notatis, vide Jo: Bapt. de Luca tract. de Regal. lib. 2. discurs. 30. num. 3. & seqq. qui tenet ut supra cum Franch. decis. 495. & 496. per tot. ubi sequitur Magon. loc. cit. & dixi in §. Remedium n. 35. Paul. Christin. decis. 69. nu. 1. vol. 3. ubi refert contrarias opiniones, & concludit non deberi, idem firmat Sanfelic. decis. 125. limitando in minore in integrum restituto, & etiam in majore post litem contestatam, ut supra, & Urceol. tract. de transact. quæst. 89. num. 57. Late Add. ad De Franch. loc. cit.

Qualiter dispositio l. curabit C. de act. empt. locum habeat etiam in rebus mobilibus fructiferis, veluti animalibus venditis, ita ut pretio non soluto debeantur fructus recompensativi, Leotard. de usur. qu. 31. num. 9. Sicut etiam in negotio, & aviamento negotii, Rot. part. 15. recent. decis. 131. per tot. infra num. 33. in fine. Caprar. decis. 720. Emerix jun. decis. 69. & 70.

Animalia enim maximum fructum reddere solent, Rot. par. 16. decis. 189. Quòd ex solis mercibus, vel earum pretio non debeantur fructus, nisi sint ad usum tabernæ, vel apothecæ, vel ratione lucri cessantis cum debitis requisitis, Rot. part. 17. recentior. decis. 238. num. 6. & seqq. & decis. 368. in eadem causa, ubi fuit revocata prima decisio, & resolutum, fructus deberi de mercibus venditis ad usum negotii, vel tabernæ, juxta taxationem inter contrahentes maximè mercatores factam ad quatuor, vel quinque pro centenario, sine ullis requisitis Castrensis, sed ex pluribus aliis rationibus ibidem doctè perpensis, De Luc. de usur. disc. 15. num. 3. disc. 16. num. 2. disc. 42. num. 2.

Fructus recompensativi non debentur quando fuit data dilatio ad solvendum pretium, licèt fuerint taxati, & conventi, maximè si sit translatum dominium in emptorem, de quo pulchre Gratian. discept. forens. cap. 911. num. 1. & seqq. ubi etiam docet cautelam, ut recipi possit, quòd venditor sibi reservet dominium donec sibi solvatur pretium, vel locet rem venditam emptori pro certa pensione donec pretium solvatur, Magon. decis. Flor. 29. num. 15. & idem Gratian. cap. 226. n. 9. & seqq. Sperel. decis. 518. num. 19. & seqq. & decis. 519. per tot. ubi post relatas plures opiniones, sustinet dictum pactum valere, vide Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 9. quæst. 1. nu. 508. & seqq. Urceol. Consult. forens. cap. 5. num. 88. & seqq. Ricc. Collect. 3003. ubi quòd non debentur data ab initio certa dilatione, ac idem firmat Beltramin. ad Ludovis. decis. 224. num. 32. & decis. 297. n. 10. Fagund. de just. & contract. lib. 5. cap. 9. per tot. ubi quòd valet dictum pactum, & vigore illius debentur fructus venditori, cessante autem pacto, ac durante dicta dilatione spectant ad emptorem, nec potest venditor quidquam recipere nisi actione damni emergentis, vel lucri cessantis ex mora emptoris, & alia plura ad rem, idem Fagund. dict. lib. 5. cap. 46. per tot. vide De Luc. de Usur. disc. 16. & 56. Brunnemann. in dict. l. curabit Emerix jun. decis. 69. decis. 863. n. 1. 31

Sed secluso damno emergente, & lucro cessante, pactum esse iniquum, & usurarium firmat Gibalin. tract. de usur. lib. 2. cap. 5. art. 5. num. 23. & lib. 3. cap. 8. art. 9. & tract. de univers. negot. tom. 2. lib. 4. Consect. 2. num. 8.

Quòd valeat dictum pactum, sustinent etiam alii plures ad tradita per Fachin. controvers. lib. 2. cap. 31. Paul. Christin. decis. Belgic. 241. n. 2. & seqq. volum. 1. Merlin. decis. 402. num. 2. &c. ubi etiam quòd possint ab initio taxari.

An dicti fructus recompensativi censeantur remissi recepta sorte principali, vel possint postea per se separatim peti, vide Honded. cons. 30. num. 51. & seqq. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 455. Beltramin. ad Ludovis. decis. 39. in fine, ubi tenet non censeri remis-

missos, licèt dicat dubium in Rota pendere, facit, quòd dixi in §. Interesse num. 30. & dubium ut supra fuit resolutum teste eodem Beltramin. ad Ludovis. decis. 157. in fine. De Luc. de Dot. disc. 161. nu. 30. disc. 116. num. 9.

An debeantur in taeita evictione sibi ipsi facta ab emptore propter mutationem tituli, & possessionis ex nova causa superveniente, vide Magon. decis. Flor. 48. num. 7. &c. dixi in §. Emptio num.

Quòd non debeantur stante nullitate subhastationis; nec ubi cessat bona fides, quia tunc cessat æquitas, ne detur materia percipiendi fructus ex actu nullo, vide Rot. penes Post. de subhastat. decis. 8. nu. 3. &c. in meis resolut. cap. 98. num. 30. & seqq. per tot. & cap. 84. num. 22. & dixi supra num. 9. Hodiern. ad Surd. decis. 45. Barz. decis. 76. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. à n. 792. tom. 4. rubr. 5. quæst. 44. n. 7. tom. 1.

Quòd dispositio l. curabit C. de act. empt. procedat solum favore venditoris, vel emptoris ut supra, non autem favore simplicis creditoris, Rot. part. 11. recent. decis. 330. num. 31. & part. 12. decis. 129. num. 92. & decis. 423. per tot. ubi de creditore ex causa mutui cum pacto, ut sibi non facta solutione tempore convento res aliqua ei intelligantur vendita juxta æstimationem faciendam, quæ si non fuerit facta non potest prætendere fructus, licet pretium solverit, infra num. 36. & in §. Pactum n. 9. De Luc. de Usur. disc. 94. num. 4. & 5. De Regal. disc. 17. num. 3. de Empt. disc. 38. num. 6.

Facta tamen dicta æstimatione deberi fructus recompensativos, resolvit Rot. in eadem causa recedendo ab antea decisis part. 13. recentior. decis. 238. per tot. vide in §. Contractus num. 49. Rot. part. 14. recentior. 286. & decis. 420. ubi quòd non debentur mutuanti ex re cum pecunia sua empta cum mutuando transtulerit dominium pecuniæ, & decis. 526. nu. 16. & seqq. dict. part. 14.

32 Fructus prædicti recompensativi juxta terminos d. l. curabit, debentur tantùm habito respectu ad perceptos, & non ad eos qui percipi potuissent, nisi constet de dolo manifesto, ac ideò indigent liquidatione, à qua licet essemus in executivis datur appellatio, Gratian. discep. forens. cap. 716. nu. 1. & seqq. cap. 911. num. 11. & cap. 241. num. 50. cap. 939. nu. 24. & cap. 588. num. 20. ubi quòd potest judex ex officio taxare hujusmodi fructus ad rationem quinque, vel sex pro centenario, vide Straiban. de Interesse lib. 2. tit. 9. quæst. 1. num. 91. & seqq. Sperel. decis. 318. num. 5. & seqq. & nu. 59. per tot. Fontanel. decis. 92. num. 25. Cavaler. decis. 98. num. 3. Mangil. de evict. quæst. 548. num. 17 Leotard. de usur. quæst. 27. Seraphin. decis. 480. num. 4. Beltramin. ad Ludovis. decis. 297. nu. 11. ubi an debeantur pro rata temporis, quo curantur, & crescunt, & decis. 347. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 226. num. 5. ubi quòd alio non probato taxantur ad rationem quinque pro centenario juxta dispositionem juris, & concordantes DD. allegat & rursus Rot. dict. part. 9. decis. 455. nu 10. & part. 10. decis. 330. num. 9. & part. 12. decis. 141. num. 7. &c. ubi quòd taxantur ad quinque, nisi in majori quantitate fuisse perceptos probetur, & dict. part. 12. decis. 196. num. 32. &c. ubi quòd debent juxta veritatem liquidari, non juxta opinionem, & taxam legalem, & part. 15. decis. 2. n. 17. ubi quòd legalis præsumptio cessat quando probatur majores fructus ex bonis percipi. Vide Brunnemann. in dict. l. curabit.

Quòd possint ab initio à partibus taxari, etiam ad rationem septem pro centenario, & juxta consuetudinem, vel regionis morem, dummodò non in fraudem usurarum, Gratian. discept. for. c. 864. n. 17. & cap. 387. n. 14. Magon. dec. Luc. 17. n. 36. ubi quod possunt exigi ad rationem 7. 8. vel etiam 10. pro centenario secundùm morem regionis, Bich. dec. 552. n. 19. & seqq. vide in §. Interesse nu. & in meis resol. cap. 84. n. 30. ubi quòd possunt ab initio per partes, vel postcà officio judicis taxari, dummòdò in genere constet de vero interesse, & res sit de sui natura fructifera, ac commensurentur ad fructus perceptos, & quando non fuerunt taxati, neque conventi indigent liquidatione ut supra, adde Sanfelic. dec. 124. n. 9. & seqq. Bich. dec. 511. n. 4. ubi quòd promissio non est exequibilis antequam aliundè quam ex partium assertione probetur totidem fructus esse perceptos, quia fructus recompensativi non possunt excedere, quos res ipsa ferebat, sed vide eumdem Bich. decis. 552. num. 9. & seqq. Rot. part. 17. recentior. decis. 117. n. 11. & per tot. ubi sustinetur taxatio per modum transactionis cujusdam super dubio litis eventu ad tollendam probationis difficultatem, & saltem quousque contrarium probetur est attendenda. Scacc. de Camb. §. pr. qu. 7. part. 2. ampliat. 8. n. 35. Caprar. decis. 720. n. 7. part. 2.

Et quòd taxatio ad rationem certi numeri pro centenario non permittatur ab initio si excedat fructus, secùs autem si sit minor, vel æquivalens fructibus, Rot. part. 2. divers. decis. 71. n. 4. &c. vide in §. Interesse n. Sanfelic. d. decis. 124. Vide Rot. coram Emerix jun. decis. 863. sub n. 2.

In dubio tamen standum est taxationi, & confessioni partium.

Quòd in jurisdictionalibus in Statu Ecclesiastico taxentur fructus ad duo cum dimidio, in Regno verò Neapolitano ad quatuor pro centenario, Rot. part. 17. recent. decis. 161. n. 16. & 17. & decis. 149. n. 4. ubi de Statu Ecclesiastico, ut supra. Vide Rot. coram Caprar. d. decis. 720. à n. 2. & 6. part. 2.

Quinam sint fructus jurisdictionis, Perег. tract. variar. lib. 1. tit. de jurisdict. n. 119. etc.

Quòd quis non possit excusari à dictis fructibus sub prætextu depositi facti, quando depositum non fuit factum auctoritate judicis, vel non fuit integrum, vel non fuit liberum, & purum, ita ut posset creditor ad libitum illud exigere, & alia, Rot. part. 9. recent. decis. 462. nu. 7. De Luc. de Usur. disc. 22. et 27.

An autem debeantur si possessor voluntarie, vel coactè rem dimiserit, vel retrovendiderit in præjudicium cessionarii, vel delegatarii, cui dicti fructus essent assignati, pulchrè Bich. decis. 351. n. 3. 9. et seqq.

Fructus recompensativi in terminis d. l. curabit, 33
non debentur quando non fuerunt percepti, nec percipi potuerunt ex natura rei sterilis, vel infructiferæ, cum tunc omninò cesset æquitas imò iniquum reputetur velle usuras exigere ab eo, qui fructus non potuit percipere, Natt. cons. 494. Cagnol. in d. l. curabit n. 48. Surd. cons. 101. n. 22. lib. 1. Socc. cons. 109. & consil. 132. lib. pr. Benintend. decis. 29. n. 6. Gratian. discept. for. cap. 241. n. 50. cap. 911. n. 11. & cap. 939. n. 24. & 26. Tuch. litt. F. conclus. 486. n. 60. Ricc. Collect. 3003. Sanfelic. dec. 124. nu. 9. Beltramin. ad Ludovis. dec. 197. n. 11. & dec. 347. Viv. comm. opin. 253. Straiban. de Interess. lib. 2. tit. 9. quæst. 1. n. 10. & seqq. Covar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 31. Paul. Christin. dec. Belg. 241. n. 11. vol. 1. Gaspar. Manz. decis. Palatin. quæst. 6. n. 6. &c. ubi idem est in re de sui natura fructifera, si postea sterilis efficiatur (quod ego intelligo sine culpa possessoris) Sperel. dec. 118. n. 67. & seqq. Urceol. consult. forens. cap. 15. n. 46. & seqq. & in Append. n. 49. vol. 2. dixi in resolut. cap. 84. n. 24. 27. & 32. ubi in terminis emptoris domus inhabitabilis, & non locabilis, ut non teneatur ad fructus recompensativos, pro pretio in manibus retento, donec sibi caveretur de evictione imminente, ex eo quod tamquam de re sterili, & infructuosa nullos fructus perceperit, nec percipere potuerit, de quo tamen vide Straiban. Urceol. Sperel. & alios supracitatos, ubi quando ratione solius usus, vel oblectamenti debeantur, facit quod dixi supra n. 7. in fine, Molin. de Contract. disp. 368. n. 12.

Debentur tamen fructus recompensativi ex venditione negotii propter aviamentum, quod est considerabile ad perceptionem fructuum, ac etiam data dilatione ad solvendum, stante conventione illorum, Rot. part. 15. recent. decis. 131. n. 1. & part. 16. dec. 275. in eadem causa, ubi fuit confirmata prima decisio, & resolutum deberi dictos fructus, etiam pro pecunia ad satisficandum destinata, licet tra-

traſico non ſequuto ex facto, & culpa debitoris, quia ſufficit ut taberna in actu primo fuerit apta producere fructus, exemplo fundi, vel alterius rei fructiferæ, pro qua debentur fructus, quamvis ex facto debitoris non fuerint percepti, vide ſupra *n.* 30. *in fine*. Emeria jun. *dict. decis.* 69. *& decis.* 70. Cap-rar. *d. decis.* 720.

34 Fructus pendentes tempore mortis feudatarii, emphyteutæ emptoris ad vitam, vel cum pacto retrovendendi ſequuto retractu, & in ſimilibus caſibus, qualiter dividantur pro rata temporis inter hæredes deficientis, & dominum, vel agnatos, quibus res devolvitur, cùm dicantur percipi non ſolum tempore recollectionis, ſed toto tempore, quo curantur, & creſcunt, vide text. *in §. bis conſequens c.* 1. *verſ. bic finit. lex in Uſib. feud. l. divortio*, ubi Caſtr. & alii *ff. ſolut. matrim.* Fachin. *controv. jur. lib.* 7. *cap.* 96. Gratian. *diſcept. for. cap.* 471. *&* 810. *per tot.* ubi hanc partem tuetur ab objectis Ludoviſ. *deciſ.* 347. *n.* 6. Coſt. *de ratione rat. quæſt.* 36. *&* 114. *per tot.* Franch. *deciſ.* 19. *&* 573. Cavalc. *de uſufruct. n.* 245. ubi quomodo poſſit ad praxim reduci hujuſmodi diviſio ratæ temporis inſpecta natura fructuum, qui quandoque minore, quandoque majore temporis ſpatio quàm anni percipiuntur, ut etiam dixi in *§. Emphyteuſis nu.* Roſent. l. *de feud. c.* 10. *concluſ.* 42. *n.* 62. Tiraquel. *de retract. convent. §.* 5. *gloſ.* 4. *n.* 2. *& ſeqq.* Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 11. per Petr. Giudelin. *de fund. part.* 5. *cap.* 5. *n.* 5. Ricc. *Collect.* 5. Gizzatel. & Addent. *deciſ.* 33. Pacif. de Salvian. *inſpect.* 4. *cap.* 1. *n.* 577. *& ſeqq.* & ita judicatum memini Imolæ de anno 1652 ut dixi in meis *reſolut. cap.* 13. *n.* 1. *et ſeqq. et num.* 33. *infra n.* 37. Carol. Tap. *deciſ.* 45. late Add. ad De Franch. *loc. cit.* & De Luc. *in Indic. general. verb. fruct. feud.* Vide Hartman. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 43. Pen. & Creſcin. *dec.* 311.

Contrarium tamen (quidquid ſit in feudo, & aliis caſibus ſimilibus) tunc temporis exiſtimabam, & adhuc exiſtimo verius, quod fructus pendentes rei emphyteuticæ ad dominum devolutæ, ut ſcilicet ad illum in totum pertineant, nulla facta diviſione pro rata temporis cum hæredibus defuncti emphyteutæ, quia per dictam devolutionem dominium utile conſolidatur cum directo, & quod duplex erat efficitur unum, & plenum, cujus ratione fructus ſequuntur dominium, dicuntur pars fundi, ac ſolo cedunt, ſicut ædificium, & planta, & corpis eſſet pars, quæ ſuo non conveniter univerſo, ut probavi in *d. reſol. cap.* 13. *n.* 7. *& ſeqq.* & in ſpec e firmant Munoa. *de ratiocin. comput.* 20. *n.* 28. Bald. *in cap.* 1. *§. bis conſequens num.* 1. *verſ. item ſi dixiſſet tit. bic finit. lex. in Uſib. feud.* Ludovic. Molin. *de Majorit. & tribut. tract.* 2. *diſput.* 635. *de Primogen. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 7. Caldas *de renovat. emphyt. quæſt.* 10. *num.* 1. Alex. *in leg. divortio n.* 4. *ff. de ſolut. matrimon.* Jaſ. *in l.* 2. *C. de jur. emphyt. n.* 17. Honded. *conſil.* 85. *n.* 2. *lib.* 2. Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. ampliat.* 37. & ſequitur de magis communi opinione atteſtans Fulgin. *poſtea viſus de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt.* 33. *nu.* 10. *fol. mihi* 76. ubi quod text. *in dict. cap.* 1. *§. bis conſequens in Uſib. feud.* loquens de feudo, non procedit in emphyteuſi, quæ potius in hoc regulari debet juxta naturam uſusfructus, in quo fructus pendentes, etiam maturi, ſi non ſint in horreo reconditi, vel ſaltem à ſolo ſeparati, pertinent ad dominum, cum etiam non ſemper procedat argumentum à feudo ad emphyteuſim, ut dixi *in citat. cap.* 13. *n.* 23. *& ſeqq. per tot.* nec obſtat dicta res judicata, quæ non poteſt facere exemplum, & ab ea fuit appellatum, & cauſa per concordiam terminata, ut dixi ibidem in fine, vide in *§. Uſusfructus n.* 25.

Eſſent tamen ſaltem reficiendæ expenſæ, ut videtur concludere idem Fulgin. *dict. tract. tit. de meliorat. quæſt.* 1. *n.* 13. *fol. mihi* 160. ubi plures allegat, & dixi in *dict. cap.* 13. *n.* 31. *&* 32.

An autem ſi emphyteuta propriis manibus coluerit fundum, poſſint illius hæredes prætendere partem colonicam, videtur negare Fulgin. *loc. cit. d. nu.* 13. facit quod dixi *infra n. ſeqq.*

Ad quem autem ſpectent fructus feudi, an ad dominum, vel ad hæredes vaſſalli defuncti, Tuſch. *litt. F. concluſ.* 494. De Luc. *de Feud. diſc.* 58. *n.* 4. *in annot.* Hartman. Piſtor. *loc. cit.*

Et in actione commiſſi quando, & à quo tempore adjudicari debeant fructus domino directo, vide Grivel. *dec.* 58. Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 321. *vol.* 1.

Fructus pendentes cùm pars fundi dicantur, vendito fundo, cedunt lucro emptoris, quamvis de illis nihil dictum fuerit, excepta tamen parte colonica, quæ colono reſervata cenſetur, niſi venditor colonum partiarium non haberet, ſed eſſet ruſticus, & fundum ſui manibus coluiſſet, quia tunc etiam pars colonica ad emptorem ſpectaret, niſi ſit excepta, & reſervata venditori, *gloſ. in l. Julianus §. ſi fructus ff. de act. empt.* Jaſ. *in l. cum filio fam. numer.* 180. *ff. ad l.* 1. Rom. *conſ.* 309. pulchrè Theſ. *dec.* 55. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3610. Franch. *deciſ.* 334. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 43. Gratian. *deciſ.* 176. *in Addit.* Surd. *dec.* 294. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 49. *n.* 92. Gibalin. *de univerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *conſect.* 2. *fol.* 122. Fagundez. *de juſt. & contract. lib.* 5. *cap.* 8. *per tot. & cap.* 46. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 495. *per tot.* Dian. *reſolut. moral. part.* 11. *tract.* 7. *reſolut.* 33. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *nu.* 74. *& ſeqq.* Rot. in ſelectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 187. ubi quòd ſpectant ad emptorem, & venditor tenetur relevare colonum, ſive partiarium, ſive nummis conductorem, ac ipſum emptorem pro expenſis in illis habendis factis, quatenus malè emptor de tempore contractus fuerit locationis ignarus, aliàs ſecùs ſi ſcientia probetur ex adductis ibidem *n.* 4. ſequitur Pacion. *de locat. c.* 61. *n.* 295. Gillos *De Fruct. diſp.* 27. *art.* 1. Paſchal. *de Patr. Poteſt. part.* 4 *cap.* 6. *nu.* 27. Manent. *dec.* 34 *num.* 32. *&* 36. Cacher. *deciſ.* 82. Hodiern. ad Surd. *dec. cit. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 627. *& n.* 552. *& n.* 669. *tom.* 4. 35

Ubi de fructibus pendentibus qualiter cedant lucro emptoris, Hermoſil. *ad leg. partit. tom.* 2. *gloſ.* 2. *n. pr. & ſeqq. leg.* 28. *fol.* 555. Conciol. cum Romaguer. *ad Stat. Eugub. Rub.* 50. *num.* 8. *& ſeqq.* Ant. Gob. *Conſult.* 22. ubi in pacto de retrovendendo. Cald *de Empt. cap.* 22. Faria ad Covar. *libr. pr. cap.* 15. Ayllon. ad Gom. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. Molfeſ. *ſup. conſuet. Neap. tom.* 3. *tit. de contrab. empt. quæſt.* 53.

Qualiter fructus dicantur pars rei, & augeant proprietatem, vel non, Card. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 487. *per tot.* Gall. *loc. cit. diſp.* 2. *art.* 3. *n.* 3. *diſp.* 15. *art.* 1. *n.* 5.

Quòd emptor prædii ſeminati à colono partiario acquirat fructus à ſolo non ſeparatos, Martha *vot. Piſ.* 139. facit quòd dixi in *§. Emptor n.* 42.

Quòd dicti fructus pendentes, ſive maturi, ſive immaturi ſpectant ad emptorem, intellige niſi tempore venditionis plenè, & omninò maturi eſſent, ac ſtatim recolligendi, & jam venditor paraſſet ſe ad collectionem, vel manum appoſuiſſet ſciente emptore, quia tunc ſpectarent ad venditorem, dummodò emptor pluris non emiſſet, rationem inſtantium fructuum, & ſic rem hanc ex pretio dignoſcendam, tradit idem Theſ. *dict. dec.* 55. *n.* 6. & dixi in meis *reſolut. cap.* 13. *n.* 14. *&* 15. *infra verſ. Et quod in omnem*, Ridolphin. *d. cap.* 13. *nu.* 78. *& ſeqq.*

Item quòd ſpectent ad emptorem, intellige de illis fructibus, qui ſemel in anno colliguntur, nam eorum, qui ſingulis diebus percipiuntur, ut ſunt penſiones domorum, fit diviſio pro rata temporis inter venditorem, & emptorem, Franch. *deciſ.* 79. *per tot. facit infra n. ſeqq.* vide Peregrin. *deciſ.* 83. Oinot. *in §. Actionum n.* 30. *& ſeqq. Inſtit. de act.* Coſta *tract. de ratione ratæ qu.* 129. *per tot.* Tuſch. *dict. concluſ.* 495. *n.* 35. *& ſeqq.* ubi quid in affictibus, & ſimilibus, Dian. *d. reſol.* 33. *verſ. ſequitur tertio, & per tot.* ubi limitat niſi venditor ſit fiſcus, quia tunc tota penſio cedit emptori, quia tenetur habere ratam locationem, quod non eſt in privato, ſequitur Pacion. *loc. infra cit. nu.* 60. *& ſeqq.* vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Et quòd in omnem caſum colonus repetat expen-

sas à domino, qui alienavit non reservato jure coloni, neque fructus spectent ad emptorem, sive creditorem, quando non fuerunt comprehensi in æstimatione, Surd. *decis.* 494. *per tot.* vide supra *vers. Quod dicti fructus*, Tusch. *d. conclus.* 495. *n.* 17. *&c.*

Quid autem si agatur de re locata venditis, an tunc affictus, & pensiones debeantur emptori, vel venditori, qui locavit, latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 36. *n.* 50. *& seqq.* ubi (seclusis pactis) concludit attendendum esse, an fructus fuerint percepti, vel non, in totum, vel pro rata, & ita etiam affictus spectare ad venditorem, vel ad emptorem, in totum, vel pro rata juxta prædicta, non attento an cesserit, vel non dies solutionis ad instar pensionum Ecclesiasticarum, ut dixi in §. *Pensio*.

An autem fructus pendentes tempore locationis spectent ad conductorem, vel ad locatorem, & possint à creditore ipsius locatoris jure pignoris capi, & sequestrari, & alia ad rem, Grivel. *dec.* 51. *per tot. infra n.* 40.

36 Fructus in venditione conditionali orti, & maturi ante purificatam conditionem, & sic illa pendente spectant ad venditorem, nisi sibi fuisset solutum pretium ab emptore, quia tunc ne venditor fruatur re, & pretio spectent ad emptorem, vel nisi ab initio sit facta vera traditio, ex qua sit translatum dominium cùm fructus sequantur dominum, sicut ex multis probat Aliogr. *cons.* 13. n. 10. *& seqq. per tot. lib.* 1. ubi etiam *n.* 22. quòd fructus pendentes tempore existentis conditionis tamquam pars rei spectant ad emptorem, vide Rot. *part.* 12. *recent. in Append. dec.* 423. *per tot.* ubi quòd non purificata conditione spectant ad venditorem, qui nec tenetur ad recompensativos, licèt pretium etiam habuerit, & quare, vide supra *n.* 31. in *fine*, *& in* §. *Pactum n.* 9. vide De Luc. ad De Franch. *dec.* 79. *n.* 4.

Quòd licèt pendente conditione fructus pertineant ad venditorem, tamen illa posteà purificata, sint restituendi ipsi emptori, quia conditio retrotrahitur, & ad summum emptor teneatur ad interesse recompensativum pro rata temporis, quo pretium non solvit, vide Ger. Spin. *cons.* 32. *n.* 25. *& seqq.* Tusch. *litt. F. concl.* 486 *n.* 21. *& seqq.* vide Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 33. *per tot.*

Et quòd fructus pendentes tempore venditionis perfectæ ea perfectione ut amplius pœnitentiæ locus non sit, etiamsi non sit sequuta traditio, neque pretium solutum, pertineant ad emptorem, eique sint restituendi quatenus fuissent à venditore percepti, etiam pendente conditione, si postea extiterint, & emptor teneatur solummodò ad interesse recompensativum pro rata temporis, quo distulit solvere pretium, idem Ger. Spin. *d. cons.* 32. *per tot.* ubi loquitur in venditione facta per subhastationem, quam tenet esse perfectam à die oblationis factæ, & ex tunc deberi fructus pendentes ipsi oblatori, & emptori, ac ita fuisse judicatum testatur, &c. vide Dian. & quos allegat, *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 33. *per tot.* ubi infert contrarias opiniones, quando non fuit solutum pretium ad quem spectent dicti fructus, Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 7. *art.* 1. *n.* 17. ubi in terminis subhastationis tenet quòd oblator non lucretur fructus antè solutionem pretii, cùm adhuc non sit dominus.

37 Fructus pendentes tempore retractus, & sic in venditione necessaria, & coacta, non cedunt lucro emptoris, sed pro rata temporis dividuntur inter eum, & venditorem, juxta *l. divortio*, *ff. solut. matrimon.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. 5. *gloss.* 4. *n.* 9. Thes. *decis.* 56. *per tot.* cum aliis citatis supra n. 34. & latè Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 163. Coll*n* *de ratinn. ratæ quæst.* 36. *per tot.* Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *dec.* 334. *nu.* 5. *& ad* Gratian. *decis.* 176. *n.* 1. Amend. ad De Franch. *dec.* 79. *n.* 10. Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 396. *&* 397. *tom.* 4.

Intellige tamen quando retrovenditio sit pro eodem pretio, secùs si pro alio pretio currenti declarando arbitrio boni viri, tunc enim æstimantur cum ipso fundo, & cedunt lucro redimentis, Gratian. *decis.* 176. *per tot.* facit Paul. Christin. *ad l. Municip. tit.* 11. *art.* 24. ubi videtur indistinctè concludere quòd fructus pendentes spectent ad retrahentem, & citat Jas. in §. *actionum num.* 140. *Instit. de act.* Alex. *consil.* 73. *lib.* 1. *& consil.* 134. *lib.* 4. & alios. Sed idem Christin. *d. tit.* 11. *art.* 29. *n.* 8. *&c.* concludit esse dividendos ad tradita per Tiraquel. & Thes. *loc. cit.* quos vide cum aliis allegatis Antonell. *de tempor. legal. libr.* 1. *c.* 48. *n.* 8.

Fructus beneficiorum à solo separati, etiam recollecti non tamen exacti, spectant ad successorem in beneficio, & non ad hæredes defuncti beneficiati, nisi probetur consuetudo, quòd Clerici possint de illis testari, nam tunc spectarent ad hæredes prædictos, & veniunt appellatione omnium bonorum, Duran. *dec.* 304. *per tot.* vide Tusch. *litt. F. concl.* 515. *& seqq.* Dian. *part.* 10. *tractat.* 15. *resol.* 10. *per tot.* ubi refert contrarias opiniones, & alibi, ut dixi in §. *Clerici n.* 40. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 295. *volum.* 1. *& decis.* 76. *&* 77. *volum.* 5. Rot. *part.* 17. *recentior. decis.* 157. *n.* 2. *&c.* ubi quòd fructus beneficii inexacti spectant ad successorem, non ad hæredem, nisi adsit consuetudo in contrarium, prout adest generaliter in Regnis Hispaniarum, cujus vigore dicti fructus inexacti spectant ad hæredes defuncti, & non ad successorem in beneficio De Luc. *de Benef. disc.* 100. *& supr. disc.* 81. *& seqq.* 38

Quod circumscripta consuetudine, de jure dividi debeant inter hæredes defuncti, & modernum Rectorem pro rata temporis, juxta *l. divortio*, *ff. solut. matrimon.* ex multis refert idem Duran. *dec.* 448. *n.* 22. vide Franch. *decis.* 79. *n.* 4. Cavaler. *dec* 104. *per tot.* Calvin. *de æquit. lib.* 7. *cap.* 164. *per tot.* Barbos. *de potest. Episcop. tom.* 3. *allegat.* 117. *n.* 6. & Costa *rem. jurid.* 10. *illat.* 8. latè Pacif. de Salvian. *inspect.* 4. *cap. pr. num.* 191. *& seqq.* dixi in *resolut. cap.* 13. *nu.* 29. *& seqq.* ubi etiam quòd successor non tenetur restituere semina projecta hæredibus antecessoris cùm semen in fundum dejectum illius pars efficiatur, & an Antecessoris hæredes, vel Camera perceptis fructibus teneantur relinquere semina pro anno sequenti, ad tradita per Michalor. *de fratr. p.* 2. *cap.* 55. *num.* 7. *& seqq.*

Plura de fructibus beneficiorum vacantium per obitum, vel alio modo ad quem spectent, Rot. *Collect.* 657. 1327. *&* 1749. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 153. *per tot.* ubi de Consuetudine in Regnis Hispaniarum. Et de consuetudine Mediolani transmittendi fructus ad hæredes, Rot. *part.* 6. *recent. dec.* 19. *n.* 12. & apud Merlin. *dec.* 503. Rot. *p.* 16. *decis.* 85.

Quòd fructus civiles, prout census, pensiones domorum responsiones, & similes, quorum dies solutionis nondum venerat tempore resignationis beneficii, spectent in totum ad successorem, & resignatarium tamquàm fructus pendentes, nulla ex illis reservata rata resignanti pro tempore, quo onera Ecclesiæ sustinuit; fructus verò naturales, & industriales à solo separati de tempore resignationis spectent ad resignantem, etiamsi fuissent locati, & dies solutionis affictus nondum venisset, quia de hujusmodi affictu debito ratione fructuum idem judicatur, quod de fructibus, quorum loco subrogatur, & sic in hoc considératur potius tempus perceptionis fructuum, quàm dies solutionis, Covar. *var. resol. lib. pr. cap.* 15. Put. *dec.* 14. *lib.* 3. cum aliis per Cavaler. *dec.* 104. *per tot.* quem sequitur Sperel. *dec.* 82. *nu.* 27. *&c.* vide in §. *Emphyteusis num.* 58. *in fine*, *&* §. *Pensio n.* Tusch. *litt. F. concl.* 515. 516. 517. *&* 518. *per tot.* Peregrin. *dec.* 40. *nu.* 2. *&c.* dixi etiam in §. *Resignatio num.* 14.

De hac materia, an scilicet affictus non exacti ratione fructuum naturalium, vel civilium cedant commodo hæredum Prædecessoris, vel successoris in beneficio, sive maturati fuerint in vita Prædecessoris, sive post illius mortem. Latè Sperel. *d. dec.* 82. *per tot.* ubi benè probat distinguendo inter jus commune, Constitutionem septimam Julii Papæ III. & ejusdem declarationem prout in Bullario novo *tom.* 1. *fol.* 697. *&* 698. Constitutionem Pii IV. aliasque Sum. Pontif. Constitutiones, omnes dictos fructus, sive affictus inexactos spectare ad Cameram Apostolicam, quæ venit exclusivè ad dictos hæredes, & successorem, nisi

ta-

tamen Prædeceſſor ſe compoſuerit cum Camera prædicta, tam tunc illius hæredes uti ceſſionarii Cameræ haberent dictos fructus inexactos; fructus verò merè civiles provenientes ex re de ſui natura non fructifera, qui dicuntur quotidiè currere, & deberi, eſſe pro rata temporis dividendos inter dictos hæredes, & ſucceſſorem, ut ibi per eum, quem conſulas, Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. 5. per tot. fol. 332. & tit. de laudem. quæſt. 28. per tot. fol. 393.* Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 2.* Honded. *conſ. 85. per tot. lib. 2.* Ludoviſ. *deciſ. Peruſ. 33.* Navar. *de ſpol. Cler. §. 6. nu. 6. & 7. in fine*, Redoan. *de ſpol. quæſt. 5. num 5. & ſeqq.* Seraph. *dec. 594.* Zerol. *in Prax. part. pr. verb. beneficium quæſt. 6.* Quarant. *in ſum. Bullar. verb. Spolia*, Martha *vot. Piſ. 180. num. 2. & ſeqq. per tot. & vot. 214. per tot.* Bellet. *diſquiſit. Cler. tit. de bon. Cler. §. 15. num. 12.* & vide Conſtitutionem Urbani VIII. quæ eſt 80. *in ordine in 4. tom. Bullar. fol. 394.* de qua ſuccinctè referendo ejus tenorem, meminit Spercl. *d. dec. 82. in fine*, adde Tuſch. *litt. F. concluſ. 515. cum pluribus ſeqq.* Paul Chriſtin. *dec. Belg. 295. per tot. vol. pr. & dec. 76. nu. 38. & ſeqq. & deciſ. 77. per tot. vol. 5.* Merlin. *dec. 503. per tot.* ubi de decimis quando tranſeant ad hæredes Prælati defuncti pro tempore, quo vixit, vide in §. *Decima nu. 4. & §. Gratia n. 10.* facit latè Pacion. *de locat. & conduct. cap. 36. nu. 49. & ſeqq. per tot.* vide De L c. *loc. cit. & in Indice generali verb. fructus beneficii.* Emerix jun. *deciſ. 986. n. pr. & deciſ. 1188. n. 10.* Spad. *conſ. 150. & 151. libr. pr.* Pen. *deciſ. 390.*, ubi Creſcin. *in annot.*

39 Fructus melioramentorum non imputantur in ipſis melioramentis, ſed debentur melioranti, & ejus hæredibus tamquam ex re propria percepti, Cavaler. *dec. 219. nu. 18.* dixi *in reſolut. cap. 98. n. 34.* Merlin. *dec. 363. nn. 5. &c.* ubi etiam quòd non imputantur in primum creditum, idem Merlin. *dec. 414. n. 9. 18. & ſupra n 10. verſ. percepti tamen.*

An autem, & quando fructus computentur cum expenſis, & melioramentis, latè Garſ. *de expenſ. & meliorament. cap. 23. per tot.* vide in §. *Melioramenta.* Vide Rotam coram Caprar. *deciſ. 647. n. 10*

Intellige quando melioramenta cadunt ſub dominio facientis, eique acquiruntur ut ſupra, ſecùs autem ſi fuerunt facta de mandato domini, cui acquiruntur, & faciens eſt ſimplex creditor expenſarum, quæ quidem ſunt reficiendæ, ſed abſque fructibus, niſi quatenus probentur requiſita lucri ceſſantis, vel damni, emergentis latè Rot. *part. 17. recent. dec. 323.* & dixi in §. *Expenſæ num. 12.*

40 Fructus futuri non veniunt in obligatione etiam expreſsè de illis facta ad favorem creditoris, niſi duobus concurrentibus, primò quòd res principalis ſit in bonis debitoris tempore obligationis, ſecundò quòd fuerint ab eodem obligante percepti, de quo vide *l. quæ nondum ff. de pign.* Surd. *dec. 97. & dec. 271. n. pr.* Gir. Spin. *conſ. 57. & 58.* Marcian. *diſput. for. cap. 58. per tot.* Merlin. *de pign lib. 2. quæſt. 49. num. 53. &c.* Franch. *dec. 636. n. 5.* Card. Tuſch. *litt. F. concluſ. 488.* Ricc. *Collect. 3657. & 3611.* Sanfelic. *dec. 119.* dixi *in reſolut. cap. 66. nu. 26.* ubi quòd recollecti poſt mortem debitoris non cadunt ſub hypotheca ab eo dum viveret contracta, Gratel. *dec. 51. per tot.* Andreol. *controv. 276.* de Ponte *conſ. 32. lib. pr.* ubi de fructibus perceptis ex bonis hæreditariis, an veniant in hypotheca, ad favorem creditorum defuncti, & legatariorum ad excluſionem creditorum hæredis juxta notata in §. *Creditor num. 6.* De fructibus futuris latè Gall. *de fruct. diſput. 2. art. 2.*

Quòd fructus cadant ſub hypotheca omnium bonorum, ſi ſpectent ad obligantes, cùm comprehendat etiam bona futura, Rot. *in Melevitana Pecuniaria 26. Junii 1654.* coram Bichio poſt Oleam *de ceſſ. jur. dec. 40. n. 4.* & inter impreſſas ipſius Bichii *deciſ. 619. num. 7. & 8.*

Quòd fructus fati per conductorem non ſint obligati creditoribus locatoris, *l. 3. C. quibus caſ. pign. tac. contrah.* Surd. *d. deciſ. 97.* Ricc. *Collect. 3611.* ubi etiam quid in hærede; ſed benè ipſi locatori ad tradita per Pacion. *de locat. & conduct. cap. 33. per tot.* & dixi in §. *Locatio num. 13.*

Nec etiam ſunt obligati creditoribus conductoris, ſtante reſervatione dominii ad favorem locatoris, donec fuerit de affictu ſatisfactus, & quare, Rot. *part. 11. recentior. dec. 351. per tot.* vide in §. *Dominus nu. 30. & §. Reſervatio num. pr.* Pacion. *d. cap. 27. per tot.* ubi benè materiam declarat.

Qualiter autem pendentes veniant in generali obligatione, *l. quæ nondum ff. de pign.* Ricc. *Collect. 3057.* Franch. *dec. 613. n. 17.* Magon. *dec. Flor. 124.*

Quod creditor in fructibus perceptis per emptorem de re hypothecata nullum jus habeat, Negul. *de pign. part 2. membr. 2. num. 27.* Franch. *deciſ. 112. num. 13.* Gait. *de credit. cap. 4. quæſt. 8. num. 1069.* De Luc. ad De Franch. *loc. cit. num. 5.*

Fructus ſoluti, ſive intereſſe ultrà ſummam debitam, minuunt ipſo jure creditum ſortis, nam ſingulis annis pro rata exceſſus imputantur in ſortem, ita ut quolibet anno pro illa rata ſors decreſcat, Fontanel. *dec. 209. nu. 10.* & Capyc. Latr. *dec. 25. nu. 4.* Rot. *part. 9. recent. dec. 231. n. 20. et ſeqq.* ubi benè explicat, & latiùs in eadem cauſa *d. part. 9. dec. 319. per tot.* adde ſupra *num. 8.* 41

Quòd fructus dotis percepti matrimonio diſſoluto in ſortem dotis imputentur, Cavaler. *deciſ. 292. nu. 21.* Rot. *part. 12. recentior. deciſ. 350. num. 4.* vide in §. *Intereſſe, ſupra nu. 8.* facit Rot. *part. 18. deciſ. 6, 6. per tot.*

Ubi tamen non præceſſit expreſſa declaratio mulieris, vel factum judicis bona aſſignantis in cauſam pignoris, lex fingit bona non jure pignoris, ſed dominii aſſignata ab ipſo debitore, ſtante æqualitate crediti, & debiti, ita ut non ſit ſpes luitionis, tunc fructus non imputantur in ſortem, maximè favore dotis, ne mulieres per hujuſmodi minutas ſolutiones indotatæ remaneant, Rot. *part. 18. recent. deciſ. 228. num. 3. et ſeqq.*

Fructus percepti ab intruſo in beneficio reſervato an, & quando, & à quo tempore incipiendo ſint reſtituendi, & quid ſi abfuit mala fides, vel exuberavit bona, quæ ſolet ſufficere ad faciendum fructos ſuos, Coccin. *deciſ. 369. n. 2. et 3.* Ludoviſ. *dec. 74 nu. 1. etc.* Rot. *part. 14. recentior. deciſ. 33. per tot.* 42

Fructus debentur regulariter tantùm à die litis motæ, etiam in judicio ſpolii, quando ſpolium non eſt violentum, neque attentatum, & fructus veniunt acceſſoriè ad rem petitam, ſecùs autem in ſpolio violento, vel attentato, & quando fructus petuntur principaliter, & independenter ratione dominii, quia tunc attenditur mala fides, etiam ante motam litem contracta. An autem mala fides per conteſtationem inducta ceſſet per negligentiam actoris in proſequendo litem, ita ut poſſeſſor faciat fructus ſuos poſt negligentiam, vel peremptam inſtantiam perceptos, quia potuerit veriſimiliter credere actorem neglexiſſe ob diffidentiam ſui juris; quid ſi actor obtinuerit reſtitutionem in integrum, vel ſpiritus inſufflationem, & alia ad rem, Bich. *deciſ. 163. per tot.* ubi ad favorem poſſeſſoris allegat Fachin. *controv. jur. lib. 12. cap. 73. per tot.* licèt contrarium tenuerit *lib. pr. cap. 60.* & alios, ſed ipſe Bich. *num. 14. et ſeqq.* firmat contra poſſeſſorem, maximè quando actor obtinuit reſtitutionem in integrum, vide ſupra *num. 10. et in §. Mala fides num. 3. et infra num. 46.* 43

Quòd ſpoliator teneatur ad reſtitutionem fructuum, vel illorum æſtimationem ſi fuerint conſumpti, & de illorum liquidatione, plenè idem Bich. *deciſ. 580. per tot.* Rot. *par. 17 recentior. deciſ. 246. nu. pr.* ubi quòd in ſpolio propria auctoritate commiſſo debentur fructus etiam ante motam litem à die, quo fuit poſſeſſor ſua poſſeſſione privatus, *et deciſ. 250. num. pr. et ſeqq. et part. 18. deciſ. 592.* ubi quòd debentur etiam qui percipi potuerunt. Rot. poſt Urceol. *de Tranſact. deciſ. 14. nu. 11.* Creſcin. ad Pen. *deciſ. 134.*

Fructus in judicio manutentionis debentur à die moræ litis, intelligendo tamen non de principio litis in petitorio, vel poſſeſſorio ordinario, ſed à die litis in ipſo ſummariſſimo manutentionis judicio, & ſunt reſtituendi tantùm percepti, non autem qui percipi potuerunt, etiamſi in expeditione mandati de manutenendo non eſſet de illis facta mentio, cùm ſint para 44

possessionis rei petitæ, Rot. *part. 1. recent. decis.* 317. & penes Post. *de manutent. decis.* 17. Bich. *decis.* 461. *num. pr. & seqq. & decis.* 575. *n. pr. et seqq.* ubi etiam qualiter liquidentur à solito, & consueto potius, quàm ex unica locatione, non percutiente tempus perceptionis, suprà *n.* 10. idem Bich. *decis.* 577. *n.* 4. *& seqq.* ubi qualiter fructus differant ab expensis ad effectum incurrendi declaratoriam, ob non paritionem mandatis Rotalibus, vide Rot. *d. part. pr. rec. decis.* 317. ubi non negat fructus perceptos cum mala fide lite pendente ab initio esse restituendos, sed in judicio ordinario, & aliis modis etiam conclusionem declarat.

45 Fructus, & proventus beneficiorum an acquirantur beneficiario quoad dominium, ita ut possit de illis ad libitum disponere, etiam testando, vel potius saltem superflui ad congruam sustentationem sint in pios usus erogandi sub pœna peccati, & restitutionis, latè explicat Bonacin. *Oper. moral. tom. 1. tract. de oblig. benefic. per tot. fol.* 873. *& seqq.* & ego dixi plures alios allegando in §. *Clericus num.* 40.

46 Fructus licèt regulariter debeantur a die litis motæ, ut dixi supra *n.* 10. tamen istud intelligi debet quando actor litem motam prosequutus est, producendo jura ad victoriam causæ facientia, nam si per notabile tempus nil aliud egerit, non attenditur tempus motæ litis, sed solum dies, in quo fuerunt exhibita instrumenta, & legitimatæ personæ, ex quibus reus potuerit habere certitudinem se possidere rem ad actionem spectantem, quia obligatio restitutionis fructuum originem trahit tantùm à mala fide, sine qua judex non potest ad restitutionem fructuum condemnare, ut latè declarat, & probat Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 226. *nu. pr. & seqq. per tot.* vide supra *nu.* 43 Vide De Luc. *de Judic. disc.* 39. *sub nu.* 14. Balduc. ad Ramon *cons.* 50. *a n.* 66. Gobb. *consult. decis.* 97. *nu.* 4. Ansald. *decis.* 15. *n.* 3. *decis.* 59. *n.* 2. *decis.* 98. *n.* 9. Urceol. *in annot. ad decis.* 80. *num.* 9. *post tract. de Transact.* Crescin. ad Pen. *decis.* 134. Et infra *in novissimis addit. a n.* 66.

47. De fructibus multa notantur decisivè à Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. fructus*, & plura remissivè ab Ægid. de Castej. *in Alphab. jurid. verb. Fructus*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 626. *& seqq.* Valer. *de differ. utriusque fori verb. Fructus*, ubi an, & quando sint restituendi in utroque foro Plura Gallus *de fructibus*, & Em. De Luc. *in Indic. verb. fruct.* Manrist. ad eumd. De Luc. Fagnan. *sup. Decret.* Balduc. Emerix Caprar. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

48 Fructus bonorum fideicommissi an capi possint per creditores gravati, vel illis sint per judicem assignandi pro satisfactione suorum creditorum, donec bona ipsa fideicommissi reperiuntur penes gravatum, latè hincinde disputat videndus Mans. *consult.* 273. *et* 274. *lib.* 3. dixi in §. *Prohibitio num.* 27. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 58.

An per fiscum durante vita delinquentis, vide in §. *Bannitus nu.* 31. §. *Confiscatio* 16. *cantela* 1. *in* §. *Fideicommissum num.* 19. *&* 9. *Fiscus num.* 32.

49 Fructus in judicio Salviani an veniant favore creditoris à die sententiæ, & mandati immissionis, vel à die litis contestatæ disputat Anton. Gob. *consult.* 123. ubi concludit juxta antiquorum sententiam deberi à die litis, ac ita servari in foro Mantuano, quamvis moderni teneant deberi tantùm à die immissionis, ac ita servari ubique sine controversia existimo. Vide Rotam coram Caprar. *decis.* 24. *sub n.* 24. *part.* 1.

50 Fructus percepti ab hærede post aditam hæreditatem cum beneficio inventarii, an augeant hæreditatem ad favorem creditorum, ita ut de illis sit reddenda ratio ipsis creditoribus, vel potius cedant lucro hæredis ex titulo pro hærede, & vigore sui dominii, est valdè anceps quæstio, de qua Andreol. *controv.* 117. *per tot.* Et ego dixi *in* §. *Hæres n.* 28. *& num.* 61. ubi plures decisiones allegavi facit idem Andreol. *controv.* 276. *nu.* 9. *& per tot.* Vide Rotam coram Ansald. *decis.* 63. *num.* 13.

51 Ubetior fructus acquiritur defuncto ex majori eleemosyna assignata pro celebratione missarum Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 67. *n.* 12. *tom. pr.*

Facta præsentatione fructus Jurispatronatus dicitur 52
collectus Episc. Piton. *loc. cit. alleg.* 3. *n.* 18. *tom.* 1.

Fructus locorum montium dicuntur fructus civiles 53
Ansald. *decis.* 15. *n.* 5.

Fructus civiles, veluti dietim maturantes dividun- 54
tur pro rata Ansald. *decis.* 15. *n.* 6., & quod dietim maturant idem Ansald. *decis.* 56 *n.* 4.

Fructus civiles, & naturales quomodo dividi de- 55
beant in fideicommissis universalibus, & particularibus Ansald. *decis.* 56. *n.* 11.

Fructus reservati non veniunt appellatione bono- 56
rum futurorum in donatione de eis facta Ansald. *decis.* 34. *n.* 12. Mantic. *de tacit. libr.* 12. *tit. pr. nu.* 35. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 21.

Fructus fideicommissi spectant ad hæredem hæredis 57
gravati, quousque compareat aliquis, qui prætendat succedere in fideicommisso Rot. *decis.* 672. *num.* 2. coram Dunozett. jun. *in recent. decis.* 251. *n.* 3. *part.* 55. *decis.* 288. *n nu.* 2. *part.* 17. coram Ansald. *decis.* 36. *n.* 2. & vide *decis.* 98. *n.* 28., ubi a quo tempore restitui debeant.

Fructus bonorum fideicommissi possunt absque me- 58
tu caducitatis alligari in satisfactionem creditorum, dummodo non sit specialiter prohibita hypothecatio commoditatis fructuum Ansald. *decis.* 50. *n.* 21. Rocc. Episc. *cap.* 60. *a n.* 29. Lagunez *de fruct. part.* 2. *cap.* 4. *a n.* 116., vide supra *n.* 48.

Fructus debentur marito dotis promissæ, & non 59
solutæ, propter onera matrimonii, etiam absque aliqua interpellatione Ansald. *decis.* 40. *n.* 2. Et mortuo viro actio transit ad hæredes *ibidem n.* 3.

Fructus debentur ratione fundi in dotem dati, & 60
evicti Ansald. *decis.* 40. *n.* 6.

Fructus sunt restituendi a die primæ litis motæ, 61
licèt sententia contraria intermedia intercesserit Ansald. *decis.* 56. *num.* 6., Limita quando primum judicium fuisset nullum, *ibidem n.* 7. Limita quando secundum judicium esset variatum a primo, *ibid. n.* 8.

Fructus bonorum stabilium, qui olim calculabantur 62
ad rationem 5. pro centenario, hodiè taxantur ad rationem 4 Ansald. *decis.* 59. *n.* 9. 10. Bertachin. *vot.* 135. *a n.* 4. Caprar. *decis.* 516. *n.* 4. *decis.* 548. *nu.* 6. *decis.* 590. *n.* 11. & vide supra *n.* 6. *et* 10.

Talis tamen taxa est simplex præsumptio quæ admittit præsumptionem in contrarium Ansald. *decis. cit. n.* 11.

Fructus rei venditæ ob pretium non solutum debent 63
commensurari ad fructus, qui ab ipso prædio percipiuntur Ansald. *decis.* 59. *n.* 12.

Fructus ex legato quantitatis, quæ debet investi- 64
ri, debentur Mans. *consult.* 465. *&* 466. Ansald. *dec.* 65. *n.* 19. *&* 22.

Fructus ex legato pio debentur a die mortis testa- 65
toris Ansald. *decis.* 65. *nu.* 20. Maximè quando fuit relictum pro dote Ecclesiæ Parochialis Ansald. *decis.* 65. *n.* 21.

Regulare est id omni judicio fieri condemnatio- 66
nem fructuum a die motæ litis, cum ex ea possessor in mala fide constituatur Merlin. *decis.* 330. *num.* 7. Royas *decis.* 305. *n.* 5. Caprar. *decis.* 142. *n.* 2.

Fructus debentur etiam ante motam litem, & usque a principio occupationis, seu adeptæ possessionis, quando titulus reducitur ad non titulum Ansald. *decis.* 98. *n.* 3. 6. 7. 21. *&* 22., ubi hoc exemplificatur, & declaratur. Caprar. *decis.* 8. *n.* 5. *& decis.* 753. *n.* 5. Vide Cyriac. *contr.* 500. *n.* 48. *&* 49. Dunoz. jun. *decis.* 818. *n.* 3. Arguell. *decis.* 113. *a n.* 16.

Media fides, nedum bona excusat a restitutione fructuum consumptorum Ansald. *decis.* 93. *nu.* 31., Et declara, ut *nu.* 40. De Luc. *de fideicommiss. disc.* 187. *num.* 4. *et* 10. Panimol. *decis.* 54. *annot.* 3. *num.* 23. *cum seqq.*

Quælibet causa, etiam temeraria, & bestialis sufficit, & medium inter bonam, & malam fidem, ut non sint restituendi fructus ante motam judicium decursi Caprar. *decis.* 296. *n.* 17.

Mala fides ad effectum restitutionis fructuum an oriatur a die transmissi, vel reproducti monitorii, & quid operetur indicatio monitorii, plenè, & remissivè Ansald. *decis.* 98. *n.* 19. *vers. quotidiana* Vi-

de

de Caprar. *deciſ.* 98. *n.* 9. *deciſ.* 660. *n. pr.*

Fructus ſunt reſtituendi a die moræ litis in judicio immiſſionis, & in quodlibet interdicto Caprar. *deciſ.* 273. *n. pr. deciſ.* 631. *n. pr. deciſ.* 198. *n. pr. deciſ.* 330. *a n. pr.*

In interdicto *quorum bonorum* fructus veniunt ſolùm a die litis conteſtatæ, & productionis jurium Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 3. *interſect.* 17. *n.* 17. Anſald. *deciſ.* 98. *n.* 34.

In judicio reintegrationis regulariter fructus non veniunt, niſi a die moræ litis, per quam poſſeſſor conſtituitur in mala fide Merlin. *deciſ.* 687. *a nu.* 2. Rot. *rec. deciſ.* 417. *a n. pr. part.* 13. Anſald. *deciſ.* 98. *n pr.* Vel ſaltem a die productionis jurium, ex quibus poſſeſſor agnoſcere valuit injuſtitiam ſuæ poſſeſſionis Anſald. *loc. c t. n.* 5. *et* 25. Quod tamen declara, & intellige, ut *ibidem n.* 26. *cum ſeqq.*

Fructus percepti ante motam litem ad hoc ne reſtitui debeant, ſufficit a poſſeſſore abſuiſſe malam fidem effectivam Rot. *recent. deciſ.* 320. *n.* 1. & 2. *deciſ.* 328. *n.* 7. *part.* 2. & *deciſ.* 187. *nu.* 18. *part.* 7. coram Anſald. *deciſ.* 98. *n.* 15.

67 Poſſeſſor non tenetur ad reſtitutionem fructuum, quoties oppoſuit credita, vel melioramenta, eaque Judex cenſuit eſſe compenſanda cum fructibus, pendente lite perceptis Anſald. *deciſ.* 98. *n.* 39.

68 Proviſus ab Ordinario de beneficio reſervato non tenetur ad reſtitutionem fructuum ante moram litem peremptorum, & quando ſecus. Anſald. *deciſ.* 98. *n.* 39. *§. nec in abſtracte.*

69 Reſtitui debent fructus beneficii à ſuccumbente, licèt ipſe illos non perceperit, ſed Æconomus ejus facto, & culpa appoſitus Rot. *recent. par.* 16. *deciſ.* 221. *n.* 20. & 26. Anſald *in annot. ad ejus deciſ. prim. num.* 9.

70 In judicio retractus fructus non debentur actori a die litis conteſtatæ, ſed ſolùm a die fact. depoſiti, ſei retrahendæ Corradin. *de Jur. prælat. quæſt.* 27. *n.* 7. & 8. Rot. cor. Dunoz. jun. *deciſ.* 205. *a nu.* 1. Anſald. *deciſ.* 98. *n.* 36.

71 Fructus ſunt ſoluendi in eadem taxa facta a promiſſore, licet iſte defecerit, & ſucceſſerint illius hæredes Bertachin. *vot.* 55. *n.* 31.

72 Fructus non præſumuntur percepti ex domo, niſi probetur locatio, quod tamen limita, quando domus eſſet ſolita locari Bertachin. *vot.* 235 *n.* 12. *et* 13.

73 Hypotheca cum eadem anterioritate, quæ competit pro ſorte, competit etiam pro fructibus Conciol. *alleg.* 8. *n.* 50. & 66. Bich. *deciſ.* 250. *num.* 43. & 44. Rot. *part.* 19. *deciſ.* 261. *n.* 10. Pacion. *de Locat. cap.* 39. *n.* 53. Bertachin. *vot.* 27. *n.* 2.

74 De Mobilibus fructus non debentur, uti de rebus infructiferis Staiban. *de Intereſſ. libr.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 26. Grivel. *deciſ. Dolan.* 98. *n.* 2. Rot. *rec. part.* 11. *dec.* 248. *ſub n.* 10. Caprar. *deciſ.* 545. *n.* 6.

75 Fructus non debentur ex cenſu extincto Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 119. *a n. pr.* Caprar. *deciſ.* 3. *num.* 6., Et fructuum conventio, & exactio poſt reſtitutam ſortem cenſus, eſt uſuraria Caprar. *deciſ.* 488. *n.* 13.

76 Fructus legati bona fide ab hærede percepti non ſunt ab eo reſtituendi, *niſi* quatenùs ex eis factus ſit locupletior Caprar. *deciſ.* 269. *n.* 3. *part. pr.* Et locupletatio non præſumitur, ſed per allegantem probari debet, & quomodò *ibidem n.* 4.

77 Pro fructibus legati, ſeu fideicommiſſi poſt moram contractam in reſtituendo competit hypotheca Caprar. *deciſ.* 658. *n.* 7. Declara tamen, ut *n.* 8.

78 Fructus veniunt ſub nomine damnorum, & intereſſe Rot. *deciſ.* 244. *n.* 4. poſt Zacch. *de oblig. cam.* & *deciſ.* 207. *nu.* 4. & 5. *part.* 19. *rec.* Caprar. *deciſ.* 409. *n. pr. part. pr.*

79 Fructus, ſeu penſiones debentur poſſeſſori ſequeſtro ſublato Caprar. *deciſ.* 654. *n.* 9. *part.* 2., ubi concordant,

80 Fructus debentur, quoties adeſt eorum condemnatio in ſententia Caprar. *deciſ.* 142. *n. pr. part. pr.*

81 Fructuum condemnatio fit a die expeditionis monitorii ſuper jactationibus adverſus impetrantem Caprar. *deciſ.* 273. *n.* 4. *part. pr.*

82 Fructus bonorum ſunt reſtituendi a die initæ concordiæ Caprar. *deciſ.* 464. *n.* 9. *part.* 2.

83 Fructus a die moræ litis non debentur quando non fuit actum actione reali, ſed merè perſonali, & executiva ad ſubbaſtationem domus, quæ donèc non fuerit ſubhaſtata, remanet in dominio poſſeſſoris, qui facit fructus ſuos Caprar. *deciſ.* 654. *n.* 7. *part.* 2.

84 Fructus ſi fuerint percepti, & converſi in proprium uſum, poſſeſſor tenetur ad illorum pretium Caprar. *deciſ.* 86. *nu.* 5. *part. pr.*

85 Fructus a die moræ litis compenſantur cum credito, & illud reddunt illiquidum Caprar. *deciſ.* 3. *nu.* 9. *part. pr.*

86 Fructus, qui ſunt tranſmiſſibiles, ſunt etiam ceſſibiles, & fructus recompenſativi tranſeunt in ceſſionarium. Caprar. *deciſ.* 720. *n.* 23. *et* 24. *part.* 2.

87 Fructus exacti ultra ſummam conventam cedunt in extinctionem ſortis Caprar. *deciſ.* 352. *n.* 4. *part. pr.*

88 Fructus poſſunt licitè in pactum deduci ratione damni emergentis, quod patitur creditor, cui ſi fuiſſent ſolutæ pecuniæ a debitore, cenſus paſſivos, & debita fructifera, quibus ſubjacebat, extinxiſſet Leotard. *de Uſur. quæſt.* 72. *num.* 15. & 16. De Luc. *de Uſur. diſc.* 12. *nu.* 29. Rot. *deciſ.* 198. *num.* 2. coram Ubald. & *deciſ.* 720. *n.* 9. coram Caprar.

89 Fructus conventi debentur ratione lucri ceſſantis, concurrentibus illius requiſitis, interpellatione nempe facta debitori, & occaſione prompta inveſtiendi, & occaſio ex quibus probetur Anſald. *de com. & mercat. diſc.* 67. *n.* 18. Rot. cor. Ubag. *deciſ.* 47. *a nu.* 13. coram Caprar. *deciſ.* 720. *n.* 10. & 11.

90 Fructuum conventio in tranſactione non dicitur uſuraria, maximè quando fuerunt ceſſa capitalia fructifera Caprar. *deciſ.* 488. *n.* 14.

91 Fructus quando dicantur transfuſi in alium contractum diverſum a cenſu Caprar. *deciſ.* 488. *num.* 16. *part.* 2.

92 Fructus cenſuum, & cambiorum redigi nequeunt in ſortem fructiferam, nec debentur uſuræ uſurarum Andreol. *contr.* 210. *a n. pr.* Rot. cor. Merlin. *deciſ.* 409. cor. Caprar. *deciſ.* 346 *n.* 2., ubi tamen hoc optimè declaratur, & *deciſ.* 368. *et deciſ.* 652. *num.* 2., ubi latè.

93 Fructus non debentùr ex contractu nullo propter defectum ſolemnitatum Caprar. *deciſ.* 8. *nu.* 19. Sed fructus decurſi de tempore implicitis ſtatus validitatis contractus ſunt debiti Caprar. *ibidem nu* 16. & hoc declaratur *n.* 17.

94 Dilationes, & aliæ circumſtantiæ, quæ ſunt conſiderabiles pro augumento pretii, eædem ſunt pro augumento fructuum Caprar. *deciſ.* 720. *n.* 12. *part.* 2.

95 Fructus incerti an poſſint vendi Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 30. *tom.* 4.

96 Fructus rei locatæ, antequam colliguntur ſunt Domini, quod non eſt in Emphyteuſi Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 18. *n.* 57. *tom.* 4.

97 Fructus beneficiorum a communiter accidentibus præſumuntur potiùs aucti, quàm diminuti Fagnan. *in cap. prætcrea n.* 70. *ne Prælat. vic. ſu.*

98 Fructus beneficii quando vendi poſſint ſine labe ſimoniæ Fagnan. *ub. ſupra n.* 79.

99 Diſpenſatus ſuper fructibus in abſentia percipiendis, quotidianas diſtributiones non percipit, nam fructuum appellatione non veniunt quotidianæ diſtributiones Fagnan. *in cap. licèt n.* 2. *et* 3. *de Præb.*

§. FUGA XXIV.

1 FUga regulariter non probat delictum, niſi in certis caſibus, ſed benè facit inditium ad torturam, quando ſequitur ante accuſationem, vel inquiſitionem, ſecùs autem ſi ſequatur poſt, quomodo purgetur, & quando agitur de fuga ex carceribus extractis, regulariter fugiens habetur pro confeſſo, & punitur, *ut* latè ampliando, & limitando probat Duen. *reg.* 389. *cum quatuor regulis ſequentib. per tot. inter reg. diverſ. fol. mihi* 400. &c. Viv. *com n. opin.* 342. & 343. *per tot.* Menoch. *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 89. *n.* 36. *et ſeqq.* Soccin. *reg.* 206. *et* 207. *inter dictas reg. diverſ. fol. mihi* 322. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *q.* 15. Conciol. *reſ. crim. verb. Fuga reſol.* 1. *per tot.* ubi benè materiam declarat, latè Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 819.

& 820. per tot. Diaz. reg. 303 per tot. Card. Tusch. litt. F, concl. 529. 530. & 531. per tot. Bonifac. de furt. §. 2. n. 117. Farinac. quæst. 48. per tot. Dian. part. 4. tract. 6. resolut. 14. Mattha vot. Pis. 138. n. 15. & seqq. ubi quòd non facit inditium, quando sequitur post inquisitionem, & processum formatum, cum tunc præsumatur facta potius metu vexationis, quàm ex conscientiæ delicti, nec quando fugiens etiam à carcere se confert ad superiorem. Basilic. dec. crim. 41. n. 2. 48. & seq. & dec. 45. n. 3. Bellegrand. in compend. rer. criminal. method. tract. 6. quæst. 4. & quæst. 5.

Quando fuga sit inditium sufficiens ad torturam ultra citatos, vide Brun. de indit. & cert. part. 3. n. 7. & seqq. ubi quod quotiescunque potest aliqua probabili causa velari non facit inditium, licèt processus nondum esset initiatus, & vide Clar. §. fin. q. 21. ubi quòd facit sufficiens inditium ad torturam, nisi fugiens posteà revertatur, & Pract. Papp. for. inquisit. glos. pr. n. 16. cum Addit. vide Farinac. d. q. 48. Vivi. d. comm. opin. 343. per tot. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 38. Anton. de Ballis d. q. 15. n. 12. Conciol. verb. Fuga resolut. 1. Ful. Majoran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. n. 55. & seqq. fol. 214. ubi plura. Cevall. comm. quæst. 293. Bellegrand. loc. cit. tract. 6. quæst. 4. & quæst. 5.

Quòd in capitalibus si sequatur ante accusationem, & inquisitionem faciat sufficiens inditium ad torturam, in non capitalibus, non conjuncta cum fama quandocunque sequatur faciat idem inditium, Mynsing. observ. 98. per tot. vide latè Farinac. d. q. 48. Paul. Christin. dec. 84 vol. 2. n. 5. Conciol. loc. cit. n. 7. Majoran. loc. cit.

Quòd fugæ præstans auxilium præsumatur particeps tractatus delicti, Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1386. n. 14. Anton. de Ballis d. q. 15. nu. 18.

2 Fugiens à familia judicis ne capiatur non potest ab illa offendi, nisi sit talis, qui aliàs posset ab omnibus offendi impunè, vel nisi familia haberet mandatum de capiendo vivum, vel mortuum, ut latè probat Cabal. resolut. crim. cas. 132. per tot. vide in §. Birruarii n.

An autem dicta fuga in actu capturæ, vel ante capturam faciat indicium ad torturam, dic regulariter quòd non juxta magis communem opinionem, vide Farinac. d. q. 48. nu. & Vulpin. in suo ibidem n. 2.

3 Fuga, sive latitatio qualiter apparere debeat in processu dixi in Pract. §. Fuga nu. 3. Conciol. resol. crim. verb. Fuga resolut. 2. ubi quod cùm sit inditium remotum debet probari per duos testes, probatur tamen etiam per relationem executorum, Clar. §. fin. quæst. 20. n. 2. in fine, Farinac. quæst. 1. nu. 45. Ambrosin. process. informat. lib. 5. c. 1. n. 9. & 10. Fulv. Majoran. loc. supr. cit. n. 64. fol. 215.

4 Fuga è carceribus quid operetur, & quomodo puniatur dixi in §. Carceratus, Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 820. per tot. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 24. per tot. ubi cumulat viginti duo requisita, ut fugiens à carceribus possit haberi pro confesso, vel convicto de crimine, pro quo detinebitur, & quando possit etiam à fuga excusari. Bellegrand. in compendios. rer. crimin. method. tract. 6. quæst. 4. a n. 9. & quæst. 5. a n. 8. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 8. a n. 72. cum seqq.

Quòd fugere non dicatur, qui recta via vadit ad Principem, recedendo ex aliqua justa causa, secùs si ex intervallo, vel sine aliqua causa, Conciol. resolut. crim. verb. Fuga resolut. 3. per tot. et resol. 5. ubi de citò redeunte judicis arbitrio. Jul. Capon. tom. 2. discept. 93. Vide Pellegrin. loco supra citat.

Qualiter autem in foro conscientiæ licita sit fuga è carceribus, licèt justa fuerit carceratio, ita ut fas sit aliis illam consulere, & adjuvare, vide latè Covarr. lib. pr. variar. cap. 2. n. 7. et seqq. Gibalin. de univers. negot. lib. 6. cap. 2. art. 2. consect. 2. per tot. fol. 524. Dicastil. lib. 2. tract. 1. disput. 9. dub. 4. Gabr. Vasquez. in S. Thom. 1. 2. disput. 164. per tot. fol. 135. &c. ubi benè distinguit, & declaret pluribus modis. Vide Pellegrin. loco supra citat. ubi alia plura ad præsentem materiam.

Fuga debitoris, vel fugæ suspicio, quomodo faciat esse locum capturæ debitoris, Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 853. per tot. vide in §. Debitor n. 58. ubi plura latè Tusch. litt. F conclus. 522. ubi pluribus seqq. facit Rot. part. 14. recent. dec. 54. n. 3. &c. ubi quòd baretteria, & animus fraudendi non probatur ex simplici fuga, nisi constet animo defraudandi fuisse præmeditatam, qui animus excluditur, si ob alia infortunia, & tempestates fuit coactus in alias partes succedere. Altimar. de nullit. rubr. 12. q. 10. tom. 2. Vide De Luc. de Regal. disc. 122. nu. 2. & 11. Crescio. ad Abecclef. observ. 121. part. 1. ubi latissimè.

6 Plura de jure sistendi, capiendi, & incarcerandi debitorem fugitivum, aut suspectum, Gibalin. de univers. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 2. art. 3. per tot. fol. mihi 367. &c.

Fuga à domino, vel agro, sive alio loco, in quo posteà fuit repertus aliquis vulneratus, vel occisus, quando, & quale faciat inditium, si sit legitimè probata, vide Farinac. q. 52. n. 50. & seqq. Conciol. resolut. crim. verb. Inditium resolut. 16. ubi cum armis evaginatis, & facit inditium ad torturam, ac eò magis quando in dicto loco nullus alius visus fuit, & de gladio sanguine madefacto, ut faciat inditium ad torturam contra illum habentem Vide Giorb. cons. 13. n. 17.

7 Fuga, & inditium ex ea resultans, etiam ex manibus familiæ, & birruariorum quidquid secùs sit è carceribus, purgatur per spontaneam comparitionem, etiam ex intervallo, & quandocunque ante bannum, & condemnationem, nisi constat fugam sequutam, Giurb. consil. 13. n. 24. & seqq. Clar. §. fin. q. 21. Farinac. q. 48. n. 48. & seqq. Conciol. resol. crim. verb. Fuga resol. 4. per tot. Vide Bellegr. in com. rer. crim. meth. tract. 6. quæst. 4. num. 10. & 12.

8 Fuga socii criminis non facit inditium contra socium juxta veriorem opinionem, de qua Boer. dec. 23. n. 25. et decis. 235. nu. 13. Mascard. de probat. conclus. 819. n. 6. lib. 2. Farinac. q. 48. n. 22. Conciol. resol. crim. verb. Fuga resolut. 6. & verb. Socius criminis resolut. 3. dixi in §. Socius n. 52. in fine, ubi nisi sit aliis inditiis adminiculare, D. Fulv. Majoran. in Opoprax. lib. 2. c. 8. n. 63. fol. 215. Mattheu. Sanz. de re crim. contr. 47. n. 38. ubi quod fuga unius alteri non præjudicat. Giurb. cons. 91. ferè per tot. ubi an fuga filii homicidium à patre mandatum arguat. Chartar. decis. 49. n. 40.

9 Fuga officialis facit contra eum semiplenam probationem, & reddit illum adeò suspectum, ut torqueri possit, & quando possit excusari, Mascard. de probat. conclus. 821. per tot. vol. 2. vide in §. Officialis.

10 Fuga famuli probat res amissas à domino ab illo famulo fuisse subtractas, si prius constat de existentia rerum furatarum, & quando secùs, benè declarat Mascadr. loc. cit. conclus. 822. & conclus. 831. n. 6. et seqq. dixi in §. Famulus n. 8.

11 Fuga an faciat indicium ad torturam, vide Marsil. in Pract. §. Diligenter n. 41. et seqq. ubi ponit regulam affirmativam, quando quis aufugit ante accusationem, vel inquisitionem, vel alium actum, secùs autem si aufugiat post hujusmodi actus, vel si habeat suspicionem, quòd contra eum formetur accusatio, vel inquisitio, nam tunc fuga non facit indicium ad torturam, & si facit aliquam præsumptionem tollitur per juramentum ipsius fugientis, ex quibus notabiliter infert, quòd fuga nunquam faciet indicium ad torturam, quia aufugiens poterit semper dicere habuisse suspicionem ne contra eum formaretur accusatio, vel inquisitio, & de hoc tanquam in animo consistente stabitur suo juramento.

12 Quòd fuga, vel absentatio non faciat indicium, quando sequitur ex alia causa, nec quando imminebat captura, quamvis fuga esset adminiculata, & purgatur per spontaneam comparitionem, quandocunque ante condemnationem, quòd esse magnum innocentiæ signum insinuat Marsil. loc. supr. cit. n. 204. & reliqua pluribus citatis probat Cyriac. contr. 250. n. 39. & seqq. Farinac. qu. 48. num. 5. & seqq.

Con-

Concıol. *reſol. crim. verb. Fuga per tot.*

23 Ego autem ex mente prædictorum, & aliorum materiam tractantium, vel arguendo à contrario ſenſu, licèt aliàs non ſit permiſſum in aſſertionibus Doctorum ſæpè animadverti, & exiſtimavi, quòd quando ſequitur fuga, vel latitatio, ſive refugiem ad locum immunem alicujus, maximè ſuſpecti, vel non bonæ vocis, & famæ ſtatim poſt aliquod grave patratum delictum, cujus ignoratur auctor, vel antequam pervenerit ad notitiam Curiæ, vel antequam aliquis imputetur, & ſic ante accuſationem, vel querelam, vel ante commiſſam capturam, vel à birruariis ob ignorantiam delinquentis non adhuc invigilatam, magnum ſit indicium, & non tollatur per ſpontaneam comparitionem aliquando colluſivè factam, maximè ex aliis adminiculatum, prout ferè ſemper eſſe ſolet, pura fama, inimicitia, & hujuſmodi, ſed purgari debeat per torturam, cùm verè delinquens præſumatur ille, qui poſt delictum ſtatim fugam arripuit, Bald. *in l. voluntas 7. in fine, C. de fideicomm.* Marſil. *in d. §. Diligenter nu. 48.* Bertazzol. *conſ. crim.* 133. *n.* 6. Facbin. *conſ.* 83. *n.* 10 *vol.* 3. Cyriac. *controv.* 106. *n.* 21. nam tunc ex dictis circumſtantiis ceſſat omnis alius timor, & ſola conſcientia læſa (tanquam mille teſtes) inſtruit ad fugam. Et quando fuga faciat indicium ad torturam per latè Chartar. *dec.* 79.

24 Fuga non ſolùm facit indicium, ut ſupra ſed aliquando probationem, veluti in Officiali inquiſito de baratteria, niſi reducatur, vel compareat, in fugiente fractis carceribus, in famulo fugiente à domino, in milite fugiente à caſtris, & hujuſmodi, ut explicat Marſil. *in Pract. §. Diligenter nu.* 45. *& ſeqq.* & dixi ego ſuis locis. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin.

25 Fugæ vehemens ſuſpicio arguitur in debitore ex diſſipatione capitalis apothecæ, ex illius clauſura, ex occultatione, vel tranſlatione mobilium in locum immunem, & hujuſmodi, ad effectum ſuſtinendi mandatum capturæ vigore ſuſpicionis fugæ, etiam debito non liquidato, ut caveat de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, Mauſon. *de cauſ. execut. in* 2. *prælud. num.* 10. *& ſeqq.* ſilict. *dec.* 170. Rot. *in Bonon. aſſecurationis judicii* 23. *Junii* 1684 apud Jacob. Balduc. *in obſervat. ad Ramon. dec.* 18. *nu.* 4. *& ſeqq.* Reliqua vide *in §. Debitor n.* 30. *cum Addit.*

De fuga, & fugientibus, aliqua remiſſivè tradunt Ægid. da Caſtejon. *in Alphab. Jurid. verb. Fuga, Fugiens*, Et Com. Anguil. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *eod. verb. fol.* 633. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method.* Brunnemann. *ſupr. ff. & Cod. & in Prax.* Carpzou. & alii Criminaliſtæ Creſcin. & alii moderni.

26 Fugæ ſuſpicio debet idoneè probari Rubeus *de confuſſ. Jur. cap.* 12. *n.* 37. Vide Creſcin. ad Abecedeſ. *obſer.* 121. *n.* 12. *part.* 1.

27 Pro reparanda fuga, & occultatione poteſt quilibet Judex adiri, licèt cauſa coram alio pendeat Mantiſſ. ad De Luc. *libr.* 15. *deciſ.* 10. *nu.* 2. *vol.* 4. Quod intellige, quotiès Judex, coram quo cauſa pendet, æque commodè haberi non valet, ſecùs e contra *ibidem n.* 7. *&* 8.

28 An ſola fuga prætenſi Rei ſit indicium ſufficiens ad tranſmittendam inquiſitionem Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 18. *n.* 12.

29 An injuſtè captus, ſi e carceribus aufugiat, poſſit aliqua pœna puniri Pellegrin. *loc. cit. part.* 4. *ſect.* 8. *n.* 23. *& ſeqq.* ubi latè.

30 Qua pœna puniendus erit, qui tentaverit frangere carceres, non ſequuta fuga Pellegr. *loc. cit. n.* 74.

31 Fugiens, fractis carceribus, condemnatus, an appellet, & dicat de nullitate Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæſt.* 16. *tom.* 2.

32 Fuga, quæ eſt in ſe delictum, ſicuti fuga militis, ſufficit ad condemnandum Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 8.

33 Fuga manifeſtè convincit de delicto ex ſola ſuſpicione probando, ſicùt in tutore fugiente Bellegrand. *ibidem.*

§. FUNDUS XXV.

Fundi nomen generale eſt, comprehendens paſcua, & alias terras ſeparatas ad uſum ipſius fundi deputatas, ita ut fundo vendito veniant omnia, quæ ſunt in uſu fundi, ut foveæ, foſſata, aggeres, rivus, canales, ſterquilinium, ſimus, ſive lutamen ſtercorandi cauſa comparatum, ſecùs ſi cauſa vendendi, fructus omnes extantes ſive maturi, ſive non, columbi, cuniculi, & alia animalia perpetuò in fundo ipſo menſura deſtinata, & omnes arbores non inciſæ, nec in terram dejectæ, inciſæ verò etiam poſt inſpectionem ab emere volente factam ignorante venditore non veniunt, prout nec blada, & aliæ ſegetes, à ſolo ſeparatæ, nec vaſa vinaria, niſi ſint in terram defuſſa, & plantata, nec boves, aſini, pecudes, pulli, vel alia animalia ibidem perpetuò non manſura, nec vinea, quæ non ſit de pertinentiis illius fundi, vel prædii, latè Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 100. *per tot.* vide in *§. Legatum n.* *§. Prædium n.* 2. *& §. Venditio num.* Tuſch. *litt. F, concluſ.* 534. *& litt. P, concl.* 374. Altim. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 15. *à num.* 633. *tom.* 4 ubi an veniant lapidicinæ, & alia Pech. *de ſervit. tom.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 6. *n.* 7. ubi an legato fundo veniat ſervitus viæ, vel alia ſervitus Pacion. *de Locat. cap.* 23. 1

Quòd ſub nomine prædii, vel fundi, & illius appellatione veniant etiam omnia ædificia ſolo inhærentia, ſive ruſtica, & ad uſum coloni, ſive etiam ad uſum Domini, cum conſiderentur uti acceſſoria, Merlin. *dec.* 449. *per tot.* vide *in §. Ædificium n.* 9. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 5. ubi de domibus, & arboribus, ut veniant in legato, venditione, ac extractione facta de fundo. Cyriac. *controv.* 162. *&* 261. Altimar. *loc. cit. n.* 633. *&* 634.

An veniant piſces, ſive piſcina dixi *in §. Aqua n.* 7. Vide Altim. *loc. ſupr. cit. n.* 640.

Quando unus fundus dicatur alteri unitus ex deſtinatione domini, vel potius ſeparatus, ita ut veniat, vel non ſub fideicommiſſo, latè Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 249. *per tot. & part.* 13. *dec.* 183. *n.* 22. *&c.*

Fundus ſuper quo eſt imponendus cenſus debet eſſe de ſui natura frugifer, nam cenſus conſtituitur ut non ſit otioſus, ſed ut mediante pecunia alteri concedatur, & ideò fundus debet eſſe capax totius oneris, cùm res, quæ emitur tanti valeat, quanti valet id, quod pro ea datur, ut latè declarat Cenc. *de Cenſ. q.* 35. *per tot.* Carol. Marant. *controv. part.* 5. *reſponſ.* 5. ubi plura ad rem. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *q.* 23. *à n.* 296. *tom.* 4. Leonard. *de Uſur. quæſt.* 5. Verd. *Inſtit. Lib.* 3. *n.* 2326. Palm. *conſult.* 11. 2

Fundus cenſualis poteſt liberè abſque ulla laudemii ſolutione alienari, tranſit tamen cum onere ſuo, & in ejus emptione eſt præferendus dominus cenſus, cui ideò debet denunciari futura venditio, & per menſem expectari, & aliter facta alienatio poteſt per eundem uſque ad 30. annos revocari: non tamen eſt præferendus vicinis, vel conſanguineis, quibus ex forma ſtatuti competat retractus, ut latè per Cenc. *de Cenſ. q.* 63. 64. *&* 65. *per tot.* vide *in §. Dominus n.* *& §. Denunciatio nu.* Carol. Marant. *loc. cit.* ubi qualiter tranſeat cum onere ſuo, & alia ad rem. 3

Fundus cenſui obnoxius poteſt mutari, ſed quamvis fuerit mutatus, & cenſus ad alium fundum tranſlatus, remanet prima obligatio, & fidejuſſores non liberantur, ut dixi *in §. Cenſus n.* 4

Quòd fundus cenſitus ſufficiens reputetur pro ſolutione annui cenſus donec contrarium probetur, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 302. *num.* 7. vide *in §. Cenſus*. Vide Palm. nep. *dec.* 59. *ſub n.* 16. *tom.* 1.

Et pro validitate cenſus non eſt habenda ratio valoris, & æſtimationis ipſius fundi, ſuper quo imponitur, ſed ſolum fructuum, quos reddit, vel reddere poteſt, Beltram. ad Ludoviſ. *dec.* 389. *num.* 10. Faciunt tradita per Altimar. *ſupra dict. rubr.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 23. *à n.* 296. *tom.* 4.

Fundus traditus æſtimatus pro dote, in dubio di- 5

dicitur venditus, ac transit in dominium mariti, ita ut possit alienari sine consensu mulieris, cùm per dictam æstimationem desierit esse dotalis. Quid autem si fuerit initum pactum, quòd ille fundus licèt æstimatus possit restitui, ad quem interim spectet ejus periculum, Addit. ad Pract. Papp. for. act. qua ux. agit. ad dot. glos. Ac etiam Jas. in l. ex conventione, C. de pact. latè Gratian. discept. forens. c. 38. nu. 27. & cap. 254. n. 52. & cap. 489. nu. 1. & cap. 745. n. 89. & cap. 826. n. 56. & ad 75. & cap. 932. per tot. Merlin. dec. 517. per tot. Peregrin. dec. 95. n. 9. Rot. part. 14. recent. dec. 396. num. 7. & seqq. Bich. dec. 350. n. 11. & seqq. ad 27. ubi benè distinguit, & declarat quando stante æstimatione remaneat fundus dotalis, vel non, & Rot. part. 17. recent. dec. 15. per tot. & dec. 241. per tot. & decis. 349. in eadem causa ubi multa pro exclusione fundi dotalis.

Quòd præcedente promissione dotis in quantitate, si dentur bona æstimata, dos dicatur consistere in pecunia, & in pecunia non in bonis restituenda sit ad electionem mulieris, vel ejus hæredum, Cavaler. dec. 282. n. 5. Urceol. Consult. forens. cap. 1. n. 63. & seqq. Rot. part. 13. recent. dec. 63. nu. 16. & part. 14. dec. 378. n. 24. & Bich. dec. 464. ubi nisi adsit pactum restituendi in ipso contractu dotis, Merlin. d. dec. 517. Rot. part. 10. recent. dec. 30. n. 22. ubi limitat nisi aliter constet de partium voluntate, & part. 12. dec. 10. n. 28. ubi quando non obstante promissione in quantitate, & æstimatione, bona tradita in dotem dicantur fundi dotalis, nempè quia ita sit expresse conventum, vel aliàs constet de mente partium, & vide Bich. d. dec. 350. n. 11. & seqq. Rot. part. 15. recent. dec. 190. ubi quòd meliùs demonstrari non potest fundus dotalis, quam per expressam partium conventionem, quæ non alteratur per verba solam hypothecam præseferentia; sed multa in contrarium tradit eadem Rot. part. 15. dec. 277. nu. 10. & seqq. ubi pro exclusione fundi dotalis, & part. 16. dec. 249. & part. 17. decis. 15. & dec. 241. per tot. stante promissione dotis in quantitate, æstimatione, & aliis, & dec. 249. per tot.

Quòd res empta ex pecunia dotali ab ipsa muliere, vel etiam à viro illa præsente, sive de illius voluntate efficiatur fundus dotalis, Cavaler. dec. 37. & 39. in eadem causa per tot. dixi in §. Emptio n. 36. plenè Merlin. dec. 791. ubi qualiter constituta dote in pecunia cum pacto de investiendo, ut stet pro fundo dotali; facto instrumento efficiatur fundus dotalis, Rot. part. 13. recent. dec. 51. num. 14. & 15. dec. 20. per tot. ubi latè quando Investimentum efficiatur propriè fundus dotalis, vel impropriè, & stet tantùm pro cautione dotis, & dec. 277. d. part. 15. part. 16. dec. 77. & part. 18. dec. 98. per tot. Vide Brunnemann. Cod. libr. 3. tit. 32. leg. 6. n. 8. colum. 225.

Declaratio tamen viri facta constante matrimonio, quòd res sit fundus dotalis tanquam suspecta non attenditur, nisi aliundè verificetur, idem Cavaler. dec. 448. n. pr. &c. vide Rot. part. 13. rec. dec. 51. n. 13. & seqq. ubi quòd quando fuit emptus fundus ex pecunia dotali efficitur dotalis, etiam si nomine viri tantùm stante pacto reinvestiendi, cùm potiùs attendatur cujus sit pecunia.

Quòd etiam stante promissione dotis in pecunia possit postea ex pacto quandocunque subsecuto constitui fundus dotalis, si sit in utilitatem mulieris, vel saltem non in damnum, l. ita constante, ff. de jur. dot. Ursil. ad Afflict. dec. 336. Martha vot. Pis. 13. n. pr. &c. ubi etiam quòd semper præsumitur fundus dotalis in utilitatem mulieris, ex Rot. Flor. lib. 14. Mott. fol. 157. sub die 24. Octobris 1548. vide Dos num. 9.

An, & quando æstimatio fundi dotalis faciat emptionem, & venditionem, vel non, latè Menoch. libr. 3. præsumpt. 74. per tot. Ludovis. cum Beltram. dec. 537. per tot. Bich. dec. 350. num. 11. & seqq. Gratian. dec. 12. cum Addit. Marc. Medic. Exam. 30. cum duabus decisionibus seqq. & Addit. per tot. Merlin. de pign. lib. 2. tit. pr. q. 19. per tot. ubi 28. casus considerat, & dixi in §. Æstimatio nu. 8. &c.

Tusch. litt. D. conclus. 726. per tot. & conclus. 758. ubi an, & quando sint restituenda bona, vel æstimatio, plenè Boss. de dot. cap. 26. per tot. fol. mihi 645. &c. Merlin. dec. 517. per tot. Peregrin. dec. 27. ubi an ideò possit retrahi vigore juris congrui, Rot. part. 17. rec. dec. 144. Lara Scopp., & Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. cit. dec. 12. & Card. De Luc. in Indic. verb. dos æstimata. Boss. in tract. de Dot. Brunnem. Cod. libr. 2. tit. 3. leg. 21. n. 8. colum. 89.

Quòd fundus dotalis in dubio semper excludatur, cùm utilius sit uxori, & ideò constituta dote partim in pecunia, & partim in bonis, non censentur bona data pro fundo dotali, licèt nulla præcesserit æstimatio, cùm præsumatur facta à lege pro pretio, quo tunc bona valebant, & alia ad exclusionem fundi dotalis, Rot. part. 15. rec. decis. 69. per tot. & dec. 277. n. 20. & seqq. & p. 16. dec. 10. quòd ex circumstantiis utilius sit quandoque mulieri habere dotem in fundo, & quandoque in pecunia, Merlin. de pign. libr. 2. quæst. 19. n. 54. & 55. Rot. part. 16. recent. dec. 77. n. 8. & seqq. Et quòd in pecunia De Luc. de Dot. disc. 97. n. 3. & disc. 180. nu. 12. Rot. coram Bich. decis. 251. sub n. 14.

Fundus dotalis, quamvis per æstimationem transierit in dominium viri, favore tamen, & privilegio dotis; si maritus non reperiatur idoneus in aliis bonis pro restitutione dotis, in subsidium ipso jure dictum dominium retransfertur, & revertitur absq; ullo onere, & obligatione in uxorem, ac si semper apud illam remansisset, & nunquam in virum transisset, text. glos. & DD. in l. rebus, C. de jur. dot. Negus. de pign. part. 2. memb. 2. nu. 59. Marc. Medic. dec. 51. per tot. ubi quòd tale privilegium, & similia dotium competunt etiam filiis ejusdem matrimonii, sed non aliis filiis, nec hæredibus extraneis ipsius mulieris, vide in §. Dos nu. Merlin. dec. 776. n. pr. & seqq. Peregrin. dec. 95. n. 10. &c. Costa de remed. subsid. remed. 63. per tot. Pacif. de Salvian. inspect. 3. cap. 4. n. 49. ubi quòd tunc detur utilis actio, & rei vendicatio, Rot. part. 16. recent. dec. 12. nu. 5. De Luc. de dote disc. 56. in fin. disc. 77. n. 4. & 8. disc. 111. n. 10. disc. 180. n. 3. Brunnemann. in d. l. in rebus C. de Jur. dot. Cattull. de usufruct. cap. 4. n. 54. 6

Quod stante fundo dotali, in quo sint investitæ pecuniæ dotales, sit agendum contra illum, & non ad pecunias, nec alia bona, Cavaler. dec. 574. n. 2. vide Tusch. litt. D, conclus. 758. et seqq. l. dotale prædium, ff. de fund. dotal. l. un. §. cum lex, Cod. de rei ux. act. Campeg. de dot. part. 2. q. 79. Rot. part. 22. recent. decis. 84. num. 5. et decis. 367. nu. 9. et part. 13. dec. 349. num. 8. vide in §. Dos n. 27. Rot. d. part. 13. dec. 358. nu. 14. et part. 14. dec. 208. num. 10. et dec. 396. n. 7. et part. 17. decis. 15. num. 4. latè Merlin. decis. 792. ubi adducit plures conjecturas, & rationes, ex quibus in his terminis apparet de constitutione fundi dotalis, & quando secùs Rota part. 15. rec. dec. 20. et dec. 277. n. 10. & seqq. An autem stante pacto restituendi dotem, eo modo, & forma, prout fuit recepta, sit restituenda pecunia, vel fundus æstimatus receptus, latè Rot. part. 17. recent. decis. 167. per tot.

Quòd dos recuperata in bonis à primo viro, vel 8
ejus hæredibus, consentiente secundo viro, non amplius dicatur esse in pecunia, sed incipiat esse in fundo. l. res quæ, ff. de jur. dot. l. labeo, §. si dominus, ff. de verb. signif. Alex. cons. 49. num. 7. lib. 3. Castil. decis. 131. n. 8. &c. Merlin. dec. 537. num. 10. & 8. latè Rot. part. 9. recent. in ead. causa decis. 231. num. 3. & seqq. ubi tamen num. 10. & seqq. videtur contrarium, & melius firmare rationibus ibidem adductis, & quia non potest fieri hujusmodi commutatio, nisi duobus copulativè concurrentibus, nempè consensu conjugum, & utilitate dotis, Rot. part. 16. recent. dec. 249. ubi hanc ultimam opinionem comprobat, quia dum dos erat in quantitate non potest commutari in bonis, nisi copulativè concurrentibus consensu, & utilitate mulieris, vide in §. Dos n. 9. Rot. part. 18. recent. dec. 248. ubi plura de prohibita commutatione dotis de pecunia ad fundum, & è contra.

Fun-

7 Fundus dotalis non poteſt alienari, nec pignorari, etiam de conſenſu uxoris, quæ ſemper poterit illum defendere, etiam conſtante matrimonio pro quocunque debito, ſive proprio, ſive mariti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 745. *num.* 89. *&c. & cap.* 974. *nu.* 14. *&c.* vide *in §. Uxor n.* late Tuſch. *litt. D, concluſ.* 759. Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 133. *num.* 19. *cum multis ſeqq. vol.* 3. *& dec.* 134. *n.* 10. *etc. d. vol.* 3. *et dec.* 141. *eod. vol.* 3. *et ad leg. municip. tit.* 9. *art.* 3. *et ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 521. *nu.* 12. *etc.* ubi quod non poteſt alienari ſine legitima cauſa certa, & expreſſa, nec ſufficit vaga, & generalis, Bich. *dec.* 350. *n.* 24. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 43. *per tot.* ubi plura an mulier poſſit renunciare, *l. Julia de fundo dotali.* Boſſ. *de Dot. cap.* 16. *§.* 4. *nu.* 34. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin.

Quòd non poſſit alienari nec à muliere, nec à viro, nec de amborum conſenſu, & alienatus poſſit revocari, & quando ſecùs in aliquibus caſibus particularibus, Altograd. *conſ.* 25. *&* 26. *per tot. lib.* 2. ubi quòd ex famis neceſſitate, & pro redimendo viro poteſt alienari, ut dixi *in d. §. Uxor num.* vide Peregrin. *dec.* 44. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 36. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3613. ubi quòd poteſt alienari pro viro excarcerando.

Quòd poſſit alienari cum conſenſu viri prævia renunciatione jurata, *l. Julia de fundo dotali*, & pro debito uxoris, Cavaler. *dec.* 482. *nu.* 2. *&c.* vide plenè Chriſtin. *d. deciſ.* 133. *&* 134. *vol.* 3. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 269. *nu.* 12. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 240. ubi qualiter ſuſtineatur alienatio virtute juramenti de jure canonico, cui ſtandum eſt ratione ſubjectæ materiæ, vide Donad. *loc. cit.*

An autem fundus dotalis poſſit per mulierem, vel ejus hæredes vindicari, quando fuit nulliter alienatus à tutore, quamvis contra eum habeat actionem pro ſua indemnitate, affirmativè concludit Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *q.* 22. *art.* 3. *n.* 16. cùm ut in ejus arbitrio contra quem velit agere; quamvis alios contrarium tenentes referat Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 861. *n.* 26. *&* 27.

Quòd fundo dotali alienato per maritum ſubintret obligatio illius ad pretium reſtituendum, ſtante validitate alienationis cùm conſenſu mulieris, & aliis ſolemnitatibus non poſſit ipſe fundum vindicari, ſed agendum ſit ad pretium ex venditione redactum, & hoc totum ſit reſtituendum, etiam ſi conjuges ſimul confeſſi fuerint recepiſſe, cùm ad maritum perveniſſe præſumatur, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 239. *per tot.* vide in *§. Conjuges n.* 10. *& §. Maritus nu.* 30. & rurſus Rot. *in eadem cauſa d. part.* 10. *dec.* 257. ubi quòd maritus non liberatur à dicta reſtitutione dotis in pecunia, etiam ſi fundus alienatus, fuerit poſteà ab uxore recuperatus, & quare.

Quòd fundi dotalis periculum ſpectet ad uxorem non probata culpa mariti, *l. Mævia marito, ff. ſolut. matrim.* Caſtr. *in l. ſi æſtimatis num.* 3. *ff. eod.* Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 83. *num.* 11. *&* 12. *& dec.* 190. vide *in §. Periculum*, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 591. ubi quòd ſi ex facto viri remaneat ſequeſtratus, vel hypothecatus, teneantur illius hæredes reſtituere dotem, & alia ad rem. Brunnemann. *in l. in rebus nu.* 9. *C. de Jur. dot.*

Plura de fundo dotali, ac de dote æſtimata, vel inæſtimata, & ejus effectibus, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 13. *per tot. fol.* 186. *&c* Andreol. *contr.* 130. 313. *&* 317. Cyriac. *contr.* 220. Gob. *conſ.* 131. Manſ. *conſult.* 320. *lib.* 4. Quæſd. Pilo *contr. jur. cap.* 10. Rot. Lucen. *in Lucana dotis de Pippis* 5. *Martii* 1686. coram Bernardino Auguſtino apud Jacob. Baldue. *in obſervat. ad Ramon. dec.* 38. ubi quando ſit fundus dotalis, & quatenus non, an uxor viro decocto poſſit illum recuperare, & ex cauſa antiqui dominii in eo aliis præferri; an hoc beneficium competat etiam filiis, & hæredibus, &c. juxta ea, quæ & ego notavi in hoc *§. n.* 5. *& ſeqq.* De quibus omnibus latè Card. De Luc. *in Indice verb. dos æſtimata*; & Boſſ. *De Dot. cap.* 16. infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin.

8 Fundus dotalis deſinit eſſe talis, & non amplius dicitur fundus dotalis, ſed diſtrahi poteſt poſt mortem mulieris, *l.* 2. *ff. de jur. dot. l. un. Cod. de privil. dot.* Bald. Novell. *tractat. de dot. part.* 7. *privil.* 1. *n.* 11. Cyriac. *controv.* 441. *num.* 11. *lib.* 3. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 640. *num.* 4. *deciſ.* 156. apud Fenzon. *ad ſtat. Urb. §. quia mortuæ, & part.* 13. *deciſ.* 63. *num.* 14. *&* 15.

Quis autem dicatur verè, & propriè rei dotalis dominus, explicat Mella *de uſucap. & præſcript. part.* 3. *Miſcellan. cap.* 1. *per tot.*

Fundi, deſtinatione domini, & non à natura conſtituuntur, *l. qua in rerum* 24. *§. ſi quis, ff. de leg.* 1. *cum ſimilibus*, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 183. *n.* 12. *&c.* ubi quod pariete medio ædificato poteſt una domus in duas dividi, & ideo nominatio facta quandoque in ſingulari, & in plurali non diverſificat bona, & alia de identitate rei, & rurſus in eadem cauſa *deciſ.* 278. *num.* 5. *&c. d. part.* 13. *& part.* 18. *deciſ.* 101. *in fine.* Caprar. *deciſ.* 56. *n.* 8. Baldue. *tit.* 3. *deciſ.* 58. *n.* 18. Palm. nep. *deciſ.* 7. *n.* 23. *tom.* 1. 9

Deſtinatio tamen prædicta ad conſtituendum unicum fundum debet eſſe perpetua, & facta eo animo, ut fundus in perpetuò alteri unitus, & incorporatus, nec ſufficit deſtinatio temporalis, & accidentalis facta gratia commodioris culturæ, Jo. Franc. de Ponte *conſ.* 63. *num.* 40. *lib.* 1. Fab. de Anna *conſ.* 100. *num.* 18. *in fine lib.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 126. *num.* 19 *&* 20. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 228 *per tot.* ubi quòd iſta deſtinatio, & unio non reſultat ex eo, quòd duo prædia uni colono ad colendum fuerint conceſſa, nec quod frumentum unius ad aream alterius ad triturandum deferatur, & hujuſmodi, quando ex aliis apparet de diverſitate, puta ex nomine, confinibus, diverſa acquiſitione, & pretio, ac ideò legatum de uno factum, ad alterum non extenditur.

Ex post tamen deductis fuit revocata prædicta deciſio, & reſolutum utrumque prædium ſub legato comprehendi, virtute deſtinationis, & unionis reſultantis ex appellativa teſtatoris ſub eodem nomine, & unione de tempore teſtamenti, ex generalitate verborum legati aptorum utrumque comprehendere, & ex cauſa ipſius legati, ac hujuſmodi rationibus ponderatis per Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 295. *per tot.*

Quòd fundi diverſitas probetur ex diverſis nominibus, confinibus, menſuris, & pretiis, ad aliud propoſitum dixit Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 335. *num.* 8.

Alia de diverſis fundis, & eorum inſtrumentis, an quis poſſit alienum fundum ingredi contra domini prohibitionem, & hujuſmodi, Ægid. de Caſtejon. *in Alphab. jurid. verb. Fundus*, & Coll. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal part.* 4. *eod. verb. fol.* 631. *&c.* Quod prohibitionem dixi *in §. Dominus num.* 23. *cum Add.* & Brunnemann. *ſup. ff. & Cod.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Altimar. Manſ. Palm. & alii moderni. 10

Furtum ut dicatur probatum quoad corpus delicti, a debet apparere de præexiſtentia rei furatæ in loco, & tempore commiſſi furti, & poſtea de illius deficientia, quod tamen probatur etiam conjecturis, & per teſtes domeſticos, vel familiares, de quo vide Farinac. *quæſt.* 2. *n.* 14. *& ſeqq. & quæſt.* 176. *part.* 1. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 123. *nu.* 8. *&c.* Clar. & Bajard. *in §. Furtum n.* 76. *&c.* Boniſac. *de furt. §.* 2. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 829. & 830. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 61. *n.* 62. & Coſpi *in jud. Criminal. part.* 3. *cap.* 42. & 43. *per tot.* Laurent. Matthæu. Sanz. *tr. de re crim. contr.* 35. *per tot.* ubi quòd probatur indiciis, & conjecturis, de quibus ipſe, & Conciol. *verb. Furtum reſol.* 1. & dixi *in Pract. §. Corpo di delitto, n.* 10. *& n.* 22. *& in §. Furto n.* 25. *&* 26. ubi quid ſervetur in praxi, & maximè Florentiæ, licèt poſtea cœperit ſervari prout ſupra de jure, Rota *part.* 15. *rec. deciſ.* 532. *n.* 3. *&c.* vide de ſcripturis ſubtractis, ut probari debeat exiſtentia in loco furti, & ad tollendas plures cavillationes denuò ſuſcitatas, fuit lege municipali Florentiæ 9. Semptembris 1681. ſtatutum ad probandam dictam præexiſtentiam ſufficere aſſertionem juratam derubati, vel alterius de domo ſua, cum veriſimilitudine, judicis arbitrio, & tanto magis juncta bona

fama ipsius, vel alio adminiculo arbitrio ut supra. Guazzin. *ad def.* 4. *cap.* 7. Brunnemann. *loc. cit.* Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract.* 50. *quæst.* 17. *a n.* 2. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. crim. cap.* 9.

Non tamen necessarium esse constare de præexistentia rei furatæ in eodem die commissi furti, sed sufficere constare de illa per dies ante, fuit decisum per Magistratum DD. Octo Florentiæ, me proponente sub die 9. Maii 1676. *ut in filcia Negotiorum sub n.* 1534. & Farinac. *loc. cit.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 829. *nu.* 5. Bonifac. *de furt. ubi supra.* Grat. *cons* 94. *n.* 1.

Quòd stante confessione furis sufficiat quærela partis ad illum condemnandum in furtis sine fractura, Clar. §. *fin. quæst.* 55. *sub nu.* 11. Scap. *de jur. non script. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 9 *& seqq.* & fuit sæpè resolutum per Magistratum prædictum, & signanter sub die 23. Septembris 1666. *in filcia negotiorum, n.* 738. *& processum* 616. *n.* 70. licet cautius procedatur faciendo etiam constare de dicta præexistentia, quando probationes haberi possunt, & vide Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *quæst.* 19. ubi reprobat Clarum latè Hieron. Cala *de furt. part.* 1. *c.* 3. 4. *&* 5. ubi quod stante confessione locus est pœnæ arbitrariæ, etiã triremium, licet aliter non constet de furto. Vide Bellegrand. *loc. supra citat.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Qualiter autem constito de corpore delicti in materia furti eo meliori modo quo fieri possit, probetur postea ipsum furtum contra furem imputatum ex variis præsumptionibus, conjecturis, & indiciis, de quibus latè videndi Farina. *quæst.* 176. *part.* 3. *per tot.* Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 31. *& lib.* 6. *præsumpt.* 61. *num.* 22. *& seqq.* Magon. *decis. Flor.* 123. *n.* 6. & Tusch. *litt. F. concl.* 558. *&* 560. Mascard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 830. *& seqq. per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 282. Bonif. *de furt. d.* §. 2. *per tot.* dixi *in Pract.* §. *Indicii num.* 11. ubi hujusmodi indicia ex diversis casibus sumpta summatim retuli, quæ ideò non repeto, Conciol. *resolut. crim. verb. Furtum resol.* 12. *per tot.* ubi quòd factum in domo præsumitur à domesticis, vel solitis conversari, vel ab eo, qui visus fuit exire cum fardello, vel aliter, vel à vicinis, vel ab eo, cujus res aliqua fuit reperta in loco furti, vel qui fugam arripuit, intelligendo quoad omnes quando sint homines malæ conditionis, & famæ, aliàs secùs. Quibus conjecturis probetur Cyriac. *controv.* 238. & Capon. *discept.* 87. *tom.* 2.

Et quòd testes etiam derubati probent contra fures, si apud acta ante depositionem, vel saltem tempore depositionis renunciaverint omni eorum interesse, licèt non sint testes omni exceptione majores, Farinac. *quæst.* 60. *n.* 51. *& seqq.* cum aliis per Conciol. *d. verb. Furtum resol.* 13. *per tot.* & dixi *in* §. *Testes num.* 7.

Quod furtum sine fractura tamquam delictum facti transeuntis, cujus vestigia non remanent, ac difficilis probationis probetur quoad corpus delicti ex quesela partis, si sit bonæ famæ, ac ex aliis indiciis, & conjecturis, si verò sit cum fractura, constito de illa, dicatur constare de corpore delicti, Marsil. *in prax. crim.* §. *constat n.* 6. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 830. Farinac. *q.* 2. *num.* 15. Cabal. *cons.* 282. *num.* 2. Carpzou. *in prax crim. part.* 2. *q.* 81. *n.* 12. ubi ex sola assertione partis, latè Matthæu. Sanz. *d. contr.* 35. *per tot.* ubi plura de probatione corporis delicti in crimine furti, latrocinii, rapinæ, & abscissionis bursarum vulgò *Taglia borse*, & Cala *loc. sup. cit.* ubi plura. Basilic. *dec.* 13. *n.* 25. Carol. Ant. De Luc. *dict. cap.* 9.

3 Furtum proprium committitur per ablationem, & asportationem rei, damnum verò per corruptionem, & devastationem, ut dixi *in* §. *Damnum num.*

Impropriè autem committitur furtum pluribus aliis modis, ut si quis utatur re accomodata ad alium usum, vel re depositata, sive pignorata, *text. & gloss. in* §. *Furtum autem Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* in quibus tamen casibus pœna mitigatur, Cabal *resol. crim. cas.* 136. *num.* 4. *& per tot.* Pract. Papp. *for. Inquisit. glos. Præter & contra n.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 298. Tusch. *lit. F. concl.* 553. Gutter. *in Prax.* 151. *per tot.* Onnat. *de contract. tom.* 2. *tract.* 59. *disput.* 55. *sect.* 2. *fol.* 886. ubi an, & quando furtum committatur in deposito, de quo etiam Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 132. ubi quòd ad inducendum furtum non sufficit quælibet contrectatio, sed alia duo copulativè requiruntur, nempe ut sit fraudulenter, & lucri faciendi gratia, quibus non probatis cessat furti actio, Bonifac. *de furt.* §. 8. Farinac. *q.* 168. *part. pr. & quæst.* 169. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib. pr.* §. 13. *cap.* 3. dixi *in Pract.* §. *Furto num.* 11. & in hoc opere §. *Dolus nu.* 14. Nicoli. *Elucbr. Utriusq. Jur. lib.* 4. *tit.* 1. *inst. Imper.* Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 73. *de relig. domi.* Layman. *in Theol. Mor. libr.* 3. *tract.* 3. *part. pr. cap. pr.*

Item si quis alienam pecuniam accipiat, ut alteri deferat, vel solvat, si non adimplet, sed in proprios usus convertit, quando tradens voluit illam pecuniam in specie solvi, vel fuit tradita in gruppo, marsuppio, vel sacculo obsignata, & sic non apparet de translatione dominii in accipientem, Cabal. *resol. crim. cas.* 136. *num.* 20. *&* 21. Tusch. *d. concl.* 553. *n.* 7. *&* 55. *num.* 6. Farinac. *d. q.* 168. *p.* 6. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 189. *num.* 6. *vol.* 2. ubi refert plures ex hac causa fuisse laqueo suspensos, quamvis optimos habuerint Advocatos, & idem probat Clar. *in* §. *Furtum num.* 22. Sanfelic. *decis.* 42. *num. pr. & decis.* 166. ubi numeratam pecuniam acceperit, quando callidè, & dolosè ab initio, & ex falsa causa induxit alium ad sibi tradendam pecuniam, vide *in* §. *Prætor sub num. pr. & in hoc* §. *in causa Romalii nu.* 23. *& seqq.* facit Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 37. *per tot.* ubi de famulo subscriptionem domini falsificante ad intercipiendas ejusdem pecunias penes alium depositatas, quod committat falsitatem, & furtum, pro quibus pœna arbitraria citra mortem sit puniendus juxta facti qualitatem, reiterationem, & importantiam.

Item si procurator, vel administrator dolosè, mendaciter, & ignorante, vel invito domino, illius pecuniam, vel alias res in proprios usus convertat, nisi ex velamine administrationis posset dolus excusari, vel materia sit potius ordinata ad nulliter contrahendum, vel committens non sit factus locupletior, Gratian. *discept. forens. cap.* 935. *per tot.* Cabal. *cas.* 136. Farinac. *quæst.* 169. Menoch. *de arbitr. cas.* 398. *nu.* 19. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *nu.* 24. *fol.* 202. vide *in mea Pract.* §. *Administratori num.* 6. *&* §. *Furto num.* 44. & in hoc opere §. *Administrator num.* 12. *&* §. *Pecunia num.* 13. *ac novam legem Florentiæ editam* 9. *Septembris* 1601. *num.* 10. ubi de hujusmodi furtis rerum fidatarum famulis, ancillis, factoribus, vecturalibus, comodatariis, sociis, & similibus, qualiter puniantur.

Item si falsus Procurator, vel falsus creditor exigat quod sibi non debetur, Farinac. *quæst.* 170. *per tot.* Tusch. *lit. F. concl.* 553. *num.* 3. *&c.*

Item si quis inventum non reddat, ubi certus sit dominus, & res non fuerit habita pro derelicta, Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 30. *per tot.* Farinac. *quæst.* 168. *part.* 3. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 3. *num.* 141. vide *in* §. *Inventor*, Sanfelic. *decis.* 38. ubi etiam de diligentiis faciendis quando ignoratur dominus, aliàs sic puniendus inventor pro se retinens. An autem & quando inventor teneatur in foro conscientiæ restituere, vel possit sibi retinere, & quæ latè Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de restit. cap* 5. §. 4. *dub.* 2. *fol.* 92. *et dub.* 4 *fol.* 95. intelligendo post factas diligentias, &c.

An autem inventor possit prætendere præmium, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. et merc. quæst.* 71.

Item si quis ex incendio, vel naufragio deperdita subtrahat, & sibi appropriet, Menoch. *de arbit. cas.* 297. *per tot.* Farinac. *quæst.* 168. *part.* 4. Bonifac. *de furt.* §. 8. *num.* 88. Ganaver. *decis.* 22. *per tot.* Vigel. *libr.* 23. *Jur. Civil. cap.* 15. Vide Brunnemann. *sup. Cod. libr.* 6. *tit.* 2. *leg.* 18. *n. pr. pag.* 538.

Item si quis rem rurant communem sibi appropriet, & in proprios usus convertat, vel extra usum destinatum utatur, Cabal. *cas.* 136. *n.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 948. *num.* 48 *et cap.* 625. *n.* 23. Tusch. *lit. F. concl.* 553. *et* 555. vide *in* §. *Colonus num.* 3.

Sed quòd in re communi non committatur furtum, & ideò si quis alium puta colonum accusaverit de grano

no ablato, non possit obtinere, si probetur fuisse commune, quia in materia odiosa non dicitur meum, quod commune est, quicquid sit in favorabili, & quia si statutum disponat, quòd dominus possit accusare de damno, non potest damnificatus in re communi socius accusare, cùm non sit verè dominus, sed per fictionem, Bart. *cons.* 90. *lib.* 2. Aret. *cons.* 65. *n.* 20. Tusc. *litt. M. concl.* 225. *num.* 9. Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 151. *num.* 2. *in fine*, Sperel. *decis.* 24. *n.* 53. *et seqq.* Bertaz. *cons.* 224. *num.* 5. *et seqq.* ubi quòd præsumitur habere tacitum mandatum à Socio, &c. Pacion. *de locat. cap.* 33. *num.* 25. *et seqq.*

Prima tamen opinio procedit ubi constat de dolo, & animo usurpandi jus socii, qui non præsumitur in re communi; & secunda quando non constat de dolo, Bart. & alii *in l. si socius, ff. de furt.* Fabr. & Aret. *in §. Furtum Instit. de obl. quæ ex delict. nasc.* Bonifac. *de furt.* §. 10. *num.* 50. Sperel. *d. decis.* 24. *num.* 54. & dixi *in Pract. §. Furto nu.* 21. *& seqq. & nu.* 44. latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 388. *num.* 7. ubi in effectu hanc sequitur distinctionem.

An furtum committatur per expilatores hæreditatis multos affirmantes refert Menoch. *de arbitr. cas.* 300. ubi tamen firmat non dici propriè furtum, sed aliud delictum expilationis hæreditatis, quod arbitrio judicis punitur, Tusch. *lit. H. concl.* 27. Farinac. *quæst.* 174. *part.* 3. Bonifac. *de furt. §.* 3. *nu.* 39. *&* §. 5. *num.* 5. & Ant. Pichard. *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 54. *&* 55. *fol.* 99. ubi etiam de expilatoribus, qui noctu palia, & vestes viatoribus diripiunt, Amaya *Observ. lib.* 2. *cap.* 7. ubi plura cur hæreditati furtum non fiat, & an res expilatæ usucapi possint, ut infra *num.* 18. Hieron. Cala *in Pragm.* 11. *de empt. & vend. sive de furt. part. pr. cap.* 21. *num.* 116. *& seqq.* ubi plura an expilatores hæreditatum puniri possint ut fures, quid in uxore, & alia, Carol. Rota *in florileg. conclus.* 10. *per tot.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Item committitur furtum ab eo, qui post solutionem sibi factam, recusat restituere pignus, quamvis lapsum esset tempus redimendi, & sic quotiescumque sine justa causa, vel titulo res aliena retinetur contra domini voluntatem, *l. si quis uxori, §. cum creditorem, ff. de furt. l. Pomponius, ff. de acquir. rer. dom.* Bonifac. *de furt. §.* 4. *num* 47. *fol. mihi* 167.

Item ab eo, qui utitur pignore quoad usum, & sic attenta solùm illius usus æstimatione, nisi utatur cum consensu domini, etiam præsumpto, vel de credulitate, tenetur tamen fructus illius usus imputare in creditum, aliàs committeret usuram, nisi procedat ex mera liberalitate, ut benè pluribus citatis declarat Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 8. *num.* 1070. *& seqq. nu.* 2182. ubi ponit alios tres casus, in quibus licitus est usus pignoris. Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 1.

Item ab eo, qui falsis, vel injustis mensuris, sive ponderibus utitur, vel qui falsas refert mensuras, qui annonam cariorem facit, vel res ad eam pertinentes occultat, ut cariori pretio vendat, & in similibus casibus fraudem redolentibus, ut benè probat videndus Bonifac. *d. §.* 4. *num.* 51. *& seqq. per tot. & §§. seqq. per tot. tract.* dixi *in Pract. §. Furtum num.* 38. *& seqq. per tot. & §. Ladri num.* 18. *&c. in* hoc opere *§. Mensura num.* latissimè etiam Farinac. *de furt. quæst.* 168. *& seqq. per tot.* ubi plurimos casus adducunt, & declarant, in quibus committatur furtum, vel non, & qua pœna puniatur, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. *&* 13. *cap.* 3. *per tot.* Card. Tusch. *litt. F. conclus.* 553. *per tot.*

Item à capientibus, occidentibus, vel deviantibus alienos columbos, Bonifac. *de furt. §.* 6. *n.* 21. Azor. *Instit. Moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap* 16. *litt. D. &c.* Paul. Christin. *dec.* 178. *vol.* 2. *& ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 27. ubi etiam de damnis datis à columbis, & an quis possit facere columbarium in suo, etiam si agros ad pascendum non habeat, adde Gab. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de restit. cap.* 5. *§.* 2. *dub* 4. ubi utrum sit licitum habere columbaria, *& dub.* 9. ubi qualiter sit prohibitum columbas capere, & occidere, & alia hujusmodi, Tondut. *quæst. civil. cap.* 140. & alios plures citatos à Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 16. *per tot.* ubi de columbis, quòd innocens eorum est victus, cùm par sit utilitas, quæ agris per stercorationem affertur, & ideò nisi aliter per statuta sit dispositum, possunt teneri columbaria à non habentibus agros sufficientes ad pascendum columbos, ut dixi in *Praxi, §. Columbi num.* 4. adde Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Restitutio diff.* 46.

Quomodo autem custodiri debeant columbaria, ut abundent columbis, ac de utilitate columbariorum, quomodo fiat restituenda à conductoribus, & alia vulgò non nota, Cyriac. *contr.* 229. *num.* 24. *& seqq.*

Furta tamen hæc, & similia impropria, vulgò nuncupata, *truffe, truffarie, e baratterie*, & quæ secundum communem usum loquendi, & intelligendi, non habentur pro furtis, non computantur in numero trium, vel plurium furtorum, ad effectum ut habeat locum statutum, vel consuetudo, quod fur pro tribus, vel pluribus furtis furcis suspendatur, cùm debeat intelligi de furtis propriis, gravibus, qualificatis, ac re, loco, & tempore distinctis, Cardin. Tusch. *litt. F. concl.* 564. *num.* 35. Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr.* 37. *num.* 35. Bonifac. *de furt. §.* 12. *quod jure naturali, nu.* 36. *& seqq. fol. mihi* 424. Farinac. *quæst.* 167. *part.* 4. *per tot.* ubi plura quando tria furta commissa dicantur, ut fur possit suspendi, & dixi *in Pract. §. Furta num.* 46. *&* 47. ubi etiam quando non irrogent infamiam, quamvis aliàs regulariter furti damnatus efficiatur infamis, Bart. *in l. infamem, ff. de publ. jud.* Pract. Papp. *for. Inquis. glos. Furto, &c.* vide *infr. num.* 13. Hieron. Cala *loc. sup. cit. num* 121. *& seqq.* ubi plura de truffis, expilationibus hæreditatum, & hujusmodi.

Item committitur etiam furtum ab artifice, qui rem ad exercitium suæ artis datam pro ea accommodanda, vel polienda non restituit, ita ut possit etiam torqueri, nec obstet transactio, vel accordium ex necessitate, vel cum protestatione initum, quin possit criminaliter procedi, *l. itaque fullo, ff. de furt. l. si is, C. eod.* Cabal. *cas.* 99. *num.* 47. Sanfelic. *decis.* 42. *per tot.*

Furta plura minuta, licet per se uti singula ob levitatem materiæ, si verè adeò sit tenuis, ut non faciat materiam notabilem, non obligent ad peccatum mortale, nec ad restitutionem; tamen in materia injustitiæ, summæ illæ parvæ (ut de famulo, qui quotidie nummum domino furatur) continuantur, & in unum coalescunt, & quoad se, & quoad proximi damnum, adeò ut materia per partes minutas aucta, & major effecta, notabilis evadat, obliget ad peccatum mortale, & ad restitutionem, sive dicta furta minuta uni soli, sive pluribus, ac diversis facta fuerint, & si facta diligentia non inveniatur dominus, vel sciri non possit, restitutio debet fieri pauperibus, vel in aliis operibus piis erogari, ut benè probat Sperel. *decis.* 123. *nu.* 25. 38. 39. *&* 40. facit Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 41. *& seqq.* Thom del Bene *de Immunit. part. pr. cap.* 2. *dub.* 1. *sect.* 6. 7. 8. *&* 9. *per tot. fol.* 53. *&c.* ubi qualiter peccet mortaliter, & obligetur in solidum ad restitutionem concurrens cum aliis ad plura furta minuta; si tamen non cooperetur damno aliorum, probabilius est excusari stante levitate materiæ partis suæ, sicut excusatur quando ipse solus intercisis voluntatibus committit plura furta levia discontinuata, quæ intercisis voluntatibus non coalescunt in unum ad inducendum peccatum mortale, & obligationem restituendi, nisi extet, vel fur ex eis factus sit ditior, ut latè ibidem declarat, & dixi *infra num.* 21. adde Caspens. *Curs. Theol. tract.* 18. *disp.* 5. *sect.* 4. *per tot.* Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dubit.* 7. *& seqq. & cap.* 13. *per tot.* Layman. *dict. libr.* 3. *tract.* 3. *par. pr. cap. pr. n.* 6.

An idem sit in detractionibus levibus, ut possint pervenire ad damnum grave, sicut furta minuta, Card. de Lugo *de justit. tom. pr. disput.* 16. *sect.* 3. *nu.* 46. Dian. *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 17. *per tot.*

Quænam quantitas requiratur, ut sit materia sufficiens ad peccatum mortale, tot sunt opiniones, quot DD. & novem refert Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 57. *& p.* 3 *tract.* 6. *resol.* 25. *infr. num.* 21. Michael Ferro Mantiq. *Quæst. Vicar.* 120. *per tot. part.* 2. Latè Sayr. in Clav. Reg. *libr.* 9. *cap.* 15. *& seqq.*

Plura de restitutione pro furto in foro conscientiæ,

P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib. 5. cap. 14. per tot. infr. num. 17.* plenè, & magistraliter Gabr. Vasquez *Opuscul. moral. tract. de restit. cap. 5. de furto, & rapin. per tot. fol. mihi 68. & seqq. & cap. 9. per tot. fol. 144. &c.* vide *in §. Restitutio num. 40.*

An fur teneatur non solum ad restitutionem rei, sed etiam lucri ex ea facti puta locando, & an ad summum illius valorem, quando penes illum excrevit, diversas opiniones refert Dian. *part. 2. tract. 17. resol. 50. 51. & 52. & par. 4. tract. 4. resol. 63. part. 11. tract. 6. resol. 5.* vide in §. *Æstimatio num. 5.* Vasquez. *loc. cit. dub. 12. & 13. fol. 78.* latè Michael Ferro Manriqu. *Quæst. Vicar. 88. 89. & 90. per tot.* ubi contra Dian. Vasq. & alios.

Quid si res furata perierit penes furem eodem modo, quo peritura fuisset penes dominum, vide in §. *Debitor nu. 10.* Vivi. *com. opin. 347. nu. 6.* Vasquez. *loc. cit. dub. 11. fol. 77.*

Quòd restitutio facta non tollat pœnam, neque absolutus à pœna liberetur ab obligatione restituendi, & alia, vide per Didac. Mari. in Addit. ad Giazarel. *decis. 13. n. 19. et seqq.* Vivi. *dec. 146. & comm. opin. 347. nu. 7. &c.* Ricc. *Collect. 282.* Hieron. Calà *in Pragmat. 11. de cap. & vendit. sive de furt. part. pr. 2. n. 10. et seqq.* Rot. Lucen. *diversf. dec. 62. et 151.*

Intellige de pœna extraordinaria, nam facta restitutione statim, vel saltam ante processum, & inquisitionem solet recedi à pœna ordinaria, & mitior imponi, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tractat. de re crim. controv. 38. num. 35. et 36.* Cala *loc. citat.* ubi quòd in levioribus furtis facta restitutione minoratur pœna, secùs autem in gravioribus, & qualificatis, ac post inquisitionem, & carcerationem, vel ubi essent plura furta, nam his casibus nihil prodest restitutio ad minorandum pœnam, &c.

Et quòd fur criminaliter pro furto damnatus, sit etiam condemnandus ad restitutionem, nec ante illam factam possit à carcere relaxari, Alvarez de Velasc. *de jud. perfect. Rub. 12. annot. 3. num. 20.* Vivi. *comm. opin. 347.* quòd etiam fur confessus, obtenta impunitate, non potest à carceribus relaxari, nisi facta restitutione, vel aliter concordato, & obtento assensu à derubato, vel ad instantiam fisci, injuncto exilio, ut dixi in §. *Indultum num. 12.*

Quando in foro fori possit, vel debeat fur condemnari ad restitutionem, vel non, quòd absolutus à pœna non possit condemnari ad dictam restitutionem, vel interesse partis, quòd si non sit confessus neque convictus, sed tantùm inditiatus, & ex inditiis condemnetur ad aliquam pœnam extraordinariam, an tunc intret, & fieri debeat condemnatio ad restitutionem negativè concludit Ricc. *Collect. 4220.* Cabal. *resolut. crim. cas. 82. num. 14. et seqq.* quamvis illum validè impugnet, & contrarium probet Por. Mediolan. *in Fasciculo rer. crim. §. de pen. diversf. crimin. fol. 407.* Andreol. *controv. 269. per tot.* Sanfelic. *decis. 227.* ubi distinguit, vide in mea Pract. §. *Delinquenti num. 28. et num. 31. et §. Contumaci nu. 24. et §. Ladri nu. 23.* Bonifac. *de furt. §. 3. n. 93.* & Scanarol. *de just. Carcerat. lib. 2. §. 2. cap. 14. nu. 28.* & Colla *de remed. subsid. remed. 51. per tot.* dixi in §. *Absolutio nu. 33. §. Heres num. 55.* & adest nova lex municipalis Florentiæ de die 9. Septembris 1681. qua cavetur quocumque casu condemnationis in aliquam pœnam criminalem, etiam arbitrariam, condemnetur etiam ad restitutionem, dummodò adsint probationes arbitrio judicis sufficientes ad obtinendum judicio civili.

Qualiter fures teneantur in solidum ad pœnam, & ad restitutionem, ac alia plura de conditione furtiva, Paul. Christin. *decis. 12. per tot. volum. 3.* Conciol. *resol. crim. verb. Furtum resol. 3.* ubi quòd pluses furantes simul maximè rem, quæ ab uno solo asportari non possit, tenentur omnes in solidum ad pœnam, & ad restitutionem, licèt uno ex illis solvente liberentur alii à restitutione, sed non à pœna, & qui totum restituit potest ab aliis ratam repetere, vide Guaz. *defens. 33. cap. 23. nu. 3.* Thesaur. *decis. 254.* Cabal. *cas. 198. num. 4. & seqq.* & dixi in §. *Delinquens nu. 9. & §. Correns nu. 2.* Giballin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 2. §. 7. fol. 362.* ubi plura de condictione furtiva, plenè Gabr. Vasquez. *loc. sup. cit.* Zamoran. *tract. de compens. disp. 5. cap. 16. per tot.* ubi plura Ricc. *collect. 282.* Vide Brunnemann. *ff. libr. 47. tit. 2. leg. 21. n. 6. & 7.*

An autem auxilium præstantes furto, vel furibus teneantur ad restitutionem, dixi in §. *Auxilium n. 25. in Addit. infra n. 6. versic. Auxilium*, late Gabriel. Vasquez. *opuscul. moral. tract. de restit. cap. 9. per tot. fol. 744. & seqq.*

Furta, idest res furatæ non possunt regulariter in domo aliena perquiri, ubi prætenderentur occultatæ nisi adsint legitima inditia, agatur contra personas suspectas, & fiat auctoritate judicis, vel potiùs de illius mandato à familia absque interventu derubati ad evitanda scandala, & quandoque prius per eum præstito juramento calumniæ, Bonifac. *de furt. §. 3. Contrect. nu. 85. & fol. 132. etc.* Farinacc. *quæst. 165. versic. finem*, Boer. *decis. 174.* Sperel. *decis. 49. num. 19. etc.* ubi loquitur de perquisitione facta in domo Clerici de ordine Curiæ sæcularis, quam nullatenùs fieri posse probat: dictam conclusionem sequitur, & idem esse in similibus, veluti pro invenienda moneta falsa, libello famoso, armis, & similibus prohibitis, Conciol. *resol. crim. verb. Perquisitio resol. unic. per tot.* vide in §. *Judex num. 207. infra num. 9. versic. An autem* vide Ricc. *collect. 282.* Pareja *de Edit. tit. 7. res. pr. num. 24.* Vide Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract. 10. quæst. 17. n. 4.*

Qualiter sit facienda recognitio rei furatæ, & similium per testes non ad oculum, sed inter plures similes ad effugiendum periculum subornationis, & suggestionis, & aliter facta non valeat, Guaz. *defens. 17. cap. ult.* cum aliis per Conciol. *resolut. crim. verb. Recognitio resol. pr. num. pr. et per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in prax. criminal. cap. 9. sub n. 4.*

An autem furtum præsumatur commissum ab eo, penes quem res furata reperitur, ita ut possit torqueri, puniri, & ad restitutionem condemnari, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 29. et de arbitr. cas. 462. num. 10.* Bonifac. *de furt. §. 2. num. 60. et ad 106.* Giazarel. & Addent. *decis. 89.* Mascardus *de prob. vol. 2. conclus. 833. per tot.* latè Guttierez. *in Praxi quæst. 152. per tot.* Hieron. Cala *in pragmat. Regn. Neapol. 11. de empt. et vend. sive de furt. p. 3. num. 12. et seqq. et nu. 43.* Card. Tusch. *litt. F. conclus. 560. nu. 3.* Farinacc. *quæst. 177. per tot.* & dixi in Pract. §. *Furta num. 16. et seqq.* ubi quòd sic, si sit homo malæ conditionis, & famæ, res reperiatur in loco occulto abscondita, & non detur auctor verus, & reperibilis sine complicitate, & probat alios citans Add. ad Sanfel. *dec. 343. versic. Res furata etc.* Conc *verb. Furtum res. 4.* ubi limitat nō procedere in Ragateriis, Mercatoribus, vel fœneratoribus, qui sive bonæ, sive malæ sint famæ non possunt ex hac causa torqueri, licèt non doceant de auctore, cùm isti soleant res mobiles sæpè ab ignotis emere, nisi tamen illas absconditas retineant, ad Farinac. *quæst. 177. num. 8. & seqq.* Guazzin. *defens. 17. cap. 2. num. 11.* Mattheu. Sanz. *de re crim. contr. 36. num. 29. & seqq.* ubi quòd res furata reperta penes aliquem malæ qualitatis, & famæ, maximè in eodem genere mali, facit contra eum indicium ad torturam, si non probet auctorem, à quo habuerit; nisi adsit lex specialis, per quam caveatur, quod ex his resultet plena furti probatio, ut in Regno Valentiæ, & hodie Florentiæ per novam legem 9. Septembris 1681. caveritur cautum, ut emptores rerum furatarum condemnentur tamquàm si ipsi furtum commisissent, nisi doceant de bona fide, vel dent certum, & reperibilem auctorem, & quandocumque in eis superveniat mala fides, debeant dictas res penes Curiam deponere sub pœna simplicis furti; intelligendo sanè de emptore, & retentore doloso Nicoli. *Elucubr. utriusq. jur. lib. 4. tit. pr. n. 11. Inst. Imper.* Vide Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. meth. tract. 6. quæst. 5. nu. 12.* Brunnemann. *sup. C. libr. 6. tit. 1. leg. 2. num. 5. col. 534.*

Quamvis verò res furata penes alium reperta non faciat indicium ad torturam contra eum nisi de furto suspectum, nisi alias sit homo malæ conditionis, & famæ, ut docent communiter Auctores; tamen etiam si sit bonæ vitæ, conditionis, & famæ, poterit adhuc

tor-

torqueri, ſi non tamquàm de furto ſuſpectus, ſaltem tamquam veritatis occultator, ſi non probet à quo rem furatam habuerit, ad latè tradita per Maſcard. *de prob. volum. 2. concl.* 833. Decian. *conſil.* 93. *vol.* 2. Poſſent. *ſing.* 208. *num.* 2. *& ſeqq.*

Quid ſi probet emiſſe ab alio ſine dolo, nominando auctorem certum, & repetibilem, an adhuc teneatur rem vero domino reſtituere, etiam non refuſo ſibi pretio expendito, vide DD. *in l. incivilem, C. de furt.* Alciat. *præſumpt.* 29. Natt. *conſil.* 436. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 42. Boſſ. *tit. de furt. num.* 49. Clar. §. *Furtum, verſic. ſed hoc incidenter*, Menoch. *de præſumpt.* 29. *num.* 9. Cabal. *caſ.* 292. Guaz. *defenſ.* 27. *cap.* 6. Gizzarel. *d. deciſ.* 89. *num.* 7. Farinac. *d. qu.* 177. *par.* 3. dixi in pract. *d.* §. *Furto n.* 18. ubi quod ſic, niſi verè conſtet de bona fide emptoris in caſibus, de quibus ibidem *num.* 19. *et in* §. *Comprare num.* 11. & in hoc opere §. *Emptio num.* 27. *et* 57. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 343. *verſic. Emptor.* & plenè Guttierez *in Praxi quæſt.* 152. *&* 153. *per tot.* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 473. Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcin. *n.* 34. *et* 39. Brunnemann. *ſup. C. libr.* 3. *tit.* 32. *leg.* 23. *n. pr. col.* 229.

Si verò deprehendatur fur cum re furata in loco, & puncto rei ablatæ, vel per modicum intervallum nullo actu extraneo medio, antequam illam deferat quò deſtinaverat, dicitur fur manifeſtus in flagranti deprehenſus, & re ipſa convictus, textus *in* §. *Furtorum inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Sanfelic. *deciſ.* 39. *per tot. &* 272. Cujac. *in l.* 4. *ff. ad l. Aquil. & lib.* 11. *obſervat.* 38. cum aliis per Hieron. Calam. *in Pragm.* 11. *de empt. & vendit. ſive de furt. p.* 1. *in princ. num.* 2. *& ſeqq.* Nicol. *Elucub. Utrinſq; Jur. libr.* 4. *tit. pr. Inſt. Imper.*

Quæ tamen opinio licèt Florentiæ fuerit per me propoſita de menſe Maii anno 1676. in quadam cauſa contra Laurentium Pogeſium, & à Magiſtratu DD. Octo Baliæ amplexa, non fuit à Sereniſſimo Magno Duce, vel ejus Auditore Fiſc. li approbata, ſed juſſum torqueri, & tortus faſſus fuit, ut conſtat in Giornali negociorum dicti Magiſtratus 646. *art.* 148. *infra num.* 11.

6 Furta domeſtica, puta facta ab uxore, filiis, ſervis, vel ancillis, ſi ſint levia de jure *non* puniuntur, ſecùs ſi gravia, & de conſuetudine puniuntur etiam levia facta à ſervitoribus, ſive famulis, vel ancillis, mitiùs, tamen quàm in aliis, ſecundùm Cabal. *caſ.* 204. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §. 10. *n.* 176. *&c.* ubi intelligit quando poſſunt à domino caſtigari, & vide Farinac. *qu.* 174. *p.* 2. *per tot.* Clar. §. *Furtum verſic. ſed poſſet*, ubi refert in famulis, & ancillis fuiſſe morte, vel aliis pœnis gravibus punita, Amon. de Ballis *tract. var. lib.* 3 *caſ.* 10. *num.* 9. Matthæ. Sanz. *de re crim. contr.* 36. *num.* 2. *& ſeqq. per tot.* ubi concludit furta domeſtica gravia à famulis commiſſa habere qualitatem aggravantem perfidiæ, cùm ea quæ cuſtodire tenentur ſurripiant, & fidem domino, cujus expenſis aluntur, non ſervent, ac ideò graviùs eſſe punienda ſi plenè ſint probata, vel confeſſa, quam alia non tamen pœna mortis pro prima vice, *niſi* ſic ſervetur de conſuetudine, non extendenda de loco ad locum in pœnalibus, Guttierez. *in Prax. quæſt.* 160. *per tot.* ubi pro pœna mitiori citra mortem vide Molin. *tract.* 2. *de juſt. diſp.* 686. Faber. *decad.* 82. *error.* 6. Vide Brunnemann. *ſup. ff. lib.* 48. *tit.* 19. *leg.* 11. *n.* 2.

Quòd cum uxore furti non agatur, ſed actione civili rerum amotarum, cùm ſocietas vitæ faciat illam quodammodo dominam rerum mariti, & in honorem matrimonii turpis actio furti non detur, niſi res mariti ſubtraxerit, & cum adultero fugerit, Menoch. *de arbitr. caſ.* 580. *per tot.* Boniſac. *d.* §. 10. *num.* 204. ubi intelligit etiam ſoluto matrimonio pro furto commiſſo illo conſtante, *l. pr. ff. de act. rer. amot. & l.* 2. *C. eod.* Card. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 553. *n.* 31. *&* 32. Farinac. *loc. cit.* facit Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 194. 245. *&* 378. vide in §. *Mobilia nu.* 8. Hieron. Cala *loc. pluries cit. num.* 121. *& ſeqq. fol. mihi* 55. ubi intelligit reſpectu viri, ſecùs autem reſpectu hæredum, quibus tenetur furti, & expilatæ hæreditatis, ſi quid ſibi in debitum uſurpaverit.

Idem eſt inter patrem, & filium, ut inter eos non detur actio famoſa furti, ſed alia civilis in factum, Boniſac. *loc. cit. num.* 177. *et ſeqq.* Farinac. *d. quæſt.* 174. *part.* 2. ubi plura adde textum ubi gloſ. & DD. in §. *ii qui Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Furtum reſolut.* 9. *per tot.* Intelligendo tamen ut dixi quando furta ſunt levia, nam gravia, & magna, quæ æſtimantur juxta qualitatem perſonarum, criminaliter puniuntur etiam in uxore, & filiis, ut benè probat Cabal. *d. caſ.* 204. *per tot.* & fuit reſcriptum Florentiæ de menſe Novembris 1681. contra votum Rotæ criminalis, à qua ego diſſentiebam, condemnari Antonium Teſſeram pro furto ducentarum pezzarum patri ablatarum, & Joſephum Calderotum complicem in pœnam trium annorum confinii Volaterræ ſub pœna triremium per quinquennium in caſu inobſervantiæ, non attenta patris remiſſione, & excuſatione, ut conſtat in Giornali 2. Rotæ prædictæ *fol.* 185. Molin. *dict. diſp.* 686. *num.* 3.

Quòd de æquitate, ac etiam de jure *non* agatur criminaliter pro furto à filio patri facto, *nec* poſſit puniri ſive leve, ſive grave ſit furtum, cùm naturali pietati, & juri gentium repugnet, maximè accedente patris remiſſione, imò nec ſi ipſe pater pietatem oblitus, & ſeveritate indutus inſtaret puniri, adeò ut nec judex ex officio poſſit procedere, ex Giurba *conſil.* 68. Criſpio *in theor. & prax. crim. tractat.* 13. *cap.* 5. *nu.* 10. & aliis (reprobatis Aret. Cabal & aliis contrarium tenentibus in furtis gravibus) probat Raynald. *Syntax. r. r. crim. cap.* 6. §. 3. *&* 4 *num.* 64. *& ſeqq per tot.* ubi quod pater ipſe poteſt per ſe filium moderatè punire, etiam per verbera, & pœnas ſimiles. Sed ut verum fatear mihi magis placet diſtinctio Caballi, & aliorum per eum citatorum, ne detur occaſio filiis familias expoliandi domos paternas impunè, abutendi ſubſtantiis paternis vivente adhuc patre, illum irridendo, deludendo, & nihili faciendo correctiones, quæ omnia ſunt contra honorem patri debitum, ac contra bonum publicum, & tamquam peſſimi exempli non ita leviter tranſeunda, ſed debitè punienda: cenſerem tamen ſtante patris remiſſione, & interceſſione pro filio valdè mitigandam pœnam juxta facti, & perſonarum qualitates Adde Petr. Greg. *Syntagm. Jur. libr.* 37. *tit. de furt. cap.* 12.

An pro furto ab uxore commiſſo, vivente viro, vel etiam eo mortuo detur actio furti, vel qualis, latè Manſ. *Conſult.* 27. *per tot. lib. pr.* ubi habentur diſtinctiones, & decidio.

Datur tamen actio furti contra eos, qui ſimilibus perſonis operam, vel conſilium ad furandum præſtiterunt, emendo ſcienter ab illis, vel alio modo contra voluntatem patris, vel mariti, *l. eos*, ubi Caſtr. & alii, *C. de furt. & dict.* §. *ii qui Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Boniſ. *d.* §. 10. *n.* 182. *&* 103 Giurb. *conſil.* 68. Didac. Mari in Add. ad Gizzarel. *deciſ.* 13. *num.* 1. Cardinal. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 562. Farin. *quæſt.* 168. *part.* 2. dixi in Pract. §. *Furto nu n.* 7. Conciol. *verb. Furtum d. reſol.* 9. *num* 6. Molin. *dict. diſp.* 686.

Et generale eſt in omnibus auxilium, vel conſilium efficax ſive aſſiſtentiam ſcienter ad furandum præſtantibus, nam ſi fuerit remotum tam ante, quàm poſt, vel in ipſo actu furandi, & ſine quo *nihilominus* ſequutum fuiſſet furtum, puniuntur pœna arbitraria gravi, ſi proximum, & ſine quo *non* fuiſſet commiſſum furtum, puniuntur eadem pœna, qua principales, textus gloſſ. & DD. in §. *interdum Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Boniſac. *de furt.* §. 3. *nu.* 63. *& ad* 85. Farinac. *d. quæſt.* 168. *part.* 2. Menoc. *de arbitr. caſ.* 349. *num.* 16. Sperel. *deciſ.* 64. *num.* 17. dixi *in* Pract. §. *Furto nu.* 32. *&* §. *Ladri nu.* 22. ubi qualiter receptatores furum, vel rerum furatarum puniantur, & *an* in eis præſumatur ſcientia, vel ignorantia, Peguer *deciſ.* 25 Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 111. Paul. Chriſt. *deciſ. B lg.* 12. *num.* 7. *& volum.* 3. *& deciſ.* 203. *num.* 8. *& vol.* 4. *& ad leg. Municipal. tit.* 2. *art.* 1. *num.* 12. & Sanfelic. *deciſ.* 36. *per tot.* ubi plura, Guttierez. *in Prax. qu.* 159. *n.* 14. *& ſeqq.* Hieron. Cala *in Pragmat.* 11. *de empt. & vend. ſive de furt. part.* 2. *per tot. fol. mihi* 63. *& ſeqq.* ubi plures notabiles quæſtiones de hac materia auxilium

lium præstantium in furto, ante, vel post, benè resoluit, *& part. 3. per tot.* ubi plura, ex quibus arguitur scientia ad effectum saltem pœnæ extraordinariæ, etiam triremium, contra emptores, & receptatores Mancin. *de Jur. Sac. differt.* 11. *cap.* 3.

Qualiter receptatores furum, & rerum furatarum, si sint sanguine conjuncti cum ipsis furibus, possint ratione affectionis, & conjunctionis sanguinis excusari à pœna ordinaria, & mitius puniri quàm ipsi principales fures (nisi fuerint verè, & probentur participes furti peracti) cũ ex sola receptione absque vera participatione delicti non teneantur eadem pœna, quia non tenentur patefacere furem, vide Sanfelic. *decis.* 343. *cum plena Addit.* pro defensione hujusmodi conjunctorum ratione sanguinis, & affectionis in omni delicto, Cala *loc. cit. d. part.* 3. *num.* 61. *& seqq. per tot.* ubi quòd mitiùs puniuntur, etiam data scientia in conjunctis, & ut puniantur necessariò utrumque requiritur, nempè receptatio furis, & rei furatæ, nec alterutrum sufficit, licèt alii contradicant. Vide Bellegrand. *in compendiof. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 5. *n.* 7.

Quòd concubina receptans amasium furem cum rebus furatis non puniatur, Novar. *in Prag. Collect.* 84. ubi tamen fuit carcerata, processata, & absoluta, fortè quia deposuit pro fisco contra amasium.

Auxilium præstans furto an sit condemnandus ad restitutionem, fuit quandoque dubitatum, & præcipuè de anno 1678. in causa Pisis agitata contra Joannem Franciscum Pasqualem de Bianchis, & alios, & fuit resolutum, auxiliatorem in ipso furto, vel ad occultandum res furatas teneri ad restitutionem in solidum cum ipso fure, quod latè comprobat Gabr. Vasq. *Opuscul. moral. tract. de restit. cap.* 9. *dub.* 1. *&* 2. *per tot. fol.* 145. *&c.* Sed licet judex Pisarum idem juris esse crediderit in auxiliatore post furtum in associando furem (sine tamen re furata) ex eo quia scientiam habuerit furti, & sine ejus auxilio fugam non arripuisset, vel quia in consequentiam pœnæ criminalis arbitrariæ veniat refectio damnorum, & expensarum ex fuga resultantium, & qui causam damni dat, damnum dedisse videatur, in quam sententiam concurrebat etiam Auditor Militarium Legionum, sive ut vulgò dicitur Bandarum, nihilominus Magistratus Dominorum Octo Florentiæ; me à Secretis proponente, unanimiter tenuit, auxiliatorem post delictum sine aliquo præcedente tractatu, & non consilio paratos fuisse birruarios, vel alios ad arestandum delinquentem, non obligari ad restitutionem, ac ita fuit approbatum de more à Serenissimo Magno Duce sub die prima Julii 1678. ut in filcia negotiorum dicti Magistratus sub numero 2358. & ordinatum Commissario Pisarum pro resolutione dicti processus ita sententiare; ac justam fuisse resolutionem colligitur ex magistraliter traditis per Gabr. Vasq. *loc. cit.* & faciunt etiam nonnulla tradita per Hieron. Calam. *loc. sup. cit.*

Quoad furta domestica scilicet commissa à famulis, vel ancilis, in quibus cessat ratio conjunctionis sanguinis, quæ viget in aliis prædictis, & augetur quædam qualitas proditionis, & fractæ fidei, cùm durum valdè sit si ii, quos magna impensa domi alimus, ut res nostras custodiant, ipsi illas surripiant, & verificetur adagium, quot servos, vel famulos, tot hostes habemus, non desunt Auctores firmantes severissimè, ac graviùs quàm in aliis non domesticis puniri, Boss. *de furt. n.* 25. Clar. *§. Furtum num.* 22. Jo: Faber. *in §. alia deinde lex nu.* 2. *Instit. de public. jud.* ubi pro pœna furcarum Guttierez. *in Prax. q.* 160. ubi pro mitiori citra mortem, & quòd opinio pro morte est nimis rigorosa, & sine jure, Bonifac. *d. tract. §.* 10. *n.* 190. *fol.* 367. Cardin. Tusch. *litt. F*, *concl.* 553. *n.* 30. *& concl.* 555. *num.* 20. dixi in Pract. *§. Furtum.* 8. ubi quòd Florentiæ ita servatur Paul. Christin. *dec.* 11. *num.* 7. *vol.* 5. ubi quòd fuit judicatum, furem domesticum fuisse suspendendum pro furto quinque aureorum, *& dec.* 196. *nu.* 3. *& d. volum.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 1. *n.* 6. *&c.* Quæ tamen resolutio valdè rigorosa, & non amplectenda reputatur, nisi aliæ qualitates valdè agravantes concurrant, vel nisi adsit consuetudo particularis, quæ non est de loco ad locum extendenda, ut latè pro graviori pœna ratione majoris perfidiæ, sed tamen citra mortem in primo furto resolvit Matthæu. Sanz. *controvers.* 36. *num.* 6. *& seqq. & nu.* 38. *& seqq.* ubi agebatur de furto valoris scutorum mille circiter, & fur etiam valdè indiciatus ad torturam de aliis furtis sacrilegis, pro quibus tortus negativam sustinuit. De Luc. *Conflict.* 298. *vers. non minor.*

Furtum regulariter præsumitur factum, saltem culpa in omittendo levissima illius, qui rei furatæ custodiam habebat, vel habere debebat, nisi esset commissum à domestico, vel persona, de qua diligentissimus quisque non suspicaretur, vel nisi adesset alia causa exclusiva culpæ, ut quia res furata erat simul cum rebus propriis custodiantis, vel nisi appareat de fractura sine suspicione custodis, *l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. glos. fin. in §. præterea Instit. quibus mod. recontrah. obligat.* ubi Ang. & alii, Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 128. *& seqq. & præsumpt.* 31. *& lib.* 6. *præsumpt.* 61. *num.* 22. *& seqq.* Magon. *dec. Floren.* 123. *num.* 10. *& dec. Luc.* 2. *nu.* 12. Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 829. *nu.* 9. *& seqq.* Cabal. *cas.* 282. *per tot.* Falic. *de societ. cap.* 2. *n.* 31. Bonifac. *de furt. §.* 8. *num.* 35. *& n.* 47. *& seqq.* Cardin. Tusch. *litt. F*, *conclus.* 560. *&* 561. *dixi in resolut. cap.* 17. *n.* 31. *& cap.* 37. *num.* 3. *& per totum*, Amat. *decis. Ferr.* 32. ubi de textore drapporum, ut teneatur de serico sibi subtracto, nisi probet se omni caruisse culpa. Vide infra *in novissimis additionibus* Crascin. *n.* 38. 3

Furtum an, & quando dicatur casus fortuitus, præsertim factum à ministris, Sebast. Medic. *tract. de cas. fortuit. q.* 13. *n.* 18. Martha *vot. Pis.* 58. *per tot. & ego in d. resol.* 37. Hermosil. *ad leg. partit. tom.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *glos.* 6. *fol.* 183. ubi quando est commissum in re commodata, an commodatarius teneatur Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 3. *n.* 22.

An quis teneatur ex eo solùm, quod reliquerit portam apertam, per quam ingressi fures abstulerunt rem alterius in eadem domo habitantis, vide in §. *Damnum n.* 4.

Quomodo autem caupones, nautæ, stabularii, & similes teneantur saltem civiliter ad emendationem damni pro furtis in eorum hospitiis, navibus, vel stabulis commissa, sive ab illorum familia, famulis, & servientibus, sive ab extraneis, & viatoribus quamvis res non fuerint expressè consignatæ, si tamen illis scientibus, & patientibus fuerint introductæ; quid stante protestatione se nolle teneri, vel consignatione clavium cameræ, an quantitas rerum ablatarum probetur juramento, & alia, vide distinctè in meis *resol. d. capit.* 37. *per tot.* Peguer. *decis.* 45. Bonifac. *de furt. §.* 8. *n.* 9. *& ad* 47. Cabal. *resol. crim. cas.* 70. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 677. *nu.* 24. *& seqq. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *num.* 26. *& seqq.* & fuit resolutum me proponente per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ de mense Octobris anno 1665. prout in filtia negociorum dicti anni sub *n.* 369. in quadam causa Cortonensi contra Petrum Versarium, dixi in *§. Caupones, & §. Hospites*, adde Guttierez *in Praxi q.* 162. *per tot.* ubi quòd secùs est in amico amicum recipiente, & quando etiam caupones, nautæ, & stabularii non teneantur. Gomez. *libr.* 2. *var. cap.* 7. *n.* 2. *& Douel. lib.* 5. *comm.* 42., & Nicoli *Elucubrat. Utriusq. Jur. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 4. *Inst. Imper.* Vide Brunnemann. *sup. ff. tit. naut. caupon. stabul. per tot.*

Et generaliter quando probato furto, vel damno possit quantitas illius, damnum, & interesse probari juramento derubati, vel damnum passi, ultra citatos vide Plot. *de in lit. jur. §.* 10. *per tot.* Oinot. *in §. fin. Institut. de obligat. quæ ex quas. delict. nas.* Boss. *de furt. advers. naut. cap. & stab. n.* 4. Farinac. *qu.* 176. *part.* 2. Magon. *dec. Flor.* 123. *num.* 3. Gratian. *dec.* 57. *num.* 13. Mascard. *de probat. concl.* 471. 507. *&* 832. *per tot.* Staiban. *de incr. lib.* 1. *qu.* 24. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D*, *concl.* 11. *& litt. S. conf.* 500. *&* 501. vide in §. *Damnum num.* 12. §. *Hospes num.* 1. *& §. Juramentum n.* 14. *& seqq. & §. Depositum nu.* 19. Guttierez *d. qu.* 62. *nu.* 18. *& seqq.* Nicoli Elucubrat. *Utriusq. Jur. lib.* 3. *tit.* 16. *nu.* 27. *Inst. Imper.* Card. De Luc. *de Credit. & Debit. disc.* 128. *sub n.* 8.

Fur-

8 Furta attentata, & non conſumata, ſi conſiſtant in ſola cogitatione, & deliberatione, vel etiam in aliquo actu extrinſeco præparativo, remoto, & nullius læſivo, ſolùm Deum ultorem habent ubi ex mera pœnitentia dimittuntur; ſi verò ex alio impedimento non ſequantur, poſſunt pro modo attentationis dictorum actuum præparativorum, licèt remotorum, attentantes arbitrariè puniri; ſed ſi ad actus proximos furandi deventum fuerit, ut homines adunando, ſcalas apponendo, oſtium, parietem, vel feneſtram frangendo, vel furandi cauſa ſe in alienam domum dirigendo, vel abſcondendo, quamvis facta non ſequantur, vel ex pœnitentia, vel alio obſtaculo, gravius pro dictis actibus de ſe pœnam merentibus arbitrio judicis puniuntur attentantes prædicti, ut benè probat videndus Boniſac. *de furt.* §. 3. *nu.* 49. *& ſeqq fol. mihi* 123. dixi in *Pract.* §. *Furto nu.* 31. *&* §. *Delitti n.* 22. *& ſeqq.* ubi quando conatus in delictis poſſit pœna extraordinaria puniri, & in hoc Opera in §. *Affectus num.* Vide Bruonemann. *ſup. ff. libr.* 47. *tit.* 2. *leg.* 1. *n.* 1.

Quòd qui in aliena domo ſe abſcondunt furandi animo, directarii dicentur, & plus quàm fures puniantur, vel in opus publicum, vel fuſtigatione, vel relegatione ad tempus, eſt textus *in l. ſaccularii ff. de extraord. crimin.* Cataldin. *tract. de ſindicat. nu.* 541. & fuit reſolutum per Magiſtratum DD. Octo Florentiæ, me proponente ſub die 27. Maii 1672. in cauſa Lucignani contra Chriſtophorum Cordianum, vide Boniſac. *dict.* §. 3. *num.* 56. *fol.* 124. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 299. *n.* 7. Farinac. *q.* 167. *n.* 23. Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 34. *n.* 14. *& ſeqq.* ubi quòd ſtante violentia, & ingreſſu cum armis ad expilandam domum, licèt furtum non ſit conſummatum dicitur crimen violentiæ perfectum, pro quo capitali pœna tenentur, ſi plures fuerunt armati, per text. *in l. hi qui ædes, ff. ad l. Jul. de vi publ.* & convenit diſpoſitio legis Municipalis Florentiæ nuncupatæ *Compendio* anni 1637.

9 Fur cum re furata fugiens ad Eccleſiam, cùm dicatur ex nova contrectatione novum furtum facere, & ita in Eccleſia delinquere, non gaudet immunitate, ſecundùm Barboſ. *conſ.* 33. *lib.* 4. quem tamen reprobat Clar. *in* §. *fin. q.* 38. *verſ. tu ſcis in fine*, vide Gam. *dec.* 171. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *obſerv.* 5. ubi plures allegat. Vide De Luc. *Miſcell. eccleſiaſt. diſc.* 11. *ſub nu.* 9.

Quòd ſimplices fures gaudeant immunitate Eccleſiæ de jure, quamvis fortè de conſuetudine ubi vigeret magna illorum copia non deberent gaudere, idem Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *verſ. quæro an fures*, Joſeph. Mele ad Gizzarel. *dec.* 13. *num.* 26.

Hodie tamen in hac materia, quicquid de jure communi dixerint Doctores, eſt omninò attendenda Bulla Gregorii XIV. de immunitate Eccleſiaſtica, ſecundùm quàm cùm furtum ſimplex non ſit de caſibus exceptis, fures gaudeant immunitate prædicta, niſi ſint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, qui ex diſpoſitione ejuſdem Bullæ dicta immunitate privantur, ut dixi in §. *Immunitas n.* 18. ubi vide Guaz. *defenſ.* 1. *cap.* 37. *n.* 57. & P. Manar. *Noct. Malcn. ol. Interrog.* 200. §. 200. *fol.* 317. ubi plures latronum, & furum ſpecies diſtinguit Boniſac. *de furt.* §. 22. *n.* 66 Peguer. *deciſ.* 40. Maſtrill. *dec* 147. Mele ad Gizzarell. *dec.* 58. *nu.* 32. *&c.* Dian. *reſolut. moral. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 9. De Luc. *Miſcell. diſc.* 11. *n.* 7. *verſ. multò magis*.

An committens furtum in Eccleſia gaudeat immunitate, vide Sanfelic. *dec.* 270. *per tot.* ubi arguit non gaudere etiam ſi in terminis Bullæ prædictæ, dicit tamen articulum non fuiſſe deciſum, & re vera opus eſſe deciſione judicis competentis, dixi in §. *Immunitas n.* 5. *&* §. *Sacrilegium nu.* 9. ubi quando non gaudeat ex eodem Sanfelic. *dec.* 243. vide Thom. del Bene *de immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 24. *ſect.* 8. *fol.* 79. Hieron. Cala *loc. infra citat. n.* 98. De Luc. *loc. cit. dict. n.* 7. Alter De Luc. *in prax. criminal. cap.* 9. *circ. fin. verſ. committens*.

An autem prædicti fures ſimplices immunitate gaudentes, poſſint à Curia Sæculari ſpoliari rebus furatis, vel armis ſecum ad Eccleſiam delatis videtur affirmativè reſpondendum per ea, quæ dixi in §. *Judex num.* 28. *& in Pract.* §. *Armi n.* 30. §. *Falliti n.* 28. *&* §. *Ladri n.* 5. *in fine*, & latè probat Hieron. Cala *in pragm.* 21. *de empt. & vendit. ſive de furt. par.* 1. *cap.* 18. *n.* 96. *& ſeqq.* ubi ampliat in aliis ſimilibus rebus prohibitis ad Eccleſiam delatis, ad effectum habendi corpus delicti, citra ullum immunitatis præjudicium, Cortiada *dec.* 72. *nu.* 9. *& dec.* 87. *nu.* 7. & alios per eum citatos. De Luc. *loc. cit. n.* 9.

Sed contrarium latè defendit de more Sperel. *dec.* 127. *per tot.* vide tamen Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 232. *fol.* 537. ubi quòd Eccleſia non debet ſimiles delinquentes favere, ſed expellere ſub pœna Superioribus, & Rectoribus juſſu Sanctiſſimi indicta per epiſtolam Nuncio Apoſtolico Neapolitano directam ſub die 11. Aprilis 1602. cujus tenorem inſerit, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 40. *& part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 9. ſed ſecundum iſtos expulſio, & ablatio eſt facienda ab Eccleſia, & non à Curia laicali, adde Gratian. *diſcept.* 380. Farinac. *quæſt.* 28. Gizzarel. *deciſ.* 80. Sea. arol. *de viſitat. carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 9. Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 30. *per tot. fol.* 99. ubi quòd poſſunt ſpoliari bonis injuſtè poſſeſſis, armis, & ſimilibus rebus prohibitis ad Eccleſiam delatis, per Curiam ſæcularem, cùm per hoc illis nocumentum non inferatur, ſed tantùm prohibeantur ipſi aliis nocumentum inferre, & auferatur occaſio, ac materia delicti, non per modum exercendæ juriſdictionis, ſed per modum facti, & juris defenſionis naturalis, requiſito prius de hoc Eccleſiæ Superiore, qui ſi renuat, fiat per Curiam ſæcularem, ut ſuprà, & illum ſequitur Cala *loc. ſupra cit. fol. mihi* 45. ubi etiam allegat Suarez *de Relig. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. Layman. *de immunit. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 9. idem probantes.

Fur qui in uno territorio furatur, & cum re furata fugit in alieno, cui nec ratione delicti, nec originis, nec domicilii ſit ſubjectus, poteſt ratione continuatæ, vel novæ contrectationis, quam ibidem facit, & ſic ubique repertus cum re furata proceſſari, & puniri, non quidem pœna ordinaria furti, ſed alia arbitraria mitiori, & ad reſtitutionem rei verò illius domino faciendam, vel remitti ad judicem loci commiſſi delicti, ſi ſit ſub eodem Principe, ſi verò ſit ſub diverſis Principibus, præfertur judex loci contrectationis habens furem in ſuis carceribus, judici loci commiſſi furti, ut colligitur ex traditis per Bart. *in l. ſi dominum n.* 1. *ff. de furt.* Duen. *reg.* 378. *limit.* 5. Clar. §. *fin. q.* 38. *verſic. tu ſcis*, Capye. *dec.* 104. Cabal. *caſ.* 163. ubi teſtatur hanc opinionem eſſe magis receptam apud omnia tribunalia, licèt pluries ipſe contra eam votaverit, ſed poſtea mutato in melius propoſito videns obſervantiam Curiarum eum ea indiſtinctè ſæpè tranſiſſe, etiamſi per idem moram in loco fur non traxerit, ſed ſtatim fuerit captus, vide Conciol. *reſolut. crim. verb. Furtum reſolut.* 8. Guaz. *def.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Franch. *dec* 681. ubi in ſpecie de dicta prælatione judicis loci contrectationis, Pract. Pap. *for. inquiſ. gloſ. Contrectande num.* 2. *&c.* latè Ciarlin. *controv.* 19. *per tot.* ubi opinionem Bart. benè comprobat Sanfelic. *deciſ.* 41. Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 262. *& fol.* 94. Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 4. *&c.* & ita verè ſervatur, ut dixi in Pract. §. *Ladri num.* 5. Peguer. *deciſ.* 28. *per tot.* ubi poſt fuſtigationem fuit ille fur propter magnum furtum laqueo in alta furca ſuſpenſus, Ricc. *Collect.* 283. ubi ampliat, etiam ſi per momentum ſteterit in loco contrectationis, & ita in Regno ſervari, Berlich. *pract concl. tom.* 4. *concl.* 45. *num.* 46. Hieron. Cala *loc. ſupra cit. n.* 93. *& ſeqq.* ubi ampliat etiam in pretio ex re furtiva vendita redacto, & quod hodiè opinio Bartol. non eſt amplius in dubium revocanda, quando ſit locus remiſſioni ad judicem contrarium loci delicti, vel non, & alia plura ad rem facientia. De quibus latè Add. ad De Franch. *cit. deciſ.* 681. Rovit. *pragm.* 1. *ubi de delicto n.* 35. De Luc. *miſcell. eccleſ. diſc.* 11. *n.* 8. 10

Contrarium tamen pluribus aliis relatis refutando rationes Bart. & ſequacium, nempè hujuſmodi fures aliter non ſubjectos, eſſe dimittendos, cominatis pœnis

nis eum exilio, & facta restitutione latè probat videndus Bonifac. *de furt. §. 3. n. 18. & seqq.* ubi quòd puniri debent in loco delicti, & ita servari dicit in Senatu Mediolani contra Bart. ex attestatione Clar. *in d. q. 38. versic. in scis*, & Boss. *tit. de furt. nu.* 18. ac etiam Bononiæ ex dispositione Statuti, nisi agatur de equis, vel libris furatis, pro quibus puniuntur, Scapp. *de jur. non Script. lib. 5. cap. 150. num. 4.* Farinac. *q. 7. n. 7.* ubi pariter concludit contra Bart. dicit tamen quòd requisitus de remissione nunquam illam denegaret, & laudat Peguer. quem dicit bona loqui in hac materia *d. dec.* 28. Carleval. *de judic. tit. 1. disp. 2. q. 7. n. 720. & seqq. fol. mihi* 156. ubi primam sequitur opinionem, quam tamen aliquibus modis pro conciliatione opinionum declarat.

Quòd non multum distat à conclusione supra per me firmata, secundùm quam puniri possunt non pœna ordinaria, sed alia arbitraria mitiori, quæ ut plurimùm solet esse exilii, vel ictuum funis, & restitutionis rei extantis in hujusmodi furibus forensibus, & extraneis, vel etiam gravior secundùm qualitatem furti, prout servatum fuit per Magistratum Dominorū Octo Civitatis Florentiæ de mense Aprilis anni 1680. in causa contra Gofredum Bolam, & alios, qui pro furto magno Venetiis commisso, & Florentiæ contrectato, fuerunt cum voto Illustrissimi D. Auditoris Francisci Venturini, & meo condemnati (ultra restitutionem rerum ablatarum, expensarum, damnorum, & interesse) ad triremes unus per quinquennium, alter septennium, & mulier cum illis particeps, & carcerata ad fustigationem unà cum sociis, & exilium per decennium; licèt pœna fustigationis quoad omnes ex benignitate Serenissimi Magni Ducis fuerit sublata, & dictæ mulieri commutata ad duos menses carceris, ut constat ex negotio desuper de more confecto in filcia negociorum *nu.* 5154. Giornali 658. fuit tamen à multis reputata sententia rigorosa, & præcipuè ab Illustrissimo D. Ludovico de Adimaris nobili Florentino uno ex dictis DD. Octo acumine ingenii, & doctrina contra opinionem Bart. invehente, & se non approbare protestante; sed nihilominus fuit resolutum ut supra, maximè quia furtum fuit ab initio commissum animo ad alia loca contrectandi, & fures semper furari dicuntur, & in delicto esse, donec rem furatam contrectant, & ad opposita contra Bartol. ego replicabam plurimos habere fautores (etsi non minores contradictores) & praxim tribunalium, saltem quoad pœnam extraordinariam, cùm ejus opinio stet pro pena ordinaria, quæ in furto magno suisset furcarum, & ideò placuit inter tot patres media via pœnæ arbitrariæ mitioris.

Potest etiam judex loci commissi furti procedere, quia isto casu fur duas contrahit, quoad pœnam obligationes, unam scilicet in loco delicti, & alteram in loco contrectationis, & ideò potest, & debet ab utroque judice condignè puniri, & judex, qui omittere teneretur in foro fori, ac foro conscientiæ, ad tradita per Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 1. nu. 716. & seqq.* & fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Civitatis Florentiæ de mense Julii 1673. in causa contra Magistrum Joannem Biagium. Nec obstant prædicti, quia non excludunt judicem loci delicti, vel loquuntur de executione quoad penam non reiterabilem.

Quòd pro furto alibi commisso, ratione solius contrectationis in Statu Florentino, imponenda sit pena arbitraria extendibilis juxta qualitatem facti, & personarum ad eandem penam, ac si fuisset commissum in Statu Florentino sine circunstantiis aggravantibus, ac exclusa pena mortis naturalis; & si contrectans sit subditus originis, vel domicilii, puniatur ac si furtum fecisset in Statu prædicto, cum arbitrio tamen ex causa recedendi à penæ ordinariæ rigore, fuit sancitum per novam legem Florentiæ editam sub die 9. Septembris anni 1681. *n.* 16.

22 Fur manifestus de jure tenetur in quadruplum, & non manifestus in duplum, quòd tamen de consuetudine in practica non servatur, sed indistinctè condemnatur in pœnam criminalem juxta qualitatem delicti, & simpliciter ad rei ablatæ restitutionem, Cabal. *resol. crim. cas. 82. num.* 16. & Guaz. *defens. 1. cap. 13. num.* 9. Bonifac. *de furt. §. 1. num. 21. & ad 36. & §. ult. nu.* 14. & Viv. *comm. opin.* 347. Layman. *in Theol. moral. libr. 3. tract. 3. part. 1. cap. 1. n.* 11.

Quod deprehensus cum re furata illa nondum ad locum destinatum perlata, dicitur fur manifestus, & captus in fragranti, ac re ipsa convictus, & si agatur de furto magno furca suspendatur, Sanfelle. *dec.* 39. & 272. ubi etiam si post duos, vel tres dies capiatur antequam pervenerit ad locum destinatum cum re furata supra *num. 5. in fine* Hieron. Cala *super Pragmat. 11. de empt. & vendit. sive de furt. part. 1. in princip. num. 2. & seqq.* Vide Brunnemann. *in l. 2. & seqq. ff. de furt.*

Tenetur fur ad æstimationem quanti plurimi, ita ut attendatur quælibet æstimatio momentanea à tempore furti commissi, etiamsi res perierit absque culpa furis, cum ille semper dicatur in mora, & culpa, *l. in re, §. si ex causa, ff. de condit. furt* Bonifac. *dict. §. 1. num. 34. in fine*, vide Gratian. *discept. forens. cap. 243. num. 3. & 4.* ubi quòd secundùm humaniorem sententiam justitiæ commutativæ tenetur solum ad simplicem restitutionem rei ablatæ, adde Paul. Christin. *decis. Belgic. 12. volum.* 3. ubi plura de condictione furtiva, & qualiter fures teneantur in solidum ad restitutionem, & sequitur De Luc. *in Addit.* ad eumdem Gratian.

Qualiter ex lege 12. tabularū fures capitali pœna plecterentur, hodie verò regulariter morte nō afficiantur, sed aliis penis extraordinariis judicis arbitrio, Menoch. *de arbitr. cas. 295. n. 6. & c.* Franch. *decis. 315. & decis.* 251. ubi limitat nisi essent fures famosi, qui etiam hodie pena mortis naturalis furca puniuntur, Anton. de Ballis *tract. unr. lib. 3. cas. 9. & 10. per tot.* ubi de publicis latronibus discurrentibus campaneam, vel stratas publicas cum armis, ut sint furca puniendi, etiam pro primo, & minimo furto ratione violentiæ vigore Pragmaticarum Regni Sciciliæ, ac etiam eorum domus si opus fuerit devastandæ, nec audiantur creditores, uxor, vel alii habentes communionem ad impediendam dictam devastationem, & alia vide *in §. Vis, & in Pract. §. Violenza n. 1. & 2.* ubi quid servetur in Statu Florentino vigore bannimentorum. Add. ad De Franch. *citat. decis.*

Quomodo fures, expilatores, vel expoliatores, idest qui de nocte palia, & vestes viatoribus surripiunt, effractores, directarii, & similes, puniantur arbitrio judicis, & qui tales dicantur, Menoch. *de arbitr. cas.* 299. Bonifac. *de furt. §. 5. nu. 5. & seqq.* ubi etiam de expilatoribus hæreditatum, Farinac. *de furt. quæst.* 166. & Conciol. *resol. crim. verbo Furtum. resol.* 2. ubi etiam quod furantes cum scalis, fractura, & hujusmodi qualitatibus gravius puniuntur, quam simplices fures. Plura de dictis expilatoribus, vel expoliatoribus, ut puniantur arbitrariè, ac ut plurimum verberibus, & ad remigandum per decennium secundùm consuetudinem Hispaniarum, vel etiam ad mortem, si cum armis violenter egerint, vel pluries delicta reiteraverint, & alia ad rem, Matth. Sana. *de re crim. contr. 42. per tot.*

Quibus pœnis fures afficerentur de jure divino, naturali, gentium, & civili apud diversas nationes; hodie autem servari fures famosos furca suspendi, & quandoque etiam illorum cadavera in partes scindi, & in locis commissorum delictorum, vel alias frequentatis ad aliorum terrorem, & exemplum affigi, (intelligendo semper dummodò sint confessi, vel legitimè convicti de pluribus furtis) minus insignes ad triremes in perpetuum, ad beneplacitum Principis, vel ad tempus transmitti, mediocriores verò, vel minimos fustigari, vel ictibus funis affici, vel ad berlinam, sive locum infamem cum catena ad collum poni, & per aliquod spatium puta mediæ, vel integræ horæ detineri, cum visibili inscriptione causam denotante, & ad restitutionem, juxta facti, & personarum qualitates arbitrio judicis æstimandas, ut colligitur ex traditis per Bonifac. *de furt. quæst. 167. per tot.* ubi etiam Vulpin. *in Succ.* Card. Tusch. *litt. F. conclus. 564. per tot.* dixi in Pract. §. *Ladri num.* 25. & Paul. Christin. *dec. 11. num. 8. & vol.* 2. ubi quòd pro prima vice virgis ceduntur, pro se-

ſecunda bullentur, & pro tertia ſuſpenduntur, & latius *deciſ.* 196. *per tot. volum.* 5. & *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 1. *per tot.* Ricc. *Collect.* 241. & 1087. Sanſelic. *dec.* 35. & 36. & 40. ubi de famoſis furca ſuſpendendis, latè Guttierez. *in Prax. quæſt.* 154. *per tot. cum pluribus ſeqq.* & *quæſt.* 161. ubi de pœna clericorum furantium, & *quæſt.* 163. Carpzov. *in Prax. crim. part.* 2. *quæſt.* 77. & 78. *per tot.* Layman. *in Theol. Moral. libr.* 3. *tract.* 3. *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 11. Brunnemann. *ſup. ff.* & *Cod.* & *in Prax.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 9.

Quid ſi ageretur de perſona nobili, an habeant locum dictæ pœnæ infames, vide in §. *Nobilitas, n.*

52 Fur ſimplex licèt magnæ quantitatis, & pluribus furtis æquivalentis, non debet pro prima vice, & ſic pro primo furto, etiam magno ſuſpendi, ſed aliis pœnis minoribus arbitrio judicis affici, Rol. *conſil.* 31. Manar. *noct. Malenc. Interrog.* 200. §. 10. Farin. *de furt. quæſt.* 167. *part.* 3. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §. 12. *nu.* 24. &c. Card. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 564. ubi tenent idem eſſe pro ſecundo furto, ut non ſit locus pœnæ mortis, ſed aliæ graviori, quàm pro primo; imò nec pro tertio, niſi aliter jure municipali, vel conſuetudine cautum reperiatur, ut infra dicetur, adde Conciol. *reſol. crim. verb. Furtum reſol.* 7. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 36. ubi quòd pro primo furto, etiam ducatorum mille non imponitur pœne mortis, licèt cum qualitate perfidiæ à famulo commiſſo, niſi aliter ſervetur de conſuetudine, ut dixi ſupra *num.* 6. Vide Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæſt.* 17. *n.* 9. Fagnan. *in cap. ne innitaris n.* 370. *de Conſtit.*

Si tamen ageretur de aliquo furto magno, & inſuper qualificato, & enormi reſpectu loci temporis, vel ex aliis circumſtantiis arbitrio judicis æſtimandis, poſſet eſſe locus pœnæ mortis, etiam pro primo, vel ſecundo furto, Menoch. *de arbitr. caſ.* 295. *num.* 9. Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 18. *per tot.* Boniſac. *de furt.* §. 12. *numer.* 47. & *num.* 1. 59. Gizzarel. *deciſ.* 13. *n.* 7. ubi Mele in Addit. *n.* 25. & Clar. & Bajard. §. *Furtum n.* 7. &c. Matthæu. Sanz. *d. tract. controv.* 43. *n.* 8. & *ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art* 1. Gutierez. *in prax. quæſt.* 154. *n.* 30. & *ſeqq. quæſt.* 156. *per tot.* ubi de famoſo latrone, & Curſario, *quæſt.* 57. ubi de furto cum violentia armorum, *quæſt.* 158. ubi de furto cum ſacrilegio, et *quæſt.* 159. ubi de abigeis, & pecu aru, Concrol. *loc. cit.* Sanſelic. *deciſ.* 35. & 36. *per tot.* ubi ſtante ſacrilegio, vel fractura refert fuiſſe fures laqueo ſuſpenſos, & *dec.* 39. & *dec.* 166. ubi ſi agatur de pecunia publica, tùm tunc dicatur peculatus, quæ eſt qualitas aggravans furtum Valenzuel. *conſ.* 102. *num.* 127. & *ſeqq.* Cevall. *comm. quæſt.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 9. *n.* 5.

Sed cum de hominis vita agatur, ſemper parcè utendum conſulerem dicto arbitrio, & non niſi ex præeminentia tribunalis, & Principis auctoritate, qui etiam non de facili admittere ſolet hujuſmodi arbitrium, ut patet ex caſo calato in mea Pract. §. *Ladri n.* 26. & probant DD. ſupra pro prima parte relati.

Quòd in Regno Siciliæ dicatur furtum magnum quando excedit uncias quinque, etiam ſi ſit inter plures diviſum, ac tria minima faciunt unum magnum, Anton. de Ballis *tractat. var. lib.* 3. *caſ.* 11. *per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Furtum reſol.* 17. *n.* 6. ubi ad judicandum furtum magnum, cùm non ſit à jure definitum, remittitur arbitrio judicis, attento more regionis, qualitate furantis, & ejus cui factum eſt furtum.

Florentiæ per legem municipalem latam ſub die 9. Septembris 1681. fuit ordinatum quòd pro primo ſimplici furto excedente ſummam ſcutorum ducentum, pro ſecundo excedente ſummam ſcutorum centum, & pro tertio excedente ſummam ſcutorum quinquaginta, imponatur pœna furcarum, & à dictis ſummis infra, pœna arbitraria uſque ad triremes incluſivè ad tempus, vel vita durante; & concurrentibus qualitatibus aggravantibus, ſufficiat medietas dictarum ſummarum ad incurrendas dictas reſpectivè pœnas, prout latiùs eadem lege declaratur, ubi de omni genere furtorum, & eorum pœnis, & quòd probato furto, quoad valorem ſtari debeat omninò diſcreto judicis arbitrio, qui poſſit credere aſſertioni juratæ ipſius derubati, vel ex ſe arbitrari juxta notulam, & deſcriptionem rerum, illarum veriſimilem valorem, ſive ſint præſentes, ſivè abſentes, vel conſumptæ ad omnes effectus prædictos; ſalva tamen reo facultate probandi magis præcisè dictum valorem ad minuendas dictas pœnas.

Quòd etiam de jure valor rei furatæ non exiſtentis probetur per juramentũ derubati, Boſſ. *tit. de rapina n.* 36. Clar. §. *Furtum n.* 18. Carpzov. *part.* 2. *pract. quæſt.* 78. *n.* 59. Hier. Cala *in prag.* 11. *de empt.* & *vendit. ſive de furt. part.* 3. *n.* 32. ubi tamen quòd hoc procedit in præjudicium furum, non autem tertii, vide in §. *Valor n.* 10.

Fur pro tribus furtis etiam non nimis gravibus, 53
nec aliter qualificatis, tamquam ad furandum aſſuefactus, & famoſus (quicquid ſit de jure communi, in cujus terminis varii varia dixerunt) de conſuetudine generali, & municipali jure, debet ad mortem, & pœnam furcarum damnari, ſi de illis ſufficienter appareat, & ſint in loco, & tempore diſtincta, etiam ſi in diverſis territoriis eſſent commiſſa, & pro aliquibus pœnam ſolverit, vel gratiam obtinuerit, & non attenta verbali diſtinctione, quam nonnulli etiam inſignes Auctores ex infraſcriptis faciunt, an lex, conſuetudo, vel ſtatutum imponat dictam pœnam pro tertio furto, vel pro tribus furtis, ſed tantùm habitu, pertinacia, & perſeverantia, furis in furando ob quam efficitur fur famoſus, & pœna mortis dignus, ut benè probat Boniſac. *de furt.* §. 12. *nu.* 49. & *ſeqq. ad* 49. Clar. §. *Furtum verſic. ſcias tamen* &c. Gutierez. *in Prax. quæſt.* 155. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 295. *n.* 17. & *ſeqq.* Farin. & Vulpin. *in ſuo quæſt.* 167. *part.* 4. *per tot.* Bajard. *in d.* §. *Furtum nu.* 54. Scanarol. *de viſitat. carcer. lib.* 1. §. 13. *cap.* 5. Conciol. *reſol crim. verb. Furtum reſol.* 6. *per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 19. ubi quòd in Tuſcia ſolet mitigari pœna in furtis levibus non habentibus qualitates aggravantes, & conſiſtentibus ut plurimum in rebus mangiativis, quod totum judicis arbitrio remittitur, dixi in Pract. §. *Ladri n.* 10. *vide ſupra nu.* 3 *verſic. Furta tamen hæc,* & *in* §. *Statutum puniens n.* 24. §. *Grazia n.* 1. *in fine* Et re vera Florentiæ de raro fures ſimplices ſuſpenduntur, etiam pro pluribus furtis, ſed ad triremes mittuntur. Prædictis adde Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 41. *per tot.* ubi quòd ſtante pluralitate furtorum, ex qua reſultat conſuetudo, & incorrigibilitas locus eſt pœnæ capitali, etiam contra minores, cum de jure communi minor ætas non excuſet in furtis, ex pluribus juribus, & auctoritatibus ibi ponderatis, & allegatis, quidquid ſecundum leges Hiſpanas mitiùs agatur contra minores, ut ſervatum fuit in caſu ſuo, in quo tandem reus pravam conſuetudinem uſque ad patibulum retinendo fuit ſuſpenſus, cum jam ætatem 17. annorum exceſſerit, vide in §. *Minor n.* 2. & ſup acitatam legem Florentinam de novo editam vide Carpzov. *part.* 2. *quæſt.* 78. *in prax. crim* Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 10. *quæſt.* 17. *n.* 9.

Quòd furans plures res eodem tempore continuato, etſi diverſas, vel diverſis perſonis dicatur unicum furtum committere, & non plura, cùm diverſitas interpollati temporis ſit illa, quæ multiplicat, & inducit pluralitatem delictorum, Pract. Papp. *form. inquiſ. gloſ. Florenos centum*, vide Farinac. *d. quæſt.* 167. *part.* 4. *per tot.* ubi extendit quòd pro tribus furtis poſſit fur furca ſuſpendi, etiam ſi aliqua fuerint præſcripta, vel etiamſi non fuerit condemnatus, dummodò de illis legitimè appareat, ita ut non ſufficiat confeſſio, & non fuerit alias pro eiſdem abſolutus, &c. vide Conciol. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 37. *n.* 24. & *ſeqq.* ubi quòd debet concludenter conſtare de diverſitate rei, & temporis non continuati, ſed omninò diſtincti, ſecùs ſi fiant contra eamdem perſonam, & de eadem re, ac continuato tempore, nam tunc quoad punitionem pro uno, & eodem delicto reputantur, de quo plura etiam Hieron. Cala *ſuper Pragm.* 11. *de empt.*

&

& vend. sive furt. cap. 6. *& seqq. part.* 1. *fol. mihi* 21. *&c.* ubi plenè quando locus sit pœnæ mortis ob plura furta, & quomodo constare debeat.

Quòd furta etiam præscripta numerentur ad augendum pœnam, Rubin. *decis.* 33. Ricc. *Collect.* 2559. Item & puniat, ita ut possit fur pro tertio furto pœna ordinaria puniri, quamvis etiam pro primis duobus fuerit punitus, cum non computentur ad puniendum, sed ad aggravandum, Sanfelic. *dec.* 39. *in fine*, facit Thom Trivis. *dec.* 60. *lib.* 2. ubi quod licet furta alibi commissa non dent jurisdictionem puniendi judici alterius ditionis, operantur tamen ut acriùs puniantur fur pro furto in loco commisso.

Imputatus tamen etiam pro unico furto modici valoris, pro quo sit solum imposita pœna fustigationis, si adsint legitima inditia potest torqueri, cum talis pœna dicatur corporis afflictiva, Cabal. *resol. crim. cas.* 28. *per tot. & cas.* 170. quicquid aliqui per eum relati contrarium senserint, vide in §. *Tortura.*

Quòd qualitas scalarum aggravet furtum sicut quodlibet aliud delictum, Cabal. *cas.* 97. *nu.* 5. *per tot.* Bonif. *de furt.* §. 2. *n.* 52. & §. 3. *n.* 55. Mele ad Giazarel. *decis.* 13. *n.* 35. Sanfelic. *decis.* 34. *per tot.* Conciol. *resolut. crim. verb. Furtum resolut.* 2. *per tot.* Vermigl. *consil.* 269. *in princ.*

An & quando possit furi mortis pœna imponi ex sua confessione de pluribus commissis furtis Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 54. Hier. Cala *loc. sup. cit*

14 Fur nocturnus rem magni valoris subtrahens potest occidi, nec percussor reus sanguinis efficitur, secùs si orto jam Sole occidatur, *Exod. cap.* 22. Menoch. *de arbitr. cas.* 295. *n.* 6. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 42. *n.* 23. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 58. *pag.* 408. Brunnemann. *ff. libr.* 9. *tit.* 2. *leg.* 4. *n.* 5. *& libr.* 47. *tit.* 7. *in append. n.* 20. *& lib.* 48. *tit.* 8. *leg.* 9. *n.* 1.

Quòd fur nocturnus possit impunè occidi est text. *in l. furem, ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* dummodò fiat pro defensione sui ipsius vel rerum, alias non potest occidi si recedat sine bonis, & dummodò volens occidere clamaverit, & furem non cognoverit, nec possit illum testibus convincere, nec capere, Clar. §. *Homicidium versic. ultima est*, ubi quòd etiam fur diurnus potest occidi, si telo se defendat, & dubitetur an venerit ad furandum, vel ad occidendum, & asportet res, quæ aliter recuperari non possint, de quibus videndus latè Bonifac. *de furt.* §. 11. *nu.* 15. *& seqq. per tot.* Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 20. Carpzou. *Coment. in leg. Reg. cap.* 4. *sect.* 3. Card. de Lugo *de just. disp.* 10. *sect.* 9. *num.* 179. Diana *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 47. *per tot.* ubi de fure equo insidente, & aufugiente cum rebus furatis, ut possit cum sclopo, & sagitta interfici, & Paul. Christin. *decis. Belgic.* 168. *volum.* 2. Conciol. *resol. crim. verb. defensio resol.* 5. facit quod dixi in §. *Defensio n.* 2. Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 45. ubi an occidens invasorem rerum suarum, etiam si aliter recuperare poterat, teneatur ad aliquam restitutionem ex causa dicti homicidii, & refert diversas opiniones. Licet autem aliqui asseruerint, posse furem occidi pro conservatione unius aurei, & non solum licitum esse defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus; sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus, inferendo etiam ad hæredem, & legatarium injustè impeditos hæreditatem, vel legatum consequi, tamen hodie hujusmodi propositiones, tamquam nimis scandalosæ, prout jacent, sunt ab Ecclesia Dei omninò damnatæ, & reprobatæ per decretum Innocentii Papæ XI. publicatum Romæ 4. Martii 1679. sub *num.* 31. 32. & 33. Vide Pellegrin. *loc. supra cit.* Brunnemann. *supra n.* 6.

Qualiter, & quando in Etruria similes delinquentes vim cum armis, vel gentibus inserentes, possint impunè occidi vigore legis municipalis nuncupatæ, compendio 31. Ottobre 1637. dixi in Pract. §. *Banditi*, §. *Ladri*, & §. *Violenza*.

An autem hujusmodi delinquentes possint se defendere adversus illos insequentes ad offendendum, Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 2. *nu.* 145. & *seqq.* dixi in §. *Bannitus n.* 15. & §. *Pater nu.* 29.

De furto cum violentia, vel simplici rapina commisso, qua pœna puniatur vigore legum municipalium Florentiæ, vide dictum Compendium anni 1637. & aliam legem novam de die 9. Septembris 1681. *num.* 9.

Furis bona an, & quando sint tacitè obligata pro restitutione rerum ablatarum, & damni dati, Viv. *decis.* 451. Costa *de remed. subsid. remed.* 56. *n.* 4. Bonisac. *de furt.* §. 10. *n.* 88. vide in §. *Hypotheca n.* 22. *& in pract.* §. *Ladri n.* 16. Conciol. *resolut. crim. verb. Furtum resolut.* 11. *per tot.* ubi tenet juxta veriorem opinionem non esse obligata, maximè de jure civili, licet plures contrarium tenentes seferat. Mantic. *de tac. libr.* 11. *lib.* 14. *à num.* 10. Rocc. *cap.* 50. *num.* 31. *libr.* 1. De Luc. *de Credit. disc.* 36. *n.* 21. 15

Furta quamvis hodie, ut supra sævissimè puniantur, ut sint omni jure prohibita, fuerunt quandoque ad acuenda ingenia, & ex aliis forte ridiculis rationibus apud Lacedemonios, Ægiptios, & alias nationes non solum permissa, dummodò fures in furto non deprehenderentur, sed etiam præmiis recognita, sicuti ex Aulo Gallio *noct. Attic. lib.* 11. *cap.* 18. & aliis Auctoribus lepidè probat Bonifac. *de furt.* §. 1. *n.* 27. & §. 12. *num.* 7. Paul. Christin. *decis.* 196. *n.* 16. ubi quòd hoc probari nequit, sed sunt severiter punienda, ut latios ibidem *per tot.* Ant. Picard. *pract. institut. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 60. & 61. *fol.* 99. 16

Fur excusatur à pœna furti, probando illum cui furatus est fuisse suum debitorem, & ab eo creditum suum aliter consequi non potuisse, Clar. §. *Furtum, versic. Excusatur autem*, Boss. *de furt. nu.* 3. Card. Tusch. *litt. F. concl.* 555. *n.* 21. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 1. *n.* 5. Viv. *comm. opin.* 346. *n.* 5. Conciol. *resol. crimin. verb. Furtum resol.* 10. ubi benè declarat Bajard. *d.* §. *Furtum nu.* 86. Bonisac. *de furt.* §. 10. *n.* 42. quòd intelligi debet, ut dixi in §. *Creditor n.* 23. & §. *Famulus nu.* 51. *& non aliàs*. Quoad forum conscientiæ vide Gabr. Vasqu. *opusc. moral. tract. de restit. cap.* 6. §. 1. *dub.* 8. *fol.* 73. & *dub.* 9. & 10. ubi an excommunicatio contra aliena retinentes liget eos, qui debiti compensationem fecerunt, & de famulis occultè bona dominorum accipientibus, &c. adde latè Zamoran. *tract. de compensat. per tot.* ubi plurima de occulta compensatione an, & quando sit licita, & cum quibus conditionibus ibi plenè explicatis. 17

Item excusatur, qui furatus est res comestibiles tempore necessitatis præcisæ, ita quòd alias fame periisset, nec tenentur ad restitutionem, etiam si ad pinguiorem fortunam postea devenerit, quamvis quoad restitutionem etiam aliis contrarium teneant, Sylvester. *in summ.* §. *Furtum qu.* 5. Clar. §. *Furtum, versic. quandoque*, Boss. *de furt. n.* 52. Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 143 P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & instit. part. lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 21. Costa *de remed. subsid. remed.* 106. *illat.* 7. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 39. Vivi. *comm. opin.* 346. *ubi plura*, Card. Tusch. *d. concl.* 555. *num.* 17. Bonisac. *de furt. dict.* §. 10. *nu.* 28. *& supra nu.* 4. facit Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *art.* 5. *fol.* 318. & dixi in §. *Peccatum nu.* 10. latè Gabr. Vasquez. *opusc. moral. tract. de Eleemos. c.* 1. *dub.* 7. & 8 *per tot. fol. mihi* 10. & 11. ubi plura quoad forum conscientiæ. Vide Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 1. *nu.* 7. & 8. Brunnemann. *ff. libr.* 23. *tit.* 2. *leg.* 43. *n.* 8.

An non solùm in extremo, sed etiã in alia gravi necessitate sit licitum occultè furari, contrarias opiniones refert Dian *resol.* 29. *part.* 2. *tract.* 17. ubi affirmativam videtur amplecti. Sed an postea teneatur restituere si possit, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 8. *resolut.* 8. *& seqq.* ubi referr diversas opiniones, & videtur negativam amplecti, & *resol.* 23. *&c.* ubi quando sit licitum furari, vide in §. *Debitor num.* 81. Sayr. in Clav. Reg. *libr.* 9. *cap.* 15.

De dicta quæstione an licitum sit non solùm in extrema, sed etiam in alia gravi necessitate furari, iterùm

rùm Dian. *part.* 11. *tract. pr. reſol.* 13. ubi ſe redimit ab impugnationibus Caramuelis. Sed hodie iſta propoſitio, quòd permiſſum ſit furari, non ſolùm in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi, eſt ab Eccleſia reprobata, & damnata per Decretum Innocentii Papæ XI. Romæ publicatum ſub die 4. Martii 1679. Lumbier. *de propoſit. damn. obſervat.* 10. *n.* 306.

Item excuſatur probando ſine dolo contrectaſſe, nempè quia ab initio habuerit rem de voluntate domini, puta commodatam, licet ad alium uſum; ſecùs ſi ab initio habuit rem contra domini voluntatem, quia tunc ex quo dedit operam rei illicitæ præſumitur in dolo, & non poteſt excuſari, Pract. Papp. *for. In quaſ. gloſ. præter, & contra, num.* 3. vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 136. *nu.* 4. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 298. *per tot. & in Pract.* §. *Furto n.* 44. *etc.* facit quod dixi in §. *Dolus num.* 14. intelligendo ut ibi declaravi.

Item excuſatur ſi dominus rei furatæ compareat, & proteſtetur rem fuiſſe ablatam de ejus voluntate, quia volenti non fit injuria, quod tamen intelligendum eſt concurrente aliqua alia qualitate, & veriſimilitudine furem excuſante, ac voluntatem domini ab initio denotante, ut quia eſſet amicus, conſanguineus, vel affinis, aliàs ſecùs ſi poſſet dubitari de colluſione contra fiſcum, Pract. Papp. *loc cit.* Clar. §. *Furtum verſic. Item excuſatur*, vide Cabal. *d. caſ.* 136. *num.* 14. *&c.* Menoch. *de Arbitr. caſ.* 291. *n.* 22. Boniſac. *d.* §. 11. *num.* 10. *&c.* Tuſch. *d. concluſ.* 555. *nu.* 26. *&c.* Farinac. *quæſt.* 174. *part.* 4. *per tot.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Furtum reſolut.* 5. ubi quòd furtum non facit, qui rem auſert d. voluntate domini, etiam ſi crediderit invito domino furari, vel dominum eſſe permiſſurum, dummodò concurrant conjecturæ voluntatis domini, alias præſumptio ſtat in contrarium, ita ut nec credatur ipſi domino aſſerenti de ſua voluntate, niſi concurrentibus conjecturis ut ſupra vide Giurb. *conſ.* 68. *nu.* 13. Vide Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 10. *quæſt.* 17. *n.* 8

Plures alios caſus, in quibus poſſunt fures excuſari, vel minùs puniri, vide per Boniſac. *de furt. d.* §. 10. *num.* 28. *& ſeqq. ad* 83. Farinac. *d. qu.* 74. *per tot.* Tuſch *d. concluſ.* 555. *& ſeqq.* & ſummatim retuli in *Pract.* §. *Furto num.* 41. Viv. *comm. opin.* 346. ubi de furante meretrici, & in domo, in qua ludi tur tempore, quo luditur, & hujuſmodi. Layman. *Theol. Mor. lib.* 3. *tract.* 3. *part* 1. *cap.* 1.

18 Furtum, vel res furtiva, & occupata, utrum poſſit, & quomodo præſcribi, & quòd ipſum furti delictum de jure communi 20. annis præſcribatur, quoad actionem criminalem, & 30. annis quoad civilem, & intereſſe partis, *gloſ. in l. querela, Cod. ad l. Cornel. de falſ.* Boniſac. *de furt.* §. 12. *n.* 76. *& ſeqq.* Franciſc. de Amaya *Obſervat. lib.* 2. *cap.* 7. *per tot.* ubi qualiter nulla detur uſucapio rei, pro qua furti agi poſſit, & quid in re hæreditaria expilata, Mella *de uſucap. & præſcrip. p.* 1. *cap.* 5. *per tot.* Brunnemann. *ſup. C. lib.* 6. *tit.* 2. *leg.* 10. *n.* 1., Et vide infra in noviſſimis additionibus Creſcin. *n.* 35.

Quoad res furtivas, vel vi poſſeſſas, vide §. *furtivæ*, §. *quæ autem*, ubi DD. *Inſtit. de uſucap.* Hoſt. *in Summ. de præſcript. nu.* 5. & habetur poſt tract. Balb. *de præſcript. lib.* 2. *fol. mihi* 273. & quid in aliis delictis dixi in Pract. §. *Maleficii per tot. &* §. *Furto n.* 42. De quibus vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 43. *num.* 613. *tom.* 7. ubi duas contrarias opiniones adducit.

De pecunia furto ſubtracta, & aliis per furem ſoluta, ut non poſſit à domino vindicari, & quare, poſt plura, Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 135. *per tot.* vide in §. *Pecunia num.* 8.

19 Furtum animalium, ſi agatur de groſſis in uno, ſi de minutis medioeribus in quinque, ſi de minutioribus in decem dicitur abigeatus, & graviùs punitur, ita ut de jure pro ea ſit impoſita pœna furcarum, ubi ſit valdè frequens, vel reiteratus, quamvis ut plurimum puniatur ſolùm pœna triremium, maximè in Statu Florentino, ut dixi in *Pract.* §. *Abigeata*, vide Boniſac. *de furt.* §. 6. *num.* 22. *&c.* Peguer. *deciſ.* 29. Cabal. *caſ.* 160. Farinacc. *quæſt.* 167. *part.* 7. Paul. Chriſtin. *dec.* 223. *nu.* 1. *& ſeqq. vol.* 4. ubi etiam de receptatoribus, *& dec.* 196. *num.* 10. *& vol.* 5. Ricc. *Collect.* 2261. Guttierez. *in Praxi quæſt.* 159. Gibalin. *de univerſ. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. *art.* 5. §. 13. *fol.* 713. Vide Carpzov. *in prax. quæſt.* 86. *a n.* 27. Brunnemann. *ff. & C. tit. de Abig.*

Si quis tamen ſurripuerit bovem errantem, vel aliud animal, non habet locum pœna abigeatus, ſed alia mitior, ſi dominum invenire, & illi reſtituere non procuraverit, Ricc. *dec.* 128. *p.* 1. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 189. *num.* 11.

Quòd hodie etiam in Statu Florentino pro abigeatu excedente valorem ſcutorum quinquaginta imponatur pœna furcarum, & abinde infra triremium ex arbitrio uſque ad furcam, vide novam legem municipalem de die 9. Septembris 1681.

Furtum rei ſacræ, aut in loco ſacro commiſſum dicitur ſacrilegium, & graviùs punitur, ita ut ejus pœna ſit arbitraria extendibilis uſque ad mortem, Farinac. *quæſt.* 172. *per tot.* dixi in §. *Sacrilegium num.* 1. latè Boniſac. *de furt.* §. 5. *num.* 18. *& ad* 28. Sanſelic. *deciſ.* 31. ubi refert duos fures fuiſſe laqueo ſuſpenſos ob furtum in Eccleſia commiſſum, licèt de re non ſacra, ſed cultui divino dicata, late Matthæ. Sanz. *de re crim. contr.* 36. *ubi nu.* 50. *& ſeqq.* concludit veram reſolutionem, & praxi receptam eſſe, ut pœna ſit arbitraria gravior, quàm in quolibet alio furto, non tamen ad mortem, niſi quando res furata eſt ſacra, & de loco ſacro ablata, & ſic in vero, & proprio ſacrilegio, ut dixi in §. *Sacrilegium num.* 1. *Et qui templa effringunt, ut res ſacras depopulent. capite puniuntur* Nicoli. *Elucubrat. Utriuſq; Jur. libr.* 4. *tit. alt. n.* 91. *Inſtit. Imper.* Bellegrand. *in compendioſ. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæſt.* 17. *n.* 6. Carol. Ant. De Luca *in pract. criminal. cap.* 9. *n.* 5. 20

Et quòd ſacrilegium ſit delictum mixti fori, vide in *d.* §. *Sacrilegium num.* §. *Delinquens num.* *&* §. *Laicus num.*

De furto autem pecuniæ publicæ, quod dicitur peculatus, & de reſidui quando committatur, vel non, & quomodo puniatur, *eſt tit. in ff. ad l. Jul. peculat. & in* §. *item lex Julia peculatus Inſtit. de pub. jud.* Farinacc. *quæſt.* 171. Boniſac. *d. furt.* §. 5. plenè Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 99. Sanſelic. *deciſ.* 42. *&* 566. *per tot.* vide in §. *Adminiſtrator num.* 12. §. *Officialis num.* 9. *&* §. *Pecunia n.* 15. Guttierez *in Prax. quæſt.* 159. & legem municipalem Florentiæ editam 9. Septembris 1681. per quam fuit valdè exaſperata pœna, etiam ſi pecunia ſtaret periculo adminiſtratoris, qui eſſet debitor quantitatis, & non ſpeciei Nicoli. *loc. cit. dict. num.* 91. Brunnemann. *dict. ff. tit. ad L. Jul. pecul.*

Alia fortè non ſpernenda in hac materia furti adnotavi in Pract. §. *Furia*, §. *Ladri per tot. & alibi*.

Furtum eſt peccatum mortale, cùm inferat nocumentum proximo, quod eſt contra charitatem, D. Thom. 2. 2. *qu.* 66. *art.* 6 D. Antonin. *in ſumma part.* 2. *tit. pr. cap.* 15. *tit. de furto*, §. 2. *&* 3. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.* 5. §. 1. *dub.* 5. *fol.* 72. ubi quòd ex genere ſuo eſt peccatum mortale, & quando poſſit eſſe veniale ex indeliberatione, & parvitate materiæ, vide ſup *num.* 4. Sayr. *in Clavi Reg. libr.* 9. *cap.* 15. Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 3. *par.* 1. *cap.* 1.

Ita ut aſſerens, vel credens furtum non eſſe peccatum ſit hæreticus, ac idem in ſimilibus peccatis, ut benè obſervat Thom. Triviſ. *deciſ.* 35. *nu.* 5. *& ſeqq. lib.* 2. Vivi. *comm. opin.* 345. ubi quòd etiam in gallina, ovo, & aliis rebus minimis committitur furtum, & eſt peccatum mortale, quando fur habet animum furandi, & inferendi nocumentum proximo ſuo, quia non quod ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur, qui majora ſubtraheret ſi poſſet, & ideò ſi in iſtis minimis ceſſaret mala voluntas, & non inde ſequeretur gravamen proximi poſſet excuſari à pœna, & à peccato, Boniſ *de furt.* §. 10. *num.* 124. ubi quòd minutatim plura ſæpiùs minima ſubtrahens, licèt ſimul conjuncta non parvam auri ſummam conſtituant, in foro conſcientiæ nulla vice peccat niſi venialiter, nec tenetur ad reſtitutionem, dummodò dum ſingula minuta ſubtrahit non habeat in animo plura capiendi, vel continuandi, vel dummodò qualitas perſonæ derubatæ aliud non ſuadeat, vide Navar. *in*

Manual. cap. 17. *num.* 14. Vasquez. *loc. cit. dub.* 6. P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 9. *& seqq.* vel nisi catent, vel fur sit factus locupletior, ut dixi sup. *n.* 14. quia tunc ratione injunctæ setentionis peccat, & tenetur ad restitutionem:

Et licèt etiam aliqui afferant, quòd non teneatur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis, tamen hodie illa propositio, ut jacet, est reprobata, & damnata ab Ecclesia per Decretum Innocentii Papæ XI. sub *num.* 38. publicatum Romæ 4. Martii 1679. *De qua proposit.* vide Lubicr. *de prop. damn. num.* 328.

22 Furtum verè committit, qui falsis documentis pecunias alienas exigit, & in suos usus convertit insciis, ac invitis creditoribus, ad quos pertinebant, *l. si pignore* 56. §. *ex quo*, *ff. de furt.* Farinacc. *quæst.* 170. *n.* 6. *&* 36. latè Laurent Matthæu. & Sanz. *tract. de re crimin. contr.* 38. *num.* 29. *&c.* ubi de notario actuario mandata falsa supponente, vel fabricante ad intercipiendum pecunias judicialiter depositatas sub prætextu tradendi creditoribus, ad quorum favorem mandata falsa conficiebat, illas sibi retinendo, & in proprios usus convertando insciis creditoribus, ad quos pertinebant, & in damnum illorum, ut dicatur falsitatem, & verum furtum commisisse, quòd si sit magnum &, æquivalens tribus furtis arbitrio judicis æstimandum, possit ex utroque capite falsitatis scilicet, & furti magni ultimo supplicio puniri, quamvis in illo casu fuerit recessum à pœna mortis, cùm damnum statim creditoribus refectum fuisset, ac de corpore mandatorum falsorum non appareret, & facit idem Sanz. *controv.* 5. ubi de eo, qui falsis Principis rescriptis, vel falsis Magistratus decretis pecunias ad fiscum spectantes intercipiebat, ut sit pœna mortis dignus, & ita executum.

Florentiæ de anno 1677. quidam Doctor necessitatis, Cancellarius Montis Salis, aliaque plura officia non emerita in Civitate, & extra, favore sui Mœcenatis exercens, non contentus emolumentis ultra mille scutorum in anno, lusui, & luxuriæ prætet statum suum operam navans, cum mandatis falsis plures pecuniarum summas nomine creditorum dicti Montis exegit, aliasque majores summas cum decretis Magistratus, & Patentibus falsis ab aliis extorsit sub prætextu emendi pro eis loca Montium, & omnes in proprios, ac pravos usus suos convertit ultra summam quinque millium, & tercentorum scutorum; de quibus delictis magna in Civitate suborta fama, & causa mihi à Serenissimo Magno Duce delegata, ipse ad Ecclesiam, & posteà Venetias confugit, sed inde à Serenissima Republica (præter morem attenta delictorum gravitate) Suæ Celsitudini remissus, atque in fortiis non modica impensa revocatus, omnia (post plures tergiversationes) spontè confessus, fuit condemnatus in pœnam furcarum, & restitutionis sub die 17. Junii 1678. per acta D. Octaviani Parissi Cancellarii subrogati in dicto Monte salis, & sub die 2. Julii dicti anni fuit publicè transmissus ad triremes ex gratia, quæ magnam Principis benignitatis in populo admirationem concitavit (sed utinam alios non excitet ad delinquendum, qui postea inani spe frustrentur, & infra octo dies ad carceres reductus in compedibus detineri, donec ipsi Principi placuerit.

Constabat enim de corpore delictorum ex mandatis, & patentibus falsis, ac ex rimatione librorum, & filciatum Montis in actis exhibitis, quod sufficere existimavit juxta qualitatem factorum, nam licèt regulariter delictum non probetur per scripturam, limitatur non procedere in iis, quæ ad scribentis officium pertinent, nec quando delictum committitur scribendo, quia tunc rectè probatur per scriptutam, Farinacc. *quæst.* 83. *nu.* 7. *& n.* 20. Genu. *de script. priv. lib.* 2. *qu.* 15. *num.* 5. *& num.* 12. *fol.* 57.

Sicut etiam probatur indirectè per scripturam coadiuvando aliis probationes, Farinac. *loc. citat. num.* 35. Imò etiam directè probando factum, ex quo crimen resultat, Tusch. *litt. E. conclus.* 1082. *num.* 6. & plenè contrariis respondendo Lauren. Matt. & Sanz. *tract. de re crim. controv.* 28. *per tot.*

Omissa disputatione an incidisset in crimina peculatus, & residuorum, quorum pœna in privatis est arbitraria in judicibus verò, vel aliis quibuscumque Officialibus mortis naturalis, & post affirmari videbatur per textus *in l. sacrilegi cap.* 9. §. *Labea*, *ff. ad l. Jul. peculat. cum similibus*, & ex traditis per Bonifac. *de furt.* §. *alienæ rei* 5. *num.* 68. *& seqq.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 99. Sanfelic. *decis.* 42. 166. *&* 285. *per tot.* Sanz. *d. tract. controv.* 5. *nu.* 42. *& seqq. & controv.* 77. *num.* 4. & clarius per legem municipalem postea Florentiæ editam sub die 9. Septembris 1682. *n.* 8. ut dixi in §. *Pecunia num.* 15.

Qui dubitari non poterat commisisse plures falsitates, ac plura furta in officio, & sub fide publica, quæ delicta (seclusa etiam peculatu, vel de residuis) dictam pœnam merebantur, falsitates enim licèt essent simplices ex illarum pluralitate, & magnitudine pœna capitali puniuntur, tantò magis in dicto casu ubi agebatur de falsitatibus decretorum Magistratus, & patentium sub fide publica editarum, per textus *in l. falsi* 22. *propè finem*, *C. ad l. Cornel. de falsis*, Boer. *decis.* 82. *num.* 8. *&* 9. Capyc. *decis.* 139. *num.* 21. Afflict. *decis.* 21. *n.* 8. *& decis.* 404. *nu.* 17. Bajard. ad Clar. §. *Falsum num.* 249. Cabal. *cas.* 165. *num.* 11. *cas.* 206. *nu.* 3. Larrea *allegat.* 92. *nu.* 10. *et* 11. Sanz. *d. tract. controv.* 5. *num.* 15. *& seqq.* ubi concludit *num.* 16. quòd licèt pœna falsi communiter sit arbitraria, potest extendi ad ultimum supplicium, Farinac. *quæst.* 150. *nu.* 24. ubi quòd pœna mortis potest imponi non solùm, quando falsitas est magna, sed etiam quando est pluries reiterata idem concludens *quæst.* 155. *nu.* 11. ubi de notario conficiente falsa instrumenta, intelligendo in delictis capitalibus, aliàs secùs de consuetudine, *ut in quæst.* 23. ad quem locum se remittit, & Sanz. *controv.* 38. ut proximè dixi *nu.* 22. *& in* §. *Falsitas num.* 12. *&* §. *Judex num.* 7.

Furta etiam erant clara ob contrectationem pecuniæ alienæ insciis dominis, & pro tribus tantùm furtis simplicibus, & non magnis, nedum pro tot, & tantis qualificatis ex falsitate, sub fide publica, ac etiam magnis ratione summarum pœna furcarum de generali consuetudine imponitur juxta superiùs notata; & quòd plura essent furta, quot erant inquisitionis capita apparebat ex distinctione summarum, temporum, locorum, & personarum derubatarum, ac etiam si pro uno delicto continuato tamquàm ejusdem generis fuissent habenda, tamen tot vicibus reiteratum, & in tanta summa fuisset pœna mortis dignum, quòd furta essent qualificata constabat ex dictis falsitatibus, ex qualitate personæ, quia erat Officialis, & deliquit in Officio, ac administratione, ob delictorum frequentiam, ad quæ compescenda opus erat exemplo, quo casu licitum etiam fuisset jura transgredi, & pœnas augere. Fuit insuper consideratum statutum Florentinum *libr.* 3. *Rub.* 16. disponens quod quicumque existens ad aliquod officium Communis Florentiæ cum pecunia ipsius aufugerit, de facto, & sine strepitu, ac figura judicii condemnetur *in havere*, *& persona*, trahatur ad caudam asini usque ad locum justitiæ, pro dimidia plantatur, & pro alia dimidia comburatur, & pingatur in Palatio D. Potestatis &c. Et si non fuisset præcisè casus statuti poterat procedi de similibus ad similia vigore alterius statuti *d. lib.* 3. *Rub.* 5. & in arbitrariis arbitrium extendi ad mortem ex circumstantiis, & qualitatibus delictum aggravantibus, in casu autem prædicto aderat pluralitas delictorum, falsitas, fides publica violata in officio sibi commisso, aliàs nimis tepida fuisset justitia, & potuisset verè dici fures privatos, & pauperes puniri, publicos autem, & divites in auro, & purpura gloriari, quod utinam non esset: nec obstabat Doctoratus, quia Doctores ad summum æquiparantur nobilibus, & privilegiis nobilium gaudent, ut dixi in §. *Doctor num.* *&* §. *Nobilitas num.* Ac nobiles ipsi delicta infamia perpetrantes, & in officio delinquentes furca suspenduntur; ac omnis cessabat difficultas, cùm totum factum fuerit consulto, & approbante Principe, ut latiùs videre est in negorio per me facto Serenissimo Magno Duci existente in Archivio Montis Salis, & omnia prædicta de jure singillatim probat videndus pro omnibus Cabal. *resolut.* *crim.*

crim. caſ. 99. per tot. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controv.* 38. *per tot.* cum aliis pluribus ab illis citatis, & per me in dicto negotio ad publicam utilitatem hic imprimendo ſequentis tenoris videlicet (ſuppreſſo tamen nomine inquiſiti ad parcendum famæ illius, & familiæ in futurum, licet factum fuerit publicum, & per acta judicii notorium.)

De illo, qui ſimplex miniſterium præſtitiſſet ignoranter, (prout præſumitur non probata ſcientia) ſubtrahenti pecunias publicas, vel fiſcales, ut non poſſit puniri, nec ad reſtitutionem condemnari, benè Fontanell. *deciſ.* 386. *per tot.*

23 Aliqua de furtis, & furibus notabilia deciſivè habentur apud Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. 2. & 3. *in verb. Furtum*, & alia plura receſſivè apud Caſtejon. *Alphabet. jurid. verb. Furtum, Fures, & Conditio furtiva*, & Com. Auguſt. Font. *in Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 636. *&c.* Carpzov. Brunnemann. *ſup. ff. & Cod. & in Prax.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. method.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Carol. Anton. De Luc. *in prax. crim.* Baſilic. & alii Criminaliſtæ. Quibus adde Fagnan. De Luc. Pignatell. Manſ. Palm. & alios modernos.

24 Furti, vel rapinã committentes ultrà alias pœnas efficiuntur infames ipſo jure, & conſequenter irregulares, poſſunt tamen ab Epiſcopo diſpenſari, & alia, Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part.* 2. *verb. Furtum fol.* 160. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 3. *quæſt.* 7. *nn.* 5. & 7. Brunnemann. *ff. libr.* 3. *tit.* 2. *l.* 4. & 6.

25 Furtum an committatur, & puniatur in re communi, inferendo ad paſtores vendentes oves, vel alia animalia, quæ habent in ſoccida à domino ſine illius conſenſu, & licentia, ac ad colonos partiarios vendentes de communi grano, Queſada Pilo *controver. forenſ. cap.* 7. *per tot.* ubi ad excluſionem furti non conſtito de dolo, & animo furandi ex modica quantitate, ſed teneri actione civili damnum reſarcire, vide quæ ego notavi in hoc §. *ſub num.* 3. *verſ. Item ſi quis rem totam communem cum ſeqq.* & §. *Colonus num.* 3.

26 An actio furti contra hæredem quoquè detur Brunnemann. *ſup. Cod. libr.* 6. *tit.* 2. *leg.* 15. *num.* 1. Et an condictio furtiva detur contra eumdem *ibid. n.* 2. ubi benè.

27 Qui non poteſt auctorem demonſtrare, aut titulum poſſeſſionis allegare, incidit in ſuſpicionem furti, & exurgit indicium indè ad torturam Brunnemann. *ſupr. libr.* 6. *tit.* 2. *l. g.* 5. *n.* 3.

28 Furti *pragm.* 1. habet locum in exteris forenſibus in Civitate Neap. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 133. *tom.* 2.

29 Furtum fit hæredi poſt aditam hæreditatem Rubeus *de confuſ. Jur. cap.* 4. *n.* 48. & 50. Non tamen committitur furtum in rebus hæreditatis jacentis Rubeus *loc. cit. cap.* 2. *n.* 48. & 50. Vide ſupra *nu.* 3. *verſ. an furtum committatur.*

30 Furtum mediante venditione perpetratum, venditionem ipſam nullam reddit Fr. Steph. a S. Gregor. *de prac. Jur. & Juſt. par. libr.* 2. *cap.* 42. *num.* 16. & 17. Rubeus *loc. cit. cap.* 18. *ʃ.* 1. *n.* 56.

31 Furti conſcius quærenti domino non relevans in Jure canonico furti reatu tenetur Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 6. *quæſt.* 5. *n.* 12.

32 Furtum de eadem re pluries repetitum continuè, & non interpolatè, unicum cenſetur Bellegrand. *loc. cit. tract.* 10. *quæſt.* 2. *n.* 7.

33 Clericus fur, ſed occultus, ſatisfacta parte poſt pœnitentiam ſalutarem promovetur, publicus verò, & deponitur, & ultra non promovetur Bellegrand. *tract.* 10. *quæſt.* 17. *ſub n.* 10.

34 Res furtiva poteſt per Dominum vindicari à quocumque etiamſi pretium non ſit reſtitutum De Luc. *de Empt. diſc.* 13. *nn.* 2. Quamvis Emptor fuiſſet in bona fide eredens eam eſſe propriam venditoris *ibidem n.* 3. Bona fides excuſat à pœna, & non tenetur poſt rem diſtractam, vel peremptam *ibidem* Latè Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 473. *à n.* 2.

Et quid ſi res furtiva fuerit empta in publicis nundinis De Luc. *de Empt. diſc.* 13. *n.* 2. *de regal. diſc.* 129. *n.* 3. & iterum *de Empt. diſc.* 42. *n.* 8.

Supposta una tal qualità personale di questo Testimonio, e una tale di lui deposizione, come l'una, e l'altra è più che indubitata, deve dirsi, non potersi, ne doversi à costei prestare alcuna benche minima fede, non tanto perche è unico, e non depone immediatamente sopra il delitto, mà sopra indicij remoti, come si è detto, e *come con l' autorità de Testi nel cap. licet universis 23. cap. veniens 10. de Test.*, e *l. Jus jure jurandi de Test. comprovano* il Farin. *de Test. qu. 63. nu. 7.* Guazzino *def. 33. cap. 24. n. 6.*, e Vermigl. *cons. 122. n. 13.*, quanto ancora perche soccombe nel personale à più eccettioni Menoch. *de arbitr. cas. 98. nu. 15.* Farin. *de Test. q. 57. num. 46.* Guazz. *def. 29. cap. 3. sotto il n. 9.* Andreol. *contr. 172. n. 9. con molti altri riferiti dal* Conciol. *§. Testis quoad personas resol. 25., ove al num. 5.* prova che Testimonj di tal sorte sono incapaci di ricevere ajuto dalli Amminicoli, e maggiormente poi, perche la sua deposizione riesce ridicola à chi la sente, e molto più à chi la considera onninamente inverisimile, ed improbabile Cabal. *cas. 231. num. 21.*, *e seguenti* Vermigl. *cons. 74. n. 4.*

Ne qui si dica una tal deposizione verisimile per la confidenza, ed amicizia, che passava trà detto Padre N. N., e detto Testimonio, a cui da quello furono ancora donate varie bagatelle prima, e doppo di detto furto; Poiche resta eziandio inverisimile e non probabile, ch' un' Amico confidi ad altro Amico un delitto ò da farsi, ò fatto senza qualche motivo, ò necessario, ò impulsivo, che a ciò lo costriega, e di più glielo confidi nella forma deposta, secondo la quale pare non sapesse, ò non potesse rubbare detto Padre N. N., se prima, e nell' atto di voler fare il furto non lo diceva a questo Testimonio, e sembra non havesse sodisfazione d' averlo fatto, se immediatamente non lo chiamava a se per palesargliclo:

Ne perche si varifica la di lui deposizione in ordine alla detta amicitia, e confidenza, in ordine a donativi a lui fatti come sopra da detto Padre N. N., e in ordine al discorso avuto assieme in detta Domenica delle Palme in certo sito, ov' è il pozzo della Cucina, e dove depone gli confidasse d' avere commesso il furto, può venirne in conseguenza, che la medesima deposizione sia veridica nel resto, si perche tali atti sono indifferenti, e ponno stare senza detta Confessione estragiudiciale, si perchè non s'è mai veduta, ne si vedrà stampata sù libri la conclusione, che debba credersi il falso, il non probabile, l' inverisimile ad un Testimonio, che abbia deposto qualche verità nel suo Esame, quantunque corra la conclusione, che nulla debba credersi ad un Testimonio, che se non in tutto, fù però falso in parte, *come leggesi appresso tutti*, e particolarmente *appresso il* Farinac *de Test. quæst. 67. §. 4.*

Se si soggiungesse, potersi credere verisimile, e probabile detta confessione estragiudiciale à riguardo di due Amminicoli concorrenti nel caso, e sono, l' avere esso Padre doppo il furto procurato che Gio: Riccò lasciasse, come lasciò, il serviggio, che prestava alla Chiesa di detto Monistero, e l' essersi mostrato molto inquieto d' animo col Padre Ansaldi, à cui disse un giorno, come questi hà deposto, che voleva parlare col detto Riccò, e quando non li potesse parlare, voleva fargli dare un colpo, arguendosi dal primo che cercasse allontanarlo dal Monistero per timore, che rivelasse il segreto e dal secondo, che molto gli premesse d' avere usata detta Confidenza col detto Riccò.

Si risponderebbe, che il primo Amminicolo si deduce dà un' atto indifferente, che devesi prendere in senso buono, e non cattivo Mascard. *de probat. concl. 1003. n. 14.*, *e sequent*, Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. n. primo* Farinac. *de Reo confes.* & Conciol. *quæst. 85. num. 5.* Tanto più che l' allontanamento dal servigio sudetto non gli chiudeva la parola in bocca, si che liberamente non havesse potuto palesare il segreto, se l' havesse havuto, ed il secondo da un discorso equivoco, ed oscuro da spiegarsi solamente da chi ne è l' autore, giache solamente Iddio sà, e conosce l' interno dell' huomo, quando questi con cosa estrinseca non si faccia palese, il medesimo Mascard. *conclus. 94. num. primo e sequenti.*

Si risponderebbe ancora, che detto secondo Amminicolo non resta provato con la sola depositione di detto Padre Ansaldi, di cui si può dire, come si è detto di sopra *Vox unius vox nullius.*

Si risponderebbe finalmente, come si è detto di sopra, che sono inconsiderabili li Amminicoli, quando non precede qualche grado di prova, come nel caso si crede sufficientemente, ed evidentemente mostrato, e maggiormente perche si tratta di confessione estragiudiziale affatto inverisimile, e niente probabile, che per niun conto si considera ancorche pienamente fosse provata, come ce lo insegna con autorità il Conciol. *§. Confessio resol. 13. n. 15.*

E qui non sapendosi trovare altro obietto da farsi à pregiudicio del Padre N. N. contro cui, come dimostra il processo, s'è ricercato, come si suol dire, il pelo nell' ovo, fattesi eziandio replicate perquisizioni, senza ritrovare altra moneta, che quella di pochi soldi, il che molto giova all' innocenza del medesimo Padre Cabal. *cas. 199. num. 23.*, *e 24.*, nè ommessa la diligenza, mà indarnò, di cercar prove sopra la spenditione di denaro, che potesse haver fatta doppo detto furto; A noi resta il dire, che non essendo confesso, non essendo convinto, ne aggravato da indici, ò indubitati, ò prossimi, ò remoti, quali ultimi al numero di tre furono cumulati senza sussistenza, e senza veruno fondamento legale, come s' è dimostrato, non sia non solo luogo ad alcuna pena estraordinaria, le ne meno alla Tortura, alla quale non può venirsi senza l' indicj sufficienti alla medesima, mà non sia stato nampoco il luogo al Reato, che pure ricerca la precedenza delli Indicj, se non uguali, almeno non molto inferiori à quelli, che si ricercano per la tortura, secondo la nostra prattica criminale, e come può vedersi *appresso il* Farin. *de Inquis. qu. prima num. 40. 45. e sequenti.*

Come dunque siasi venuto a detto Reato, non sà comprendersi, mà molto meno può capirsi, come, dando esso Padre N. N. conto di sua dimora fatta in sua Camera col Padre Nicola Agostino Speroni, nel tempo, che si pretende commesso il furto, non siasi questo esaminato prima che s' absentasse da detto Monistero, ò per acquistare un mendacio sostanziale a di lui pregiudizio, ò per venire in cognizione della sua Innocenza, che deve il Giodice ricercare *ex officio*, come scrisse il Farin. *de Inquisit. quæst. 11. num. 10*, Se non vogliamo dire per ben capirla, che ciò su fatto per volerlo in tutte le forme Reo, già che dolosamente opera chi non sa quello che deve *l. qui dolo 41. ff. ad l. Falc.*, & *cap. qui contra 82. de reg. Jur. in 6.*

Ma siasi questa ommissione volontaria, ò involontaria, è in oggi certissimo per le ragioni addotte, che non fu luogo a farlo Reo, e però deve la P. V. Reverendissima pienamente assolverlo, non tanto per la regola, che non provando l' Accusatore, il Reo s' assolve, quanto per la presunzione militante di sua innocenza, quando non si prova il delitto, che mai si presume Conciol. *§. delictum resol. prima nu. primo*, *e 2.* Così io salvo &c.

Pietro Sacchetti Giurisconsulto, e più volte Giudice di Rota Criminale.

Ità juris esse censeo.
Jos Fedolfi J. C. & P. Vic. Generalis.

Ita quoque ego Infrascriptus pro veritate sentio, ima quoticscunque etiam non prevaleret, ut sane prevalet opinio præallegata pro Reo præsumpte, eaque minus esset probabilis, ut non est; adhuc Judex secundum eam ad favorem Rei constituti suam

ſuam teneatur ferre ſententiam, Juxta tradita per Patrem Philippum de Bichis In praxi cauſar. Judicialium quæſt. 143. n. 17. ex Diana poſt Merol. Leon. Pulanm. & Salem.
Carolus Andreas Maria Cicognari, Illuſtriſſimi Collegii DD. Judicum Parmæ Decanus, ac per annos ferè quinquaginta Avita hac in Patria ſæpè Judex, continuo Advocatus, tàm In Civilibus quàm In Criminalibus &c.

Ita pariter cenſeo,
Ego Victorius Colla J. C. Collegiatus, Fiſci, ac Sereniſſimæ Cameræ Parmæ Ducalis Advoc.

Ego Jo: Franciſcus Zanelli Advocatus ac & de Collegio Illuſtriſs. D. D. Judicum Parmæ idem cenſeo &c.

Quæ ſupra deducta fuere, quàm libentiſſimè approbo, ut potè qui cenſeo veritatem egregiè attigiſſe, eamq; juribus, ratiociniis, ac Doctorum Placitis autoratam firmiſſimè ſtatuiſſe
Horatius Aicardi J. C. Collegiatus Parmenſis.

Octavius Galla J. C. de Collegio Dom. Judicum Parmæ.

Juxta ſupra allegata ego quoque cenſeo, unde me libentiſſimè ſubſcribo
Antonius Zuntus J. C. de Collegio Illuſt. D.D. Judic. Parmæ, Sacr. Canon. publicus Interpres, & Advoc.

Franciſcus Nicoli Advocatus Placentinus manibus pedibuſque in eandem ſententiam deſcendo.
Ego Odoardus Eques Bonvicinus J. C. de Collegio Illuſtr. Judicum Parmæ, ita omninò judicandum exiſtimo.

Huic conſultationi, qua Sapientiſſimus auctor invictis rationum momentis accuſati innocentiam tuetur utroq; pollice ſubſcribo, ac juxta eam judicandum omnino eſſe pro veritate cenſeo.
Paulus Aymus J. C. Parmenſis ac Præpoſitus Sancti Andreæ.

Ego Leopoldus Creſcinus J. C. & Juris Criminalis Publicus Interpres in Parmenſi univerſitate ita judicandum eſſe omnino cenſeo.

Finis Libri Sexti.

MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER SEPTIMUS.
De littera G.

§. GABELLA I.

1 Gabella aliis nominibus nuncupatur etiam census, tributum, & vectigal, largè sumpta comprehendit omnem exactionem publicam, propriè verò dicitur pensitatio, sive tributum, quod superiori tanquam Principi suo, vel alieno solvitur, vel jus quoddam Principibus competens pro certa rata statuta omnium rerum, quæ venduntur, aut permutantur ratione contractus, vel tributi illis, vel eorum vices gerentibus persolvendum, ut colligitur ex traditis per Bertrand. *de Gabell. in princip.* Bertachin. *eod. tract. in princ.* Covar. *reg. Peccatum* 2. *part.* §. 5. *de reg. jur. in* 6. Guttierez. *de gabell. quæst.* 1. *num.* 12. & Guid. Pancirol. Thes. *var. lect. lib.* 3. *cap.* 31. *post princip.* Tusch. *litt. G. conclus.* 1. Paul. Christin. *decis. Belg.* 269. *vol.* 1. *& decis.* 101 *& seqq. vol.* 3. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 367. *per tot.* Fagundez *de just. & contract. lib.* 5. *cap.* 4. *per tot.* ubi undè ortum habuerit tributum gabellæ in Lusitania, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restitut. cap.* 6. *de gabellis per tot. fol.* 47. *&c.* Vide De Luc. *de Regalib. disc.* 63. *n.* 6. *disc.* 65. *n n.* 1. *disc.* 67. *n.* 3. ubi unde provenerint nomina seu vocabula Duhana, Armandia Portorium, Thelonia; Et verbum vectigal quibus oneribus propriè conveniat De Luc. *de Regalib disc.* 46. *n.* 14. *disc.* 65. *n n.* 3.

Gabellæ autem jus esse antiquissimum, & semper apud omnes populos usitatum ad sustinendam Principum, & Regum dignitatem, ut suos subditos à latronibus, & extraneorum injuriis tueantur, itinera tuta præstent, justitiam reddant, mœnia, pontes, vias extruant, jusdicentes, & Ministros bonos eligant, & substineant, aliaque similia munera publica subeant, ad quæ in recompensationem tributorum strictè tenentur Corn. *consil.* 181. *nn.* 15. *&* 16. *lib.* 3. ex tribus fontibus præcipuè emanatum, nempè ex agricolatione, vel agricoltura, ex mercibus exportatis, vel importatis, & ex pascuis, quibus additæ sunt salinæ, & hujusmodi juxta varios Provinciarum mores, constat ex præcitatis Auctoribus, & præcipuè ex Guid. Pancirol. *dict. cap.* 31. *per tot.* ubi multa genera vectigalium, & gabellarum, quæ olim fuere, & hodiè sunt in usu refert, ita ut appareat quantum antiquiores Principes plus suos populos, quàm nostri gravaverint, & quantum hodiè novis excogitatis oneribus gentes vexentur, vide *in pract.* §. *Gabella nu.* 69. *& per tot. & in hoc opere* §. *Princeps n.* 39. Paul. Rub. *in annot. ad decis.* 217. *n.* 328. *& seqq. & n.* 517. *& seqq. per tot. part.* 9. *rec.* Fagundez *loco supra citat.* Vasquez *ubi supra per tot.*

Quæ conditiones requirantur pro impositione justæ gabellæ, etiam sub ficto, & simulato nomine donativi, cum verè non sit donativum voluntarium, sed exactio tributi coacta, & necessaria, Molin. *de just. tract.* 2. *disput.* 667. *& seqq.* cum aliis per Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 3. *resolut.* 1. *&* 2. ubi quòd duæ sunt principales, nempè publica utilitas, vel necessitas, & quòd proportionabiliter ad vires, & facultates subditorum, non ultrà imponatur, Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 18. §. *tertiò notandum.* P. Stephan. de Neap. *de præcip. jur. & justit. part. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 3. ubi plures conditiones refert, sed cum prædictis conveniunt, addita auctoritate imponentis, quæ, non nisi principibus superiorem non recognoscentibus competit, & alias quæstiones notabiles resolvit, vide *in* §. *Princeps nu.* 27. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 217. *n.* 328. *& seqq. part.* 9. *recent.* ubi plura moralia, & notanda de Principis potestate in hac materia, latè etiam Sanfelic. *discept. unic. de donativo tempore belli, post primum vol. suarum decisionum*, & pleriè Thom. del Bene *tract. de Comitiis, seu Parlament. dubit.* 2. 3. *&* 4. *per tot. à fol.* 3. *ad* 228. Gabr. Vasqu. *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 6. *per tot. fol. mihi* 97. & præcipuè *dub.* 1. *&* 2. §. 1. Fontanel. *dec.* 217. Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dubitat.* 1. *&c.* Cabed. *decis.* 49. *part.* 2. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 1. *per tot.* ubi plura de tributis, & vectigalibus, quorum jus imponendi ad solum Principem pertinet ratione supremæ potestatis, & Summi Imperii, Sixtin *de regal. lib.* 2. *cap.* 6. Bobadill. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 5. Ripol. *de Regal. cap.* 7. Amaya *in l. omnes C. de annon. & tribut. lib.* 10. contrà verò Menoch. *de Jurisdict. cap.* 4. *n.* 10.

Potest tamen jus imponendi, & exigendi gabellas præscriptione immemorabili acquiri, etiam sine Principis scientia, Farinac. *q.* 173. *p.* 4. *per tot.*

Qualiter autem sit omninò standum, & credendum Principis assertioni de necessitate imponendi donativa, & similia onera subditis (quidquid nonnulli contradicant) & alia plura de Principis potestate, & justitia in hac materia, idem Sanfelic. *dec.* 396. *per tot. cum Audit.* dixi *in* §. *Assertio n.* 4. latè Larrea *Alleg. fisc.* 59. *&* 60. intellige nisi evidenter appareat in contrarium, quia tunc veritati cedit præsumptio, Thom. del bene *d. dubit.* 2.

Quòd de jure non possit augeri, vel ampliari gabella, & aucta non obliget, maximè in foro conscientiæ, *lib.* 1. *et* 2. *C. nov. vect. imp. non poss.* vide *num.* *seqq.* Cavaler. *dec.* 279. Farinac. *q.* 173. *n.* 65. *&c.* dixi *in* §. *Gabella n.* 42. *infra n.* 28.

Quòd gabellæ ob publicam utilitatem imponantur, sint tamquàm regalia, & ideò favorabiles, pro eis in dubio judicandum, dummodò ex rebus Deo dicatis non extrahantur, vel aliàs immunitas Ecclesiastica non lædatur, Carol. Marant. *controv. part.* 5. *respons.* 84. *n.* 10. *& infra n.* 38. Larrea *allegat. fisc.* 5. *part.* 1. *nn.* 1. *&* 2. Anton. Gob. *consult.* 148. *nn.* 45. contra verò *nn.* 13. *&* 14. Conciol. *in ver. Gabella resol.* 1. *n.* 8. Quando verò odiosa sit, & quando secùs, Tusch. *in litt. G. concl.* 2. De Luc. *de Regal. disc.* 62. *n.* 6. *disc.* 68. *nu.* 13. *disc.* 72. *nn.* 3. *disc.* 83. *n.* 8. *disc.* 154. *n.* 18. *in fin.*

Gabella justa, & legitima non potest fraudari sub pœna peccati, & restitutionis; injusta verò sic, quia non obligat, sed tantùm metu pœnæ servatur, cujus periculo eum fraudans se exponat, excusatur, *l.* 1. *&* 2. *C. nov. vect. imp. non poss.* Rol. *cons.* 79. *n.* 96. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 397. *per tot.* Card. Tusch. *litt. G, conclus.* 19. Soccin. *reg.* 208. Sanfel. *decis.* 407. *n.* 15. latè Gutierez *tract. de gabell. q.* 2. *n.* 21. *& seqq. & quæst.* 3. *per tot.* Vasquez *de success. lib.* 3. §. 28. *n.* 28. *fol. mihi* 324. *tom.* 1. Sperel. *decis.* 147. *per tot.* dixi *in* §. *Lex n.* Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 10. *de legibus*, *resol.* 19. ubi tamen probabilem dicit etiam contrariam opinionem, quam uti ultimo loco relatam, & ad argumenta contraria respondendo videtur sequi, & pœnitentes hanc partem tenentes non esse ad restitutionem urgendos, sed absolvendos affirmat P. Steph. de Neapol. *de præcipitur & just. part. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 19. *&* 20. *fol.* 2

mihi

mihi 114. ubi refert duas opiniones contrarias, cum illarum ſectatoribus, & ambas probabiles ob rationes, & auctoritates quamvis primam ſupra relatam probabiliorem, & tutiorem aſſerat, infr. *n.* 28. latè Thom. Hurtad. *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 8. *reſol.* 8. 9. & 10. ubi an gabella poſſit præſcribi cum mala fide, an in conſcientia debeatur ſi non petatur, & alia, Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.* 6. §. 3. *dub.* 1. & 2. *fol.* 109. *&c.*

Quòd nemo teneatur in foro conſcientiæ ad pœnam vectigalis non ſoluti ante ſententiam, ipſum verò vectigal ſi ſit juſtum ſolvi debeat in foro animæ Guttierez *Canonic. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 12. Cancer. *part.* 3. *cap.* 11. *n.* 40. Gironda *de Gabell. part.* 12. *nu.* 6. & *ſeqq.* Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 79. Paul. Xamar. *de offic. judic.* 1. *part. quæſt.* 11. *num.* 63. & *ſeqq.* ubi *n.* 68 tradit etiam vectigal non petitum non eſſe in conſcientia ſolvendum, dummodò fraus, & dolus abſit, Fragoſ. *de Regim. Reip. tom.* 1. *lib.* 3. *diſtinct.* 8. *n.* 36. & *ſeqq.* & pœnam commiſſi peti non poſſe ultra quinquennium colligitur ea traditis per Antunez Portugal. *de donat. reg. lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 21. Conciol. in ver. Gabella *reſol.* 3. *n.* 1. Card. De Luca *de Regal. diſc.* 69. *n* 5.

Quòd licèt Gabella in foro externo debeatur etiam de rebus neceſſariis ad uſum vitæ, & familiæ delatis, vel transportatis, & non cauſa negotiationis, & mercimonii, tamen ſecùs eſt in foro conſcientiæ, in quo non debetur gabella pro iſtis rebus ad uſum ſuum, & familiæ, ut de veriori teſtatur Valer. *de differ. utriuſque fori, verb. gabella,* & *verb. Venditio diſcaſ.* 3. ubi adducit aliàs declarationes.

Quòd gabellam imponens, vel exigens ſine auctoritate, vel aliàs injuſtè, dicatur furtum committere, & è contra qui juſtè impoſitam fraudat; qui habeant auctoritatem imponendi gabellam, & alia, vide per Boniſac. *de furt.* §. 4. *n.* 21. & *ſeqq. ad* 40. Farin. *de furt. q.* 173. *p.* 2. & *per tot.* P. Steph. de Neapol. *d. cap.* 15. *n.* 4. & *ſeqq.* dixi *in pract.* §. *gabel. nu.* 42. Conciol. in verb. Gabella *reſol.* 6. Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 69.

Si tamen aliquis eſſet creditor Principis, vel civitatis poſſet ad effectum compenſandi fraudare gabellam, etiam alteri locatam, Dian. *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 16. *reſolut.* 16. *fol. mihi* 252. vide latè Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de reſtit. cap.* 6. §. 3. *dub.* 3. *per tot. fol.* 113. plenè Zamoran. *tractat. de compenſat. diſput.* 8. *cap.* 1. & *ſeqq.*

An Gabellarii ad Portas Civitatis, vel alibi deputati teneantur ad reſtitutionem pœnæ imponendæ, ſi ipſi diſſimulent, & fraudatores non accuſent, Dian. *p.* 3. *tr.* 5. *reſ.* 54. & vide *in* §. *Judex nu.* 19.

Quòd fraudans gabellam peccet mortaliter, teneatur ad reſtitutionem, ac puniri debeat juxta locorum conſuetudinem, & ſtatuta, Ant. Pichard. *pract. inſtit. p.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 62. *fol.* 110. Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 679.

3 Gabella eſt ſolvenda tantùm de rebus, quæ cauſa mercimonii, & negotiationis deferuntur, & non pro uſu proprio, vel familiæ, ita ut de hoc ſtari debeat juramento deferentis, Pract. Papp. *for. ſolut. pedag. gloſſ.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 4. ubi etiam an dicatur ad uſum proprium quod vehitur cauſa domus ædificandæ, vel reficiendæ, & pluribus aliis relatis probat Sperel. *dec.* 13. *n.* 18. ubi quod non valet conſuetudo contraria ſaltem quoad forum conſcientiæ, ità ut exigentes gabellas pro rebus ad uſum proprium, & familiæ delatis non ſolùm peccent, ſed etiam teneantur ad reſtitutionem, incidant in excommunicationem, & ſint pœna capitali digni, *leg. univerſi C. de vectigal. l. omnem Cod. eod.* & *l. ſi publicani,* §. 1. ubi Bartol. *ff. de public.* Franc. Marc. *deciſ.* 185. & 186. *part.* 1. & quamvis hæc de facto (ut notorium eſt) nullibi ſerventur, tamen poterit ſecundùm ejus hujuſmodi gabella tamquam injuſta ſine aliquo peccato, vel ſcrupulo fraudari, de quo vide etiam S. Steph. de Neapol. *d. cap.* 15. *nu.* 8. *ſeqq.* ubi quando dicta gabella poſſit eſſe licita pro urgenti neceſſitate, quæ alio modo reparari non poſſit, & latè Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 11. *reſol.* 38. *per tot. fol. mihi* 170. ubi ſuſtinet validitatem, & juſtitiam dictæ gabellæ pro rebus ad proprium uſum, & familiæ delatis, imò etiam pro eſculentis, & poculentis, aliquibus tamen conditionibus concurrentibus, de quibus remiſſivè ad Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 33. *dubit.* 7. *nu.* 51. Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 3 *cap.* 3. *n.* 3. & alios, quibus adde P. Stephan. loc. cit. Dian. *part.* 1. *tract.* 17. *reſol.* 28. ubi tamen quod fraudans poteſt excuſari à reſtitutione, vide Panimol. *in ſua Idea Conſtit.* 13. *n.* 1. & *ſeqq.* ubi quòd contraria opinio eſt verior, & magis tuta, facit quod dixi *in* §. *Princeps n.* 27. Brunneman. *ad. l. univerſi* Caſpenſ. Klock. *vol.* 1. *conſ.* 10. *a n.* 574. Christin. *vol.* 3. *deciſ.* 101. *n.* 5.

Gabella impoſita ſuper vino, carnibus, fructibus, & ſimilibus, ſive emptori, ſive venditori, cum tangat Clericos, & immunitatem Eccleſiaſticam per indirectum, quia propter illam vilius venditur, vel carius emitur, non arctat perſonas Eccleſiaſticas ſine conſenſu Sanctiſſimi, vel Epiſcopi, ſive Cleri, imo Epiſcopus procedere debet per cenſuras contra laicos imponentes talia onera, etiam ſub prætextu communis, & publicæ utilitatis quæ eſt cognoſcenda ab Epiſcopo, & erit juſta cauſa illum movendi ad præſtandum conſenſum in ſubſidium, & quando laicorum bona non ſufficiunt, ac cum aliis requiſitis, de quibus DD. *in cap. non minus de immunit. Eccleſ.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 390. *per tot. c.* 564. *n.* 48. & *c.* 791. *nu.* 10. & Rot. in Barchinonen. Exempt. Veneris 20. Junii 1616. Farrer. de gabel. & Vectig. *tit.* 12. *n.* 535. coram Coccin. Decan. *in Noviſſ. part.* 7. *deciſ.* 159. *per tot.* ubi etiam quomodo poſſint ad practicam reduci hujuſmodi exemptiones, & Rot. in eadem cauſa Mercurii 13. Junii 1646. coram Corrado *part.* 9. *rec.* 412. *per tot.* atque iterum in eadem cauſa *p.* 10. *recent. deciſ.* 56. ubi fuerunt confirmatæ primæ deciſiones & *deciſ.* 139. *d. part.* 10. & *part.* 14. *dec.* 101. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 37. *n.* 84. & Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 122. & *ſeqq. fol.* 525. Azor. *Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *c.* 11. §. *quintum privilegium*, P. Steph. Neapol. *de præcip. jur.* & *juſt. part. lib.* 1. *cap.* 96. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 556. ubi quòd poteſt puniri Epiſcopus negligens publicare excommunicationem a lege indictam contra indebitè exigentes gabellas à perſonis Eccleſiaſticis, & *caſ.* 562. *n.* 35. & latè D. Carol. de Grall. *de effect. Cler. effect.* 3. *per tot.* Guttierez. *de gabell. quæſt.* 44. & *quæſt.* 87. & *ſeqq. ad* 96. ubi plura dubia reſolvit, Lanfranch. Zacch. *tract. de ſalar.* & *merced. quæſt.* 5. *per tot.* Rot. in Alben. Gabellæ 28. Junii 1230. coram Merlino *in Noviſ. part.* 6. *deciſ.* 339. & *inter impreſſ. ejuſdem deciſion.* 908. Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 38. & 40. *fol. mihi* 27. & *reſolut.* 132. & 133. *eodem tract. fol.* 53. & *part.* 5. *tract.* 1. *reſolut.* 11. *part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 174. vide *in* §. *Eccleſia n.* 20. §. *Clericus n.* 45. *&c.* Paul. Christin. *deciſ.* 102. & 103. *vol.* 3. Franciſc. de Angelis *in forenſ. immunit. Eccleſ. Aſylo poſt tract. de confeſſ. Opaſ. al.* 3. *per tot.* ubi nititur omnes dirimere altercationes, prout & Flav. Popei *tract. de libert. Eccl. per tot.* Fontanel. *deciſ.* 301. cum multis ſequentibus, & Rot. in Barcinonen. Exemptionis 1. Junii 1885. coram Paulutio apud Jacob. Balduc. *in obſerv. ad Ramon. dec.* 4. 4

An amentes ab Eccleſia, vel ab alio habente immunitatem, teneantur ſolvere Gabellam contractus ſaltem pro parte ſua latè in terminis Statutorum Mantuæ, Anton. Gob. *Conſultat.* 148. *per tot.* Cyriac. *controverſ.* 622. *&c.* Cravet. *conſ.* 239. *num.* 4. Suid. *conſ.* 525. *n.* 2. & *ſeqq.*

Sed an prædicta gabella ſolvenda ab emptore laico, pro rebus, quas vendunt Eccleſiaſtici, libertatem Eccleſiaſticam non lædi, pluribus bene comprobat Larrea *alleg. fiſc.* 57. licèt contrarium teneat Franciſc. de Angelis loc. citat. n. 19.

An arctet illorum colonos partiarios, Menoch. *de arbitr. caſ.* 562. *n.* 35. & *ſeqq.* vide *in* §. *Colonus nu.* Christin. *d. deciſ.* 103. *vol.* 3.

An gabella impoſita ſuper vino, carnibus, & hujuſmodi comprehendat perſonas Eccleſiaſticas videtur latè affirmare Conſtantin. Caſar. *ſpecul. peregr. qq. quæſt.* 36. *per tot.* ex ſententia Bart. & aliorum

in

in l. 1. Cod. de sum. Trinit. & fid. cathol. quòd statuta generalia laicorum loquentia in res, non in personas, si sint honesta, & pro bono publico comprahendant etiam exemptos à sæculari potestate; multa tamen etiam in contrarium adducit, nec quid sentiat aperit, cum id, quod verè sentit, liberè proferre non permittatur, facit quod dixi *in §. Statutum, & §. Clericus*, latè Baldel. *Theol. mor. tom. 1. lib. 5. disput. 37.* ubi relatis contrariis opinionibus, illas concordat distinguando circa modum impositionis dictæ gabellæ, nam si sit imposita ipsi rei, veluti carni dum emitur à macellario, vel inducitur in civitatem, ut solvatur ab ipso macellario, ligat omnes, & non est contra immunitatem Ecclesiasticam, ac idam in aliis rebus; si verò sit imposita ipsi contractui amptionis carnis expositæ in macello, non arctat Ecclesiasticos, ut benè ibidem declarat, & videtur optima distinctio.

5 Gabella an sit solvenda à Principe, vel Communitate, quæ jus exigendi gabellam alteri cessit, vendidit, vel locavit, si ipse Princeps, vel Communitas vendens, vel locans aliquem contractum postea pro se inierit, pro quo aliàs esset solvenda gabella, videtur quòd non secundùm Boer. *dec. 213. n. 1.* & Afflict. *dec. 319. num. 9.* & Menoch. *lib. 3. præsumpt. 44. n. 11.* & Card. Tusch. *litt. G, concl. 2. per tot.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 24. &c.* ubi etiam an debeatur saltem ex parte alterius contrahentis, plenè Guttier. *de Gabell. q. 85. & 86.* ubi refert côtrarias opiniones, & videtur concludere, cessante pacto, vel consuetudine, Communitatem teneri ad solutionem gabellæ in aliquibus casibus, non autem Principem, vel Fiscum, & agit etiam de aliis subconductoribus qui tenentur solvere gabellam, adde Jo: Bapt. De Luc. *tract. de Regal. lib. 2. disc. 43.* ubi quòd non debetur pro alienatione locorum Montium, & quare, & *discurs. 44.* ubi an pro annona, Ganaver. *dec. 14. per tot.* ubi quòd cùm Princeps non sit comprehensus, non debetur emptori, val conductori gabellæ aliqua resarcitio ex hoc capite.

Quòd Civitas Domina Datiorum aliis concessorum etiam titulo oneroso non teneatur solvere gabellam, vel datium pro rebus, & contractibus suis, ità ut talis exemptio tanquàm realis prosit etiam conductoribus, & singularibus successoribus in bonis ejusdem Civitatis, & solutum possit uti indebitum repeti, latè in terminis Datii Plateæ Magnæ Bononiæ, probat Urcaol. *Consul. for. cap. 73. per tot. vol. 2.*

Qualiter fiscus sit immunis ab omni solutione Gabellæ, & solutam possit repetere, Marcell. Marcian. *Oper. leg. tract. de fiscal. exercit. c. 14. per tot.* Latrea *alleg. fisc. 54. n. 4. & 5.* Anton. Gob. *consult. 148. num. 49. & seqq.* ubi quòd Princeps potest concedera exemptionem, etiam in præjudicium tertii, qui tamen ponit ad computum Principis id, quod exigere debeat ab exemptis, &c. De Luc. *de Regal. disc. 43. num. 8. disc. 44. n. 2.*

Quòd in locatione gabellarum Communitatum requiratur subbastatio, quibus locari possint, vel non, & alia plura ad rem, Pacion. *de locat. & conduct. capit. 13. per tot.* Et de proventu Communitatis pro ponderibus, & mensuris, Ansald. *consil. 135. per tot.* dixi *in §. Mensura*. Et quando iterùm facienda sit subhastatio Montan. *de Regal. §. Vectigalia num. 10.* De Luc. *de Regal. disc. 81. sub n. 18.*

6 Gabella non est solvenda de actibus nullis, & nullum effectum sortientibus, Gratian. qui pluribus similibus comprobat *discept. for. cap. 746. n. 9. &c.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell. 59. n. pr.* Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus de nullit. ag. poss. n. 68. fol. mihi 75.* ubi intelligit quando actus, vel contractus est ipso jure nullus, secùs si sit nullus in favorem unius partis tantùm, quia tunc qui dedit causam nullitati potest pro gabella conveniri, ne dolus, & culpa sibi patrocinetur, ut ibidem num. 58. vide Guttierez *de gabell. q. 9. per tot.* Vivi. *comm. opin. 817.* P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib. 1. cap. 15. num. 15.* benè Jo: Paul. Melit *Observ. 95. per tot.* Gabr. Vasqu. *Opusc. Moral. tract. de restitut. cap. 6. §. 2. dub. 1. fol. 102.* & idem disponitur lege municipali Florentiæ, dummodò nullitas fuerit declarata per Ministros Gabellæ ad evitandas fraudes, quò casu etiam soluta potest repeti, ut dixi in *Pract. §. Gabella n. 9. & 10. & num. 53. &c.* adde Urceol. *tract. de transact. q. 78. in fine*, ubi postquàm latè firmavit, gabellam deberi ex contractu transactionis, limitat non procedere si transactio fuerit nulla, vide *in §. Transact. n. 24. infra num. 21.* Altimari *de nullit. rubr. 1. part. 4. quæst. 37. n. 568. tom. 6. & rubr. 8. quæst. 15. n. 27. tom. 1.* Bertachin. *de Gabell. membr. 3. part. 8. a n. 25.* Guttier. *de Gabell. quæst. 8. n. 11. quæst. 9. a n. 1. quæst. 28. n. 5.* Valenz. *cons. 32. num. 43.*

Gabella in dubio est solvanda pro parte ab emptore, & pro parte à venditore, nisi aliter fuerit conventum, vel à statuto dispositum, cùm emptio, & venditio sit contractus, qui gratia utriusque celebratur, Cæpol. *in l. debet autem n. 3. ff. de ædil. edict.* & ità cavetur lege municipali Florentiæ salvo jure Gabellæ exigendi totam summam ab uno tantùm ex contrahentibus, cùm ambo sint obligati, ut dixi in *Pract. §. Gabella n. 8.* Card. Tusch. *lit. G, concl. 6. num. 11.* 7

In terminis autem juris communis est admodum controversa opinio, existimantibus multis esse solvendam à solo emptore, Bald. & alii per Cenc. *de Cens. q. 45. num. 6.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 343. n. 25. & cap. 549. n. 32. & in fine*, & magis receptam sententiam pluribus relatis dicit Guttierez *de gabell. q. 46. n. 1. & 2.* ubi tamen alios contrarium tenentes, nempè esse solvendam à venditore allegat, & veriorem de jure asserit, priorem tamen magis receptam, & facit in *q. 127.* adde Paul. Christin. *dec. 103. n. 4. vol. 3.* Rot. *part. 13. recent. dec. 242. num. 9. &c.* ubi de datiis, quòd valet pactum inter contrahentes, non autem in præjudicium Fisci, & juris publici, quod privatorum pactis lædi non potest. De Luc. *de Regal. disc. 75. n. 2.*

Quòd sit solvenda ab emptore veriorem, & magis communem dicit Rot. *part. 14. rec. dec. 121. num. 7.* Episc. Roce. *cap. 74. n. 5. libr. 1.* Quod etiam amplia, ut *ibidem n. 33.*

An sit solvenda à mutuante, vel à recipiente si statutum non exprimat, videtur quòd sit solvanda à mutuante sub usuris, cùm ille utilitatem, & emolumentum habeat, Soc. sen. *cons. 247. lib. 2.* Berth. *de Gabell. p. 7. princ.* Salyc. *in Rub. C. de rebus cred.*

Sed imò solvendam esse à recipiente, qui majorem recipit utilitatem videtur concludere Menoch. *lib. 3. præsumpt. 70. num. 6.*

Plura de gabella debita ex contractu venditionis, statim ac ex nudo, & libero consensu sit perfectus contractus, nisi tamen incontinenti, vel etiam ex intervallo re adhuc in totum integra rescindatur contractus, vel sit nullus, & alia notabilia de hac materia Fagund. *de just. & contract. lib. 5. cap. 3. & 4. per tot. & cap. 39. per tot.* ubi an debeatur ex dissolutione contractus, & an duplex, una ex primo contractu, & altera ex rescissione illius.

Gabella solvenda pro quolibet debito, de quo sit factum instrumentum, non debetur pro debito consistente in scriptura privata, quia attento communi usu loquendi, qui prævalet, appellatione instrumenti non venit scriptura privata, Rebuff. *in l. notionem §. instrumentorum 3. not. ff. de verb. signif.* Petr. Cabal. ex professo respondens *cons. decis. 24. n. 14.* quem sequitur Genu. *de scrips. privat. lib. 1. n. 24. fol. mihi 27.* vide *in § Scriptura*.

Gabella tamen venit solvenda vigore ordinamentorum Florentiæ pro mutuo, de quo appaiet præceptum judicis, vel alia condemnatio, ut quia fuerit probatum per testes, cùm appellatione instrumentorum veniant etiam acta judicialia, & testes, Angel. *consil. 430. n. 3. lib. 1.* Card. Tusch. *litt. I. concl. 235. num. 3. & seqq.* quos sequitur Barbos. *de appellat. verb. verb. signif. apppellat. 119. n. 5.* 8

De quo tamen dubito propter repugnantiam communis usus loquendi juxta prædicta.

Gabella solvenda à transeuntibus, & conducentibus per territorium unius Civitatis, non debetur à transeuntibus, & conducentibus per viam communem dividentem territorium dictæ Civitatis ab alia 9

Ci-

Civitate, quia in materia odioſa, & pœnali, appellationa *fui*, vel *mei*, non vanit id quod commune att, quicquid ſecùs ſit in ſavorabili, Abb. *conſil.* 83. *lib.* 2. Bartol. *conſil.* 90. *lib.* 2. Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 151. *ſub n.* 2.

De gabella autem impoſita tranſeuntibus per Pontem, an ſi quis recta via tranſeat extra Pontem cum mercibus incidat in commiſſum, Paul. Chriſtin. *dec.* 156. *num.* 18. *& ſeqq. vol.* 5. ubi videtur concludere quod non, oblata gabella, ſecùs ſi à recta via divertat, licèt non fuerit à Gabellario monitus.

Quòd gabella dicatur fraudata ſtatim ac quis tranſivit per locum illa non ſoluta, cùm gabellarius non teneatur illam petere, nec tranſeuntes admonere, ſed poſſit tacere, & poſteà arreſtare, ac pœnam exigere, Maſſin. *de confiſc. bon. q.* 21. *nu.* 20. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crim. verb. Gabella reſol.* 7. *per tot.* Latè Add. ad Pattell. *exped.* 49. *à n.* 11. Vide Brunnamann. *in l. fin. n.* 8. *ff. de public. vectigal.*

Gabella pro ſimplici tranſitu Barthol. Gattut *conſ.* 23. ubi ſuſtinet non deberi pro tranſitu rerum, quæ vehuntur per territorium Ferrariæ pro tuitione Arcis Briailli.

20 Gabella ſolvenda de fructibus, debet intelligi deductis expenſis in illis recolligendis factis, niſi ſtatutum dicat eſſe ſolvendam de qualibet corbe frumenti, quia tunc non deducuntur expenſæ, cùm aliud ſit quando verba referuntur ad certam quantitatem, & aliud quando indeffinitè proferuntur, vide Capyc. *dec.* 20. *n.* 8. *&* 15. Vide Pariador. *libr.* 1. *quot. ſcap.* 3. *§.* 7. *à num.* 10., ubi generalitèr loquitur. Et quid in fructibus civilibus Rocc. Epiſc. *cap.* 73. *n.* 24. *libr.* 1.

21 Gabella an, & quando ſit ſolvenda pro ſalario, & & merceda, vide Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. q.* 44. *per tot.* Vide infra *in noviſſimis additionibus* Creſcio. *n.* 57.

22 Gabella ſolvenda de qualibet hæreditate non debetur à filio pro hæreditate patris illi devoluta, & acquiſita, Altogr. *conſ.* 97. *nu.* 475. *&* 76. *lib.* 1. Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 103. *nu.* 2. *vol.* 3. vide Statutum gabellæ Florentiæ *Rub.* 17. ubi excipiuntur à ſolutione gabellæ filii, nepotes, patres, matres, fratres, ſorores, & alii. Surd. & Hodiern. *decis.* 96., ubi plura.

Debetur tamen à filio naturali tantùm, ſicut etiam ab adoptivo, & legitimato per reſcriptum Principis, Bardellon. *conſ.* 102. 103. 104. *&* 174. *lib.* 2. facit Surd. *dec.* 96. *per tot.* Merlin. *dec.* 193. *n.* 14. *&c.* ubi quòd non debetur à filio, vel deſcendentibus, dummodò ſint ſui hæredes, & in poteſtate parentum, & niſi verba ſtatuti eſſent valdè univerſalia, vide dictum Statutum Florentiæ.

Quòd gabella ſit ſolvenda in loco conditi teſtamenti, vel alterius actus geſti, etiamſi teſtator, vel alius contrahens ſit forenſis, ſicut & hæres, ac bona ſita extra territorium, & licèt aditio pariter fiat extra territoriũ, in terminis ſtatutorum Gabellæ Florentiæ, Cab. *conſ. dec.* 124. *per tot. lib.* 2. Caveant igitur forenſes, ne teſtamenta condant, vel contrahant Florentiæ, ſicut & alii exempti, ne incidant in laqueum rigoroſæ gabellæ.

23 Gabella ſolvenda pro qualibet quantitate petita ad rationem duorum denariorum pro libra, licèt non videatur adaptari quando non quantitas, ſed certa ſpecies, & res fuit petita, nihilominus debetur juxta valorem, & æſtimationem rei petitæ, quia quantitas ineſt implicitè in re æſtimabili, Roman. *conſ.* 434. *n.* 5. Magon. *dec. Florent.* 66. *num.* 18. Cardin. Tuſch. *litt. G. concl.* 7. *&* 8 *per tot.*

Quòd etiam applicari poteſt ad diricta, & ſportulas judicibus ſolvendas.

24 Gabella debetur tantùm pro inſtrumentis gabellabilibus realiter productis, non autem pro relatis in actis, quia relata non dicuntur producta, aliàs poſſet dari proceſſus in infinitum, Magon. *dec. Florent.* 94. *n.* 3. *etc.*

Plura de nullitate actorum, & ſententiæ ob non ſolutam gabellam Florentiæ pro productione ſcripturarum, Cabal. *conſ.* 24. *libr. pr.*

25 Gabella non ſoluta, & ſic ex hoc capite annullato contractu, an remaneat obligatus fidejuſſor avictionis, qui in eo intervenit, hincindè diſputat Magon. *dec. Flor.* 137. *per tot.* ubi tandem videtur concludere fidejuſſorem teneri, facit Bardellon. *conſ.* 185. *n.* 11. ubi quòd quamvis inſtrumentum ſit nullum, ſuſtinetur contractus, & poteſt probari teſtibus, vel aliis legitimis modis. Vide Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 196. *per tot.*, ubi plurima.

Quòd autem non ſoluta gabella contractus ſit nullus vigore legis Gabellæ Florentiæ, pro qua in dubio ex diſpoſitione ejuſdem legis eſt judicandum, Magon. *dec. Flor.* 33. *n. pr. & per tot. infr. n.* 38.

Quid ſi inſtrumentum fuerit tantùm pro parte gabellabili, & producatur in parte non gabellabili, an valeat proceſſus, & ſententia, diverſimodè judicatum refert idem Magon. *dec. Flor.* 36. *per tot.*

Et quando ob non ſolutionem gabellæ annullentur acta, vel non, latè Cardin. Tuſch. *litt. G. concluſ.* 9. *&* 10. *per tot & litt. S, concluſ.* 562. *per tot.* Cabal. *conſ.* 24. *per tot. libr. pr.*

Quòd quamvis gabella ſit ſolvenda ante ſententiam, hoc ſit intelligendum propriè de ſententia deffinitiva, ità ut ſi fuerit appellatum, cùm tunc adhuc non poſſit dici cauſa deffinita, ſed ſuſpenſa res judicata, poſſit ad ſuſtinendum acta ſolvi etiam in ſecunda inſtantia ante ultimam ſententiam deffinitivam, Cardin. Tuſch. *litt. G. concl.* 9. *n.* 18. *&c.* ac ità fuiſſe pluries judicatum per Rot. *Flor.* dixi *in Pract. §. Gabella n.* 72. Cabal. *conſil.* 24. *num.* 14. *lib. pr.* ubi quòd pro inſtrumentis eſt ſolvenda ante ſententiam, pro ſcripturis autem privatis tempore productionis.

Gabella ſolvenda de omni alienatione ſtabilium, 26
non debetur quando fundus datur creditori ad habendum, & tenendum loco pignoris, & hypothecæ, donec ex fructibus fuerit ſatisfactus, cùm non dicatur translatum dominium, & in dubio contra Gabellarios ſit judicandum, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 777. *n.* 13. *&* 26. Et generalitèr an gabella ſit ſolvenda ex conſtitutione pignoris Merlin. *de Pignor. libr.* 4. *q.* 168. Vide Card. De Luc. *de Regal. diſc.* 196. *num.* 3. *cum ſeqq.*

Florentiæ tamen ad obviandum fraudibus, fuit lege cautum, tenutarios bonorum immobilium ex quacunque cauſa debere infra annum à die tenutæ incipere, & proſequi judicium adjudicationis in ſolutum, ſub pœna reſolutionis, & annullationis ipſius tenutæ, unà cum omnibus ſuis effectibus, & debeat nihilominus ſolvi gabella, ac ſi ſequuta eſſet datio inſolutum, ſub pœnis, & præjudiciis, quibus tenentur alii ſolvere gabellam, ut dixi *in Pract. §. Tenutari n. pr. & §. Gabella n.* 21.

Sed dictam legem non ſervari in praxi vidi prætenſum diſputatum, & plures atteſtationes Cauſidicorum de illius inobſervantia, & nihil deciſum.

Et quòd de jure, ſtante lege, vel ſtatuto imponente gabellam pro venditionibus, vel alienationibus, debeatur gabella etiam pro dationibus inſolutum, vel adjudicationibus, vide Guttierez *de Gabell. q.* 23. *per tot.* ubi tamen refert plures contrarium tenentes, vide Hermoſyl. *leg.* 52. *gloſſ.* 7. *à nu.* 35. *tit.* 5. *part.* 5. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæſt.* 15. *ſub num.* 776. *tom.* 4.

Item gabella ſolita pro venditione rerum immobilium, debetur etiam pro venditione cenſuum, & annuorum redituum perpetuorum, qui pro immobilibus reputantur, Surd. *dec.* 204. *per tot.* Cenſ. *de Cenſ. q.* 30. *n.* 19. *& qu.* 45. *n.* 6. Guttierez *de gabell. qu.* 14. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 7. *q.* 5. *nu.* 9. *&c.* Et an ex conſtitutione cenſus. Salgad. Labyr. *part.* 2. *cap.* 11. *à num.* 58.

Hinc factum exiſtimo, quòd cenſus Florentiæ non practicentur ad effugiendam majorem gabellam, ſed potiùs cambia, & ſimiles contractus fortè in conſcientia parum tuti.

Non tamen debetur pro alienatione, & translatione locorum Montium, & quare, Jo. Bapt. de Luca *tract. de Reg. lib.* 2. *diſc.* 43. vide *in §. Loca, & ſup. num.* 5.

Quòd ſi lex, vel ſtatutum ſimpliciter imponeret gabellam pro venditione, vel loqueretur de pretio, non extendatur ad alios contractus, dummodò abſit fraus, Guttierez. *de Gabell. q.* 21. *per tot.*

Et

Et quòd etiam in venditione debeatur tantùm pro rata pretii exbursati, & non pro rata oneris accollati, puta census, quia tale onus non dicitur vendi, sed transferri in emptorem, pulchrè Gratian. *disceptat. forens. cap. 258. n. 43.* de quo vide Gutierez. *d. tract. q. 54. n. 23.* Bardellon. *consil. 103. nu. 12. & seqq. lib. 2.* ubi benè distinguit; & hæc doctrina potest applicari etiam ad laudemium, ut dixi in *§. Laudemium n.* facit Ger. Spin. *cons. 96. per tot.* ubi, quòd gabella debetur tantùm pro quantitate, & utilitate quæ restat deductis oneribus, & expensis.

An autem debeatur gabella ex cessione jurium, & actionum, dic attendendum esse titulum, ex quo fit cessio, & alia, de quibus latè Olea *de cess. jur. tit. 7. q. 5. per tot.* Guttier. *de gabell. q. 60. & 61.* Sanchez *libr. 2. cons. cap. 4. dub. 22.*

Qualiter debeatur ex contractu transactionis, & ejus voluntariæ dissolutionis ex novo pactu consensu, latè Urceol. *tract. de transact. q. 78. per tot.* dixi in *§. Transactio num. 24.* Puto tamen non deberi pro integro valore bonorum, nisi solutum vigore transactionis illi correspondeat, sed tantùm pro soluto, vel pro valore dubii litis eventus, vide Gabr. Vasquez *Opusc. mor. tract. de restit. cap. 6. §. 2. dub. 7. per tot. fol. 106.* Sanchez *loc. cit. dub. 21.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 6. n. 30. tom. 3.*

17 Gabella non est solvenda à scholaribus, & officialibus pro rebus sui usus gratia delatis, ità ut non valeat consuetudo contraria, Rol. *cons. 34. num. 16. lib. 3.* Becc. *cons. 96. lib. pr.* vide alios relatos supra *n. 3.*

Si tamen immunis à gabella vel lei alios sub tali prætextu immunes facere, & suo nomine res aliorum introducere, amittit non solùm res, sed etiam privilegium, Grat. *decis. 148. in Addit. num. 3.* Farinac. & Vulpin. *in suco q. 173. par. pr. num.*

Quòd socius immunis, vel non debentis gabellam non sit ipse immunis, sed solvere debeat gabellam pro sua portione, nisi tamen agatur de uxore, vel filiis ipsius immunis, nam isti gaudent privilegio viri, & patris, si simul habitent, & donec vivit pater, Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect. 227. per tot.*

An autem immunis à gabella ex conventione facta cum Gabellariis, vel alio modo, teneatur denunciare, vel ostendere Gabellariis res, quas defert, videtur quòd non, cum adsit dolus, Gratian. *discept. forens. capit. 17. num 6. &c.*

Sed quòd imò sit necessaria denunciatio etiam de rebus non subjectis gabellæ, aliàs cadant in commissum concurrente dolo, idem Gratian. *dec. 148. n. 21. etc.* Pract. Papp. *for. solut. pedag. gloss. Ceciderint*, ubi quòd deferens merces debet spontè illas ostendere Gabellariis, & non expectare ab illis interpellari, licèt essent tales, pro quibus non esset solvenda gabella, nisi adsit consuetudo in contrarium, de quo latiùs Farin. *q. 173. n.*

Et an gabella non petita debeatur in foro conscientiæ, disputat hincindè tenentes referens Guttierez *de gabell. qu. 3.* ubi concludit pro affirmativa, intelligendo tamen de justa, & legitima, aliàs secùs juxta superius dicta *nu. 2. etc.* vide latè Gabr. Vasq. *Opusc. Moral. tract. de restitut. cap 6. §. 3. dub. 2. per tot. fol. 110. etc.*

Quomodo autem sit intelligenda, & interpretanda exemptio à gabellis alicui loco, sive oppido, vel personis concessa, Larrea *Alleg. fisc. 51. et seqq.* Molin. *tract. 2. de Just. disput. 663.*

An autem exemptio à Gabellis veniat, sive intelligatur concessa sub verbis generalibus, vel universalibus immittendi vinum, vel alias merces liberè, & sine ulla molestia, vel similibus plenè hincindè Fontanel. *dec. 262. cum decem seqq.*

Et de exemptione Romandiolæ à Gabella contractus, dixi *in Pract. §. Romagna nu. 3. infr. num. 41.*

18 Gabella secunda de omni contractu, debetur una tantùm pro venditione plurium rerum simul venditarum unico pretio, secùs si diversis, & distinctis pretiis, Gratian. *discept. forens. cap. 715. num. 10. &c.* Card. Tusch. *lit. G. concl. 16. per tot.* Firman. *de gabell. p. 5. princip. qu. 15.*

Quòd gabella pro unico contractu semel tantùm debeatur, secùs autem si sint plures contractus, quia tunc tot debentur gabellæ quot sunt contractus distincti, & ex pluribus gabellis solutis inferri ad pluralitatem contractuum, & summarum dotis, Rot. *par. 13. rec. decis. 428. num. 3. & 4.* Cyriac. *controv. 99. num. 2.*

Qualiter in permutationibus debeatur de jure duplex gabella, una scilicet ex utraque parte, *leg. pr. ff. de rer. permut. cum similibus*, Rebell. *de obligat. justit. part. 2. qu. 1. sect. 2. n. 27. & 28.* Molin. *de just. tom. 2. disput. 336.* Fagund. *de just. & contract. lib. 5. cap. 7. num. 5. & seqq.* ubi tamen quòd in aliquibus provinciis una tantùm solvitur gabella. Altimar. *de null. rubr. 1. part. 2. quæst. 16. n. 44. tom. 4.*

An in emptione facta pro persona nominanda duplex debeatur gabella dixi *in §. Emptio n. 39. in fine*, ubi quòd non ex Surd. *decis. 182. in fine*, & Marsilia *vot. Pis. 127. n. 15.*

Gabella non debetur quando ducens equum, vel navem, fuit necessitate coactus transire per locum, ubi viget gabella, contra suam voluntatem, & destinationem, fortè maris tempestate, vel hostium impulsu, *l. fin. §. si propter necessitatem ff. de publ.* Alex. *consil. 864.* Pract. Papp. *for. solut. pedag. glos. Ceciderint nu. 7.* Cabal. *res. crim. cas. 287. num. 19.* Tusch. *litt. G. concl. 3. n. 2.* Paul. Christin. *decis. 62. n. 3. volum. 5.* Roland. à Valle *cons. 45. n. 71. & seqq.* Brunneman. *in l. fin. §. 8. n. 4. ff. de Public. Vectigal.* 19

Et tantò minus debetur gabella quando navis cum mercibus fuisset submersa, Pract. Papp. *loc. cit.*

Gabella est solvenda ad introitum, & non ad exitum, ac semel tantùm pro eadem re in eodem loco vel Civitate sive ad introitum, sive ad exitum, nisi aliter servetur de consuetudine, Pract. Papp. *for. solut. pedag. glos. Intrasset.* 20

21 Et quando ex privilegio non solvitur per euntes ad nundinas, non etiam solvi debet per eosdem redeuntes, cùm tutus pro eundo, debeat esse tutus etiam pro redeundo, Menoch. *de arbitr. cas. 336. num. 12.* 22

Quòd post quinquennium non possit fiscus vindicare rem incidentem in commissum, nec gabellam exigere, *l. 2. Cod. de public. & vectig.* Mascard. *de probat. volum. 2. concl. 836.* Alex. *cons. 216. nu. 6 vol. 6.* Vide supra sub *n. 2. vers. quod immo teneatur.*

Gabella non debetur pro retrovenditione facta vigore reservationis dominii, vel pacti de retrovendendo, cùm fiat ex necessitate, ac pro executione, & accessorio primi contractus, Surd. *dec. 305. & 321. per tot.* Cardin. Tusch. *litt. G. concl. 5. num. 15. &c.* Gratian. *discept. for. cap. 280. num. 9. & 14.* Navar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect. 226.* Gutierez *de gabell. quæst. 30. num. 22. &c.* ubi generaliter an, & quando pro rescissione contractus debeatur gabella, vel non, facit, P. Stephan. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib. 2. cap. 43. nu. 4.* ubi an ex venditione facta verbis directis cum pacto leg. commissoriæ, vel adjectionis in diem, sit solvenda gabella si rescindatur contractus, Paul. Christin. *decis. Belg. 90. nu. 3. vol. 3.* Gomez. *var. resol. tom. 2. cap. 2.* Olea *de cess. jur. tit. 7. quæst. 5. nu. 17. & seqq.* ubi an debeatur ex cessione dicti juris, facit Urceol. *tract. de transact. quæst. 78. num. 36. 37. & 38.* ubi quòd debetur quando dissolvitur contractus ex novo pacto, & voluntariè, secùs si ex nullitate, quo casu etiam soluta posset repeti, cessante dolo, & fraude contrahentium, supra *num. 6.* Fagundez *de just. & contract. lib. 5. cap. 3. per tot.* ubi plura ad rem, *& cap. 39. per tot.* Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de restitut. cap. 6. §. 2. dub. 2. fol. 102. & dub. 3.* ubi etiam an debeatur in retractu gentilitio ratione consanguinitatis facto, & negativè resolvit ex Tiraquel. *de retract. g. mil. §. 29. gloss. 1. num. 1. & seqq.* & aliis, latè declarando, quia fit ex necessitate legis, & sufficit fuisse solutam ex primo contractu. Cyriac. *contr. 279.* Vela *dissert. 32.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 6. n. 81. tom. 3.* 23

Gabella est restituenda emptori equorum, vel similium animalium, si obtinuerit per redhibitoriam contractum rescindi, cùm debeat ab illo indemnis discedere, Ang. *in l. debet. 27. in fine ff. de ædil. edict.* Gratian. *discept. forens. cap. 343. num. 22. & 24.* dixi *in Pract. §. Gabella num. 30. & 73.* ubi an sit 24

se-

restituenda à venditore, vel à fisco, qui illam habuit.

Idem est in retractu, in quo gabella cum omnibus expensis est restituenda emptori, à quo res retrahitur, cùm debeat indemnis conservari, idem Gratian. *d. cap.* 343. *per tot. & cap.* 460. *num.* 65. *&c.* vide *in §. Expensæ num.* 13. §. *Venditio num.* 59. *& §. Contractus nu.* 51. Guttierez *de gabell. quæst.* 11. *per tot.*

23 Gabella vendita cum clausula *à patti vecchi, e modi usati* intelligitur de pactis, & modis licitis, & honestis, & non aliter, Corn. *conf.* 181. *num.* 1. *&c. lib.* 3. Matt. *de Clauf. part.* 1. *clauf.* 318. Altograd. *conf.* 1. *num.* 29. *lib.* 1. Rot. *part.* 12. *rec. in Append. dec.* 414. *nu.* 66. *& seq.* vide in §. *Clausula nu* 69.

An autem, & quando dicatur vendita, vel potius locata gabella, adhoc ut sit locus remissioni propter casus insolitos, Surd. *decif.* 326. *per tot.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 13. *nu.* 21. *& seqq.* ubi alia plura de gabellarum locatione, supra *num.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 31.

24 Gabella non soluta pro dote, nulla præsumitur dos constituta, Corn. *conf.* 282. *num.* 8. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 6. *num.* 71.

An autem è contra ex solutione gabellæ probetur dos, Card. Tusch. *litt. G. conclus.* 13. *per tot.* Surd. *decision.* 336. Gratian. *discept. for. cap.* 727. *n.* 11. *&c.* Genu. *de scrip. priv. lib.* 4. *tit. de lib. offic. nu.* 37. *&* 38. *fol.* 227. *& de lib. Gabellar. per tot. fol.* 237. Mart. Medic. *dec.* 87. *per tot. cum Addit.* facit Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 428. *nu.* 3. *&* 4. ubi ex pluribus gabellis solutis infertur ad summarum dotis pluralitatem.

25 Gabella fraudata super equo, plaustro, vel navi aliena, si res vadat in commissum, non cadit equus, plaustrum, vel navis aliena, nisi dominus scienter ad talem usum prohibitum accommodaverit, quo casu haberet tantùm regressum adversus commodatarium, Bartol. *in l. cotem ferro §. dominus ff. de publ.* Pract. Papp. *for. salut. pedag. glos. Ceciderint num.* 6. Thes. *quæstion. forens. cap.* 52. *nu.* 2. *lib.* 1. dixi in §. *Frans num.* 3. obi plures citavi, vide Boer. *quæst.* 178. Conciol. *resol. crim. verb. Gabella resol.* 5. *per tot.* Massin. *de confisc. bon. qu.* 26. *num.* 14. *& seqq.*

Ità ut stari debeat juramento domini super tali scientia, vel ignorantia, Alberic. Rosat. *lib.* 2. *stat. q.* 1.

De consuetudine tamen ut plurimum servatur contraria opinio, secundùm quam omnia cadunt in commissum, & dominus habet tantùm regressum contra commodatarium pro repetitione damni, Bonifac. de Vital. *tit. de damn. dat. nu.* 70. Ancheran. *decif.* 71. *num.* 8. Cabal. *resolut. crimin. caf.* 129. *num.* 8. ubi tamen, data verè ignorantia domini, non videtur dissentire à prima opinione, quam etiam sequitur Bajard. ad Clar. *quæst.* 82. *stat.* 7. *num.* 91. *in fine*, & ego æquiorem, ac tutiorem existimo, maximè si regressus esset inutilis contra commodatarium, ut quia non solvendo existeret, cùm quis non debeat ex facto alterius iniquo sine propria culpa damnum pati, & ità videtur sentire Farinac. *quæst.* 173. *part. pr. versus finem*, Cardin. Tusch. *litt. G. conclus.* 24. *n.* 3. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *nu.* 35. Paul. Christin. *decif. Belgic.* 114. *vol.* 1. ubi quòd fuit decretum res ignorantis non cecidisse in commissum, *& decif.* 347. *num.* 9. *& volum.* 5.

Data verò scientia, & participatione fraudis in commodante ad usum prohibitum, & ad fraudandum gabellam, crederem nullum habere regressum pro damno suo adversus commodatarium, quia ex dolo, & re turpi non datur actio, nec repetitio, & quia proprii delicti, non alieni pœnam tunc subire dicitur, per text. *in leg.* 1. §. *nunc tractemus ff. de tut. & rat. distrab.* Leoncil. *decif. Ferr.* 40. *nu.* 6. *& dixi in* §. *Delinquens num.* 9. *versic. Et si unus.*

26 Gabellam non solutam per mulionem nautam, vel famulum pro rebus alienis delatis, de jure non potest fieri præjudicio domino rerum, vel mercium delatarum faciendo illas incidere in commissum, sed publicanus prætendens commissum potest, ac debet contra prædictos deferentes agere tantùm ad æstimationem mercium alienarum, pro quibus non solverunt gabellam; quamvis alicubi fortè de consuetudine servetur contrarium, ut scilicet merces cadant in commissum ad favorem gabellæ; salvo jure domino mercium repetendi damna, quatenus non fuerit particeps fraudis adversus prædictos solvendo existentes, juxta dicta numero præcedenti Thes. *quæst. for. d. cap.* 52. *per tot.* Card. Tusch. *litt. G. conclus.* 14. *per tot.* Christin. *dec. Belgic.* 114. *vol. pr. cum supracitatis, & decif.* 269. *nu.* 25. *vol.* 1. *dixi in* §. *Vecturales nu.* 1. Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 4. *quæst.* 3. *num.* 1. *& seqq.* ubi etiam an sit necessaria repertio in flagranti, & alia plura ad rem, Massin. *de confiscat. bon. quæst.* 26. Farinac. *quæst.* 173. *num.* 50. Conciol. *resol. crim. verb. Gabella resolut.* 4. Ganaver. *decif.* 21. *num.* 38. *& seqq.* ubi de re furtiva traducta sine solutione gabellæ, ut non incidat in commissum contra dominum ignorantem, sed illi sit omninò liberè restituenda, Cabed. *decif.* 62. *part.* 2. Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 14. *& seqq.* ubi facit plures distinctiones Roland. à Valle *conf.* 42. *num.* 30. *& seqq. lib.* 3.

Quòd Vecturales transeuntes per vias insolitas ad effectum evitandi gabellam, vel alia de causa teneantur de omni damno, & periculo, sicut etiamsi in se susceperint onus solvendi gabellam, quod ex pretio argui potest, imò semper tenentur ipsi solvere gabellam; & illam à domino mercium repetere, cùm præsumatur conventio facta de conducendo licitè, & sine fraude, nisi dominus sciret illos discedere sine bulletta, vel gabellam ignorare, & non certioraverit, quia tunc damnum esset domini, & sic in hac materia debet attendi, quis fuerit in majori culpa, vel dolo, & ille damnum sustineat, Bald. *conf.* 417. *lib.* 1. *& consil.* 51. *lib.* 4. Cuman. *conf.* 121. Card. Tusch. *litt. V. conclus.* 34. *per tot.* Castr. *in l. cum proponas Cod. de naut. fœn.* Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 88. *nu.* 33. dixi in *Pract.* §. *Vecturali num.* 6. *&c.* ubi etiam alia plura quotidiana, & practicabilia fortè non infulsa de Vecturalibus traduntur, quæ Deo dante tangemus in hoc Opere §. *Portator*, §. *Vecturalis*, Alexand. Trombett. *tract. de societ. cap.* 9. *num.* 111. *&* 113. ubi quòd damnum est domini, cùm ad illum spectet capere bullettas, & vecturali consignare, vel illi pro bullettis dare pecuniam, vel saltem imponere ut solvat, & si hæc non fecit fraudem voluisse videtur, quæ tamen essent probanda à vecturali, cùm aliàs nemo quid illicitum, vel pœnale mandasse præsumatur, sed potius quòd dominus dederit merces, ut vecturalis licitè exportaret.

Gabella dicitur fraudata, quando non fuit soluta pro integra summa, vel pro omnibus mercibus gabellabilibus, & ratione abusus omnes cadunt in commissum, Castr. *in l. cum proponas Cod. de naut. fœn.* Bart. *in l. g. cotem ferro* §. *Dominus ff. de public.* Pract. Papp. *for. solut. pedag. gloss. Ceciderint num.* 10. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 18. *de novo imposito fol.* 254. ubi quòd res non prohibitæ cum prohibitis non publicantur, debet tamen deferens de illis habere bullettam, & illas revelare, aliàs publicantur infra n. 39. 27

Quomodo probetur fraudatio gabellæ, & ex quibus conjecturis videatur quis voluisse fraudare gabellam, Mascard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 834. *per tot.* Cravett. *conf.* 115. *num. pr. vol. pr.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 11. *a n.* 360. *quæst.* 12. *n.* 389. *cum seqq. tom.* 3.

Quòd si cum rebus gabellabilibus adessent etiam aliæ res non gabellabiles, non extendatur ad istas non gabellabiles pœna commissi, Bart. & Salicet. *in l. cum proponas Cod. de naut. fœn.* Magon. *decif. Flor.* 36. *num.* 7. vide Farinac. *qu.* 173. *num.*.. ubi refert contrarias opiniones, sed ab ista non recedas, quam sequitur Paul. Christin. *decif. Belgic.* 203. *n.* 10. *vol.* 2. ubi limitat nisi probetur quòd dominus fuerit conscius, & particeps delicti, *& dec.* 101. *n.* 15. *vol.* 3.

Quòd non soluta gabella debita, bona vecta incidant in commissum, & applicentur fisco, sive conductoribus gabellæ ipso jure quoad dominium, non autem quoad possessionem, & ideò non possint de facto, & propria auctoritate capi, & sibi applicari, nisi sequuta sententia judicis declaratoria commissi; & committantur solùm res, pro quibus erat solvenda gabella, non autem aliæ non gabellabiles, & sic quæ licitè vehuntur, licèt omnes simul asportentur, quicquid sit de rebus, quæ incidunt in commissum, non

ob

ob fraudatam gabellam, sed ob extractionem prohibitam, Massin. *de confiscat. quæst.* 21. *nu.* 2. *& seqq. & quæst.* 26. *nu.* 11. Conciol. *resolut. crim. verb. Gabella resol.* 8. *per tot.* Franciscus de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *q.* 81. *num.* 10. ubi quòd merces, de quibus fuit soluta gabella non incidunt in commissum ob commixtionem cum aliis, de quibus non fuit soluta gabella, &c. infra num. 39. facit Ganaver. *decis.* 25. *per tot.* ubi plura an extractum excessivè ultra licentiam incidat in commissum pro parte excessiva tantùm, an in totum, & dicit fuisse pro majori parte conclusum incidisse pro parte excessiva tantùm, & non in totum, licèt plura alleget in contrarium.

28 Gabellam plus justo exigens punitur arbitrio judicis, & in foro conscientiæ tenetur exacta restituere, imò efficiunt etiam excommunicatus, nisi exigat nomine Principis, & credat justè exigere, Menoch. *de arbitr. cas.* 443. *per tot.* Farinac. *quæst.* 273. *part.* 2. *per tot.* P. Steph. de Neapol. *de præcept. jur. & just. part. lib. pr. cap.* 15. *nu.* 4. *&* 5. ubi etiam quòd in dubio censenda asi justa gabella, & dubium stat pro Principe quoad executores subditos, & coactos, & quoad solventes, cùm non debeat subditos putare suum Principem errare, vel iniquè agere, secùs in non subdito, qui non potest se tali periculo exponere, si dubitet de justitia gabellæ, quamvis quoad solventes sit etiam probabilis opinio, ut non teneantur illam solvere, nisi sit omninò justa supra num. 2.

Cui autem sit facienda restitutio gabellæ indebitè per Publicum, vel Gabellarios exactæ, an scilicet populatibus Principi, vel pauperibus, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 114. *nu.* 12. *& seqq.* ubi videtur concludere, ad instar rerum furtivarum sine domino esse consignandam Principi, ut sub deposito retineat restituendam veris creditoribus comparentibus, vel pauperibus, sive aliis piis operibus eroganda propter incertitudinem dominorum, & qualiter etiam puniantur dicti exactores, vel extortores novarum, sive indebitarum gabellarum ibidem nu. 81. Conciol. *resol. crim. verb. Gabella res.* 6. ubi quòd publicani dicuntur, quasi publici canes, & sunt improbiores fures exigendo ultra taxam Castr. Pal *oper. moral. par.* 7. *de Just. Commut. disp.* 1. *punct.* 18. §. 8.

Quòd nova vectigalia non possint imponi, nec antiqua augeri sine principis licentia, Cavaler. *decis.* 279. ubi ex Baldo meminit de Castri suppositis Communi Florentiæ, & Perugiæ, vide Farinac. *quæst.* 173. *part.* 3. *per tot.* ubi qua pœna puniuntur imponentes sine dicta licentia, & quòd in mari sine licentia Papæ non possunt exigi, adde Paul. Christin. *decis.* 103. *vol.* 3. Martha *vot. Pis.* 160. *per tot.* ubi quod etiam feudatarii Imperatoris, licèt habuerint Regalia in concessione, non possunt imponere novas gabellas. Vide Brunnemann. *tot. Cod. tit. vectig. novu institui non poss.*

29 Gabella an sit solvenda per forenses transeuntes dixi *in §. Forensis num.* 1. *vers. Quod dico.*

An si Custodes Portarum Civitatis dissimulent, teneantur ipsi ad restitutionem pœnæ imponendæ, vide *in §. Index num.* 19.

30 Gabella in quo loco, & cui Gabellario sit solvenda, quando contractus fit in uno loco, & res vendita reperitur in alio, vel nullibi propter incertitudinem, generalitatem, vel futurum eventum, vel si contractus fuit in confinibus duarum jurisdictionum, vel locorum, sive in navi, mari, vel porta, sive ubi contrahentes haberent domicilium in pluribus locis, vel quando ageretur de actionibus personalibus cessis, vel venditis, sive de arboribus incidendis, & aliò asportandis, & similibus casibus videndus Gutierez. *de gabell. qu.* 104. *cum seqq. usque ad* 119. Card. Tusch. *litt. G. concl.* 18. Lasart. *de gabell. cap.* 4. Olea *de cess. jur. tit.* 7. *qu.* 5. *nu.* 25. Molin. Theolog. *disput.* 676. *à num.* 10.

Quòd sit attendendus locus contractus, Bardellon. *cons.* 185. *num.* 14. *lib.* 2., Cabal. *cons. decis.* 135. *lib.* 7. ubi idem in testamento.

An sit solvenda potius in loco contractus, vel destinatæ solutionis, Gratian. *discept. for. cap.* 11. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *n.* 11. *tom.* 1.

Quòd non sit solvenda à muliere nupta in loco exempto, licèt sit oriunda ex loco gabellæ subjecto; cum sit facta una caro cum viro, ejus privilegiis, & foro fruatur, etiam facta vidua, Cabal. *cons. decis.* 125. *lib.* 2. ubi in terminis statutorum Gabellæ Florentiæ.

Gabella solvenda pro qualibet bestia vendita, intelligatur de vivis, & non de mortuis, nisi aliter sit expressum & quando esset solvenda de mortuis ad pondus, an sint detrahenda capita, pedes, lana, interiora, & similia, Jas. *in l. quod te num.* 36. *ff. si cert. pet.* Vivi. *commun. opin. lib.* 3. *verb. Debitorum.* Guttierez. *de gabell. quæst.* 82. ubi in terminis legum Hispaniarum, vide *in §. Animal numer.* 16. *& §. Statutum circa generalia n.* 7. 31

Et lex, vel statutum loquens de animalibus, intelligitur de grossis, & mediocribus, non autem de parvis, & minutis, uti pullis, columbis, & similibus, Bertach. *de gabel. part.* 1. *quæst.* 2. P. Stephan de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 14.

An autem gabella solvenda ad corpus animalis, veluti pro quolibet porco, debeatur ad taxam pro mediis porcis, vel similibus animalibus, Rot. *part.* 12. *recent. in Append. decis.* 414. *num.* 35. *& seqq.* ubi pluribus similibus in contrarium adductis, concludit non deberi, quando fuit concessa exactio ad rationem tanti pro quolibet animali in capita, & non ad pondus. Vide De Luc. *de Regalib. disc.* 71. *sub num.* 13.

Gabella pro contractibus conditionalibus pendente conditione, non debetur, sed tantùm illa purificata, ita ut si non verificetur, vel interim partes recedant à contractu nulla debeatur gabella, adveniente autem conditione an debeatur gabellario de tempore contractus, vel alteri gabellario successori de tempore existentis conditionis; de quibus conditionibus intelligatur, & alia, vide plenè per Guttierez *de gabell. quæst.* 8. *& quæst.* 18. *per tot.* Azor. *instit. mor. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 21. *quæst.* 3. *&* 4. P. Stephan. de Neapol. *d. cap.* 15. *n.* 18. Ludovic. *dec. Perus.* 114. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 226. ubi quod gabella semel soluta pro contractu non est solvenda tempore advenientis conditionis, facit Cabal. *cons. dec.* 124. *&* 125. *lib.* 2. Gabriel. Vasquez. *opus. moral. tractat. de restitut. cap.* 6. §. 2. *dub.* 4. *fol.* 104. Vide Em. Card. De Luc. *de Regul. disc.* 196. *n.* 4. *& seq.* 32

Gabella debetur, & soluta non potest repeti, etsi contractus rescindatur remedio, *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* & si pars læsa eligaret supplementum pretii, pro illius rata augeri debet gabella, pro rescissione verò non debetur nova gabella, & cujus damno cedat jam soluta, & alia, vide per Guttierez *d. tract. quæst.* 12. *per tot.* Item gabella soluta pro aliquo contractu non est restituenda, si contractus ex partium voluntate rescindatur Barbos. *in l. non amplius, in ver. illud certum est, ff. de legat.* 1. Mant. *consult.* 340. *nu.* 33. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 82. *tom.* 3. *pag.* 90. 33

Item debetur gabella, quamvis contractus rescindatur, vel annulletur per exceptionem doli, vel metus; non autem debetur, & soluta repeti potest, si annulletur ob solemnitates à minore, vel pupillo non servatas, & idem si ope restitutionis in integrum; cum limitationibus tamen, & declarationibus, de quibus Guttierez *d. tract. quæst.* 13. *&* 14. *per tot.*

Gabella duplex, sive bis debetur ab eo, qui venderet eamdem rem duobus separatim, juxta *l quoties, C. de rei vindic.* quia in effectu sunt duo contractus, & dolus, vel culpa venditoris non debet suffragari, sed tenetur ipse conservare indemnem emptorem exclusum ab altero, Guttierez *d. tract. quæst.* 19. *per tot.* ubi tamen refert etiam alios tenentes unicam tantùm in dicto casu deberi gabellam. 34

Gabella an, & quomodo debeatur ex venditione rei alienæ, ex pretio remisso ad arbitrium tertii, ex contractu ad pondus, numerum, vel mensuram, ex venditionibus necessariis, dationibus in solutum, vel ad æstimationem, constitutis, pro interesse soluto loco implementi contractus, permutationibus, contra- 35

tractibus inominatis, locationibus, promiffionibus vendendi, confenfibus præftitis, venditionibus, habita fide de pretio, remiffionibus pretii conventi, cenfibus, emphyteufi, ceffionibus, renunciationibus, donationibus, pignoribus, depofitis, divifionibus, dotibus, vel rebus in dotem datis, venditionibus pro fuffragio animæ, vel in executionem teftamenti, & in fimilibus cafibus, an prius fint deducendæ expenfæ, & alias hujufmodi quæftiones latè explicatas, vide per Guttierez *d. tract. quæft.* 15. *& feqq. ufque ad* 84.

Quòd nova gabella nec debeatur ex reformatione contractus circa pretium cæteris integris manentibus, dummodo non appareat de vera renovatione in omnibus, debetur tamen pro augumento pretii, quamvis non minuatur pro diminutione illius, nifi fequatur incontinenti antequam fit jus quæfitum fifco, vide Guttierez *loc. cit. quæft.* 20. *per tot.* Fagundez *de juft. & contract. lib.* 5. *cap.* 3. ubi plura ad rem, *& cap.* 39. ubi an debeatur gabella fi diffolvatur contractus ex partium confenfu.

36 Gabella cui Gabellario, vel conductori ipfius gabellæ fit folvenda pro contractibus conditionalibus, vel ad pondus, numerum, five menfuram, vel pro quibus fit conficienda fcriptura, vel inftrumentum, vel rei alienæ fequuta poftea domini ratificatione, vel fructuum futurorum, vel habita fide de pretio, vel pro perfona nominanda, vel in fubhaftationibus, & oblationibus, diverfo tempore factis, vel pro pretio indeterminato, vel in retrovenditionibus ex pacto mediante novo contractu, five in venditionibus factis de mandato, vel per litteras, & in fimilibus cafibus, in quibus contractus recipiunt fuam perfectionem, non ftatim, & eodem tempore, fed diverfis temporibus, fi interim contingat, prout fæpè occurrit, gabellarios, vel conductores mutari vide latè, & pulchre Guttierez *d. tract. quæft.* 8. 15. 17. 37. 79. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. *&* 103. Card. Tufch. *litt. G. concl.* 17. *per tot. & litt. D, conclus.* 29. Cabal. *conf. decif.* 524. *&* 125. *lib.* 2.

37 Gabella debet ante omnia detrahi ex pretio rei venditæ, antequam fatisfiat creditoribus, & ità præfertur creditoribus, fi pretium pro omnibus non fufficiat, cum quantitas patrimonii computetur deductis prius expenfis proxenetarum, & gabellæ, ac tantò minus dicatur effe in patrimonio, idem Guttierez *quæft.* 53. *per tot. glof. & DD. in l. quantitas, ff. depofiti*, Garzia *tract. de expenf. & meliorám. c.* 5. *num.* 18.

Quòd pro gabella competat hypotheca in rebus venditis quocumque vadant, *l. Imperatores, ff. de public. & vectig.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 6. *gloff.* 1. *n.* 7. Boff. *tit. de fifc. & ejus privileg. nu.* 26. *& feqq.* Guttierez *d. tract. quæft.* 169. *per tot.* Merlin. *de pign. & hypothecis lib.* 3. *tit.* 1. *quæft.* 6. *n.* 6. vide in §. *Hypotheca num.*

Item qualiter gabella poffit exigi via executiva, vel ordinaria, & alia pro faciliori illius exactione, vide per Guttierez *d. tract. quæft.* 164. *& feqq.* Cardin. Tufch. *litt. G, concl.* 22. *per tot.* ubi plura in terminis legum municipalium Florentiæ, Vide Epifc. Rocc. *cap.* 76. *n.* 1. *cum feqq. lib.* 1. ubi plurima.

38 Gabella an fit adeò privilegiata, ut in dubio fit pro illa judicandum, dic quod de jure, fi conftat de debito gabellæ, vel agatur de detegenda fraude, debet in dubio fieri interpretatio ad favorem gabellæ, fi vero agatur an fit debita, nec ne, & in qua fumma, debet in dubio capi interpretatio pro exemptione, vel pro minori fumma, ut benè probat Guttierez *d. tract. quæft.* 6. *per tot.* Bartol. *in l. fi pupillus in princ. n.* 3. *ff. ad l. Falcid.* Cravett. *conf.* 231. *in fine*, Cacher. *decif.* 4. Farinac. *quæft.* 173. *part.* 1. *verfus finem*, Card. Tufch. *litt. G. conclus.* 3. 21. *&* 22. *per tot. & litt. S. conclus.* 572. ubi quòd ftatutum circa gabellam contractuum, eft odiofum, & quando locum habeat, vel non Paul. Chriftin. *dec. Belgic.* 269. *n.* 28. *volum.* 1. ubi quod eft odiofa; Merlin. *dec.* 193. *n.* 14. ubi quod eft correctoria, & ftrictè interpretanda, Urceol. *Confult. forenf. cap.* 73. *n.* 15. *&* 48. *volum.* 2. Fontanel. *decif.* 263. *&* 266. *n.* 24. *&c.*

Quòd in dubio pronunciari debeat pro exclufione gabellæ, Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 118. *n.* 16. Martha *vot. Pif.* 27. *n.* 12. ubi in terminis ftatutorum Gabellæ Florentiæ. Vide *infra in noviffimis Additionibus Crefcin. n.* 74.

Et cum gabella fit odiofa, in dubio judicandum effe pro illius pœnæ exclufione, Gratian. *difcept.* 17. *num.* 17. Manf. *confult.* 18. *n.* 68. Ferret. *de gabell. n.* 354. Conciol. *refol. crim verf. gabella refol.* 1. *in fine, & allegat. far.* 58. *num.* 19. vide fupra *nu.* 1. *in fine.*

Sed Florentiæ lege municipali de die 28. Maii 1476. cautum reperitur, quòd ubi gabella effet dubia, femper fiat interpretatio ad favorem ipfius Gabellæ, & non aliàs, de qua meminit Cardin. Tufch. *litt. G, d. conclus.* 22. *fu.* 6. & ego *in pract.* §. *Gabella n.* 80. Cabal. *conf. decif.* 124. *n.* 40. *lib.* 2.

Intellige cum dicta diftinctione, & ita benè concordabis opiniones.

Gabella an, & quando dicatur fraudata, vel non, & quæ requirantur, ut fit locus pœnæ, ac quomodo imputatus de fraudata gabella poffit defendi, & excufari, vide Becc. *conf.* 96. *lib.* 1. Farinac. *quæft.* 173. *part.* 1. *per tot.* Mafcard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 834. *& feqq.* Card. Tufch. *litt. G, conclus.* 12. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæft.* 3. *per tot.* ubi an fit neceffaria reperitio in fragranti, an repertus in itinere poffit haberi pro extrahente, & puniri pœna extractionis, & alia ad rem, facit quod dixi *in* §. *Banna n.* 6. Francifc. de Angelis *tract. de confefs. lib.* 2. *qu.* 81. *per tot.* Caren. *refol.* 206. 207. *&* 208. *per tot.* Gibalin. *de univerf. negotiat. lib.* 1. *cap.* 7. *Confect.* 4. *fol.* 101. ubi benè diftinguit, an, & quando repertus in via cum mercibus vetitis poffit puniri tamquam extractor. Cabrun. *lucubr.* 34. *per tot.* Rocc. *cap.* 75. *lib.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 11. *a n.* 360. *& quæft.* 12. *a n.* 389. *tom.* 3. 39

An autem ignorantia gabellæ excufet, dic quòd non, nifi agatur de gabella nova, & infolita, & aliis ad rem, Conciol. *refolut. crimin. verbo gabella refol.* 2. *per tot.*

Quod pœna fraudatæ gabellæ præfcribatur per quinquennium, nec tranfeat contra hæredes fraudantis, idem Conciol. *loc. cit. refol.* 3. *per tot.* Epifc. Rocc. *cap.* 75. *n.* 9. *lib.* 1. Vide fupra.

Quòd ut fit locus pœnæ fraudatæ gabellæ requiratur dolus arguendus, vel probandus ex conjecturis, & tanto magis in minore, qui habet terminum triginta dierum ad folvendam gabellam, & eo elapfo reftitutionem in integrum, & fic pœna non folutæ gabellæ nunquam punitur, etiam abfque reftitutione, & fi culpa tutoris, vel curatoris fequatur fraus, illi tenentur ad pœnam, re minoris falva manente Farinac. *quæft.* 92. *n.* 158. *& quæft.* 173. *n.* 47. Guttierez. *de gabell. quæft.* 46. *n.* 24. *& feqq.* Mafin. *de confifc. bon. quæft.* 21. cum aliis per Conciol. *refol. crimin. verb. Gabella refol.* 1. *per tot.* Francifc. de Angelis *d. quæft.* 81. *nu.* 20. *verf. quartus eft cafus in minore &c.* Caren. *refol.* 206. 207. *&* 208. ubi plura pro defenfione imputati de fraudata gabella, præcipuè fi fervavit folitum, pro exclufione doli, fine quo non intrat pœna commiffi; & quando fraudatur ex ignorantia craffa, & culpabili, duplicatur tantùm gabella, fi verò ex jufto errore, excufatur in totum, & fervata confuetudine tenetur potius publicanus, vel Daciarius moleftans, de extorfione.

Alia plura de gabellis vigore legum municipalium ftatus Florentini dixi *in Pract.* §. *Gabella per tot. & alibi*, latè Tufch. *litt. G, conclus.* 1. *& feqq. ad* 26.

Quòd caufæ contrabanni fint criminales Bafilic. *decif.* 36. *n.* 16. & ideò requirant concludentes probationes, etiamfi quis fuerit captus in fragranti, Conciol. *d. verb. gabella refol.* 9. *per tot.* Francifcus de Angelis *d. quæft.* 81. *per tot.* ubi etiam quod debet conftare de corpore delicti aliter quàm ex confeffione reperti in fragranti, nifi fit malæ famæ, & folitus in eodem genere delinquere, &c. Rocc. *cap.* 75. *n.* 6. *lib.* 1. Crefcin. ad Abecclef. *obfer.* 15. *n.* 11. *part.* 1.

Gabella, feu quodlibet aliud fimile tributum femel legitimè, ac cum debitis confenfibus, & licentiis impofita, vel impofitum pro aliqua neceffitate Re- 40

gis, vel Principia tunc existente, an cessante illa causa, & necessitate possit continuari sine nova concessione, vel licentia, Jo. Merlin. *in sua Sum. de restit. quæst.* 14. Anton. Cotdub. *in sua Sum. quæst.* 95. Decian. *cons.* 41. *n.* 78. *lib.* 2. & alii per Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 2. *n.* 82. *& seqq. ad* 90. ubi tenet quod sic, quia licèt cessaverit illa necessitas, loco ipsius subintrat utilitas Regis, quæ loco necessitatis sufficit, & regula quod cessante causa cesset effectus, multipliciter limitatur, ut dixi *in §. Causa n.* 18. & ad rem istam non procedit, si alia causa superveniat gravior prima, vel si remaneat causa utilitatis, cum necessitas pro utilitate exponatur, & Regale patrimonium subditorum tributis sustinendum sit. Intelligendo tamen hæc omnia ne decipiaris de utilitate ex causa publica, dummodò conditio Regni, & subditorum non efficiatur valdè deterior, ac dummodò aliæ similes, vel graviores causæ occurrant, ax quibus rationabiliter esset iterùm gabella concedenda, aliàs secùs, & vide Natt. *cons.* 380. Roland. *cons.* 91. *n.* 16. *lib.* 2. Purpur. *cons.* 327. *n.* 12. Jo. Bolognett. *cons.* 1. Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 6. *§.* 3. *dub.* 1. *&* 4. *&* 5. *per tot. fol.* 109. *&c.*

Quòd gabella, vel proventus ex causa constitutus, perpetuam habeat vitam, & durationem, per text. *in l. vectigalia* 10. *Codic. de vectig. & commiss.* ubi Bald. Anald. *cons.* 135. *nu.* 7. vide Vasquez *d. dub.* 3. 4. *&* 5. *per tot.* ubi plenè an cessante causa tributi, ob quam fuit impositum, possit nihilominus Princeps illud exigere, & subditi teneantur solvera.

Responsum Auctoris in causa propria.

41 Gabellam contractuum, Florentiæ, non deberi, quando contractus celebrantur in loco exempto de bonis ibidem sitis, ac inter personas exemptas, & privilegiatas, (prout tota Romandiola Florentina, aliique plures loci districtus Dominii Florentini, vassis tamen, & diversis modis, ac formis) indubitatum est.

Neque in præsenti casu prætendi potest vigore decennalis habitationis continuæ, vel decem triennalis interruptæ juxta ordinamenta, & statuta dictæ gabellæ, quia etsi in verbis hoc disponant, legitimam non effugiunt, neque excludunt interpretationem, sed sunt intelligenda de veris, & propriis habitatoribus ex animo, & voluntate perpetuò habitandi, & non de illis, qui ex causa studiorum negociorum, mercaturæ, vel officiorum Civitatem adeunt, incolunt, in eaque morantur discessuri quandocumque incolatus causa cessante; nam certum est verba statutorum recipere interpretationem passivam à jure communi, & in illorum proprio, ac potiori significatu esse intelligenda, ad latè tradita per Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 573. *& seqq. & litt. V. conclus.* 91. *& concl.* 101. ac in terminis dictorum Statutorum Gabellæ Florentiæ, Martha *vot. Pis.* 27. *n.* 5. Petr. Caball. Jul. Caball. Domin. Gualand. & Marius Bandinus Auditores Consultæ Serenissimi Magni Ducis, qui ità judicarunt sub die 15. Septemb. 1614. ad favorem D. Tadæi Ursell. Corronentis Secretarii DD. Octo, ut in Filcia Gabellæ 32. à 126.

Habitare enim vere, & propriè dicitur ille, qui manet in loco non solum cum familia, sed etiam cum majori parte bonorum, & animo continuò permanendi, *l.* 2. *Cod. ubi Senat.* & Clariss. Gramat. *decis.* 87. *n.* 1. *& seqq.* Roman. cum Mandos. *cons.* 264. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 559. *nu.* 26. *& cap.* 569. *n.* 2. *& seqq.* ubi quòd sola habitatio facti non sufficit, ut quis dicatur habitator, nec in dubio censetur mutatum primum dumicilium transferendo se de uno loco ad alium, nisi simul adsit animus perpetuò ibi permanendi, & idem esse de incolatu, qui non contrahitur sine animo perpetuò habitandi, & numquam recedendi per plura jura, & auctoritates ibidem relatas benè Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 150. *n.* 3. *& seqq.* ubi quod incola propriè est ille, qui com esset advena in aliquam Regionem ea mente habitatum venit, ut ibi perpetuò sit, quia incolatus duo requirit, factum scilicèt habitationis, & animum perpetuò habitandi, plenè etiam, & distinctè Menoch. *de arbitr. cas.* 86. *per tot.* Altograd. *cons.* 93. *n.* 24. *lib.* 1. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 38. *vol.* 5. Nec dicitur abesse à patria sua, qui abest causa studii, vel alia simili animo revertendi, sed dicitur in ea habitare, quia est magis ubi amat, quam ubi animat, & non mutat sedem, qui non mutat mentem, Card. Tusch. *litt. H. conclus.* 7. *n.* 6. & melius ad rem Gratian. *discept. for. cap.* 484. *n.* 16. *& seqq. cap.* 944. *n.* 31. *& seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 236. *volum.* 1. Ludovis. *decis.* 70. *n.* 5. *&* 7. vide *in §. Habitatio num.* 5. & adde Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 188. *n.* 17. *& seqq. & decis.* 327. *nu.* 6. *& seqq. part.* 18. *decis.* 252. 431. *&* 557. in eadem causa.

Non autem dicitur habitare in loco, qui manet ob negotia recessurus illis finitis, idem Tusch. *loc. cit. n.* 24. nec habitator, sive incola quia efficitur, etiam per centum annos habitando, ubi constat de animo contrario, prout constare dicitur si Doctor ad legendum cum salario fuerit conductus, cessurus cessante lectura, etiamsi traduxerit secum uxorem, & familiam, & non venit in dispositione loquente de incolis, tam in favorabilibus, quàm in damnosis, Tusch. *litt. I. conclus.* 72. *n.* 4. *&* 8. Rot. apud Fenzon. *ad stat. Urb. decis.* 109. *& part.* 9. *rec. decis.* 311. *num.* 17. ubi quòd incolatus non contrahitur, etiam ultra triginta annos habitando, dùm quis permanet in servitio alicujus Principis, quia tunc causa habitandi est diversa ab animo domicilium contrahendi, & in aliis præcitatis decisionibus.

Nam licèt regulariter ex habitatione decennali, & ultra oriatur præsumptio contracti domicilii, in qua fundatur Statutum Gabellæ, tamen intelligitur concurrente etiam translatione majoris partis bonorum, & familiæ, aliisque conjecturis, ex quibus resultet animus perpetuò habitandi, nec procedit ubi constat de alia causa, puta studiorum, vel Præfecturæ Urbis, sive alterius Officii, quia tunc etiam per mille annos habitando non contrahitur domicilium, neq; incolatus, nisi post finitum officium continuetur habitatio ità, & taliter, ut arbitrio judicis possit argui animus perpetuò habitandi; Menoch. *de arb. cas.* 86. *n.* 7. 22. *& seqq.* Thom. Triv. *dec.* 23. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Paul. Christ. *dec. Belg.* 33. *n.* 2. *vol.* 5. Ludov. *dec.* 279. *nu.* 5. *& seqq.* ubi etiam Beltramin. *n.* 26. Ridolphin. *in Praxi part. pr. cap.* 7. *num.* 61. *& seqq.* ubi quòd licèt Roma sit communis patria, & Mundi caput, ac ob id facilius ibi, quàm alibi incolatus contrahatur, nihilominus Curiales, Advocati, Procuratores, & similes, qui in Urbe degunt non animo ibi perpetuò permanendi, sed tantùm ratione officiorum, & negotiorum nunquam contrahunt domicilium, neque incolatùm, etiam milles annis habitando.

Quòd quidem privilegium extenditur etiam ad filios, & uxorem, saltem vivente patre, & marito, in cujus servitio, & obsequio in eadem domo permanent per doctrinam Jo. de Plat. *in l. in filius num.* 4. *C. de Decur. & in l. viros, Cod. de comit. consistor.* Bald. *in l.* 1. *Cod. de uxor. milit.* Felin. *in cap.* 2. *de for. comp.* quos sequitur Sanfelic. *decis.* 336. *nu.* 27. *& in Prax. sect.* 25. *num.* 28. intelligendo ad effectum non sobeundi oneribus, secùs forsan ad effectum gaudendi privilegiis loci, ut dixi *in §. Habitatio nu.* 5. adde Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *sect.* 4. *n.* 7. *& seqq. fol. mihi* 31. faciunt tradita per Ganaver. *decis.* 36. *per tot.*

Et in terminis Statutorum Gabellæ Florentiæ, quòd emens in loco exempto à persona exempta, ibi contrahens, majoremque partem bonorum ibidem habens, e non tenetur solvere gabellam Florentiæ, licèt habitet in loco Gabellæ supposito, est decisio Marthæ juribus, rationibus, & auctoritatibus munita *vot. Pis.* 27. ubi testatur ità fuisse judicatum per Officiales Gabellæ Florentiæ, quamvis ille habitator non esset Officialis, sed ex quo majorem partem bonorum habebat in patria, præsumebatur habere animum ad illam redeundi, etiam si per nonaginta annos steterit in loco supposito, & esset ibi natus.

Atque magis in individuo, Secretarium DD. Octo, cujus officio fungor non teneri solvere gabellam Floren-

rentiæ ex prædictis rationibus officii, & non veræ habitationis ex defectu animi, & intentionis perpetuò habitandi, fuit judicatum de anno 1614. ad favorem D. Tadæi Urſell per præfatos eximios Juriſconſultos tunc temporis Conſultæ Sereniſſimi Magni Ducis Auditores, ut apparet in ſupracitata Filcia Gabellæ 32. à 126. cum quibus merito poſteà ſæpè tranſivit Gabella, etiam ad relationem ſuorum Aſſeſorum, & præcipua D. Sanctis Coſcii de anno 1642. ad favorem Franciſci Marelli in Filcia 43. à 219. & priùs in aliis cauſis ad favorem Sebaſtiani Micheluccii, & Maddalenæ Neroniæ, ut in dicta Filcia 32. à 577. & à 610. ac aliorum paſſim in dies abſque diſputatione, cùm ità juris eſſet & ſit per prædicta, licèt de omnibus notitia haberi non poſſit.

In caſu noſtro manifeſtè conſtat de non animo habitandi Florentiæ, niſi ex cauſa officii, quia omnia bona paterna, & hæreditaria retinet in patria conſiſtantia in pluribus prædiis non modici valoris, cum Factore; & tribus domibus in Terra Murilianæ, ubi etiam duxit uxorem, nuptui tradidit filias, habet beneficia patronalia antiqua, ſepulcra, & hujuſmodi, quorum nihil (præter uxorem) tranſtulit, nec acquiſivit Florentiæ, ſed tantùm mobilia neceſſaria, & non ad pompam, ut quandocumque ceſſante officio poſſit cum minori impendio patriam repetere, ubi ſemper proprios, ut ſupra retinuit Lares, & famulos, ac onera Communis, & Æſtimi ſuſtinuit.

Nec deeſt vera, & non ſimulata declaratio non habitandi, niſi modo prædicto, dum de anno 1649. cum licentia, & litteris commendatitiis Sereniſſimi Magni Ducis fuit Auditor Rotæ Bononiæ electus, aliaque ſimilia officia alibi cum eiſdem litteris affectavit, licèt poſteà obſequendi cauſa in munere Florentiæ remanſerit, quæ omnia ſatis, ſuperque nota ſunt. At honores, & gratiæ Principis non debent eſſe onerosæ, nec contra honoratum retorqueri, ſed benignè, & largè ad ejus favorem interpretari, illum immunem conſervando ab oneribus, quibus aliàs non fuiſſet ſubjectus, cùm etiam de jure Judices, & Officiales non teneantur ſolvere gabellas, & durum eſſet, ac contra naturam humanæ ſocietatis, ut ſuſtineat onera Civitatis, qui non eſt Civis, & non gaudet in aliqua parte ejus commodis, & beneficiis, ut optimè animadverterunt etiam præfati DD. Auditores Conſultæ.

Non turbat diſpoſitio eorundem ſtatutorum Gabellæ, quòd in dubio judicandum ſit pro illa, quia ſumus in claris, & recipere debent interpretationem à jura, ſecundùm quòd procedit axioma ubi conſtat de debito, vel tractatur de detegenda fraude, ſecùs ſi diſputatur an ſit debita, & in qua ſumma, quia tunc interpretatio debet fieri contra gabellam, & pro minori ſumma, Gutierez. *de Gabell. quæſt.* 6. Farinac. *quæſt.* 173. *part.* 1. *num.* 51. Mattha *d. vot.* 27. *n.* 12. Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 296. *n.* 27. *vol. pr.* Merlin. *dec.* 193. *n.* 14. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 118. *n.* 16.

Non etiam obſtat reſcriptum emanatum precibus D. Comitis Carpignæ 22. Octobris 1649. in Filcia 46. à 291. mandans ſervari inviolabiliter ſtatutum, non attentis exemplis illi repugnantibus, quia certè non plus operatur quàm ipſum ſtatutum, quòd eſſe intelligendum de veris habitatoribus, & non ex cauſa officii jam ſatis demonſtratum eſt.

Nec facit relatio Coſcii in d. Filcia 46. de anno 1648. & 49. à 472. in cauſa D. Sebaſtiani de Doctoribus Anglarienſis Subcancellarii Magiſtratus Supremi, per quam dicitur fuiſſe declaratum teneri ad gabellam ob decennalem habitationem Civitatis Florentiæ, quia non exemplis à jure alienis, ſed legibus eſt judicandum, ut mandat etiam præfatum reſcriptum, & adeſt lex die 19. Julii 1651. diſponens Magiſtratuum decreta non eſſe attendenda, nec allegandа pro deciſione aliorum caſuum quantumcunque ſimilium, niſi fuerint pro lege publicata.

Prætereà cùm domicilii, vel incolatus contractio pendeat ab animo, ſupponendum eſt quòd dictus D. Sebaſtianus animum ſuum verbis, vel factis taliter declaraverit, ut in eo concurreret vera habitatio, vel incolatus, ſicuti apparuit ex jam meditata conſtructione Capellæ, vel ſepulcri in medio Eccleſiæ Sanctæ Crucis poſt ingreſſum portæ majoris, & ſimilibus ſcribenti non notis, ex quibus juncta habitatione decennali potuerit dici verè contractum domicilium; & de ſepulcbro magniſaciunt Doctores pro arguendo animo perpetuò habitandi in loco, ut de jure requiritur, & in his terminis loquuntur, & ſunt intelligendi, Gratian. *diſcept.* 592. & alii citati, ne ſibi, & communi aliorum opinioni contradicant, cùm etiam diſtinctio aliquorum inter habitatores, & habitantes ſit merè verbalis, & non ſubſtantialis; aliàs dicta relatio fuiſſet manifeſtè erronea, & contra jus non attendenda, nec aliud operari potuiſſet, niſi quòd cauſa non ſit committanda D. Oratio ejus filio propter affectionem, quam præſumitur habere ad vota Genitoris. Sed hæc omnia ceſſant in propoſito caſu, imò adeſt vera, & non ficta declaratio non habitandi, niſi ex cauſa officii, ut ſupra.

Et ſi deſiderantur exempla juri conſona, præſtò ſunt ſuprarelatæ deciſiones in puncto præclariſſimorum Juriſconſultorum Martæ, atque aliorum Auditorum Conſultæ S. C. S.

Juxta prædicta fuit reſolutum per Illuſtriſſimos, & præſtantiſſimos Dominos Emilium Lucium, Valentinum Farinulam, Curtium Polum, & Franciſcum Venturinum alios modernos Auditores Conſultæ Sereniſſimi Magni Ducis Coſmi III. & de eorum conſilio per S. C. S. mandatum non moleſtari ſub die 24. Julii 1678. per viglietum, & decretum ſequentis tenoris, videlicet.

Adi 6. di Agoſto 1678.

Faſſi fede per me infraſcritto qualmente nella Filza 63. di ſupplicha, e referti vegliante eſiſtente nell' Uffizio della Gabella de contratti della Città di Firenze, infra l' altre al n. 60. vi appariſce quanto appreſſo, cioè

A tergo

All' Illuſtriſſ. Signor mio Patron Colendiſſ.
il Sig. Senatore Andrea Pitti

Sua Mano.

Intus verò

Illuſtriſſ. Sig. mio Patron Colendiſſ.

Propoſi hiari in Conſulta il negozio fatto da coteſtu Gabella de contratti, circa la pretenſione, che haveva il ſuo Uffizio, che il Signor Dottore Marc' Antonio Savelli di Modigliana, fuſſe tenuto al pagamento della Gabella d' un mezzo podere, non oſtante, che ſe ne fuſſe rogato l' Inſtromento in Modigliana luogo eſente, e privilegiato: e conſiderato, che detto Savelli, ancorche habbia habitato in Firenze per più di dieci anni, nientedimeno ſtando al ſervitio di S. A. nè havendo havuto animo di acquiſtarvi il Domicilio, e conſiderato ancora, eſſervi una deciſione in punto dell' Inſigne Dottor Pietro Cavallo, e di tre altri, S. A. non oſtante la moderna contraria deciſione del ſuo luogotenente Sante Coſci, hà riſoluto col parere della conſulta, e del Signore Auditore Fiſcale, che detto Signore Savelli non ſia tenuto ad alcun pagamento di Gabella, e perciò m' hà comandato, che io dica à V. S. Illuſtriſſ. che detto Signore Savelli non ſi moleſti per detto contratto di compra in modo alcuno. Potrà per tanto dare gl' ordini opportuni à chi occorre, acciò reſti eſequito detto comandamento di S. A. E la riveriſco con tutto l' affetto.

D. V. S. Illuſtriſſ.

Di caſa 25. Luglio 1678.

Devotiſſ. & Obligatiſſ. Servitore
c. Valentino Farinola.

Nicolò Puccini ſotto Cancelliere ſoſtituto.

Adi 2. di Agosto 1678.

Li Molt'Illustri Signori Procuratori, e Maestri della Gabella de contratti della Città di Firenze adunati insieme nella lor solita Audienza servatis &c.

Visto l'instrumento rogato in Modigliana da Ser Antonio Mercatali il dì 22. Ottobre 1677. raportato al Libro Primo 48. à 186. per il quale l'Eccellent. Signore Marc'Antonio Savelli di Modigliana compró dal Signor Pietro Savalli l'istesso luogo la metà d'un podere detto Tignano posto nel Territorio di Modigliana per prezzo di lire cinque mila Bolognini, moneta di Romagna. Visto le molestia date al detto Signore compratore per la Gabella della detta compra. Visto un Viglietto scritto dall'Illustriss. Signore Auditore Farinola di comandamento di S. A. S. il dì 25. del passato Mese di Luglio all'Illustrissimo Signore Sanatore Andrea Pitti Proveditore di questo Uffizio, e riposto nella Filza 63. vegliante di suppliche, e referti al n. 60. Deliberando in esecuzione de' benigni comandamenti di S. A. S. dichiararono la sopradetta compera non essere stata, nè essere gabellabile, e successivamente della Gabella di essa assolverono, e liberarono i detti contraenti, e licenziarono senza spesa ogni molestia data, e da darsi per detto Conto, e tutti &c. salvis &c.

Nicolò Puccini sotto Cancelliere sostituto.

42 De Gabellis aliqua notat Thoro *compend. dec. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Gabella*, & alia plura Callejon. *in Alphab. jurid. verb. Gabella*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *cod. verb. fol.* 642. *&c.* Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.* Card. De Luc. *in Indic. gener.* Altimar. *de nullit. & alibi* Episc. Rocc. Cyriac. Pignatell. Mans. Palm. & alii moderni.

43 Gabellas novas imponentes, vel augentes supremi Principis auctoritata, qualiter excommunicationem incurrant, *ex cap. si quis Romipetas* 24. *q.* 3. *& ex cap.* 5. *Bullæ in Cœna Domini*, Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Vectigalia fol.* 353.

44 Gabellam non solvens, ut ejus merces cadant in commissum, duo sunt probanda, nempè animus fraudandi, & eventus fraudis, ex quibus excludantur, & alia pro defensione, Castald. plures allegans *Consult.* 252. *per tot. lib.* 2. facit quòd dixi *in §. Banna, & §. Sintatam prohibens alienationem, vel exactionem cum Addit.* Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 11. *n.* 354. *&* 360. *& quæst.* 12. *a n.* 389. *tom.* 3.

45 Gabella solvenda pro legatis, an comprehendant substitutos omnes, vel primum tantùm, ita ut solutio facta à primo eximat alios substitotos, latè in terminis Statuti Lucensis, Mans. *Consult.* 18. *per tot. lib.* 1. ubi contra Gabellam.

46 Solutio gabellæ, quæ fit ab Ecclesiasticis vigore sponaneæ, & utilis conventionis initæ cum laicis, ac diu observatæ, non est læsiva immunitatis ecclesiasticæ Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 533. *n.* 21.

47 Gabellam laicalem tenentur soluere Ecclesiastici, quando pro illius exactione intervenit beneplacitum Apostolicum Rot. *rec. dict. decis.* 533. *n.* 26.

48 Non læditur immunitas Ecclesiæ, quando laici exigunt gabellas ab Emptoribus illius Octav. Glorit. *resp.* 5. *n num.* 64. Fontanell. *decis.* 306. *per tot.* Rot. *rec. part.* 19. *decis.* 574. *n.* 6. *tom.* 2.

49 Gabella judicati, & vectigal judiciarium ab aliis dicuntur sportulæ, seu salarium sententiæ Rub. *de confess. Jur. cap.* 3. *n.* 218.

50 Gabella de hæreditate fideicommissaria semel tantùm exigitur, licèt pluriès in ea succedatur Altograd. *contr.* 84. *n.* 28. Thor. *in add. ad decis.* Salern. 36. *a n.* 3. Rub. *loc. cit. cap.* 6. *n.* 42.

51 Gabella contractuum recipit interpretationem a Statuto, etiam extra territorium, & quoad non subditos De Luc. *de Regal. disc.* 128. *a n.* 9.

52 An solvatur gabella contractuum pro contractibus celebratis cum Principe, aut Fisco De Luc. *de Regal. disc.* 43. *a n.* 8.

53 Clerici ut licitè soluant collectas, & impositiones laicorum, sex requiruntur Fagnan. *in cap. non minus nn.* 22. *cum seqq. de Immun. Eccles.* Et plura alia de hac materia vide apud eumdem Fagnan. *sup. Decr. verb. Clericas quo ad exemptionem ab oneribus.*

Clerici an teneantur ad contributionem gabellæ pro annona Civitatis impositæ Fagnan. *in dict. cap. non minus a n.* 38. *ad n.* 55. *de Immun. Eccles.*

54 Equites S. Stephani a quibus Gabellis sint exempti Bertachin. *vot.* 92. *per tot.* Vide Pignatell. *consult.* 441. *tom. pr.*

55 Clerici conjugati non sunt exempti a gabellis Bertachin. *vot.* 92. *n.* 7. Pignatell. *consult.* 46. *n.* 89. *to.* 5.

56 Libri gabellæ quando probent Bertachin. *vot.* 98. *n.* 10. *in fin.* Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 223. *a n.* 6.

57 Gabellæ imponi possunt super industria, & labore personali Bertachin. *vot.* 159. *n.* 8. De Luc. *de Regal. disc.* 102. *n.* 7. Sed contra Ansald. *decis.* 88.

58 Gabella imposita habito respectu ad fructus est reducenda proportionabiliter diminutis fructibus Bertach. *vot.* 118. *per totum.*

59 Gabella quando est realis, & perpetua est solvenda etiam ab Ecclesiasticis Bertachin. *vot.* 113. *sub n.* 2. Rot *rec. part.* 6. *decis.* 339.

60 Gabellæ onus quando censeatur onus personale vel mixtum Bertazz. *cons.* 476. *n.* 29. *& cons.* 336. *num. pr.* Cyriac. *contr.* 141. *a n.* 13. Ansald. *decis.* 53. *n.* 20.

61 Obnoxius Gabellæ soluit pro exempto Cyriac. *dict. contr.* 141. *a n.* 12. Ansald. *dict. decis.* 53. *n.* 21.

62 Gabella meretricum Civitatis Neap. sublata fuit Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 31. *n.* 56. *tom. pr.*

63 Gabella quod non fuerit soluta, probatur per inspectionem librorum, in quibus talia describuntur Altimar. *de nullit. rubr.* 7. *quæst.* 4. *n.* 14. *tom.* 1.

64 Gabella an sit pars pretii, vel potius quid extrinsecum ab eodem pretio Rocc. *cap.* 165. *n.* 10. *libr.* 2. Lassart. *de Decim. cap.* 15 *n.* 18. Fontanell. *decis.* 306. *n.* 19. *libr.* 2.

65 Gabella si sit indicta pro eo, quod titulo locrativo transfertur, non soluitur pro donatione facta per patrem filio contemplatione matrimonii Rocc *cap.* 108. *n.* 5. *lib.* 2.

66 Gabella, ejusque indictio in signum supremæ potestatis, utpote de regalibus majoribus est reservata supremo Principi Sixtin. *de Regal. libr. pr. cap.* 5. *a n. pr.* De Luc. *de feud. disc.* 40. *num.* 2. *de regal. disc.* 138. *n.* 2. Rovit. *Pragm. pr. de Jurisd. invic. turband. n n.* 29. *& decis.* 72. *n.* 38. Revert. *decis.* 566. *num.* 1. *& decis.* 299. *in fin.* Rocc. *cap.* 77. *num. pr. libr. pr. & cap.* 78. *n. pr. eod. libr. pr.*

67 Ad Principem spectat gabellæ indictio, augmentum, & prorogatio Sixtin. *loc. cit. libr.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. Ripol. *de Regal. cap.* 11. *num.* 21. Flores de Men. *libr.* 2. *quæst.* 21. *n.* 11. Revert. *decis.* 388. *n.* 2. Rocc. *dict. cap.* 78. *n. pr. libr. pr.*

68 Pro substinenda prorogatione gabellæ non sufficit jussus supremi Magistratus Rocc *dict. cap.* 78. *n.* 2.

69 Gabellæ prorogatio est odiosa Venturin. *cons.* 39. *n.* 10. Cyriac. *contr.* 370. *n.* 46. *contr.* 286. *n.* 3. Rocc. *cap.* 78. *n.* 24. *libr. pr.*

70 Gabella prorogata dici debet de novo imposita Dec. *cons.* 4. *n.* 2. Revertet. & Marin. *dec.* 258. Rocc. *dict. cap.* 78. *n.* 18.

71 Gabellæ augmentum progressu temporis factum per Principem spectat ad primum concessionarium, cui fuit concessa Gabella Peregrin. *de Jure Fisc. libr.* 6. *tit.* 58. *n.* 34. Galeot. *libr.* 2. *contr.* 54. *n.* 23. Marin. ad Reverter. *decis.* 258. Rocc. *dict. cap.* 78. *n.* 19.

72 In exactione Gabellæ non datur manutentio, non docto concludenter de titulo De Luc. *de Regal. disc.* 110. *n.* 20. *disc.* 138. *n.* 2. Galeot. *resp. fisc.* 12. *num.* 393. *& n.* 444. Rocc. *cap.* 77. *nu.* 6. *lib. pr.*, obi etiam si doceatur de quasi possessio re exigendi, quæ sola in hujusmodi regalibus non sufficit pro manutentione.

73 Gabella intelligitur locata juxta solitum Bonden. *collect.* 33. *n.* 8. De Luc. *de regal. disc.* 107. [illegible] 4. Rocc. *cap.* 76. *n.* 22. *libr. pr.*

74 Gabella utporè odium redolens, strictissimè intelligi debet in eo solùm casu, de quo præcisè loquitur impositionis tenor, neque ulterius extendenda, etiamsi adsit identitas, vel majoritas rationis Cyriac. *contr.* 286. *n.* 3. De Luc. *de Regal. disc.* 72. *num.* 3. Rocc. *cap.* 77. *n.* 8. *libr. pr.*

Et sufficit, quod possit dubitari de comprehensione,

ne, ut poſſit judicari contra illam Cyriac. contr. 265. a n. 21. & contr. 245. a. 12. Sixtin. de Regal. libr. 2. cap. 6. n. 143. De Luc. de Regal. diſc. 62. au. 6. diſc. 68. n. 13. Rocc. loc. cit. a. 9.

Pro excluſione gabellæ capienda eſt omnis poſſibilis interpretatio Surd. conſ. 307. n. 2. Cyriac. contr. 265. a. 21. contr. 297. n. 55. Rocc. cap. 79. n. 13. lib. 1.

75 In exactione Gabellarum novitates non ſunt tolerandæ Surd. conſ. 470. n. 15. Morot. conſ 76. num. 2. Rocc. cap. 75. n. 19. libr. pr.

76 Gabellæ non poteſt dici ſubiecta illa materia, cui verba ejuſdem gabellæ non conveniant Rocc. cap. 81. ſub a. pr. libr. pr.

Pro excluſione gabellæ ſuper aliqua re ſufficit, quod ſtatutum, ſeu bannimentum de ea literaliter non loquatur, licet de materia alioquin gabellabili, eadem res in totum, vel in parte conficiatur Rocc. cap. 81. n. 3. lib. 1.

Præcipuè quoties id, quod ex materia gabellabili conficitur, ad eamdem materiam, ſuaque initia reverti non poteſt Rocc. loc. cit.

Et ad ſummum gabella poteſt prætendi ſolum proportionabiliter pro materia gabellabili admiata Camil. Medic. conſ. 97. Hodiern. ad Surd. decis. 139. n. 5. Cyriac. contr. 468. nu. 28. Cohell. ad Bull. Bon. Regim. quæſt. 47. n. 66. Rocc. loc. cit. n. fin.

77 Exemptionem a gabella importat verbum libere Landerch. conſ. 38. n. 3. Roland. conſ. 2. n. 43. libr. 4. Decian. conſ. 5. a. 44. libr. 4. Rocc. cap. 74. num. 2. lib. pr.

78 Gabella ſolvitur a Domino rei gabellabilis Strace. de Naut. part. 3. a. 4. Rocc. loc. cit. a. 4.

Gabella pro navi ſolvitur a nauta, pro mercibus ab earum dominis Strace. & Rocc. loc. cit.

79 Gabellam rei ipſi inhærentem debet ſolvere hæres, qui rem tradere tenetur legatario, quia ante traditionem eſt dominus Rocc. cap. 74. nu. 5. lib. 2. Quod amplia, ut n. 18.

Gabella cum ſit onus rei inhærens, ideo obligatus portare certam frumenti menſuram in genere tenetur illam portare ſuis expenſis & gabellis Rocc. dict. cap. 74. n. 6.

Gabellam ſolvit debitor portans res dandas creditori, quia ſunt ſuæ Rocc. dict. cap. 74. a. 7.

Gabella ſi ſolvatur in delatione, quando res de loco ad locum transferuntur, tunc hujuſmodi expenſas tenetur facere rerum Dominus Rocc. loc. cit. a. 8.

Gabella ſolvenda eſt a portante Surd. conſ. 307. n. 8. Rocc. loc. cit. n. 9.

80 Gabella unica debetur, quando duo ſunt contractus, & primus transfunditur in ſecundum Riminald. jun. conſ. 163. a n. 7. Rocc. cap. 79. a. 8.

Gabella unica debetur, quando ſecundus contractus emanavit in executionem primi Surd. deciſ. 305. an. 22. Monach. deciſ. Flor. 51. nu. 6. Riminal. jun. & Rocc. loc. cit.

Idque etiam ſi ſecundo contractui aliquid addatur Burſatt. conſ. 408. n. 1. lib. 4. Rocc. ibid. n. 10.

Gabella non debetur de contractu fidejuſſionis ſtante Statuto, quod gabella debeatur de omni contractu Rocc. loc. cit. a. 10.

81 Gabella ſolvenda in Civitate, vel extra in ordine ad acquiſitionem rei, quæ ſine illius ſolutione acquiri non poteſt, ſolvenda eſt ab eo, qui rem acquirendam alteri tradere eſt obligatus Rocc. cap. 74. a n. 17. libr. pr.

82 Gabella impoſita pro tranſitu per Pontem, vel Cymbam ſive in ingreſſu alicujus Civitatis eſt ſolvenda per introductorem, ſive merces in eo loco permanere debeant, ſive ſint aliò tranſituræ, neque ad gabellam tenetur emptor, cui merces ſunt tradendæ Rocc. cap. 74. a. 20. libr. 1.

83 Gabellæ onus cenſetur ſuſceptum a venditore, qui promiſit ſuis expenſis, & periculo merces introducere; ſed contraria opinio eſt verior Rocc. cap. 74. a n. 40. libr. pr.

84 Ad ſolutionem gabellæ venditorem non teneri, colligitur ex conventione inter emptorem, & venditorem inita de certi pretii ſolutione Rocc. cap. 74. a. 44. libr. pr.

85 Gabellam ſeparatam a contractu, licèt emens ab ecclesia teneatur ſolvere, non tamen tenetur ad gabellam, quando eccleſia vendens promiſit ſuo ſumptu, & periculo rem portare Rocc. loc. cit. a. 42.

Gabella debetur ex contractu, non autem ex traditione, quando quis promiſit traducere merces emptas ad portum omnibus ſuis periculis, & expenſis Rocc. cap. 79. a. 5. libr. pr. 86

Gabella ad effectum inſpiciendi an pertineat ad emptorem, eſt deferendum obſervantiæ Glorit. reſp. 5. a n. 3. De Luc. de Regal. diſc. 63. au. 13. Rocc. cap. 74. a. 47. libr. 1. 87

Gabellarum in ſolutione plurimùm eſt attendenda obſervantia ad effectum inſpiciendi quid fuerit comprehenſum Ventur. conſ. 39. a. 17. & 38. Cyriac. contr. 222. a. 19. & ſeq. & contr. 109. num. 3. Larrea alleg. fiſc. 7. a. 22. libr. pr. Rocc. cap. 74. n. 46. lib. 1. 88

Circa modum ſolutionis gabellarum conſuetudo potiſſimùm attendi debet Cyriac. contr. 109. num. 3. contr. 222. n. 19. & Larrea loc. cit. n. 7. Rocc. cap. 75. n. 17. Ciarlin. contr. 22. a. 40. Otthob. deciſ. 178. a num. 10.

Gabella non eſt ſolvenda per Univerſitatem pro diſtributione frumenti facta per Piſtores Rocc. cap. 79. a. 6. libr. pr. 89

Gabellæ fraus ex ſcriptura non probatur, etiamſi ſit inſtrumentum, ſed ex teſtibus Cyriac. contr. 512. a a. 4. contr. 370. n. 17. Rocc. cap 75. n. 7. 90

In ſpecie gabellæ fraudatæ confeſſio qualificata ſcindi debet Bertazz. conſ. 199 a. 14. Rocc. cap. 80. a. 8. libr. 1. 91

Gabella debetur pro venditione, non pro promiſſione de vendendo Palm. nep. alleg. 88. n. 17. tom. pr. 92

A ſolutione gabellæ quomodo, & qua ſpecie præſcriptionis quis reddatur immunis Palm. nep. deciſ. 343. 344. 345. tom. 4. 93

Gabellæ liber probat affirmativam ſolutionis gabellæ pro quantitate denunciata, ſed non convincit quantitatem non fuiſſe majorem Palm. nep. dec. 379. a. 3. tom. 4. 94

Gabella dotis debet ſolvi a marito, & deo ejus omiſſio non præjudicat uxori Palm. nep. dec. 13. au. 32. tom. pr. 95

Gabellæ ſolutio arguit veritatem confeſſionis de recepto Palm. nep. deciſ. 14. n. 28. tom. pr. 96

Gabella, quæ imponitur pro bonis, dicitur onus eorumdem ipſis bonis Palm. nep. deciſ. 54. a. 13. tom. 1. 97

Gabellæ onus eſt hæreditatis, & non hæredis Palm. nep. deciſ. 54. a. 15. tom. pr. 98

Gabellam fraudare velle non præſumitur, qui palam cum mercibus tranſit per vias publicas, & tritas, ſecus ſi per vias inſolitas Cabrun. lucubr. 34. num. 35. 99

§. GEMINATIO. II.

Geminatio verborum ſemper arguit magis enixam voluntatem diſponentis, ſive proferantur unico contextu, ſive cum temporis intervallo, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 651. num. 5. & 6. cap. 757. num. 4. &c. & cap. 834. n. 7. vide latè Tuſch. litt. G. concluſ. 28. per tot. Rot. Collect. 1125. 2895. & 3528. Et multò magis ſi triplicata Roland. conſ. 61. n. 40. lib. 3. vel quadruplicata Decian. conſ. 42. num. 30. libr. pr. Vide Epiſc. Pitton. de Jurepatr. alleg. 100. n. 648. tom. 2. Caprar. deciſ. 660. au. 8. part. 2. Palm. nep alleg. 595. n. 34. tom. 2. alleg. 343. num. 17. tom. 4. & deciſ. 274. a. 10. tom. 3. 1

Quòd oſtendat enixam voluntatem, ac intentionem diſponentis, ſpecialem teſtatoris animadverſionem, animi deſtinationem, & perſonæ contemplationem, Altograd. conſ. 85. num. 27. libr. pr.

Quòd non ſolùm oſtendat ut ſupra, voluntatem enixam partium, ſed etiam faciat ampliari ſignificationem verborum diſpoſitionis, & omnia comprehendi, quæ ſublata ſignificatione veniunt, ac etiam diſſimilia, & majora expreſſis, pulchrè idem Altograd. conſ. 10. num. 4. & ſeqq. ad 8. lib. pr. Et quod trahantur ad incognita, quando verba ſunt univerſalia, & geminata ſcripſit Cravet. conſ. 111. nu. 2., & ſeq. & conſ. 630. n. 3. & ſeq. Urceol. de Tranſact. quæſt. 181. num. 59. Celſ. deciſ. 293. num. 6. Spad. conſ. 191.

num. 33. *lib.* 2. Pan. & Crescin. *decis.* 246. & 461.

Quod geminatio confessionis tollat allegationem erroris calculi, etiam si sit facta absente parte, & per verba enunciativa, Montan. *de tut. cap.* 38. *nu.* 162. &c. vide *in §. Confession.* ubi contra, §. *Error num.* §. *Litteræ num.* & §. *Verba n.* Et quod obligationem inducat Dec. *cons.* 44. *num.* 76. *libr.* 3. & actionem Corn. *cons.* 223. *num.* 10. *libr. pr.*

Quod geminatio actus, vel verborum majorem animi deliberationem demonstret, & operetur quod nihil possit opponi late in multis casibus exemplificando probat Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 105. *num. pr.* & *seqq. ad* 19. Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1364. *num.* 48. & *seqq.* ubi quod geminatio maxime ex intervallo in renunciatione plurimum valet, tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ, ostendit perseverantiam, ac tollit omnem suspicionem deceptionis, & alia. Et late Tusch. ubi infra. Et an faciat cessare beneficium, & remedium *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* Altimar. *de null. rubr. pr. part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 47. *tom.* 6. Vide Urceol. Cell. Pen. & Crescin. *loc. supra citatis.*

2 Geminatio verborum, vel actus in multis casibus nihil operatur, veluti si pluries exprimatur id, quod tacite inest, si induceret diversum effectum à destinato, si magis explicite declaretur id, quod fuerat expressum, item non operatur contra naturam contractus, vel rei in contractum deductæ, nec quando est facta eodem verborum contextu, cum tunc pro una sola expressione reputetur, nec quando gerens actum caret potestate, nec ubi agitur de præjudicio tertii, nec in actu suspecto, vel prohibito, nec ubi in geminatione intervenit defectus, vel vitium partis, *cons.* 110. *num.* 47. & *seqq. lib. pr.* Cravet. *cons.* 494. *num.* 16. & 17. Card. Tusch. *litt. G. conclus.* 48. *num.* 102. & *seq. ad* 120. cum aliis per Barbos. *d. Axiom.* 105. *n.* 19. &c. ubi etiam quod licet geminatio ex intervallo, & diversis scripturis magis operetur, tamen facta etiam eodem contextu, & eodem instrumento aliquid licet minus operatur. De verbis Synonymis vide Rot. coram Pen. *decis.* 461. Vide infra *n.* 10.

Quod geminatio facta eodem instanti, sine temporis intervallo habeatur pro unico actu, Genu. *de verb. enunciat. lib. pr. q.* 3. *n.* 32. *fol.* 5.

3 Geminatio verborum non alterat dispositionem nullam, nec illam convalidat, cum non operetur nisi circa id quod fuit valide dispositum, Gratian. *discep. forens. cap.* 763. *num.* 8. *cap.* 558. *num.* 10. *cap.* 764. *n.* 19. & 30. ubi quod non operatur deficiente consensu, & *c. pil.* 824. *num.* 59. &c.

Quod geminatio actus, vel verborum nihil operetur in minore, quia tanto magis læditur quanto pluries suis beneficiis renunciat, idem Gratian. *cap.* 761. *n.* 25. &c. vide *in §. Minor n.* et §. *Ratificatio n.*

4 Geminatio verborum non auget dispositionem, quando in geminatione, vel repetitione adest illa sola ratio, quæ vigebat in simplici, Gratian. *disceptat. for.* 764. *num.* 32. *etc.* pulchre Aliograd. *cons.* 34. *nu.* 42. *lib. pr.* ubi plura de geminatione verborum restringenda, *à n.* 31. *ad* 45. *et cons.* 83. *n.* 69. *et seqq. lib.* 2.

Quod posita in eadem oratione nihil magis operetur quam simplex, Magon. *dec. Florent.* 57. *num.* 29.

Qualiter geminatio actus majorem illius firmitatem inducat, & generaliter quid operetur, vel non, plene Tusch. *litt. G. conclus.* 48. *per tot. ad num.* 110. Ricc. *Collect.* 3528.

5 Geminatio actus veluti delicti, tantæ est efficaciæ, atque virtutis, ut per illam probetur, quod maximum sit delictum, etiam si ex se leve esset, vel etiam si delicta de sui natura non essent capitalia, ita ut propter consuetudinem delinquendi possit puniri pœna mortis, nec in dubio censeatur remissa per Principem, nisi in dubio sit facta mentio geminationis, vel reiterationis, & dicitur geminatum delictum, etiamsi bis tantum fuerit commissum, vel quandoque punitum nisi tamen agatur de delictis minimis, de quibus non habetur ratio, ut bene explicat Mascard. *de probat. vol.* 2. *conc.* 838. *per tot.*

6 De geminatis contractibus, & aliis dispositionibus, & confessionibus quid operentur, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 341. Grass. *de except. except.* 14. ubi de vi geminationis, & alii relati à Com. August. Fontan. *in Bibliothec. leg. part.* 4. *verb. Geminatio fol.* 646. Jo: Torre *de success. in Majorat. & Primog. Ital. part.* 1. *cap.* 29. *n.* 127. *part.* 2. *quæst.* 1. *n.* 28. & *part.* 3. *decis.* 5. *n.* 29. non nulla Spad. *in suis consil.*

Geminatio actus, maxime ex intervallo apprime confert ad illius validitatem, etiam si alias esset invalidus, ita ut amplius retractari non possit, cum videatur magis deliberate factus, ac ideo in eo non præsumatur error, nec falsa causa, nec dolus, neque fraus, & per consequens non attendatur læsio, etiam enormis, & quæ resultaret ex dolo re ipsa, ac suppleat omnes defectus solemnitatum, nec actui geminato, & sæpius celebrato aliquid opponi valeat, concurrente maxime diuturna observantia sine contradictione ex pluribus probat Cyriac. *contr.* 599. *nu.* 146. & *seqq.* & *contr.* 182. *n.* 37. & *seqq.* Et quod habeat jus insinuationis De Luc. *de Donat. disc.* 33. *n.* 9. *disc.* 60. *n.* 38. Buratt. *decis.* 640. *n.* 8. Gratian. *cap.* 531. *n.* 13. & 34. 7

Quod maxima sit vis geminationis, Everard. *loc. legal.* 121. à vi geminationis, & pluribus, juribus, ac auctoribus citatis Vela *Dissert.* 47. *sub nu.* 47. Et quod geminatio multum operetur Fagnan. *in cap. vidua n.* 33. *de Regul.*

Geminatio verborum excludit interpretationem, & restrictionem Mier. *de Major. part.* 1. *quæst.* 22. *n.* 142. Dom. Advocat. Cabrun. *lucubrat.* 47. *n.* 22. 8

Geminatio ejusdem verbi pluries facta excludit extensionem de uno ad aliud in Lege, vel statuto, etiamsi materia esset proportionabilis ad utrumque Gloss. notab. *in Clem.* 1. *verb. Diœcesanis de Jurepatr.* Everard. *loc. a rat. leg. larg. n.* 54. Gatt. *cons.* 38. *n.* 29. 9

Geminatio verborum nihil operatur, quando proferuntur plura verba synonyma idem prorsus significantia; cum potius præsumantur apposita gratia tollendæ dubitationis, quam dispositionis augendæ. Rocc. *cap.* 8. *n.* 22. 10

Geminatio Confessionis arguit illius veritatem Rot. *decision.* 159. *n.* 16. *part.* 7. *recent.* Mantic. *de tacit., & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 20. *n.* 51. Palm. *nep. dec.* 13. *n.* 29. *decis.* 14. *n.* 30. *tom.* 1. 11

Geminatio taxationem non infert Palm. nep. *alleg.* 343. *n.* 18. *tom.* 4. Bich. *decis.* 549. *nu.* 17. & *seqq.* 12

Geminatio & repetitio verborum an faciat cessare remedium *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 37. *n.* 47. *tom.* 6. 13

§. GENUS. III.

Genus præcedens regulariter non restringitur per speciem subsequentem expressam, præcipue quando species respicit actum legandi, & determinatur ab eodem verbo, quo genus præcedens, nec quando exprimitur per dictionem copulativam, & nec quando restrictio esset præjudicialis ei, cujus favore fuit species apposita, Alograd. *cons.* 35. *nu.* 28. & *seqq. lib.* 2. & latius *cons.* 42. *n.* 50. & *seqq. dict. l.* 2. Rot. Florent. *penes eumdem impressa post cons.* 43. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 367. *nu.* 1. & *seqq.* ubi in materiam mandati, quod si sit generale, non restringitur per specialitatem subsequentem, quæ censetur demonstrative apposita ad indicandum id, quod magis viget, nisi contineat dictiones taxativas. Molin. *lib.* 1. *de Primog. cap* 4. *à n.* 3. Vide Pen. *dec.* 461. Emerix jun. *dec.* 1472. *n.* 8. Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 30. *n.* 17. *tom.* 1. 1

Quod generi per speciem non derogetur, quando præcedit dispositio generalis, & postea sequitur dinumeratio specierum, quæ censetur facta ex abundanti, & demonstrative, *l. legata*, *ff. de supell. leg.* Gratian. *discept. for. cap.* 404. *nu.* 6. & *per tot. cap.* 689. *n.* 5. & *cap.* 692. *nu.* 50. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 261. *n.* 2. vide *in §. Dispositio nu.* §. *Quietatio num.* & §. *Renunciatio num.* late Urceol. *Consult.* 99. *n.* 14. & *seqq. volum.* 2. ubi refert contrarias opiniones, quas bene conciliat, & repetit, & *introd. de transact. quæst.* 81. *num.* 14. & *seqq.* Fontanell. *de pact. nupt. gloss.* 4. *claus.* 21. *nu.* 42. *part.* 2. Piton. de Jurepatr. *alleg.* 30. *nu.* 17. *tom.* 1.

Eme-

Emerix jun. *dec.* 1272. *n.* 8. Pen. & Creſcin. *dec.* 261.

Quando enumeratio ſpecierum poſt relictum generale reſtringat diſpoſitionem, & ſic quando generi per ſpeciem derogetur latè, & pulchrè videndus Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 922. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 146. *n.* 8. Urceol. *d. cap.* 99. *num.* 12. & *ſeqq. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 106. *n.* 15. & *ſeqq.* ubi benè declarat in terminis pacti de futura ſucceſſione, & *deciſ.* 154. *in eadem cauſa d. part.* 9. & *par.* 15. *dec.* 289. Salgad. 2. *part. de retent. cap.* 7. *n.* 40. Barboſ. *axiom.* 107. *per tot.* Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 106. *nu.* 6. Vide Creſcin. *loc. cit.* Rocc. *cap.* 32. *n.* 14. *libr.* 1.

Ubi autem præcedunt ſpecies, & ſubſequitur genus, & diſpoſitio ſemper ampliatur, Capyc. *deciſ.* 88. *n.* 5. & 6. Altograd. *conſ.* 75. *n.* 16. *lib.* 1. vide Urceol. *d. cap.* 99. *n.* 12. ubi contra quando diſpoſitio generalis ſubſequens venit continuativè ad præcedentia.

Quod clauſulæ generales poſt caſus ſpecificatos non comprehendant majora expreſſis, Gratian. *diſceptat.* 982. *nu.* 22. vide Urceol. *loc. cit.* Aim. *conſ.* 45. *n.* 10.

Intellige quando ſunt indefinitè prolatæ, ſecùs ſi cum aliquo ſigno univerſali Capyc. *d. deciſ.* 88. *nu.* 5. *in fine*.

Quod generalis diſpoſitio omnes ſpecies comprehendat, quando non extendatur, an deducta ad ſpeciem dicatur ſpecialis, & reſtringatur, ac comprehendat perſonam loquentis, & alia, latè Tuſch. *litt. G. concluſ.* 29. & *ſeqq.* Carlev. *de judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *n.* 1049. *in fin.*

2 Generi per ſpeciem regulariter derogari, vide *l. ſanctio legum, ff. de pœn. cap. generi cum ibi notatis per ſcribentes de reg. jur. in* 6. etiamſi ſpecialis conſtitutio generalem præcederet, dummodò fuerit legislatori cognita, & quando generalis, quæ ſequitur continet clauſulam, *non obſtante* &c. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 97. *n.* 2. & 3. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 8. *per tot.* Vide ſupra *n.* 1. *verſ. quod enumeratio* Rocc. *dict. cap.* 32. *n.* 14. *lib.* 1.

Hanc regulam quòd generi per ſpeciem derogetur cum 17. ampliationibus latè declarat exemplificando in multis Barboſ. *de axiom. jur. axiom.* 107. *per tot.* plenè Tuſch. *litt. G. concluſ.* 36. *per tot.* vide Urceol. *conſult.* 99. *n.* 14. & *ſeqq.* ubi refert contrarias opiniones, quas optimè concordat Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 154. *part.* 14. *deciſ.* 259. *n.* 5. & *part* 15. *deciſ.* 289. ubi quando generi per ſpeciem derogetur in legatis, & ex quibus iſta generalitas reſultet.

3 Generis appellatione numquam ſpecies continetur, quando ſpecies fuit à genere diſtincta, & habitus de illa ſermo diſcretus, & ſeparatus, *l. cohæredi* 42. §. *qui patrem, ff. de vulg.* Decian. *conſ.* 44. *n.* 32. *lib.* 3. Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis n.* 521. *Cæſenæ impreſſa de anno* 1645.

Quid ſit genus, quid contineat, & quomodo differat à ſpecie, Tuſch. *litt. G. concl.* 40. *per tot.*

4 Genus maſculinum an, & quando concipiat, vel contineat fœmininum in quacumque diſpoſitione, dixi, *in* §. *Maſculi n.* ubi vide Card. De Luc. *de teſtam. diſc.* 52. *n.* 17.

5 Genus, ſive generalitas tantum operatur quantum expreſſio ſingulorum, quia generalia verba proferens de omnibus cogitaſſe videtur, quæ ſub genere comprehenduntur, *l. ſi duo in fine, ff. de adminiſtr. tut.* Decian. *conſ.* 30. *n.* 54. & *ſeqq. lib.* 2. Honded. *conſ.* 49. *n.* 32. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 346. *n.* 20. *lib.* 3. & *alii ab ipſis citati*, facit quod dixi *in* §. *Liberatio*, §. *Quietatie*, §. *Tranſactio*, & §. *Legatum*.

Data tamen diverſitate rationis, genus non comprehendit omnes ſuas ſpecies, *per text. in cap.* 2. *de off. Vicar. in* 6.

Quòd generaliter dicta, ſint generaliter intelligenda, niſi ſubſit aliqua cauſa, vel ratio reſtringendi, veluti abſurdum, vel inhumanitas, *l.* 1. §. *generaliter, ff. de leg. præſt.*

6 Generalia contra opponens præſervat ſibi jus ſemper poſteà in ſpecie opponendi, & impugnandi, Gabriel, *conſ.* 40. *n.* 25. *lib.* 1. dixi *in* §. *Oppoſitio n.* 2. ubi plures allegavi.

Generalis conſvetudo, quam Princeps ex certa ſua 7
ſcientia patitur introduci, legem generalem tollit, ſecùs autem in conſuetudine ſpeciali alicujus loci, quæ legi non derogat, *gloſ. in l. leges quoque, C. quæ ſit long. conſuet.* vide *in* §. *Conſuetudo*, §. *Lex*, & §. *Statutum*.

Generalis remiſſio non comprehendit dolosè com- 8
miſſa, *l. non ſolum*, §. *pen. cum gloſſ. ff. de liberat. legat.* & dixi *in* §. *Liberatio n.* 3. & *ſeqq.*

Genus, ſive deſcendentia ex aliquo quomodo poſ- 9
ſit probari per inſtrumenta, per famam, tractatum, nominationem, & hujuſmodi, Maſcard. cum pluribus citatis *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 840. *per tot.* & melius Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 535. quæ eſt votum deciſivum Illuſtriſs. D. mei Marcelli Severoli undequaque abſolutum, ut alibi ſæpè dixi. De Luc. *de Judic. diſc.* 12. *n.* 9. *de Fideicom. diſc.* 106. *n.* 5. *de Jurepatr. diſc.* 31. *n.* 14. *diſc.* 60. *n.* 34. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 44. & *ibi* Rot. & *alleg.* 100. *a n.* 210. *n.* 602. 640. & 653. Celſ. *deciſ.* 186. & *dec.* 313. Otthobon. *deciſ.* 102. & 151. Creſcin. ad Pen. *deciſ.* 7. 275. 333. & 346.

Genus, quid, & quotuplex ſit, & alia plura de 10
genere, & generali diſpoſitione, quæ comprehendatur, vel non, Ægid. de Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Generale, Genus*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. legal. part.* 4. *col. verb. fol.* 647. &c. Jo. Torre *in Indice general. tract. de ſucceſſ. in Majorat.* & *Primog. Ital. in fine, part.* 3. *verb. Genus*, ubi quod dictio *de genere*, comprehendit tam maſculos, quàm fœminas, earumque deſcendentes, qualiter genus prædicetur de omnibus ſuis ſpeciebus, inſit in qualibet ſpecie, & alia notabilia. De Luc. *in Indice general.* Fagnan. Palm. Manſ. & alii moderni.

Quòd generis proprium ſit omnes ſuas ſpecies in- 11
cludere, Vela *differt.* 29. *n.* 38.

Generalis, & univerſalis ſermo ad terminos habi- 12
les, & in quibus eadem verſatur ratio, ad ipſamque actus naturam, & materiam ſubjectam reducendus, & reſtringendus eſt; Everard. *loco leg.* 93. à ſubjecta materia, cum aliis per Velam *tract. de Epiſc. part.* 1. *n.* 174. &c. poſt *differt. fol. mihi* 350. Cyriac. *controv.* 400. *n.* 79. & *ſeqq.* & alibi, *ut in Indice verb. Generalis*.

Quòd generalitas verborum appoſita in executivis, 13
& acceſſoriis contractus non attendatur, Manſ. *conſ.* 2. *n.* 31. Capyc. Latr. *deciſ.* 2. *n.* 40. &c. Balduc. in *obſervat.* ad Ramon. *conſ.* 27. *n.* 57. &c.

Species plures, quoties numerantur, & poſtea ſe- 14
quuntur verba generalia, hæc non reſtringunt ad ſpeciem anteà expreſſam, ſed comprehendunt alios ſub genere contentos, atque adeo, etiam extraneos. Socc. Jun. *conſ.* 1. *n.* 31. *verſ. non tamen lib* 4. Dec. *conſ.* 171. *n.* 3. Surd. *conſ.* 475. *n.* 30. *verſ. ſed etiam* Rocc. *cap.* 66. *n.* 29. *lib.* 1.

Genus additum poſt expreſſionem alicujus ſpeciei, 15
complectitur alias ſpecies ſeparatas, & diverſas Simon. de Præt. *de Interpr. ult. volunt. p.* 1. *interpr.* 4. *dubiet.* 2. *ſol.* 2. *n.* 16. *cum dub. ſeqq. fol.* 167. Caprar. *dec.* 175. *n.* 4. *p.* 1.

Data facultate diſponendi intra certum genus ve- 16
niunt omnes de illo, ſi diſpoſitio facta non fuerit De Luc. *de donat. diſc.* 18. *n.* 12. Secus eſt ſi ad unum tantùm de eodem facienda eſſet, quia tunc ſapit ſpeciem primogenituræ *ibid. n.* 13.

Perſonæ de genere prius vocatæ præferuntur, & ſi 17
non extent expectandæ ſunt donec adſit ſpes. De Luc. *de fideicommiſſ. diſc.* 146. *n.* 8. Amplia, etiam in primogenituris *ibid. n.* 9. Amplia, quamvis dictæ perſonæ non ſuccedunt. Rot. *dec.* 151. *part.* 3. *rec.* & apud Carill. *dec.* 266. De Luc. *ibid. n.* 7.

Genus legatum non ceſſat, quando pereunt aliquæ 18
ſpecies De Luc. *de Legat. diſc.* 11. *n.* 5. & 6. Quod intellige de his rebus, quæ ſunt in hæreditate De Luc. *de Legat. diſc.* 13. *n.* 2.

Attenditur genus quando in ſucceſſione datur bo- 19
norum diſtinctio ex utroque latere provenientium. De Luc. *de Succ. diſc.* 13. *n.* 10.

Debitor generis condemnari non debet ad pretium, 20
niſi quando aliàs adimpleri non poſſet. De Luc. *de Regul. diſc.* 113. *n.* 5.

In

21 In sermone generali non comprehenditur persona loquentis. Card. de Luc. *de Jurisd. disc.* 13. *nu.* 11. Rot. *dec.* 640. *n.* 23. *& seqq. p.* 19. *tom.* 2. *rec.* Piton. *alleg.* 24. *n.* 13. *tom.* 1.

22 Generalitas verborum intelligitur juxta subjectam personæ. Mantic. *de Tacit. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 13. *& lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 32. Rot. *dec.* 48. *n.* 7. *p.* 17. *rec.* Piton. *alleg.* 24. *n.* 29. *tom.* 1.

23 Si præsentatus comprehendatur intra genus qualificationis universalis sufficit, ut eius præsentario substineatur Emeria jun. *decis.* 1272. *num.* 8. Piton. *all.* 30. *n.* 17. *tom.* 1.

24 Major latitudo generis vocati convenit tam juripatronatus activo, quàm passivo Card. De Luc. *de Fideicom. disc.* 8. *n.* 16. Piton *all.* 89. *n.* 18. *tom.* 2.

25 Dictio *et* posita inter speciem & genus semper stat ampliativè Rot. *dec.* 337. *n.* 18. *& seqq. p.* 17. *rec.* Piton. *alleg.* 75. *n.* 13. *tom.* 2.

26 Genus comprehendit sub se omnes species. Palma nepos *decis.* 100. *num.* 30. *& all.* 3. *n.* 56.

27 Genus per species declaratur Barbos. *axiom.* 107. *n.* 23. Palm. nep. *alleg.* 285. *n.* 80. *tom.* 3.

28 Genus comprehendit species, sed non infert, species vero infert genus, sed non comprehendit Fagnan. *in cap. cum secundum n.* 13. *de Præbend.*

29 Genere existente incapaci non fit distributio, vel diffusio in ejus species Fagnan. *in cap. responso nu.* 97. *de sent. excomm.* Contrarium *ibidem n.* 111.

30 Generis positio necessariò sequitur ad positionem speciei Fagean. *in cap. ad hæc n.* 18. *de Præbend.*

31 Genus idem operatur quoad omnia, quod species quoad speciem Fagnan. *in cap. litteras num.* 11. *de concess. Præbend.*

32 Genus a quo removetur, & quælibet ejus species Fagnan. *in cap. quæ in ecclesiarum n.* 36. *de Constit.*

33 De Generalibus diversarum Religionum Fagnae. *supr. Decret. in Indice verb. Generalis* De Luc. pariter *in Indic. verb. Generalis*.

34 De Vicario generali latissimè Pellegrin. *in Prax. Vicar.* De Luc. *in Indic. general. verb. Vicarius*.

§. GESTIO. IV.

1 GErens se pro procuratore, debet probare se esse talem, quod generale est ante omnia, ut asserens se pro tali debeat probare se esse talem, qualem se facit, & sufficit, quòd semel dixerit se gerere procuratorio nomine, ut semper in quolibet actu censeatur repetità hujusmodi qualitas, quamvis de stylo ferè semper reputatur, Pract. Papp. *cum Addit. in form. Respons. rei convent glos. Simonius Spelta*, alios vide *in §. Mandatum n.* *& §. Procurator nu.*

Florentiæ tamen de stylo, in judiciis numquam solet opponi dicta exceptio, sed passim Procuratores admittuntur ad agendum, & excipiendum absq; eo, quòd doceant de mandato, & scripturas semper concipiunt proprio nomine principalium litigantium, & non procuratorio nomine, & quod pejus est recipiuntur hujusmodi scripturæ nomine principalium factæ per Actuarios à quocumque producente, & sine annotatione nominis ipsius producentis, simpliciter dicendo, *die tali exhibitæ*, quod est adeò mali exempli, ut nihil pejus, propter falsitatis, & præjudicia, quæ contra litigantes hoc modo excogitari, & fieri possunt, ac sæpè usu eveniunt, ità ut quandoque ansam dederit providendi per legem particularem hujusmodi inconvenientibus sicuti de anno 1667. de mandato Serenissimi occasione aliorum bannimentorum faciendorum contra fures, & testes fallos, fuit per me complera lex etiam super hoc capite, obligando saltem Actuarios ad exprimendum diam, nomen, & cognomen producentis in exhibitione scripturarum, alias non efficiantur de actis, & sub pœna illis ipso facto privationis officii, & inhabilitatis ad alia; quamvis urgentioribus posteà negotiis, detentis illis, ad quos magis spectabat, dicta bannimenta, etsi valdè necessaria, numquam usque adhuc fuerint publicata.

2 Gerens se pro Procuratore, Advocato, Doctore, Notario, Milite, Equite, vel alio, similem officium, vel dignitatem habente, cùm verè non sit talis punitur pœna falsi, quæ est judici arbitraria, Cabal. *resol. crim. cas.* 176. *per tot.* dixi *in §. Assertia num.* *& § Falsitas n.* Riec. *part.* 7. *collect.* 2368.

Gesta per falsum procuratorem, non possunt post sententiam, vel post oppositum defectum mandati ratificari ad convalidandum processum, Jason. *in l. licet, Cod. de procur. n.* 10. Addit. ad Pract. Pap. *respons. rei convent. glos. Simonius Spelta n.* 5. *lit. F.* vide *in §. Mandatum num.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 29. *à n.* 57. *tom.* 2. *& rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 31. *n.* 1349. *tom.* 5. Fajard. *alleg.* 9. *nu.* 31. Albrit. *de Incost. in judic. quæst.* 12. *n.* 109. *& seq* 3

Gesta per procuratorem in causa criminali ubi agitur de pœna corporis afflictiva sunt ipso jure nulla, Clar. *§. fin. quæst.* 32. *vers. penultima*, vide *in §. Procurator n.* An admittantur procuratores in causis criminalibus Carpzou. *in prax. quæst.* 105. 4

Gesta cum falso tutore sive scienter, sive ignoranter, etiam pupillo defenso, non valent, *l.* 1. *idem Pomponius*, *& tot. tit. ff. quod fals. tut. auct.* Cavaler. *decis.* 67. *in fine*, vide *in §. Tutor num.* 5

An autem gesta per tutorem, qui non confecit inventarium sint valida, dic quòd sic si publicè pro tutore reputabatur, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 89. vide *in §. Tutor n.* 11. *&* 39. Vide Rot. coram Ansald. *decis.* 43. *sub n.* 16.

Quòd gesta cum minore, quando sunt ei utilia non rescindantur, *l. quod si minor*, *§. non semper*, *ff. de minor.* Carol. Tap. *decis.* 5. *nu.* 38. vide *in §. Contractus n.* 8. *&c.*

Gesta in judicio summario non attenduntur in plenario, Castr. *cons.* 337. *num.* 5. Seraph. *decis.* 193. facit quod dixi *in §. Acta n.* 6. *&c.* 6

Gesta communi nomine fratrum constituunt, & denotant generalem societatem inter eos, Rom. *cons.* 291. Dec. *cons.* 66. 68 Simon. de Prat. *cons.* 24. *nu.* 11. vide *in §. Societas*, ubi plura, & plures allegavi ad rem. 7

Gesta per metum aut sunt invalida, aut rescindenda, Menoch. *cons.* 1. *n.* 271. *& cons.* 2. *nu.* 170. *lib.* 1. vide *in §. Metus per tot.* ubi plura. 8

Gesta sine scientia, & patientia partis nihil operantur in ejus præjudicium, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 221. *n.* 14. *vol. pr.* 9

Gesta à servo, sive famulo, vel filiofamilias præsumuntur gesta de consensu domini, vel patris maximè si concurrat aliqua præsumptio contra patrem, vel dominum, vel ubi sentiunt aliquod commodum ex illo facto; quæ tamen conclusio non procedit in delictis, quia consensus ad delicta non præsumitur; nisi dominus sciverit, & non prohibuerit, quando prohibere potuit, vel nisi scienter utatur servis improbis, Rom. *cons.* 152. Menoch. *cons.* 53. cum aliis per Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1300. *per tot.* vide *in §. Mandatum n.* 31. *&c.* Late Giurb. *cons.* 91. 10

De gerente negotia alterius, sive de negotiis gestis, habetur *tit. de negot. gest.* & alia indicat Stephan. Daoyz. *in suo Indice* relatus à Com. August. Font. *in Bibliothec. leg. part.* 4. *verb. Gerente fol.* 650. Brunnemann. *in dict. tit. de negot. gest.* 11

Gesta cum institore, vel procuratore revocato valent, si revocatio non fuit notificata re integra, Felin. *in cap. ex parte Decani* 33. *n.* 7. *&* 22. *de rescrip.* Cyriac. *contr.* 188. *n.* 25. *et seqq.* 12

Gerens aliquid tamquam Minister, & Officialis, & jussu superioris, non autem ex propria persona, non remanet obligatus, nec contra eum ulla competit actio, sed tantùm contra mandantem, quia actus tribuitur mandanti, & non exequenti Cyriac. *controv.* 484. *n.* 13. *et seqq.* 13

Gesta quæcumque contra formam à jure, vel ab homine præscriptam, sunt ipso jure nulla, *l. cum hi* *&. §. si Prætor*, *ff. de transact.* cum similibus, & pluribus citatis per Velam *dissert.* 37. *n.* 8. & ego dixi *in §. Forma*. Fagnan. *in cap. cumsum n.* 26. *de Election.* 14

Gesta contra Constitutiones Ordinis confirmatas cum Decreto irritanti non valent Fagnan. *in c. cum accessissent n.* 16. *de Constitut.* Quod tamen declara, *ut ibidem n.* 21. *et* 27. 15

Ge-

16 Gesta a Prælato putativo non sustinentur ex communi errore, sed requiritur etiam titulus ab habente auctoritatem Fagnen. *in cap. super ea nu. 9. de crimin. falf.* Et vide eumdem *in Indice verb. Prælatus putativus*.

17 Gesta ab excommunicato ut valeant, requiritur titulus putativus a legitimo superiore, nec sufficit a superiore putativo Fagnan. *in cap. quod a prædecessore nu. 130. de Schismat.*

18 Gesta ab intruso non sustinentur, etiamsi gerantur prætextu publici Officii Fagnan. *ibidem n. 132.*

19 Gesta ab occultè excommunicato non sustinentur quoad eos, qui sciunt impedimenta *ibidem n. 134.*

20 Gesta ratione publici officii non sustinentur post interdictum superioris Fagnan. *in cap. sicut te nu. 38. et 40. de Cler. vel Monach.*

21 Gesta per Electum toleratum an sustineantur ex titulo putativo, & communi errore Fagnan. *in cap. nihil n. 35. de Elect.*

22 Gesta in Concilio perpetuam fidem faciunt Fagnan. *in cap. ex gestis nu. 2. de Cleric. non resid.* Dummodo sint descripta per personam publicam, vel repetiantur in Archiviis authenticarum personarum *ibidem n. 3.*

23 Gesta extrajudicialis sunt, acta verò judicialia Fagnan. *loc. cit. n. 4.*

24 Gesta contra prohibitionem Legis non procedensis ad irritationem actus an, & quando sint nulla Fagnan. *in cap. responsa n. 103. de sent. excomm.*

25 Gesta cum Procuratore revocato quando sint nulla Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 35. num. 79. cum seqq. tom. 2.* Franch. & Add. *decis.* 490. Sess. *decis.* 81. Idem Altimar. *ibid. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. a n. 1161. tom. 5.* vide infra *n. 31.*

26 Gerens negotium alterius contra illius voluntatem, an utiliter impensum repetat Linglois *in l. fin. C. de negoc. gest.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 6. sect. 3. a n. 26. tom. 3.*

27 Gesta cum eo ex una persona, qui duas personas repræsentare potest, an suffragentur quoad eliem Salgad. *de retent. bull. part. 2. cap. 15. nu. 35.* Altim. *rubr. pr. quæst. 20. n. 93. dict. tom. 3.*

28 Gesta a Tutore, vel Curatore minus legitimè constituto an debeant approbari Salgad. *Labyr. part. 2. cap. 9. n. 104.* Rot. *part. 14. dec. 473. part. 15. dec. 107. & 213. part. 16. dec. 206. a nu. 10.* Altimar. *loc. cit. rubr. pr. quæst. 6. sect. 7. n. 204. tom. 3.*

29 Gesta eb injustè carcerato num ipso jure sint nulla Surd. *cons. 37. n. 20.* Vermigl. *cons. 178. n. 3.* Rot. *part. pr. rec. decis. 490.* Scanarol. *de Visit. carcer. lib. pr. sect. 2. n. 6.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 14. n. 379. tom. 3.*

30 Gesta, & approbate coram Arbitris, si expiravit compromissum, possunt produci coram Judice ordinario inter eosdem litigantes Altimar. *de nullit. rub. pr. part. 2. quæst. 28. n. 375. et 376. tom. 4.* Quod intellige ut *ibidem* & per Ursell. *conclus. 133. n. 140. et 141.*

31 Gesta per procuratorem revocatum quando Dominus possit approbare Altima. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 31. n. 1182. tom. 5.*

32 Gesta per falsum procuratorem, vel non certum, vel non legitimum ratificari nequeunt, quando talis procurator declaratus est per Judicem quod non habeat sufficiens mandatum Altimat. *d. quæst. 31. nu. 1549.*

33 Gesta cum minore rescinduntur, si æquitas suadet, quando sua facilitate minor decipitur Faria ad Covar. *lib. pr. cap. 3. n. 61.* Mans. *in Bibliotb. Jur. tit. de rest. tit. 2. num. 25. et 83.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. n. 24. tom. 6.*

§. GRADUS. V.

1 Gradus est habitudo, sive mensura personarum distantium, qua cognoscitur, quota consanguinitatis distantia aliqui inter se jungantur, Altograd. *cons. 94. n. 10. lib. 2.* ubi etiam quid sit linea, & consanguinitas. Vide Fagnan. *in cap. requisivit nu. 41. de ordin. ab Episc.* Palm. nep. *alleg. 235. n. 64. tom. 3.*

De regulis attendendis in computatione graduum tam de jure civili, quam canonico, & sic quomodo gradus computentur, dixi *in §. Computatio*, Tusch. *litt. G, concl. 46. per tot.* De quibus latè Nicol. *Elucubrat. utriusq. jur. lib. pr. tit. 10. Instit. Civil.*

Quòd in materia statutaria matrimonio excepto, gradus computari debeant secundùm jus civile, & non secundùm jus canonicum, nisi aliter appareat de mente statuentium, Gratian. *discept. for. cap 77. n. pr.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 80. nu. 23.* & Rot. *part. 14 recent. decis. 57. n. 6. & seqq.* Magon. *decis. Flor. 105.* Rot. coram Capret. *decis. 239. n. 5. decis. 291. nu. 10. et seqq. part. pr.* & vide infra *in novissimis addit.* Crescin.

Gradus quot attendantur in successionibus, & sic usque ad quem gradum deferatur successio dixi *in §. Successio n. 6. et 7.* 2

Et usque ad quem gradum, vel generationem extendatur fideicommissum, vide *in §. Fideicommissum n. 26.* Tusch. *litt. F, concl. 252. per tot.*

Quòd gradus prioritas, & non vinculorum pluralitas sit attendenda, Castr. *cons. 69. lib. 2.* vide *in §. Frater n. 5.*

Gradus medius caducetus, sive deficiens non facit cessare, nec deficere gradum sequentem, nam per vulgarem anomalam in quocumque substitutionum gradu, maxime per compendiosam ordinato, continetur vulgaris; cujus virtute in locum eorum, qui nec nati, nec hæredes fuerunt, proximiores de agnatione postea vocati succedunt, Peregrin. *de fideicomm. art. 15. n. 14. et 23. vers. ex quibus omnibus*, Fusar. *de substitut. quæst. 469. nu. 68.* Gratian. *discept. for. cap. 747. n. 19. et 23. et cap. 979. n. 21. et seqq.* & tenuit Rota Florentina *in una Florentina fideicommissi* 26. Augusti 1648. *vers. quæ vulgaris*, & dixi ego plenius, ac pluribus citatis *in §. Substitutio num.* ubi vide, & Bich. *decis. 27. nu. 11. decis. 27. n. 3. et seqq. et decis. 548. n. pr.* De Luc. *de fideicomm. disc. 107. sub n. 5.* Vide Capret. *dec. 413. n. 2. part. pr. dec. 426. n. 2. et 3. part. 2.* Emerix jun. *in Decis. S. R. R. in Indic. verb. substitutio, et substitutus.* 3

Gradus debent distinctè probari per dinumerationem, cum etiam multi vocentur fratres, qui non sunt, Ursil. ad Afflict. *decis. 25. n. 3.* Rot, *in novissi. part. pr. decis. 185. n. 4.* vide alios *in §. Consanguinitas n. 3.* Rot. *part. 10. rec. dec. 159.* ubi secùs quando alius non concurrit. 4

Quomodo gradus affinitatis probetur per testes Mascar. *de probat. vol. 2. conclus. 844. per tot.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin.

Gradus proximioritas non attenditur inter lineas diversas, sed inter pares in eadem linea, cum non sit in gradu, qui non est in linea, nisi alitèr constet de mente testatoris, Rot. *part. 11. recent. dec. 346. n. 6.* vide *in §. Primogenitum n. 14.* 5

Gradus quando pro honore sumitur, qualiter probetur per communem reputationem, & quando secùs, Mascerd. *de probat. vol. 2. concl. 843.* 6

De graduum computatione, & de gradibus prout sunt dignitates, ac de graduatis plura Ægid. de Castejon. *in Alphabet. jurid. verb. Gradus, Graduati*, Mendo *de Jur. Acad. in Indice verb. Gradus*, & Com. August. Fontan. *in Bibliotb. leg. part. 4. cod. verb. fol. 652.* Em. Card. De Luc. *In Indice general. verb. gradus.* Alter De Luc. *de lin. legal.* Fagnan. *sup. Decretal.* Mans. Palm. Emerix Caprat. & alii moderni. 7

De gradibus, illorum computatione, & hujusmodi ad effectum succedendi, maxime in Majoritatibus, Primogenituris, & fideicommissis, plura sparsim Jo: Torre *at in repert. general. tract. de success. in Majorat. & primogen. Ital. in fine part. 3. verb. Gradus.* 8

Gradu aliquo certo conjunctionis probato, præsumitur proximior, nisi ab alio diversum probetur, & ille succedit, Surd. *cons. 241. num. 26. & decis. 106. n. 8.* Mascard. *de probat. in verb. Proximior conclus. 1251.* Cyriac. *controv. 632. n. 1. & 2.* alia de gradibus tradit idem Cyriac. *in diversis locis, ut in Indice ver. Gradus.* Fagnan. & alii moderni canonistæ. 9

Gradu medio substitutionis caducato, an, & quando 10

do admittatur sequens, latè Ramon. *cum notabl. observ.* Jacob. Baldue. *ad cons.* 18. *num.* 23. *& seqq. per tot.* & dixi ego *in* §. *Substitutio num.* 36. *cum Addit. Et ibi* etiam Crescin., & vide etiam infra *in novissimis additionibus* ejusdem Crescin. *n.* 15.

11 Gradus dicti sunt à gradiendo ad similitudinem scalarum, aliorumque locorum proclivium Rebuff. *in l. liberorum* 220. §. *totum vers. gradus ff. de verb. signif.* Palma Nepos *all.* 232. *n.* 23. *tom.* 3.

12 Gradum suum constituit quilibet ex Filiis, ac descendentibus vide text. in *l. Juris consultus* §. *sunt & ex lateribus ff. de gradibus affinitatis* Palma Nepos *all.* 232. *n.* 22. *tom.* 3.

13 Gradus ad effectum de quo in *Novella* 159. *de restit. fideicommissi* quomodo sint computandi Caren. *resol.* 162. *num.* 2. & 3. Palma Nepos *all.* 235. *nu.* 44. *tom.* 3.

14 Gradus non quæritur in successione inter ascendentem, & descendentem Otmotom. *in tit. instit. de hæredit. quæ ab intestat. deferuntur, & in tit. de success. Filiorum natural. & legitimar. simul. n.* 14. *vers. non solum, & n.* 20. *vers. nam tunc jure repræsentationis pronepotes, & n.* 21. *vers. nam, & remotiores in infinitum*, Palma Nepos *all.* 273. *n.* 21. *tom* 3.

15 Gradu uno caducato sequens quando, & quomodo succedat Giovagn. *consil.* 77. *num.* 7. 8. *vol. pr.* Mel. *allegat.* 61. *num.* 37. *volum.* 2. latissimè Redenasc. *in suo cons.* 11. *per totum sed præcipuè num.* 7. 8. ubi doctores ad saturitatem cumulat Rot. *decis.* 201. *num.* 51. *part.* 9. & coram Bich. *dec.* 548. *n.* 6. 7. 8. 9. Palma Nepos *all.* 127. *n.* 1. 2. 3. *tom.* 2.

16 Gradibus consanguinitatis, & affinitatis sublatis, censentur etiam sublati, gradus honestatis, Abb. *in cap. Sponsam n.* 4. *de spons. & matrim.* Fagnan. *in cap. ad audientiam n.* 19. *de Spons. & Matrim.*

17 Gradu quarto, vel citeriori distans à stipite, cum distante quinto, vel ulteriori contrahere potest Fagnan. *in cap. Vir, qui n.* 5. *de consang. & affinit.*

18 Gradu quoto remotior persona distat à communi stipite, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam Fagnan. *ibid. num.* 2. Etiamsi eorum alter distet à stipite in primo grado, Fagnan. *ibid. num.* 3., *& seqq. & num.* 8. 11. *& seqq*

19 Gradum remotiorem in dispensationibus Matrimonialibus non sufficit exprimere, si alter ex conjunctis primum gradum quoquomodo attingat Abb. *in cap. final. de consanguinit. & affinit.* Fagnan. *ibid. num.* 4. *&* 7. Sed in aliis gradibus remotior attenditur, & trahit ad se propinquiorem, Fagnan. *ibid. num.* 5.

20 Gradus in ascendentibus tot sunt, quot personæ dempto stipite Fagnan. *ibid. n.* 6.

21 Gradus primus non autem remotior attenditur quoad obtinendam dispensationem, non autem ad inducendum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, aut publicè honestatis, Fagnan. *ibid. num.* 7. *& num. seqq.*

22 Gradus primus, & secundus publicè honestatis sublatus est à Concilio Tridentino, cum sit computatio à remotiori, Fagnan. *ibid. n.* 9.

23 Gradus propinquior num in dispensationibus sit attendendus Covarr. *in* 4. *Decretal. part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *n.* 12. & alii apud Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 5. *num.* 33. *propè finem* Fagnan. *ibid. num.* 14. *& num. seqq.* Ex constitutione Pii IV. gradus propinquior exprimendus non tamen super eo dispensandum, Fagnan. *ibid. num.* 15. Eadem Constitutio quoad expressionem gradus propinquioris revocata est à Pio V. præter quam quoad primum gradum, & declarationem super remotiori, Fagnan. *ibid. num.* 6.

24 Gradus nullus jure Divino hodie prohibitus est, qui idem non sit prohibitus jure naturæ Cajetan. 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 9. *in solution. ad* 3. Fagnan. *ibid. n.* 29. *& num.* 31.

25 Gradus vincitur à linea in majoratibus, & primogeniturio Molin. *de primogenitura lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 13. *& seqq.* De Luc. *de Fideicomm. disc.* 15. *num.* 4. *disc.* 16. *n.* 5. *de success. disc.* 16. *nu.* 16. Vincit tamen sexum, & ætatem De Luc. *de Fideicomm. disc.* 15. *n.* 4. *disc.* 16. *num.* 5.

26 A secundo gradu fit transitus ad tertium, & non fit reversio ad primum De Luc. *de Fideicomm. disc.* 207. *n.* 10.

27 In materia matrimoniali gradus computatur secundum jus Canonicum de Luc. *de success. dis.* 17. *n.* 12. in materia autem successionis regulatur à jure civili De Luc. *disc.* 17. *sub n.* 12. *&* 13. Et vide Emerix jun. *decis.* 898. *n.* 2. *decis.* 1062. *n.* 5.

28 Æqualitas gradus requiritur ut masculi vigore statuti Fæminas excludant Rovit. *decis.* 20. Rot. *dec.* 2. *num.* 33. *part.* 1. *divers.* De Luc. *de success. disc.* 3. *n.* 4. *& seqq. disc.* 13. *nu.* 26. *disc.* 16. *n.* 9. in quibus locis hoc declaratur.

29 Duplicitas sive unicitas quando attendatur in successionibus fideicommissariis, Rota apud Othob. *decis.* 91. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 20. *n.* 6. Rot. coram Emerix jun. *decis.* 1223. *n.* 6.

30 Proximitas gradus attenditur respectu gravati morientis De Luc. *de Fideicomm. disc.* 17. *num.* 3. *disc.* 18. *num.* 3.

31 Prærogativa gradus attenditur in successione Fideicommissaria Merlin. *decis.* 798. ex auctoritate Covar. *practicar. quæst. cap.* 38. *in fin.* Gabr. *cons.* 196. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2. De Luc. *de jurep. disc.* 61. *num.* 9. Quid in Jurepatronatus *dict. disc.* 61. *n.* 9. *&* 10.

32 Gradus descendentiæ, vel parentelæ distinctè est probandus quando vocatur proximior, secus si certum genus indefinitè vocetur De Luc. *de Jurep. disc.* 60. *n.* 34.

Et ubi res est in fieri, secus si in facto esse De Luc. *de Jurep. disc.* 27. *n.* 6.

33 Charitas, & affectio naturalis non præsumitur egredi quartum gradum Rota *decis.* 490. *n.* 12. *p.* 18. *recentiorum* Emerix Jun. *dec.* 898. *n.* 3.

34 Prærogativa gradus per Testatorem generaliter volita excludit repræsentationem Emerix jun. *decis.* 1166. *n.* 1. Rot. coram Priol. *decis.* 283. *num.* 16. *& decis.* 314. *n.* 3.

Limita, quando fuit volita dumtaxat in ingressu, non autem in progressu fideicommissi Emerix Jun. *dec.* 1166. *n.* 2.

Prærogativa Gradus censetur per Testatorem volita tam in ingressu, quàm in progressu Fideicommissi, si fuit ordinata in omnibus locis, & capitibus Testamenti, & cum dictione *semper* Emerix Jun. *dec.* 1166. *n.* 3.

Prærogativa Gradus non censetur volita per Testatorem in Primogenitura, ad quam vocavit Filios, aut descendentes aliquorum forte extrahendos Emerix Jun. *dec.* 1338. *num.* 20. Caren. *resol.* 96. *a num.* 2. Cyriac. *contr.* 209. *à n.* 48. *contr.* 548. *n.* 41.

Item si in casu mortis civilis volita fuit tàm in ingressu, quàm in progressu Emerix Jun. *dec.* 1166. *n.* 4.

Censetur autem volita dumtaxat in ingressu fideicommissi si fuit ordinata in iis Testamenti partibus in quibus facta fuit mentio proximiorum, Emerix Jun. *dec.* 1166. *n.* 5.

Item censetur volita inter plures alternativè vocatos vide text. *in l. hæredes mei* 57. §. *Pen. & te ff. ad Senat. Consult. Trebell.* Emerix Jun. *dec.* 1338. *n.* 15.

35 Gradus quilibet debet probari per duos testes Zuff. *de Crim. process. legitimatione quæst.* 36. *n.* 10.

36 Gradu ex diverso qualiter sint Pater, & Filius De Luc. *de pluralit. Legali cap.* 21. *n.* 7.

37 Graduatio qualiter in primogeniis Molin. *lib.* 3. *cap.* 4. Amat. *res.* 1. Reg. Marcian. *disp.* 1. *cum seq.* Rosa *consult.* 69. *num.* 5. Carl. Antoni de Luca *de Linea Legali tom.* 1. *art.* 8. *n.* 5.

38 Graduum computationis materia est difficilis Bart. *in l. si avia C. de success. edict.* Carl. Anton. De Luc. *de linea legali tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 2.

39 Gradum Justinianus appellat pro linea Carl. Anton. De Luc. *de Linea legal. tom.* 1. *ibid. n.* 24.

40 Graduum computatio de jure civili est propria, & illa de jure Canonico impropria, quæ fit per saltum Carl. Anton. De Luc. *de linea legal. tom.* 1. *ibid. n.* 28. *& art.* 30. *n.* 11.

41 Graduum computatio in linea recta ascendentium eadem est de jure Civili, & Canonico Pontius *de Matrim. lib.* 7. *cap.* 30. *num.* 7. Sanch. *de matrim. libr.* 7. *disp.* 50. *n.* 7. Carl. Anton. De Luc. *de Linea Legal. tom.* 1. *art.* 30. *n.* 3.

42 Gradus de jure civili in linea transversali, qualiter computentur Carl. Anton. De Luc. *de linea legal. ibid. num.* 4.

Gra-

43 Gradus primas de jure civili non iuvenitur in fratribus, & quare Scacia *de Judic. lib. 3. c. 2. num. 587.* Carl. Anton. de Luc. *de linca legal. ibid. n. 5. & 6.*

44 Graduum computstio de jure Civili, quæ, & quod ſit ſemper eadem Carl. Anton. De Luc. *de linea legal. ibid. num. 8.*

45 Graduum aomputatio dc jura Canonico in linea tranſverſali qualiter diferat ab illa de jure civili Carl. Anton De Luc. *de linea legal. tom. 1. art. 1. n. 28. & art. 30. n. 9. & ſeqq.*

46 Graduum computatio de jure Canonico ſit in Matrimoniis Covarr. *ad 4. decretal. 2. p. cap. 6. §. 6. nu. 8.* Sanchez *lib. 7. diſput. 50.* Carl. Aaton. De Luc. *de linea legali tom. 1. art. 30. n. 11.*

An Graduum computario de jure civili, vel de jure Canonico fiat in foro Eccleſiaſtico extrà Matrimonium in materia ſucceſſionum, & aliis Brun. *de ſtatuto excluſ. fæmin. art. 5. quæſt. 11. n. 19. & art. 12. quæſt. 21. n. 22.* Carl. Anton. De Lnc. *de linea legali tom. 1. art. 2. n. 23. & art. 1. n. 28. & art. 30. 11.*

Graduum computatio dc jurc civili, & nou da jura Canonico fit quando aliter per ſtatutum non caveatur Marta *part. 3. quæſt. 2. art. 2. n. 22.* Carl. Anton. De Luc. *de linea legali tom. 1. art. 30. n. 11.*

Graduum computatio ſi ex ſtatuto fiat dc jure Canonico in ſucceſſiona ab inteſtato, an idem ſervandum ſit in ſucceſſione ex teſtamento Caſtrenſ. *conſ. 279. lib. 1.* Carl. Anton. De Luc. *de linea legali tom. 1. art. 2. n. 23.*

47 Gradus uuns non facit lineam Carl. Auton. De Luc. *de linea legali tom. 1. art. 1. n. 20.*

48 Gradus remosior de jura Canonico an imbibat proximiorem, & an proximior ad aliquid deſerviat Carl. Anton. De Luc. *de linea legal. tom. 1. art. 30. n. 24.*

49 Graduum computatio dc jura canonico ex diſpoſitione ſtatuti, purà in ſucceſſione, an patruus concurrat cum fratribus conſobrinis, quia licet parrnus ſit de jure Civili in tertio gradu, & fratres conſobrini in quarto, attamen de jura Canonico eſt conjunctus in ſecundo pro ut fratres conſobrini, vel patruus uti in tertio dc jurc civili cenſeatur proximior Zaſ. *conſ. 4. lib. 1.* Carl. Anton. De Luc. *de linea legali tom. 1. art. 2. n. 25.*

50 Gradus proximior cum remotiori eſt exprimendus in diſpenſatione Matrimoniali, ut purà diſtantia in ſecundo, & quarto, vel tertio proximiori, & quarto remotiori licet alias remutior imbibat remotiorem. Carol. Anton. Dc Luc. *de linea legal. tom. 1. art. 30. n. 10. & n. 24. & 25.*

51 Gradus ſupputatio da jure canonico in linea tranſverſali qualiter inducat æqualem diſtantiam gradus, & perſonæ ramotioris à perſona alterius lateris ſive prima, ſive ſecunda, ſive tertia inæqualiter diſtantibus à ſtipite Carl. Anſon. De Luc. *de linea legal. tom. 1. art. 30. n. 10.*

Gravatus autem cum expressa prohibitione alienationis, non potest etiam pendente conditione alienare, nec censum imponere, & si de facto contravenerit, omnia gesta sunt nulla, & incurrit pœnas à testatore impositas, à quibus non liberatur etiam posteà redimendo, nisi redimat antequam actum fuerit ad illas; valeret tamen alienatio, vel obligatio pro melioramentis, vel si fieret ob causam necessariam, ad quam testator si viveret teneretur saltem ex æquitate, & naturali impulsu, & aliis nullis liberis non existentibus, vel quando prohibitio esset nuda, & sine causa, quo casu habet vim tantùm consilii, & non præcepti, nec novum fideicommissum inducit in casu alienationis, vel si fideicommissarius consentiret, & semper valet in præjudicium ipsius alienantis, vel imponentis, & suorum heredum, qui tenentur ad omne interesse, & damnum emptoris, latè Cenc. *de cens. d. quæst.* 19. *num.* 5. *& seqq. per tot.* Gratian. *discept.* 656. *n.* 35. ubi quod stante expressa prohibitione alienans nihil agit, nec dominium transfert, vide *in §. Prohibitio n..* Quod sustineatur in melioramentis De Luc. *de Legitim. disc.* 25. *d n.* 35.

2 Gravatus de restituendo, & prohibitus alienare, si habet jus detrahendi legitimam, & Trebellianicam, imponendo censum super aliqua re hæreditaria, vel alienando, censetur hujusmodi rem eligere pro sua legitima, & Trebellianica, pro quarum rata sustineatur alienatio, vel census impositio, Cenc. *de cens. quæst.* 20. *num.* 17. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 57. Rot. *part.* 3. *divers. decis.* 674. *num.* 7. Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 3. vide *in §. Exceptio nu.* 27. Rot. *part.* 9. *rec dec.* 299. *per tot. part.* 13. *dec.* 147. *& part.* 18. *dec.* 177. *per tot.* ubi etiá quòd onus fideicommissarii est probare detractiones fuisse antè alienationem consumptas, si illam impugnare velit, *& decis.* 270. *d. part.* 18. *& decis.* 289. *nu.* 3. *& seqq.* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 641. *num.* 12. Mantill. ad ornatum Card. De Luc. *lib.* 10. *decis.* 72. *n.* 24. *vol.* 3.

De hujusmodi electione resultante ex alienatione, Magon. *dec. Flor.* 33. *num.* 11. *& seqq. & decis.* 91. *num.* 5. ubi quòd non potest posteà rem alienatam redimere, & in hæreditate reponere ad effectum iterùm eligendi.

Quòd gravatus de restituendo sub conditione, illa pendente dicatur dominus, & possessor, & possit alienare, ac ideò tantò magis pro detractione legitimæ, & Trebellianicæ cessante fraude, ita ut semper sustineatur alienatio, quamvis posteá gravatus, tot fructus percepisset, qui implerent dictas portiones, in quibus alias imputantur, juxta ea, quæ dixi *in §. Fructus num.* 20. *& seqq.* 1 licèt teneatur dictos fructus fideicommissario reintegrare, & restituere: Si verò hujusmodi fructus implentes dictas quartas gravatus percepisset antè alienationem, non posset alienatio sustineri, cùm esset illius causa, nisi essemus in filiis, vel nepotibus illorum locum representantibus, qui habent ex privilegio non imputandi fructus, etiam si pater jusserit, juxta distinctionem Cruci *in l. filius fam. §. divi, ff. de leg.* 2. quam communiter sequuntur DD. late Gratian. *discept. forens. cap.* 265. *per tot.* Cavaler. *decis.* 20. Rot. post Merlin. *de legit. disc. pr. per tot.* Magon. *decis. Flor.* 10. *nu.* 10. vide *in §. Legitima n.* 19. *§. Exceptio n.* 27. Rot. *in Romana Domus de Usazzis* 27. *Junii* 1663. *coram Cerro*, Urceol. *in Append. ad cap.* 20. *in fine* 2. *vol.* ubi quòd agendum est contra hæredes alienantis pro reintegratione fideicommissi pro quantitate alienata, si fructus alienans postea percepit absorbentes dictam quartam, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 416. late Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *dict. cap.* 265.

Quod gravatus post mortem faciat interim fructus perceptos suos post aditam hæreditatem, nec illos imputet in dictas quartas, Martha *vot. Pis.* 202. *nu.* 22. vide *in §. Fructus num.* 23. *&c.*

Quòd non facto inventario, alienationes per gravatum factæ præsumantur adæquare detractiones illi competentes, & nil aliud pro residuo prætendi possit, nisi probetur negativa insufficientiæ, & non existentiæ aliorum bonorum, pulchre Pontirol. *in Respons. pro Mambellis nu.* 521. *& seqq.* ubi latè docet modos, & praxim probandi hujusmodi negativam, & dixi *in §. Negativa num.* vide Urceol. *Consult. forens. cap.* 53. *num.* 29. *& seqq. per tot. volum.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 294. *per tot. part.* 15. *decis.* 416. *num.* 10. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 266. *num.* 16. De Luca *de fideicom. disc.* 199. *n.* 5.

Contra præfatam distinctionem perfectionis fructuum antè, vel post alienationem, ingeniosè insurrexit Altograd. *cons.* 105. *num.* 24. *& seqq. lib.* 2. sive potius D. Joseph ejus filius, expresse contrà opinionem Rotæ Romanæ, & præcipuè penes Cavaler. *decis.* 20. probando quòd possit alienatio revocari, si posteà hæres tot fructus perceperit, qui Trebellianicam absorbeant, loquendo in extraneis, quibus fructus imputantur. Sed non esse recedendum ab opinione Rotæ existimo, & pro certo audivi contra illud consilium Altogradi fuisse judicatum Ravennæ ubi causa agebatur ad favorem D. Alexandri de Fuschinis Lugensis compatris mei, licet etiam adhuc pro eadem causa Romę vexetur ex aliis fortè fundamentis.

Pro opinione tamen Altogradi stant Peregrin. *de fideicom. art.* 39. *num.* 5. *& cons.* 49. *lib.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 543. *num.* 3. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 3. *sub nu n.* 9. Merend. *controver. jur. lib.* 8. *cap.* 46. Andreol. *controv.* 157. *num.* 21. *& alii ab ipsis citati*, notantes emptori esse imputandum, si non prævidit futuram fructuum perceptionem, & imputationem, & contrariam opinionem procedere tantùm in filiis, qui fructus non imputant, facit Rot. post tract. Urceol. *de transact. decis.* 11. *num.* 11. *& seqq. per tot.* ubi quòd prædicta doctrina Croti non est tuta, & quomodo procedere possit.

Gravatus de restituendo etiam cum prohibitione alienationis, si sit creditor super bonis restituendis occasione dotis sibi promissæ de voluntate testatoris, potest pro rata sui crediti censum imponere, maximè si fecit inventarium quo mediante non confunduntur actiones, Cenc. *de cens. quæst.* 20. *in fine*, vide *in §. Hæres num.* 36. *& seqq.* 3

Quòd gravatus fideicommisso universali, possit post aditionem detrahere sua credita, quæ contra testatorem habebat, quia tali casu non fuit inducta confusio per aditionem, Duran. *decis.* 348. *nu.* 12. Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 197. *num.* 14. vida *in §. Additio*

tio num. Vide Antonin. de Amat. *resol.* 56. *a num.* 8. Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 17. *§.* 2. *n.* 39.

Quòd gravatus possit detrahere sibi debita etiam naturaliter tantùm, cum ex aditione non extinguantur actiones jure confusionis, sed jure fictæ, & imaginariæ solutionis, ne indebitè ea restitutione damnum sentiat, quod procedit etiam non facto inventario, pulchrè Pontirol. *in Respons. pro Mambellis n.* 443. *& seqq. Cæsenæ impres. de anno* 1645. Urceol. *Consult. forens. cap.* 20. *num.* 18. *&* 19. ubi quod nec etiam imputantur fructus, de quibus dixi in §. *Fructus num.* *& §. Hæres num.* 36. *& seqq.*

4 Gravatus restituere hæreditatem, non tenetur restituere melioramenta in ea facta, quæ remanent propria ipsius gravati, Peregr. *de fideicom. art.* 50. *num.* 39. Fusar. *de substitut. quæst.* 669. *in pr.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 20. *num.* 36. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 32. *num.* 3. *etc.* ubi quòd nec compensantur, cum fructibus, ac de tempore restitutionis æstimantur, vide *in §. Melioramenta n.* 6. Peregrin. *dec.* 64. *n.* 3. Latè Censal. ad Peregrin. *de fideicom. loc. cit.*

Non etiam tenetur restituere fructus perceptos antè declarationem, & acceptationem factam à fideicommissario, Magon. *decis. Flor.* 91. *num.* 21. *& decis.* 92. *num.* 41. vide *in §. Fructus num.*

5 Gravatus fideicommisso si sua particulari diligentia, & industria aliquid recuperet, vel acquirat de bonis hæreditariis, illud non computatur in fideicommisso, nec venit restituendum, sed proprium ipsius efficitur, ita ut nec de illo teneatur satisfacere alicui creditori hæreditario, seu legatariis, Gratian. *discept. forens. cap.* 733. *num.* 17. *cap.* 839. *num.* 9. *& seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 6. *num.* 40. Noguerol. *alleg.* 8. *num.* 51. Cancer. *var. resolut. pars. pr. cap.* 23. *de decimis num.* 35. *et* 36. Paul. Christin. *decis. Bel.* 63. *n.* 33. *vol.* 6. latè Urceol. *Consult. forens. cap.* 100. *per tot. vol.* 2. ubi tamen ipse contrarium probat quoad aquisitiones factas per viam transactionis, ut sint incrementa hæreditatis ad favorem substitutorum, & benè declarat in quibus terminis procedat opinio contraria, vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 385. *per tot. et part.* 14. *decis.* 247. *nu.* 20. & eumdem Urceol. *tract. de transact. quæst.* 82. *per tot.* ubi omnia repetit aliquibus additis, & an, & quando possit saltem repetere expensas, vel solutum ex causa transactionis, ac alia plura ad rem, Rot. post illum *d. tract. decis.* 72. 73. *et* 74. De negotiante pecuniam hæreditariam vide De Luc *de Usur. disc.* 29. *nu.* 10. *De fideicomm. disc.* 191. *et* 192. Peutinger. *decis.* 199. *num.* 5.

Quod nec etiam teneatur restituere quæsita post aditam hæreditatem, licèt ex ipsis fructibus hæreditariis, vel etiam hæreditario nomine essent quæsita, nec quæ ipsis bonis fideicommissariis separabiliter adiecta fuerunt, nisi scienter, & hac conditione, ut fideicommissaria efficiantur, benè Pontirol. in sæpè citato *Respons. pro Mambellis num.* 467. *et seqq.* Cavaler. *decis.* 374. *num.* 8. Fusar. *de substit. quæst.* 627. Burat. *decis.* 509. Urceol. plures allegans *Consult.* 20. *nu.* 14. *vol. pr. et Consult.* 100. *num.* 2. *vol.* 2.

Quòd bona unita fideicommisso per hæredem gravatum, si sint separabilia non augeant fideicommissum, sed maneant propria ipsius gravati, & ejus successorum, latè Rota *part.* 9. *recent. decis.* 125. *per tot.* ubi de horto, & domo, vide *in §. Accessorium num. pr.* quæ decisio est coram Bichio *inter impressas ejusdem decis.* 105.

An teneatur restituere bona à testatore cum pacto redimendi vendita, & ab ipso gravato redempta, Dec. *cons.* 283. *num.* 5. Marzar. *de fideicom. part. pr. quæst.* 6. Paul. Christin. *decis.* 44 *num. pr. vol.* 4. ubi quòd sic restituto tamen sibi pretio, quod de proprio præsumitur soluisse, Duran. *decis.* 210. *num.* 20. Urceol. *d. cap.* 100. *num.* 21. *etc.* ubi plura adducit similia, vide Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 46. *nu.* 13. *et seqq.* ubi benè declarat, & firmat sibi acquirere quando proprio nomine redimit, nisi faciat in executionem præcepti testatoris, & alia *part.* 12. *decis.* 168. *nu.* 10. *et seqq. et decis.* 385. *per tot.* Fusar. *de substit. quæst.* 629. *per tot.* Caual. *consil. decis.* 140. *num.* 9. *et* 10. *lib. pr.* ubi idem quando fuerunt alienata ab ipso gravato pro soluendis debitis testatoris, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 189. *num.* 2. *et seqq.* ubi quod alienatio facta pro dissoluendo ære alieno fideicommittentis sustinetur, ac si in hæreditate bona alienata permanerent, *et decis.* 332. ubi tamen quòd bona fideicommisso particulari subiecta, non possunt alienari, etiam pro ære alieno fideicommittentis, si adsint alia bona fideicommissi universalis, vide *in §. Bona num.* 23. *cum additione*, vide Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *cap.* 204. *n.* 8.

Gravatus simpliciter restituere fideicommissum, nulla facta mentione hæreditatis, prælegata, fideicommissa, cohæredumque portiones superlucratas de bonis testatoris restituere tenetur, si verò fuerit facta mentio hæreditatis non tenetur prædicta omnia restituere, sed tantùm id, quod hæreditario nomine, vel jure sibi pervenit à testatore, quia hæreditatis appellatione non continentur, & quia post aditionem, non amplius hæreditas, sed proprium dicitur adeuntis patrimonium *l. si Titius ex parte, ff. de leg.* 3. Magon. *decis. Flor.* 15. *per tot.* ubi latè declarat, & quod totum pendet à conjecturata mente testatoris, vide Cabal. *cons.* 105. *num.* 41. *et* 42. *lib. pr.* Rot. *part.* 25. *recent. decis.* 140. ubi plenè, *et part.* 16. *decis.* 150. *n.* 10. *et* 11. *decis.* 158. *per tot.* Bartel. *de ultim. volun. decis.* 27. *per tot.* Palma *cons.* 95. *per tot.* ubi plura quando prælegata veniant in restitutione fideicommissi, Altograd. *cons.* 68. *nu.* 22. *lib. pr.* latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 193. 194. 195. *et* 199. *per tot.* ubi etiā an teneatur restituere alia bona sibi quidem à testatore obtenta, sed alio jure, quàm hæreditario, & videtur concludere regulariter quòd non, vide *in §. Hæres n.* 45. *et §. Substitutio n.* 60. Cephal. *cons.* 259. *num.* 15. Vide Brunnemann. in *dict. l. si Titius ex parte*, quæ secundum eumdem Brunnemann. est in ordin. lea 96. 6

An teneatur restituere legata effecta caduca, & quæ propter repudiationem remanserunt in hæreditate, latè Surd. *decis.* 269. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 278. *num.* 10. ubi quòd sic, ad Fusar. *de substit. quæst.* 652. *n.* 3. *et seqq.* dixi *in §. Legatum num.* 109. *in fine*.

Quòd gravatus restituere per fideicommissum, intelligatur non solùm quoad portionem suam, sed etiam quoad portiones à cohæredibus acquisitas, nisi adsit aliqua dictio relativa ad suam portionem, pulchrè Merlin. *d.* 158. *per tot.*

Quando prælegatum veniat in restitutione fideicommissi, vel non juxtà text. *in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Trebell.* vide Altograd. & quos allegat *cons.* 45. *num.* 30. *& seqq. lib. pr.* latè Tusch. *litt. P, conclus.* 513. *per tot.* Gail. *lib.* 2. *observ.* 1135. Peregrin. *de fideicom. art.* 7. Fachin. *controv. lib.* 5. *cap.* 16. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 194. Paul. Christin. *decis. Belg.* 319. *vol. pr.* ubi etiam an saltem imputetur in quartam, Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 112. *n* 4. ubi de prælegato, vide *in §. Fideicommissum n.* 24. *§. Institutio n.* 11. *in fine*, Rot. *part.* 12. *decis.* 236. *part.* 13. *decis.* 209. *& par.* 15. *decis.* 140. *per tot. et part.* 16. *decis.* 150. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 158. *per tot. & decis.* 358. vide Honded. *cons.* 71. *nu.* 12. *&* 13. *libr. pr.* Brunnemann. *in dict. l. Marcellus a num.* 8.

Gravatus fideicommisso universali tenetur restituere etiam mobilia, quæ testator ipse reliquit, sicut pecuniam merces, & alia, quæ sub nomine mobilium veniunt, an verò bona feudalia, & emphyteutica, & an bona alterius antiqui fideicommissi ipsi gravato à testatore restituendi, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 197. *per tot. in §. Substitutio n.* 7

Quòd mobilia servabilia, veluti aurea, argentea, margaritæ, gemmæ, & similia, sint restituenda tamquam sub generali fideicommisso comprehensa, vel illorum æstimatio, imputanda, dummodò existentia, & valor plenè per fideicommissarium probetur, ita ut non sit locus juramento in litem, etiam deficiente Inventario, benè probat Pontirol. *in Respons. pro Mambellis num.* 294. *& seqq.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 6. Peregrin. *de fideicomm. art.* 5. *num.* 43. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 197. *num.* 2. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 285. *per tot.* Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 318. *num.* 2. *& seqq.*

Mo-

Mobilia verò, quæ usu consumuntur, & servari nequeunt, ut se moventia omnia, & utensilia, non veniunt sub fideicommissi, & imputationis censura, nisi quatenus extent, aut hæredis gravati facto simplici, vel doloso, sive culposo eata e deficerint, quod à fideicommissario esset probandum, secùs si usu consumpta, aut tempore perempta fuerint pendente conditione, ita ut tempore restitutionis non extent, nam tunc restitui non possunt, nec imputantur, cum judicio testatoris, ac permissione ejusdem, illorum usus intelligatur concessus, & ideò omne damnum citrà culpam gravati, fideicommissarii periculo cedit, ut optime probat idem Pontirol. *d. Respons. n.* 279. *& seqq. ubi num.* 287. quòd gravato aliud non incumbit, quàm allegare tantum temporis esse defluxum, ex quo sufficiens consumptionis præsumptio arbitrio judicis oriatur, de quo ibidem multa non spernenda numeris, sequentibus, Urceol *consult. forens. cap.* 19. *num.* 29. *& seqq.* Peregrin. *dec.* 64. *num. pr.* ubi concanit cum prædictis, *& decis.* 99. *num.* 15. *&* 16. *& de fideicom. art.* 20. *num.* 31. *& seqq.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 285. *per tot.* Rot. *part.* 13. *decis.* 423. *num.* 4. *& seqq.* Bich. *decis.* 510. *num.* 21. *&* 22. *& decis.* 612. *num.* 22. Fusar. *de substitut. quæst.* 634. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 517. *num.* 2. *& seqq. per tot.* vide *in* §. *Mobilia* eide Gob. *consult. dec.* 122. *à num.* 28.

8 Gravatus fideicommisso universali tenetus præstare, quæ suo dolo, vel lata culpa perierunt, & sic res, quas distrahere debuit, & sua culpa non distraxit, si interierunt, quando ad commodum fideicommissarii fuit principaliter adita hæreditas, si verò ad commodum utriusque, tenetur etiam præstare ea, quæ levi culpa perierunt, quando autem debuerit distrahere, & quæ distrahenda fuerint remittitur arbitrio judicis, qui debebit considerare qualitatem rei, an fuerit talis, quæ servando servari potuerit, vel non, & tempus, an eo tempore extiterit, qui vellet emere, quod erit probandum à fideicommissario volente negligantiam imputare ipsi gravato, *l. mulier*, §. *sed enim*, *ff. ad Trebell. l. cum res*, §. *culpa*, ubi Bart. & alii, *ff. de leg. pr.* Menoch. *de arbitr. cas.* 49. *num. pr. et seqq. ad* 7. & latè comprobat eruditissimus Pontirol. *in dict. Respons. nu.* 278. *et seqq. ad* 300. ubi ampliat etiamsi nullum factum fuerit inventarium, nam ex illius omissione non relevatur fideicommissarius ab onere probandi, nec ob id potest in litem jurare, cum hæres gravatus non teneatur conficere inventarium, nisi fideicommissario petante, & ejus expensis, juxta inferiùs dicenda. Vide Brunnemann. *in Jurib. allegat.*

9 Gravatus de restituendo hæreditatem, potest tam ad instantiam primi substituti, vel fideicommissarii, quàm quorumcumque aliorum vocatorum cogi ad conficiandum inventarium, vel saltem descriptionem bonorum hæreditariorum, aliàs contra eum juratur in litem, secùs tamen est, si non petatur, & erit onus fideicommissarii, vel aliorum vocatorum probare identitatem bonorum hujusmodi, & si agatur contra tertium etiam dominium testatoris, qualiter hæc probentur, & alia, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 215. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 10. *num.* 6. *&c. decis.* 37. *num. pr. &c.* Paul. Christin. *decis.* 14. *num.* 4. *vol.* 4. Peregrin. *de fideicom. art.* 44. *& decis.* 120. ubi qualiter probetur rem fuisse in bonis fideicommittentis, Cabed. *decis.* 136. *per tot. part. pr.* ubi qualiter possit compelli facere inventarium, etiamsi fuerit à testatore expressè remissum, quòd benè comprobat, & contrariis satisfacit, Carol. Ant. De Luc. ad Gratien. *loc. cit.* Rubeu. *de consuet. Jur. cap.* 24. *sub n. pr.*

Quòd possit cogi ad faciendam simplicem descriptionem, & non solemne inventarium, idem Gratian. *discept.* 822. *num.* 14. *&* 832. *num.* 26.

Quòd restitutio sit facienda in quantitate reperta tempore restitutionis, nisi probetur diminutio culpa gravati, nec prosint enunciativæ majoris quantitatis ad alium finem factæ, Cavaler. *decis.* 491. *per tot.* ubi quòd inventarium tutelare id non probat.

Quòd deficientia inventarii non relevet fideicommissarium ab onere probandi, nec faciat esse locum juramento in litem, cùm gravatus non teneatur illud facere, nisi requisitus, ut suprà, & expensis requirentis, Pontirol. *in supradict. Respons. num.* 297. *&c.* Fusar. *de substitut. quæst.* 667. *num.* 16. *& seqq.*

An autem ex non confectione inventarii resultet præsumptio talis contra gravatum, ut saltem dicatur satisfactus de detractionibus sibi competentibus nisi contrarium probet, vel spectet ad fideicommissarium probare detractiones esse factas, latè Urceol. *Consult. for. cap.* 19. *num.* 13. *& seqq. per tot.*

In omnem tamen casum, quo gravatus inventarium, vel descriptionem non fecerit, tenetur medio suo juramento patefacere omnia bona hæreditaria, quod juramentum cogitur subire, nec potest illud deferenti referre, latè Gratian. *discept.* 215. *nu.* 45. *&c. & cap.* 59. *num.* 14. Carol. Ant. De Luc. ad eumdem Gratian. *loc. cit.*

Gravatus de restituendo hæreditatem, si solverit debita hæreditaria, an repetat à fideicommissario, vel jure retentionis, vel actionis post restitutam hæreditatem, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 204. *per tot.* plenè Urceol. *Consultati. forens. cap.* 20. *per tot.* ubi etiam an teneatur imputare, & compensare fructus perceptos cum debitis solutis, & referando contrarias opiniones distinguit, ut ibi per eum *num.* 9. *et seqq.* vide *in* §. *Hæres nu.* 39. *et* 40. *et* §. *Fructus num.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 79. *n.* 9. *et seqq. et decis.* 248. Fusar. *de substit. qu.* 665. *et seqq.* vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* 10

Qualiter repetat expensas factas in litibus pro recuperatione, & defensione bonorum, vide *in* §. *Expensæ n.* 14. Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *nu.* 11. *etc.* Fusar. *de substit. quæst.* 670. Seraphin. *dec.* 925. *et* 979. Fontanel. *dec.* 86. *num.* 28. *et seqq.* Urceol. *Consult. for. cap.* 100. *nu.* 32. *volum.* 2. Bich. *decis.* 583. ubi intelligit dummodò factæ fuerint nomine fideicommissario, & pro utilitate fideicommissi, secùs autem si ad propriam utilitatem, & ad excludendum competitorem.

Quòd repetat quidquid solvisse probaverit pro testatore, Fusar. *de substit. quæst.* 666. qui ad debita etiam naturalia extendit, sequitur Pontirol. *in Respons. pro Mambellis n.* 423. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 248. ubi quòd est probanda solutio.

Et idem esse in legatis, quæ se persolvisse probaverit, etiam si ab hærede ejus nominatim expresso relicta fuerint, ita ut sit hæredis electio vel retinere, & solvere, vel fideicommissum restituere, cautione à fideicommissario exacta de ipsis legatis persolvendis, si nondum ipse illa præstitisset, idem Pontirol. *loc. cit. n.* 424. *et seqq.* Fusar. *quæst.* 667. *nu.* 1. *etc.*

Imò potest repetere etiam legata annua soluta, si ita de mente testatoris esse appareat, quamvis aliàs ista sint per hæredem solvenda de fructibus annuatim perceptis, Pontirol. *loc. cit. nu.* 427. *et seqq.* ubi ex multis in casu suo colligit mentem testatoris fuisse, ut legata annua detraherentur, vide *in* §. *Legata num.* 18.

Quòd habeat retentionem etiam pro melioramentis in bonis factis, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 113. *n.* 3. *et seqq.* vide *in* §. *Melioramenta n.* 6. *et n.* 19.

An autem gravatus teneatur solvere census annuos, & si non solverit, facta restitutione, teneatur ejus hæres, vel fideicommissarius, Franch. *dec.* 13. *n.* 10. *et decis.* 49. Castr. *con.* 16. *n.* 4. *lib.* 2. qui dicunt æquitate attenta, fideicommissarium, cui est restituta hæreditas non teneri ad onera pro tempora, quo hæres possedit, sed hæredem gravati, qui habuit fructus, de quibus erant solvenda onera, per text. *in l. apud Julianum*, §. *hæres*, *ff. de leg.* 1. Jas. *cons.* 95. *col.* 2. *lib.* 1. Natt. *cons.* 321. *& cons.* 323. *lib.* 1. Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Contrarium autem, quia per restitutionem hæreditatis transferuntur in fideicommissarium omnia jura activa, & passiva, & licèt gravatus perceperit fructus, in vita sua, & onera non solverit, quia jure suo percepit, & transtulit jura passiva in fideicommissarium, ulterius non tenetur ad onera etiam præterita, sed ipse fideicommissarius per textum mirabilem *in l. dedaclin*, §. *qui post*, *ff. ad Senat. Consult. Trebell.* Marzar. *cons.* 1. *n.* 47. *et cons.* 37. cum aliis, quos refert, & sequitur respondendo contrariis

is Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. de cens. qu.* 34. *fol.* 325. ubi tamen quòd si gravatus redemisset censum repeteret capitale, non autem onera annua soluta, & quid in interusuriis dotalibus, de prædictis vide Menoch. *cons.* 183. *lib.* 2. *et de arbit. cas.* 256. *n.* 21. Mantic. *de conject. ultim vol. lib.* 7. *tit.* 8. & dixi *in §. Fideicommissum n.* 40.

11 Gravatus fideicommisso habet intentionem & non tenetur illud restituere nisi prius factis omnibus detractionibus illi competentibus, ita ut non sufficiat oblatio fideicommissarii de solvendo quidquid fuerit judicatum, & interim fideicommissario denegatur immissio etiam respectu genericæ cujusdam communionis, intelligendo quando omnimoda adest incertitudo bonorum restituendorum, & quotæ, secùs autem concurrente aliqua certitudine, sive respectu rerum particularium, sive saltem quotæ, ut quia sola legitima, vel Trebellianica esset detrahenda, quia tunc concurrente utraque certitudine quotæ scilicet, & bonorum restituendorum, immissio saltem pro indiviso esset concedenda fideicommissario cum perceptione fructuum, & sic gravato daretur retentio solùm proportionabilis ad limites competentium detractionum, non denegata fideicommissario immissione pro indiviso sine tamen fructuum perceptione ante liquidationem corporum hæreditariorum ubi solum quota ad universum relata esset certa, & bona restituenda essent incerta, Beltram ad Gregor. *dec.* 185. *n.* 4. Burat. *dec.* 6. *n.* 7. Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 58. & 59. cum aliis pluribus per acutissimum Pontirol. *d. Respons. pro Mambellis n.* 578. *& seqq. ad* 588. ubi testatur per binas conformes contra Merlinum hodie apud judicia tium subsellia notissimum obtinuisse in quadam causa denegari totalem immissionem fideicommissario propter incertitudinem corporum hæreditariorum, vide Urceol. *Consult. forens. cap.* 20. *nu.* 44. *& seqq.* dixi *in §. Fideicommissum n.* 36. *§. Immissio n.* 1 Rot. *part.* 13. *recentior. dec.* 179. *per tot. & part.* 17. *dec.* 312. Surd. *cons.* 151. *n.* 49. *vers. incertitudo.* Vide De Luc. *de legitim. disc.* 25. *n.* 75. *disc.* 31. *n.* 6. *de Fideicom. disc.* 197. *nu.* 10. *de Credit. disc.* 164. n. 7. Mantiss. ad eumdem *libr.* 10. *decis.* 51. *n.* 16. *decis.* 60. *n.* 13. *decis.* 77. *n.* 5. *vol.* 3. *& alibi.*

Quando non sit danda immissio pro indiviso fideicommissario, Merlin. *decis.* 859. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 312.

Quòd gravatus, sive illius hæres adveniente casu restitutionis sit legitimus contradictor adversus fideicommissarium, habeatque retentionem pro detractionibus sibi competentibus, etiam si sibi offeratur cautio, nisi essent omninò turbidæ, aut irrelevantes, & quid si non fuerit factum inventarium, latè videndus Urceol. *Consult. for. cap.* 19. *per tot.* ubi circa ommissionem inventarii distinguit inter fideicommissum universale, & particulare, aliisque modis declarat, vide Merlin. *decis.* 859. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 13. *n. pr. &c. part.* 13. *dec.* 179. *per tot. & decis.* 94. ubi etiam qualiter, & ex quibus dicatur constare de statu hæreditatis, ad effectum ut pro creditis liquidis detur retentio, secùs autem pro illiquidis. De Luc. *de Legitim. disc.* 25. *ex n.* 67.

12 Gravatus onere fideicommissi universalis, sive restitutionis hæreditatis, potest eveniente casu restitutionis deducere legata sibi à testatore relicta, vide Peregrin. *de fideicom. art.* 7. *n.* 16. *&* 20. Fusar. *de substit. quæst.* 650. *n.* 9. Altograd. *cons.* 87. *num.* 40. *libr.* 2. Honded. *cons.* 62. *n.* 23. *libr.* 2.

Quas alias detractiones possit facere heres gravatus dixi *in §. hæres n.* 59.

An autem possit deducere bona sibi inter vivos donata ante testamentum, vel in ipso die testamenti, sive posteà, vide latè Christin. *decis. Belgic.* 122. *n.* 6. *& seqq. vol. pr.*

13 Gravatus de restituendo ex substitutione, fideicommisso, vel legato particulari in diem, vel sub aliqua conditione, tenetur interim satisdare de restituendo adveniente die, vel conditione, etiam si sit ditissimus, non suspectus, ac persona valdè digna, & qualificata, aliàs substitutus, vel fideicommissarius potest petere se mitti in possessionem, nisi hujusmodi cautio fuerit à testatore remissa, *l. pr. ff. ut leg. nom. caveat l. pr. et tot. tit. ut in poss. leg.* Menoch. *de arb. cas.* 10. *n. pr.* Maur. *tract. de fidejuss. part. pr. sect.* 3. *cap.* 21. *per tot.* Fusar. *de substit. qu.* 515. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *q.* 3. *n.* 9. *etc.* Ludov. *dec.* 428. *nu* 7. *etc.* Joseph. Ludovic. *dec.* 63. Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 10. *et seqq.* Duran. *decis.* 260. *n.* 7. *etc.* ubi etiam, quòd petente fideicommissario tenetur conficere inventarium, aliàs donce docuerit de dicta cautione, & inventario, datur immissio fideicommissario.

Contrarium tamen quoad dictam cautionem de consuetudine generali, & ratione approbata latè tuetur Gratian. *discept. for. cap.* 822. *nu.* 2. *et seqq.* & certè in practica ego nunquam hujusmodi cautionem vidi prætensam, sed vocatos adveniente casu agere ad bona sibi debita, & obligata, Rot. *dec.* 193. *part.* 6. *recent.* ubi tamen admittit esse præstandam pro mobilibus, se moventibus, & tempore perituris, Sanleger. *qu. civil.* 70. *n.* 8. *volum. pr.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 69. *n.* 17. *vol.* 2. ubi quòd quando gravatus non dissipat, nec timetur dissipaturus, non cogitur satisdare, & utilius est fideicommissario uti remediis executivis ad recuperanda bona a possessoribus, quàm simplicem habere cautionem, idem Urceol. *cap.* 82. *n.* 42. *etc. vol.* 2. ubi etiam *n.* 40. *etc.* quòd nec fideicommissarius potest ante tempore agere ad declarandum sibi deberi adveniente casu, licèt quoad hoc referat etiam plures contrarium tenentes, & ego dixi *in §. Investitura nu.* 9. Facit De Luc. *de Fideicom. disc.* 200.

Quòd dicta cautio non sit præstanda inter patrem, & filium stante patria potestate, & stante emancipatione sufficiat simplex cautio sine fidejussoribus, ac denegetur etiam inter fratres super fideicommisso paterno, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 76.

Gravatus dissipans bona fideicommisso subjecta, an submittat tacitæ hypothecæ bona ipsius propria ad favorem fideicommissarii, & sic an bona propria ipsius hæredis gravati sint tacitè hypothecata pro mala administratione, vel pro conservatione fideicommissi, ita ut possit ipse fideicommissarius contra tertios illorum possessores agere pro dissipatis, est quæstio satis dubia; quæ hinc indè habet suos Auctores, & fautores, ut videri potest ex congestis per Baron. *tract. de citat. tom.* 2. *in Addit. ad quæst.* 23. *n.* 37. *& seqq. per tot.* ubi infert duo contraria responsa multis rationibus, & auctoritatibus hinc indè munita, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 114. *n.* 7. ubi amplectitur distinctionem, quòd si gravatus habeat notitiam fideicommissi, & dolosè bona distrahat, tunc intret dicta hypotheca in bonis propriis, aliàs autem secùs, *& dec.* 351. *n.* 8. *d. par.* 12. *& decis.* 455. *n.* 55. Vide Rubeum *de Confuss. Jur. cap.* 24. *n.* 23. *& seqq.* Maria. ad Revert. *dec.* 270. 14

Pro affirmativa videndi Thes. jun. *qu. for.* 84. *tom.* 2. Cyriac. *controv.* 282. Cutel. *de donat. tom.* 2. *tract.* 2. *discurs.* 1. *special.* 14. Censal. ad Peregrin. *de fideicom. art.* 45. Mart. Medic. *dec. Senens. Exam.* 23. *n.* 44. Altograd. *cons.* 68. *nu.* 24. 26. 37. & 56. *lib.* 1. Carena *resol.* 137. *n.* 5. Rot. *post tract. Postii de subhastat. dec.* 93. *in fine*, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 7. *nu.* 10. *& seqq.* ubi etiam quòd non incipit à die alienationis, sed à die cœptæ administrationis.

Pro negativa Cancer. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 2. Peregrin. *d. art.* 45. *n.* 49. Fusar. *de substit. q.* 611. *n.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 9 *tit.* 8. *tit.* 16. *nu.* 12. *& tit.* 17. *n.* 8. Cost. *de port. rat. q.* 18. *n.* 9. Amat. *lib.* 2. *resolut.* 81. *n.* 22. Thoro *Compend. decis. part.* 2. *verb. Fideicommissarius*, cum aliis pluribus relatis per Baron. *loc. supra cit. in dictis responsis*, & hanc probat Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *per tot.* Urceol. *Consult. forens. cap.* 69. *per tot. vol.* 2. *et in tract. de transact. quæst.* 65. Distingue ut supra per Rot. *et part.* 10. *dec.* 176. *n.* 8. Castald. *Consult. for.* 13 *et* 87. *tom. pr.* Mans. *Consult.* 246. *per tot. lib.* 5. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib. pr. Rub.* 11. *num.* 29. *etc.* Rot. *Bononien. de anno* 1687. *coram Castellutio, inter DD. Pepulos, et Bovios*, registrata per Modern. Jacob. Balduce. in Observat ad Ramon. *decis.* 34. *n. pr. et seqq.* alios allegàns Com.

Au-

August. Fontan. *Bibliot. leg. part. 4. verb. Gravati fol. 657.* vide De Luc. *de Credit. diſc. 36. n. nu. 13. et diſc. 157. per tot. de Dot. diſc. 145. n. 103. de Fideicom. diſc. 169. & in ſumm. n. 310. de Legit. diſc. 25. n. 46. Conflict. obſerv.* 100.

Illud autem certum eſt quòd gravatus, & illius hæredes tenentur actione perſonali reddere rationem de alienatis, conſumptis, & neglectis, & reintegrare fideicommiſſum, Peregrin. *de fideicom. art. 44. n. 15. & deciſ.* 120. *n.* 3. *&c.*

Item poſſunt executivè conveniri pro pretio, & intereſſe domus dirutæ, Rot. *part. 9. rec. deciſ.* 35. *in fine.*

55 Gravatus de reſtituendo hæreditatem cum facultate tamen liberè diſponendi, ſive conceſſa ab initio, ſive poſt factum fideicommiſſum, poteſt de omnibus bonis diſponere, & fideicommiſſarius videtur tantùm vocatus in caſu, quo hæres non diſpoſuerit, Gratian. *diſcept. for. cap.* 216. *n.* 14. *&c.* dixi *in §. Facultas n. 4. §. Fideicommiſſarium num.* 23. & 49. Merlin. *deciſ.* 459. *per tot.* Rot. *part.* 3. *rec. dec.* 94. *per tot. & deciſ.* 171. in eadem cauſa, ubi reſpondet pluribus objectis in contrarium, *& dec.* 259. *per tot. & part.* 14. *dec.* 288.

Quid alienare poſſit gravatus ſimpliciter, quid ſtante expreſſa licentia alienandi, & quid ſi fuerit gravatus tantum reſtituere, quod poſt mortem ſuam ſupererit, latè Menoch. *lib. 4. præſum.* 198. vide *in §. Licentia n.* 5. ubi an, & quando poſſit alienare in unum de familia, vel de deſcendentibus, licèt remotiorem in præjudicium proximioris, facit Rot. *part. 14. recent. dec.* 240. ubi examinatur quædam facultas à teſtatore data gravato relinquendi duabus lineis, an poſſit gravatus ſe reſtringere ad unam tantùm, & alia *infra n.* 20.

Si autem in dictis caſibus gravatus, non utatur expreſsè, & poſitivè hujuſmodi facultate, an bona remaneant in fideicommiſſo, vel tranſeant ad hæredes ipſius gravati, contrarias opiniones refert Urceol. *Conſult. for. cap. 16. n. 7. &* 24. ubi veriorem dicit, quod tranſeant ad hæredes gravati, niſi aliàs fideicommiſſum redderetur inutile, vel nimis reſtringeretur, & ſic procedere tantùm ubi talis facultas eſſet reſtricta ad aliquam rem ſine everſione totius, vel majoris partis fideicommiſſi, aliàs autem eſſet neceſſaria ſpecialis, & expreſſa diſpoſitio, nec ſufficeret tacita reſultans ex eo quòd inteſtatus moriens videatur diſponere in venientes ab inteſtato, vide Rot. *part. 13. dec.* 94. ubi quòd ſufficit generalis inſtitutio. Surd. & Hodiern. *dec.* 271.

Quòd ſi gravatus cum dicta facultate diſponendi, diſponat inſtituendo eandem perſonam, cui reſtituere tenebatur, dicatur potius liberalitatem exercere, quàm præceptum teſtatoris adimplere, maximè ſi aliquid plus addiderit, ita ut appareat uti voluiſſe facultate ſibi conceſſa, & hoc modo inſtitutus dicatur habere à gravato, illiuſque hæres eſſe, & non gravantis, & quando ſecùs, quòd poteſt eſſe magni momenti, latè Rot. *part. 9. recent. dec. 205. per tot.* & iterùm in eadem cauſa ſtando in deciſis *d. part. 9. dec. 314. per tot.* facit *par. 12. dec. 179. n. 23. &c.*

56 Gravatus fideicommiſſo, ſi ignoranter alienavit in acquirentem etiam bona fide, & ignoranter, an, & quomodo poſſit ſuſtineri alienatio, & emptor non moleſtari, niſi in ſubſidium, ſed gravatus teneatur ad pretium, vide *in §. Bona n. 31. §. Fideicommiſſum n. 46. & ſeqq.* De Luc. *de Alienat. diſc. 57. n.* 7. De Luc. *in ſumm. de fideicommiſſ. num.* 307. latè Pen. & Creſcin. *dec.* 51.

57 Gravatus dicitur poſt mortem alteri reſtituere, qui tantùm durante vita ſua fuit inſtitutus, cùm paria ſint relinquere in vita tantùm, vel gravare poſt mortem reſtituere *l. Titia cum teſtamento, ff. de leg. 2.* Magon. *dec. Flor. 52. n.* 4. Altograd. *conſ. 48. n. 21. lib. 1. & conſ. 77. n.* 35. Cyriac. *controv. 43. n. 77. & ſeqq.* ubi contrarium tenet, quando non fuit expreſſum, cui eſſet facienda reſtitutio vide *in §. Inſtitutio n.* 20. Ludoviſ. *dec.* 102. ubi quando ex conjecturata mente teſtatoris teneatur reſtituere hæreditatem venientibus ab inteſtato.

58 Gravatus aſſumere arma, vel inſignia, & nomen teſtatoris ſub pœna omiſſionis hæreditatis, non privatur illa ob non implementum, niſi fuerit interpellatus, quando gravamen fuit adjectum per viam modi, ſecùs autem ſi per viam conditionis, intelligendo etiam quando nomen eſſet honeſtum, nam aliàs reiiceretur gravamen, & illo non aſſumpto acquireret hæreditatem, Gratian. *diſcept. for. cap. 798. n. 10. &c.* ubi etiam plura remiſſivè de nominis honeſtate, Thomat. *dec. 164. num. 12. & ſeqq.* Rot. *part. 12. rec. dec. 148. n. 27. & ſeqq.* ubi de interpellatione neceſſaria, quando eſt per viam modi.

Multa de hujuſmodi gravamine, & quos effectus operetur, Theſ. *dec. 270. per tot.* Duran. *deciſ. 333. per tot. & in tract. de condit. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 3. n. 8. & ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 447. per tot.* Merlin. *dec. 12. per tot.* ubi non comprehendat tantum caſum nollei tatis, ſed etiam impotentiæ, quando alius vocatur in caſu non adimplementi, de qua quæſtione Fuſar. *de ſubſtit. qu. 465. & conſ. 10. per tot.*

Quod ex appoſitione dicti gravaminis dicatur contemplata agnatio, & quando, dixi *in §. Agnatio n...* Merlin. *d. deciſ.* 13.

Quòd hujuſmodi gravamen, etiam cum adjecto non retinendi aliud nomen, vel arma, ſed abiiciendi etiam propria, ſit licitum, validum, & honeſtum, Altograd. *conſ. 101. n. 19. &c. lib.* 2. Rot. *part. 14. recent. dec. 103. per tot.* ubi propterea quando fuit hoc modo à duobus appoſitum, tenetur gravatus emolumentum ab altero proveniens dimittere, cùm non poſſit utrumque implere, &c.

Quòd præſumatur adjectum in vim modi, & non conditionis, & ideò non ſit implendum antè lucrum quæſitum, ſed poſt Duran. *d. dec. 333. num. 1. &c.* Rot. *part. 12. rec. dec. 148. n. 27. & ſeqq.* Caten. *reſol.* 93.

Si tamen tale gravamen recipiat cauſam finalem diſpoſitionis, reſolvitur in conditionem, & præſumitur in vim conditionis adjectum, requirit implementum ab initio, ac perſeverantiam, & illo non impleto incurritur pœna abſque alia interpellatione, latè Altograd. *conſ. 101. n. 35. & per tot. lib.* 2. Merlin. *dec. 12. per tot.* Rot. *part. 14. rec. dec.* 103. vide Caten. *d. reſol.* 93.

An tale gravamen intelligatur cum præcedentia armorum teſtatoris, Mattha *vot. Piſ. 73. per tot.* ubi quòd non, niſi ſit expreſſum.

Gravamen fideicommiſſi, vel alterius oneris im- 19
poni non poteſt non honorato, quia ſtat regula, qui non honoratur, non gravatur, & quando ſecùs, latè Tuſch. *lit. G. concluſ. 76. per tot.* Rot. *recent. part. 19. deciſ. 476. nu. 13. tom.* 2. Anſald. *deciſ. 89. n.* 1. Caprar. *deciſ. 588. n. 23. part.* 2.

Gravatus reſtituere filiis non cenſetur gravatus re- 20
ſtituere nepotibus, quia appellatione filiorum non veniunt nepotes in fideicommiſſis, ſive agatur de paſſiva, ſive de activa vocatione, Rot. *part. n. rec. dec. 507. n. 2. & ſeqq. dec. 667. n. 1. &c. d. part. 2. & part. 9. dec. 34. per tot.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 8. n. 2. &c.* vide *in §. Appellativa n. 1. &c.* De Luc. *conflict. obſerv.* 104.

Gravatus reſtituere pluribus expreſsè nominatis, 21
non ſatisfacit relinquendo uni tantùm; quidquid ſit ſi eſſet gravatus reſtituere familiæ, quo caſu uni de illa relinquendo poſſet alios omittere, ſecùs autem ubi teſtator plures perſonas, & lineas particulares expreſſit, quia tunc non licet gravato unum dumtaxat in aliorum præjudicium eligere, etiam ſi eſſet datum aliquod arbitrium, nam debet reſtringi ad arbitrium boni viri, de quo latè Rot. *part. 14. rec. deciſ. 240. per tot. & deciſ. 410. per tot. in eadem cauſa.*

Alia de gravato hærede, & aliis gravaminibus in- 22
dicat Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Bibliothec. legal. part. 4. verb. gravamen. fol.* 657. Jo: Torre *in tract. de ſucceſſ. in Majorat. et Primog. Ital. ut in Indice part. 3. verb. Gravamen, et Gravatus.* Plura Em. De Luc. *In Indice verb. fideicommiſſarius, verb. gravatus, et verb. hæres gravatus.* Mantiſſ. ad eumdem De Luc. Altimar. Emerix Caprar. Anſald. Manſ. Palm. & alii moderni.

Gra-

23 Gravatus ultimus qualiter remaneat dominus bonorum fideicommissariorum, & possit de illis liberè disponere, & alia ad rem, Gastald. *cons.* 154. *et* 160. *lib* 5. *et cons.* 181. Rot. Rom. *Rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 575. *nu.* 18. Vide in *hoc opere in §. Bona*, ubi etiam Crescia. *in novissimus additionibus*.

24 Gravatus restituere post mortem, non potest restituere in vita Decis. Sicul. *n.* 48. *impress. inter opera* Card. De Luc. Prout neque electionem facere potest in vita, & si electus præmoriatur, non transmittit aliquid jus in hæredes *ibidem*.

25 Gravatus quilibet potest appellare, & dicere de Nullitate. Scacc. *de appell. quæst.* 5. *n. pr.* Altimar. *de Nullit. rubr.* 4. *quæst.* 2. *num. pr. et* 2. *et rubr.* 4. *quæst.* 21. *n.* 17. *tom. pr.*

26 Gravatus à laudo debet adire ad Judicem loci, ubi illud latum est, & qui auditis Arbitris prædictis infra mensem de dicto gravamine, sine figura Judicii visa facti veritate, ea eisdem actia, si dolus ex proposito, vel re ipsa arguatur, sed si alia læsio allegetur per alias instructiones justificare possit infra terminum à dicto Judice statuendum, dummodo infra dictum mensem, & ad plus alii mensem sententiam arbitrorum approbet, seu modificet, quod procedit, etiam in compromisso inter extraneos. Altimar. *de Nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 28. *n.* 388. *vers. et ubi quis tom.* 4.

27 Gravatus ne contrahat Matrimonium cum ignobili, vel descendente à Judæis sub pœna privationis majoratus, si contrahat ammittit majoratum. Molin. *de primog. lib.* 20. *cap.* 13. Altimar. *de Nullit. rubr. pr. quæst.* 48. *n.* 93. *part.* 5. *tom.* 7.

28 Gravati mors debet probari per fideicommissarium agentem. Altograd. Jun. *contr.* 18. *n.* 3. 35. Rot. *dec.* 618. *nu.* 9. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.* Palma Nep. *all.* 272. *nu.* 84. *tom.* 3.

29 Gravati morte probata, an ea præsumatur sine filiis; vel etiam illa qualitas sit probanda per agentem. Palm. nep. *all.* 272. *n.* 73. 74. 75. 76. *et seqq.* Quid quando constaret gravatum aliquando habuisse filius. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 43. *n.* 50. 51. Palm. Nep. *ibid. n.* 78.

30 Gravatus patiendo præscriptionem, non potest præjudicare substitutis. Peregrin. *de fideic. art.* 41. *n.* 17. Palm. Nep. *alleg.* 332. *nu.* 9. *tom.* 4.

31 Gravatus in extremo discrimine vitæ positus potest bona fideicommissi alienare. Palm. Nep. *alleg.* 356. *n.* 28. *tom.* 4.

32 Gravatus sub conditione onerosa, non tenetur statim implere, sed potest cum tempore deliberare. Galganet. *de condit. part.* 2. *cap. pr. quæst.* 65. *nu.* 4. Palm. Nep. *all.* 368. *n.* 53. *tom.* 4.

33 Gravatus habens facultatem nominandi non potest egredi genus a testatore præfinitum, vel ordinem ab eodem præscriptum De Luc. *de Jurepatron. disc.* 50. *n.* 4.

34 Substitutus non revocat bona fideicommissi alienata per gravatum, si sit ejus hæres Surd. *dec.* 99. *n.* 10. Rot. coram Emerix jun. *decis.* 138. *n.* 13. *dec.* 277. *n. pr. et* 2. Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 15. *n.* 5. Episc. Piton. *eodem tractat. alleg.* 24. *num.* 22. *tom. pr.*

35 Gravati persona attenditur in successione fideicommissi Pen. *decis.* 471. *nu.* 17. Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 26. *n.* 18. Urceol. *decis. Flor.* 13. *nu.* 8. Palm. nep. *decis.* 213. *n.* 40. *tom.* 3.

Sed hoc intellige, ut declarant Giovagnon. *cons.* 82. *n.* 159. *lib. pr.* Palm. nep. *loc. cit. n.* 50.

36 Gravatus in uno, relevatur in alio Fagnan. *in c. cum dilectus n.* 45. *de Relig. Domib.*

37 Gravatus detractiones non ammittit per simplicem omissionem Inventarii. Mantic. *de Conject. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 15. Rot. coram Otthobon. *decis.* 235. *n.* 30. Emerix Jun. *dec.* 135. *n.* 2. Limita concurrentibus alienationibus Emerix Jun. *dec.* 135. *nu.* 2. *dec.* 109. *n.* 3. *et dec.* 264. *n.* 12.

38 Gravatus distrahens bona, vel exigens credita fideicommissaria tenetur reintegrare fideicommissum. Cyriac. *contrav.* 5. *n.* 23. & Rot. cor. Cels. *dec.* 235. *n. pr. cum seqq. et dec.* 308. *nu.* 12. Emerix Jun. *dec.* 241. *n. pr.*

Gravatus restituere quod superest non debet dissipare, sed uti arbitrio boni viri Fusar. *de subst. quæst.* 545. *n.* 4. *et seqq.* Ansald. *dec.* 21. *n.* 26. Animus tamen dissipandi non præsumitur. Card. De Luc. *de fideicomm. disc.* 182. *n.* 8. Rot. cor. Buratt. *dec.* 181. *n.* 22. Ansald. *d. dec.* 21. *n.* 27. Gravatus restituere quod superest non potest in Morte disponere. Peregrin. *de fideic. art.* 40. *nu.* 43. *et seqq.* Fusar. *de substit. quæst.* 545. *n.* 42. Ansald. *dict. dec.* 21. *n.* 28. 39

Gravatus repræsentat fideicommittentem pro portione, quam sibi retinet in quota hæreditatis, non si retinet quotam bonorum. Rubeus *de confusione cap.* 24. *n.* 8. *et* 9. 40

Gravatus ante restitutionem hæreditatis repræsentat testatorem. Rubeus *de Confus. d. c.* 24. *nu.* 26. 41

Gravatus de restituenda hæreditate filio spurio testatoris illum instituens censetur facere in fraudem legis. Natt. *cons.* 402. *nu.* 52. Rub. *de confus. c.* 30. *num.* 33. 42

Gravatus onere aliquid faciendi, casu, quo alter illud nō adimpleat, dicitur in necessarium antecedans honoratus onere impleto. Card. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit. pr. n.* 32. *prope fin. vers. sed cum quis* Fusar. *de substit. quæst.* 277. *n.* 56. Rocc. Episc. *c.* 22. *n.* 24. *lib. pr.* 43

Quilibet gravatus habet facultatem alienationem peragendi duraturam quousque vivat. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 35. *n.* 19. *lib.* 10. *vol.* 3. 44

Hæres gravatus habet dominium in re fideicommissaria, & illud est cum fideicommisso compatibile. Rot. *dec.* 59. *n.* 15. *et* 16. *et dec.* 70. *num.* 12. cor. Priol. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 35. *num.* 21. *et* 22. 45

Quando honor, & vocatio præcedit gravamen, gravatus non dicitur simplex minister, sed cum effectu hæres secus si præcederet gravamen, & postea vocatio & honor. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 15. *nu.* 6. *et* 7. *lib.* 13. *vol.* 4. 46

Gravamen in re hæredis ultra vires hæreditarias favore fideicommissarii universalis, non sustinetur de jure veteri, neque de jure novo Codicis, & Autenticorum Peregrin. *de fideic. art.* 3. *n.* 78. Bellon. *cons.* 99. *n.* 25. Emerix Jun. *dec.* 796. *n.* 17. & 18. 47

Idque procedit etiam si hæres nullum conficiat Inventarium. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 16. *n.* 51. & *seqq.* Rot. *dec.* 519. *p.* 4. *divers.* & coram Coccin. *dec* 1507. *num.* 6. & *seqq.* Emerix Jun. *d. decis.* 796. *n.* 19.

Referuntur variæ conjecturæ circa voluntatem Testatoris. Emerix Jun. *d. dec.* 796. *n.* 20. & *seqq.*

Gravamen injunctum hæredi non transit ad substitutum, præsertim quando apparet ex contextu Testamenti Testatorem voluisse gravare personam non etiam rem. Peregrin. *de fideicom. art.* 16. *num.* 88. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 19. *nu.* 10. *vers. nam licet*. Emerix Jun. *dec.* 4. *per tot.* 48

Et gravamen injunctum Primogenito non afficit primum hæredem non nominatum nomine proprio, sed ulteriorem Primogenitum substitutum. Emerix Jun. *dec.* 1178. *n.* 5. & 12. 49

Gravamen quomodo demonstretur in appellatione a reprobatione facta per Examinatores. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 60. *sub num.* 92. *vers. utrum autem* Ansald. *dec.* 64. *n.* 11. 50

Gravamen potest imponi legatario nedum intra, sed ultra limites emolumenti Cyriac. *controv* 128. *n.* 72. *cum seqq.* Andreol. *contr.* 363. *n.* 16. *vers. tamen si agnoverit*. Ansald. *dec.* 77. *n.* 50. 51

Gravamen instituendi hæredem nominatum à Testatore valet. Boss. *de pat. pot. cap.* 5. *nu.* 188. Rubeus *de confus. cap.* 20. *n.* 17. 52

Ex gravamine unius censetur exclusus quilibet alius, & electa industria gravati. Corrad. *in prax. disp. Apost. lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 4 Rot. *dec.* 476. *nu.* 14. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* 53

Gravamen in dubio præsumitur hæreditarium, ac nomine appellativo factum, ut indistinctè comprehendat omnes venientes ex judicio testatoris. Gratian. *discept.* 5. *n.* 44. 45. & 46. & *ex num.* 60. *cum seqq.* Peregr. *de fideicom. art.* 16. *sub n.* 59. *vers. in dubio autem* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 70. *num.* 19. *lib.* 10. *vol.* 3. 54

Quod-

55 Quodeumque gravamen adjectum fubftinetur filiis confentientibus. Mantiff. ad De Luc. *decif.* 7. *n.* 20. *lib.* 4. *vol.* 3.

56 Gravaminis caufa an debeat exprimi in appellatione, & nullitate Altimar. *de Nullit. rub. pr. quæft.* 4. *n.* 89. ubi latiffimè *tom. pr.*

57 Gravamen interlocutoriæ, fi non poteft reparari in definitiva appellatur ab illa interlocutoria. Surd. *dec.* 36. *n.* 13. Gratian. *dec.* ana. *nu.* 5. Altimar. *de Nullit. rub.* 5. *quæft.* 11. *n.* 17. *& feqq. tom. pr.*

58 A Gravamine futuro an detur appellatio, & dicatur de nullitate. Altimar. *de Nullit. rub.* 5. *quæft.* 30. *à n.* 2. *ufque ad* 9. *tom. pr.*

59 Gravamen nifi cognofcatur prius à Judice primæ inftantiæ non poteft cognofci à Judice appellationis. Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *quæft.* 18. *nu.* 8. *& feqq. tom. pr.*

60 Gravamen feu onus repugnans difpofitioni primi teftatoris non attenditur, nec fuftinetur. Palm. Nep. *all.* 4. *n.* 17. *tom. pr.*

61 Gravamen quando refpicit tractum temporis fucceffivi cenfetur impofitum per viam modi Cafanat. *conf.* 9. *n.* 18. Palm. *nep. all.* 4. *n.* 35. *& all.* 5. *nu.* 55. *tom. pr.*

62 Gravari quis non poteft ab eo, à quo non fuit honoratus. Fufar. *conf.* 93. *nu.* 3. Palm. Nep. *alleg.* 5. *num.* 1. *tom. pr.* Vide fupra.

63 Gravamen de jure improbatum an fuftineatur, ex eo quia in cafu non implementi alter fuerit fubftitutus. Palm. Nep. *all.* 5. *n.* 32. 33. 34. *tom. pr.*

64 Gravamen non infertur ex vocatione. Fufar. *de fubftit. quæft.* 322. *n. pr. & feq.* De Luc. *de fideicom. difc.* 71. *n.* 5. Palm. Nep. *all.* 19. *n.* 10. *tom. pr.*

65 Gravamen quando uni fuit impofitum cæteri cenfentur immunes. Palm. Nep. *all.* 90. *n.* 2. *tom. pr.*

66 Gravamen injunctum primo vocatis magis dilectis favore aliorum filiorum, & defcendentium, facit, ut gravati cenfeantur cæteri defcendentes penitus incogniti, & minus dilecti Caprar. *decif.* 193. *n.* 19. *part.* 1.

Regulariter loquendo poteft Patronus in actu nominationis pro fui libito faciendæ gravamen imponere Epifc. Piton. *de Jurep. alleg.* 67. *nu.* 13. 29. *&* 36. *tom.* 2. ubi ampliationes, & limitationes. 67

Gravamen an poffit imponi per teftatorem fuper bonis propriis hæredis, & plura alia ad rem De Luc. *de teftam. difc.* 42. *à n.* 8. *difc.* 44. *fub n.* 6. *difc.* 48. *n.* 8. *de fideicommiff. difc.* 134. *fub n.* 16. *difc.* 139. *num.* 4. 68

Gravamen injunctum defcendentibus non infertur ad tranfverfales De Luc. *de fideicommiff. difc.* 91. *n.* 76. *difc.* 92. *n.* 4. ubi hoc declaratur; Et an injunctum proximiori extendatur ad remotiores vocatos Idem *ibidem difc.* 53. *n.* 16. Et injunctum hæredi an intelligitur folùm de primo, vel etiam de ulteriori Idem *Conflict. obferv.* 113. 69

Gravamen non intrat in arbitrio De Luc. *de Paroch. difc.* 28. *n.* 6. *de Jurep. difc.* 23. *n.* 10. *de matrim. difc. pr. n.* 13. 70

Gravamen interlocutoriæ devolvit totam caufam principalem. De Luc. *de Judic. difc.* 37. *n.* 4. *&* 47. 71

Gravamen Ordinarii quando eximat ab illius jurifdictione De Luc. *de Judic. difc.* 3. *n.* 70. 72

Gravatoria eft fimplex pœna pecuniaria, quam Judex imponit contumaci non comparenti Mantiff. ad De Luc. *lib.* 10. *decif.* 9. *n.* 3. *vol.* 2. Caprar. *dec.* 39. *n.* 30. *part. pr.* 73

Gravatoria relaxatur crefcente contumacia, & protervia parere debentis, ut tandem refipifcat, & debitam paritionem oftendat Caprar. *decif.* 331. *n. pr. part. pr.* 74

Finis Libri Septimi.

MAR-

MARCI ANTONII
S A B E L L I J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER OCTAVUS.
De littera H.

§. HABITATIO. I.

1 Habitatio est jus, sive facultas habitandi in aliena domo, salva ipsius domus substantia & ideò etiam habitator ad instar usufructuarii potest cogi ad satisdandum de utendo arbitrio boni viri, ut scilicet deteriorem non reddat, sarta tecta habeat, atque reficiat: quomodo habitatio constituatur, atque finiatur, in quibus conveniat, & differat ab usu, & usufructu, & alia vide per Mysing. Oinot. & alios *in §. sed si Instit. de usu, & habit.* Tusch. *litt. H. conclus.* 7. ubi quis dicatur habitare, & quibus modis.

2 Habitatio sive sit relicta in ultima voluntate, sive inter vivos constituta, etiam per viam reservationis, potest cedi, locari, vel donari, nisi competeret solùm per modum facultatis personalis, vel nisi consisteret tantùm in uso, & commoditate habitationis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 775. *nu.* 10. *&c.* Tusch. *litt. H. conclus.* 9. ubi etiam quòd relicta filiæ in casu viduitatis intelligitur de simplici usu habitandi, & non importat alimenta, latè Joseph. de Rota *Consult.* 63. *per tot.* ubi plura an, & quando habitatione legata permissum sit legatario alteri locare, & alia de hac materia, Rot. *part.* 18. *recent. decis* 201. *num.* 5. *&* 6. ubi quod legatarius habitationis, potest illam sive in totum, sive pro parte alteri locare, Carol. Rota *in ejus Florileg. concl.* 39. *per tot.* Castil. *de usufruct. cap.* 28. *num.* 23. *&* 24. Barit *de success. libr.* 9. *tit.* 21. *sub n.* 1. Cels. *decis.* 35. *n.* 9.

Quòd habitatio alicui relicta intelligatur non tantùm pro se, sed etiam pro ejus familia, *§. item is Instit. de usu, & habit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *n.* 9.

Quòd relicta, sive concessa domo ad habitandum, intelligitur ipsa domus comprehensa, & nõ simplex usus, & habitatio, nisi aliter appareat de mente disponentis, *l.* 4. *ff. de alim. leg. l. donationis, §. species*, ubi Bart. *de donat.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 268. *num.* 2. Carol. Rota *d. concl.* 39. ubi etiam an habitatione alicui relicta, intelligatur cum onere solvendi pensionem, quando ejusdem domus proprietas fuit alteri legata, concludens habitationem esse gratis legatam, & alterum legatarium proprietatis admitti tantùm extincto habitationis legato. Card. De Luc. *de Fideicomm. disc.* 133. *num.* 3. Brunnemann. *sup. ff. libr.* 7. *tit.* 8. *leg.* 1. *n.* 10. *&* 11.

Quòd habitatio relicta uxori simpliciter non debeatur in domo testatoris, sed possit alibi dari per hæredem in loco tamen honesto, Bald. *l. si domus, ff. de leg.* 1. *& in leg. in annalibus in fine, C. de leg.* Bertach. *in Repert. verb. habitare*, ubi refert contrarium tenentes vide *in §. Legatum.*

Quando autem intelligatur de tota domo, vel de parte arbitrio boni viri, Cabal. *cons.* 137. *num.* 16. *lib.* 2. & dixi in §. *Uxor num.* 25. *in fine.*

3 Habitatio alicui relicta ad vitam, sive inter vivos, sive in ultima voluntate, qualiter sit æstimanda, si agatur de vendenda ipsa domo, in qua debetur *l. hæreditatum, ubi DD. ff. ad Falcid.* Afflict. *decis.* 34. Gratian. *discept. forens. cap.* 109. *num.* 31. *cap.* 702. *n.* 29 *& cap.* 756. *nu.* 28. *&c.* dixi in §. *Æstimatia num.*

4 Habitatio promissa per Soccerum suo Genero potest variari, non obstante quòd elegerit ab initio illam dare in domo sua, & sic potest alibi ex post facto constitui, Afflict. *decis.* 146. Gratian. *discept. for. cap.* 743. *num.* 13.

Hujusmodi autem habitatio, vel alimenta quoad æstimationem veniunt in restitutione dotis, nisi appareant data ultra dotem, vel pro fructibus, sive alia recompensatione, Altograd. *cons.* 76. *per tot. lib.* 5.

5 Habitator, vel habitare quisnam propriè dicatur ad effectum acquirendi domicilium, & alia, Gratian. *discept. forens. cap.* 559. *num.* 6. *cap.* 596. *nu.* 2. *& cap.* 592. *num.* 7. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 86. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 534. *lib.* 1. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 105. *&* 110. *per tot.* Duran. *decis.* 365. *n.* 4. Fenzon. *ad Stat. Urb. cap.* 42. *per tot.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 77. *per tot.* Altograd. *cons.* 93. *num.* 24. *lib.* 1 *& cons.* 27. *&* 28. *per tot. lib.* 2. dixi *in §. Domicilium per tot. & in §. Gabella nu.* 41. ubi benè declaratur ad effectum subiacendi, vel non, gabellis Civitatis ratione habitationis, vel incolatus, vide Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 252. *decis.* 431. *& decis.* 537. *per tot.* ubi plenè in eadem causa; *& decis.* 695. *nu.* 7. *& seqq.* Card. De Luc. *de matrim. disc.* 1. *num.* 10. *& seqq.*

Quòd quis præsumatur habitare in Civitate, in qua est natus, Rot. *part.* 1. *divers. decis.* 420. *per tot.* Mans. *consult.* 236. *num.* 2. Gratian. *decis.* 4. *num.* 44.

Item qualiter dicatur habitare in Civitate, qui per annum, vel majorem partem anni, vel per plures annos continuò cum uxore, filiis, tota familia, suppellectilibus, & masseritiis totis habitaverit in ipsa Civitate, vivendo, & vestiendo more Civitatis, etiam in domo conducta, Simon de Præt. *cons.* 119. *num.* 6. *& seqq.* vide Gratian. *discept.* 592. *per tot.* sed intellige, & declara, ut dixi *in dict. §. Gabella num.* 41.

Quòd habitare verè dicatur in loco ille, qui ibi physicè manet, comedit, & bibit, ac facit focum, etiam sine animo permanendi, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 238. *num.* 3. *& seqq.* ubi tamen loquitur cum etiatis in favorabilibus ad effectum gaudendi privilegiis loci, secùs in odiosis ad effectum subiacendi oneribus, ut dixi *loc. cit.* Rot. *part.* 17. *decis.* 183. *num.* 27. *& seqq. & decis.* 327. *num.* 7 *& seqq.*

6 Habitatione legata simpliciter, finitur legatum per mortem legatarii, *l. si habitatio, ff. de usu, & habit. & in §. sed si cui Instit. eod. tit.* Secùs autem si fuerit legata domus cum onere habitandi, quia tunc legatum non est temporale, nec extinguitur morte legatarii, sed est perpetuum, & ad hæredes transitorium, & tunc dicitur conditio per mortem finita, & non defecta, ita ut hæres non teneatur habitare, nisi aliter constet de mente testatoris, ut si dixerit donec, & quousque habitaverit, sicuti benè explicat Merlin. *decis.* 380. *& decis.* 408. *per tot.* Rota *part.* 16. *recent. decis.* 150. facit quod dixi *in §. Conditionu.* 40. *&* 45. *& in §. Legatum num.* 37. *&c.*

De habitatione à marito uxori relicta, ut cum liberis moretur, cujusnam contemplatione relicta præsumatur, & de ejus effectu Arias de Mesa *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 5. *per totum.*

Quòd si cui testator concesserit habitare in domo, non videatur per hoc relinquere habitationem, nec usum, sed tantùm facultatem habitandi in facto consistentem, & personalem, ita ut qui habet talem facultatem non possit domum locare, nec vendere, quia est concessio personalis, non de aliquo jure, sed de actu per se ipsum explicando Dec. *cons.* 355. Bart. & Castr. *in l. Aquilius Regulus, ff. de donation.* quos refert, & sequitur Joseph. Feliu. & Cerezo *Margar. variar. conclus. in verb. Habitare*, ubi etiam quòd si iste expellatur, ei subvenitur per officium judicis,

secun-

ſecundùm gloſ. & Bart. *in d. ſt. leg. Aquilius*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 775. num. 12. & 13.*

7 Habitatores plures domus combuſtæ non tenentur ex incendio, etiam ad emendationem damni propter incertitudinem, & idem ſi unus ſolus eſſet habitator, quia incendium præſumitur ex culpa levisſima, de qua conductor non tenetur, Ludovic. *deciſ. Peruſ. 25. num. 18. & per tot.* ubi latè incendii materiam pertractat, & ad quid teneantur habitatores, vel non, Menoch. *de arbitr. caſ. 390.* & ego dixi plura allegando *in §. Conductor num. 29. & §. Incendium per tot.* ubi plura notabilia.

8 Habitans in domo aliena ſciente, & patiente domino, tenetur ad ſolitam penſionem, licet de locatione, vel conductione non appareat, quando tamen illa domus eſt ſolita locari, aliàs ſecùs, Bald. *in l. item quæritur, §. qui impletn, ff. de locat.* Bart. *in l. in ſumma, §. & ſic de condit. indeb.* Alex. *conſ. 180. vol. 2.* cum aliis per Bertachin. *in Repert. verb. Habitare*, ubi alia plura notabilia de habitatione.

9 Habitans in parte inferiore domus non prohibetur fumum facere, & habitans ſuperius non prohibetur emittere aquam, dummodo uterque ſolitum non excedat, nec animo injuriandi, vel nocendi faciat, Bart. *in l. ſicut ariſto, ff. ſervit. vindic. & l. pen. ff. de injur.* Bertachin. *loc. cit.* & facit quod dixi *in §. Dominus num. 35. §. Vicinus.*

10 Habitare non debent Clerici cum fœminis, etiam conſanguineis propter timorem fornicationis, excepta matre, vel ſorore carnali *cap. hoſpitiolum 81. diſt. cap. volumus 34. diſt. cap. 1. de cohab. Cler. & mulier cap. cum omnibus, cap. fœminas, cap. cum juventute de præſumpt.* Bertachin. *loc. cit.* facit quod dixi *in §. Clericus num. 33. &c.*

11 Habitare ſeorſum à patre quando dicatur filius, ut poſſit obligari ſine conſenſu patris juxta diſpoſitionem ſtatutorum dixi *in §. Filius n. 56.* ubi videas. De habitatione nonnulla notat Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part. 1. & 3. verb. Habitatio*, & plura Ægid. de Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Habitatio*, & Com. Auguſt. Fontena *in Bibliothec. legal. part. 4. eod. verb. fol. 660. &c.* ubi an valeat pactum habitandi in certo loco, de quo Antonel. *de loc. legal. lib. 2. cap. 17. quæſt. 19.* & de pacto habitandi in domicilio uxoris, an quo Eminentiſs. de Luca *diſcurſ. 10. per tot.* Gomez. *variar. reſolut. de contract. cap. 10* Cyriac. *controv. 448. num. 47. & ſeqq.* Cancer. *variar. lib. 3. cap. 7.* dixi ego *in §. Pactum num. 23. & §. Uxor n. 4.* Nonnulla alia De Luc. Brunnemano. Emerix Palm. Manſ. & alii moderni.

12 Habitandi onus legatario domus injunctum eſt perſonale, & extinguitur cum eo Bart. *in l. 4. ff. de alim. legat.* Rot. apud Merl. *dec. 380. & dec. 408.* De Luc. *de Fideicom. diſc. 131. n. 7.*

13 Habitandi onus modum importat, & ſupponit aquiſitionem domus Rot. *dec. 39. p. 1. diverſ. & 310. num. 5. p. 7.* De Luc. *de Legat. diſc. 29. n. 6.*

14 Habitationis conditio eſt modalis De Luc. *de Legat. diſc. 29. n. 6. de Fideicommiſſ. diſc. 131. n. 11.*

15 Habitatio accidentalis in villa, ſeu alio loco non ſufficit ut domicilium contractum dicatur in aliqua Parochia De Luc. *de Matrim. diſc. 1. n. 10.*

16 Pacta per donatorem, ſeu concedentem reſervatione aliquarum manſionum pro ejus habitatione, an cenſeantur reſervatæ officinæ neceſſariæ, licèt non exprimantur De Luc. *de ſervit. diſc. 67. per tot.* ſub ea veniunt coquina, & aliæ officinæ neceſſariæ Surd. *de alim. tit. 4. quæſt. 4. n. 2.* De Luc. *ibid. n. 4.* & eſt regulanda juxta qualitatem perſonæ, cui debetur *ibid.*

17 Habitatio ab incolatu in quo differat De Luc. *de Canon. diſc. 21. n. 5.*

18 Habitare dicitur, qui per alium habitat Decius *conſ. 355. n. 2. & 3.* Afflict. *dec. 401. n. in fine* De Luc. *de ſervit. diſc. 82. n. 3.* ſufficit famulus, ſeu potentia cohabitandi cum deſtinatione, ſeu animo Bald. *conſ. 234. num. pr.* De Luc. *ibid.*

19 Habitationis Legatum ſervitutem tantum importat non poteſtatem alius concedendi, locandi durante jure proprio De Luc. *de fideicomiſſ. diſc. 133. num. 11.* At ſi fuerit legata domus ad habitandum continet etiam proprietatem, ac proinde tranſmittitur ad hæredes De Luc. *ibid. n. 3.* In hæredibus tamen gravamen non durat De Luc. *ibid. n. 4. & 11.* Et quando importet ſimplicem facultatem alteri non ceſſibilem De Luc. *ibid. n. 11.*

Habitator dicitur ille, qui conduxit domum animo habitandi De Luc. *de ſervit. diſc. 82. n. 3.* Hoſpes licèt de facto inhabitet non dicitur inhabitator *l. 1. §. inhabitare, ff. de his, qui ejecerunt, & effuderunt.* De Luc. *ibid.* 20

Habitationis ſub onere inſimul cum uxore in domo Teſtatoris relictum hæredi legatum cenſetur, cum hoc, ut eidem uxori obſequia à legatario præſtentur, illud debetur: quamvis legatarius extra domum uxoris agat incolatum, ſi tamen eidem obſequia præſtare ſit paratus Cephal. *conſ. 80. lib. 1.* Rodoer. *conſ. 18. n. 18.* Rocc. *cap. 25. n. 45. libr. 1.* 21

Habitationis conditio, ſive onus in ſimul à jure appoſitum uxori, nec non matri ejuſdem teſtatoris, ejuſque filiis in Teſtamento operatur, ut omnes, utpotè re & verbis conjunctæ perſonæ unius vice dijudicare debeant Cardio. Mantic. *de conject. l. 10. tit. 3. n. 7. & ſeqq.* Gratian. *cap. 533. nu. 14.* Rocc. *cap. 31. n. 17. libr. 1.* 22

Habitandi onus cum hærede injunctum legatario, etiam ſi non habeat diſpoſitio, præponderat legatarii favor, quando favorem utriuſque inſpexit Menoch. *conſ. 146. nu. 9. & 34. & lib. 4. præſumpt. 133.* Rocc. *cap. 31. n. 19. lib. 1.* 23

Habitatio, an ſit neceſſaria ad hoc, ut Civis ex privilegio immunitate à Collectis gaudeat Afflict. *dec. 384. n. 8.* Rot. *in rec. dec. 160. nu. 28. p. 6.* Rocc. *cap. 83. n. 5. lib. 1.* 24

Habitatio contrahi ſolum poteſt per corporalem exiſtentiam, ſeu moram in loco habitationis ad differentiam Domicilii Text. *in l. prima, §. habitare, ff. de iis, qui dejecer. vel effud.* Emerix Jun. *dec. 296. n. 9.* 25

Habitatio in diverſis locis eodem tempore eſt naturaliter impoſſibilis Riminal. Jun. *conſ. 17. ſub nu. 3. lib. 1.* Joan. de Amic. *conſ. 82. in princip. & num. 1.* Emerix Jun. *ibid. n. 8.* 26

Habitatio legata cenſetur uxori cum ſuppellectili ad hoc neceſſaria à Teſtatore rogante illam, ut redeat ad convivendum cum Matre ad domum in qua ipſe habitabat Surd. *de alim. tit. 4. quæſt. 4. nu. 2. & ſeqq.* Emerix Jun. *dec. 1. n. 11.* Contrarium Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8 tit. 1. n. 12. & 15.* Peregrin. *de fideicomiſſ. art. 1. num. 48. & duobus ſeqq.* Emerix Jun. *dec. 8. n. 1.* 27

Habitatio nunquam intelligitur contracta per eum, qui habitat in loco tanquam hoſpes Carleval. *de Judic. diſput. 2. quæſt. 1. n. 12.* Palma Nepos *alleg. 28. n. 4. tom. 1.* 28

Habitatio ad effectum inducendæ comunionis debet eſſe longæva Catan. *conſ. 26 n. 7.* Rot. *dec. 129. n. 15. p. 10.* Palm. Nep. *all. 28. n. 5. tom. 1.* 29

Habitatio ad effectum comunionis illa ſolum eſt habenda in conſideratione, quam quis facit animo permanendi, non autem ſtatim recedendi Gratian. *diſcept. for. cap. 484. nu. 20. & cap. 592. nu. 4.* Palma Nepos *all. 28. num. 24. tom. pr.* 30

Habitatio, & convictus ad hoc, ut deſerviat pro comunione univerſali, requiritur continuatus ad minus per ſpatium decem annorum Dec. *conſ. 21. in princ.* Catan. *conſ. 26. n. 7. ad fin.* Rot *dec. 129. n. 15. p. 10.* Palm. Nep. *alleg. 28. n. 26. tom. 1.* 31

Habitatio probat poſſeſſionem Rot. *dec. 254. nu. 2. p. 4. diverſ.* nor. Duran. *dec. 7. n. 1.* & cor. Burat. *dec. 566. n. 2.* Palm. Nep. *dec. 24. n. 2. tom. 1.* 32

Habitans quis dicitur in loco, ubi retinet domicilium Rot. *in dec. 90. n. 5. & 6. & dec. 431. nu. 1. cum ſeqq. p. 18.* Palma Nep. *dec. 190. n. 18. tom. 2.* 33

Habitator, qui onera non ſuſtinet, non gaudet beneficio ſtatuti Rot. poſt Merlin. *de legit. dec. 154. nu. 5. et ſeqq. et dec. 327. n. 3. p. 1. diverſ.* Palm. Nep. *dec. 249. n. 7. tom. 3.* 34

Habitator, & domiciliatus ad hoc ut quis dici poſſit, ſufficit ſolus animus permanendi abſque ullo temporis lapſu. Rot. cor. Merlin. *dec. 193. n. 3. et 7. et dec. 194. n. 12.* & cor. Dunoz. Jan. *dec. 743. n. 6. & in rec. p. 19. dec. 71. n. 26.* Palm. Nep. *dec. 347. n. 12. tom. 4.* 35

36 Habitatio tantum si fuerit relicta respectu ad servitium personale, tunc non veniunt apothecæ. Cels. *dec.* 35. *n.* 1. Et quando veniant. Alex. *cons.* 223. *n.* 3. *vers.* & *fortius lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 23. *n.* 32., & *de conject. ult. volunt. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 37. Cels. *ibid. n.* 2.

37 Habitatio dicitur continuata in aliquo loca, ubi quis ad custodiam suorum bonorum, servum vel factorem reliquit de tempore suæ absentiæ, etiam ad effectum assequendi honores, & privilegia Rota *recent. tom.* 2. *p.* 19. *dec.* 459. *n.* 12.

38 Onus habitandi perpetuo in certo loco quando possit impune sperni Rot. *dec.* 270. *n.* 12. *p.* 8. *recent.* & *Tom.* 2. *p.* 19. *dec.* 644. *n.* 2.

39 Habitatio nulla dulcior, quam propria patriæ Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *n.* 126. *tom.* 1.

40 Habitatione legata ad quem periculum incendii spectet Brunnemann. *ff. libr.* 2. *tit.* 15. *leg.* 8. *n.* 9.

41 Per non usum non amittitur habitationis usus Brunnemann. *ff. libr.* 7. *tit.* 8. *leg.* 10. *n.* 2.

42 Habitatio, & usus ædium ferè coincidunt Brunnemann. *ff. libr.* 7. *tit.* 8. *leg.* 10. *n.* 1.

43 Si plures sint habitatores, contra singulos actio de dejecto, vel effuso datur Brunnemann. *ff. libr.* 9. *tit.* 3. *leg.* 3. *n.* 1. Solvens tamen à consorte partem repetit *ibidem n.* 2.

44 Sola habitatio non facit incolam, nec aliquem adstringit ad subeunda onera personalia, vel ad garandos honores Brunnemann. *Cod. lib.* 10. *tit.* 30. *leg.* 3. *n.* 3. *pag.* 968.

45 Ædes paternas inhabitans filius, an hoc ipso pro hæreda se gerat Brunnemano. *Cod. lib.* 6. *tit.* 3. *leg.* 1. *n.* 1. & 2., ubi hoc ampliatur *pag.* 599.

§. HÆREDITAS II.

1 HÆreditas nil aliud est, quam successio in universum jus, quod habebat defunctus tempore mortis suæ, *l. hæreditas ff. de reg. jur.* continet enim universitatem, comoda scilicet, & incomoda, Tusch. *litt. H. conclus.* 16. *per tot.* Ita ut quandoque licet ab initio appareat opulenta, & lucrosa, possit successu temporis emergere æs alienum latens, & effici damnosa, & ideò ad hujusmodi incomoda vitanda, ac ut hæredes possint tutò adire hæreditates, quòd publicè interest ad implendas voluntates defunctorum, fuit à jure introductum beneficium inventarii, quo mediante hæredes conservantur indemnes, & non obligantur ultra vires hæreditatis, ut dicam infrà *in §. Hæres num.* & *§ Inventarium num.* Paslador. *quotid. diff. rem. ... ff.* 22. *num.* 8. vide infra *in novissimis additionibus* Crescen. *n.* 34. latissimè Rubeus *de confus. Jur. cap.* 3. *n.* 48. & *cap.* 31. *n.* 48. *cap.* 1. *n.* 21.

Defertur autem dupliciter, scilicet a testamento, & ab intestato, & quandiu potest adiri ex testamento, cessat successio ab intestato, *l. quamdiù potest, ff. de acquir. hæredit. l. antequam, C. com. de succ.* & *l. quamdiù, ff. de reg. jur.*

Item consideratur vel tamquam adita, vel tamquam non adita, quæ sit differentia, & quid in dubio intelligendum, Tusch. *litt. H, conclus.* 17. *per tot.*

2 Hæreditas, ut possit adiri plura requiruntur, primò quod adire volens sit homo liber, & sui juris, secundò compos mentis, & habens intellectum, tertiò sit major, quartò sciat mortem illius, cui intendit succedere, & sic se esse hæredem, & hæreditatem sibi delatam, quintò sit validum testamentum, si prætendatur ex testamento, vel si proximior sit ab intestato, sextò sciat causam an veniat ab intestato, vel ex testamento, & septimò ut sit purè, & non sub conditione delata, quia ante eventum conditionis non posset adiri, glos. & Bart. *in l. is potest*, ubi etiam Marant. *num.* 101. & *seqq. ff. de acquir. hæred.* Oinot. *in §.* 2. *Instit. de hæred. qualit.* & *dif.* Merlin. *tract. de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 16. *num.* 41. & 42. quoad scientiam mortis necessariam, Rot. *part.* 18. *recentior. decis.* 800. *num.* 6. Nicoli. *Elucub utriusque jur. lib.* 2. *tit.* 19. *n.* 21. *Inst.* Civil.

3 Hæreditas an deferatur secundùm statuta, & consuetudines loci, ubi sita sunt bona, vel loci, in quo moritur testator, vel in quo habet originem, vel domicilium, Pract. Papp. *libell. hæred. ex testam. glos. Vallatum num.* 6. ubi ex doctrina Bart. dicit attendenda esse verba statuti, an sint in rem concepta, & tunc habeat locum statutum loci, in quo sita sunt bona, vel in personam, & attendatur statutum domicilii, de quo tamen vide in *§. Statutum excludens num.* ubi reprobatur dicta distinctio.

Hæreditas debet vel in totum adiri, vel in totum repudiari, & si fuerit tantùm pro parte adita, vel pro parte repudiata, pars non adita, vel repudiata accrescit parti aditæ, & non repudiatæ, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vel pro parte cum hærede, & pro parte sine hærede, & idem est in legato unico, quod debet totum agnosci, vel totum repudiari, Marant. *in l. is potest num.* 18. &c. *ff. de acquir. hæred.* Sperel. *decis.* 146. *num.* 7. & *seqq.* ubi quòd nemo potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, tam respectu bonorum, quam temporis, cum hæreditas non possit dari ad diem, nullo scripto cohæreda, vel substituto, & si de facto detur non vitiatur institutio, sed sublato temporis vitio, vel mentione, illa remanet pura, simplex, & perpetua, vide *in §. Hæres num.* Peregrin. *decis.* 158. *num.* 5. & *seqq. per tot.* Rubeus *de confus. Jur. cap.* 21. *n.* 19. & 33. 4

Hæreditas delata infanti qualiter illi acquiratur, & ad suos hæredes transmittatur, *DD. in l. si infanti, C. de jur. delib.* Marant. *in dict. leg. is potest nu.* 145. &c. *ff. de acquir. hæred.* Tusch. *litt. H. conclus.* 18. *n.* 17. & *seqq.* Thesaur. *decis.* 88. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 401. *num.* 32. ubi quòd potest per patrem nomine infantis adiri, & Altograd. *cons.* 81. *num.* 1. & *seqq. lib.* 1. vide *in §. Pater nu.* & *in resolut. cap.* 89. *num.* 16. &c. 5

An autem pater retinendo dotem maternam dicatur nomine infantis filii hæreditatem matris adire, videtur affirmare Gratian. *discept.* 627. *num.* 26. Magon. *decis. Flor.* 14. *in fine*, & *decis.* 148. *num.* 11.

Sed pro contraria opinione vide latè Altograd. *dict. cons.* 81. *num.* 6. & *seqq. per tot. lib.* 1.

Hæreditas delata pupillo qualiter ei acquiratur, quomodo sit agnoscenda cum auctoritate tutoris, & qualiter transmittatur ad suos hæredes, Marant. *in dict. leg. is potest num.* 146. & *seqq.* Montan. *de tut. cap.* 10. *n.* 44. &c. *cap.* 32. *reg.* 9. *nu.* 273. &c. & *cap.* 30. *n.* 107. & *seqq. ad* 134. dixi *in resolut. cap.* 89. *num.* 19. &c. Tusch. *litt. H. conclus.* 18. *num.* 25. &c. Nicoli. *Elucubrat. utriusque jur. lib. pr. tit.* 21. *n.* 8. *instit. civil.* 6

Quando fuit adita per tutorem, qualiter pupillus factus major dicatur aditionem ratificasse, Gratian. *discept. for. cap.* 711. *n.* 54. &c. vide in *§. Minor. n.*

An autem per habitationem domus paternæ sciente, & patiente tutore videatur adita hæreditas paterna, dic quòd non, nisi tutor mandasset, vel fuerit habitatio per decem annos, Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 36. &c.

An per ingressum feudi unà cum tutore, idem Montan. *cap.* 30. *num.* 44. &c.

Quòd pupillus possit paternam hæreditatem adire sine tutore, quia non obstante immixtione habet beneficium abstinendi, vel restitutionis in integrum, sicut etiam legatum agnoscere, ac conditionem, sub qua fuit institutus implere, etiam sine tutore, Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 133. & *num.* 162. &c.

Hæreditas delata minori 25. annis qualiter sit adeunda, Marant. *in dict. leg. is potest n.* 152. & *seqq. ff. de acquir. hæred.* ubi etiam quod in omnem casum, quo infantes, pupilli, sive minores essent læsi ex aditione, vel non aditione hæreditatis habent restitutionem in integrum, cujus petendæ jus transmittunt ad quoscumque hæredes, Surd. *decis.* 238. *num.* 9. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 78. *num.* 22. &c. *cap.* 820. *num.* 20. &c. 7

Hæreditas dicitur delata filiofamilias principaliter, & illo mediante acquiritur patri, quando est profectitia, idest ab ascendentibus paternis, vel aliis contemplatione patris relicta, quando verò est adventitia acquiritur in totum quoad proprietatem ipsi filio, & quoad usumfructum patri ejus vita durante, *DD. in l. pr. C. qui admitti*, & in specie Dec. Alex. Cagnol. Aleiat. Sapp. Jacob. de Nigr. Rimin. jun. Bolognet. 8

&

& alii, vide *in §. Filius num.* 30.

Non tamen potest acquiri patri ignoranti, ne ita ignoranter obligetur æri alieno, Montan. *de tut. c.* 30. *num.* 114. *&c.*

Et licèt à filio fuerit repudiata, potest agnosci à patre, cùm filius non possit patri præjudicare repudiando, & ideò patre vivente filio habet facultatem pro se agnoscendi, secùs illo mortuo, Altograd. *cons.* 82. *num.* 12. *lib.* 2. vide Francisc. de Amaya *Observ. lib. pr. cap.* 5. *per tot.*

9 Hæreditas delata monacho acquiritur ipso jure monasterio absque ullo facto, & aditione Monachi, Cavaler. *decis.* 346. *num. pr.* Gratian. *discept.* 363. *n.* 20. vide *in §. Monachus nu.* *& §. Monasterium n.* Tuschus *litt. H. conclus.* 18. *num.* 47. *&c.* Noguerol. *allegat.* 6. *num.* 10. *&* 11. *allegat.* 26. *num.* 354. Vide Baldoc. *tit.* 3. *de legat. decis.* 21. *n.* 3.

10 Hæreditas agnita per filium, & non ratificata à patre prout requiritur, ex *l. pr. Cod. qui admitti*, habetur pro non adita, resolvitur agnitio, & filius non remanet obligatus creditoribus hæreditariis, quando verò pater habet ratam agnitionem sibi acquirit juxta distinctionem supra positam *num.* 8. *l. cum hæres ff. de acquir. hæred.* arguendo à speciali. Si tamen pater esset impeditus, vel nollet consentire, tunc agnitio fundatur in filio, & remanet obligatus creditoribus hæreditariis, *d. l. cum hæres*, Montan. *de tut. cap.* 30. *n.* 126. *&c.* vide Fachin. *controv. jur. lib.* 9. *cap.* 76. Paul. Christin. *decis.* 76. *num.* 8. *vol.* 4.

Quòd non possit repudiari à patre sine consensu filii, *l.* 2. *Cod. de repud. bon. poss.* Paul. Christin. *decis.* 2. *nu.* 3. *vol.* 4.

Quid si filius esset impubes, idem Montan. *cap.* 10. *n.* 48. *&c.*

11 Hæreditas delata filiofamilias, vel alteri, qui postea efficiatur bannitus, & non adita tempore delicti, & condemnationis, non venit in confiscatione, & potest repudiari in præjudicium fisci, Castr. *cons.* 212. *lib.* 2. Cabal. *resol. crim. cas.* 264. *num.* 12. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 272. *num.* 20. *etc. cap.* 458. *num.* 20. *et cap.* 132. *num.* 11. *etc.* dixi *in §. Bannitus n.* 20. *§. Filius num.* 32. *§. Fiscus num.* 7. *et §. Legitima nu.* 28. *in fine*, ubi an sit attendendum tempus delicti, vel condemnationis, de quo etiam Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tractat. de testam. cap.* 9. *§.* 1. *dub.* 5. *fol.* 351. Hieron. Cala *tract. de restit. in integr. denegan. qu.* 43. *num.* 11. *et seqq. per tot.* ubi plura pro fisco Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

12 Hæreditas delata, vel legatum potest repudiari à debitore in præjudicium creditorum, & ne illis acquisatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 132. *per tot. cap.* 458. *num.* 19. *etc.* & latè *in cap.* 271. *per tot.* ubi quòd in foro conscientiæ peccant mortaliter tam ipse debitor, quàm advocati, & alii consilium dantes, vide *in §. Debitor num.* 8. *et in Pract. §. Debitori num.* 2. *et* 3. *et §. Eredis num.* 29. Card. Tusch. *litt. H. conclus.* 20. ubi quando habeatur pro adita, & acceptata ad favorem creditorum vigore legum municipalium Florentiæ Magon. *dec. Flor.* 10. *nu.* 12. latè Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tractat. de testam. cap.* 9. *§.* 1. *dub.* 6. *per tot. fol.* 356. Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 41. *per tot.* Et an jus adeundi sit in bonis, ita ut ad creditores transferatur, & cedi possit Olea *de cess. jur. tit.* 2 *quæst.* 3. *num.* 7. *et seqq. et tit.* 3. *quæst.* 13. *num.* 14. Franch. *decis.* 6. *et* 101. Castil. *controv. tom.* 5. *cap.* 112. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 104. *cap.* 14. *num.* 11. *et cap.* 25. *num.* 66. latè Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*, & Add. ad De Franch. *ubi suprà.*

Legitima tamen non potest renunciari in præjudicium hujusmodi creditorum secundùm Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 29. *per tot.* quicquid contrarium sequi videatur Gratian. *disceptat.* 882. *num.* 32. Bich. *decis.* 292. *num.* 20. *et seqq. per tot.* ubi post plures hinc indè citatos videtur sequi, ut etiam legitima possit renunciari, facit quod dixi *in §. Maritus n.* 33. *et §. Lucrum n.* 16. & Caren. *resolut.* 202. *per tot.* ubi quòd potest renunciari quodcumque lucrum in quærendis, tam in præjudicium creditorum, quàm fisci, licèt secundùm alios fiscus in hoc sit privilegiatus, vide Vasquez. *loc. cit.* Hier. Cala *loc. cit.* ubi qua-

liter ipso jure ratione delicti hæreditas à delinquente non agnita transeat in fiscum, quod ego intelligo si est delata antè delictum, & non repudiata, neque agnita, secùs si esset delata post delictum, vel condemnationem, quia jura futura non veniunt in confiscatione, ut alibi probavi.

Hæreditas delata, & non adita an, & qualiter transmittatur ad suos hæredes, Pract. Papp. *de hæredit. ex testam. glos.* 2. *nu.* 6. *&c* Socein. *reg.* 217. *per tot.* dixi *in resolut. cap.* 89. *nu.* 27. *&c. & in hoc opere §. Transmissio*, latè Tusch. *litt. H. conclus.* 118. *per tot.* Peregrin. *decis.* 86. *per tot. & decis.* 151. *per tot.* ubi etiam quod antequam sit adita non potest alteri cedi, & alia De Luc. *de success. disc.* 15. *nu.* 17. *&* 18 *disc.* 43. *num.* 7. *Conflict. observat.* 112. Vide Emerix jun. *decis.* 283. *n. pr. decis.* 1122. *n.* 30. Baldue. *tit.* 3. *decis.* 25. *n.* 4. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 585. *n. pr.* Crescen. ad Peo. *decis.* 356. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 9. *decis.* 10. *n.* 2. *vol.* 3. *lib.* 16. *decis.* 26. *num.* 16. *vol.* 4. Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 18. *n.* 373. *et seqq.* 13

Quòd delata, & non adita de jure regulariter non transmittatur exceptis casibus, de quibus in locis præcitatis; transmittatur tamen jus petendi restitutionem in integrum ex capite justæ, & probabilis absentiæ, vel ignorantiæ verisimilis, & undèquaque probabilis, nullaque scientiæ præsumptione, aut negligentiæ suspicione labefactatæ ob æquitatem, *l. Pætonius ff. de acquir. hæredit.* quæ tamen cessaret, & sic etiam restitutio in integrum ubi adessent personæ magis dilectæ, quàm transmissarius, & sic non procedere in præjudicium existentium in pari gradu, de quo latè Altograd. *cons.* 94. *per tot. lib. pr.* ubi etiam intra quantum tempus sit petenda hujusmodi restitutio, & quando tempus currere incipiat, an ad hunc effectum dubitans æquipareretur ignoranti, idem *n.* 5. *& seqq. & num.* 33. *& seqq.* an sufficiat ignorantia juris, ubi quòd sic quando est juris valdè dubii, & perplexi, quia tunc æquiparatur ignorantiæ facti, vide *in §. Transmissia num.* *in resolut. cap.* 89. *num.* 33. *DD. in l. Patonius ff. de acquir. hæred.* Surd. *decis.* 138. Capra *cons.* 168. *col. fin.* Tusch. *litt. H. conclus.* 18. *nu.* 45 *&c.* Peregr. *decis.* 86. *n.* 7. *&c.* Hier. Cala *d. quæst.* 43. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 283. *u num.* 2. *cum seqq.*

Quòd jus adeundi hæreditatem delatam, & non aditam non comprehendatur in donatione, quia aditio in voluntate consistit, & voluntas non potest cedi, neque in alium transferri, Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 586. *per tot. & dec.* 400. in eadem causa, ubi quòd neque aditio resultat ex continuata possessione jure familiaritatis, data ignorantia mortis illius, de cujus hæreditate agitur, vide supra *n.* 2.

Hæreditas quando dicatur delata, cùm delatio sit legis operatio, ad effectum, ut procedat statutum disponens (prout Mutilianæ, & alibi passim) quòd hæreditas delata, licèt non adita transmittatur; & an impeditis adire, dicatur ad hunc effectum delata, vide Dec. Jas. Cagnol. Nigr. Zuecard. & Massin. *n.* 128. *in l. pr. Cod. qui admitti*, Fachin. *contr. jur. cap.* 37. *lib.* 13. Martesil. *sing.* 144. Marant. *in l. is potest ff. de acquir. hæred. nu.* 265. *&c.* dixi latè, & distinctè ad interpretationem dicti statuti *in resolut. cap.* 89. *per tot.* ubi vide. 14

Quando, & quid operetur dictum statutum, vel non, Tuschus *litter. S. conclus.* 682. *per tot.*

Quòd pendente conditione non dicatur delata, nec transmittatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 540. *num.* 27. *&* 31. vide *in §. Fideicommissum nu.* *et §. Hæres nu.* *et in d. cap.* 89. *num.* 12. *etc.* *num.* 89. *etc.*

Quòd non transmittatur ab eo, qui ignoravit eam esse sibi delatam, cùm requiratur scientia delationis, ut possit transmitti, quod procedit etiam quoad jus deliberandi, & restitutionis in integrum, pulchrè Altograd. *cons.* 69. *n.* 31. *et seqq. libr. pr.*

Hæreditas quando, & quibus casibus dicatur adita, vide Marant. *in l. is potest num.* 42. *etc. ad* 90. *ff. de acquir. hæred.* ubi 38. casus speciales ponit in quibus dicitur adita Gratian. *disceptat. forens. cap.* 78. *num.* 15. *etc. cap.* 150. *num.* 22. *etc.* Ludovis. *decis.* 460. *per tot.* dixi *in §. Aditio per tot. in §. Statutum generale num.* *et §. Filius nu.* ubi an filius ergo 15

hæres, laté De Luc. *in Indice general. verb. aditio hæreditatis ex quibus resultare dicatur*. Et Rot. *recen. part. 19. tom. 2. in Indice verb. hæreditas quo ad aditionem*. Mantiss. ad eumdem De Luc. Bertachin. Balduc. *tit. 3. decis. 27.* Crescin. ad Pen. *decis. 356.* Et vide infra *in novissimis additionibus* ejusdem Crescin. *num. 33.*

An dicatur adita, vel repudiata, si quis dixerit velle adire, vel repudiare, sive se credere hæreditatem esse respuendam, vel adeundam, vel si se nominet hæredem, Fach. *lib. 6. contr. jur. cap. 49. 50. et 60.* cum aliis per Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. qu. 39. per tot. fol. 61.*

16 Hæreditas potest dupliciter repudiari, expressè scilicet illam refutando, & tacitè per lapsum temporis non adeundo, Marant. *in d. l. is potest num. 94. ff. de acquirend. hæred.*

Quòd hæres possit repudiare hæreditatem, etiamsi sit filius, & non possit molestari, Tusch. *littera H. conclus. 38. & 39. per tot.*

Quòd possit per epistolam, vel aliam scripturam privatam repudiari, Genu. *de script. privat. lib. 3. quæst. 21. fol. 139.*

An autem dicatur repudiata per illa verba, *nolo adire*, vel *nolo esse hæres*. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 14.* Magon. *decis. Flor. 117. n. 37. 38. 49. & 50.*

Ex quibus dicatur repudiata Tusch. *litt. H. conclus. 40. per tot.* Mascar. *de probat. vol. 3. concl. 853. & 854. per tot.* ubi qualiter possit probari repudiatio.

An possit hæreditas repudiari, & emphyteusis retineri, Marant. *in d. l. is potest num. 22. etc.* dixi *in §. Emphyteusis num.* *§. Filius num. 26.*

Quod repudiata hæreditate amittantur legata, & legitima, & quando secùs, Tusch. *litt. F. conclus. 356. et lit. H. concl. 41.* vide *in §. Filius nu. 26. et nu. 39.*

17 Hæreditas semel adita, amplius repudiari non potest, *l. sicut Cod. de repud. hæred. l. si te bonis C. de jur. delib. l. si quis filium §. ultim. ubi gloss. ff. de acqu. hæred. §. extraneis autem cum gloss. Instit. de hæred. qualit. et diff.* Nisi aditio fuerit facta ex defectu consensus habetur pro non facta, & potest adhuc hæreditas repudiari, Rot. *part. 13. recent. dec. 322. nu. 2. et seqq.* vide *in §. Aditio num. 3. et §. Hæres nu. 17.* Card. De Luc. *de Hæred. disc. 23. num. 2.* Rube. *de confession. Jur. cap. pr. n. 96.*

Quòd hæreditas semel adita non possit repudiari, intellige in præjudicium creditorum, vel aliorum, quibus ex aditione fuit jus quæsitum; nam in præjudicium ipsius renunciantis, & habentium causam ab eo utique valet repudiatio hæreditatis prius aditæ, Aug. *inter cons.* Bald. 403 *num. 6. etc. lib. 3.* Cravett. *cons. 24. nu 6.* Rot. *part. 4. recent. decis. 115. num. 7. et par. 14. decis. 65. num. pr. et seqq. et part. 18. decis. 687. num. 8. et 9.*

Et postquàm fuit adita, non amplius hæreditas dicitur, sed proprium adeuntis patrimonium, ita ut confundatur cum patrimonio adeuntis, ac efficiatur unum & idem, Magon. *decis. Flor. 148. num. 12.* Gratian. *discept. 840. nu. 23. etc.* Altograd. *cons. 48. nu. 21. lib. 2.* Tusch. *litt. H. concl. 19.* Carol. Marant. *contr. part. 5. respons. 84.* Gratib. *ad consuetud. cap. 9. gloss. 5. num. 3. et cap. 11. gloss. 3. a num. pr.*

Si tamen subjaceat restitutioni, adhuc nomen hæreditatis retinet, idem Magon. *decis. Flor. 15. num. 6. et decis. 119. num. 6.*

Sicut è contra semel repudiata non potest ampliùs adiri, *d. l. sicut cum aliis juribus prædictis*, Magon. *decis. Flor. 10. n. 29. et 30.* vide *in §. Filius num. 24. et §. Statutum generale num.* *et in resolut. cap. 89. num. 31. etc. et cap 47. num. 16. et seqq.* Tusch. *litt. H. conclus. 25. per tot.* Rot. *part 12. recent. decis. 358.* ubi ex quibus probetur repudiatio, & an contra eam detur restitutio in integrum, Hier. Cala *tract. de restitut. in integr. deneg. quæst 44* ubi an, & quando minor restituatur adversus repudiatam hæreditatem. An, & quando renunciata, vel repudiata hæreditate, possit deinde per immixtionem dari regressus ad illam, plenè Donadeus *tract. de renunciat. cap. 5. per tot.*

Hæreditas an possit dari, & dici jacens existente suo hærede, laté Gratian. *discept. forens. cap. 732. num. 31. &c.* ubi quod in præjudicialibus dicitur hæreditas jacens non obstante existentia sui hæredis, in favorabilibus verò secùs, facit quod dixi *in §. Filius num.* vide Montan. *de tut. cap. 28. num. 57. &c.* ubi infert ad statutum Florentinum loquens de bonis facientibus, & dixi *in resol. cap. 47. num. 5. & seqq. & num. 21.* Tusch. *litt. H. concl. 21. & 22.* ubi qualiter possit cadere in commissum, & quomodo conveniri. Mantiss. ad De Luc. *libr. 7. decis. 37. n. pr. vol. pr.* 18

Quando dicatur hæreditas vacans, & quæ ad hunc effectum requirantur, ut possit dici vacans, Capyc. *deci. 87. nu. 6. & 9.* Tusch *d. concl. 21. n. 8.* Crescin. ad Abeccles *observat. forens. part. pr. observat. 156.*

Quod dicatur jacens etiam ubi extat filius propter beneficium abstinendi, in terminis statuti Florentini, Menoch. *de arbitr. cas. 130. num. 7. &c.* ubi etiam quòd quando est satisfaciendum creditoribus, prius nominatim citari debent illi, quorum est prima causa succedendi, & loquitur in terminis dicti statuti.

Ad hoc autem ut hæreditati jacenti validè curator detur, plura requiruntur, nempè, ut detur ad instantiam majoris partis creditorum, nominatim citentur illi, quorum est prima causa succedendi, statuatur eisdem tempus ad deliberandum an velint esse hæredes, Curator faciat inventarium omnium bonorum, & satisdet de benè, & fideliter administrando, aliàs non dicitur validè, & legitimè constitutus, sed debet contrario judicis decreto removeri, Capyc. *d. cis. 87.* Odofred. *tract. de Curat. bon. dand. nu. 6. &c.* Card. Tusch. *litt. C. conclus. 1104. num. 7. & seqq. 54. 64. 78. &c. & litt. H. conclus. 23. per tot.* Saiul. Tiber. *in Prax. lib. 3. cap. 15. per tot.* Montan. *de tut. cap. 26. nu. 21. &c.* Menoch. *de arbitr. cas. 150. per tot.* dixi *in §. Curator num.* *& in resolut. cap. 47. nu. 13.* *per tot* De Luc. *de Judic. disc. 6. num. 7.* Abecles. *dict. observ. 156.* De hæreditate jacenti. Emerix jun. *decis. 232.* Rube. *de confess. Jur. cap. 3. num. 3. cap. 4. n. 8. cap. 7. n. pr. cap. pr. n. 298. cap.* *2. n. 13.*

Hæreditas in dubio præsumitur opulenta, & lucrando, ità ut asserens contrarium gràvetur onere probandi, præsumitur etiam lucrosa, & dicitur titulus lucrativus, nec probatur inopulenta, ex quo in illa non fuerit reperta pecunia, Burat. *decis. 589. num. 23.* in Annot. Gratian. *discept. forens cap. 729. num. 21. & cap. 570. num. 19. &c.* Urceol. *Consult. for. cap. 32. nu. 8. & seqq.* ubi etiamsi factum fuerit inventarium, quia illud non prodest, nisi probetur hæreditatem non esse solvendo, Bich. *dec. 37. n. 8. & seqq.* ubi quòd ideò donec ab hærede probetur negativa datur manutentio creditori posteriori in quasi possessione quam habet exigendi, & ex credito anteriori hæredis beneficiati non repellitur posterior, vide *in §. Hæres num. 28.* Rot. *part. pr. recent. decis. 112. num. 5. &c.* ubi quòd non sufficit producere inventarium, nisi etiam probetur valor bonorum in eo descriptorum, ut liquere possit an penes hæredem aliquid lucri remaneat, ad Gratian. *discept. forens. cap. 766. n. 50.* eadem Rot. *d. par. 11. decis. 147. num. 26.* ubi quòd hæres debet de bonis inventariatis legitimam reddere rationem, *& part. 12. decis. 97. num. 15. part. 13. decis. 31. n. 2. &c. part. 14. decis. 39. per tot.* ubi quando non dicatur sufficienter reddita ratio Castald. *consult. 105. sub num. 2.* Balduc. *tit. 4. decis. 9. num. 19. & tit. 3. decis. 46. n. 41. et 48.* Emerix jun. *decis. pr. n. 9. decis. 284. n. 6.* Caprar. *decis. 388. n. 4.* 19

Hæreditatem non sufficere ad solvenda onera, quando credatur, vel non hæredi id asserenti, & cui incumbat probatio Martha *vot. Pis. 178. per tot.*

Hæreditas non potest directè dari, nec adimi in codicillis, etiam inter liberos; laté Diaz. *reg. 309.* ubi ampliat, & limitat, Magon. *decis. Flor. 4. per tot.* Altograd. *cons. 78. num. 33. lib. 1.* vide *in §. Codicillus num.* *et §. Testator num. 13.* Viv. *comm. opin. 335.* ubi tamen quòd si fuerit data, licèt jure directo non valeat, trahitur ad fideicommissum, secundùm gloss. Aret. Fab. Port. & alios communiter *in §. penult. Instit. de codicil.* dixi *in §. Substitutio num. 7.* Parlador. *quotid. different. 14. num. 9. et 10.* Rot. *rec. part. 19. tom. 2. dec. 462. nu. 2. et* Card. De Luc. *conflict. observ.* 20

obſerv. 76. et alibi Baldne. *tit. 3. deciſ. 29. a nu. 1.* Emerix jun. *dec. 1093. n. 7.*

21 Hæreditas an ſit dividenda, vel in capita quando plures fuerunt ſimul inſtituti, & quid quando conjunctim, vel disjunctim, Gratian. *diſcept. for. cap. 521. n. 1. et ſeqq. ad 13.* vide *in §. Inſtitutio nu. §. Repreſentatio n. et §. Succeſſio n.*

22 Hæreditas an, & quomodo poſſit relinqui Collegio futuro, vel Hoſpitali, ſive Eccleſiæ conſtruendæ, vide *in §. Legatum n.*

23 Hæreditas ſi fuerit diminuta, an periculum, & incommodum ſpectet ad hæredem, ſive ad legatarios, vel fideicommiſſarios, Gratian. *diſcept. for. c. 165. per tot. cap. 646. num. 9. etc. et cap. 751. nu. 31. et ſeqq.* vide *in §. Hæres n. 29. in fine.*

24 Hæreditatis petitio competit tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, & durat 30. annis, *l. pr. 2. et 3. ff. de petit. hæred. et l. licet C. de jur. delib.* Pract. Papp. *libell. hæred. ab inteſt. gloſ. pr. nu. pr.*

Plura de petitione hæreditatis quibus, & contra quos detur, vel non, quando competat, & dicatur intentata, vel non, quid in ea narrandum, & probandum, an dicatur actio realis, perſonalis, an mixta, quod ſit judicium univerſale, & alia late Tuſch. *litt. H. concl. 28. & ſeqq. ad 36.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic. 173. vol. 2.* vide *in §. Petitio n. 3.* Franciſc. de Amaya *Obſerv. lib. 3. cap. 2. per tot. fol. 376. & ſeqq.*

25 Hæreditas in teſtamento minus ſolemni relicta, ſi poſſideatur ab inſtituto, poteſt in foro conſcientiæ retineri, cùm ſit ſaltem naturaliter debita, in foro verò judiciali eſt reſtituenda venientibus ab inteſtato, niſi probetur clauſula codicillaris, cujus vigore poſſit in vim fideicommiſſi retineri etiam in foro fori, ac ad filios licèt non adita tranſmitti, quamvis quoad tranſmiſſionem, quando ſuſtineatur in vim clauſulæ codicillaris, contrarium teneat Barr. *in l. 1. in princ. ff. de jur. codicill.* contra quem fuiſſe judicatum teſtatur Capyc. *dec. 89 per tot.* vide *in §. Clauſula num. §. Teſtamentum n. 23. in fine, & §. Hæres n. 12.* Martha *vot. Piſ. 98. per tot.*

26 Hæreditas poteſt vendi, & cedi ab hærede, qui tamen non deſinit eſſe hæres, Tuſch. *litt. H. concluſ. 26. per tot.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic. 62. & 63. per tot. vol. 3.* ubi plura de hæreditate, vel actione vendita, ob quam tamen venditor non liberatur à creditoribus, non obſtante quacumque conventione. Rube. *de confuſſ. Juri. cap. 1. n. 302.*

Ubi qualiter hæreditas poſſit vendi, & cedi ab hærede. Intellige de venditione hæreditatis delatæ, nam hæreditas viventis non poteſt vendi, & quare, & alia plura ad rem Hermoſil. *ad leg. partit. tom. 2. gloſ. 1. & ſeqq. leg. 13. tit. 5. fol. 476. &c.* Gob. *lib. 2. var. cap. 2. n. 5. verſ. item adde.*

27 Hæreditas dicitur expillata quando ea nondum adita, quis aliquid clam ſibi de illa appropriat, poſt verò aditionem dicitur furtum, & ceſſat in viro, & uxore, inter quos datur actio rerum amotarum, ſed ſi poſt condemnationem non exhibeant, dicuntur etiam iſti expillatores, Tuſch. *litt. H, concluſ. 27. per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ. 300.* vide *in §. Furtum n. 3. verſ. An furtum, & nu. 6. verſ. Quod cum uxores* Mancin. de Jure Sacro *differt. 11. n. 4.*

28 Hæreditatis ſtatus qualiter firmari debeat, & poſſit ad effectum detractionum, & hujuſmodi, Rot. *par. 13. recent. dec. 294. & 415. per tot.*

29 Hæreditas Mercatoria ſub cujus nomine, & ordine continuatur negotium, qualiter remaneat obligata creditoribus, etiam poſt ejus mortem cum negotio contrahentibus, non obſtante fideicommiſſo ab eodem ordinato, & ſucceſſores etiam proprio, & ſociali nomine teneantur, vide Rot. *part. 13. recent. dec. 320. & 426. per tot.* in eadem cauſa.

30 Hæreditatis appellatio in Statutis quomodo intelligatur, an de ſimpliciter delata, & non adita, an etiam de adita Arias de Meſa *var. reſolut. lib. 2. cap. 29. per tot.* ubi infert ad ſtatutum diſponens ut mulier nubens extra territorium excludatur ab hæreditate, & alia, vide *in §. Statutum excludens nu. 46.*

31 Hæreditas fideicommiſſaria non perit aditione, Rube. *de Confuſſ. Jur. cap. 6. nu. 32. & 36. cap. 24. n. 15 & 20. cap. 1. n. 55.*

Hæreditas fideicommiſſaria remanet diſtincta, nec cum aliis juribus confunditur Rube. *loc. cit. cap. 6. n. 35. et 36.* ubi quod eſt ipſa ſucceſſio, quæ vocatis debetur.

Hæreditas fideicommiſſaria reſtituitur ſecundum æquitatem Rube. *loc. cit. cap. 17. n. 59.*

Hæreditas fideicommiſſaria eſt puella pluriès viduata, & pluriès nupta uſque ad ultimum vocatum, cujus nuptiis extinguitur, & inde jura confunduntur Rube. *loc. cit. cap. 24. n. 35. cum ſeqq.*

Hæreditas repudiari nequit ab ultimo feudi poſſeſſore Piſtor. *libr. 2. quæſt. 1. n. 66. et quæſt. 14. n. 46.* Rube. *loc. cit. cap. 27. n. 27.* 32

Hæreditas adita probatur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum Surd. *conſ. 457. num. 32.* Altograd. *conſ. 82. n. 20.* Mantic. *deciſ. 245.* Millin. *dec. 44. n. 1.* Ludoviſ. *dec. 98. nu. pr.* Emerix jun. *dec. 98. nu. 5. dec. 655. n. 8. dec. 682. nu. 4. deciſ. 693. nu. 3.* Rot. *dec. 273. n. 5. part. 17. recen.* 33

Contrarium ſi fuit apprehenſa, aut continuata citra jus, & nomen hæredis, Corn. *conſ. 1. nu. 8. lib. 2.* Roman. *conſ. 154. n. 1. 2.* Gratian. *diſcep. 706. n. 34. cum ſeqq.* Caval. *dec. 452. n. 1.* Ludoviſ. *dec. 460. n. 9. 10.* Burat. *dec. 523. n. pr. & dec. 297. n. 17.* Emerix jun. *deciſ. 157. n. 2. deciſ. 205. n. 7.*

Et ſufficit ad hunc effectum quæcumque alia cauſa Decius *conſ. 445. n. 54.* Maſcard. *de probat. concluſ. 45. n. 29. 30. 31.* Burat. *dec. 207. n. 17.* Magon. *dec. Lucen 62. n. 12. ſeqq.* Emerix jun. *deciſ. 157. num. 3.*

Item adita cenſetur per exactionem crediti hæreditarii. Tex. *in l. ſi alia C. de jur. deliber.* Giovagnon. *conſ. 91. n. 14. 19. lib. 1.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 2. qu. 3. n. 39.* Rot. *deciſ. 41. nu. 4. dec. 190. num. 9. par. 11. recen.* Emerix jun. *dec. 600. n. 3. 4. & 5.*

Et per tranſactionem cum debitore hæreditario Emerix & alii. *loc. ſup. cit.*

Amplia id non ſolum procedere in hærede immediato, ſed etiam in ejus ceſſionario. Emerix & alii *loc. ſupra cit.*

Item adita probatur quocumque modo quia voluntatem ſuam declaraverit. Text. *in §. fin. inſtit. de hæred. qualit. & diff.* Coccin. *dec. 2223. num. 24.* Merlin. *dec. 447. n. 16. dec. 537. n. 6.* Maſcard. *de probat. concluſ. 42. n. 2.* Emerix jun. *dec. 304. n. 3. 4.*

Et in ſpecie etiam ex actu nullo, & invalido Emerix *ibid.* & alii ſupra relati *loc. cit.*

Item hæreditas adita probatur per illius renunciationem, ſeu tranſlativam ceſſionem in alium Text. in *l. ſi alia C. de jur. deliber.* Giovagnon. *conſ. 91. num. 14. 19. lib. pr.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 2. quæſt. 3. n. 39.* Rot. *dec. 41. n. 4. dec. 190. num. 9. part. 11. recent.* Emerix jun. *dec. 600. n. 5. et* Surd. *conſ. 244. n. 19. dec. 70. n. 11.* Gratian. *diſcep. 692. n. 5.* Rot. *deciſ. 12. n. 44. par. 6. recen.* Emerix jun. *822. n. 9. in fin.*

Poſſet tamen contravenire facto defuncti nullo, & invalido, ac contra prohibitionem legis geſto, Gratian. *diſcept forenſ. cap.* 862. *n.* 16. *etc.* Hodier. *dict. qu.* 18. Surd. *deciſ.* 51. *n.* 24. *etc. et dec.* 99. *nu.* 6. *etc.* Magon. *dec Flor.* 54. *n.* 38. *etc. dec.* 91. *num.* 15. *etc.* Bich. *dec.* 554. *num.* 20. Rot. *part.* 2. *diverſ. d. dec.* 110. Franch. *dec.* 665. ubi etiam quòd poteſt contravenire facto, in quo interceſſit enormiſſima læſio, Sperel. *d. dec.* 170. *n.* 19 *etc.* ubi quòd poteſt contravenire facto defuncti à lege reprobato, vel nullo, vel ſi veniat jure proprio, & non tanquàm hæres, vel ſi hæreditatem repudiavit, vel ſi actus eſſet geſtus in illius fraudem, vide Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 557. Fulgin. *d. qu.* 10. *num.* 54. *et ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 246. *vol. pr. et deciſ.* 21. *vol.* 3. & omninò *dec.* 210. *per tot. vol.* 4. *et dec.* 2. *num.* 39. *et ſeqq. vol.* 5. Urceol. *Conſult. for. cap.* 70. *nu.* 30. *et ſeqq. vol.* 2. & latiùs *cap.* 95. *per tot. d. vol.* 2. *et in tractat. de tranſact. q.* 80. *n.* 28. *et ſeqq.* ubi tamen qualiter teneatur refundere ex bonis hæreditariis tantumdem poſſeſſori quantum importat valor, & intereſſe rei, quam revocare intendit, Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 363. *nu.* 44. *& ſeqq. part.* 11. *dec.* 145. *n.* 9. *dec.* 394. *in fine*, ubi quod non tenetur ſervare factum defuncti, ſi non veniat tanquam hæres, ſed tanquam ceſſionarius, Rot. *part.* 53. *recent. dec.* 133. *n.* 10. ubi quòd hæres etiam ſine beneficio inventarii, poteſt impugnare venditionem contra prohibitionem teſtatoris factam, tanquam ipſo jure nullam, & invalidam, latè Add. ad De Franch. *cit. deciſ.* 665. Epiſc. Rocc. *cap.* 52. *lib. pr.* Anſald. *deciſ.* 66. *n.* 10. Altimar. *loc. cit.*

Quòd hæres poſſit impugnare factum defuncti in illis caſibus, in quibus defunctus ſimpliciter conſenſum præſtitit dumtaxat, & non ſe ad aliquam obſervantiam obligavit, prout etiam reſpectu juris ſupervenientis poſt factum defuncti, & quando jure proprio, & non hæreditario ſuccedit, Rot. *in Florentina Oratorii de Puccis* 18. *Martii* 1630. *coram Queipo n.* 10. *&c.* penes Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.* 2. *dec.* 63. Fulgin. *d. q.* 10. *n.* 25. *&c.* vide Rot. *part.* 53. *recent. dec.* 224. *per tot.* ubi quòd ſecùs eſt quando obligavit ſe, & hæredes ad obſervantiam, & renunciatio non fuit gratuita.

Plures alios caſus, in quibus hæres non tenetur ſervare factum defuncti, vide per Gabriel. *com. concluſ. tit. de reg. jur. concl.* 11. Joſeph. Ludovic. *concluſ.* 16. Ambroſin. *dec.* 9. Vallaſch. *Conſult.* 69. Bellon. jun. *conſ.* 55. *num.* 59. *& ſeqq.* Urceol. *Conſult.* 95 *per tot. volum.* 2. *& in tract. de tranſact. q.* 80. *per tot.* ubi quando eſt hæres cum beneficio legis, & inventarii, vel pro parte tantùm, vel quando factum eſt ipſo jure nullum, vel ſi proceſſit ex errore, vel ſtante enormiſ-

ſima

enta læsione, vel si fuit conventum, ut possit à transactione recedi, saltem ex justa causa, vel refusis damnis, & expensis parti, ut late ibidem omnia declarat. Rocc. *cap.* 51. *a nu.* 93. *tom. pr.* Crescin. ad Pen. *loc. cit.* Altimar. *loc. cit.*

Quòd legatarius possit impugnare factum defuncti, sicut etiam hæres, si agatur de facto nullo, & invalido, Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 324. *nu.* 23. & 24. Episc. Rocc. *dict. cap.* 51. *a n.* 98. *tom. pr.*

17 Hæres semel factus hæres non potest amplius desinere esse hæres *l. qui filiabus §. qui semel ff. de acquir. hæredit. glos. in l. Gallus §. et quid si verb. emancipatus ff. de lib. et posth.* Magon. *dec. Flor.* 16. Sperel. *dec.* 146. *n.* 20. *etc.* Card. Tusch. *litt. H, conclus.* 45. *et* 46. *per tot.* vide *in §. Hæreditas nu.* 17. De Luc. *De Legitim. disc.* 13. *n.* 8. Vela *dissert.* 47. *num.* 41.

Quia hæreditas non potest dari in diem, vel ad tempus, Gratian. *disceptat. for. cap.* 563. *nu.* 20. *et seqq.* Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 126. *n...etc.* ubi quòd ideò in institutione non admittitur conditio resolutiva; potest tamen fieri institutio conditionalis, & eveniente conditione retrotrahitur ad tempus mortis, illa verò deficiente perindè est ac si nulla facta sit institutio.

Quòd supradicta regula non procedat quando ille, qui jam fuit hæres, desinit esse hæres ex dispositione legis, quæ hoc facere potest, vide Mart. *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 20. *art.* 2. *num.* 19. *et part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 1. *num.* 8. vide *in §. Hæreditas nu.* 17. Ludovis. *dec.* 85. *num.* 24. *et seqq.*

Quòd etiam fallat in pœnam secundarum nuptiarum, Altograd. *cons.* 49. *n.* 4. *etc. lib.* 2.

Item licèt hæres non possit ad tempus institui, tamen si ità fuerit institutus, & post tempus alius institutus, tunc primus censetur gravatus onere fideicommissi ad favorem secundi, Bald. *in l.* 1. *nu.* 10. *Cod. de hæred. instit.* Surd. *cons.* 439. *num.* 20. Peregrin. *de fideicomm. art.* 5. *num.* 19. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 55. *nu.* 14. *&c.* Ludovis. *decis.* 102. ubi quando institutus durante vita sua tantùm, intelligatur gravatus post mortem restituere venientibus ab intestato, vide *in §. Gravatus num.* 16. & *§. Institutio num.* 20.

18 Hæres legitimè monitus per judicem ad solutionem legatorum, & implementum voluntatis testatoris, si steterit per annum contumax privatur hæreditate, quæ defertur substitutis, *Auth. hoc amplius Cod. de fideicom.* Pract. Papp. *pro leg. rei sing. glos.* 1. *num.* 30. & *glos. ult.* Gratian. *discept. forens. cap.* 721. *num.* 27. *&c.* & *cap.* 798. *num.* 11. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 7. *num.* 20. & *decis.* 16. *num.* 32. *&c.* ubi etiam quòd idem est in præcepto, vel monitione facta à testatore, Card. Tuscus *litter H, conclus.* 54. *per tot.* & *litt. L, concl.* 85. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 437. *a.* 4. & *seqq. infr. num.* 43. Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 59. ubi an in foro conscientiæ habeat annum ad solvenda legata, & videtur concludere quòd non, sed quàm primum possit, solvere debeat, idem probat Fagund. *de just. et contract. l.* 6. *c.* 4. *n.* 7. *etc.* Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n. final.* Brunnemann. *in dict. auth. hoc amplius*.

Quòd non possit moram purgare, Jas. *in l. si insulam ff de verb. oblig.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 23. *num.* 2. vide Urceol. *de transact. quæst.* 48. & quæ notavi *in §. Mora*.

Qualiter differens solvere legata pia donec compellatur à judice, teneatur ad duplum, vide *text. in §. ex maleficiis cum aliquibus seqq. ubi DD. Instit. de act.* dixi *in §. Legatum n.* 44. Et à quo judice possit compelli, vide *in §. Executio num.* 8. *et §. Legatum num.* 21. Nicoli. *Elucubrat. Utriusq; Jur. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 205. *instit. Imper.* Brunnemann. *loc. cit.*

Ad hoc autem ut possit esse locus privationi hæreditatis jam hæredi acquisitæ, requiruntur omnia, de quibus *in dict. Auth. hoc amplius cum ibi notatis per glos. et DD.* justam causam excusare, aliaque plura ad hoc propositum, vide per Altograd. *cons.* 84. *n.* 46. & *per tot. cons.* 85. *per tot. lib.* 1. Paul. Christin. *dec.* 20. *volum.* 5. ubi quòd moribus Galliæ non procedit dicta pœna, sed officio judicis compellitur hæres parere, vel hæreditati cedere, facit Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 136. *n.* 7. & post Urceol. *de transact. dec.* 43. *et* 52. Brunnemann. *loc. cit.*

Quòd dispositio *d. Auth.* locum habeat nedum in pœna legati, sed etiam in pœna adjecta à testatore, maximè ubi non fuit expressa certa dies, ita ut non incurratur sine judicis monitione, idem Altograd. *d. cons.* 84. *n.* 50. *lib.* 1. vide *in §. Pœna num.*

Cui autem sit applicanda hæreditas quando testator prohibuit aliquem molestari ab hærede sub pœna privationis, non expresso cui sit applicanda, latè Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 25. vide *in §. Molestia num.* 3.

Quòd ex aliqua justa causa hæres habeat restitutionem in integrum adversus lapsum dicti temporis Gratian. *disceptat. forens. cap.* 797. *nu.* 21. *&c.* Hier. Calà *tract. de restitut. in integr. deneg. quæst.* 44. *per tot.* ubi plura en, & quando minor contraveniens præcepto testatoris juvetur ætatis beneficio adversus pœnam à testatore præscriptam.

Quòd excusetur probando aliquod justum impedimentum, Menoch. *de arbitr. cas.* 572. *num.* 17. Vel si sit constitutus in gravi necessitate absque culpa sua, nisi tamen legatarius sit in pari necessitate, vel nisi agatur de missis celebrandis pro animabus Purgatorii, quia istæ gravissimam, & extremam patiuntur necessitatem, Dian. *part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 14.

Quomodo possit compelli via executiva, & quibus actionibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 62. *n.* 16. *&c.*

Quòd ob neglectam testatoris voluntatem hæres non privetur ipso jure hæreditate, sed requiratur sententia declaratoria cum causæ cognitione, possitque retinere legitimam si sit filius, & Trebellianicam ad instar gravati, & alia ad propositum, Peregrin. *decis.* 35. *per tot.* vide in *§. Trebellianica nu.* 9. Covarr. *de Testam. cap.* 6. *à num.* 9.

An privetur hæreditate si non fecit sepelire testatorem ubi destinavit sub pœna privationis, Mandel. *cons.* 48. *per tot.* ubi quòd non, & optimè loqui illum sequendo dicit Altograd. *cons.* 184. *num.* 47. *lib.* 1. Card. Tusch. *litter. H, conclus.* 54. *num.* 28. *&c.* Sed in contrarium vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 196. *volum.* 2. ubi qualiter testator possit jubere sepulchri translationem sub pœna relicti. Et an hæreditas ab eo auferat tamquam ab indigno Tondut. *libr.* 1. *quæst.* 215.

Et an, & quando transactio, vel conventio facta à legatariis cum hærede super contraventione voluntatis testatoris noceat, & præjudicet aliis vocatis in casum inobservantiæ, pulchrè Altograd. *dict. cons.* 84. *num.* 28. & *seqq. ubi supra nu.* 88. benè distinguit, vide *in §. Transactio n.* 10. & Urceol. *tract. de transact. quæst.* 48. *per tot.*

Plura ad excusandum à pœna privationis ob non implementum voluntatis testatoris, deficiente dolo, & malitia, vel alia justa causa concurrente, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 158. *per tot.* & *part.* 14. *decis.* 534. *num.* 10. & *seqq. per tot.*

Quòd hæres jussus à testatore aliquid *statim* facere, intelligetur post hæreditatem acquisitam, & cum pecuniis hæreditatis, ita ut *statim* possit verificari juxta subjectam materiem arbitrio judicis, etiam ad plures menses, & plures annos, maximè ad evitandam pœnam, dummodò fiat cum majori, & possibili sollicitudine, Rot. *in Neapolitana hæreditatis 13 Martii 1673. coram Rondinino*, post Urceol. *de transact. decis.* 43. *num.* 12. & *seqq.* & *decis.* 52. *num.* 3. in eadem causa, & coram eodem, & *part.* 18. *recent. decis.* 62. 156. & 157. *per tot.* in eadem causa, ubi etiam quòd quando implementum piæ dispositionis fuit commissum conscientiæ hæredum judicialiter non agitur, sed solum Deum ultorem habent, licèt quandoque etiam possit ad Principem recurri, ut emendare faciat quidquid ex conscientia erronea malè gestum fuerit.

Hæredes mariti tenentur alere relictam viduam intra tempus restitutionis dotis, Alex. *in l. divortio ff. solut. matr.* latè Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 44. *per tot.* ubi pluribus modis declarat, vide *in §. Interesse num.* 19

Hæredes Domini non possunt conqueri, & ad animum revocare culpam vassalli, & illum feudo privare, si dominus ipse in vita non fuit conquestus, nec revocavit, & idem est in emphyteusi, nam videtur remissa culpa, & caducitas per dominum decedentem sine revocatione, Roland. *cons.* 81. *lib.* 3. Magon. *decis. Flor.* 26. *num.* 12. *&c.* *decis.* 70. *num.* 1. & *seqq.* & *decis.* 20

decis. 76. *num.* 26. *& seqq.* Gratian. *decis.* 49. *nu.* 12. *&c.* vide *in §. Emphyteusis n.* 58. *& §. Successor. num.* Fulgin. *de Emphyt. tit. de var. caduc. quæst.* 8. *nu.* 1.

Intellige quando dominus ſcivit caducitatem, & declarare potuit, secùs ſi ignoraverit, vel ſi ſcivit, & declarare non potuit, Menoch. *lib.* 3. *præsumption.* 312. *num.* 28. *vers. primus est*, vide *in §. Dominus n.* 11. Fulgin. *loc. cit. à n.* 2. ubi etiam illam regulam limitat in aliis casibus.

21 Hæres donatoris non poteſt revocare donationem factam à defuncto, licèt ipſe defunctus ex aliqua legitima causa potuiſſet illam revocare, nam non revocando videtur cauſam remiſiſſe, Pract. Papp. *cauſ. donat. gloſ.* 3. *n.* 11. vide *in §. Donatio num.*

22 Hæredes non poſſunt quando ſunt plures in ſolidum conveniri pro debito defuncti, licèt in ſolidum obligati, ſed pro portionibus tantùm hæreditariis, cùm ipſo jure inter eos dividatur obligatio, & quilibet repræſentet perſonam defuncti pro ea parte, pro qua eſt hæres, & non ultra, exceptis aliquibus caſibus particularibus, ut ſi eſſemus in hærede poſſidente rem obligatam cum clauſula de non alienando, & reſciſſione actus in contrarium geſti, vel in cauſa dotis, cujus favore ſecundùm multos, poſſet unus in ſolidum conveniri, vel hypothecaria cenſuali, ſive ratione cenſus ea re per unum tantùm poſſeſſa debitis competente, Gratian. *disceptat. forenſ. cap.* 16. *num.* 7. *&c. cap.* 36. *num.* 41. *&c. cap.* 130. *nu.* 10. *cap.* 323. *per tot. cap.* 766. *num.* 32. *& cap.* 641. *nu.* 20. ubi contra, *& decis.* 146. *num.* 2. *&c.* Ludoviſ. *decis.* 442. *num.* 5. Franch. *decis.* 203. late Urceol. *Conſult.* 93. *nu.* 14. *& seqq. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 368. *per tot.* & latiùs *decis.* 413. *per tot. ead. part.* 9. *& part.* 11. *decis.* 50. *num.* 10. *&c. decis.* 159. *n.* 19. *& seqq. part.* 12. *decis.* 269. *num.* 6. Card. Tuſch. *litt. H*, *concl.* 71. *&* 72. *per tot.* ubi quòd idem eſt in juribus activis, quæ etiam pro rata unicuique tantùm competunt, adde latè Paul. Chriſtin. *decis. Belgic.* 19. *&* 20. *volum.* 3. ubi plura de hæreditariis actionibus quando tranſeant in ſolidum, vel pro rata, quibus adde Coſtam *tract. de ratione ratæ quæſt.* 23. *per tot.* Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. & ad De Franch. *loc. cit.* Emerix jun. *decis.* 710. *n.* 10. *& decis.* 766. *n.* 2. Caprar. *decis.* 160. *n.* 1. *& decis.* 270. *n.* 1. *part. pr.*

Quòd non teneantur in ſolidum, ſed tantùm pro rata, Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 37. Merlin. *decis.* 430. *num.* 1. *& decis.* 570. *nu.* 23. Ricc. *Collect.* 528. *&* 3785. ubi quinque limitationes adducit, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 6. *per tot.* Duran. *decis.* 454. *num.* 2. *&c.* ubi limitat duobus modis, primò quando non conſtitit judici alium adeſſe cohæredem, ſecundò quando agitur contra rem ſpecialiter hypothecatam pro conſequenda quantitate occaſione ipſius rei debita, videlicet pro pretio convento, quo caſu rectè agi poſſe contra unum totam illam rem poſſidentem licèt titulo hæreditario, vide latè Urceol. *Conſult.* 93. *num.* 14. *& seqq. volum.* 2. ubi dictam regulam ſex modis limitat, in quibus tenentur hæredes in ſolidum, nempè inventario non facto, in hærede hæredis, ſi rem obligatam poſſideat, in facto de ſui natura individuo in dote, & in alimentis, vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 368. *&* 413. *per tot.* ubi etiam an poſſit teſtator obligare hæredes in ſolidum, & eumdem Urceol. *tract. de transact. quæſt.* 80. *num.* 14. *& seqq.* ubi benè declarat, adde Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 696. *per tot.* ubi quòd nulla eſt obligatio hæredum, & bonorum in ſolidum à debitore ex pacto inito, niſi agatur de obligatione ad factum, quæ tamquam individua tranſit ad hæredes in ſolidum, vel contra bona ipſius debitoris in ſolidum obligata, vel ſtante pignore, & in hypotheca, &c. De Luc. *de Dot. diſc.* 24. *num.* 27. *diſc.* 76. *num.* 2. *diſc.* 86. *n.* 5.

Quòd hypotheca ſequatur rem, pro qua poſſit ſucceſſor in ſolidum conveniri, præſertim ratione dotis, Cavaler. *decis.* 453. vide *in §. Hypotheca num.* latè Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 368. *per tot. part.* 11. *decis.* 174. *num.* 6. *& seqq. & part.* 18. *decis.* 734. Merlin. *de pignor. libr.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 59.

Non teneri in ſolidum, ſed tantùm pro rata, etiam ſi teſtator id juſſerit, ſicque fuiſſe judicatum revocata prima ſententia, quæ in ſolidum condemnaverat, teſtatur Paul. Chriſtin. *deciſion. Belgic.* 190. *num.* 4. *volum.* 2. *& decis.* 4. *num.* 5. *&c. volum.* 13. ubi ampliat etiam ad primogenitum, qui licèt vigore primogenituræ plus conſequatur, tamen non teneatur niſi pro rata hæreditatis, etiamſi agatur de debito pro emendo feudo, in quo primogenitura conſiſtit contracto, Rot. poſt Urceol. *de transact. decis.* 99. ubi quòd tenentur pro hæreditariis portionibus, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 114. *per tot.*

Sed de dicta concluſione latiùs idem Chriſtin. *decis.* 19. *&* 20. *vol.* 3. ubi etiam pluribus modis limitat, *& decis.* 48. *n.* 8. *vol.* 3. *decis.* 53. *vol.* 6.

Quòd etiam in cauſa dotis non poſſit unus hæredum in ſolidum conveniri, nec condemnari, ſed ſolum pro rata, Surd. *decis.* 90. *per tot.* Giazarel. & Addent. *decis.* 50. *per tot.* Franch. 581. Joſeph Altograd. *conſ.* 49. ſed illum reprobat, & contrarium firmat Urceol. *dict. cap.* 93. *nu.* 26. *vol.* 2. vide Ricc. *Collect.* 3785. ubi refert contrarias deciſiones, Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 259. ubi quòd pro reſtitutione dotis poteſt unus tantùm ex hæredibus in ſolidum conveniri, reſervato ſibi jure contra alios cohæredes, & ita etiam concludit poſt plura Boſſ. *de dote cap.* 6. *§.* 9. *num.* 92. *& seqq. fol.* 225. *&c.* Sed vide Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *loc. cit.* Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

Quòd in actione reali, & favore dotis poſſit unus ex hæredibus inſolidum conveniri, latè probat, & ſequitur Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 368. *per tot.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 44. *n.* 246. *tom.* 7.

Quòd pro legato alimentorum futurorum, poſſit unus tantùm ex hæredibus inſolidum adſtringi, ſalvo jure repetendi ab aliis, Franch. *decis.* 203. Mart. Medic. *decis.* 38. *per tot. & in Addit.* ubi citat Theſ. jun. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 76. contrarium tenentem, vide Paul. Chriſtin. *decis. Belgic.* 19. *volum.* 3. Oleam *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 6. *n.* 12. *&* 13. ubi diſtinguit ut ſupra inter alimenta præterita; & futura, Cabal. *cauſ. decis.* 13. *per tot. lib.* 2. ubi etiam quòd poteſt cogi uno judicio tantùm pro omnibus annis futuris, retardata executione facti in tempus debitæ præſtationis, Carol. Marant. *controv. part.* 4. *reſponſ.* 16. *per tot.* ubi quòd etiam pro legatis piis, & ſtante hypotheca, vel pro opere individuo, & ſimilibus caſibus poteſt unus tantum ex hæredibus inſolidum conveniri Thoſ. *compend. dec. in verb. alimentorum favore* Hodiern. ad Surd. *decis.* 90.

Quòd in actionibus perſonalibus teneatur unuſquiſque pro rata; in actionibus verò realibus, poſſit unus poſſidens in totum conveniri pro cenſu, ſalvo jure pro rata contra cohæredes, & ideò poſſit cohæredes compellere ad extinctionem cenſus, Urceol. *Conſult. forenſ. cap.* 40. *num.* 22. *& seqq. per tot.* ubi benè declarat, & vide Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 69. *nu.* 18. *&c.* dixi *in §. Excuſſio num.* 14. *§. Evictio nu.* 10. *in fine*, Paul. Chriſtin. *dict. decis.* 19. *volum.* 3. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 6. *n.* 29. *& seqq.*

Quòd imò tam in actionibus perſonalibus, quàm in realibus, quando hæredes adiverunt hæreditatem ſine beneficio legis, & inventarii teneantur omnes inſolidum ad debita defuncti probat Urceol. *Conſult. for. cap.* 49. *num.* 3. *et seqq. et cap.* 93. *num.* 19. *vol.* 1. *per text. in l. fin. §. ſin verò, et §. ſin autem, C. de jur. delib. et in Auth. de hæred. et Falcid. §. ſin verò*, Ricc. *Collect.* 1138. ubi ponit quinque limitationes, Covar. *var. reſolut. lib.* 3. *capit.* 3. *n.* 8. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 766. *num.* 32. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 15. 16. *et* 56. Afflict. *decis.* 111. *num.* 16. *etc.* Franch. *decis.* 321. *num.* 1. Rot. poſt Merlin. *de pign. decis.* 33. *num.* 28. & latiùs diſputato articulo *decis.* 127. *num.* 55. *et per tot. quæ eſt in Ariminen. Pecuniaria* 22. *Junii* 1646. *coram Arguelles, ubi num.* 57. *et* 58. quòd ex mutatione perſonæ non debet mutari obligatio, nec creditor ſine ſua culpa effici deterioris conditionis, prout ſequeretur ſi qui cum uno contraxit, & unum habet inſolidum obligatum, cogeretur contra plures agere, & in plures adverſarios diſtingui, habetur iſta deciſio *in part.* 9. *recent. decis.* 413. *vol.* 2. Rot. *part.* 10. *decis.* 343. *in principio*, latè Urceol. *tract. de transact. quæſt.* 80. *num.* 14. *& seqq.* ubi tamen quòd in praxi vidit plerumque contrarium ſervari, ut ſolum teneantur pro virili, & prædicta ſen-

tentia in theorica, & scholis magis, quàm in praxi sit attendenda, adde Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 696. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 44. *n.* 247. *tom.* 7.

Quòd plures hæredes, vel alii litis consortes possint compelli ad constituendum unum solum procuratorem, qui pro omnibus agat, vel defendat, ne qui cum uno contraxit in plures adversarios distinguatur, Paul. Christin. *dec. Belg.* 287. *num.* 4. *vol.* 2.

Qualiter possint fieri plures hæredes divisim, ita ut unus non teneatur ad debita contracta respectu hæreditatis alteri obventæ, Franc. Marc. *decis.* 436. Martha *vot.* 242. vide *in §. Testator num.* 25.

Quòd hæredes non teneantur insolidum pro restitutione usurarum, sed tantùm pro virili portione, nisi penes unum extet ipsa res restituenda, Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tractat. de testam. cap.* 9. §. 3. *dub.* 6. *vers. Mihi etiam fol.* 366.

23 Hæres debitoris census, licèt habeat alios cohæredes, & sic sit hæres tantùm pro parte, potest cogere dominum census ad illum integraliter sibi retrovendendum, quo casu si illum extinctivè redemit, potest à cohæredibus petere tantùm partem pretii erogati, si verò translativè & titulo emptionis eumdem censum acquisivit, cohæredes non remanent liberati ab onere solvendi annuos fructus pro illorum portionibus, Sperel. *decis.* 177. *n.* 63 *&* 64. vide *in §. Census nu.* 26. *& n.* 14. *& §. Correus n.* 2. *supra nu.* 10. Cenc. *de cens. qu.* 104. *n.* 10. *& seqq.* Olea *de cess. jur. tit.* 4. *quæst.* 6. *nu.* 29. *& seqq.*

Hæres non potest intra novem dies à die mortis defuncti molestari ab aliquo creditore, ita ut omnia gesta sint nulla, etiam parte non opponente, stante scientia in judice de hujusmodi tempore luctus, sicut nec debitor ipse moribundus, nec sui domestici sub pœna amissionis jurium, & tantumdem re-
24 stituendi, per text. *in §. hæc autem Auth. ut cum de appell. cognosc. & Auth. sed neque Cod. de secund. nupt.* Gratian. *discept. forens. cap.* 18. *nu.* 13. *&c. cap.* 243. *n.* 6. *&c.* Alin. *in Praxi §.* 31. *ampliat.* 16. *limit.* 4. *fol. mihi* 173. Menoch *de arbitr. cas.* 387. *nu.* 21. *&c.* Gizzarel. & Addent. *dec.* 76. *per tot.* vide *in §. Consanguinei n.* 4. *& §. Funus n. pr.* latè Paul. Rub. *in Annot. ad part.* 9. *recent.* Rot. *dec.* 192. *n.* 17. *& seqq.* ubi ampliat, ut non possit ex quacumque causa sive propria, sive hæreditaria conveniri, vel molestari; post verò novem dies rectè conveniri si simpliciter, & sine beneficio inventarii hæreditatem adiverit; verùm quando non se declaravit, & intendit conficere inventarium, tunc gaudet etiam privilegio trium mensium, vel anni ex causis descendentibus à defuncto, ut dixi *infra nu.* 31. & ita concordat contrarietatem textuum utrinque allegatorum, adde Caren. *resol.* 86. *per tot.* ubi pro nullitate executionis contra fratrem defuncti, etiam ex propria persona obligatum, Hieron. Calà *tract. de restitut. in integr. de neg. quæst.* 14. *nu.* 1. *&c.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 47. *tom. pr. & rub. pr. part.* 5. *quæst.* 44. *n.* 245. *tom.* 7. Caren. *resol.* 86.

Contrarium tamen, & quare etiam intra triduum vide per Paul. Christin. *dec. Belgic.* 81. *per tot. vol.* 1. ubi tamen loquitur de arresto facto contra bona defuncti, facit quod dixi *infra n.* 31.

25 Hæres non conficiens inventarium, non potest detrahere Falcidiam, Pract. Papp. *pro leg. rer sing. glos.* 1. *n.* 4. Cravet. *cons.* 219. *n.* 6. *&c.* Magon. *dec. Flor.* 130. *n.* 4. Altograd. *cons.* 69. *n.* 74. *lib.* 2. vide *in §. Ecclesia n.* *& §. Falcidia n.* Et an legitimam Altimar *loc. cit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 44. *nu.* 249. *tom.* 7. Urceol. *consult.* 66. *n.* 13. Ciroc. *disc.* 7. *n.* 75. Bich. *dec.* 32. *n.* 7. Peutinger. *dec.* 359. *n.* 4.

Item tenetur ultrà vires hæreditarias, & alias patitur pœnas, ut per Soccin. *reg.* 214. ubi pluribus modis limitat, plenè Tusch. *litt. H, conclus.* 58. *cum pluribus seqq.* Paul. Christin. *dec.* 22. *& seqq. vol.* 4. ubi latè de beneficio Inventarii, & præjudiciis resultantibus ex illius omissione, Ricc. *Collect.* 21. Paul. Rub. *in annotation. ad decis.* 192. *nu.* 145. *& seqq. per tot. part.* 9. *recent.* Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 58. ubi etiam quid probare debeat, si alleget inventarium fuisse amissum, vide *in §. Amissio*. Capraz. *decis.* 559. *n.* 4. *p.* 2. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 44. *nu.* 246. *tom.* 7.

Non potest cedere bonis cum præsumatur in dolo, & bona occultasse, Jas. *in §. fin. an.* 9. *Institut. de act.* Brun. *de cess. bon. quæst.* 64. *quæst. princ.* Soccin. *reg.* 343. *lim.* 14. Paul. Rub. *loc. cit. n.* 176. *&c.* Altimar. *loc. cit. n.* 246. Vide Rube. *de confess. cap.* 32. *n.* 87.

Omittens aliquid describere in inventario, an præsumatur in dolo, & privetur illius beneficio, Ludovis. cum Beltr. *dec.* 169. dixi *in §. Dolus n.* 20. Altimar. *loc. cit. n.* 245. *vers. verum* De Luc. *de Alienat. disc.* 41. *n.* 10. *&* 11. *de Fideicommiss. disc.* 194. *n.* 8. Cyriac. *contr.* 326. Rocc. *disp.* 47. *n.* 22.

In foro tamen conscientiæ, etiamsi non fecerit inventarium, non tenetur ad debita, neque ad legata ultra vires hæreditarias, quia leges in præsumptione fundatæ non obligant in conscientia, quando veritas stat in contrarium, Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de testam. cap.* 9. *§.* 3. *dub.* 6. *fol.* 369. dixi *infra n.* 34.

Hæres non conficiens inventarium non amittit Trebellianicam, Bart. *in l. Paulus ff. ad leg. Falcid.* Pract. Papp. *hæredit. ex testam. gloss.* 2. *nu.* 11. *cum Addit.* Cravett. *cons.* 219. *n.* 5. *&c.* Rot. *part.* 5. *recent. dec.* 399. *n.* 4. *&c.* Altograd. *cons.* 69. *nu.* 76. *lib.* 2. ubi de veriori, & receptiori opinione. Paul. Christin. *dec.* 22. *n.* 11. *vol.* 4. Rot. *part.* 16. *decis.* 123. *n.* 6. *& seqq.* ubi de aliis detractionibus non amittendis, *& decis.* 142. *n.* 10. *et seqq.* Caldas Pereyra *quæst. forens. cap.* 28. *per tot.* Emerix jun. *decis.* 795. *n.* 13. 26

Contrarium firmat Gratian. *discept. for. cap.* 215. *n.* 6. vide *in §. Inventarium n.* 8. *§. Legitima n.* 18. *et §. Trebellianica n.* 15. ubi firmatur prima opinio.

Quòd hæres fideicommisso gravatus per solam omissionem inventarii non amittat suas detractiones, sed tantùm ex alienationibus subsequutis præsumantur consumptæ, nisi ex descriptione bonorum, etiam ad alium finem facta, vel ex inventario tutelari appareat veritas in contrarium, Rot. *part.* 18. *recent. tom. pr. decis.* 16. *per tot.*

Hæres potest cogi à fideicommissario, si non ad faciendum solemne inventarium, saltem ad faciendam descriptionem bonorum, aliàs si requisitus neglexerit, contra eum datur juramentum in lite adveniente tempore restitutionis, vel saltem etiam non requisitus ad faciendam ab initio dictam descriptionem, tenetur mediante suo juramento patefacere omnia bona hæreditaria, Gratian. *discept. for. cap.* 59. *nu.* 14. *&c. et cap.* 215. *per tot.* vide *in §. Gravatus n.* Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.* 27

Quòd teneatur reddere rationem fideicommissariis de omni jure, & credito in hæreditate reperto, Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 6. *n.* 3. Cavaler. *dec.* 70. *n.* 1.

Et quæ præjudicialia incurrat aliquid occultando, vel negando, ut sibi appropriet, vide Bonifac. *de furt. §.* 3. *n.* 39. *et seqq.*

Hæres etiam cum beneficio inventarii tenetur ad instantiam creditorum, vel legatariorum, sive quorumcumque aliorum interesse habentium reddere rationem de bonis inventariatis, & eorum fructibus, Bich. *dec.* 469. *n.* 6. *et seqq. et decis.* 611. *n.* 13. ubi docet praxim servandam, Gratian. *discept. for. cap.* 981. *n.* 27. *etc.* facit quòd dixi *in §. Restitution. §. hæreditas n.* 19. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 324. *nu.* 7. *et seqq. et part.* 12. *decis.* 97. *num.* 15. *et decis.* 407. ubi quòd ut gaudeat beneficio inventarii debet reddere rationem, *et part.* 13. *decis.* 31. *n.* 2. *etc.* ubi quòd dicta ratio est reddenda per scripturas concludentes, & non per simplicem libreculum, *et decis.* 153. *nu.* 14. ubi qualiter descripta in inventario præsumantur ad eum pervenisse ad dictum effectum. Emerix jun. *decis.* 134. *n.* 3. *decis.* 284. *n.* 7. *et decis.* 976. *nu. pr.* Capiar. *dec.* 576. *n.* 6. *part.* 2. 28

Aliàs intrat præsumptio consumptionis, & non juvatur inventario, & quando dicatur sufficienter reddita ratio, Rot. *in Romana separationis bonorum* 24. *Januarii* 1631. *coram Pirovano in Noviss. part.* 6. *decis.* 2. *n.* 5. *et seqq. et part.* 9. *dec.* 324. *num.* 16.

part.

part. 14. *dec.* 39. *per tot.* ubi quando non ſit benè reddita, ratio, *et part.* 18. *dec.* 689. *n.* 10. ubi quod non reddita ratione tenetur de proprio.

Quòd teneatur reddere rationem non ſolum de ipſis bonis inventariatis, ſed etiam de illorum fructibus perceptis tamquam ad creditores ſpectantibus, quorum hæres dicitur cuſtos, & non dominus, maximè ſi ſciverit extare creditores, cum tunc dicatur in mala fide, & inventarium præſervat tantum à damno, non autem concedit lucrum, plenè Rot. apud Merlin. *deciſ.* 796. *per tot.* ubi plures allegat, & *in Imolen. Cenſus* 9. *Maii* 1661. *coram Celſo*, & *part.* 11. *deciſ.* 201. Cabal. *conſ. deciſ.* 144. *per tot. lib.* 2. *infra n.* 61. De Luc. *de hæred. diſc.* 20. *n.* 15. & 16. ubi etiam de mobilibus conſumptis Caprar. *deciſ.* 286. *n.* 6. *dec.* 549. *n n.* 11. & *deciſ.* 618. *n.* 16. Anſald. *dec.* 45. *n.* 3.

Excuſatur tamen à dicta redditione rationis demonſtrando non poſſidere, ſed bona fuiſſe à creditoribus diſtracta, etiam mediante tranſactione ab eo facta, cum poſſit tranſigere, & primò venientibus ſolvere remota colluſione, quæ non præſumitur, Merlin. *deciſ.* 858. *infra n.* 51. vide *in §. Inventarium nu.* 6. *deciſ.* 868.

Non etiam tenetur quoad quæſita mediante remiſſione partis ſibi facta per creditores anteriores, Urceol. *Conſult.* 100. *n.* 24. *vol.* 2.

Quoad fructus intellige poſt inſtantiam creditorum, non ante, ut diſtinguit Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 9. Franch. *deciſ.* 179. Salgad. *Labyr. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 58. ſed vide Rot. *loc. cit. et part.* 4. *dec.* 39. *et dec.* 521. *infra n.* 61. Cabal. *d. conſ.* 144. *n.* 13. ubi quòd contrarium eſt verius, cum ſufficiat hæredem nullum ſentire damnum, abſque eo, quòd lucretur fructus, Rot. *part.* 16. *recentior. dec.* 83. *num.* 9. & 10. ubi quòd ante inſtantiam creditorum hæres lucratur fructus, tam ex bona fide, quam ex eo quòd ſaltem abſit mala, quod ſufficit, & *deciſ.* 254. vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

29 Hæres cum beneficio inventarii non poteſt conveniri actione perſonali, qua poterat defunctus adſtringi, Socin. *conſ.* 120. *num.* 18. Cenc. *de Cenſ. q.* 5. *art.* 6. *n.* 16. *part.* 2. *cap.* 2. Card. Tuſch. *litt. H. concluſ.* 58. & *ſeqq.* ubi plura de hæredibus beneficiatis, vel non beneficiatis, illorum privilegiis, & præjudiciis, ac hujuſmodi, & *in meis reſol. cap.* 3. *per tot.* & quòd cenſeatur diverſa perſona De Luc. *de hæred. diſc.* 21. *n.* 2.

Quòd eſt intelligendum, ut non poſſit ejus perſona detineri, arreſtari, vel carcerari, ſed bene poteſt conveniri, ut bona inventariata tradat, Phanne. *de Invent. part.* 5. *nn.* 129. Cenc. *loc. cit.* & Rot. *part.* 18. *dec.* 231. *nn.* 6. & *deciſ.* 232. *nn.* 18. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de cenſ. quæſt.* 4. *per tot. fol.* 277. ubi latè ſuſtinet, quòd hæres beneficiatus pro debito cenſus vigore Bullæ tenetur etiam de perſona; quia verba Bullæ ſunt clara, & non debent eſſe ſuperflua, ſed aliquid juri communi addere, & ideò quicquid contrarium teneant Foller. & Intrigliol. ſuper Bulla, dicit eſſe intelligendos, ut primò capiatur perſona ſi ſit in mora, & contumacia docendi de inventario, quo poſteà exhibito, ſi appareat hæreditatem non eſſe ſolvendo relaxetur, ſi dubitetur ſatiſdet, ſi conſtet hæreditatem eſſe ſolvendo, non dimittatur donec ſolvat, & reſpondet etiam Milan. *dec.* 12. *n.* 88. & *ſeqq. lib.* 1. contrarium aſſerenti.

Quòd non poſſit carcerari ſi bonum reddat computum, & rationem de bonis hæreditariis, aliàs ſecus, onde ſolet citari ad reddendam rationem, aliàs videndum relaxari mandatum etiam contra bona propria, & perſonam, Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 4. *num.* 13. *fol.* 558. Merlin. *deciſ.* 721. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 31. & *deciſ.* 499. *n.* 4. & *part.* 14. *dec.* 28. *n.* 3. & *ſeqq.* ubi quod ſi ſint contumaces poſſunt in propriis perſonis, & bonis conveniri hæredes etiam beneficiati, & *dict. part.* 14. *deciſ.* 521. *per tot.* Urceol. *Conſult. for. cap.* 32. *n.* 37. ubi quòd quando ſumus in caſu, quo inventarium non ſuffragetur, debet (omiſſa pronunciatione circa inventarium) relaxari mandatum contra hæredem, & illius bona, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 143. *num.* 3. ubi quòd ſi ſit contumax in docendo de inventario, & redditione rationis bonorum, relaxatur mandatum etiam contra ejus perſonam, & bona propria, & *d. part.* 14. *dec.* 251. *per tot.* Bich. *dec.* 562. *n.* 20. Rot. *part.* 16. *rec. dec.* 49. *n.* 2. & *deciſ.* 315. & *part.* 17. *dec.* 42. *nn.* 7. & *ſeqq.* ubi quòd non exhibens inventarium, & rationem non reddens de bonis inventariatis evitare non poteſt executionem contra perſonam, & bona propria, ſervata tamen forma, *l. à divo Pio §. in venditione ff. de re judic.* & *dec.* 267. *n.* 25. & *ſeqq. d. part.* 17.

Ego vidi ſervari, & pluries ipſe ſervavi, quando dubitatur an quis ſit hæres, vel an poſſit beneficium inventarii, relaxari mandatum contra bona hæreditaria tantum pro nunc, & poſtea negotium diſcuti.

Quòd hæres beneficiatus rationem reddens de bonis inventariatis nun poſſit ultra vires hæreditarias, nec in bonis propriis gravari, Merlin. *dec.* 497. *nu.* 1. & 2. Rot. *par.* 6. *rec. dec.* 39. *n.* 10. & *part.* 13. *dec.* 141. *n.* 1. *dec.* 499. *per tot. et part.* 14. *dec.* 34. *per tot.* ubi quod illud procedit etiam ſi hæreditas de tempore aditionis eſſet ſolvendo, & poſtea per damnum contingens abſque culpa hæredis effecta ſit non ſolvendo, quia tale damnum non hæredi, ſed hæreditati imputari debet, maximè ſi proveniat à negotio inito, & incepto per defunctum cui tenebatur hæres ſtare, & ideò non tenetur ad damnum de ſproprio, & ſi habet actionem contra alios, poteſt nomina cedere, & in ſolutum dare, ſi, ut dixi, bonum de aliis rebus hæreditariis reddiderit computum. Vide Anſald. *dec.* 10. *a n.* 1. *cum ſeqq.*

Quòd hæres cum beneficio inventarii habeat particulare privilegium, ut poſſit in ſolutum offerre de bonis ad juſtam æſtimationem, etiamſi ſimus in hæreditate opulenta vigore *l. fin. §. et ſi præfatam C. de jur. delib.* Roland. *de invent. part.* 4. *quæſt.* 23. *et* 24. Gratian. *diſcept. for. cap.* 126. *num.* 4. *et* 19. plenè Alex. Serjulian. de Burgo S. Sepulchri *in conſ. de Cenſus extinct. per hæred. beneficiat.* vide *in §. Debitor n.* 44. Ricc. *Collect.* 3598. *ubi plura*, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 108. *in Addit. ſub n.* 13. ubi latè declarat, Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæſt.* 47. *n.* 722. *tom.* 7. Brunnemann. *in C. fol.* 519. *c. pr.* Novar. *de Dation. in ſolut. dec.* 3. *et ſeqq. poſt tractat.*

Quando autem hæres teneatur ſolvere in pecunia, vide Surd. *deciſ.* 30. & 318. *per tot.* Rot. *Bonon. coram Borello inter Conſult. forenſ.* Urceol. *cap.* 29. *nn.* 65. ubi quòd non tenentur creditores recipere bona in ſolutum, ſed illis ſunt tradenda ad vendendum, & ſibi de pretio ſatisfaciendum, Ricc. *Collect.* 3598. Altimar. *loc. cit. à n.* 719. Caren. *reſol.* 31. *n.* 4. Andreol. *contr.* 123. *n.* 2.

Et venditio eſt facienda expenſis hæreditatis, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 24. *nu.* 3. *vol.* 4. vide Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 478. *n.* 3. & *ſeqq. per tot.* ubi quòd hæres juxta magis communem opinionem non juvatur hoc beneficio obligationis bonorum, niſi duobus caſibus, nempè quando hæreditas non eſt ſolvendo, vel non invenitur emptor, qui juſto pretio velit emere abſque eo, quod hæres proprio nomine de evictione promittat; aliàs autem tenetur ſtare regulæ aliud pro alio invito creditore ſolvi non poſſe, quia in opulenta hæreditate inventarium non prodeſt, cùm non ſit inventum in injuriam creditorum, ſed tantùm ad præſervandum hæredem à damno, cui nec etiam ſufficit dicere, non invenio emptorem, ſed tenetur hoc probare, & Novar. *in tract. vel Prax. dat. in ſolut. part.* 2. *quæſt* 23. *poſt Collect.* Altimar. *loc. cit. n.* 723. *verſ.* & *venditio*.

Quòd hæres beneficiatus debeat præſervari ab omni damno, ac etiam à vexatione facti, ideoque non exiſtente pecunia in hæreditate poſſit offerre de bonis etiam pro debito dotis in pecunia ſolutæ ad juſtam æſtimationem, nec teneatur ipſe vendere bona, & ſolvere in pecunia, de veriori opinione probat Allograd. *conſ.* 62. *per tot. lib.* 1.

Et quando juxta aliquorum opinionem teneretur hæres beneficiatus vendere bona, & ſolvere pecuniam, debet intelligi tribus copulativè concurrentibus, primò quòd certum ſit bona fuiſſe in domi-

nio defuncti, secundò quòd inveniatur emptor, qui velit emere absque promissione, & obligatione hæredis de evictione, & tertio quod reperiatur justum pretium, alias cogantur creditores recipere bona in solutum ad justam æstimationem, quæ an considerari debeat dempta tertia, vel quarta parte respectu periculi ob non promissam hoc evictionem, vide Altograd. *d. cons.* 62. *n.* 18. *lib.* 1. ubi quòd non, quando adsunt alii creditores, in quorum præjudicium nihil potest diminui de vera æstimatione.

Quod hæres teneatur vendere bona pro satisfaciendo creditoribus, Franch. *dec.* 704. vide Ricc. *Collect.* 3598. ubi prò & contra &c. Urceol. relat. per Altimar. *ubi supra dub.* 1*n.* 723. *vers. sed debeant*.

An autem hæres beneficiatus tenetur de interitu, & periculo rerum hæreditariarum cessante illius culpa, vide Facnin. *controv. jur. lib.* 6. *cap.* 30. Paul. Christin. *dec.* 23. *n.* 3. *vol.* 4. ubi quòd non licet alii contrarium sentiant ab ipsis relati, vide *in §. Hæreditas n.* 23.

Quòd hæres beneficiatus non teneatur exigere credita hæreditaria, nec exegisse præsumatur nisi ex adverso probetur Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 81. *n.* 11. *& decis.* 86. *n.* 14. *&* 15. *& decis.* 323. *n.* 7. *& seqq.* ubi quòd hoc verum est in hærede libero, & beneficiato, secus autem in hærede gravato, qui peteret suas detractiones, nam cum iste teneatur totam hæreditatem restituere, curare debet, ne per ejus negligentiam aliquod præjudicium inferatur gravato sibi, nec tenetur reddere rationem de nominibus debitorum in exactis, De Luc. *de hæred. disc.* 7. *n.* 7. Emerix jun. *dec.* 886. *n.* 4. *dec.* 1000. *nu.* 10. *decis.* 780. *n.* 14. Caprar. *dec.* 584. *n.* 20. *part.* 2.

Quòd non teneatur reddere rationem de mobilibus consumptibilibus, & sine culpa sua usu consumptis, Bich. *decis.* 612. *nu.* 21. vide *in §. Gravatus nu.* 7. De Luc. *de hæred. disc.* 2. *n.* 16.

An autem è contra hæres beneficiatus possit retinere bona hæreditaria solvendo creditoribus hæreditariis justum illorum valorem, ita ut præferatur aliis offerentibus majus pretium satis ultra justum, etiam urgentibus creditoribus, quibus ex illo pluri satisfieri posset, præsertim si bona melioraverit, & alia ad sem, vide latè per Carol. Tap. *dec.* 57. *per tot.* ubi refert decisum ad favorem beneficiati hæredis.

30 Hæres potest beneficium inventarii quandocumq; allegare, etiam post sententiam in illius executione, nisi de illo fuisset prius cognitum, & rejectum, Gratian. *discept. forens. cap.* 660. *nu.* 16. Surd. *dec.* 332. ubi limitat nisi essent assignati plures termini post sententiam, & nihil oppositum, sed jam esset facta executio, vide Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 145. ubi etiam post tres conformes, & quando secùs. Vide *in hoc oper. §. Inventarium n.* 10.

An amittat beneficium inventarii si aliquid omiserit in eo describendo, vide in §. *Inventarium nu.* 5. vide supra. Caprar. *dec.* 584. *n.* 18. *& decis.* 636. *n.* 9. *part.* 2.

31 Hæres intra tempus conficiendi inventarium à nullis creditoribus hæreditariis, vel legatariis conveniri potest, quamvis adversus defunctum lata fuerit sententia, *l. fin. §. donec*, *& §. & si præfatam C. de jur. delib.* Petr. Pecch. *de jur. sisten. & manu inject. cap.* 4. *n.* 9. Gratian. *discept. for. cap.* 236. *num.* 52. ubi excipit unum casum, vide *in §. Executio nu.* 9. *supra num.* 24. Tusch. *litt. H. concl.* 44. Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 37. latè Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 192. *part.* 9. *rec. nu.* 1. *& seqq* Sanfelic. *dec* 212. *per tot. la* 1. *infr. n.* 35. *in fine*, Carleval. *de judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 9. *per tot. fol.* 131. ubi an possit fieri executio contra hæredem beneficiatum. Altimar. *de nullit.* 1. *par.* 5. *quæst.* 44. 245. *vers. hæres intra tempus tom.* 7. Conciol. *de Hæred. art.* 1. *a n.* 325. *&* 345. Romag. ad Conciol. *sup. Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 34. *nu.* 4.

Intellige de actione personali, nam in reali statim potest conveniri DD. *in dict. §. donec.* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 5. *n.* 1. *& de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 173. *per tot.* Franch. *decis.* 352. Ridolphi *dict. cap.* 9. *n.* 41. vide Paul. Rub. *in d. Annot. nu.* 7. *& seqq.* ubi refert contrarium tenentes, cum quibus videtur transire, licet cogitandum relinquat Carol. Anton. De Luc. ad De Franch. *loc. cit.* Altimat. *loc. cit.*

Quòd in actione reali, vel pro restitutione usurarum defuncti, vel in relictis pro anima possit statim conveniri, Roland. *de invent. part.* 4. *quæst.* 9. Ridolphin. *loc. citat. num.* 40. Buratt. *decis.* 144. *num.* 11. *& decis.* 395. *num. pr.* Antonell. *de tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 6. Altimar. *ubi supra*.

Item non juvatur dicta dilatione quando evidenter constat hæreditatem fore locupletem, Roland. *dict. tract. part.* 4. *quæst.* 13. & vide Duen. *reg.* 267. *per tot.*

Contrarium tamen in hoc tenet, Paul. Rub. *loc. cit. nu.* 102. *& seqq.*

Item si jam compleverit inventarium potest conveniri, licet duret terminus, quia cessante causa dilationis, debet cessare dilatio, Phanuc. *de invent. part.* 4. *num.* 16. Paul. Rub. *in supradicta Annot. n.* 36. *&c.* Ansald. *decis.* 47. *n.* 34., Et de his omnibus vide Altimar. *loc. cit.* Conciol. *de Hæred. art. pr. a num.* 338.

Item si hæres eoo opponat, nec stante Bulla B. Pii, ut per Ridolphin. *loc. cit. num.* 38. *&* 39.

Potest tamen ipse hæres, etiam durante dicto tempore agere, & alios convenire non obstante tit. *quod quisque juris &c.* Roland. *dict. tract. part.* 4. *quæst.* 10.

Quo casu si voluntariè agat, potest conveniri, Roland. *loc. cit. quæst.* 11. Duen. *dict. reg.* 267. *limit.* 2.

Florentiæ cessat indagatio hujusmodi, cùm vigore statuti *lib.* 2. *Rub.* 29. sit sublatum beneficium inventarii, de quo Angel. *cons.* 386. Card. Tusch. *litt. H. concl.* 38. *num.* 17. *& litt. S. conclus.* 552. *nu.* 7. *& conclus.* 577. dixi *in Pract. §. Eredi num.* 12. & in hoc Opere §. *Inventarium num.* 8. Altimar. *loc. cit.*

Non etiam servatur in Francia, nisi impetretur à Rege ad tradita per Paul. Christin. *decis.* 23. *in fine volum.* 4. Altimar. *ubi supra*, ubi refert alias Civitates, & Regna in quibus inventarii beneficium fuit sublatum.

Potest tamen tunc hæres, etiam major, ex justa causa in integrum restitui adversus aditionem, ut in terminis dicti statuti Florentini firmavit Rot. *part.* 9. *art.* 9. *recent. dec.* 82. vide *in §. Restitutio num.* 13. & Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 192. *num.* 145. *& seqq. part.* 9. *recent.*

Quòd beneficium inventarii tolli possit per statutum, consuetudinem, pactum; renunciationem, ac testatoris voluntatem, Monticul. *tract. de invent. cap. pr. num.* 17. *& seqq.* Donad. *tract. de renunciat. cap.* 12. *per tot.*

Hæres contra voluntatem defuncti non potest uti 32
beneficio inventarii, quia testator potest illud prohibere, sicut etiam consuetudo, & statutum potest inducere ne conficiatur inventarium, & illo hæres non gaudeat, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 721. *num.* 41. Cravet. *cons.* 174. *per tot.* Surd. *decis.* 30. *per tot.* vide *in §. Inventarium num.* 15.

An autem hæres cum beneficio inventarii illo gaudeat pro debito defuncti, pro quo ipse hæres nomine proprio, & in solidum cum ipso defuncto sit obligatus, plures rationes, & auctoritates pro negativa ad exclusionem beneficii prædicti ponderat, & adducit Sanfelic. *decis.* 212. *num. pr. & seqq.* ubi tamen postea *num.* 7. *& seqq.* concludit, & decisum solemniter testatur pro affirmativa, gaudere beneficio inventarii, & non teneri ultra vires hæreditatis, nisi expressè illi renunciaverit, facta tamen discussione inventarii, executionem fieri posse etiam in bonis propriis, & persona quatenus ad eum pervenit de bonis hæreditariis.

Hæres non conficiens inventarium præsumitur in 33
dolo, & bona occultasse, ita ut hæc præsumptio transferat in hæredem onus probandi alia bona non extitisse Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 851. *&* 852. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 570. *num.* 19. vide *in §. Inventarium num.* 8. Bonifac. *de furt.* §. 2. *num.* 107. *et seqq. fol. mihi* 84. plenè Tusch. *litt. H, conclus.* 58. *et seqq.* Ricc. *Collect.* 2931. ubi ad effectum faciendi detractiones, Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 266. *n.* 16. ubi pariter ad effectum detractionum; Rot.

part.

part. 16. *recent. dec.* 123. *n.* 11. *et seqq. per tot.* ubi latè distinguit, cui incumbat onus probandi detractiones fuisse consumptas, vel non, stante omissione inventarii, cum aliquibus alienationibus sequutis, *et decis.* 142. *num.* 10. *et seqq. d. part.* 10. ubi quòd dicta præsumptio non militat contra tertium possessorem, adde Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *cap.* 78. *num.* 7. Rot. *par.* 18. *rec. tom. pr. et decis.* 26. *per tot.* Altimar. *de null. rubr.* 3. *part.* 5. *quæst.* 44. *à num.* 218. *tom.* 7. & ibidem *n.* 246. Rot. *decis.* 11. post Albrit. *de Inconstant. num.* 23. Phæb. *decis.* 88. *a num.* 9.

Quòd imò dicta præsumptio sit juris, & de jure, nec admittat probationem in contrarium (nisi per confessionem partis) ad effectum ne hæres teneatur in solidum ultra vires hæreditatis, Franch. *decis.* 536. *per tot.* vide ubi supra Late Add. ad eumdem De
33 Franch.

An autem, & quomodo possit in integrum restitui adversus non confectum inventarium, ut possit illud conficere, vide *in §. Restitutio num.* 13. *supra num.* 31. *in fine*. Altimar. *loc. cit. num.* 250. *et seqq. et num.* 258.

Quòd per jus quæsitum creditoribus ex lapsu temporis ad conficiendum inventarium præfixi, ipsis creditoribus inauditis non potest in integrum restitui, Roland. *de invent. part.* 3. §. *item omitiendum nu. pr.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 118. *in fine*.

Et licèt bona hæreditaria emerit à creditoribus, subjectrant oneri hypothecæ ad favorem aliorum posteriorum, Magon. *decis.* 59. *num.* 14.

34 Hæres etiam non confecto inventario non tenetur ultra vires hæreditarias quoad legata pia, licèt secùs sit quoad alia, pro quibus tamen non teneatur in foro conscientiæ, quicquid sit quoad creditores: quòd autem quoad alimenta, vel quando fuit gravatus solvere de bonis, an amittat legitimam, & Trebellianicam, & alia plura de hærede non conficiente inventarium, Gratian. *disceptat. forens.* c. 34. *per tot. cap.* 59. *num.* 8. *cap.* 637. *num.* 13. *cap.* 656. *num.* 17. *cap.* 981. *num.* 16. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 13. Paul. Rub. in Annot. *ad decis.* 192. *num.* 152. *& seqq. part.* 9. *recent.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 72. *num.* 40. *ad finem*, Menoch. *de præsumpt. lib. pr. quæst.* 80. *per tot.* ubi plura quando teneatur in foro conscientiæ, vel non, Franch. *decis.* 536. *num.* 29. *&* 30. vid. in §. *Legitima num.* 19 *& §. Trebellianica num.* 15. Latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* & Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 5. *quæst.* 44. *à num.* 246. *tom.* 7. Vide Cyroc. *disc.* 28. *nu.* 35. *et* 36. Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 7. Ayllon. ad Gumez *libr. pr. cap.* 5. *n.* 14.

Quòd in foro conscientiæ non teneatur quoad legata, neque ad creditores ultra vires hæreditarias etiam facto inventario, Vivi. *comm. opin.* 352. Sperel. *decis.* 163. *num. pr.* Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 56 *vers. & eadem*, Valer. *in differ. utriusque fori verb. Hæreditas differ.* 2. *nu.* 3. Paul. Rub. *in annot. ad decis.* 192. *num.* 162. *& seqq. par.* 9. *recent.* ubi tamen quòd secùs est in foro contentioso, etiam de jure canonico, quicquid aliqui dixerint, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 58. *num.* 27. ubi quòd etiam de jure canonico in foro judiciali hæres tenetur de proprio si non fecit inventarium, juxta veriorem, & magis receptam opinionem, vide supra *num.* 25. *in fine*.

82 Hætes abſque benefitio invenrarii Fideicommiſſum particulare, & ſuper certis bonis conſtitutum, integrè præſtare tenetur. Caprat. *dec. 78. n. 21. p. 1.*

83 Cohæres non poteſt opponcre defectum Inventarii, ſi nec ipſe illud confecit. Captar. *dec. 556. n. 2. part. 2.*

84 Hætes adſtringitur, ſsltem ſsctus major, Inventarum conficere. Rot. *dec. 294. n. 9. part. 13. recent.* Caprat. *d. dec. 556 n. 1. part. 2.*

85 Hætedis culpæ adſctibitur, ſi paſſus eſt ſerri ſententiam favore legatarii, & bona diſtrahi non citatis ctcditoribus Captat. *dec. 636. n. 19. p. 2.*

86 Hæredi ad repudiandam hæreditatem datur à Jure ſpatium trium menſium Balduc. ad Conſ. Ramon. *lib. 4. reſol. dec. 102. n. 37.* Captar. *dec. 559. n. 20. part. 5.*

87 Hæres dicitur receſſiſſe à repudiationa bæteditatia per actus ſubſequenter geſtos, qui citra Jus, & nomen hæredis fieri non potuerant. Text. *in l. ſi paternn C. de repud.* Caprar. *d. dec. 559. nu. 21. p. 2.*

88 Hæres conventns à Creditore, ſi declarat tetinere bona titulo fideicommiſſi, & dotis matetnæ gerendo ſubinde ſe pro bærede, non valet præjudicare propriis Cteditoribus, quibus per dictam declarationem fuerar eodem inſtanti jus quæſitum. Card. Da Luc. *de Cred. diſc. 41. nu. 5.* Ror. *dec. 331. nu. 10. & ſeqq. & dec. 493. n. 13. p. 18. rec.* Captat. *deciſ. 24. n. 17. part. 1.*

89 Hæres ſi conſenſit diſpoſitioni teſtatoris ſubiieientis illius bona Fideicommiſſo, eamque obſetvate promiſit, non poteſt ipſe, nec ejus hæres eadem bona diſtrahere Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 6. num. 7. & ſeqq.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 5. n. 28.* Rot. *dec. 444. n. 2. p. 4. rec.* Caprar. *dec. 541. n. 55. p. 1.*

Hæres, facta ſemel acceptatione Fideicommiſſi pa- 90
terni etiam in bonis propriis non poreſt amplius ab illa tecedere Caprar. *dec. 490. part. 2. n. 12.*

Et dicitur acceptaſſe Fideicommiſſum etiam in bonis propriis, ſi ea tanquam de bonis hæreditariis deſcripſit in Inventatio bæreditario, & ex eotum continuata poſſeſſione uſque ad obitum titulo hæredis. Bellon. Jun. *conſ. 99. n. 5. cum duob. ſeq.* Fontanell. *de pact. Nupt. clauſ. 4. gloſſ. 5. n. 34. & 35. tom. 1.* Caprar. *dict. dec. 490. n. 21. & dec. 447. n. 18. p. 2.*

Hæres, cujus etiam bona teſtator ſupoſuit proprio 91
Fideicommiſſo, tenetut obſetvare diſpoſitionem, ac Fideicomiſſum teſtaroris uſque ad concurrenrem tatam emolumenti ei quæſiti ex illius bonis, computatis etiam acceſſionibus ſeu fructibus medii temporis. Petegr. *conſ. 62. à nu. 1. ad 6. lib. 4. & in tract. de fideicom. art. 33. n. 48. verſ. 1. quin* Cad. De Luc. *de Fideicom. diſc. 134. n. 6.* Caprat. *dec. 78. nu. 3. & 30. part. 1. & dec. 345. nu. 3. p. 1.*

Emolumentum æquivalens, quando dicatut perveniſſe ad hæredem Caprat. *d. dec. 345. n. 4. p. 1:*

Er ex quibus reſultet acceptatio fideicommiſſi. Captar. *d. dec. 78. num. 13. & d. deciſ. 345. num. 5. ſeqq. part. pr.*

Hæres enim acceptaado diſpoſitionem, & Fideicommiſſum teſtatoris, dicitur cum eo contraxiſſe, & cum aliis vocatis ad Fideicommiſſum. Card. de Luc. *de fideic. diſc. 33. n. 53. & diſc. 59. nu. 5. in fin. & diſc. 130. n. 15. & ſeq.* Rot. cor. Coccin. *dec. 1507. n. 31.* Caprar. *d. dec. 78 n. 4. p. 1.*

Nec attenditur an ſcivetit, vel ignoraverit qualitatem bonorum. Hodiern. & Sac. Conſ. Neapol. *controv. forenſ. lib. 1. controv. 15. ſub n. 12. verſ. item etiam Junctis, & n. 38. cum plurib. ſeqq.* Caprat *d. dec. 78. n. 17. p. 1.*

Et ſcienter acceptando diſpoſitionem, & fideicommiſſum à teſtore injunctum, cenſetur voluiſſe, non ex alia diſpoſitione, ſed ex eodem fideicommiſſo acquirere. Fontanell. *de pact. Nupt. clauſ. 4. gloſſ. 5. ſub n. 35.* Ror. cor. Coccin. *dec. 1507. nu. 47. & 48.* Caprat. *dec. 374. n. 2. p. 1.*

Et quando nequeat allegare ignotantiam Fideicommiſſi antiquioris. Ridolphin. *all. 150. num. 21.* Rot. *dec. 19. n. 10. & dec. 31. ante num. 1. & 3. p. 5. rec.* Captar. *dec. 345. n. 12. p. 1.*

Et per acceptationem Fideicommiſſi, ſicut non poteſt ab ipſo illud impugnari, ita nec ab ejus hæredibus. Rot. *dec. 130. n. 9.* poſt Torr. *de pact. fut. ſucceſſ.* Caprar. *d. dec. 345. n. 11. p. 1.*

Hæres non poteſt impugnare onus Fideicommiſſi 9n
acceptatum à defuncto, qui in vita ſua ſemper aquievit Cancer. *var. reſol. cap. 2. n. 503. tom. 2.* Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 3. n. 36.* Caprar. *dec. 375. nu. 7. p. 1.*

Hætes non valet impugnate Fideicommiſſum, quod 93
in certo corpore ab ejus Auctoribus fuit conſeſſatum. Rot. *dec. 81. nu. 8. p. 19. rec.* Capiat. *dec. 456. nu. 10. p. 2.*

Hæres fideicommitentis dettahete non poteſt æs 94
alienum ex bonis fideicommiſſi particularis. Gabr. *conſ. 119. n. 8. lib. 1.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 541. n. 19.* Csptst. *dec. 237. n. 13. p. 1.*

Hæredis declaratio ex præſumpta ſcientia mentis 95
teſtatoris, cui erat admodum fida mulium inſervit nd comprobandam exiſtentiam Fideicommiſſi Paiſ. *conſ. 11. ſub num. 38. verſ. præterea & ſeq. lib. 1.* Caprar. *dec. 318. n. 12. p. 1.*

Ex facto bæredis, & diviſione bonorum ab ipſo 96
facta reſultar interpretatio Fideicommiſſi, & mentis teſtaroris illud facientis. Rot. cot. Arguell. *dec. 54. n. 41. & in rec. dec. 104. nu. 20. verſ. quæ conjecturæ, & dec. 226. n. 15. part. 16. rec.* Caprar. *d. deciſ. 318. n. 13. p. 1.*

Hæres præſumitur ex pecuniis in hæteditate re- 97
pertis ſolviſſe debita teſtatoris, & cum ex actionibus

ſa-

factis propria credita compensasse. Rot. cor. Cels. dec. 350. n. 8. & cor. Emerix Jun. dec. 373. n. 5. & in rec. dec. 254. n. 7. part. 16. Caprar. dec. 576. nu. 3. p. 2.

98 Hæres, qui acquisivit translativè fructus censuum, censetur cum fructibus hæreditatis satisfecisse. Rot. dec. 350. n. 6. cor. Cels. Caprar. dec. 286. n. 7. p. 1.

99 Hæres habens onus à testatore côficiendi multiplicû ex fructibus, dicitur quasi procurator constitutus, gratia illorum, qui habent interesse. Bened. Capra in Reg. seu Tract. de Execut. ult. volunt. membr. 8. n. 10. fol. mihi 221. Caprar. dec. 178. n. 8. p. 1.

Et si fuerit negligens in illu conficiendo, talis negligentia judicatur, ut dolus Paris. cons. 26. n. 10. lib. 4. Rub. de Testam. cap. 71. nu. 239. Caprar. d. dec. 178. n. 3. p. 1.

100 Pro hærede se gerere, idem est ac pro Domino Caprar. dec. 559. n. 33. p. 2.

101 De forma substantiali testamenti, est quidem designatio, & institutio certi hæredis, non autem modus eundem hæredem demonstrandi præcisè per denominationem ore proprio eum ea suppleri possit per æquipollens. Text. in l. quoties §. si quis nomen hæredis ff. de hæred. instit. Card. Cerr. dec. 338. n. 9. Caprar. dec. 167. n. 7. part. 1.

102 Hæredis observantia, & executio, facit ut schedula dispositionis debeatur pro vera Gratian. discept. 468. n. 5. Caprara dec. 128. n. 11. p. 1.

103 Hæres sufficit ut quis sit habitu, & potentia, licèt non actu, ex quo injustè bona ab aliis occupata remaneant. Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 30. nu. 4. & disc. 60. n. 26. Rot. dec. 24. n. 20. & seqq. & dec. 267. n. 8. p. 6. & dec. 154. n. 17. p. 11. & dec. 500. num. 20. p. 12. rec. Caprar. dec. 755. num. 18. p. 2.

104 Hæres non obligatur ultrà vires hæreditarias etiam ex præcepto testatoris. Rot. cor. Cels. dec. 83. n. 4. Priol. dec. 464. n. 17. & 18. cor. Orthobon. dec. 105. n. 17. & dec. 180. n. 13. & in rec. dec. 386. num. 10. p. 15. dec. 27. nu. 45. p. 18. dec. 382. num. 5. p. 19. Emerix Jun. dec. 901. n. 3.

105 Hæres non confundit jura sua, & actiones contra defunctum Emerix Jun. d. dec. 901. num. 4. & dec. 1299. n. 9.

Amplia etiamsi defunctus expressè declaraverit, quod post aditionem non possit illa deducere Surd. cons. 143. n. 41. 59. & 60. Rot. cor. Coccin. dec. 711. n. 6. Emerix Jun. dec. 901. n. 5.

106 Contra hæredem non datur executio mandati relaxati contra patrem, nisi cum clausula, non amoto &c. & dummodo oblationes excedant, quoties est creditor anterior. Rot. dec. 340. n. 10. & 11. p. 13. rec. & dec. 234. nu. 24. & dec. 262. nu. 2. cor. Cerr. Emerix Jun. dec. 1012. n. 9.

107 Hæres executivè potest conveniri, ac defunctus. Text. in l. fin. C. de Jur. delib. Rot. cor. Cels. dec. 3. n. 2. & dec. 58. num. 27. p. 10. rec. Emerix Jun. dec. 986. n. 8.

108 Hæres fideicommissarius immissus authore Prætore venit manutenendus pro indiviso cum hærede hæredis gravati. Rot. decis. 59. p. 2. rec. Emerix Jun. dec. 336. n. 2.

Etiamsi possessionem apprehenderit non facta liquidatione detractionum, quando illæ sunt certæ. Rot. cor. Burat. dec. 63. n. 8. Cavaler. dec. 573. n. 2. Emerix Jun. d. dec. 336. n. 4. Secus si sunt incertæ. Emerix Jun. ibid. n. 3.

109 Hæres debita Testatoris non debet solvere ex bonis stabilibus fideicommissi, quoties adsunt argenta, gemmæ, mobilia, & se moventia. Adden. ad Gregor. dec. 299. n. 6. Rot. dec. 12. nu. 7. & dec. 310. n. 2. & seqq. p. 15. dec. 206. n. 4. p. 16. & dec. 285. n. 6. p. 17. Emerix Jun. dec. 1044. n. 5.

Eaqua etiam probare tenetur extitisse ad effectum detractionis. Fusar. de substit. quæst. 541. n. 2. Rot. cor. Priol. dec. 294. n. 7. & 8. Emerix Jun. d. decis. 1044. n. 9.

Ac illa solvisse de pecuniis propriis Peregrin. de fideicomm. art. 35. n. 9. vers. tutior. Rot. cor. Burat. dec. 641. num. 4. et 5. Ubald. dec. 178. num. 2. et 3. Cavalier. dec. 476. num. 2. cor. Cerr. dec. 501. in fin. Emerix Jun. d. decis. 1044. num. 13.

Hæres habens facultatem eligendi unum, vel plu- 110
res substitutos ad fideicommissum, potest illi adiicere aliquod onus, vel gravamen. Text. in l. unum ex familia, §. Sedet si fundum ff. de legat. 2. Rot. dec. 2158. n. 20. cor. Coccin. Emerix Jun. dec. 1073.

Hæres habens præceptum aliquid faciendi tenetur,
ad factum, & ejus loco ad damna, & interesse. 111
Emerix Jun. decis. 1203. n. 3.

Hæres habens onus multiplicandi fructus hæredi- 112
tarios, si multiplicum non conficiat tenetur ad interesse, non solum ad mensuram hæreditatis in eo statu, in quo fuit à Testatore relicta, sed in eo statu, quo constituta esset per confectionem multiplici. Text. in l. cum defunctus C. arb. Tutel. Rot. cor. Burat. dec. 173. n. 3. & cor. Coccin. dec. 2249. n. 2. Emerix Jun. dec. 1203. n. 1.

Hæres negligens scienter facere in vestimentum ad 113
formam præcepti Testatoris præsumitur id dolosè facere Peregrin. de fideicomm. art. 45. n. 15. Rot. cor. Merlin. dec. 844. nu. 6. cor. Cerr. dec. 477. num. 15. Emerix Jun. dec. 1119. n. 1.

Et ex hujusmodi hæredis dolo oritur in bonis propriis obligatio hypothecaria. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 869. nu. 22. & d. dec. 477. num. 12. & 13. cor. Cerr. Emerix Jun. d. dec. 1119. n. 2.

Quæ hypotheca oritur ab ipso momento hæreditatis aditæ, & præfertur omnibus aliis ejus creditoribus. Negusant. de pignor. membr. 4. p. 2. n. 12. Rot. dec. 7. num. 10. & seqq. p. 12. rec. Emerix Jun. d. dec. 1119. n. 3.

Hæres legati jure quod retinere non potest, reti- 114
net interim jure fideicommissi. Mangil. de imput. quæst. 48. n. 38. & 39. Emerix Jun. dec. 981. n. 3.

Hæres solvens fisco pro recuperanda possessione 115
bonorum bene solvit Emerix Jun. dec. 828. n. 7.

Hæres tenetur facere non solum id, quod testator 116
expressè, vel tacitè disposuit, sed etiam id, quod ipse faceret, si viveret. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 19. nu. 4. & seqq. Surd. dec. 62. num. 12. Emerix Jun. dec. 1137. n. 4. & 5.

Hæres institutus cum onere distribuendi omnia 117
bona in usus pios est simplex Executor, non autem hæres. Emerix Jun. dec. 1320. n. 2.

Declara conclusionem procedere, si præcedat onus distributionis, & postea subsequatur commodum institutionis, secus si procedat institutio, & subsequatur gravamen Martha de success. legal. tom. 2. p. 4. q. 15. art. 1. n. 19. & 21. Rot. cor. Coccin. dec. 952. n. 1. & dec. 1008. n. 7. & dec. 1016. n. 2. & 15. Emerix Jun. d. dec. 1320. n. 3. & dec. 1361. n. 10.

Maximè si distributio fuit præscripta per modum quantitatis bonorum, non autem quotæ hæreditariæ Federic. de Sen. cons. 56. n. 3. Emerix Jun. d. decis. 1320. n. 4. & dec. 1361. n. 11.

Rursus si hæres gravatus fuit in bonis propriis Emerix Jun. dec. 1320. n. 5.

Hæres institutus cum onere distribuendi introitus 118
hæreditarios in dotandis puellis dicitur verus hæres Bald. cons. 120. n. 3. vers. 4. lib. 2. Calderin. cons. 19. n. 1. vers. aut datur de testam. Signorol. cons. 35. n. 3. Emerix Jun. d. dec. 1320 n. 6.

Præsertim quando ast hæres in una quota. Bald. cons. 193. n. pr. vers. non erat, lib. pr. Capyc. Galeot. lib. 2. controv. 32. n. 15. Emerix Jun. dec. 1361. nu. 12. & d. dec. 1320. n. 2.

Et hæredis favore præstanda est cautio de dote restituenda in casu reversionis. Rot. cor. Burat. dec. 432. n. 6. & 7. & dec. 500. n. 2. & 3. Emerix. Jun. d. dec. 1361. n. 13.

Hæres institutus in bonis, seu patrimonio alicujus 119
provinciæ habetur loco Legatarii, quando adest alius generaliter institutus in quibuscumque aliis bonis. Fusar. de Substitut. quæst. 208. nu. 5. Rot. dec. 268. n. 16. cor. Royas & dec. 98. n. 13. et seq. cor. Cerr. Emerix Jun. dec. 886. n. 6.

Hæredibus datur manutentio pro indiviso Rot. 120
dec. 357. n. 3. p. 19. rec. Emerix Jun. dec. 771. n. pr.

Inter hæredes quando plures censeantur consti- 121
tutæ hæreditates. Emerix Jun. decis. 1090. num. 6. & seqq.

Hæ-

122 Hæres restitutionem in integrum petere nequit, nisi probata ignorantia. Rot. cor. Cels. *dec.* 154. *n.* 21. & cor. Otthobon. *dec.* 156. *nu.* 25. & cor. Ceri. *dec.* 454. *n.* 15. & 23. Emerix Jun. *decis.* 737. *nu.* 17.

123 Hæres reintegrationem petere potest ex persona sui authoris. Ludovis. *dec.* 342. *nu.* 2. Emerix Jun. *dec.* 152. *n.* 2.

124 Hæres Usufructuarius non dato alio cohærede proprietario dicitur hæres etiam in proprietate. Text. in *l. cohæredi* 41. §. *Non videri. ff. de vulg. & pupill.* Emerix Jun. *dec.* 16. *n.* 5.

Secus tamen si usufructus fuit hæredi relictus post mortem hæredis instituti sine filiis, qua conditione purificata proprietas devolvitur ad hæredem ab intestato Rot. *dec.* 25. *à n.* 17. *ad nu.* 22. *p.* 6. & *dec.* 519. *n.* 17. & 18. *p.* 8. *rec.* Emerix Jun. *d. decis.* 16. *num.* 6.

Neque si fuerit specialiter substitutus in simplici usufructu intelligi potest vocatus etiam in proprietate sub generali substitutione hæredum, & successorum. Text. *in l. ubi repugnantia* 149. *ff. de re jur.* Emerix Jun. *d. dec.* 16. *n.* 8.

125 An confessio ficta transeat in hæredem, si per Judicem facta fuerit pronunciatio quod positiones habeantur pro confessis Ridolphin. *in prax. part. pr. c.* 20. *n.* 96. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 59. *n.* 8. *p. pr.*

126 Juramentum defuncto delatum, & non reservatum præstatur hæredi in foro Saxonico; Quin immo præstatur hæredi hæredis, sed cuique de credulitate. Brunneman. *in l.* 11. *ff. de action. rer. amotar. n.* 4. Carpzou. *Jurisprud. p. pr. cap.* 24. *def.* 2. & *dec.* 39. Crescin. ad Abecclef. *observ.* 69. *n.* 9. *p. pr.*

127 Hæres cui offertur Juramentum super facto testatoris, tenetur jurare, vel solvere. Text. *in l. fin. C. de Fideicommiss.* Crescin. ad Abecclef. *obser.* 69. *nu.* 23. *p.* 1.

128 Hæres conventus super relicto in minus solemni dispositione, si juraverit non esse, vel non audivisse esse relictum, absolvitur, si verò jurare recusaverit, condemnatur ad præstandum fideicommissum. Brunneman. *in l. fin. fere per tot. Cod. de Fideicommiss.* Carpzou. *Jurisp. part.* 3. *const.* 8. *def.* 40. Thesaur. *lib. pr. quæst.* 97. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 70. *num.* 2. *p.* 1.

129 Mortuo Creditore potest illius hæres procedere ad executionem instramenti à Statuto, vel à lege Municipali habentis executionem paratam, vel sententiæ contra debitorem sicut faceret Creditor, si viveret. Sabell. *in Summ. divers. tract.* §. *executio sub n.* 22. *vers. competeret tamen hæredibus*. Rub. *de Confus. Jur. cap.* 7. *n.* 20. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 153. *n.* 2. *p. pr.*

130 Mortuo exequutore Testamentario quando ejus facultas remaneat penes hæredem. Bertachin. *vot.* 70. *sub n.* 10.

131 Instrumentum habens exequutionem paratam favore creditoris, illam etiam habet ad commodum illius hæredis. Otthobon. *dec.* 126. *n.* 2. Crescin. ad Abecclef. *observ.* 153. *n.* 4. *p. pr.*

132 Jura exequutiva exerceri possunt pro hærede, & contra hæredem Crescin. ad Abecclef. *obser.* 154. *nu.* 1. *p.* 1.

133 In hæredem transeunt actiones omnes activæ, & passivæ eum eodem privilegio, quo pro defuncto, vel contra eum exerceri potuissent. Crescin. ad Abecclef. *d. observ.* 154. *n.* 3. *p. pr.*

134 Hæres semper censetur nominatus, licèt in contractu de eo non sit facta mentio. Vela *dissert.* 27. *nu.* 25. & *seqq.* Rub. *de confus. Jur. cap.* 7. *n.* 22. Crescin. ad Abecclef. *d. obser.* 154. *n.* 4. *p. pr.* Vide supra *num.* 56.

135 Exequutio relaxata contra Defunctum non potest compleri contra hæredem sine nova citatione, & assignatur ratio. Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 21. *in princip.* Rot. *dec.* 138. *nu.* 7. *p.* 12. *rec.* Crescin. ad Abecclef. *d. observ.* 154. *n.* 15. *p.* 1.

136 Conventus, uti hæres Defuncti interrogatur, an velit esse hæres, & pro qua parte, Ridolphin. *in Prax. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 17. Menoch. *de Arbitr. Judic. lib.* 2. *cas.* 51. *num.* 2. Crescin. ad Abecclef. *observ.* 156. *num. pr.*

Et ulterius interrogatur, an teneat, vel possideat bona hæreditaria, & pro qua parte, & quo titulo possideat. Nevizan. *cons.* 5. *nu.* 28. Menoch. *ubi supra n.* 12. Crescin. ad Abecclef. *d. obser.* 156. *n.* 2.

Instantia inchoata cum defuncto transit ad hæredes activè, & passivè Pellegrin. *in prax. Vicar. p.* 2. 137
sect. 2. *subsect.* 11. *n.* 45. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 22. *n.* 23. *p.* 2.

Limita in hærede Clerico. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 36. *nu.* 37. *tom.* 1. Crescin. ad Abecclef. *observ.* 22. *n.* 23. *p.* 2.

§. HÆRESIS. IV.

HÆresis committitur, vel hæreticus dicitur ille, 1
qui diversimodè, sive aliter quàm Ecclesia Romana, sentit de articulis fidei, vel qui malè sentit de Sacramentis Ecclesiæ, vel qui habet perversum dogma, vel gignit novas opiniones falsas, aut veteres ab Ecclesia damnatas sequitur Bost. *tit. de hæret. n.* 1. Carer. *tract. de hæret. n.* 9. & *seqq.* Clar. & Bajard. cum aliis Addent. *in* §. *Hæresis n.* 1. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 16. *tom.* 1. ubi cumulavit 151. casus, in quibus Christianus dicitur hæreticus, & latissimè etiam videndus Farinac. *q.* 178. §. 2. *cum pluribus* §§. & *quæstionibus seqq. per tot. tract. de hæresi*, Tusch. *litt. H. concl.* 91. & *seqq.* Paul. Christin. *decis.* 1. & 7. *vol.* 2. & latius *dec.* 34. *cum pluribus seqq. d. vol.* 2. Thom. Trivis. *dec.* 35. *per tot. lib.* 5. Guttierez *in Prax. q.* 32. Joseph Augustin. *in* 1. *part. S. Thom. q.* 1. *art.* 13. *n.* 22. 60. & *seqq.* ubi plura, an & quando censeri debeat hæreticus negans aliquam conclusionem Theologicam, Caren. *de offic. S. Inquisit. part.* 2. *per tot.* Simanc. *Instit. Catholic. tit.* 31. *de hæret.* & *in addit.* Fagnan. *in cap. ex parte n.* 19. *de Cleric. non resid. in cap. cum venisset n.* 90. *de Sacr. unct. in cap. quod a predecessore de Schis. in cap. ad abolendam nu.* 9. *de Hæret.* Layman. *Theolog. moral. libr.* 2. *tract. pr. cap.* 13. *num. pr.*

Vel dic, quòd hæresis est obstinata alicujus articuli fidei impugnatio cum pertinaci assertione falsitatis, & hæreticus, qui errorem aliquem habet contra fidem, & pertinaciter defendit, ut latè per Farinac. *d. quæst.* 178. §. 1. *per tot.* Cospi *in suo Judice Criminalist. part.* 2. *cap.* 4. *per tot. fol. mihi* 163. Sousa *Aphoris. Inquisit. libr.* 1. *cap.* 8. & *seqq.* Baldel. *Theolog. moral. tom.* 2. *disp.* 31. & 32. Caspens. *Curs. Theologic. tract.* 15. *de fide disp.* 5. *per tot. fol. mihi* 57. D. Raymund. *in summa lib.* 1. *tit. de hæretic. fol. mihi* 38. &c. Alias definitiones vide apud Simanc. *loc. cit. tit. de hæresis* & *in add.* Fagnan. *in cap. quod a prædecessore num.* 17. *de Schis.* Layman. *Theol. moral. lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 13. *n.* 1.

Hæreticus ut quis propriè dicatur plura requiruntur, primò quòd sit Christianus, & sit baptizatus, 2
nam in infidelibus hæresis propriè non cadit licet puniri possint quando delinquunt in his, quæ inter Christianos saperent hæresim, vel aliquid agant in contemptum Catholicæ Fidei, vel Religionis: secundò, quod scienter erret in fide; tertiò quòd sit pertinax in sua opinione, & sic quòd error sit non solùm in intellectu, sed etiam in voluntate; quartò, ut de Catholica Fide, non omnia neget, & sic in aliquibus credat, in aliis verò non; quintò quòd error sit in his, quæ sunt de fide ad vitam æternam consequendam, Simanc. *de hæres. cap.* 31. Clar. *d.* §. *Hæresis nu.* 5. *cum Addit.* Farinac. *d. quæst.* 178. §. 1. Cospi *d. tract.* & *d. cap.* 4. Tusch. *litt. H. conclus.* 92. *per tot.* Gutierez *in Prax. qu.* 32. *per tot.* Francisc. de Magistr. *in Sylv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 3. *per tot fol.* 456. *ubi plura*. Vide Lezan. *quæst. regul. vol.* 2. *verb. Hæret. n.* 2.

An verò dubitans de rebus fidei sit puniendus tanquam hæreticus Dian. *part.* 11. *tractat.* 8. *resol.* 47. Dicastil. *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 8. *disput.* 10. *dub.* 5. *n.* 57. Caspens. *loc. cit. sect.* 4. Francisc. de Angelis *tract. de confess. libr.* 2. *quæst.* 72. *nu.* 26.

Qualia sint delicta, quæ inducunt suspicionem de hæresi, & in fide, latè Thom. Hurtad. *resol. moral part.* 5. *tract.* 5. *per tot. fol. mihi* 172. ubi de delicto nefan-

dò, de sollicitatione in confessione, de habentibus plures uxores, de Sacerdote, vel Religioso professo matrimonium contrahente, de abutente rebus sacris poculo amatorio, & plurimis aliis per totum dictum tractatum *in fol.* 272. *usque ad* 447. Lezan. *loc. cit. num.* 4.

3 Hæreticorum alii sunt, & dicuntur affirmativi, qui scilicet errorem habent in mente, aut verbis, vel factis ostendunt, & fatentur; alii negativi, qui scilicet legitimè convicti de hæresi constanter adhuc in negativa persistunt, verboque fidem profitentur, & isti tanquam impœnitentes Curiæ sæculari traduntur puniendi, aliquibus tamen copulativè concurrentibus, nempè quòd verba, vel facta ab imputatis dicta, vel gesta clarè sint hæreticalia, nec aliam legitimam interpretationem habere possint, secundò sint legitimè convicti per testes contestes, & omni exceptione majores; tertiò constet hujusmodi imputatos asservisse dicta verba, vel facta hæreticalia se credere, ac ab aliis asse credenda, Farinac. *tit. q.* 178. §. 1. *n.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 34. ubi an possint tanquam hæretici puniri facientes ritus hæreticales, vel proferentes verba hæreticalia, & negantes intentionem, & concludit quòd sic, si sint legitimè convicti, aliàs omnes hæretici possent de facili evadere, Joseph. Sesse *dec. Arag.* 441. *num.* 3. *tom.* 4. faciunt plura tradita per Franc. da Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *q.* 72. ubi de lamiis, sive strigibus, an, & quando illarum confessio sit attendenda, vel non tanquam à Sathana illusoria provenians &c.

4 Hæretici vel sunt manifesti, vel occulti, & qualiter omnes, vel etiam tantùm suspecti sint puniendi, præcipuè si fuerint plures relapsi, quid si redire veliot ad viam rectam, & veram fidem Catholicam, quomodo sin recipiendi cum debita pœnitentia, & satisfactione, ac alia pulchra, & notabilia in hac materia plenè Menoch. *de arbitr. cas.* 372. 373. 374. 539. & 546. *per tot.* & *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 47. *per tot.* Clar. & Bajard. §. *Hæresis per tot.* Card. Tusch. *litt. H. concl.* 91. *cum pluribus sequentibus*, Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *per tot.* Farinac. & Vulpin. *in suo de hæresi q.* 178. & *seqq. per tot.* de pœnis hæreticorum latè Sousa *in Aphorism. inquisit. lib.* 3. *per tot.* infra *num.* 12.

An autem sortilegia, divinationes, incantationes, & similia cum invocatione demonum sapiant manifestam hæresim, ita ut in istis delinquentes, vel per cedulam sanguine proprio scriptam se dantes in potestate dæmonum tanquam hæretici sint remittendi ad Judices Ecclesiasticos, vide Paul. Girland. *tract. de sortileg. part.* 11. *q.* 3. Martin. del Rio *disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 15. Eymeric. *direct. Inquisit. part.* 2. *q.* 42. Simanc. *de Catholic. instit. part.* 2. *tit.* 30. Scac. *de judic. cap.* 2. *de jurisd. jud. laic. n.* 34. Franciscb. de Magistr. *in Syl. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *titul.* 3. *cap.* 5. *fol.* 487. & *seqq.* Sanfelic. *dec.* 133. & *decis.* 265. Franeisch. da Angelis *d. q.* 72. Matthæu Sanz. *de re crim. controv.* 60 *per tot.* ubi de sortilegio libidinis causa, ut sit mixti fori, si hæresim manifestè non sapiat, *infra n.* 11. & *in* §. *Tortura num.* 22. *De Sortilegiis, Auguribus, & Astrologis*, Guttierez. *in prax. qu.* 17. *et* 18. *per tot.* ubi latè Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. pr. cap.* 58. *per tot.* ubi quòd sortilegiorum crimina sunt mixti fori, & alia ad rem, & de omnibus, quæ pertinent ad divinationem per sortes, per somnia, per figuram partium corporis, per lineas manuum, frontis, per voces, & motus animalium, per elementa, de Magia, & hujusmodi, plenè Baldel. *Theolog. moral. to* . 2. *lib.* 4. *disp.* 6 *et seqq. ad* 17. Thom. Hurtad. *resolut. moral. part. pr. tract.* 5. *per tot.* ubi plura hujusmodi, quæ inducunt suspicionem hæresis, Suarez. *de Religion. tom. pr. lib.* 2. *fol.* 301. Caran. *de offic. S. Inquisit. part.* 12. *tit.* 11. *per tot.* ubi planè de materia sortilegii, Torreblanc. *tract. de Magia libr. pr. capit.* 21. *et libr.* 3. *cap.* 8. *per tot.* Grivel. *decis.* 31. Conciol. & Romaguar. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 69. *per tot.* Tondut. *de prævent. part.* 2. *capit.* 27. ubi an, & quando sit locus præventioni in delictis per sortilegia commissis; an Judex sæcularis possit procedere ratione delictorum à sortilegio separatorum, quando dubitatur utrum sortilegia sint hæreticalia, quis de hoc articulo cognoscere debeat, idem in blasphemiis, & hujusmodi. De sortilegio, & blasphemia quando sint mixti fori, vel ad solam judicis Ecclesiastici, vel Inquisitoris hæreticæ pravitatis cognitionem spectant, latè Vela *in Prælect. ad cap. pr. de off. jud. ordin. sive tract. de Episc. part. pr. nu.* 80. & *sequent. ad* 101. *post dissert. fol. mihi* 338. Bobadill. *libr.* 2. Polit. *cap.* 17. *à num.* 70. ubi latè Pignarell. *consult.* 94. *num.* 25. *tom.* 6. Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 10. *quæst.* 3. *n.* 2.

Hæreticus statim commisso crimine hæresis, licèt adhuc sit occultus amittit dominium, & administrationem bonorum suorum, nec potest illa alienare, & si de facto alienaverit possunt per Fiscum vindicari, latè Cabal. *resolut. crim. cas* 295. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 54. *n.* 15. Surd. *decis.* 247. *per tot. decis.* 280. ubi an hæretico possit incapacitas obiici ab aliis præter Fiscum, Menoch. *de arbit. cas.* 546. *nu.* 11. *vide in* §. *Alienatio num.* . . . §. *Bona num.* . . . & §. *Fiscus num.* . . latè Farinac. *quæst.* 190. *per tot.* Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 45. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 10. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol. pr. vers. tertia pœna*, & *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 111. *per tot.* Merlin. *decis.* 252. *per tot.* Ricc. *Collect.* 562. & 3640. plenè Sousa *in Aphoris. Inquisit. lib.* 3. *cap.* 9. & *seqq.* Baldel. *Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *disput.* 56. 57. & 58. *per tot.* Gabr. Vasquez *opusc. moral. tract. de testam. cap.* 9. §. 4. *per tot. fol.* 369. *ubi dub.* 5. sustinet, quòd licèt amittat dominium, retineat justam possessionem, & administrationem, & ob id non tenetur antè judicis sententiam bona deferre Fisco in foro conscientiæ, & in S. Thom. 1. 2. *tom.* 2. *disput.* 170. *cap.* 1. & 3. *fol.* 124. &*c.* Facit Sanchez *libr.* 2. *summ. cap.* 21. & *seqq.* Fagnan. *in cap. absolutus n.* 3. 14. & 15. *de Hæret.* 5

Quod hæreticus sit inhabilis ad contrahendum, & ad acquirendum dominium, etiam vigore sententiæ, & quamvis sit occultus, Surd. *decis* 289 *per tot.* Farinac. *d. quæst.* 190. §. 7. & 8. *per tot.* Dian. *loc. cit.* ubi quòd dicta pœna privationis bonorum extenditur etiam ad filios, & applicatur Fisco, infra *num.* 12. Paul. Christin. *decis. Belg.* 35. & *seqq. vol.* 2. Sousa *loc. cit.*

An autem interim possit alienare saltem pro alimentis, vel sit capax legati pro alimentis sibi ab alio facti, quid si posteà fuerit restitutus, & alia, Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 32. & 33. *per tot.*

Si autem hæreticus fuerit deindè ad gremium Ecclesiæ reversus, & restitutus, an recuperet bona jam propter hæresim amissa, vel confiscata, & sic an ad ea restitutus præsumatur, latè Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 47. *per tot.* Farinac. *quæst.* 190. §. 10. & *quæst.* 191. §. 1. & 2. Fagnan. *in cap. vergentis num.* 9. *de Hæresi.*

Multa de confiscatione bonorum in crimine hæresis, quæ comprehendat, & quæ non, Farinac. *d. quæst.* 190. *per tot.* ubi etiam cui sint applicanda bona, Paul. Christin. *d. decis.* 35. & *seqq. volum.* 2. Guttierez *in Pract. quæst.* 43. & 44. ubi qualiter, & quando spectent ad fiscum Principis sæcularis, & alia plura de confiscatione in hoc crimine in pluribus quæstionibus præcedentibus, & subsequentibus, *infrà num.* 12. & *in* §. *Princeps num.* 10. *in fine*, plenè Sousa *in Aphoris. Inquisit. lib.* 3. *cap.* 9. & *seqq. ad* 26. ubi etiam *in cap.* 20. cui applicentur bona confiscata, & per quem judicem, Gabr. Vasquez *loc. sup. cit.* ubi *Dub.* 4. tractat etiam cui fisco sint applicanda, & videtur (seclusa contraria consuetudine) tenere pro fisco sæculari, ex Simanc. *de hæres. tit.* 9. *num.* 127. & *seqq.* & Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 12. ubi apertè concludit pro Principe sæculari, quia ad eum spectat executio sententiæ etiam si agatur, de Clerico, Card. Fulcod. *quæst.* 15. *per tot. cum Annot.* Caran. *de S. Offic. fol. mihi* 391. *etc.* ejusdem Caren. *d. tract.* ubi pro fisco Principis sæcularis, & Torreblanca *de Magia lib* 3. *cap.* 11. *n.* 40. & *seqq.* ubi quod attenditur consuetudo loci, & *lib.* 4. ubi quid agendum de bonis Magorum in foro conscientiæ, an illis vel filiis reservet aliqua pars pro alimentis, vel dote Barbosa *l.* 1. *part.* 4. *nu.* 82. & *seqq. solut. matrim.* & Dian. *tom.* 5. *tract.* 10. *resol.* 119. Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 16. *n.* 4.

Quòd

Quòd donatio inter vivos ſimpliciter, & abſolutè facta ab hæretico antè patratum delictum ſit valida; ſecùs ſi ſub conditione, vel cauſa mortis, quæ purificetur poſt commiſſum crimen, niſi ſit ad favorem uxoris; non etiam venire in hujuſmodi confiſcatione bona quæſita poſt ſententiam, vel converſionem, niſi iterum reincidat in hæreſim, & alia, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſolut.* 111. *per tot.* Gabr. Vaſquez *d.* §. 4. & in S. Thom. 1. 2. *tom.* 2. *diſput.* 169. *per tot. fol. mihi* 518. *& ſeqq.*

6 Hæreticus manifeſtus, qui publicè hæreſim profeſſus eſt, multoſque ſcandalizavit, eſt omninò cogendus publicè etiam hæreſim abiurare, licèt pluries fuerit confeſſus Sacerdoti, & penes multos contrarium profeſſus, ad hoc ut dicatur congruam ſatisfactionem exhibuiſſe, quando verò non eſt manifeſtus, eſt in arbitrio judicis, ut pro qualitate facinoris fiat abjuratio, & contraria profeſſio, ſaltem tribus, vel quatuor teſtibus præſentibus, vel etiam in ſolo ſuſpecto, ut ſufficiat confeſſio ſacramentalis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 372. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 193. *per tot.*

Quis poſſit abſoluere ab hæreſi maximè occulta, & aliis delictis pertinentibus ad Tribunal Sancti Officii, Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 5. *per tot.* Pignatell. *conſult.* 53. *num.* 5. *tom.* 7.

Quòd regulariter abſolutus in foro pœnitentiali, non cenſeatur abſolutus in foro temporali, nec quoad pœnam temporalem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 539. *per tot.* vide in §. *Abſolutio num.* 32. Farinac. *quæſt.* 185. §. 13. ubi qualiter abſolutus in crimine hæreſis, poſſit iterùm inquiri.

7 Hæreticus ſi nolit hæreſim abiurare, & ob id morti tradatur, quid agendum à confeſſario circa illius animam, præcipuè ſi neget tenuiſſe hæreſim, de qua eſt convictus, ſive id verum ſit, ſive falſum, licèt ſit paratus illam abiurare, ſed non confiteri illam commiſiſſe prout fuit convictus, juxta ſuperiùs dicta *n.* 3. vide Hurtad. de Mendoza *tract. de fide vol. pr. diſp.* 86. *ſect.* 2. *cap.* 29. quem refert, & ſequitur P. Minar. *Noct. Malencol.* 80. *fol. mihi* 133. ubi quòd Confeſſarius non poteſt publicè illum abſoluere, nec oſtendere abſoluiſſe, ſed more in pertinacia ſervato, illum tractare; privatim verò, & occultè, judice, ut judice inſcio, & inconſulto, quia ut judex teneretur prohibere, debet agnita debita diſpoſitione, & vera pœnitentia, illi ſacramentum pœnitentiæ dare, imò etiam communionis ſi ſecretè fieri poſſit, ita ut ſi non poſſet alius Sacerdos haberi præter judicem, teneretur ipſe Judex Sacerdos eodem modo privatim, & ſecretè non ut judex, ſed ut Sacerdos excipere confeſſionem hujuſmodi hæretici negativi, & illum abſoluere, vel etiam communicare quoad forum ſacramentale, & occultè ut ſupra, publicè autem illum ſemper in omnibus tamquam pertinacem, & impœnitentem tractare, & morti tradere, hæc omnia refert, & ſequitur etiam Dian. *reſol. moral. part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 78.

8 Hæreticus ſi ſtatim, & incontinenti reſipiſcat impunis evadit, ſicut etiam ſi ſpontè redeat, errorem abiuret, & debitam ſatiſfactionem præſtet, Abb. & alii *in c. ad abolendam* §. 1. *de hæret.* Menoc. *de arbitr. caſ.* 373. *num.* 1. 2. *&* 3. videndus latè Farinac. *quæſt.* 193. *per tot.* ubi quando ſit recipiendus, vel non, & cum qua pœnitentia, vide Fagnan. *in cit. c. ad abolendam num.* 19. *et* 20.

De hæreticis pœnitentibus, Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 24.

Quando autem hæreticus dicatur ſtatim rediiſſe, ſunt plures, ac diverſæ opiniones, ſed verior eſt, quod judicis arbitrio æſtimetur, qui pro facti, & perſonarum qualitate judicabit, an præ timore pœnæ inſtantis, vel amore veritatis impulſus reſipiſcat, Menoch. *d. caſ.* 373. *per tot.* Paul. Grilland. *tract. de hæret. quæſt.* 5 *per tot.* Syluan. *conſ.* 89. *per tot.* Abb. & alii *in d. c. ad abolendam, et c. excommunicamus de hæret.* ubi etiam volunt hæreticum admittẽ ad erroris revocationem in quacumque parte judicii, etiam poſt ſententiam antè illius executionem, ſecundum *gloſ. in c. pœn. de hæret.* Boer. *deciſ.* 341. *nu.* 3. *et* 343. *num.* 2. Pegna *in Addit. ad direct. Inquiſit. comment.* 8. *col.* 2. vide Farinac. *quæſt.* 193. §. 2. 3. *et* 4. *per tot.* ubi ſequitur opinionem judicii, ut ſupra arbitrariam, & quòd quamvis pœnitens debeat quandocumque recipi ad miſericordiam, non tamen omninò impunis dimittendus eſt, licèt verbum tantum hæreticum protuliſſet, ſed illi imponenda pœnitentia arbitraria, aliàs abſolutio eſſet nulla, puta jejunii, vel alterius operæ piæ, exilii, triremium, fuſtigationis, & ſimilium juxta facti, & perſonarum qualitatem, vide Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 24.

Hæreticus relapſus punitur pœna mortis naturalis, 9 nec amplius auditur, ejus bona confiſcantur per judicem Eccleſiaſticum, & per laicum ſententia executioni demandatur, quorum bonorum una pars domino temporali, altera Inquiſitori, & tertia Officio defertur, quod procedit non ſolum in relapſo, ſed etiam in pertinace in ſua mala opinione, & hæreſi, *c. ad abolendam, et tot. tit. de hæret.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 34. *et ſeqq. vol.* 2. Boiſ. *tit. de hæret. num.* 33. Menoch. *de arbitr. caſ.* 374. *num.* 1. *et ſeqq.* latè videndus Farinac. *quæſt.* 189. *per tot.* ubi quòd dicta pœna mortis eſt ignis approbata à jure divino, canonico, civili, & conſuetudinario, & hæreticus impœnitens ſive Clericus, ſive laicus traditur Curiæ ſeculari, orando pro illo ne morti tradatur ad effectum effugiendi irregularitatem, licèt poſteà hujuſmodi preces nullatenus per Curiam ſæcularem attendantur, præmiſſa tamen quoad Clericos per judicem Eccleſiaſticum degradatione, & alia plura de pœnis hæreticorum, ut ibi per eum, facit quod dixi in §. *Clericus num.* 80. ubi in fine referuntur caſus non miſericordia digni vigore Conſtitutionum Pontificalium, Caten. *d. tract. part.* 2. *tit. pr.* §. 28. & alibi paſſim, Fagnan. *in dict. cap. ad abolendum*, & alibi. Vide Layman. *Theol. moral. libr.* 2. *tract. pr. cap.* 16. *n.* 4.

De relapſis, impœnitentibus, & pertinacibus quinam tales dicantur, & quomodo puniantur, idem Farinac. *q.* 195. *et* 196. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 25. *et* 26. Thom. Triviſ. *deciſ.* 36. 37. *per tot. lib.* 2. ubi an, & quando habeatur pro relapſo, qui non adimplevit pœnitentiam ſibi in ſententia abjurationis impoſitam; & an in abjuratione de vehementi poſſit rectè apponi, quòd ſi abjurans incidat in aliam vehementem habeatur pro relapſo, & alia de hac materia idem Triviſ. *deciſ.* 38. *et* 39. *d. lib.* 2. Ricc. *part. pr. collect.* 123.

Quomodo autem quis probetur hæreticus relapſus, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 863. *per tot.*

De pœnis veri hæretici, qui in totum recedit à fide, & Apoſtata nuncupatur, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 546. *per tot.* latiùs Farinac. *quæſt.* 183. *per tot.* ubi quid ſit Apoſtaſia, quotuplex, undè dicta, quomodo in ea procedatur, quis ſit judex competens, qualiter unaquæque puniatur, & alia plura in materia Apoſtaſiæ, de qua etiam Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 39. *et* 40 *vol.* 2. ubi etiam an matrimonium ab iſtis contractum ſit validum, & liberi inde procreati ſint legitimi, & ſucceſſibiles. De pœnis hæreticorum ſummatim, & remiſſivè Pichard. *Pract. Inſtit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 65. *fol.* 100. plenè Bald l. *Theolog. Moral. tom.* 2. *lib. pr. diſput.* 38. *cum multis ſeqq.* Franciſc. de Magiſtr. *in Silv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 54. *per tot. fol.* 617. *et ſeqq.* Fagnan. *in cap. conſultationi n.* 7. 12. *et ſeqq. de Apoſt.* Layman. *loc. cit.*

Quòd fautores defenſores, & receptatores hæreticorum, atque Apoſtatarum ſint arbitrio judicis puniendi, ſicut etiam ſcriptores, & impreſſores eorum librorum, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 548. *&* 549. *per tot.* latè Farinac. *quæſt.* 182. *per tot.* ubi quinam dicantur tales, & quæ requirantur, ut puniri poſſint, Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 10. *num. pr. et ſeqq.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 21. *per tot.* Guttierez *in prax. quæſt.* 33. ubi plura de pœnis hæreticorum, & de illorum judicibus competentibus. De illorum pœnis Lezan. *quæſt. regul. vol.* 2. *verb. hæreſis.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract. pr. cap.* 14. *num.* 5. *et cap.* 16. *n.* 4.

Hæreticus, qui reſipuit, & in rectam viam reverſus 10 eſt, liberatur à pœna mortis, & loco pœnitentiæ indicitur pœna perpetui carceris, vel alia arbitrio judicis; Si fuerit tantùm ſuſpectus non punitur pœna corporali, ſed pecuniaria Inquiſitoris arbitrio, vel ut ſuſ-

picionem suam purget, & de sua innocentia congruè probet, quam purgationem si facere negligat excommunicatur, & si ab excommunicatione intra annum, non se eximat mediante dicta purgatione, elapso anno ut verus hæreticus condemnandus est. Si verò non sit hæreticus, neque suspectus, sed tantùm aliquid dixerit, quod sapiat hæresim, & alleget se joco, vel per lapsum linguæ dixisse, judicis arbitrio punitur pro qualitate personæ, loci, & adstantium, Menoch. *de arbitr. cas. 374. num. 6. & seqq. per tot. vide in §. Excommunicatio nu. 17. etc.* latè Farinac. *quæst. 193. per tot.* ubi etiam quòd in pluribus casibus pœnitens, quamvis non relapsus non recipitur ad misericordiam, de quibus dixi in *§. Clericus num. 80. in fine.*

An autem aliquo casu possit hæreticus excusari ab excommunicatione, etiam si proferat exteriùs hæresim internam, Dian. *part. 4. tract. 4. resol. 240.* ubi quòd sic, & illos casus refert.

11 Hæretici, illorum fautores, auxiliatores, & similes eis opem præstantes intuitu hæresis, & non alia de causa, ac effectu auxilii sequuto, Apostatæ fidei, & Blasphemi maximè hæreticales de stylo Sancti Officii privantur immunitate Ecclesiæ, & possunt ab illa extrahi, non tamen puniri à Judice laico, sed à solo judice Ecclesiastico, cùm tale crimen sit mere Ecclesiasticum, Farinac. *quæst. 28. n. 68. et seqq. et in Appendice de Immunit. cap. 13. nu. 167. et seqq.* Ambrosin. *de Immunit. cap. 8.* Decian. *tractat. crim. lib. 5. cap. 40.* Bonacin. *de ll. disp. 3. quæst. 7. §. 4. n. 21.* Pac. Jordan. *Lucub. volum. 2. lib. 11. tit. 3. num. 372. & seqq. ad 381. fol. 550. &c. vide in §. Immunitas n. 28. versic. septimò.* Quod hæretici non gaudeant immunitate De Luc. *Miscell. in summ. nu. 18.* Pignatell. *consult. 10. à n. 1. tom. 9.*

Quòd etiam valdè suspecti de hæresi non gaudeant immunitate, & quare, Dian. *resolut. moral. part. 1. tract. 1. resolut. 38. & part. 4. tract. 1. resolut. 51.* Th. del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 16. dubit. 22. fol. 64.*

De Apostatis à Religione, an, & quando gaudeant immunitate Ecclesiæ, vel non, idem Dian. *part. 6. tractat. 1. resol. 26. quæst. 10.* Barbos. *de jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 45.* Farinac. *de immunit. cap. 13. num. 169.*

Et quando Apostatæ à Religione fiet etiam hæretici, latè Thom. Trivis. *decis. 35. lib. 2.*

Hæresis est crimen merè Ecclesiasticum, & ideò non possunt judices, vel Principes sæculares de illo cognoscere sub pœna excommunicationis; tenentur tamen sub eadem pœna, & ut ipsi etiam in illa per annum perseverantes possint tamquam hæretici, & fautores condemnari, quandocumque requisiti sententiam Judicis Ecclesiastici exequi, & brachium sæculare, omneque auxilium contra hæresim præstare, ac possunt etiam non requisiti facere carcerare hæreticos ad effectum illos consignandi Judici Ecclesiastico, qui est verè competens in hujusmodi delictis, nempè primò Papa, à quo tamquam supremo emanat omnium judicum Ecclesiasticorum jurisdictio; secundò illius Legatus de Latere; tertiò Episcopus, qui in crimine hæresis est judex competens ordinarius, & ad eum præcipuè spectat illud purgare, & quoad exemptos est Delegatus sedis Apostolicæ, debet tamen procedere cum consilio Capituli, & servare modum, quem servant Inquisitores; quartò itaque hodie magis particulariter Judices competentes in crimine hæresis, sunt Inquisitores Apostolici ad extirpandam hæreticam pravitatem ubique in Christiana Republica deputati, & Delegati cumulativè cum Episcopis, non autem privativè, nisi in certis casibus ipsis Inquisitoribus specialiter commissis, & eliguntur, ac ex causa removentur ab Eminentissimis Dominis Cardinalibus Inquisitoribus generalibus; quæ facere possint per se separatim, quæ conjunctim cum Episcopis, & alia de illorum auctoritate, & jurisdictione, qualiter & ipsi, vel Episcopi, ac eorum Delegati propter hæresim, vel negligentiam in puniendo hæreticos, vel innocentes indebitè vexando, sive pecunias prætextu officii illicitè extorquendo, puniantur, & à quibus, videndus latè de omnibus Farinac. *quæst. 186. per tot.* Tondut. *de prævent. p. 2. cap. 27. & 28.* Dian. *resolut. moral. part. 4. tractat. 8. per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic. 34. num. 8. & seqq. vol. 2* Sanfelic. *decis. 232.* ubi qualiter judex sæcularis, etiam post sententiam teneatur remittere hæreticos, & dixi in *§. Blasphemia*, Cospi *in suo Judice Criminal. part. 2. cap. 2. per tot. & cap. 5. num. 3.* & ta. dixi in Pract. *§. Hæretici num. 4.* ubi quid si ageretur de materia tangente gubernium civile, & politicum Principis sæcularis? adde Clar. *§. Hæresis num. 4. &c.* Tusch. *litt. H, concl. 95.* Dian. *resol. moral. part. 1. tractat. 2. resolut. 134. & part. 4. tract. 1. resolut. 59. & tractat. 8. resolut. 26.* ubi qualiter judices laici negligentes in exequendo sententias contra hæreticos, possint tanquam illorum fautores puniri per Inquisitores, facit quod dixi in *§. Clericus num. 80. §. Judex num. 32.* & latè Guttierez *in Prax. quæst. 33.* vide Fagnan. *in cap. ad abolendum, & tot. tit. de Hæretic.*

An autem judex laicus possit cognoscere de hæresi, si agatur de simplici quæstione facti, aliqui affirmant, sed contrarium est verius, Dian. *part. 3. tract. 1. resolut. 2. & p. 4. tract. 1. resol. 58.* Paul. Christin. *decis. 176. nu. 14. & seqq. vol. 5.* ubi quòd etiam laicus potest cognoscere, sed intellige postquam fuerit hæresis declarata ab Ecclesiastico, & sic exequendo ejus sententiam, vel de simplici facto, vel de materia politica, aliàs secùs, vide Sanfelic. *dec. 233. per tot. & supra nu. 4. in fine*, Caren. *de Offic. S. Inquisit. part. 2. tit. 3. §. 4. & 5. per tot.* ubi quòd Judex laicus est incapax etiam in quæstione facti, & latè de omnibus prædictis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 1. ad 7. num. 58. & seqq. per tot.* Fagnan. *in cap. tuam n. 48. & 50. de ordin. cognit.*

Hæretici manifesti, & notorii, vel aliàs cum judicis auctoritate, qualiter tamquam diffidati, & banniti possint ab omnibus impunè offendi, & occidi, Farinac. *quæst. 189. §. 3. per tot.* facit quod dixi in *§. Bannitus num.* 12

Item qualiter ipsi hæretici, illorumque fautores sint omninò infames, ac ab omnibus honoribus, & dignitatibus repellantur, Farinac. *d. quæst. 189. §. 4.* Sanchez *libr. 2. summ. cap. 26. & seqq.*

Item qualiter amittant sua credita, nec contra illorum debitores agere valeant, Farinac. *d. quæst. 189. §. 5.*

Item qualiter priventur omnibus beneficiis, privilegiis, & honoribus, ac irregularitatem statim incurrant, Farinac. *d. quæst. 189. §. 4. & §. 56. per tot.* Lotter. *de re benef. l. 3. quæst. 28.* ubi plura de privatione beneficiorum ipso jure propter hæresim, schisma, vel blasphemiam, apostasiam, & hujusmodi crimina in quæstionibus seqq. Fagnan. *in cap. quod à prædecessore n. 37. & 66. de Schis.* Layman. *Theol. moral. lib. 2. tract. 1. cap. 16. n. 4.*

De pœna irregularitatis contra hæreticos, & quis ab ea dispensare possit, idem Farinac. *quæst. 192. §. 5.*

Item qualiter illorum bona confiscentur, & quæ, an dos uxoris, an peculia, an feudum, vel emphyteusis, qualiter ipso jure amittant dominium, & administrationem bonorum, an postea pœnitentes illa recuperent, cui applicentur, & alia latè idem Farinac. *quæst. 190. per tot.* cum aliis citatis supra *num 5.* Dian. *part. 4. tract. 7. resol. 1.* ubi quòd pœnæ hæreticorum sunt excommunicatio major, privatio omnis Ecclesiasticæ dignitatis, officii, beneficii, & inhabilitas ad illa, publicatio bonorum omnium à die commissi criminis, privatio omnis dominii, & juris sui, perpetua infamia extensa ad filios, & nepotes, ac ultimum supplicium mortis, quo plectuntur impœnitentes, & incorrigibiles, aliæque pœnæ extraordinariæ, & abjurationes juxta qualitatem delictorum, de quibus latè Dian. *d. tract. 7. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 34. cum plurib. seqq. volum. 2.* & Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. 3. per tot.* ubi de omnibus prædictis, & aliis pœnis hæreticorum, de quibus etiam plenè Baldel. *Theol. Moral. tom. 2. disput. 38. cum multis seqq.* Fagnan. *in cap. absolutus & in cap. vergentis de Hæretic.*

Hæretici, illorumque fautores ex causa hæresis, qualiter non possint testari, & annulletur omne testamentum per eos factum, nec etiam possint alicui succedere ex testamento, vel ab intestato, nisi peracta pœnitentia, sunt etiam incapaces donationis, & lege- 13

ti, quibus applicentur ſucceſſiones illis delatæ, die proximioribus, & alia, vide late per Farinac. *dict. quæſt.* 190. *§.* 6. *&* 7. *per tot.* Sanchez *libr.* 2. *ſumm. cap.* 24. Layman *dict. cap.* 16 *n.* 4.

Ita ut inſtituens ſcienter hæreticos, vel illis relinquens, ſive donans, efficiatur excomunicatus, poſſitque aliis pœnis etiam poſt mortem affici, Farinac. *dict. quæſt.* 190. §. 8. *per tot.*

An autem, & quando filii hæreticorum ob paternam hæreſim priventur hæreditate paterna, vel materna, ac beneficiis, honoribus, officiis, & dignitatibus, & quando non, latè idem Farinac. *quæſt.* 191. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 35. *&* 38. *volum.* 2. ubi quòd de conſuetudine non privantur, ſi ipſi ſint veri Catholici, vide Fagnan. *in cap. vergentis de hæretic.* Bertachin. *tot.* 146. *n.* 3. *&* 9.

An dictæ pœnæ extendantur ad filios ante crimen natos, vide Covar. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 8. *dixi in §. Filius num.* 38. Clar. §. *Hæreſis num.* 15. Marthu *vot. Piſ.* 253. *in fine*, ubi quòd non, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *cap.* 22. *& ſeqq.* ubi plura quando ob paternam hæreſim filii priventur hæreditate, nobilitate, & aliis juribus filiorum, Gibalin. *de univerſ. negot. tam.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *Conſect.* 2. *per tot. fol.* 548. & an hæc concluſio procedat, ſive condemnatio ſequatur in vita patris, ſive poſt mortem. & an in terris Eccleſiæ ſolum, an verò etiam in terris Imperii Fagn. *loc. cit. nu.* 16. Bertachin. *loc. cit.*

14 Hæretici inter alias pœnas efficiuntur excommunicati de jure divino, & ex Bulla in Cœna Domini, cujus excommunicationis pœnæ ſunt maximæ, & excommunicati propter hæreſim, eò quia citati ad reſpondendum de fide fuerint contumaces, ſi per annum in excommunicatione maneant, tamquam hæretici condemnantur, & ipſo jure hæretici reputantur, licet verè tales non ſint, & miſericordiam petendo recipiantur ad pœnitentiam, excommunicati verò ex alia cauſa etiam per annum inſordeſcentes efficiuntur tantùm de hæreſi ſuſpecti, ut latè declarat videndus Farinac. *quæſt.* 192. §. 1. *&* §. 2. *dixi in §. Excommunicatio num.* Vide Layman. *Theol. Moral. libr.* 2. *tract.* 1. *cap.* 14. *n.* 1.

Cui autem ſit permiſſum, & in quibus caſibus abſolvere ab excommunicatione quocumque modo ex cauſa hæreſis incurſa, idem Farinac. *d. quæſt.* 192. *§.* 4. *per tot.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tractat.* 15. *de fide diſput.* 5. *ſect.* 6. *fol.* 64. Layman. *Theol. Moral. libr.* 2. *tract.* 1. *cap.* 13. *n.* 4. *cap.* 14. *n.* 1.

15 Hæretici carent Eccleſiaſtica ſepultura, *cap. quicumque de hæret. in* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 374. *n.* 5. latè declarant Thom. Triviſ. *deciſ.* 36. *per tot. lib.* 2. Farinac. *dict. quæſt.* 192. §. 3. *per tot.* ubi quòd oſſa ſepulta debent exhumari, ſi poſſint ab aliis diſcerni, ipſaque ſepultura perpetuo claudi, & ſepelientes excommunicantur, ac Clerici officio privantur, & alia, ut ibi per eum, Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *reſolut.* 1. Torreblanc. *de Magia lib.* 3. *cap.* 31. ubi intelligit niſi ſint pœnitentes.

Quòd poſſit etiam poſt mortem contra illos procedi, citatis tamen eorum filiis, & hæredibus, & quomodo, Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 28. vide *in §. Mors num.* 3. Caren *de Offic. S. Inquiſit. part.* 2 *tit.* 29. *per tot.* ubi de modo procedendi contra defunctos, latè Coriolan. *in Breviar. pag.* 170. *& ſeqq.* Anton. Aug. *part.* 1. *libr.* 11. *tit.* 11.

Plura de hæreticorum pœnis, & quando ſint venia digni, vel non, Tuſch. *litt. H. concluſ.* 101. *& ſeqq.* Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *per tot.* Ricc. *Collect.* 567. ubi etiam quòd poſſunt impunè occidi, quidquid ſecùs ſit in paganis, & judæis, Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 3. *per tot.* ubi de pœnis omnibus hæreticorum, & ex quibus cauſis poſſint augeri, vel minui, *& lib.* 4. ubi de tempore gratiæ, & veniæ, &c. Mella *de uſucap. & præſcript. part.* 3. *Miſcellan. cap.* 10. *per tot.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 16. *n.* 4.

16 Hæretici pœnitentes, & hæreſim abjurantes qualiter recipiantur ad miſericordiam; in quibus caſibus non ſint miſericordia digni; intra quantum tempus admittantur ad pœnitentiam; an peracta pœnitentia, & Eccleſiæ reconciliati recuperent ea omnia, quæ propter hæreſim amiſerunt; quæ pœnitentia ſit illis imponenda, & de variis pœnis præcipuè exilii, triremium, jejunii, vel aliorum operum piorum, fuſtigationis, carceris, pecuniarum, ad arbitrium Inquiſitorum pro facti, & perſonarum qualitate imponendis, de abjuratione, & illius requiſitis neceſſariis; de purgatione quando, & quibus injungenda, de illius forma, & requiſitis, & alia vide latè per Farinac. *quæſt.* 193. *&* 194. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tractat.* 7. *reſolut.* 24. Souſa *loc. citat.*

Hæreſis crimen omnium atrociſſimum, & graviſſimum eſt, & cum ſit in Deum longè enormius læſa Majeſtate humana; ubique puniri, & inquiri poteſt; nunquam præſcribitur; propter multitudinem delinquentium augetur illius pœna, licet in aliis delictis minuatur; debet ab omnibus ſcientibus revelari, & denunciari ſub pœna excommunicationis; non admittit advocatum, nec procuratorem; & poteſt etiam poſt mortem hæretici procedi, & ejus memoria damnari inter quinquennium, citatis illius filiis, & hæredibus, ut latè hæc omnia declarat Farinac. *quæſt.* 197. *per tot.* Tuſch. *litt. H. concluſ.* 98. *&c.* Fagnan. *in cap. urgentis num.* 14. 18. *&* 21. *de hæret.* 17

Plura de modo probandi hæreſim, & quæ probationes in hoc crimine requirantur latè idem Farinac. *qu.* 187. *&* 188. *per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 855. *& ſeqq.* ubi qualiter probetur per teſtes, an ſufficiant ſingulares, inhabiles, qualiter probetur ex ſcriptura, ex propria confeſſione, ex facti evidentia, ex præſumptionibus, & indiciis, ex inventione librorum hæreſim continentium, & hujuſmodi, Pignatell. *conſult.* 204. *num.* 1. *&* 5. *tom.* 1.

De denunciationibus hæreticorum faciendis vigore edicti S. Inquiſitionis, & præcipuè ſollicitationis factæ in confeſſione vigore Bullæ Gregorii XV. an ſit præmittenda correctio fraterna, an emendati ſint denunciandi, an filius teneatur denunciare patrem, vel alii conjuncti alios conjunctos, quid ſi timeatur damnum notabile in vita, fama, & bonis, & alia plura de ſollicitatione facta in confeſſione, vel occaſione confeſſionis, Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 4. *per tot. part.* 7. *tract.* 3. *reſol.* 63. *per tot.* Et generaliter an, & quando hæretici ſint denunciandi Inquiſitoribus, & judicibus fidei plenè Baldel. *Theol. Moral. tom.* 2. *lib.* 1. *diſput.* 39. *& ſeqq.* Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 15. *de fide diſput.* 5. *ſect.* 5. *fol.* 63.

Qualiter in cauſis hæreticorum procedatur ſimpliciter, ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura judicii, per accuſationem, inquiſitionem, denunciationem, & notorium; qualiter contra contumaces; de tortura in hoc crimine inferenda; de citatione, de ſententia quomodo proferenda, & de conſilio peritorum; quomodo defenſiones aſſignandæ; an appellatio admittenda, & alia, vide per Farinac. *quæſt.* 185. *per tot.* ubi etiam quæ leges ſint ſervandæ, & de captura reorum, de carceribus, de electione Notarii, & ſimilibus. Bajard. ad Clar. *§. Hæreſis num.* 5.

Hæreſis etſi graviſſimum crimen ut ſupra, non tamen committitur ſine prava, & hæretica intentione, nec ſi aliquid dicatur per jocum, lapſum linguæ, inadvertenter, ex ira, vel aliquo ſubito impetu, ſive animi perturbatione, vel corporis dolore; dummodò proferens ſe ſtatim, & quamprimum advertit malè dixiſſe, corrigat; imponi tamen aliqua levis pœnitentia ſolet, ut in futurum advertat, nè talia proferat, & mala intentio poſſet argui ex conjecturis, qualitate verborum, vel factorum, ſive perſonarum, Farinac. *quæſt.* 179. §. 4. *per tot.* Souſa *Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 13. *&c.* 18

An autem, & quando ignorantia excuſet, vel non dic quòd excuſat, ſi ſit invincibilis, & ſine pertinacia aliàs ſecùs ſi craſſa, & ſupina, & in his, quæ unuſquiſque ſcire tenetur, ut declarat Farinac. *d. quæſt.* 179. *§.* 3. vide in *§. Ignorantia num.* 10. latè Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 36. *verſ. ſuppono igitur, & per tot.* ubi quid in foro externo, & quid in foro interno, Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 15. *de fide diſput.* 5. *ſect.* 3. *per tot. fol. mihi* 59. Caren. *d. tract. part.* 2. *tit.* 1. §. 11. *verſ.* 5. *dict. part.* 2. *tit.* 1. *§.* 14. ubi an proteſtatio excuſat ab hæreſi; & corrige errorem impreſſionis in verſ. proteſtatio, ut ſcilicet ita demum excuſet proteſtatio, quando ſumus in his, quæ quis explicitè ſcire, & credere non tenetur. Vide Layman. *Theol. Moral.*

ral. libr. 2. tract. 1. cap. 13. n. 2. §. denique & §. verum.

Non etiam hæreticus reputatur, qui aliquid falsum, & erroneum dogma tenet bona fide credens sic ab Ecclesia teneri; dummodò paratus sit se corrigere, & se corrigat quamprimum in errorem lapsum se cognoverit, & dummodò non agatur de articulis fidei contentis in symbolo, quos quilibet explicitè scire tenetur, Clar. §. *Hæresis sub num.* 2. Farinac. *d. quæst.* 179. §. 1. ubi tamen quòd potest pro dicto errore imponi aliqua pœnitentia, & torqueri super credulitate, & intentione si adsint inditia, & conjecturæ malitiæ. Facit Fagnan. *in cap. damnamus num.* 1. & 20. *de summ. Trinit.*

Sic etiam errans per simplicitatem cessante pertinacia, & extra articulos fidei excusari potest, vel mitius pro modo culpæ in non consulendo peritos puniri, Farinac. *dict. quæst.* 179. §. 2. Dian. *part.* 4. *tractat.* 7. *resolut.* 36. *versic. Sed quia dictum est.*

Protestatio autem, qua quis se declarat nolle à fide recedere, sed se paratum corrigere, & judicio Sanctæ Ecclesiæ subiicere, ita demum excusat protestantem ab hæresi si sumus in his, quæ quis explicitè scire, & credere non tenetur, secùs in his, quæ explicitè scire, & credere tenetur, cum tunc protestatio videatur contraria dicto, vel facto, quæ non relevat, & semper talis protestans corripiendus est per revocationem erroris, & retractionem; in foro tamen conscientiæ protestatio pio, ac devoto animo facta, excusat ab hæresi, etiam in his, quæ explicitè scire, & credere tenemur, quòd est magnæ consolationis pro anima cum Deus intueatur cor, Farinac. *quæst.* 178. §. 7. *per tot. vide su §. Ignorantia num.* 10. Dian. *d. part.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 36. *per tot.* ubi quòd nulla datur hæresis sine pertinacia, & quæ pertinacia requiratur ad constituendum aliquem hæreticum tam in foro externo, quam in foro interno, refert diversas opiniones, & semper benigniorem sequitur ad excludendam hæresim maximè in foro conscientiæ juxta prædicta, Sousa *loc. cit. cap.* 14. ubi an, & quando protestatio prædicta excuset ab hæresi, vel non, Baldel. *Theol. Moral. tom.* 2. *lib.* 1. *disput.* 31. & 32. ubi quòd error debet esse voluntarius, & cum pertinacia.

Quod si verba prolata sint æquivoca, ac dubia, vel duplicem sensum habeant, bonum scilicet, & malum, debeant in benigniorem partem interpretari ad evitandum delictum, quòd in dubio non est præsumendum, maximè si prolator verborum declaret, & revocet incontinenti id, quòd per errorem ab alio in malam partem accipitur, quia sola lingua reum nunquam facit, nisi & mens concurrat ex D. Augustino, & aliis notat Thom. Trivis. *dec.* 34. *lib.* 2.

19 De negantibus, vel non confitentibus, sive dissimulantibus fidē per metum, vel se hæreticos ostēdentibus verbis, vel factis per vim tamen, & coactionem, vel metum, sed illam in corde retinentibus, quòd mortaliter peccēt contra fidem, licet non sint verè hæretici, sed tantùm suspecti plus, & minus juxta personæ, & coactionis qualitatem, Farinac. *de hæres. quæst.* 183. §. 3. *num.* 23. *et seqq.* Azor. *in Sum. part. pr. lib.* 8. *cap.* 9. *quæst.* 9. Sousa *Aphoris. Inquis. lib. pr. cap.* 17. *et* 18. *per tot.*

An autem fuga tempore persecutionis sit contra præceptum confessionis fidei, an aliquando sit licitum occultare veram fidem, & simulare falsam signis externis, & alia de confessione fidei, plenè Baldel. *Theol. Moral. tom.* 2. *disput.* 13. *cum pluribus seqq.*

Hæreticus si commercii, & negotiationis causa permittatur ad terras Catholicorum se transferre, ea lege, & conditione, ut in iis, quæ ad fidem, & religionem spectant, non molestetur, nisi dato scandalo, & tunc ratione illius, prout juris fuerit, puniatur, si talis conditio ex sola potestate laica procedat, non habet effectum, nec impedit Inquisitorem hæreticæ pravitatis procedere, quia ad ea, quæ fidei sunt, jurisdictio laica non se extendit, si verò sit à Summo Pontifice approbata, potest Inquisitor procedere tantùm ratione scandali, & alia de modo procedendi, & pœnis contra bujusmodi hæreticos, ut supra in terris Catholicorum degentes, benè Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib. pr. cap.* 31. *per tot. fol. mihi* 133.

An autem, & quomodo possint tolerari ritus infidelium, & circa quæ, vel non, latè Baldel. *Theol. Moral. tom.* 2. *lib. pr. disput.* 25. *per tot. fol. mihi* 104. *etc.*

De materia utrum liceat Principi Catholico sæculari concedere hæreticis liberum domicilium in locis Italiæ sub commercii, & mercimonii, aut quovis alio prætextu, plenè Card. Fuleod. *quæst.* 10. apud Caren. *de offic. S. Inquisit. fol. mihi* 381. ubi pro negativa vide in §. *Princeps num.* 10. Pignatell. *consult.* 243. *tom. pr.*

Materiam hæresum, & hæreticorum tractantes plenè indicat Castejon. *Alphab. jurid. verb. Hæresis*, *Hæreticus*, & Com. August. Fontan. *in Biblios. leg. sub eodem verb. part.* 4. *fol.* 671. *etc.* Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ in Indice verb. Hæresis*. Pignatell. *in suis canon. consult.* Fagnan. *supr. Decret.* Zuff. *de legit. process. crimin.* Layman. *Theol. Morali.*

De pœnis hæreticorum, illorum fautorum, defensorum, receptatorum, &c. Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Hæresis fol.* 168. ubi de excommunicatione, infamia, irregularitate, privatione, officiorum, beneficiorum, bonorum, immunitatis Ecclesiasticæ, sepulturæ Ecclesiasticæ, & hujusmodi quarum multæ transeunt etiam in filios, ut ibidem latè declarat.

Quòd non omne verbum malè sonans, vel propositio hæretica, habeatur pro hæresi in foro animæ, si procedat ex errore, vel simplicitate, nec sit statim proferens denunciandus loquutoribus, sed prius interrogandus quomodo intelligat; quamvis in foro exteriori præsumatur contra proferentem, & possit puniri; quando, & quos edicta S. Officii de denunciando obligent, vel non, & alia plura de hæreticis quoad forum interius, & exterius, Valer. *de differ. utriusque fori verb Hæresis per tot.*

Hæreticus an appellet, & dicat de nullitate, si sit condemnatus Altimar. *de nullit. rubr.* 4. *quæst.* 12. *tom. pr.* 20

Hæreticorum cadavera humata post mortem damnantur. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 39. *num.* 36. *tom. pr.* 21

Hæreticorum ad instar puniuntur deferentes arma Infidelibus, & foro Sanctæ Inquisitionis subiiciuntur. Carer. *in suis quæst. cap. pr. de hæret. nu.* 67. *et seq.* Rocc. Epis. *cap. pr. n.* 33. *libr. pr.* 22

Hæreticus pœnitens, sed adhuc Crucem portans à testimonio repellitur. Farin. *quæst.* 57. *nu.* 205. Bellegran. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæst.* 10. *nu. pr.* 23

Hæresis crimen probatur ex attestatione Officialium S. Inquisitionis super sententia declaratoria incursus omnium pœnarum, & privationis omnium Beneficiorum Caprat. *dec.* 436. *n.* 3. *p.* 2. 24

Ad condemnandum Episcopum, & Episcopo majorem criminis hæresis duo testes contestes sufficiunt; quoad alia crimina plura requiruntur. Farin. *quæst.* 63. *num.* 233. Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 5. *quæst.* 14. *n.* 3. 25

Crimen hæresis ultimo supplicio per ignem punitur. Farinac. *quæst.* 20. *per totam* Botus *quæst.* 109. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. method. tract.* 10. *quæst.* 3. *n.* 4. 26

Hæreticus admittitur in testem in aliquibus non arduis, & ubi consuetudo viget, ut tamen fidei integrę non sit. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 3. *quæst.* 10. *n.* 2. 27

Cathecumenus credens, si Fidem abiiciat, non propriè dicitur hęreticus, cum nec propriè in corpore Ecclesię fuerit, quare neq; Ecclesiasticis hęreticorum pęnis obligatur. Arrag. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 2. *cap.* 7. *n.* 34. Layman. *Theolog. Moral. lib.* 2. *tract. pr. cap.* 13. *num. pr.* 28

Hæreticorum mos est, spreta authoritate majorum, ad scripturas provocare. Layman. *Theolog. Moral. lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 11. *n.* 3. 29

Hęretici non fide divina, sed acquisita credunt articulos quosdam fidei. Richard. *in* 6. *dist.* 23. *art.* 7. *quæst.* 2. Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract. pr. cap.* 3. *n.* 4. *Cor.* 3. 30

Libertas Religionis, sive exercitium hęresis hęreti- 31

cis

eis permiſſum, aut promiſſum, maximum Reipub. malum eſt. Simanc. *de Catol. inſtit. tit.* 11. Layman. *Theolog. Moral. lib.* 2. *tract.* 3. *pr. cap.* 17. n. 4.

32 Qui divinæ revelationi privatim ſibi factæ pertinaciter diſſentit, habens ſufficientia indicia revelationem à Deo provenire, eſſentialiter ab hęretico non differt, quamvis propriè hæreticus dici non poſſit, ideoque nec hęreticorum pęnis ſubjectus ſit. Corduba *l. pr. quæſtionarii q.* 17. §. *pr. dub.* 2. Layman. *Theolog. Moral. lib.* 2. *tract. pr. cap.* 13. *n.* 7.

33 Qui hęreſim, quam animo conceptam gerit, in ſomno, vel ebrietate profert excommunicationem propterea non incurrit. Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract. pr. cap.* 14. *n.* 2.

Neque qui conſilii aut inſtructionis capiendę cauſa hęreſim ſuam alteri manifeſtet, ob id excommunicationem contrahit, cum talia manifeſtatio mortaliter mala non ſit. Cordub. *l.* 4. *quæſt.* 25. *circa* 3. *opin.* §. *tertio corollaria.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 2. *tract.* 5. *cap.* 14. *n.* 3.

34 Hęreticorum conſuetudines, & cęremonias Catholici imitari non debent. Vaſq. *diſp.* 145. *cap. pr.* Layman. *Theolog. Moral. lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 3. *n.* 4.

35 Hęreſes in Eccleſia unde exortę. Turrecrem. *in Summ. de Eccleſ. lib.* 2. *fere per tot. & præcipuè cap.* 25. *et cap.* 36. *cum ſeqq.* Fagnan. *in cap. Significaſti de elect. n.* 43.

36 Hæreſum cauſa, paſtorum abſentia. Alphonſus Caſtrenſis *lib. pr. adverſus omnes hæreſes cap.* 13. Fagnan. *in cap. Ex parte de elect. n.* 18.

37 In cauſa hęreſis concurrunt Legatus, & Epiſcopus cum Inquiſitore. Fagnan. *in cap. Studuiſti de offic. Legati num.* 7.

38 Hæreſis ſtrictè ſumpta obiici poteſt contra electum in Romanum Pontificem. Fagnan. *in cap. Nobis de Simon. n.* 60. Vide eumdem *in cap. licet vitanda n.* 16. *de Elect.*

39 Hæreſis crimen eſt mere Eccleſiaſticum, etiamſi ſit quęſtio ſuper facto Farinae. *de inquiſit. q.* 8. *num.* 20. Carol. de Graſs. *de effect. Cleric. effect. pr. num.* 403. Fagnan. *in cap. Tuam de Ordin. Cognit. numer.* 48. *et* 50.

40 Hæreſis initium eſt error in intellectu, hęreſis complementum eſt pertinatia in voluntate. Sylveſt. *in verb. hæreſis pr. n. pr.* Fagnan. *in cap. Damnamus num.* 21. *de Sum. Trin. et fid. Cathol.*

41 Ad hęreſim evitandam DD. Catholici in principio, vel in fine librorum ſuorum quam faciant proteſtationem. Cardin. in *Clement. pr.* §. *Porrò, n.* 50. *de Summ. Trin. et Fide Cathol.* Fagnan. *in d. cap. Damnamus n.* 23. *de Summ. Trinit. et fid. Cathol.*

42 Si dubitetur, an aliqua aſſertio ſit Catholica, ſolius Papæ eſt hoc definire. Fagnan. *in cap. Ad abolendam n.* 11. *de hæret.*

43 Conſtitutiones Apoſtolicę contra hęreticam pravitatem, quę Decretalibus Sexti non obviant, pręſervantur. Gloſſ. *in proem. Sexti in verb. Reſervantur.* Fagnan. *in dict. cap. Ad Abolendam n.* 34. *de hæret.*

44 Hęreticus omnis eſt Schiſmaticus, ſed non è converſo. Fagnan. *in cap. Quod à prædeceſſore nu.* 20. *de Schiſmat.*

45 Hæretici, & Schiſmatici ex Conſtitutione Pauli IV. ſunt ipſo jure privati omnibus dignitatibus, & beneficiis Eccleſiaſticis. Fagnan. *in dicta cap. Quod à prædeceſſore n.* 66. *de Schiſmat.*

46 Hæretici, & Schiſmatici in Conciliis generalibus conſueverunt admitti diſputationis gratia, & ad eorum errores confutandos. Fagnan. *in dict. cap. Quod à prædeceſſore. n.* 125. *de Schiſmat.*

47 Hæretici, dictum, etſi bonum ſit, reprobatur quatenus ad hoc, ut authoritatem in ſe contineat; aliàs quaſi verum, non tamen authorizabile approbatur. Bellamer. *in cap. damnamus de ſumm. trinit. et fid. cath. nu.* 13. *circa finem verſ. Dictum tamen hæretici.* Fagnan. *ibidem n.* 18.

48 Hæreticorum libros continentes hæreſim, vel de Religione tractantes, qui legunt, aut retinent excommunicantur in Bulla Cœnæ. Fagnan. *in d. cap. Damnamus. n.* 19. *de Summ. Trinitat. et Fide Cathol.*

49 Joan. de Poliaco Doctor Pariſienſis non fuit hæreticus, quia licèt errorem ſuum defendere niteretur, tamen ſe ſubmiſit definitioni Apoſtolicæ Sedis. Fagnan. *in d. cap. Damnamus n.* 20. *de Summ. Trinit. et fid. Cathol.*

Hæreticus relapſus ſęculari judici ſine ulla audientia eſt relinquendus. Fagnan. *in cap. Ad Abolendam. n.* 45. *de hæret.* 50

Hæretici an ſint ipſo Jure beneficiis privati, an vero privandi per ſententiam, latiſſimè Fagnan. *in d. cap. Ad Abolendam. de hæret. n.* 28. *et ſeqq. uſq; ad n.* 44. 51

Hæretici beneficia an vacent, ubi hæreſis incurritur an veró, ubi lata eſt ſententia declaratoria. Sanchez. *ſuper Decalog. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 5. Fagnan. *ibid. num.* 33. 52

Hæretici beneficia impetrari poſſunt uti vacantia, etiam ante ſententiam declaratoriam. Rebuff. *in prax. beneficiaria tit. de mod. vac. num.* 5. Fagnan. *ibidem num.* 41.

Hæreticus tamen non poteſt à poſſeſſione amoveri, antequam ſit pronunciatum ſuper crimine. Menoch. *de arbitrar. judic. centur.* 5. *caſ.* 416. *n.* 62. Sanchez. *ſuper Decalog. d. lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 7. Fagnan. *ibid. num.* 42. 53

Hæreticorum filii ſi à Papa inhabilitentur uſque ad quartam generationem, an hoc intelligatur tàm de filiis filiarum, quàm de filiis filiorum, Fagnan. *ibid. num.* 43. 54

Hæreticorum filii liberantur à patria poteſtate, & emancipatio facta a Patre non tenet. Fagnan. *in cap. Abſolutus n.* 7. *de hæret.* 55

Hæreticorum bona ſunt ipſo jure confiſcata, etiam ſi ſint occulti Fagnan. *in cap Abſolutus num.* 14. *de hæretic.* 56

Sedes Epiſcopalis an vacet propter hæreſim Epiſcopi. Fagnan. *ibid. n.* 18. *&* 23. 57

Hæretici committunt crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, quod eſt gravius, quam læſæ Majeſtatis humanæ. Fagnan. *in cap. Vergentis n.* 14. 18. *&* 21. *de hæret.* 58

Conſtitutiones pœnales ad hæreſes arcendas ſunt favorabiles. Bart. *in l. Quemadmodum circa med. C. de Agricol., & cenſ. lib.* 11. Tiraquel. *in tract. de cauſ. ceſſ. in* 1. *p. n.* 158. Fagnan. *in dicto cap. Vergentis n.* 29. *de hæret.* 59

Hæreſis crimen cognoſcere non poteſt Vicarius ſine mandato Covar. *l.* 3. *var. reſ. c.* 20. *n.* 3. Sbroz. *l.* 2. *q.* 161. *num.* 4. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. pr. ſect.* 2. *ſubſect.* 2. *n.* 30. *pag.* 14. 60

Hæreſis delictum non requirit probationem delicti in genere. Maſcard. *de probat. concluſ.* 859. *n. pr. et ſeq. l.* 2. Clar. *q.* 53. *verſ. quomodo autem.* Pellegrin. *in praxi Vicar. part.* 4. *ſect. pr. pag.* 285. *n.* 44. 61

Hæreticus, Schiſmaticus, Paganus, vel Judæus accuſare non poſſunt, nec qui conventicula cum illis facit, vel qui fidem ſimulat. *Can. pagani* 2. *quæſt.* 7. Pellegrin. *in prax. Vic. part.* 4. *ſect.* 3. *numer.* 32 *pag.* 308. 62

Confugere ad protectionem Principis Infidelis, quando non ſapiat hæreſim. De Luc. *de Regal. diſc.* 161. *n.* 37. 63

Hæreſis Eccleſiam Dei ab antiquo vexavit, & de ratione ob quam illam prædixerit, & permittat. De Luc. *Rel. Cur. diſc.* 14. *num. pr.* 64

In Hæreſis cauſa ſit confrontatio, & quare. Zuff. *de legit. proceſſ. crim. lib.* 3. *quæſt.* 158. *n.* 5. 65

In Hæreſis cauſa ſtatur primæ depoſitioni teſtis in informativo dictæ. Zuff. *lib.* 3. *quæſt.* 110. *n.* 11. 66

In hæreſis cauſa an torquendi ſint ſocii criminis in faciem alterius ſocii. Jacob. Simanc. *de catho. inſtit. tit. de teſtibus* 64. *nu.* 38. Zuff. *lib.* 3. *quæſt.* 158. *num.* 51. *&* 13. 67

In Hæreſis cauſa publicari non poſſunt nomina teſtium. Zuff. *dict. lib.* 3. *quæſt.* 158. *n. pr.* Declara *n.* 8. 68

In Hæreſis cauſa procedi poteſt nulla facta legitimatione proceſſus. Gabr. *commun. opin. lib. in tit. de citat. concluſ. pr. n.* 328. Zuff. *d. lib.* 3. *quæſt.* 158. *n.* 6. 69

In Hæreſis cauſa procedi poteſt ex informativo. Rot. *dec.* 6. *n. pr.* apud Farin. *lib.* 2. *conſiliorum.* Zuff. *lib.* 3. *quæſt.* 110. *n.* 12. 70

Ad convincendum reum de hæreſi nominandi ſunt aliquando complices, cum quibus deliquerit. Zuff. *dicto lib.* 3. *quæſt.* 158. *n.* 10. 71

§. HY-

§. HYPOTHECA V.

1 Hypotheca est nomen à Græco ductum significans suppositionem quamdam pro securitate contractus, & obligationis, ut nisi impleatur, indè satisfiat creditori; quid autem sit pignus, an, & quomodo hypotheca, & pignus inter se differant, & alia de quæstione nominis, Neguf. *de pign. in princip.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. pr. nu. pr. &c.* Molin. *de contract. dispu.* 528. & Merlin. *de pign. lib. pr. tit. pr. quæst. 1. & 2. per tot. ubi etiam in quæstion. seqq.* an, & quando statutum loquens de pignore procedat in hypotheca, vel è contra, & procedere probat Rot. *part. 9. recent. decis. 179. nu. 78. &c.* vide Bich. *decis. 627. nu. 12. & seqq. & num. 30.* ubi quando secus, *& decis. 629. n. 6. & seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 5. nu. 4. tom. 3.* Verd. *Instit. libr. 3. n. 796.* Vela *dissert. 33. n. 48. dissert. 34. n. 2. dissert. 35. a n. pr.* Rube. *de confiss. Jur. cap. 10. n. 62.*

Quòd hypotheca sit actio realis, & mixta, quotuplex sit quid operetur, quomodo dicatur accessoria ad personalem, & alia Tusch. *litt. H conclus. 111. & seqq.* Paul. Christin. *decis. 151. & seqq.* ubi plura de pignoribus, & hypothecis, de quibus etiam latè Petr. de Onnate *de Contract. tom. 2. tract. 20. per tot. fol. 906. & seqq.* Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. de pign. & hypoth. §. pr. fol. 186. &c.* Altimar. *loc. cit.*

2 Hypotheca non habet aliquam formam à lege præscriptam, qua mediante contrahatur, & inducatur, sed pendet à voluntate contrahentium, de qua debet constare quoad hypothecam expressam, quæ quibuscumq; verbis aptis induci potest, Merlin. *de pign. lib. pr. tit. pr. q. 9.* Rot. *part. 10. recent. decis. 313. n. 2. & seqq.* ubi de pluribus clausulis hypothecam inducentibus, *& part. 14. decis. 448. num. 11.* ubi quòd nedum verbis generalibus, & indefinitis, sed & ex verisimili contrahentium mente inducitur, sicut etiam ex obligatione camerali. Altimar. *ubi supra num. 65.* Rot. *part. 19. decis. 313. part. 17. decis. 276. a n. 8. in recent.* Caprar. *decis. 658. n. pr. & decis. 643. n. 7.*

Non tamen censetur constituta hypotheca, quando aliquid debetur de fructibus, vel ex fructibus fundi, sed sola actio personalis, quæ non datur contra singularem successorem, nisi essemus in dispositione ad pias causas, sive in pensione, quia tunc daretur etiam hypotheca propter hujusmodi dictiones, *de*, vel *ex*, Gratian. *discept. forens. cap. 683. num. 11. & per tot.* Caldas Pereyra *tractat. de Emphyt. extinct. cap. 4.* ubi an censeatur inducta pro pensione, & canone, ita ut novus emphyteuta possit pro præteritis fructibus conveniri.

Ex quibus verbis indicatur hypotheca, Tusch. *litt. H. conclus. 114.* Rot. *part. 10. recent. decis. 313 & part. 17. decis. 276. num. 8. & seqq.* Altimar. *loc. cit. num. seqq.*

An possit constitui in re aliena, & quid si postea debitor efficiatur illius dominus, vel dominus hæres debitoris, vide Paul. Christin. *decis. Belg. 322. vol. pr.* Vide Altimar. *loc. cit. n. 72.*

3 Hypotheca censetur inducta, quando quis promittit, vel mandat aliquid præstari super bonis suis, licet essemus in casu, ubi aliàs de sui natura non daretur hypotheca, & hoc propter illam dictionem *super*, quæ significat jus in re, & hypothecam tribuit in quacumque dispositione favorabili, vel odiosa, & tàm in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, Gratian. *discept. forens. cap. 683. num. pr. & per tot. cap. 848. nu. 18. &c. cap. 853. num. 87. &c. cap. 963. n. 18.* Afflict. *dec. 162. num. 6.* Magon. *decis. Flor. 62. num. 14. etc.* ubi quando importet etiam venditionem, Cavalet. *decis. 504. num. pr. etc.* ubi quòd importat legatum, latè Barbos. *de dict. 393. vide in §. Dictio num.* Merlin. *de pign. lib. pr. tit. 2. quæst. 14. n. 4. &c.* Paul. Christin. *decis. Belg. 275. volum. pr.* Rot. *part. 13. recent. decis. 421. num. 3.* ubi quòd quando est promissa solutio ex bonis censetur inducta expressa hypotheca, Cald. *ubi suprà*, & Andreol. *controv. 354. per tot.* Cyriac. *controvers. 214. n. 3.* Altimar. *loc. cit. n. 67.*

Item hypotheca censetur inducta, quamvis non adsit aliqua expressa obligatio, quando fuit data facultas, & licentia capiendi possessionem bonorum propria auctoritate, vel fuit dictum quòd liceat creditori pro suo credito aliquam rem vendere, sive simus in contractibus, sive in ultimis voluntatibus, Gratian. *discep. forens. cap. 683. nu. 20. &c.* Rot. *part. 10. recent. dec. 313. num. 3. & decis. 163. nu. pr. & seqq.* Bich. *decis. 343. num. pr. 7. & 8.* ubi quòd continetur sub clausulis *pacta executiva, &c.* Manric. *de tac. & amb. lib. 11. tit. 3. nu. 15. vers. propterea.* Altimar. *loc. cit. n. 77.*

Item censetur inducta hypotheca, quando fuit aliqua res specialiter designata pro præstatione alimentorum, vel alterius annuæ præstationis, Neguf. *de pign. part. 2. membr. 4. num. 164. cas. 23.* Gratian. *discept. forens. cap. 256. num. 49. &c. & cap. 366.* ubi quod aliàs regulariter pro alimentis non dicatur hypotheca Card. Tusch. *concl. 114. nu. 1. litt. H.*

Item quibuscumque aliis verbis consensum, & voluntatem obligandi bona denotantibus, ut si quis dixerit, *obligo*, vel *suppono talem fundum, vel bona*, sive similia verba, etiam inter absentes mediante epistola, vel nuncio, vel per quamlibet aliam scripturam privatam, Genu. *de script. privat. lib. pr. concl. 1. et 2. fol. 62. etc.* cum aliis per Merlin. *de pign. libr. pr. tit. 2. quæst. 14. per tot.* Negusant. *de pign. p. 3. memb. pr. num. 7.* Altimar. *loc. cit. n. 70.* Barbos. *dict. 393.*

Plures alias verborum formulas, ex quibus resultat hypotheca expressa conventionalis refert, & probat idem Merlin. *d. tract. lib. 2. tit. 2. quæst. 94. cum pluribus seqq. per tot. facit infra num. 39.* Altimar. *loc. cit. a n. 65.*

Hypotheca ad hoc ut cōstituatur in scriptura privata, 4
debet de illa fieri mentio in subscriptione per debitorem, ita ut non sufficiat simpliciter approbare, & confirmare, quod supra scripturam fuit, quamvis ibi asset facta mentio de hypotheca, Odd. *cons. 100. n. 66.* de quo tamen vide Gratian. *discept. forens. cap. 391. num. 47. etc.* ubi quòd dicta propositio procedere potest tantùm, quando nulla adesset promissio sub obligatione bonorum, cùm debitum, & hypotheca sint diversa, & unum possit stare sine alio, secùs autem stante obligatione bonorum, vel in forma Cameræ, quæ sub se continet hypothecam, & obligationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, sive simus in instrumento, sive in scriptura privata, vide Genu. *de script. privat. lib. 3. tit. de litt. camb. quæst. 2. num. 2. fol. mihi 159.* ubi videtur simpliciter suprapositam conclusionem approbare, ex Bursatt. *cons. 103. num. 25.* & quòd aliàs de jure communi pro litteris cambii non competit privilegium hypothecæ, secùs autem ex constitutionibus diversorum locorum, sequitur Merlin. *de pign. lib. 3. quæst. 16. per tot. fol. mihi 234.* Rot. *part. 17. recent. decis. 276. num. 8 et seqq.* ubi quòd sufficit dicere in subscriptione, *prometto quanto nella presente si contiene*, quando in corpore scripturæ fuit facta mentio obligationis bonorum Stracc. *de adject. p. 4. qu. 10. per tot. tom. 6.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 5. n. 97. tom. 3.*

Quòd hypotheca non oriatur ex scriptura privata, nisi constet de mente contrahentium, quòd voluerint illam constituere, idem Genu. *de scriptur. privat. lib. pr. quæst. 10. fol. 53. et in Addit. fol. 33.* ubi latius eadem quæstio est repetita, & quòd ex scriptura privata non nascatur hypotheca, etiam si partes convenerint illam habere vim publici instrumenti, nisi aliter constet de mente contrahentium, vel nisi sit redacta in instrumento, vide Tusch. *litt. H. conclus. 116.* Ricc. *Collect. 1463.* Magon. *dec. 122. dec. 21. et dec. 36.* Altimar. *loc. cit. nu. 100.* Urceol. *consult. 89. n. 58. vol. 2.*

Quòd ego intelligendum puto de hypotheca expressa, quæ pacto contrahentium induci debet, secus autem in tacita, quæ à lege constituitur sine contrahentium consensu nam illa competere potest etiam ex scriptura privata continente actum, vel contractum, pro quo à lege sit inducta tacita hypotheca, juxta inferius dicenda.

Quòd hypotheca in scriptura privata incipiat tantùm à die recognitionis, quoad præjudicium tertii, Paul. Christin. *dec. Belg. 160. num. 4. vol. 4.* Urceol. *in Append. ad cap. pr. nu. 57. in fine vol. 2.* ubi etiam quod ita disponit statutum Bononiæ *lib. 2. Rub. quod script. et lib. etc. vide in §. Scriptura nu. 24. etc.* Ricc, Col-

Collect. 1463. Altimar. *ubi supra n.* 101.

De aliis requisitis scripturę privatę, ut valeat in prejudicium tertii, dixi in §. *Scriptura nu.* 24. *et seqq.* Vide Altimar. *loc. cit. a n.* 102.

5 Hypotheca sicut alii contractus, qui consensu perficiuntur potest probari per duos, vel plures testes, & ita probata prevalet hypothecę in publico instrumento posteriori contentę, etiam si appareat scriptura debiti, & in ea non constet de hypotheca, sed sit solummodò per testes etiam in apocha non subscriptos, ut supra probata, & quomodo articulari debeat, Get. Spin. *conf.* 27. *per tot.* Neguf. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 5. Cavaler. *dec.* 492. *per tot. vide §. Scriptura num.* Burat. *decis.* 844. *nu.* 4. Merlin. *de pign. lib. pr. tit.* 3. *quæst.* 33. ubi tamen quando apparet scriptura debiti, & in ea non legitur hypotheca, satis dicitur probata negativa ex illius inspectione, quòd hypotheca non fuerit constituta Tiraquel. *de tractat. conveat. glos* 7. *n.* 59.

Quòd possit probari per testes, idem Merlin. *lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 199.

6 Hypotheca anterior contenta in cedula, chirographo, vel alia scriptura privata, an preferatur hypothecę posteriori contentę in publico instrumento, Rodriquez *de concur. credit. part.* 2. *art.* 1. *nu.* 14. & 15. ubi quoad vim hypothecę scriptura privata incipit tantùm à die recognitionis, & à partibus subscripta, quo casu haberet vim publici instrumenti, & inciperet hypotheca à die contractę obligationis, de quo plenius dixi in §. *Scriptura nu.* 24. &c. vide Neguf. *de pign. part.* 5. *memb.* 2. *num.* 47 *etc.* Genn. *de script. privat. lib. pr. quæst.* 4. *n.* 9. &c. Get. Spin. *conf.* 28. Urceol. *consult. forens. cap.* 1. *per tot. et in Append. num.* 57. *in fine vol.* 2. Paul. Christin. *decis.* 160. *vol.* 4. Merlin. *decis.* 135. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 53. *per tot.* Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de pign. et hypoth. cap.* 5. §. 4. *num.* 8. *et seqq. fol. mihi* 225. Vide Altimat. *loc. cit. a n.* 102. *cum seqq.*

An autem hypotheca constituta à procuratore retrotrahatur ad diem mandati, vel tantùm incipiat à die contractus, vide Salgad. *Labyrint. cred. part. pr. cap.* 30. *per tot.* ubi post nonnullos in contrarium adductos firmat procedere tantùm à die contractus, & non à die mandati, vide in §. *Creditor num.* 71. Costa *in tract. de retrotract. cap.* 8 *casu* 21. *num.* 3.

7 Hypotheca, quę apparet prior, & anterior ex ordine scripturæ contenta in eodem instrumento, vel scriptura, ut quia idem debitor primò se obligavit uni, & posteà alteri, si sit in diverso capitulo, & oratione separata præfertur, de quo vide Neguf. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 110. *et part.* 5. *memb.* 2. *num.* 45. *etc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 386. *nu.* 32. *etc. cap.* 646. *nu.* 18. *etc.* Merlin. *d. pign. lib.* 4. *tit. pr. quæst.* 4. *per tot.* ubi videtur transire cum dicta conclusione, quam tamen dicit non procedere in ultimis voluntatibus, in quibus non attenditur ordo scripturæ, vide in §. *Legatum n.* 90. Pacif. de Salvian. *c.* 2. *inspect.* 3. *nu.* 439. *et seqq. et cap.* 3. *num.* 52. ubi tenet dictam opinionem.

Sed quòd nec etiam in eodem instrumento, vel scriptura detur prius, neque posterius, quia licèt plura adsint pacta vel capitula, tamen omnia simul uno, eodemque instanti cùm toto instrumento partium consensu approbantur, & perficiuntur, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 34. *num.* 3. Rot. *part.* 2. *diverf. decis.* 148. *num.* 8. Et ideò, nisi sit ita expressè conventum, ut unus alteri præferatur, res patitur difficultatem, & cæteris paribus, jus prætendentes ex eodem instrumento, vel scriptura videntur in eodem gradu constituendi, & hanc opinionem tamquam ultimo loco relatam videtur sequi, Merlin. *d. quæst.* 4. *n.* 13. *et seqq.* quamvis prius contrariam dixerit esse communem, & magis receptam, hanc etiam sequitur Peregrin. *decis.* 85. *n.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 161. *nu.* 15. *etc. part.* 10. *decis.* 64. *num.* 9. Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 130. *et seqq. per tot.* ubi istè, & pluribus citatis hanc partem comprobat, vide in §. *Contractus num.* 47. Olea *de cess. jur. tit.* 8. *quæst.* 3. *per tot.* Bich. *decis.* 417. *per tot.*

De regula quòd hypotheca prior in tempore, sit potior in jure, dixi in §. *Creditor num.* 2. *et seqq.* Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tractat. de pign. & hypoth. cap.* 5. §. 2. *fol.* 210. & *seqq.* Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 20. *disp.* 60. *sect.* 3. & *seqq. fol. mihi* 997. &c. Merlin. *de Pignor. lib.* 3. *q.* 67. *n.* 5. Rot. *rec. part.* 9. *decis.* 242. *n.* 2. Captar. *dec.* 486. *n.* 54. *part.* 2.

Hypotheca alia est conventionalis, quæ scilicet ex partium pacto, & conventione procedit, & ista vel est specialis, ut quando res certa, & particularis obligatur, vel generalis, ut quando generaliter, vel indefinitè bona obligantur Molin. *tract.* 2. *de Just. disp.* 528. 8

Alia legalis, quæ tacita appellatur, & à lege, vel statuto sine partium conventione inducitur in pluribus casibus inferiùs dicenda.

Alia prætoria, quæ nulla præcedente sententia, vel pacto inducitur in bonis illius, ob cujus contumaciam fuit creditor ex primo decreto immissus.

Alia judicialis, quæ inducitur dùm præcedente sententia deffinitiva, pignus capitur in causam judicati, vel creditor in possessionem mittitur, prout hujusmodi distinctio colligitur ex traditis per Ug. Donal. *de pign. cap. quemad pign. constit.* Neguf. *de pign. part.* 2. *memb.* 2. & *memb.* 4. Mantic. *de tacit.* & *ambig. lib.* 11 *tit.* 11. *n.* 3. &c. Pacif. de Salvian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 2. & *cap.* 7. *num.* 1. &c. Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 12. *per tot.* ubi prædicta declarat, Tusch *litt. H. conclus.* 112. *per tot.* ubi addit alias species, Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de pign. & hypoth. cap.* 3. *fol.* 191. &c. Vide Altimat. *de nullit. rubr. pr. q.* 5. *a n.* 137. *tom.* 3.

De hypotheca, sive pignore prætorio, & judiciali, ac de illius effectibus, latè videndus Merlin. *d. tract. lib. pr. tit.* 3. *quæst.* 17. & *seqq. ad* 33. *fol.* 15. &c. *ad* 34. Vasquez *loc. cit.* §. 3. *fol.* 199. Altimat. *loc. cit. n.* 137.

De conventionali verò, & legali aliqua notabiliora ut supra tetigimus, & alia subjiciemus

Plura de effectibus hypothecæ, & pignoris, Vasquez *d. tract. cap.* 5. *per tot. fol.* 203. &c. ubi multa dubia resolvit. Altimar. *d. rubr. pr. quæst* 1. *per tot. tom.* 3.

Hypotheca tacita pro dote constituitur à jure tam in bonis mariti pro illius conservatione, & restitutione, quàm in bonis mulieris, vel alterius dotem promittentis, ac etiam fidejussorum ubi intervenire possunt, in tantum ut extendatur etiam pro evictione dotis, *l. un.* §. *pr. C. de rei ux. act.* ubi DD glos. & Jas. *in* §. *fuerat n.* 31. *Instit. de act.* latè Neguf. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *nu.* 24. & *seqq. ad* 113. Mantic. *de tacit.* & *ambig. lib.* 11. *tit.* 19. latiùs Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 43. *cum pluribus seqq. vide in* §. *Privilegium nu.* 17. & 18. Paul. Christin. *dec.* 133. *num.* 16. *et seqq. vol.* 3. *et decis.* 128. *vol.* 4. *etc.* plenè Boss. *de dot. cap.* 18. *per tot. fol. mihi* 671. &c. Gabr. Vasquez *loc. supra cit. cap.* 3. §. *pr. num.* 4. *et seqq.* plenè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *per tot. fol.* 378. *etc.* Pacific. *inspec.* 3. *c.* 4. *n.* 47. 9

An autē dicta tacita hypotheca pro dote repetenda competat extraneo dotanti, & sibi restitui paciscenti, vel tantùm ipsi mulieri, vide Neguf. *d. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 67. &c ubi refert contrarias opiniones, & videtur negativæ adhærere, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 56. ubi in fine distinguit, & allegat Surd. *cons.* 231. *num.* 29.

Qualiter competat pro dote filiæ in bonis paternis, ita ut ad quoscumque cum isto onere transeant, Merlin. *decis.* 249. & 176. Gratian. *decis.* 19. Intellige post dotis promissionem, vel stante alienatione facta in fraudem, aliàs secùs; secundùm Boss. *de dot. cap.* 4. *num.* 19. *fol. mihi* 125. & *cap.* 6. §. 8. *num.* 84. & *seqq. fol.* 223. ubi quòd non competit filiæ hypotheca in bonis paternis pro dote, nisi sint fictè, vel in fraudem alienata, vel nisi agatur de dote promissa, legata vel aliter assignata, vel stante statuto, sive consuetudine quòd debeat dotari, &c. Costa *remed. subsid.* 67. *per tot.* Afflict. *decis.* 162. *num.* 6.

Quòd bona ascendentium sint semper hypothecata pro dotium constitutione, & restitutione in favorem descendentium, Merlin. *decis.* 657. *num.* 5. & *decis.* 658. *num.* 23. ubi etiam ad favorem neptis illegitimæ, & licitè reperiantur penes collaterales, vel alios extraneos possessores, vide in §. *Pater num.* 9. & 11.

Mer-

Merential. Merlin. *de pign. & hypoth. lib. 3. tit. 2. qu.* 45. ubi firmat contrariam conclusionem, quam tamen multis modis declarat, Rot. *part. 17. recent. dec.* 234. ubi quòd filia habet hypothecam pro sua dote in bonis paternis, & illi competit Salvianum, etiam contra tertios possessores, & *part. 18. tom. 1. decis.* 39.

Quod dicta hypotheca competat etiam in bonis fideicommissariis juxta *auth. Res quæ, Cod. commun. de legat.* Rot. *part. 13. recent. decis.* 25. *infra num.* 57. Latè Hodiern. ad Surd. *decis.* 62. *per tot.*, ubi plures quæstiones circa hanc materiam; Et latissime De Luc. *in Indic. generali verb. Dos quoad fideicommissa.*

An competat Judæis, & aliis infidelibus, Rot. *part. 16. recent. decis.* 214. ubi quòd non, nisi convertantur ad fidem, juxta veriorem opinionem, vide in §. *Judæi num.* 1. *&c.* Molin. *de pign. lib. 3. qu.* 82. *num.* 1.

10 Hypotheca tacita competit non solùm pro dote, sed etiam pro pretio rerum dotalium alienatarum per maritum in casibus, in quibus est illi permissa alienatio, ut in *l. ita constante, §. fin. ff. de jur. dot. & l. si existimantis, ff. solut. matrim.* Neguf. *de pign. part. 2. memb. 4. num.* 58. *&c.* vide Merlin. *eod. tract. lib. 3. tit. 2. quæst. 52. per tot.* ubi distinguit plures casus, & concludit pretium ipsum, resque ex illo quæsitas subjacere oneri tacitæ hypothecæ, saltem in subsidium.

11 Hypotheca tacita, (non tamen cum privilegio prælationis) competit etiam pro rebus extradotalibus, quas mulier fidei mariti commisit, & sic pro paraphernalibus, & incipit non à die alienationis, & consumptionis, sive versionis in proprios usus à viro factæ, sed statim à die, quo ad manus mariti pervenerunt, *l. fin. ubi DD. C. de pact. convent.* ubi DD. Urceol. *consult. forens. cap. 29. num.* 2. Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. quæst. 54. ubi duobus modis limitat, vide in §. Bona num.* 11. Ursil. ad Afflic. *decis. 44. num.* 6.

Quòd autem cessante expresso, vel tacito consensu mulieris circa dictam administrationem, bona extradotalia non efficiantur paraphernalia, nec pro illis competat hypotheca, Coccin. *dec.* 12. Ricc. *Collect.* 2690. quia non datur nisi in casibus à jure expressis, inter quos iste non reperitur.

12 Hypotheca tacita inducitur à jure etiam in bonis minorum dotem recipientium, vel domum conducentium, ut per Neguf. *de pign. part. 2. memb. 4. num. 73. & num.* 154. Gratian. *disceptat. forens. cap. 68. num. 5. & cap. 367. nu. 7. & cap. 583. nu.* 3. Merlin. plura hincindè adducens *d. lib. 3. tit. 2. qu. 83. per tot.* Montan. *de tut. cap. 33. n. 436. & seqq.* Narbon. *de ætat. ann. 25. quæst. 4. a n.* 8. Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 5. n. 194. tom.* 3.

Quid in muliere minore dotem promittente, vide in §. *Mulier num.* & §. *Minor num.*

Quid in hypotheca conventionali infra *num.* 55.

13 Hypotheca tacita concessa doti, non habet locum in pœna adjecta illius promissioni, Neguf. *de pign. part. 2. memb. 4. num.* 70. Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 26. num.* 39. Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. quæst.* 57.

Habet tamen locum etiam pro donatione facta contemplatione matrimonii, quæ ad instar dotis in hoc ipsi doti æquiparatur, Rot. *part. 13. recent. decis. 421. nu.* 2. & dixi in §. *Donatio num.* 21. Cutell. *de donat. tom. 2. discus. 1. special. 13. num.* 22.

14 Hypoteca tacita privilegiata pro dote, an præferatur aliis tacitis hypothecis pariter privilegiatis ex aliis diversis causis, videtur quòd non, sed conquassari debeant privilegia, & ordo temporis attendi, ex traditis per Gratian. *discept. forens. cap. 935. num. 8. & per tot.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 31. per tot. & quæst. 63. per tot. vide in §. Locatio num. 13. & §. Mutuum num.* 9.

An dos præferatur debito ex causa Primipili, & quid sit Primipilus, vide Rot. *part. 14. recent. decis. 214. nu. 14. & seqq.* ubi etiam de delicto ex causa militiæ.

Qualiter hypotheca dotis præferatur omnibus aliis hypothecis tacitis, etiam anterioribus, non autem expressis dixi in §. *Mulier num.* 9. Non tamen præfertur, quando hypothecæ tacitæ aliorum anteriores essent cum privilegio prælationis, Bolognett. & alii in *l. 1. num. 205. ff. solut. matrim.* Pacion. *de locat. cap. 33. num.* 63. Fagund. *de just. & contract. lib. 7. cap. 2. num. 7. & seqq.* ubi tenet hypothecam dotis, sive tacitam, sive expressam omnibus aliis præferri tam tacitis, quàm expressis etiam antiquioribus, sed quoad expressas anteriores contrarium est verius, ut dixi loco citato.

Hypotheca expressa inducta super bonis mariti, vel uxoris, non facit cessare tacitam inductam à lege, si in aliquo tacita reperiatur magis privilegiata, & sic isto, & similibus casibus provisio hominis non tollit provisionem legis, latè Neguf. *de pign. part. 2. memb. 4. num. 82. & seqq. ad* 90. Gratian. *discept. forens. cap. 117. nu. 10. cap. 376. nu.* 13. Merlin. *de pign. lib. pr. quæst. 11. num.* 30. & latiùs *lib. 3. tit. 2. quæst. 50. per tot. ubi nu. 5. &c.* videtur sequi opinionem quòd hypotheca generalis expressa non tollat tacitam legalem, specialis verò sic, cùm tunc videatur legali renunciatum, vide in §. *Provisio num.* Ceph. *cons. 156. num.* 25. 15

Hypotheca competens pro dote dicitur concessa ipsi actioni, & transit ad quemcumque illa transeat, secùs in privilegio prælationis, quòd secùm non transit, Pract. Pap. *libel. ad dot. & usumfr. glos. pr. nu.* 2. & 9. Rodriquez *de concur. credit. part. pr. art. pr. n.* Rot. *part. 9. recent. dec. 161. num. 17. &c.* ubi tamen quòd etiam privilegium transit ad filios mulieris hæredes, non autem ad alios, vide in §. *Privilegium num.* 18. 16

Hypotheca competens mulieri pro dote in bonis viri, si sit expressa incipit à die promissionis, & contracti matrimonii, tacita verò incipit tantùm à die solutionis ipsius dotis secundùm Rodriquez *d. tract. tit. de privil. dot. num. 26. & 27.* Soccin. *cons. 41. nu.* 16. Menoch. *cons. 851. num* 23. Martha *vot. Pis. nu. 9. &c.* Fontanel. *loc. cit. & decis. 365. per tot.* latè Rot. Luc. de anno 1687. coram Bernardino Augustino apud Modern. Jacob Balduc. in observ. ad Ramon. *decis. 40. num. 1 & seqq.* Andreol. *controv.* 355. ubi impugnat Merlin. Sanfelic. & alios. 17

Magis tamen communis, & vera est opinio, quòd non solum expressa, sed etiam tacita hypotheca incipiat à die promissionis dotis, dummodo utroque casu sit jam contractum matrimonium, quia antè matrimonium non dicitur dos, & sic incipit à die consumati matrimonii, ita ut præferatur creditoribus futuris post matrimonium, non autem anterioribus matrimonio, cum semper referatur ad tempus matrimonii, Neguf. *de pign. part. 2. memb. 4. nu. 37. & num.* 77. Scapuc. de Salvian. *lib. 1. quæst. 6. num. 4. & 5.* Cabal. *cons. 25. lib. 1.* Pacif. *eod. tract. inspect. 3. cap. 4. nu.* 43. Mantic. *de tract. & ambig. lib. 11. tit. 19. num.* 12. Gratian. *discept. forens. cap. 53. num. 3. & cap 804. nu. 2. & per tot.* Franch. *decis.* 677. Mart. Medic. *Exam. 48. & decis. 75. & 76. cum Addit* Urceol. *Consult. forens. cap. pr. num. 32. & seqq. ad* 48. Merlin. *de pign. lib. 5. tit. 2. quæst. 74. per tot.* Cavaler. *decis. 446. num.* 6. Altograd. *cons. 33. nu. 13. & seqq. per tot. lib. pr.* Caten. *resol. 39. n.* 14. Sanfelic. *decis.* 79. ubi quòd incipit à die promissionis factæ in capitulis matrimonialibus, etiam quoad feuda. Sed quòd imò incipiat tantùm à die sequuti matrimonii, & creditores facti post promissionem in capitulis matrimonialibus contentam, ante tamen sequutum matrimonium præferantur mulieri dotem petenti, decisum, & confirmatum refert idem Sanfelic. *decis.* 129. facit Palma *cons. 21. per tot.*

Intelligendo tamen sequuta solutione dotis, quæ retrotrahitur ut supra, & potest probari per confessionem de recepto Altograd. *in Addit. ad d. cons. 33. sub num.* 15.

Quòd ubi agitur contra bona fideicommissaria vigore *Auth. Res quæ*, suam anterioritatem desumat à die obitus fideicommittentis, Rot. *part. 18. recent. decis. 710. num. 3. & seqq. & part. 19. decis.* 162. Emerix jun. *decis. 1097. n. 5. & decis. 1341. n.* 2.

Sed an dos confessata habeat privilegium tacitæ hypothecæ, est alia intricata questio pendens ab ea, an confessio dotis præsumatur facta animo dotandi, vel propter numerationem, de quà latè Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 58. per tot.* dixi in §. *Confessio num.* §. *Dos num.* & §. *Privilegium num.*

Supradictis autem quoad tempus matrimonii (nempe

pe

pè non esse necessariò attendendum, sed tempus promissionis, ad quod retrotrahatur hypotheca quandocumque sequuto matrimonio) contradicit Merend. contr. jur. lib. 6. cap. 35. per tot. Fontanel. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. part. 1. num. 32. Thes. quæst. forens. cap. 34. in fine lib. 2. Grivel. decis. Dolan. 133. & fuisse pluries judicatum testatur Franch. licèt ipse primam sequatur opinionem d. decis. 667. Rot. part. 13. recent. decis. 421. num. 4. ubi cum istis, & aliis pluribus citatis, firmat dictam hypothecam dotis incipere à die subscriptionis capitulorum matrimonii, ad quem retrotrahitur sequuto posteà matrimonio, & de veriori testatur, & part. 15. decis. 75. num. 10. & seqq. ubi distinguit, & Palma cons. 21. per tot.

Sed istis, primam opinionem sequendo, respondet Merlin. d. quæst. 74. nu. 14. & seqq. declarando quando illorum opinio procedere possit, vide Conciol. allegat. 4. num. 23. Curel. de donat. tom. 2. discurs. 1. special. 13. Urceol. in Append. ad cap. 1. num. 37. in fine vol. 2. Rot. part. 15. decis. 175. 243. num. 2. & 3. ubi quòd favore dotis contra promissorem incipit à die promissionis, contra virum autem à die contracti matrimonii, & hæc mihi videtur optima, & tuta distinctio, quam sequitur eadem Rot. part. 16. decis. 271. num. 2. de qua materia vide latè Boss. tract. de dote cap. 2. num. 108. & seqq. fol. mihi 54. Rot. part. 18. decis. 493. num. 7. ubi quòd attenditur tempus capitulorum, & constitutionis dotis, vide Card. De Luca de cred. disc. 9. n. 3. 8. & 9.

Alia circa hypothecas dotales, & illarum prælationes, vide in §. Mulier, in §. Privilegium, & alibi.

Quæ ex duabus filiabus, quibus dos fuit promissa sit præferenda, vide in §. Filiatio num. 79.

Qualiter hypotheca anterior pro sorte sit etiam anterior pro fructibus, dixi in §. Creditor num. 2. vide Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 1. quæst. 11. n. 47. & seqq. Bertachin. vot. 27. n. 2.

18 Hypotheca tacita inducitur à jure favore pupillorum in bonis Tutorum, & Curatorum pro malè administratis, & neglectis, ac etiam in bonis procuratorum, curatorum ad lites, & illorum fidejussorum, actorumque datorum ab ipsis tutoribus, secùs si hujusmodi actores essent dati à judice, & ortum habet à die, quo quis incepit hujusmodi munera exercere, & non à die malæ administrationis, Neguf. de pign. part. 2. memb. 4. n. 6. Gratian. discept. forens. cap. 53. num. 5. & cap. 282. nu. 32. Paul. Christin. decis. Belg. 151. num. 19. volum. 3. Montan. de tut. cap. 31. effect. 2. per tot. Mart. Medic. decis. 19. num. 1. Marcian. disput. forens. cap. 47. per tot. De Luc. de Feud. disc. 80. num. 5. de Tutor. disc. 9. num. 10. latè Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 2. per tot. ubi extendit ad quemcumque alium administratorem, intelligendo, & declarando ut ibi per eum, vide Ricc. Collect. 3308. Rot. part. 10. recent. decis. 65. num. 3. & seqq. ubi quòd habet eumdem effectum, quem habet expressa, & præfertur alteri posteriori, etiam ex causa dotis, vel alio modo privilegiatæ, & part. 11. decis. 360. num. 3. & seqq. vide in §. Administrator num. 28. infr. nu. 25. Gabr. Vasquez Opusc. moral. tract. de pign. & hypoth. cap. 3. §. 1. num. 11. & seqq. fol. 192. Altimar. de nullit. rubr. 1. quæst. 5. n. 173. tom. 3.

Quòd ista hypotheca ad favorem pupilli pro reddiitione rationis, & reliquaru incipiat à die cepræ administrationis, l. pro officio 20. ubi DD. C. de administr. tut. Rot part. 14. recent. decis. 97. num. 14. & part. 17. decis. 234. num. 13. Castald. consult. 67. n. 1. intellige stante dolo, & culpa tutoris, ut declarat eadem Rot. part. 16. decis. 271. num. 6.

An autem è contra inducatur hypotheca tacita ad favorem tutorum, & curatorum in bonis pupillorum, vel minorum pro repetitione eorum, in quibus dispunctis rationibus remanerent creditores, vel pro illis expendissent, sive pro salario, satis ardua est quæstio, ut testatur Mart. Medic. d. decis. 19. nu. 2. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 44. ubi plura hiecindè adducit; affirmativam opinionem probat Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 20. per tot. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 9. num. 3. 11. & seqq. ubi loquens de quolibet administratore, & præcipuè concursu creditorum testatur ità omnium Tribunalium praxi esse receptum (quicquid in puncto juris per veriora fundamenta in contrarium dici potest) etiam cum prælatione quoad omnes alios creditores, & pluribus mediis confirmat.

Negativam sustinet Montan. de tut. cap. 31. effect. n. n. 38. & veriorem dicit Gratiae. disceptat. forens. cap. 68. num. Paul. Christin. decis. 151. num. 25. vol. 3. & decis. 169. nu. 2. vol. 3. & cum ista videtur transire, Pacion. de locat. & conduct. cap. 41. num. 13. & seqq. Vide Altimar. loc. cit.

Hypotheca tacita cum privilegio prælationis inducitur favore pupilli super re empta ex pecunia illius mutuata pro re emenda, ad restitutionem dictæ pecuniæ mutuatæ, & idem esse videtur etiam favore militis, quicquid contrarium sit in aliis mutuantibus, nisi expressè convenerint, l. idemque ubi glos. Bart. & alii, ff. qui pot. in pign. hab. Neguf. de pign. part. 2. memb. 4. num. 163. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 25. per tot. & quæst. seqq. ubi quòd idem est in re empta ex pecunia furiosi, vel alterius curatore indigentis, militis, quid in Ecclesia, dote, & similibus, dixi in §. Emptio num. 19

Quòd dans pecuniam pro emenda militia habeat tacitam hypothecam, Rot. part. 2. divers. decis. 174. num. 7. vide latè Merlin. loc. cit. q. 30. per tot. & q. 31.

Hypotheca tacita inducitur favore Fisci super bonis eum eo contrahentis, excepto minore, l. 1. & 2. Cod. de privil. fisc. Neguf. de pign. part. 2. memb. 4. n. 113. Bardellon. cons. 131. n. 20. lib. 2. Peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 6. n. 1. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 3. quæst. 85. per tot. ubi limitat quando Fiscus agerer ex persona privati, cui successerit, quia tunc utitur jure privati, Vasquez opusc. moral. tract. de pign. & hypoth. cap. 3. §. 1. n. 28. fol. 195. Carleval. de judic. lib. 2. tit. 3. disp. 34. per tot. ubi quòd idem est de fructibus tamquam quæsitis post obligationem favore fisci factam. Altimar. loc. cit. n. 174. 20

Dictaque tacita hypotheca Fisci, licèt pro bonis præsentibus, idest existentibus in dominio debitoris tempore contractus, non sit privilegiata in prælatione; tamen respectu futurorum, & quæsitorum à debitore post contractam obligationem ad favorem Fisci, est aliis præferenda, per text. in l. si is, qui 28. ff. de jur. fisc. Peregr. de jur. fisc. d. tit. 6. n. 15. Neguf. & alii supracitati, latè videndus Merlin. loc. cit. quæst. 87. num. 4. per tot. dixi in §. Fiscus num. 13. Cabal. cons. decis. 27. lib. 1.

Item dicta tacita hypotheca competit Fisco in bonis præcipuè exercentium officium primipilatus, & isto casu extenditur etiam ad bona dotalia uxoris, & propria filiorum, quamvis non sint hæredes patris: Primipili autem hodiè dicuntur Thesaurarii, sive Camerarii, & similes administratores pecuniarum Principis, pulchrè Gratian. discept. forens. cap. 733. nu. 1. & cap. 964. num. 8. Paul. Christin. decis. 155. num. 7. vol. 4. & decis. 171. num. 5. volum. 5. & decis. 171. per tot. vol. 5. Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 94. per tot. ubi refert multos contrarium tenentes, & non esse hanc opinionem de facili in judicando sequendam, vide Rot. part. 14. recent. decis. 214. & 408. Vide Spad. cons. 15. lib. 1. ubi Crescin. in addition. De Luc. de Dot. disc. 84. n. 4.

An autem Fiscus extra causam contractus habeat privilegium tacitæ hypothecæ, & à quo tempore in delictis pro pœnarum exactione, vide latè Merlin. de pign. lib. 3. tit. 3. quæst. 88. per tot. ubi plures casus distinguit, post relatas nonnullas opiniones, & dixi in §. Fiscus num. 8. & 15. Bardellon. cons. 131. nu. 1. lib. 2. Conciol. resol. crim. verb. Hypotheca resol. unic. per tot.

Hypotheca tacita inducitur in bonis delinquentis, furis, sive aliter damnum dantis ad favorem damnificati pro restitutione etiam contra hæredes, & quoscumque possessores saltem de æquitate canonica, Neguf. de pign. part. 2. membr. 4. num. 124. Castald. consult. 13. num. 10. latè Galvin. de æquit. cap. 180. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 35. per tot. ubi quòd de jure civili non competit dicta hypotheca, imò nec de jure canonico secundùm multos, facit quod dixi in §. Hæres nu. 55. vide Gratian. discept. forens. cap. 935. per tot. ubi tenet competere hypothecam, 21

etiam

etiam cum privilegio prælationis quoad dotem, ſicèt ſit tacita, cùm habeat vim expreſſæ, & tendat ad liberandum animam delinquentis, & loquitur de procuratore, & adminiſtratore, qui dolosè, mendaciter, & ignorante domino illius pecuniam in proprios uſus convertit, quem appellat furem, & prædonem, vide in §. *Furtum nu.* 25. ſed Neguſanum, & Gratianum in ſpecie reprobat Leotard. *de uſur qu.* 97. *num.* 7. *&c.* firmando nullam in dicto caſu competere hypothecam, cum nullo jure cautum reperiatur, Urceol. *Conſult. for. cap.* 69. *n.* 8. *Viv. dec.* 451. *lib.* 3. & alibi ab ipſis citati, Conciol. *reſol. crim. verb. Furtum reſol.* 11. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *qu.* 5. *n.* 182. *&* 183. *tom.* 3. Cyriac. *contr.* 282. *&* 359. De Luc. *de Credit. diſc.* 36. *n.* 20.

Quòd hypotheca tacita competat in bonis procuratoris pro reſtitutione pecuniæ exactæ vigore ſtatuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 97. Ger. Spin. *conſ.* 9. *num.* 2. *&c.*

22 Hypotheca tacita ſecundùm aliquos inducitur ſuper bonis uſurarii, & ſuper bonis emptis ex uſuris pro illarum reſtitutione, per text. *in c. cum ſit* 5. *de uſur. cap. quamquam, de uſur. in* 6. *ubi gloſ.* L. p. *alleg.* 74. Covar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 6. & alios alli gat, quamvis non ſequatur Pacif. de Salvian. *inſpect.* 3. *c.* 4. *n.* 520. Card. De Luc. *de dot diſc.* 156. *nu.* 24. Altimar. *loc. ſupra cit.* 184.

Contrariam itaque opinionem, cùm non reperiatur aliquo jure cautum, tenent alii communiter, Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *nu.* 155. Pacif. *loc. cit. n.* 521. Merend. *tractat. de camb. nund. cap.* 18. Navar. *in manual. cap.* 37. *n.* 263. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 12. *nu.* 12. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 36. *n.* 4. *& ſeqq. per tot.* ubi tamen talibus modis declarat, vide Tuſch. *litt. V. concl.* 359. *per tot.* Gamm. *deciſ. Luſit.* 271. Leotard. *de uſur. quæſt.* 97. *per tot.*

Quòd res empta ex uſuris adeò dicatur infecta, ut ſaltem in ſubſidium dicatur pro illarum reſtitutione obligata, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 315. *n.* 4. vide Merlin. *loc. cit. nn.* 9. *& ſeqq.* Gamm. *d. deciſ.* 273. vide Leotard. *d. quæſt.* 67. *per tot.*

23 Hypotheca tacita inducitur in bonis adminiſtratorum Civitatis pro ſua adminiſtratione, Alex. *l. pr. §. ſi heres ff. ad Trebell.* Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 119. benè declarat Gratian. *diſcept. for. cap.* 601. *num.* 13. Montan. *de tut. cap.* 31. *effect.* 2. *num.* 29 Marcian. *diſput. for cap.* 47. *per tot.* ubi quòd incipit à die captæ poſſeſſionis, & decretæ adminiſtrationis, Paul. Chriſtin. *dec.* 79. *nn.* 29. *vol.* 5. Altim. *ſupra n.* 195.

Plura, an, & quando Reipublicæ competat privilegium tacitæ hypothecæ, vel non, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 93. *per tot.* ubi quòd non regulariter, niſi ſit talis, quæ habeat jura fiſci, vel niſi agatur contra adminiſtratores bonorum illius, vel Annonæ, & alia.

Qualiter pro officio ſuſcepto à filio de conſenſu patris, contrahatur hypotheca in bonis patris favore Reipublicæ, idem Merlin. *lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 19. *vide in §. Pater nu.* Altimar. *ubi ſupra n.* 197.

24 Hypotheca tacita inducitur in bonis patris legitimi adminiſtratoris bonorum filii pro fraude, & dolo in ea commiſſo, & incipit non à die actus malè geſti, ſed à die inchoatæ adminiſtrationis, *l. cum oportet, §. fin. C. de bon.* Montan. *de tut. cap.* 31. *effect.* 2. *n.* 25. Gratian. *diſcept. for. cap.* 53. *n.* 4. *& cap.* 935. *n.* 5. *& n.* 22. *vide in §. Pater n.* 42. latè Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit. pr. quæſt.* 17. *per tot.* ubi ſeptem caſus diſtinguit Pacif. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 4. *n.* 506. *& ſeqq.* ubi quòd idem in lucris ad patrem, vel matrem ex primo conjuge pervenitis, ut pro illorum conſervatione ad favorem filiorum primi matrimonii competat dicta tacita hypotheca, Gabr. Vaſquez *Opuſc. Moral. tract. de pign. & hypoth. cap.* 3. *§.* 1. *n.* 18. *fol.* 193. *&c.* Altimar. *ubi ſupra n.* 277. Cyriac. *contr.* 282.

Quòd ut retrotrahatur hypotheca ad diem ſuſceptæ adminiſtrationis, ſit probandus dolus, & culpa adminiſtratoris, Rot. *part.* 16. *rec. deciſ.* 271. *nn.* 5.

25 Hypotheca tacita inducitur in bonis Prælati, Oeconomi, ſive alterius adminiſtratoris Eccleſiæ pro mala adminiſtratione a die illius acceptationis, non tamen generaliter in omnibus caſibus, ſed tantùm in illis caſibus, in quibus Prælatus æquiparatur tutori, & idem eſt in bonis Orphanotrophi, ideſt Hoſpitalarii, Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *nu.* 120. L. p. *alleg.* 38. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit. pr. qu.* 33. *per tot.* Sperel. *dec.* 154. *n.* 79. Vaſquez *loc. ſup. cit. n.* 27. *&c.* Andreol. *contr.* 250. *&* 53. Card. De Luc. *de Cred. diſc.* 39. *n.* 7. & alios citatos per Romaguer. *in Addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 11. *nu.* 29. ubi etiam an detur in bonis hæredis gravati pro reintegratione fideicommiſſi, de quo dixi in *§. Gravatus n.* 14. Altimar. *loc. ſupra cit. n.* 180.

Quoad hoſpitale probat idem Merlin. *loc. cit. q.* 12.

Dicta tamen hypotheca habet locum tantùm ratione adminiſtrationis propter officium ſuſceptum, ex quo oritur, non autem in bonis aliorum debitorum Eccleſiæ, vel Hoſpitalis ex aliis cauſis extra adminiſtrationem, nec etiam favore Epiſcopi, vel Cameræ Epiſcopalis, quæ non habet tale privilegium, Gratian. *diſcept. for. cap.* 601. *n.* 19. *& ſeqq. per tot.* Montan. *de tut. cap.* 31. *effect.* 2. *n.* 32. Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *n.* 121. Merlin. *d. qu.* 33. *n.* 11. *& ſeqq.*

Et quòd Eccleſia in ſuis contractibus (adminiſtratione ſupra excepta) non habeat privilegium tacitæ hypothecæ contra ſuos debitores, ſicut nec Civitas, & minor, cùm non reperiatur jure cautum, Neguſ. Gratian. & alii *in loc. cit.* Merlin. *d. lib.* 3. *quæſt.* 13. *per tot.* Conſtant. *ad ſtatut. urb. Annot.* 30. *art.* 3. *n.* 344. *tom. pr.*

Qualiter autem ratione adminiſtrationis competat tacita hypotheca contra quemlibet adminiſtratorem perſonarum, & locorum privilegiatorum, pro redditione rationum, & reſtitutione reliquatus, latè declarat videndus ad plurimos inſerendo, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit. pr. quæſt.* 2. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3308. *vide in §. Adminiſtrator nu.* 28. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 34. *n.* 7. ubi quòd competit omnibus perſonis per ſe adminiſtrare non volentibus, vel à leg. prohibitis in bonis depoſitarii, ut quando dotes Monialium deponuntur penes mercatorem, contra quem pro reſtitutione competit privilegium tacitæ hypothecæ.

Quæ quidem hypotheca incipit à die ſuſceptæ adminiſtrationis, & non à die tantùm actus malè geſti, *l. cum oportet* 6. *§. fin. C. de bon. quæ lib. l. ben. elect. §. omnibus, C. de ſecund. nupt. l. pro off.* 20. *C. de admin. tut.* Merlin. *d. lib.* 3. *qu.* 4. *per tot.*

Intellige probato dolo, & culpa adminiſtratoris, ut declarat Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 271. *n.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 411. *n.* 6. ubi ſimpliciter ſequitur conclusionem, ut incipiat à die ſuſceptæ adminiſtrationis. Vide Anſald. *deciſ.* 89. *n.* 44. *&* 45. ubi loquitur de gravato Altimar. *loc. cit. n.* 202. De Luc. *de fideicom. diſc.* 169. *in ſumm. n.* 312.

Sed nullam dari hypothecam tacitam in bonis adminiſtratorum, vel negotiorum geſtorum privatarum perſonarum, latè tuetur Noguerol. *allegat.* 1. *per tot.* quem ſequitur Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 28. *&c.* Caſtald. *conſult.* 67. *n.* 5. Altimar. *loc. cit. n.* 181. Noguerol. *alleg. pr.*

Hypotheca tacita inducitur in bonis vitrici, & 26
ſic ſecundi mariti favore filiorum primi matrimonii, quando illorum mater non petito eis tutore, non reddita ratione adminiſtrationis tutelæ, & reliquis non reſtitutis tranſivit, feſtinavit, & convolavit ad ſecundas nuptias, l. 2. *C. quando mul. tut. off. fung. poſſ. l. ſi mater,* ubi Bart. *C. quibus cauſ. pign. tac. contrah.* Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *nu.* 156. Pacif. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap.* 4. *nu.* 500. Alin. *in Prax. §.* 31. *limit.* 43. *n.* 3. Montan. *de tut. cap.* 34. *effect.* 2. *n.* 35. Gratian. *diſcept. for. cap.* 86. *nu.* 54. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit. pr. quæſt.* 27. *per tot.* ubi latè declarat, & an hoc remedium contra vitricum ſit ſubſidiarium, ita ut prius ſit excutienda mater, quid ſi mater non legitimè ſuſcepit tutelam, ſed potius de facto adminiſtravit, & quid ſi filii jam facti fuerint adulti, & majores, vide in §. *Mater n.* 11. *& §. Tutor n.* 22. pulchrè Rot. *par.* 9. *recent. deciſ.* 499. *n.* 22. *& ſeqq. tot.* ubi quòd dicta hypothe-

theca ceſſat, quando mulier legitimè tutelam non ſuſceperat, ſed de facto adminiſtravit, & quare.

27 Hypotheca tacita inducitur à jure pro collectis, & decimis favore illarum, ſicut etiam favore locatoris in bonis invectis, & illatis in prædium conductum, dummodò ſciverit ipſe locator, ſi ſimus in prædio ruſtico, in urbano autem ſive ſciverit, ſive ignoraverit, pro penſione conventa, & deterioratione rei, ac etiam pro alio debito, niſi res invectæ, & illatæ eſſent tales, ſuper quibus hypotheca expreſſa non caderet, de quibus *in l. obligatione generali cum 3. ll. ſeqq. ff. de pign. & infra dicetur*, latè Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 4. n. 125. & ſeqq. ad* 154. Coſta *de facto ſcient. & ignorant. diſtinct. 2. per tot.* Paul. Chriſtin. *dec. ſ.* 110. *volum.* 3. *& dec.* 315. *vol.* 4. ubi plura in quibus caſibus tacitè hypotheca contrahatur, & de invectis, & illatis in prædium conductum plenè poſtea viſus, Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.* 40. *per tot.* ubi etiam in mercibus, & ſimilibus, de quibus *infr. num.* 44. & Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 729. *per tot.* dixi *§. Locatio n.* 13. Altimar. *de nullit. rubr. pr. q.* 5. *num.* 189. *tom.* 3.

28 De hypotheca pro collectis, gabella, & decimis, niſi ſint ſuper capitibus tantùm, & non ſuper bonis, latè Merlin. *de pign. lib. 3. tit. pr. q. 6. & 7. per tot.* ubi quòd incipit à tempore impoſitionis, & obligationis, & non cadentis ſolutionis, ac tranſit in poſſeſſores.

Quòd pro collectis, vel ſimilibus impoſitionibus, & datiis ſint bona hypothecata, intellige quoad ea bona, pro quibus impoſitæ ſunt, vel quorum occaſione, & favore fiunt, non autem quoad alia bona ejuſdem perſonæ, Surd. *decif.* 311. *per tot.* & vide Merlin. *loc. cit. q. 6. n.* 18. ubi dicit habere locum contra omnia bona, & præſertim contra ea, ex quibus præſtantur.

29 Quod invecta, & illata in prædium conductum ſive per inquillinum, ſive per colonum partiarium, ſint locatori tacitè obligata tam in prima, quàm in ſecunda, & ulteriori tacita reconductione, ſive penſio ſit conſtituta in pecunia, ſive in fructibus, & ſuper illis competat via executiva, etiam ſi eſſent aliena ſciente tamen, & patiente domino illata, ut ibi durante conductione perpetuò permanerent; non tamen in hujuſmodi obligatione veniunt bona uxoria illata, niſi utrique eſſet facta locatio, veniunt autem illata à ſecundo conductore pro parte conducta, niſi gratuitò haberet à primo, & dicta procedunt, quamvis eſſemus in minore conducente; imò ſi fuerit conducta domus, vel apotheca, horreum, ſive magazinum non pro ſimplici habitatione, ſed pro conſervatione rerum omnia illata ſunt locatori obligata cum prælatione quoad alios creditores, etiam anteriores, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 68. *c.* 117. *& cap.* 713. Soccin. *reg.* 239. *per tot.* Mart. Medic. *dec.* 20. *per tot.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 118. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 441. *per tot.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 2. q. 67. per tot.* Paul. Chriſtin. *dec.* 210. *vol.* 3. Paciſ. de Salvian. *inſpect. 3. cap. 5. per tot.* ubi plenè de hac materia Pacion. *de locat. c.* 40. *per tot.* Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 726. *per tot. & part.* 19. *dec. 15. n. 2. & ſeqq.* latè pluribus citatis Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib. 2. Rub.* 71. *n. 15. & ſeqq. per tot.* plenè Andreol. *controv.* 347. *per tot.* Rovit. *in Pragm. pr. n. 4. &* 5. ubi etiam Novar. *tit. de locat.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. qu. 5. n.* 289. *tom.* 3. De Luc. *de Credit. diſc.* 21. *nu.* 8.

Quid ſi fuiſſet datus fidejuſſor, vel pignus certum conſtitutum pro penſione, an tunc invecta, & illata ſint tacitè hypothecata, videtur negare, Gratian. *d. c. 127. n. 8. &c.* Sed contrarium videtur verius ex traditis per Merlin. *d. q. 67. n.* 98. Pacion. *loc. cit. n.* 256. *&c.*

De invectis, & illatis in molendinum an ſint obligata pro penſione, & quid de frumento invecto, ad effectum molendi, idem Gratian. *diſcept.* 564. *n.* 12. Neguſ. *de pign. part.* 3. *memb.* 4. *nu.* 144. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 15. *nu.* 24. Merlin. *d. q.* 67. *n.* 60. ubi diſtinguit Pacion. *loc. cit. n.* 148. *& ſeqq.*

An autem dicta hypotheca, quæ in tacita reconductione inducitur incipiat à die primæ locationis, ſive ad illam retrotrahatur, vel potiùs incipiat tantùm à die ipſius tacitæ reconductionis, vide Bellonſen. *conſ.* 87. *n.* 19. Gait. *de credit. cap. 4. qu. 11. nu.* 2149. *& ſeqq.* Urceol. *conſult. for. c. 59. n. 22. vol.* 2. ubi quod incipit à die reconductionis, & non primæ locationis. Sed contrarium quòd imò incipiat à die primæ locationis, probat Pacion. *dict. tract. cap.* 39. *n. 55. & ſeqq.* ubi citat Neguſ. *de pign. part.* 5. *memb. 1. n.* 14. Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. q. 21. n.* 31. qui tamen loquuntur in aliis terminis idem Pacion. *cap. 64. n.* 10. vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæſt. 5. n. 193. tom.* 3.

Hypotheca tacita an competat pro laudemio, & canone directo domino debito, ſunt adinvicem contrariæ opiniones, ut conſtat ex traditis per Surd. *dec.* 30
31. *&* 32. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 272. 748. 601. *&* 912. Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. q. 10. per tot.* ubi poſt multa hincindè ſex caſus diſtinguit, adde Ricc. *Collect.* 3633. *&* 3599. Giurb. *decif.* 801. Franch. *decif.* 430. Anton. Fabr. *in ſuo Cod. de jur. emphyt. def.* 2. 4. 7. 68. Paciſ. de Salvian. *inſpect.* 3. *cap. n.* 593. *& ſeqq.* Bicch. *dec.* 611. ubi arduam quæſtionem appellat, utriuſque partis ſequaces adducens, & nil certi firmans, ſed cum negativa ultimo loco relata videtur tranſiſſe, latè Gregor. Ganaver. *dec. 4. per tot.* ubi diſputata quæſtione ad partes etiam in terminis relevii feudalis, concludit pro hypotheca, aſſerens tamen quòd propoſita cauſa in Regia Camera 14. Februarii 1639. cenſura fuit diviſa paritate votorum, Caldas Pereyra *tract. de emphyt. extinct. cap. 4. per tot.* ubi plura an res Emphyteutica ſit obligata pro penſione, & an novus emphyteuta pro ea ſit obligatus, & aliàs. Add. ad De Franch. *loc. cit.* Altimar. *loc. cit. n.* 198.

Hypotheca tacita cum privilegio prælationis competit Magiſtro, ac Domino navis, vehiculi, plauſtri, vel carrus ſuper omnibus invectis, & illatis pro 31
vectura conventa, & penſione navis, Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 4. num.* 140. *&c.* facit latè Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. q. 5. per tot.* ubi generaliter quòd tacita hypotheca cum dicto privilegio competit unicuique creditori pro pecunia data, vel expenſa facta ad conſervationem rei, & exemplificat in multis, *infr. n. 39. verſ.* 11.

Hypotheca tacita, & conſequenter Salvianum generaliter competit pro ſalario, & mercede, Paciſ. 32
de Salvian. *Inſpect. 5. cap. 4. n. 682. &c.* Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 21. per tot.* Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. quæſt. 94. per tot. & quæſt. 88. per tot.* vide in *§. Salarium n.* Altimar. *loc. cit. n.* 209. ubi loquitur de Salario debito Advocato, & Procuratori.

Hypotheca tacita cum prælatione inducitur pro 33
pecunia mutuata ad refectionem navis, vel cujuslibet alterius ædificii, ut dixi in *§. Mutuum num. infr. n. 39. verſ. Undecimo.* Altimar. *ubi ſupra num.* 209. Jovi. *de ſolemn. gloſſ. 6. §. 1. n.* 119.

An autem competat mercatori pro mercibus datis ad veſtiendum dixi in *§. Mercator n.*

Hypotheca tacita cenſetur inducta, quando aliquis 34
obligatur ex cauſa tranſactionis ſuper veteri obligatione non animo novandi, ſed ſimpliciter, vel etiam animo novandi, ſi poſtea ex dolo non ſervat tranſactionem, Neguſ. *de pign. part. 2. membr. 4. nu.* 164. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 14. n.* 5. Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 3. q. 98. per tot.* & latè declarat Urceol. *tract. de tranſact. q. 65. per tot.*

Hypotheca reſultans ex laudo retrotrahitur ad 35
diem compromiſſi, & præfertur contractibus factis pendente compromiſſo, Aldobran. *conſ.* 137. *nu.* 8. quem refert, & ſequitur Gratian. *diſcept. for. c.* 501. *n. 14. in fine.*

De hypotheca cenſuali, quando cenſus fuit ab initio nullus, & poſtea à Papa ſanatus, an incipiat, & vim habet a die impoſitionis, vel tantùm à die ſanationis, ita ut non præjudicet aliis hypothecis medio tempore factis, Bicch. *decif.* 614. ubi fuit reſolutum ſanationem retrotrahi ad initium, etiam in præjudicium aliorum, ex particu-

laribus tamen rationibus casus decisi, cùm aliàs in gratiis revalidatoriis intelligatur clausula sine præjudicio tertii, & retrotractio fiat tantùm in præjudicium ipsorum contrahentium, & non tertii: facit quòd dixi in *§. Nullitas n. 26. & §. Ratificatio n. 5. & seqq.*

36 Hypotheca tacita constituitur à jure in bonis testatoris pro legatis, & fideicommissis ab eo factis, etiam annuis, licèt aliquam rem in specie obligaverit, quia provisio hominis hoc casu non tollit provisionem legis. Quòd tamen est intelligendum respectu bonorum, quæ remanent libera, & nulli aliteri legata, vel nisi testator illam remiserit, & non datur pro donatione causa mortis, licèt aliàs æquiparetur legato: habet etiam ista hypotheca naturam diversam ab aliis, quæ dantur in solidum contra omnes hæredes possidentes, sed ista tantùm proportionabiliter pro rata cujusque hæredis, *l. 1. C. com. de leg. & in §. nostra Instit. de legat.* Neguſ. *de pign. part. 2. membr. 4. n. 157. &c.* Scapuc. de Salvian. *lib. 1. qu. 7. per tot.* Matt. Medic. *Exam. 23. cum duobus decisionibus sequentibus, & Addit. de anno 1665.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 17.* Pacif. de Salvian. *Inspect. 3. cap. 4. num. 186. & 326.* latè Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 11. qu. 14. per tot. ubi n. 127.* contrarium tenet quoad donationem causa mortis, & in reliquis latè declarat ampliando, & limitando, adde Paul. Christin. *decis. 47. vol. 4.* Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de pign. & hypoth. cap. 3. §. 1. n. 30. fol. 195.* Caten. *resol. 137. n. 6.* Vide Noguerol. *alleg. 1.* Ros. *consult. 24.* Rocc. *cap. 50.* De Luc. *de Credit. disc. 36.* Cabiun. *lucubr. 18.* Rube. *de confess. Jur. cap. 15. n. 29.* Emerix jun. *dec. 446. num. 2.*

Quòd licet oriatur ab initio jus hypothecæ, non possit tamen experiri nisi satisfactis creditoribus, Magon. *decis. Flor. 59. per tot.* vide in *§. Hæres n.* Merlin. *d. q. 14. n. 72. &c.* ubi etiam si creditores sint chirographarii tantùm, vide in *§. Legatum n. 79.* Ganaver. *dec. 43.*

An autem sit necessaria excussio hæredum antequam agi possit contra tertios possessores bonorum, vide Sanfelic. *dec. 204. n. 8. & seqq.*

Quòd non competat in bonis hæredis, nec contra illa detur Salvianum, licèt fuerint legata, Duran. *dec. 327. n. 1. &c.* Merlin. *d. q. 14. n. 153. &c. ad 126.* ubi plura hincindè. Altimar. *de nullit. rubr. 1. q. 5. n. 205. tom. 3.*

Quòd competat etiam fideicommissario universali, & quomodo, Surd. *dec. 76. per tot. & dec. 271. per tot.* vide in §. *Fideicom. n.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. q. 15. per tot.* Ricc. *Collect. 3615.*

An competat pro legatis annuis, vide Gratian. *discept. for. cap. 294. n. 8.* Surd. *dec. 28. per tot.* ubi quòd non, Paul. Christin. *dec. Belg. 91. vol. 2.* Afflict. *dec. 161.* Ricc. *Collect. 3587.* Prat. *observ. 32. n. 21. & 22.* Cabiun. *lucubr. 49. n. 11.*

Sed in contrarium, quòd imò competat etiam pro legatis annuis, idem Gratian. *discept. 683. n. 18. &c.* Matt. Medic. & alii supracitati intelligendo quando essent perpetua, quia tunc datur hypotheca, quæ tamen non retrotrahitur in præjudicium tertii, ut aliis citatis declarat Ricc. *d. Collect. 3587.* Hodiern. ad Surd. *dec. 28.* Cyriac. *contr. 659.* Gobb. *consult. 76. n. 12.* Cabiun. *lucubr. 149. n. 19.*

Quòd competat etiam pro legatis annuis ad vitam factis, Cost. *de port. rat. quæst. 60.* cum aliis per Calvin. *de æquit. lib. 3. cap. 248.*

37 Hypotheca prædicta competens pro legatis, vel fideicommissis conditionalibus incipit tantùm à die advenientis conditionis, & non retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, undè si interim bona testatoris fuerint per hæredem alienata, vel aliter obligata, debet præferri emptor, vel creditor ipsi legatario, Neguſ. *de pign. part. 5. membr. 1. n. 12. & seqq. ad 22. & d. part. 5. membr. 2. n. 10.* Scapuc. de Salvian. *lib. 1. qu. 13. n. 3. &c.* Gratian. *discept. for. cap. 53. n. 1. &c. cap. 62. & cap. 856. per tot.* Ger. Spin. *cons. 28. n. 25. etc.* ubi tamen quòd favore piæ causæ legataris retrotrahitur conditio, Neguſ. sequitur Rot. in Venusina legati 28. Junii 1623. *n. 17. etc.* coram Coccin. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. leal. tom. 2. dec. 53.* Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. q. 14. nu. 109.* ubi postea *n. 110.* refert alios contrarium tenantes, cum quibus tanquam ultimo loco relatis transiee videtur propter absurdum, quod sequeretur si hæres alienando posset præjudicare legatariis, & latiùs probat idem Merlin. *lib. 4. tit. 1. q. 22. n. 32. et seqq. ad 46. vers. Quintus casus*, Antunez Portugal. *de donat. Reg. 1. lib. 1. Prælud. 4. §. 2. n. 6. et 7.* ubi quòd in ultimis voluntatibus, & legatis implementum conditionis non retrotrahitur, sed tempus existentiæ conditionis attenditur, & allegat Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 46. n. 11.* Arias de Mesa *cap. 42. num. 2.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 2. cap. 11. nu. 9 et alios*, ac idem esse in donatione causa mortis, adda Callald. *consult. 300. per tot. lib. 2.* De Luc. *de Credit. disc. 3. n. 15.*

Contrarium itaque, quòd imò licèt dicta hypotheca sit conditionalis incipiat vim habere non solùm à die purificatæ conditionis, sed à die mortis testatoris, etiam in præjudicium creditorum ipsius hæredis, ne sit in facultate hæredum eludere legatarios, & ut omnibus modis voluntas testatoris impleatur, latè firmat Rot. in Romana de Ghezzis 17. Martii 1634. coram Panairol. *in Noviss. part. 6. dec. 269. per tot.* & latiùs in eadem causa coram eodem examinato articulo sub die 9. Februarii 1635. *in Noviss. part. 7. decis. 17. per tot.* Cavaler. *decis. 112. et 132. per tot.* & in Romana domus 20. Februarii 1636. coram Verospio, cum aliis, quos refert, & sequitur Merlin. *d. q. 14. n. 110.* & latius in alia *d. q. 22. n. 35. & seqq. ad 46.* ubi benè declarat, & hanc partem aliàs multis abhinc annis sequutus sum in meis *resol. cap. 23. n. 4. & seqq.* & latè probat Fusar. *de substit. q. 612. per tot.*

Quæ quidem ultima opinio magis absque dubio procedit, quando ageretur de legato conditionali consistente non in quantitate, sed in specie, & certis bonis, quia purificata conditione omnis obligatio facta per hæredem de re legata resolvitur ac fingitur retrò nulla, vel conditio retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, ità ut possit res legata recuperari per legatarium, etiam à quocunque tertio, *l. fin. §. si autem, C. com. de legat.* Jas. *in l. si is qui, ff. de usucap.* Neguſ. *de pign. part. 5. membr. 2. nu. 10.* Gratian. *discept. for. cap. 386. n. 15.* Rot. in d. Romana de Ghezzi 9. Februarii 1635. *n. 2.* Merlin. *d. q. 22. n. 43. &c. in meis resol. d. c. 23. n. 5.*

Et ita distinguendum esse inter legatum quantitatis, & speciei videtur tenere, licèt sub dubio recedendo ab alia decisione, Cavaler. *dec. 132.*

Sed idem esse in quantitate legata, quoad rescindendam venditionem, vel quoad prælationem in hypotheca beneficio separationis bonorum, quod competit legatario, ut separentur bona defuncti, in quibus ipse jus habet, à bonis hæredis, in quibus habent creditores hypothecam juxta text. *in l. ab hærede, ff. de separat.* Cavaler. *dec. 112.* Rot. in d. Romana de Ghezzis, Merlin. *d. q. 22. nu. 45.* cum aliis supracitatis, quos vide unà cum Fusar. *de substit. q. 612. per tot.*

38 Hypotheca tacita, vel expressa competens ex contractu conditionali, vel in diem adveniente conditione, vel die retrotrahitur ad initium, & tempus contractæ obligationis in conditione casuali, vel mixta non dependente à potestate debitoris, Bart. & alii *in l. filius ff. de verb. obligat.* Neguſ. *de pign. part. 5. memb. pr. n. 12. & seqq.* Costa *de retrotract. cap. 8. cas. 31. per tot.* ubi late Palma *cons. 21.* Grat. *discept. for. cap. 804. n. 8. & cap. 964. n. 13. & 14.* ubi extendit hujusmodi retrotractionem, etiam in conditione potestativa, concurrente tamen causa privilegiata dotis, Cavaler. *dec. 342.* Rot. in Romana Salviani de Caffarellis 13. Martii 1637. coram Bucabella *in Noviss. part. 7. dec. 204. n. 10. &c.* Altogr. *cons. 33. num. 15. & lib. 1.* latè videndus Merlin. *de pign. lib. 4. tit. pr. qu. 12. per tot.* ubi plures casus distinguit, & declarat, facit Merlin. *dec. 568. nu. 23. & seqq.* Rot. *part. 10. rec. dec. 211. nu. 8. & seqq.* Sinibel c. *dec. 99. n. 9. &c.* vide De Luc. *de Credit. disc. 3. n. 15.* Capyc. *dec. 383. n. 35.* Bertachin. *vol. 27. n. 4.*

Ubi

Ubi verò ageretur de conditione poteſtativa pendente à voluntate, & poteſtate debitoris, non retrotrahitur hypotheca ad tempus contractæ obligationis, in præjudicium illius, cui interim, & medio tempore fuiſſet jus quæſitum, & ſic retrotractio procederet tantùm re integra, Magon. dec. Luc. 21. n. 14. & 15. Neguſ. de pign. part. 5. memb. 2. nu. 10. &c. Gratian. diſcept. for. cap. 964. n. 13. & 14. ubi quòd favore dotis retrotrahatur hypotheca, etiam in hac conditione poteſtativa, & pulchrè videndus Aliograd. conſ. 33. n. 15. & ſeqq. lib. 1. Merlin. d. qu. 22. per tot. Urceol. conſult. for. cap. 1. n. 38. 42. & ſeqq. in meis reſolut. cap. 23. n. 1. & 2. Jo: Baptiſta Coſt. tract. de retrotract. cap. 8. caſ. 31. nu. 6. & ſeqq. Mangil. de evict. qu. 36. nu. 7. & ſeqq. per tot. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 13. n. 18. & ſeqq. & cap. 21. per tot. Calvin. de æquit. lib. 3. cap. 240. Caren. reſol. 39. nu. 10. &c. reſol. 44. per tot. Rot. part. 18. rec. dec. 397. n. 16. & ſeqq. ubi tranſit cum dicta diſtinctione conditionis caſualis, vel mixtæ, & poteſtativæ dependentis etiam à voluntate ſolius debitoris, vel utriuſq; & loquitur in dote, nullum eidem tribuens, nec denegans privilegium.

39 Hypotheca tacitè inducitur in pluribus aliis caſibus, ultra ſupra enumeratos.

Primò vigore clauſulæ, & obligationis Cameralis, quæ ſub ſe continet hypothecam expreſſam omnium bonorum præſentium, & futurorum, Merlin. de pign. lib. 2. tit. 3. q. 89. per tot. ubi plura de effectu dictæ clauſulæ, Bich. deciſ. 311. nu. 8. & dixi in §. Obligatio n. Altimar. de nullit. rubr. 7. quæſt. 5. nu. 86. tom. 3.

Secundò ratione doli in contractu adhibiti, Neguſ. de pign. part. 2. memb. 4. nu. 164. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 14. n. 5. Merlin. loc. cit. q. 90. vide ſupra n. 34. Urceol. de Tranſact. q. 65. nu. 13.

Tertiò quando eſt deſignatus fundus, res, vel locus, undè ſit ſatisfaciendum creditori, Bart. in l. Lucius 12. n. 2. ff. de aliment. & cib. leg. latè Merlin. de pign. d. lib 2. tit. 3. q. 91. per tot. vide ſupra num. 3.

Quartò ex prædicta ratione competit tacita hypotheca penſionario pro penſione illi reſervata ſuper beneficio eccleſiaſtico, quæ tamen contra ſucceſſorem multùm circumſpectè practicatur pro terminis decurſis tempore anteceſſoris, Merlin. loc. cit. q. 92. per tot. & lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. per tot. qu. 9. ubi quòd competit etiam Parocho pro congrua portione illi debita, vide in §. Penſio n. & §. Succeſſor n. vide De Luc. de Credit. diſc. 157. n. 7.

Quintò pro cenſu, Merlin. loc. cit. quæſt. 93. ſupra n. 35. Altimar. ſupra n. 87.

Sextò ſecundùm aliquos pro obſervantia pacti de retrovendendo, quod eſt intelligendum prout declarat Merlin. loc. cit. q. 98. & vide in §. Pactum n... Faber. de Error. de cad. 24. error. 5. Altimar. ſupra num. 88.

Septimò in retractu municipali datur ſaltem actio in rem ſcripta, Merlin. ubi ſup. n. 99. Altim. ſupra num. 89.

Octavò vigore juramenti, Surd. dec. 225. n. 10. & 11. Gratian. diſcept. for. cap. 37. nu. 22. cum aliis per Merlin. loc. cit. q. 100. nu. 1. ubi tamen nu. ſeqq. contrarium probat, & benè contrariis reſpondendo, niſi adſit hypotheca, ut ibi per eum, & vide in §. Juramentum n. Rot. part. 10. recent. dec. 313. n. 4. ubi tenet ex juramento hypothecam deduci Altimar. ibid. n. 90.

Nonò pro alimentis legatis, vel aſſignatis à patre, ſive à judice, vel acceſſoriis ad dotem, aliàs ſecùs, ut latè declarat Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. q. 1. per tot. dixi in §. Alimenta n. Altimar. loc. cit. n. 91.

Decimò pro adminiſtratione fideicommiſſi, ſi gravatus aliquid alienaverit, nam ſecundùm multos remanent tacitè hypothecata illius bona pro reintegratione fideicommiſſi, licèt etiam alii magis communiter contrarium teneant, ut dixi in §. Gravatus n. 14. De Luc. de Cred. diſc. 36. à n. 13. & diſc. 157. Conflict. obſerv. 100. Vide Emerix jun. dec. 284. deciſ. 514. & deciſ. 656. Caprat. dec. 643. deciſ. 658. deciſ. 159. & deciſ. 168.

Undecimò competit tacita hypotheca, & cum privilegio prælationis pro pecunia data, vel expendita ad conſervationem rei, veluti navis, domus, in cibariis, vel alimentis animalium, favore Capitanei, Vecturalium, Factorum, Artificum, Authorum, Curſorum, Advocatorum, facientium melioramenta neceſſaria, vel expenſas pro ſuſtentatione litium, vel banchæ nummulariæ, mutuantium pro redemptione rei à debitore alienatæ, vel pro ſemine, & cultura fundi, quoad fructus, & ſimilium, qui fuerint cauſa conſervationis rei; intelligendo dummodo pecunia fuerit nominatim, & expreſſe data pro dictis cauſis, in ipſaſque probetur expendita, & implicata, aliàs ſecùs, & quoad ipſam rem conſervatam tantùm, non quoad alia bona, & ideò ſi amplius dicta res non extet ceſſat hypotheca, & privilegium, prout latè omnia probat, & declarat videndus Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. per tot. & dixi in §. Mutuum n. 7. &c. facit Pacion. de locat. c. 41. per tot. Gabr. Vaſqu. Opuſc. Moral. tract. de pign. & hypoth. cap. 3. §. 1. n. 33. & ſeqq. Altimar. de nullit. rubr. 1. q. 5. n. 208. tom. 3. Jovi. de ſolem. gloſſ. 6. §. 1. n. 119.

De hypotheca cum prælatione competente mutatoribus ſuper domo refecta pro ſua mercede per text. in leg. interdum, & ſeqq. ff. qui pot. in pign. §. certè inſtit. de rer. diviſ. Romaguer. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 5. Rubr. 9. n. 4. Altimar. ſupra n. 92.

Duodecimò locator habet tacitam hypothecam ſuper fructibus in fundo locato recollectis, ut dixi in §. Dominus nu. & §. Locatio nu. Ricc. Collect. 1066. Altimar. ſupra n. 93.

Decimò tertiò competit tacita hypotheca, & cum privilegio prælationis, quoad omnes alios creditores, pro pecunia data ad redimendum captivum ab hoſtibus, l. 2. C. de poſtlim. rever. ubi gloſſ. & probat Merl. de pign. lib. 3. tit. 1. q. 22. quamvis contrarium tenuerit Rodriquez de concur. credit. part. 1. art. 3. n. 16. Altimar. ſupra n. 94.

Quòd extendi poſſe putarem ad pecuniam datam pro redimendo aliquem à latronibus, cùm eadem vigeat ratio neceſſitatis, & facit quod dixi in reſolut. cap. 70. n. 15. & 16. Altimar. n. 95.

Decimò quartò ſecundùm aliquos pro pecunia mutuata pro emenda, vel acquirenda re, licèt contrarium ſit verius, niſi ſit expreſſè reſervata, Merlin. ubi ſupra qu. 23. per tot. vide in §. Mutuum nu. 8. Altimar. ubi ſupra n. 207. Bertachin. vot. 39. n. 5.

Decimò quintò pro expenſis funerariis, & ultimæ infirmitatis, ut dixi in §. Expenſæ nu. 18. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæſt. 17. per tot. Altimar. loc. cit. n. 96. Mainard. lib. 2. dec. 47. & 48. Jovi de ſolemn. gloſſ. 6. §. 1. n. 119.

Decimo ſextò pro tacita reconductione procedente ex perſeverantia conductoris in re conducta cum declarationibus, de quibus Merlin. de pign. lib. 3. tit 1. q. 39. per tot. Pacion. de locat. c. 39. num. 54. & ſeqq.

Plures caſus in quibus inducitur à jure tacita hypotheca vide per Neguſ. de pign. part. 2. memb. 4. Tuſch. litt. H. concl. 118. per tot. Paul. Chriſtin. dec. 155. vol. 4. Pacif. de Salvian. Inſpect. 3. cap. 4. per tot. Petr. de Onnate de contract. tom. 2. tract. 20. diſput. 57. per tot. fol. 930. &c. Fagund. de juſt. & contract. lib. 7. cap. 2. cum pluribus ſeqq. Gabr. Vaſquez Opuſc. Moral. tract. de pign. & hypoth. cap. 3. per tot. fol. 191. &c. Altimar. cit. quæſt. 5. à nu. 168. De Luc. in Indic. general. verb. tacita hypotheca.

Quòd autem non inducatur niſi in caſibus à jure expreſſis, gloſſ. in l. 2. ff. de privil. credit. Surd. deciſ. 271. Coccin. deciſ. 12. Ricc. Collect. 2690. De Luc. de Credit. diſc. 36. n. 16. Caprar. dec. 658. n. 2. & deciſ. 643. n. 7.

Et generaliter quòd tacita hypotheca competat omnibus per ſe ipſos adminiſtrare non valentibus, vel prohibitis, ut ſunt Eccleſiæ Hoſpitalia, pupilli, minores, furioſi, & alii hujuſmodi, Rot. part. 14. recent. dec. 429. nu. 6. ubi de Monaſterio agente ad dotem Monialis depoſitatam juxta Decretum Sacræ Congregationis, ut habeat hypothecam, licèt aliàs

pro simplici deposito non competat, ut dixi in §. *Depositum*.

De hypotheca, & in quibus casibus tacitè inducatur à jure, & aliis pluribus quæstionibus ad rem, D. Greg. Rossignol *in Noviss. Prax. Theolog. legal. contract. 11. tit. de pign. & hypoth. à fol. 176. & seqq. ad 367.* De Luc. & Altimar. *loc. cit.*

40 Hypotheca iterum est duplex, alia scilicet generalis, alia specialis, generalis comprehendit omnia bona debitoris præsentia, & futura, jura, & actiones, quod verum est tam in expressa conventionali, quàm in tacita legali; Pract. Papp. *act. hypoth. glos. sub eadem obligatione n. 2. &c. & glos. ex memoratis causis num. 13.* ubi addit Neguf. *de pign. part. 2. memb. 4. n. 65. &c.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. q. 2. per tot.* vide in §. *Bona n.* §. *Nomen n.* & §. *Pecunia n.* Gabr. Vasquez *Opusc. Moral. tract. de pign. & hypoth. c. 3. §. 2. fol. 198.* Altimar. *de nullit. rubr. 1. quæst. 5. à num. 537. tom. 3.* ubi de seqq. conclus.

Specialis verò comprehendit tantùm illam rem particularem, & certam, quæ obligatur, Neguf. *de pign. part. 2. memb. 3. n. 1.* Merlin. *eod. tract. lib. 1. tit. 2. q. 11. n. 2. & seq.* ubi benè declarat quæ dicatur specialis, & quomodo differat à generali, Tusch. *litt. H. concl. 117.* ubi quid operetur illa specialis hypotheca.

Quòd specialis non comprehendat futura, cùm res aliena non possit obligari, licèt possit vendi, & de ratione differentiæ, idem Merlin. *d. tract. lib. 2. tit. 1. q. 2. per tot. & q. 65. per tot.* vide Tusch. *litt. H. conclus. 115.* vide in §. *Res n. 1.* §. *Bona n. 20.*

41 Hypotheca non venit suo nomine alienationis, nisi sit pro tanta summa, ut non adsit spes luitionis, cùm aliàs impropriissimè dicatur alienatio, & ideò prohibita alienatione non censeri prohibitam hypothecam generalem in statutis correctoriis, quicquid dici posset in favorabilibus latè Aliograd. *cons. 3. per tot. lib. 1.* Sperell. *dec. 120. n. 56. & seqq.* vide in §. *Alienatio n.* latè Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. q. 42. per tot.* ubi 24. casus distinguit, Ludovis. cum Beltramin. *dec. 348.* ubi quòd hypotheca non est alienatio, & ideò ex illa non incurritur pœna caducitatis, vel alia adjecta in casu alienationis, nisi fuerit deventum ad actualem traditionem, ita ut non sufficiat traditio per constitutum, vel per reservationem ususfructus. De Luc. *de Judic. disc. 44. sub n. 48. de Regul. disc. 55. n. 7. de Emphyt. disc. 58. n. 14. de cred. disc. 13. nu. 16.*

Si tamen esset prohibita alienatio latissimè sumpto vocabulo, censetur prohibita etiam hypotheca, Cavalet. *dec. 253. n. 2. facit infr. n. 46.*

An autem, & quomodo bona fideicommisso subjecta, vel alienari prohibita ex dispositione testatoris, comprehendantur in hypotheca generali, quid de bonis emphyteuticis, & similibus, latè Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. quæst. 6. 7. & 8. per tot.* vide in §. *Emphyteusis num.* §. *Feudum nu.* vide De Luc. *loc. cit.* Rot. coram Capiar. *dec. 175. n. 17.*

Quæ veniant in hypotheca generali, vel non expressa, vel tacita, latè explicat per plures quæstiones videndus idem Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. per tot.* & dixi in §§. particularibus de unaquaque ferè materia.

An veniant merces venales *infra n. 44.*

42 Hypotheca generalis, licèt plura complectatur juxta prædicta; tamen multa etiam non comprehendit, & generaliter non continet ea, quæ verisimiliter debitor non fuisset specialiter obligaturus, cùm in contractibus magis mens contrahentium, quàm cortex verborum sit attendenda, *l. obligatione generali 6. ff. de pign. l. fin. C. quæres pign. oblig. poss. cum similibus*, Neguf. *de pign. part. 2. memb. 2. n. 34.* Afflict. *dec. 184. in fine*, Paul. Christin. *dec. 152. nu. 9. &c. vol. 4. & decis. 158. vol. 4.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. n. 140.* Mant.c. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. n. 3.* Gratian. *discept. for. cap. 685. n. 7.* Pacif. de Salvian. *Inspect. 3. c. 2. nu. 8. &c.* cum aliis pluribus per Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. q. 54.* ubi ampliat ad hypothecam tacitam, & quamcumq; aliam dispositionem, ac etiam si esset adjecta universalis dictio, *omnia*, vel *cuncta*; limitat tamen quando esset apposita clausula, etiam si essent talia, quæ specialem mentionem requirerent, vel fuissent aliter specificata, vel si debitor non haberet nisi illam rem, vel si obligatio esset collata post mortem debitoris, vel si agatur pro assecuratione dotis constante matrimonio, vel si adsit clausula Cameralis, & in omnem casum capi posse pro executione sententiæ, quando nuncius aliud non reperit, in quo possit exequi, vide in §. *Birrnarii n. 6.* latè Gait. *de credit. c. 4. quæst. 5. & 7. per tot.* De quibus & seqq. latè Altimar. *d. qu. 5. à n. 156.*

Nominatim autem non complectitur infrascripta, ita ut si fuerint alienata transeant libera, & non possit acquirens, vel possessor pro illis molestari, imò nec ipse debitor in eis gravari, nisi in subsidium, & in aliquibus casibus, ut dixi in §. *Executio nu. 2. & seqq.*

Primò ea, quæ pertinent ad singularem obligantis affectionem, Mantic. *de tacit. & ambig. d. tit. 4. num. 15. lib. 11.* Merlin. *d. q. 54. num 13.* Altimar. *loc. cit. num. 157.*

Secundò quæ necessaria sunt debitori pro usu quotidiano, & sine quibus non posset honestè, & commodè vivere, vel quæ usu consumuntur, *l. debitor, ff. de pign.* cum aliis per Merlin. *de pign. lib. 2. tit. pr. q. 55. per tot.* Altimar. *supra n. 158.*

Tertiò vestes maximè quotidianas, Monac. *tract. de exec. in vest. c. pr. nu. 25. &c.* cum aliis per Merlin. *loc. cit. q. 56. per tot.* Paul. Christin. *decis. 158. n. 4. vol. 4.* Altimar. *supra n. 159.*

Quarto suppellectilia, ut puta pannos, lectos, vel alia necessaria, & utensilia domus, sive domestica, instrumenta, sine quibus homo vivere non potest, *l. obligatione generali ubi glos. & DD. ff. de pign.* Merlin. *quæst. 57. per tot.* Altimar. *dict. n. 159.*

Quintò libros Doctoris, vel Scholaris, nec arma, vel equos militis, nec instrumenta agriculturæ, nec stipendia militum, nec dotes, sive bona dotalia, nec generaliter res ad certum usum destinatas, ut benè omnia explicat Merlin. *d. lib. 2. q. 59. 60. 61. 62. 63. & 64. per tot.* Paul. Christin. *decis. 158. per tot. vol. 4.* Altimar. *loc. cit. n. 160.*

De mercibus venalibus *infr. num. 44.* Altimar. *loc. supra citat. n. 161. & 162.*

Competit tamen pro usuris, & accessoriis ad sortem, idem Gratian. *cap. 64. n. 2. &c. & cap. 924. n. 47.* latè Merlin. *d. tract. lib. 3. tit. 3. quæst. 95. per tot.* ubi plures casus distinguit.

Hypotheca conventionalis pro sorte principali non porrigitur ad pœnam, quicquid sit in judiciis bonæ fidei Gratian. *disceptat. forens. cap. 304. nu. 13. &c.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 4. quæst. 113.* vide in §. *Fidejussor num.* 43

Hypotheca generalis comprehendit etiam merces venales non tantùm præsentes, sed etiam futuras, quando non est ad certum locum restricta, cùm merces contineant corpus quoddam universale, in quo una res subrogatur loco alterius, intelligendo tamen de acquisitis ab ipso obligante, & non ab ejus hæredibus, nisi fuerint acquisitæ explicando negotia cœpta per defunctum, & de repertis penes debitorem tempore ortæ actionis, & moti judicii, non autem de alienatis, Neguf. *de pign. part. 2. memb. 2. n. 14. &c.* Foller. ad Marant. *de ord. jud. part. 4. distinct. 9. nu. 109. etc.* Scapuc. de Salvian. *lib. 2. quæst. 13.* Gratian. *discept. forens. cap. 897. num. 16. etc. et cap. 964. nu. 9.* ubi quod in illis admittitur etiam uxor ad concursum, & latè videndus Merlin. *de pign. lib. 2. tit. pr. quæst. 45. et 46. per tot.* Rec. *Collect. 1251.* Cavaler. *decis. 219. per tot.* ubi quòd si omnes simul vendantur ad finiendum negotium transeunt cum sua hypotheca, & tanquàm corpus universale recuperari possunt per creditores, & facit idem Cavaler. *decis. 277. num. pr.* ubi quòd negotium dicitur idem, licèt particularia corpora negotiationis deficiant, cùm inter subrogatio, sicut in grege, qui semper est idem, licèt augeatur, vel minuatur, & latè omnia prædicta comprobat Pacif. de Salvian. *Inspect. 3. cap. 2. n. 180. et seqq.* facit Rot. *part. 13. recent. dec. 284.* ubi de reservatione dominii, & hypothecæ super mercibus venditis, 44

ditia, et contineat non tantùm tunc temporis existentes, sed etiam postea subrogatas, & præferatur venditor in eis omnibus aliis creditoribus, ut dixi in §. *Venditio num.* 4. Bich. *decis.* 627. *per tot.* Pacion. *de locat. cap.* 40. *num.* 118. *et seqq.* ubi an, & quando merces cadant sub hypotheca tacita ad favorem locatoris, juxta tradita supra *num.* 27. *et* 29. & latè Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 726. *per tot.* Gregor. Gaaaver. *decis.* 5. *per tot.* ubi de hypotheca corporis universi, ac de vera ratione comprahensionis mercium, & extinctionis hypothecæ super singulis licitè alienatis, Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst.* 5. *num.* 161. *et seqq. tom.* 3.

45 Hypotheca omnium bonorum solita poni in instrumento, si fuerit omissa debet haberi pro apposita, cum sit de solitis poni in instrumento Boer. *decis.* 182. *num.* 53. Negus. *de pign. part.* 3. *membr. pr. num.* 24. *etc.* Surd. *decis.* 213. *nu.* 4. *etc.* sequitur pluribus aliis additis Urceol. *consult. forens. cap.* 31. *nu.* 25. *et seqq.* ubi quid in chirographo, & quomodo possit induci ex verbis, & clausulis generalibus, Altimar. *loc. cit. n.* 39. *et seqq.* Pacion. *de Locat. cap.* 61. *n.* 118.

An possit tamquam solita suppleri per Notarium, Molin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 3. *q.* 103. *per tot.* Altimar. *loc. cit.*

46 Hypotheca maximè specialis impedit dominii translationem, Boer. *decis.* 282. *num.* 53. Negus. *de pign. part.* 2. *membr. pr. num.* 5. Magon. *decis. Luc.* 21. *n.* 5. *etc.* ubi Addit. Gratian. *discept. forens. cap.* 911. *num.* 27. *etc.* vide in §. *Pactum n.* et §. *Prohibitio n.* supra *n.* 41. Vide Cabrun. *lucubr.* 43. *n.* 7. *et* 10. Hodier. ad Surd. *decis.* 225. Pacion. *de Locat. cap.* 61. *a n.* 101. Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 10. *n.* 76.

Non impedit tamen venditionem, & alienationem, cum venditor non teneatur transferre dominium, sed solùm ad traditionem rei venditæ undè res aliena vendi potest, licèt non in præjudicium domini, sed ut vendens obligetur de evictione, *l. exempto, ff. de act. empt. & l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* Afflict. *decis.* 40. *n.* 3.

70 Hypotheca aposita in contractu, cujus substantia extincta remanet non attenditur Gratian. *discept. for.* 691. *n.* 29. Surd. *cons.* 243. *n.* 10. *lib.* 2. Cabrun. *Lucubr.* 19. *n.* 10.

71 Hypothecare nemo potest rem, cujus non habet Dominium. Joseph. de Rosa *consult.* 25. *sub nu.* 14. Cabrun. *Lucub.* 19. *n.* 11.

72 Hypotheca competit etiam super bonis ea post possessis. Rot. post Zacch. *de Oblig. Camer. dec.* 12. *n.* 6. *& in rec. dec.* 675. *n.* 3. *& seqq. p.* 4. *tom.* 3. Ansald. *dec.* 50. *n.* 19. *tom.* 1.

73 Hypotheca super emphyteusi non tollitur per reversionem ad Dominum, quando ea secuta fuit ex collusione. Vincent. de Franch. *dec.* 226. *num.* 3. *ad med.* Rot. *dec.* 294. *n.* 11. *p.* 1. *rec. & dec.* 523. *n.* 2. *&* 3. *& n.* 6. *p.* 18. Ansald. *d. dec.* 50. *n.* 15. *tom.* 1.

74 Hypotheca, licèt non cadat super decimis ad favorem Laici, potest tamen ad ejus favorem cedere commoditas eas percipiendi, prout in Pensionibus Ecclesiasticis. Motet. *de decim. cap.* 5. *quæst.* 3. *n.* 61. *& seq.* Card. De Luc. *cod. tract. disc.* 6. *sub n.* 16. Ansald. *dec.* 75. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 1.

75 Hypotheca competens super re, non est exercibilis super pretio retracto ea venditione ipsius rei. Ansald. *dec.* 96. *n.* 61. *tom.* 2.

76 Hypotheca distat à dominio. Rubeus *de Confus. cap.* 10. *n.* 74.

77 Hypotheca non contrahitur tacitè, seu solo consensu, sed verbis. Torr. *de primogen. p.* 2. *quæst.* 44. *n.* 61. Rubeus *d. Confus. cap.* 22. *n.* 7.

78 Hypotheca adhæret rei quocumque pervenerit. Rub. *de Conf. cap.* 10. *n.* 38.

79 Hypotheca in bonis noviter quæsitis debitori incipit eodem instanti pro quolibet creditore, sed trahitur fictè ad initium obligationis. Pacif. *de Salvian. interd. inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 452. *ad num.* 461. Rubeus *de conf. d. cap.* 10. *n.* 43.

80 Hypotheca an trahatur ad tempus acquisitionis, vel contractus. Rub. *de Conf. d. c.* 10. *n.* 45.

81 Hypotheca bonorum futurorum an prælationem causet. Bart. *in l. licet C. qui pot. in pign. hab.* Rub. *de conf. ibid. n.* 44

Hypotheca non afficit bona futura. Rub. *de Conf. ibid. n.* 49.

Hypotheca conditionalis, & bonorum futurorum eadem. Rubeus *de Confus. d. cap.* 10. *n.* 50.

Hypotheca nulla, non extenditur ad bona noviter quæsita, sed in eis incipit validari. Rubeus *de Confus. d. cap.* 10. *n.* 60.

82 Hypotheca Creditorum hæredis afficit bona defuncti à die aditionis, sed non retrotrahitur in damnum creditorum defuncti. Rub. *de Conf. cap.* 10. *n.* 67.

83 Hypotheca an impediat confusionem jurium Rub. *de Confus. d. cap.* 10. *n.* 74. *& seqq.*

84 Hypotheca Creditorum defuncti, an afficiat bona hæredis. Gratian. *discept. for. c.* 225. *nu.* 74. *&* 75. Jo. Ant. Abecclef. *observ.* 157. *nu.* 11. *p.* 1. Rub. *de Conf. cap.* 22. *n.* 1. Vide Mantill. ad De Luc. *decis.* 57. *a n.* 11. *lib.* 11. *vol.* 2.

Quid si defunctus expressè obligavit bona hæredis, vel adsit obligatio Cameralis. Pacif. *de Salv. interd. insp.* 3. *cap.* 2. *n.* 285. *&* 289. *& n.* 304. Rub. *de Conf. d. cap.* 22. *n.* 3.

Hypotheca an sufficiat pro Salviano contra bona hæredis Franc. *dec.* 53. *n.* 6. Merlin. *de pign. l.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 15. *n.* 19. Rub. *de Conf. ibid. n.* 3.

Quid si tacita sit hypotheca Rub. *de Conf. ibid. n.* 9.

Hypotheca ad hæredis bona post aditionem quæsita extendi an possit Rub. *de Conf. d. c.* 22, *nu.* 11.

Et an ad bona acquisita ex fructibus hæreditatis saltem ratione dotis. Rub. *de Confus. d. cap.* 22. *n.* 11. *&* 17.

Hypotheca an afficiat bona hæreditatis secundæ eidem hæredi delatæ, vel hujus creditorum hypotheca afficiat bona primæ. Rub. *de Confus. d. c.* 22. *nu.* 16.

Hypotheca creditorum defuncti qua probatione fieri possit contra bona hæredis. Pacif. *de Salv. interd. insp.* 3. *cap.* 2. *num.* 285. 289. *&* 304. Rub. *de Conf. ibid. n.* 17

Hypotheca creditorum hæredis, & defuncti quando simul concurrat, vel altera præferatur. Rub. *de Conf. cap.* 10. *n.* 47. *& n.* 68.

Hypotheca favore creditoris forensis statuto prohiberi potest Merlin. *de pignor. l.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 8. *n.* 80. Rub. *de confus. cap.* 14. *n.* 39. 85

Hypotheca tam pro sorte, quam pro fructibus, non incipit à die impositionis novi Census, sed à die antiqui Census, in cujus locum quis fuit ingressus per cessionem reportatam translativè, & non extinctivè. Rot. cor. Priol. *dec.* 350. *per tot.* Caprar. *dec.* 48. *n.* 1. *p.* 1. 86

Hypotheca tacita legalis præfertur cuicunque creditori posteriori, etiam ex causa dotis, habenti hypothecam expressam. Rot. *dec.* 65. *nu.* 10. *&* 11. *p.* 50. *rec.* Caprar. *dec.* 117. *n.* 8. *p.* 1. 87

Hypotheca dotalis expressa, licèt posterior, præfertur hypothecæ tacitæ Fideicommissario competenti pro reintegratione fideicommissi. Caprar. *dec.* 486. *n.* 13. *p.* 2. 88

Ad inducendam hypothecam non admittitur interpretatio extensiva. Rot. *dec.* 34. *n.* 20. cor. Cerr. Caprar. *dec.* 327. *n.* 9. *p.* 1. 89

Hypotheca tacita in uno casu à jure non expressa, induci non potest, stante diversitate rationis ab altero Merlin. *de Pignor. lib.* 4. *quæst.* 147. *n.* 2. Rot. *dec.* 499. *n.* 19. *p.* 9. *rec.* Caprar. *dec.* 643. *n.* 9. *p.* 2. *& dec.* 658. *n.* 17. *p.* 2. 90.

Hypotheca non oritur ex sententia. Thomat. *dec.* 99. *n.* 10. Rot. Bononiens. *dec.* 72. *n.* 12. Caprar. *d. dec.* 643. *n.* 12. *p.* 2. 91

Hypotheca competit pro fructibus legati, seu fideicommissi post moram contractam in restituendo. Rocc. *resp.* 72. *sub nu.* 12. *vers. interesse quoque lib.* 1. Hodiern. ad Surd. *dec.* 271. *sub n.* 4. Caprar. *dec.* 658. *n.* 7. *p.* 2. 92

Declara conclusionem procedere contra hæredem legantis, seu Fideicommittentis, secus tamen contra tertium possessorem rei legatæ, seu Fideicommissariæ. Caprar. *d. dec.* 658. *n.* 8. *p.* 2.

Hypotheca non competit pro restitutione fructuum, pendente lite perceptorum Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 45. *n.* 49. *vers. & in proposito.* Caprar. *dec.* 643. *n.* 2. *& per tot. p.* 2. *& dec.* 658. *n.* 3. *&* 9. *ac per tot. p.* 2. 93

Hypotheca creditorum, super bonis Fideicommissariis contracta, statim resolvitur defunctis debitoribus. Fusar. *de substit. quæst.* 706. *n.* 1. Rot. cor. Bich. *dec.* 310. *n.* 17. Caprar. *dec.* 438. *n.* 3. *p.* 2. 94

Hypothecæ quoties fuerunt translatæ super Investimento pretii domus, super isto, non autem super domo remanet actio creditori. Rot. *dec.* 511. *n.* 31. cor. Gregor. *& dec.* 329. *n.* 4. *p.* 2. *tom.* 2. *rec.* Caprar. *decis.* 719. *n.* 2. *p.* 2. 95

Hypothecæ non dicuntur translatæ in pretium, si in Breve dicitur, quod illud investiri debet in aliis bonis stabilibus, vel locis Montium, quæ stare debeant pro evictione. Caprar. *d. dec.* 719. *n.* 4. *p.* 2.

Et ut dicantur translatæ in pretium requiritur, quod in Breve expressè dicatur. Rot. *dec.* 902. *sub n.* 15. *vers. sed in casu nostro, & dec.* 1021. *num.* 47. cor. Coccin. Caprar. *ibid. n.* 5. *p.* 2.

Hypothecarum translatio super pretio inita inter venditorem, & emptorem, non præjudicat creditoribus, nec aufert eis facultatem petendi immissionem in Salviano ad rem directè hypothecatum. Gratian. *discept.* 493. *n.* 10. Caprar. *ibid. n.* 6.

Hypothecæ sunt quid minus, quam sint fideicommissa. Rot. cor. Mantic. *dec.* 63. *per tot.* Caprar. *dec.* 575. *n.* 6. *p.* 1. 96

Hypotheca accessoria est contractui, & non immutat ejus naturam Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 22. *n.* 50. *&* 51. Rot. *dec.* 419. *nu.* 5. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* Emeria jun. *dec.* 190. *n.* 10. *& dec.* 250. *n.* 7. 97

Hy-

Hypotheca naturam contractus non immutat Bald. *in l. ex Testamento in fin. C. de Fideicommissis*. Emerix Jun. *dec.* 109. *n.* 10. *& d. dec.* 250. *n.* 7. & induit naturam, & qualitates principalis obligationis. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 6. *dec.* 41. *n.* 9. *vol.* 1.

98 Hypotheca contracta super bonis alienari prohibitis resolvitur per obitum hypothecantis. Menoch. *cons.* 836. *n.* 7. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 16. *&* 17. Rot. *dec.* 385. *nn.* 9. cor. Royas Emerix Jun. *dec.* 1164. *n.* 6.

99 Hypotheca Creditoris posterioris resolvitur per evictionem fundi à Creditoribus anterioribus. Neguſ. *de Pign. p.* 5. *memb.* 1. *n.* 43. Rot. *dec.* 22. *nn.* 5. *p.* 12. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 184. *nn.* 1.

100 Hypotheca contra bona Accollatarii incipit solum à die secutæ accollationis. Emerix Jun. *dec.* 1299. *num.* 7.

Nec retrotrahitur ad diem contracti debiti in præjudicium hypothecæ anterioris. Salgad. *in Labyr. Cred. part.* 2. *cap.* 30. *n.* 28. *&* 29. Rot. cor. Merlin. *dec.* 543. *n.* 13. Emerix Jun. *d. dec.* 1299. *nn.* 8.

101 Hypotheca exercibilis est contra quemcumque fundum Creditori obligatum intra summam debitam. Merlin. *de pignor lib.* 4. *quæst.* 95. *nu.* 34. Rot. post ipsum *dec.* 11. *n.* 7. Emerix Jun. *dec.* 899. *n.* 2.

102 Hypotheca statuto induci potest. Soccin. Sen. *cons.* 240. *n.* 1. *& per tot. lib* 2. Emerix. Jun. *dec.* 524 *n.* 4.

103 Censuarius habet specialem hypothecam super fundo censito. Rot. *dec.* 321. *n.* 5. *p.* 5. *recen.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 3. *lib.* 1. *n.* 10. *vol.* 1.

104 Hypotheca specialis tribuit jus in re. Surd. *consil.* 162. *n.* 9. *& seqq.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 3. *lib.* 1. *n.* 11. *vol.* 1.

Hypotheca generalis vero transfert solum jus ad rem. Text. *in §. item Serviana instit. tit. de action. & in l. si rem §. propriè ff. de pignorat. act.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 3. *lib.* 1. *n.* 12. *vol.* 1.

105 Ex specialis hypothecæ prohibitione non potest inferri ad generalem Altograd. *cons.* 3. *n.* 17. *& plurib. seqq. lib.* 1. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 3. *lib.* 1. *n.* 13. *vol.* 2.

106 Sub hypotheca contracta per hæredem cadunt etiam bona defuncti, licèt post contractum debitum quæsita. Cyriac. *controv.* 55. *ex n.* 1. *& controv.* 490. *n.* 1. Rot. cor. Seraph. *dec.* 1290. *nn.* 2. & cor. Ces. *dec.* 241. *n.* 9. *&* 10. *& dec.* 514. *n.* 9. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 26. *lib.* 6. *n.* 4. *& dec.* 27. *n.* 1. *lib. eo.* *vol.* 1.

107 Conventionalis hypotheca contrahitur tam pro pura obligatione, quam pro conditionali. Negusant. *de pign. memb.* 1. *p.* 3. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 50. *n.* 18. *lib.* 6. *vol.* 1.

Sed cum hoc discrimine, quod in obligatione pura hypotheca statim fit exercibilis, in conditionali verò pro exercitio expectat conditionis eventum Rot. *dec.* 269 *n.* 4. *part.* 6. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *dict. dec.* 50. *n.* 19. *lib.* 6. *vol.* 1.

108 Bona aliena nequeunt hypothecari. Text. *in l. qui filios* 6. *C. quæ res pignor. oblig. pos. l. siquidem* 13. *C. de donat. inter vir, & uxor. & l.* 2 *ff. de pignor. action.* Mantiss. ad DeLuc. *dec.* 39. *lib.* 7. *n.* 1. *vol. pr.*

109 Sub generali hypotheca non veniunt ea, quæ sunt necessaria obligato, & ad quæ habet specialem affectionem, nec esset verisimiliter obligaturus Mantissa ad De Luc. *dec.* 17. *lib.* 11. *n.* 9. *vol.* 2.

Limita si obligatio sit dilata post mortem, postquam nec necessitas, nec affectio considerari potest. Corn. *cons.* 60. *nu.* 15. *&* 16. *lib.* 1. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 54. *n.* 20. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 17. *lib.* 11. *n.* 10. *vol.* 2.

110 Facultas hypothecandi comoditatem nunquam comprehenditur sub quacunque effrænatissima prohibitione alienationis. Bart. *in l. Codicillis* 91. *§. Instituto n.* 4. *ff. de leg.* 2. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 10. *n.* 12. 13. 14. *&* 23. *lib.* 8. *vol.* 3.

Itaque commoditas percipiendi fructus sub hypotheca poni potest juxta libitum, & conventionem actu possessoris. Gratian. *discept.* 43. *n.* 15. Merlin. *de pign. q.* 8. *n.* 81. *&* 82. *lib.* 2. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 10. *n.* 15. *lib.* 8. *vol.* 3.

Et hypotheca transit cum Emphyteusi in quemcumque possessorem. Rot. *dec.* 619. *n.* 2. *in fin. p.* 2. *rec.* & cor. Bich. *dec.* 330. *n.* 12. & cor. Card. Cels. *dec.* 212. *n.* 2. *&* 3. Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 10. *n.* 16. 18. 22. *&* 24. *lib.* 8. *vol.* 3.

Consolidatio Emphyteusis favore domini, si sequatur ex actu voluntario in eam transit hypotheca contracta ab Emphyteuta. Franch. *dec.* 226. *num.* 3. *ad med.* Rot. *dec.* 294. *n.* 11. *p.* 1. *& dec.* 123. *n.* 2. 3. *&* 6. *p.* 18. *rec.* Mantiss ad de Luc. *ibid. n.* 19.

Bona ex post acquisita, quando remaneant affecta hypothecæ antecedenter contractæ Cyriac. *controv.* 55. *n.* 11. *& seq.* Rot. post Zacch. *de oblig. Camer. dec.* 12. *n.* 6. *& dec.* 675. *n.* 3. *& seqq. p.* 4. *tom.* 3. *rec.* Mantiss. *d. dec.* 10. *n.* 25. *lib.* 8. *vol.* 3. 111

Hypotheca pro damnis, & interesse ob evictionem retrotrahitur usque ad diem factæ venditionis in præjudicium tertii medio tempore ementis. Mangil. *de evict. q.* 36. *sub n.* 9. *cum seqq. & q.* 37. *n.* 20. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 45. *lib.* 8. *n.* 6. *vol.* 3.

Dumodo tamèn damna, & interesse in stipulatione deducta fuerint. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 46. *§. Sed hoc sanè* Rot *dec.* 261. *n.* 8. *cum seqq. p.* 19. *rec.* Mantiss. ad De Luc. *d. dec.* 45. *n.* 7. *lib.* 8 *vol.* 3.

Amplia, licèt agatur de damnis, & interesse extrinsecis. Cæval. *commun. controv. tom.* 1. *quæst.* 151. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 45. *lib.* 8. *n.* 8. *vol.* 3.

§. HISTORIA. VI.

Historiæ in factis antiquis plenè probant, sicut, & Cronicæ, ac faciunt notorium in judiciis, maximè quando loquuntur per verba dispositiva, & non simpliciter enunciativa, Gratian. *discept. forens. cap* 893. *num.* 6. *& num.* 30. *&c.* ubi de legendis Sanctorum, & Inscriptionibus marmoreis, quæ probant in antiquis, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 270. *fol.* 284. Malcard. *de probat. concl.* 287. Merlin. *decis.* 807. *num.* 4. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 58. *num.* 2. Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de probat. resol.* 6. *per tot.* Garzia *de nobilit. glos.* 18. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *qu.* 3. *num.* 22. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 250. *num.* 3. Card. de Luca *de regal. disc.* 51. *num* 7. *de Judic. disc.* 33. *n.* 8. *& de Jurisdiction. disc.* 20. *n.* 7. Mantiss. ad eumdem De Luc. *libr.* 3. *dec.* 5. *n.* 1. *n.* 22. *vol. prim.* Rot. *in recentior. decis.* 631. *n.* 24. *part.* 59. *tom.* 2. 1

De Cronicis, & libris Cronicorum, quod plenã probationem faciant quoad erectionem officii, beneficii, & quod aliquis sit ex tali agnatione, vel familia, & similia, Menoch. *cons.* 816. *num.* 48. *&* 49. Genu. *de script. privat. lib.* 5. *tit. de lib. Cronic. per tot. fol.* 273. *& eod. lib.* 5. *tit. de lib. Annal. per tot. fol.* 285. Mascard. *de probat. conclus.* 287. Card. Tusch. *litt. H. concl.* 139. *& litt. L. concl.* 346. *num.* 16. Cabal. *cons. decis.* 95. *nu.* 16. *lib.* 2.

Quòd historiæ probent maximè si plures concordent. *not. in l. pr. ff. de off. Præfect. & l. pr. ff. de off. Quæst. DD. in c. cum causa de probat.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 106. *num.* 9. *& decis.* 229. *num.* 5. Cabal. *cons. decis.* 95. *num.* 16. *lib.* 2. ubi quod libri historiales possunt allegari, & illis credendum est, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 130. *num.* 11. *et* 12. ubi quòd probant nobilitatem, *& decis.* 172. *n.* 23. ubi in terminis jurispatronatus, Francisc. de Angelis *in sua Apolog. seu Propert. manutent. post tract. de confess. n.* 5. *& seqq. per tot. fol.* 5. ubi plura de fide præstanda Historicis, & priscis, auctoribus, maximè in antiquis, & memoriam hominum excedentibus, etiam si repetiantur aliqui moderni contradicentes, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 503. *num.* 6. ubi qualiter historiæ deserviant ad probationem jurispatronatus, *& dec.* 679. *num.* 9. *&c.* Card. de Luca *de judic. disc.* 33. *num.* 8.

De Auctoritate historiarum, quam sint utiles, an peccent historici, qui defunctorum delicta patefaciunt, & alia tradunt DD. citati per Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Historia*, & Com. August. Fontan. *cod. verb. Biblioth. leg. part.* 4 *fol.* 675. Plura alia de historiis, & historicis vide apud Card. De Luc. *in Indice verb. historia* Fagnan. *sup. Decretal.* Brunnemann. *sup. ff. & Cod. & alibi* Ansald. Pitoo. Emerix & alii moderni.

Historiæ faciunt adminiculum in probatione juris pa- 2

patronatus, ubi sint antiquæ, secus si sint modernæ. Barbos. *all.* 72. *num.* 33. Gratian. *discep.* 893. Rot. *decis.* 353. *nu.* 23. *seqq. part.* 3. *recen. dec.* 529. *part.* 4. *recen. tom.* 3. *num.* 36. De Luc. *de jurep. disc.* 57. *num.* 73. *de jurisdictione disc.* 20. *num.* 7. *lib.* 3.

3 De historia legali vide De Luc. *de Servitut. disc. pr. & in ann.* & latiùs *in verbo leges Civiles*.

4 De historia Imperii Romani. De Luc. *de præemin. disc.* 46. *nu.* 2., *de Alien. disc.* 3. *in fin.*

5 Historiæ antiquæ probant matricitatem Ecclesiæ. Mantissa ad De Luc. *decis.* 31. *lib.* 12. *n. pr. vol. pr.*

6 Historicis, & Geograficis est defferendum. Bertachio. *vol.* 141. *num.* 11.

7 Historicis ignotis non creditur. Abb. *in cap. cum causam num. pr. ad med. de prob.* Rot. *decis.* 549. *tom.* 2. *num.* 7. *part.* 19. *recen. & dec.* 191. *n.* 3. *part.* 3. *rec.*

8 Historici ut fidem mereantur, debent apparere per longissimum tempus approbati. Ottobon. *decis.* 253. *num.* 21.

9 Historicorum assertio destruitur ex publicis scripturis, contrarium probantibus. Ottobon. *decis.* 253. *num.* 20.

10 Historia manu scripta non probat. Royas *decis.* 336. *n.* 7. Alaxandr. VIII. *decis.* 234. *num.* 6. Mantissa ad De Luc. *decis.* 30. *num.* 19. *lib.* 13. *de jurepatronatus &c. vol.* 4. Ansald. *decis.* 100. *nu.* 40.

11 Historicis fide dignis, & approbatis plurimùm deffertur. Ansald. *decis.* 78. *num.* 8. *decis.* 100. *num.* 84.

12 Cardinal. Baron. est auctor universalitèr approbatus. Ansald. *decis.* 100. *num.* 93. *et vide num.* 94.

13 Historici immunes esse debent à qualibet suspicione affectionis, aut propensionis erga eum, cujus gesta describunt aliàs eis nullo modo deffertur. Card. De Luc. *de præemin. disc.* 3. *num.* 10., *de jurep. disc.* 57. *nu.* 13. Ansald. *decis.* 100. *num.* 86.

14 Historici non attenduntur quotiès persunctoriè tantùm, & incidenter loquuntur de materia, aut re controversa. Ansald. *decis.* 100. *num.* 87.

Secùs autem quando de ea formitèr, & ex professo discurrunt. *dic. decis.* 100. *num.* 88.

15 Historici quando invicem contrariantur circa materiam, de qua disserunt, nemini deffertur. Bartol. Gatt. *cons.* 22. *nu.* 43. *vers. immò cum Rubeus* Ansald. *decis.* 100. *n.* 89. Quod intellige, ut per Ansald. *loc. cit. n.* 90.

16 Historici recentes, & quorum fides adhuc approbata, non reperitur nullam faciunt Auctoritatem. Ansal. *ibid. n.* 39.

Et de ratione. Ansald. *ibid. num.* 85. 86.

17 Ughellius ejusq; auctoritas pluries fuit in Sacræ Rotæ auditorio approbata ut in *decis.* 196. *n.* 3. *dec.* 404. *n.* 5. *par.* 19. *recen.* Ansal. *decis.* 100. *num.* 91. Et quid de eo senserit. Card. De Luc. *ibidem num.* 92.

18 Fides quando sit adhibenda historicis. Conciol. *all.* 81. *num.* 13. *& seqq.* Thomat. *decis.* 36. *nu.* 9. 10. Card. De Luc. *de jurisdic. disc.* 20. *num.* 7. *de præem. disc.* 3. *num.* 10. Rot. *decis.* 191. *num.* 3. *part.* 3. *recen.* Balduc. *de legat. fideic. &c. tit.* 3. *decis.* 10. *num.* 26. 31. 32. Rot. post Piton. *de Jurep. all.* 9. *n.* 116. *tom.* 1.

19 Historicis attestationibus de re ad eorum historiam pertinente plurimùm est deferendum. Emerix. sen. *decis.* 29. *n.* 4. *decis.* 77. *num.* 2.

Historiographus testans de re ad se pertinente plenam meretur fidem. Emerix Junior. *decis.* 24. *nu.* 3.

20 Historicorum auctoritas valida est in jure. Bart. Jas. & comm. scrib. *in l. pr. ff. si cert. pet.* & latiùs Menoch. *cons. pr. per tot.* Bartol. Gattus *cons.* 28. *n.* 105.

21 Historia suppressionis parvorum conventuum refertur. Fagnan. *in cap. Relatum num.* 41. *et num. seqq. usque in fin. ne Cleric. vel Monach.*

22 Historicis non est deferendum circa pertinentiam jurispatronatus, maximè si non sunt antiqui. Card. De Luc. *de præem. disc.* 40. *num.* 9. Piton. *de jurep. all.* 12. *in fin. tom. pr.*

23 Historicis fides adhibetur, etiam super pertinentia decimarum Sacra Rot. *decis.* 48. *num.* 2. *part.* 19. *tom. pr.*

§. HOMICIDIUM VII.

1 HOmicidium est hominis cædes, sive mors ab alio homine perpetrata, ita ut si homo occidatur à bestia, non dicatur homicidium, sed pauperies, *tot. tit. ff. si quadrup. pauper. fec. dic.* taleque scelus primùm processit ex invidia, & inter fratres dum Cain occidit Abel fratrem suum, & Romulus Remum, *l. fin. ubi glos. ff. de rer. divis.* Petr. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. nu. pr. &c.* Farinac. *quæst.* 119. *nu.* 3 *&c.* D. Raymund. *in Summa lib.* 2. *tit. pr. de homicid. fol. mihi* 147. *&c.* Vide Carpzov. *in pract. crimin. part. pr. quæst. pr.*

Pœna homicidii deliberati, vel dolosi ordinaria tam de jure divino, quàm de jure communi Romanorum est ultimi supplicii, hoc est decapitationis in nobilibus, & furcarum in plebeis, & idem in mandantibus, ac omnibus aliis opem, vel consilium efficax præstantibus, nisi ex aliqua rationabili causa ab ea recedatur, ut latè probat Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas. pr. nu.* 14. *& seqq.* aliique supracitati, ac infra citandi *nu.* 7. *&* 8. Anton. Picard. *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. num.* 66. *fol.* 100. Ansald. *cons.* 127. *nu. pr. & cons.* 331. *nu. pr.* Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 27. *per tot.* Fajard. *alleg. fisc.* 2. *nu.* 22. *&* 24. *part. pr.*

Florentiæ, & in ejus statibus pœna dolosi homicidii ordinaria, est indifferenter capitis, & confiscationis bonorum, nisi sit commissum cum archibusatis, quia tunc est furcarum, confiscationis, & infamiæ &c. ut dixi *in Pract. §. Omicidio nu.* 48. *& seqq.* & testatur etiam Ansald. *d. cons.* 127. *num. pr. & cons.* 331. *num. pr.* ubi allegat Statutum Florentinum *lib.* 3. *cap. sive Rub.* 125.

2 Homicidium distinguitur in duas species principales, nam aliud dicitur simplex, aliud deliberatum, sive præmeditatum.

Simplex dicitur illud, quod committitur sine qualitate animi deliberati.

Deliberatum verò, quod committitur cum dicta qualitate animi deliberati ex proposito, & intentione, ut declarant Clar. *in §. Homicidium n.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 36. Farinac. *quæst.* 126. *num.* 6. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid.* Conciol. *resol. crim. verb. Homicidium resol. pr.* & alii infra citandi.

Simplex rursus pluribus modis contingere potest, nempè lege permittente, necessitate, casu, culpa, & dolo.

Deliberatum item pluribus aliis modis, scilicet, ex proposito sine alia qualitate, ex insidiis, proditoriè per assassinium, & per venenum, prout distinguunt DD. communiter, Carer. *in pract. Crim. §. Homicidii species, & §. Circa verò secundum*, Clar. *§. Homicidium num. pr. & seqq.* Card. Tusch. *litt. H. conclus.* 141. *&* 146. *per tot.* Cabal. *d. tract. num.* 4. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 119. *Inspect. pr.* ubi diversimodè homicidii species distinguit, quamvis in effectu ferè conveniant, Paul. Christin. *decis.* 197. *per tot. vol.* 4. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas. vel qu.* 1. *&* 2. ubi perstrictè, & doctè totam homicidii materiam complectitur, Conciol. *resol. crim. verb. homicidium resol. pr. &c.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *in Rub. & per tot.* ubi latè quas species, & alias annumerat Carpzov. *in prax. crim. part. pr. qu. pr. n.* 13.

Quòd homicidium in dubio præsumatur potiùs casuale, & in rixa, quàm præmeditatum, nisi contrarium per Fiscum probetur idem Conciol. *d. verb. Homicidium resolut.* 11. *per tot.* Cabal. *d. tract. num.* 137. Farinac. *d. qu.* 126. *n.* 104. Matthæu. Sana. *de re crim. contr.* 29 *num.* 4. ubi tamen postea *num.* 13. *& seqq. & num.* 69. ostendit contrarium esse verius, etiam in fœmina, prout erat ejus casus, quia quando sumus in his, quæ sunt de genere prohibitorum, dolus ex facto re ipsa resultat, vel saltem colligitur ex conjecturis, ut dixi in *§. Dolus num.* 4. *cum addit.* & probat Ansald. *cons.* 131. *n.* 2. *& seqq.* ubi maximè ex qualitate vulnerum; & hanc partem benè consideratus sequitur etiam Farinac. *d. qu.* 126. *nu.* 103. 106. 113. *& seqq.* vide Basilic. *decis. crim.* 5. *num.* 50.

3 Homicidium simplex lege permittente committi dicitur ab Executore justitiæ, sive Carnifice, qui, cùm agat ex necessitate officii non dicitur homicida, nec pœnam meretur, sed laudem, & præmium propter publicam utilitatem; vel ab occidente furem nocturnum res asportantem, & incognitum, ac pro defensione,

sione, & cum aliis requisitis, de quibus dixi *in §. Furtum nu.* 14. sive furem diurnum telo se defendentem, vel à marito occidente vilem adulterum, sive juvenem suspectum de adulterio, præcedente trina monitione, & idem in patre, quibus tamen casibus plures conditiones requiruntur, & occidens numquam excusatur in foro conscientiæ, imò & in foro fori puniuntur pœna arbitraria mitiori, de quò vide *in §. Maritus num.* 7. *& §. Pater num.* 29. vel ab occidente bannitum, vel aggressorem suum cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel in ludo, sive colluctatione ab usu, & consuetudine Civitatis publicè introducta, & permissa, omni tamen proditione cessante; vel ab occidente eum, qui pudicitiæ suæ insidiabatur; vel à familia Curiæ si occidat eum, quem capere debebat, eo quia sibi fecit resistentiam, & aliter capere non poterat, intelligendo prout dixi in *§. Barrarii n.* de quibus latè Cabal. *d. tract. de omn. gen. homicid. n.* 10. *et seqq. ad* 92. Clar. §. *Homicidium num.* 38. *et seqq.* Farinac. *qu.* 121. *et seqq.* Tusch. *litt. H. concl.* 142. *per tot.* ubi quando excusetur à pœna mortis, & alia *in conclus. seqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas. pr. per tot.*

De homicidio commisso in ludo, vel colluctatione ab usu, & consuetudine introducto, & tollerato, ut nulla pœna temporali puniatur, etiam si consuetudo esset reprobata, nisi interveniat dolus, vel culpa, sive proditio, Menoch. *de arbitr. cas.* 400. Tusch. *litt. L. conclus.* 456. *et* 457. Conciol. *resol. crim. verb. Occisio resol.* 7. *per tot. infr. num.* 5. *in fine* Giurb. *cons.* 51. *nu.* 11. *et seqq.*

Quòd offendiculum ponens ad fenestram, vel ante ostium ad præcipitandum, vel capiendum fures, vel aggressores, homicidio sequuto, non teneatur pœna ordinaria, sed extraordinaria judicis arbitrio, vel nulla, si offendiculum, vel præcipitium fuerit appositum imminente periculo aggressionis, & impetus ad illud evitandum, Farinac. *quæst.* 125. *num.* 210. cum his per Conciol. *resolut. crimin. verb. Homicidium resolut.* 12. *per tot.*

4 Homicidium simplex necessitate dicitur committi, quando quis ad propriam defensionem alium occidit, ita ut si fuerit servatum moderamen inculpatæ tutelæ sit de jure impunibile; si verò in aliquo fuerit excessum, puniatur tantùm pro excessu non pœna ordinaria, sed alia arbitraria mitiori pro qualitate excessus, facti, & personarum; intelligendo semper de excessu ex parte aggressi, & insultati, qui se defendendo dat operam rei licitæ; secùs autem si hujusmodi excessus contingeret ex parte aggressoris, insultantis, vel auctoris rixæ, quia cum in eo non possit considerari aliquod principium licitum, non potest allegare se in progressu rixæ, & tumultus, fuisse constitutum in periculo vitæ, & insultatum, vel aggressum à se occisum fuisse pro sui necessaria defensione, quia cùm non adsit principium licitum, sibi totum debet imputare, & tamquàm auctor rixę in penam homicidii, vel alterius delicti ordinariam condemnari, Clar. *§. Homicidium num.* 19. *et seqq.* Cabal. *dict. tract. n.* 92. *et seqq. ad* 144. Card. Tusch. *litt. H, concl.* 141. *etc.* Gizzarel. & Addeot. *decis.* 18. *per tot.* Farinac. *quæst.* 125. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas. pr. num.* 45. *et seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Provocatio resol. pr. num.* 9. *et verb. Rixa resol.* 2. *per tot.* ubi quòd auctor rixæ numquam potest allegare se fecisse ad defensionem rationibus prædictis, adde Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 192. *per tot.* Palma *cons.* 36. *per tot.* ubi plura ad exculpationem homicidæ pro necessaria defensione, Carol. Marant. *contr. pur.* 5. *respons* 83. *per tot.* De homicidio necessario latè Carpzov. *in prax. crim. part.* 1. *quæst.* 28. *et seqq.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *u n.* 42. *cum seqq.*

Posse tamen dari casum, in quo quandoque etiam auctor rixæ excusetur à pœna ordinaria homicidii, vide in *§. Delinquens num.* 9. & in mea Pract. *§. Omicidio num.* 51. *vers. Circa l'autor della rissa, et in Addit. secundæ impressionis*, ubi plura, facit Diana *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 3. *et part.* 2. *tract.* 13. *resol.* 16. *in fine*, & fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Florentiæ sub die prima Martii 1677. contra Franciscum nuncupatum *Rovina pergole*, ut in filcia negotiorum *sub n.* 2455. & rursus sub die 2. Junii 1678. contra Laurentium Benedicti in filcia Processum 652. *num.* 189. vide infr. *num.* 17. ut quando certo non constat de occisore Carpzov. *in prax. crim. part. pr. quæst.* 25. *n.* 50. *& seqq.*

Et quia materia auctoris rixæ, & homicidæ excusandorum à pœna ordinaria est valdè notabilis, & scitu digna, meaque Praxia non facilè ab omnibus habetur, placet ibi notata, hic repetere sequentis tenoris.

Circa l' autor della rissa se bene e commune opinione, che sia tenuto di pena ordinaria, e non possa allegare d' esser stato constituito in pericolo di vita, & haver fatto a necessaria diffesa, credo nondimeno, che in qualche caso potrebbe entrare l' equità ad arbitrio del Giudice, perchè mentre l' aggresso, ò insultato eccede nella diffesa ponendo l' aggressore in certo pericolo di vita, dal quale non possa in altro modo liberarsi, pare che rispetto a quell' eccesso possa esser lecito anco all' aggressore di diffendersi, massime quando si conieturasse, che nell' Autor della rissa, ò aggressore non fosse animo d' uccidere, come se l' insulto fosse di semplici parole, ò senz' armi, e l' insultato si rivoltasse con armi, mettendo l' Autore in disperato pericolo di vita, quale per liberarsi valendosi dell' armi, che havesse, ò pigliasse in quell' istante, ripercotesse, & uccidesse l' insultato, non parrebbe degno di morte, ne confiscatione, mà d' altra pena ad arbitrio del Giudice, perche non si può temperar l' ira dove non è spazio di deliberazione, come ottimamente prova il Bald. *cons.* 312. *per tot.* e particolarmente torto *nu.* 6. *vers.* 10. *lib.* 4. seguito dal Card. Tusch. *litt: D, conclus.* 129. *num.* 11. E così ad effetto che entri la pena ordinaria dell' omicidio pare si ricerchi non solo, che sia stato autor della rissa, & omicida, ma anco, che a principio vi sia concorso l' animo d' uccidere, che si può raccogliere dalla qualità dell' insulto, armi, modo di percotere, parte offesa, causa, e simili conjeture ad arbitrio di prudente Giudice, *infra n.* 59. *§. Padre num.* 9. vide Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 111. *& seqq.* dove si ricerca, che il principio, e fatto dell' autor della rissa volontariamente tenda re ipsa, a quello che dopo segue per esser tenuto alla pena ordinaria del delitto, Dian. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 15. *resol.* 16. *in fine*. E' una resoluzione del Magistrato degli otto del dì 1. Marzo 1677. contro Francesco detto Rovina pergole approvata da S. A. S. in filza de' Negotii sotto num. 2455. dove fu detto, che se bene l' Inquisito dava opera a cosa illecita con esser andato a rubbar l' uva nel campo dell' ucciso, e poterli considerare Autor della Rissa, nel qual caso regolarmente ha luogo la pena ordinaria, nè secondo l' opinione commune può allegare d' haver operato a sua diffesa; nondimeno considerato, che l' ucciso ha ecceduto il modo di correggere l' Inquisito con darli delle bastonate per pochi grappi d' uva, parendo troppo rigorosa detta opinione, fu proposto di condennarlo in cinque anni di Galera, quello fu motivo del Sig. Auditor Venturini, quale io dissi poter al più procedere quando l' Auditor della rissa fosse dall' aggresso constituito in pericolo di vita, & anco con difficoltà, & il Magistrato inclinando nella più mite approvò il parere del detto Sig. Auditore, si come fece la summa prudenza di S. A. S. con che la Galera sia a beneplacito della medesima A. S. come tutto si vede in detto Negozio.

Potrebbe anco procedere la detta dottrina di scusare l' Autor della rissa dalla pena ordinaria, quando havesse attaccato la rissa solo con uno, ò anco più a favore del quale, ò quali s' intromettessero altri contro detto Autor della rissa, e lo constituissero in pericolo di vita, nel qual caso sarebbe lecito anco all' Autor di rissa diffendersi contro detti intromissori, & uccidendone alcuno, si doverebbe scusare dalla pena ordinaria, perche con questi non fù in colpa, nè da se medesimo si constitui in pericolo, come con l' insultato, non havendo potuto prevedere, e si può legitimamente dire da loro provocato, come fù osservato dal Magistrato degl' Otto sotto dì 2. Giugno 1678. in una causa d' Anghiari contro Lorenzo di Benedetto di Chitignano condennato in tre anni di confine à Portoferrajo pena la Galera per cinque non osservando,

in

in filza proceſſi de Rettori 652. num. 189. à mia relatione fondato nelle dottrine allegate nella mia Somma *§. Homicidium n. 17.*

Et prædicta omnia me citato benè comprobat Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. in rub. nu. 24. & ſeqq.* ubi quòd Auctor rixæ excuſatur à pœna ordinaria, quando non acceſſit ad rixandum cum animo occidendi, videretur enim quodammodo iniquum, quòd incipiens rixam cum verbis, teneretur pœna ordinaria ſi calore iræ calefactus, & magis ſi conſtitutus in periculo vitæ occidit, maximè ſi Adverſarius aliquo modo exceſſit, vel ſi Auctor rixæ poſt inceptam rixam volens evitare malum recedat à loco rixæ, nam tunc ſi adverſarius inſequatur, & ponat illum in diſcrimine vitæ, ſi inſequentem occidat debet excuſari à pœna ordinaria, non tantùm quia recedendo, vel fugiendo fecit quod potuit ne homicidium ſequeretur, ſed etiam quia Adverſarius inſequendo eum fugientem non amplius dicitur ſe defendere, ſed actum ultionis, & vindictæ facere, & ideò is, qui primò inſultaverat licitè ſe defendit, & reſiſtit, cùm non agat, ſed patiatur; benè verum eſt quòd his caſibus pæna deberet eſſe triremium ad tempus, vel ad vitam juxta facti, & perſonarum qualitatem, & allegat Cabal. *de omn. gen. homicid. nu. 113. & 114.* Peguet. *decij. 63.* Guaz. *def. 33. cap. 22. ſub num. 3.* Orinam. *obſerv. ad Campan. reſ. pr. n. 67.* Matthæu. *de Regim. Regn. Valentiæ cap. 8. §. 8. nu. 50. et ſeqq.* Conciol. *verb. Rixa reſol. 2. num. 5.* Farinac. *quæſt. 126. num. 84.* Fortunat. Garz. Matium Salamon. & Bologet. *in l. ut vim ff. de juſt. et jur.* Barboſ. *in Collect. Decret.* in *cap. perfodiens num. 4. de homicid.* Julius Cartar. *decij. crim. 3. num. 26.* & alios declarans etiam quomodo poſſit verificari, quòd Auctor rixæ habuerit animum occidendi ab initio, & directum ad id, quod fuit ſequutum. Sed hæc omnia benè conſiderata, paucis verbis reducuntur ad illa tria requiſita, ut intret pœna ordinaria, nempè quòd quis fuerit Auctor rixæ, homicida, & animum occidendi habuerit ab initio, ut dixi infra *num. 13. verſ. finem, et num. 14. verſ. Sed dicta opinio*, ibi, *ſi verà fuerit etc. §. Delinquens n. 9. verſ. Sed iſta opinio, etc.* Adde Tondut. *quæſt. civil. 171. per tot.* Quis autem verè ſit, & dicatur auctor rixæ, benè explicat videndus Cyriac. *contr. 126. per tot.*

Quòd minans alteri mortem ſi ſit ſolitus minas exequi, poſſit in articulo, vel inſtanti minarum impunè occidi cum minatus non teneatur expectare executionem minarum & æquum ſit ut mortem excipiat qui mortem minatur, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 168. n. 2. vol. 2.*

Quòd homicidium commiſſum ad neceſſariam defenſionem corporis, honoris, rerum, vel etiam conſanguineorum, ſociorum, amicorum, de jure non puniatur, ſi fuerit ſervatum moderamen inculpatæ tutelæ; ita ut ratione dictę defenſionis, & dicto moderamina adhibito ſit permiſſum occidere non tantùm aggreſſores, ſed etiam mediatores, ſi aggreſſus aliter evadere non poſſit, quod verum eſt etiam in foro conſcientiæ, & abſque incurſu irregularitatis, vel aliarum pœnarum, Guaz. *def. 29. cap. 4. num. 13. etc.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 294. num. 441. et ſeqq. DD. in l. ut vim ff. de juſt. et jur.* Card. Tuſch. *litt. H, concl. 242. per tot.* Gizzarel. *d. deciſ. 18. per tot. cum Addit.* Farinac. *d. quæſt. 125. per tot.* Vivi. *comm. opinion. 364.* Franciſc. Ant. Tranched *Conſult. 86. per tot.* Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. contr. 22. per tot.* Anton. de Ballis *d. caſ. pr. num. 95. et ſeqq.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Defenſia reſol. 3. per tot. et reſol. 6.* Clar. *d. §. Homicidium nu. 20. et ſeqq.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtitut. lib. pr. cap. 8. per tot.* Gomez *var. reſol. de delictis cap. 3. n. 15. et ſeqq.* Dian. *part. 2. tract. 5. reſolut. 15. & 16. part. 3. tract. 5. reſolut. 90.* ubi an liceat viro honorato occidere invaſorem, qui fuſtem, vel alapam nititur impingere, ſi aliter ignominiam vitare non poſſit, & latiùs *part. 5. tract. 4. reſ. 1. cum pluribus ſeqq.* ubi etiam an, & quando liceat prævenire aggreſſorem, etiam ante actualem aggreſſionem, ſi aliter quis evadere non poſſit, & alia plura notabilia in foro conſcientiæ juxta poſitam concluſionem, & ibidem *reſol. 34.* ubi qualiter aggreſſus poſſit ſe tueri etiam cum periculo mortis alicujus innocentis, veluti mediatoris, vel alterius adſtantis, ſi aliter non poſſit evadere: Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. ſect. 10. à n. 42. cum ſeqq.*

Qualiter ſit licitum prævenire, vel occidere eum, qui parat, ut per ſe ipſum occidat, vel per Sicarium, & alias ad hoc propoſitum, Dian. *part. 8. tract. 7. reſolut. 43. verſ. Notandum &c. reſolut. 45. & ſeqq.* ubi an nobilis teneatur fugere, ſicut plebeus, & quid in Clerico nobili, & alia plura *in reſolut. ſeqq.* idem probat Bannes *2. 2. quæſt. 64. art. 7. dub. 4. concl. 2.* Thom. Hurtad. *reſol. moral. part. 2. tract. ult. §. 3. num. 136. & ſeqq.* & præcipuè *num. 140. fol. 501.* ubi quod hoc licitum eſt medio tempore, antequam inſtet damnum, etiamſi tunc inſidiator quietus ſit, quia propriè loquendo iſta eſt defenſio, nam profectò moraliter loquendo ille eſt actualis aggreſſor, qui ſemper parat inſidias, Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract. 18. diſp. 3. ſect. 4. num. 28. &c. fol. mihi 197.*

Sed hodie per Decretum Innocentii Papæ XI. publicatum Romæ 4. Martii 1679. eſt reprobata, & damnata ſequens propoſito, prout jacet; videlicet *ſub numer. 30. Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte percutiat, & poſt impictam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.* Qui tamen caſus videntur differre à firmatis per Dianam & alios locis citatis.

Florentiæ tamen, & in ejus ſtatibus ex laudabili conſuetudine, hujuſmodi homicidia, & exploſiones ſclopорum contra alium animo offendendi, non ſolent penitus impunita dimitti, etiamſi ad defenſionem ſequantur, ſed aliqua leviori pœna coerceri, juxta facti perſonarum, & exceſſus qualitatem, ut dixi *in Pract. §. Omicidio num. 22. in fine, & num. 57.* vide in hoc Opere *§. Defenſio num. 1.* ubi in quo conſiſtat dictum moderamen inculpatæ tutelæ.

Hanc conſuetudinem me citato pluribus rationibus benè comprobat Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. in Rub. num. 13. & 14. fol. 419.*

Qui autem allegat homicidium feciſſe ad ſui defenſionem, tenetur probare, quia præſumptio ſtat contra occidentem, Gomez *var. reſol. cap. 3. n. 17. tom. 3.* de delictis & quo pacto id probare poſſit, latè Maſcard. *de prob. vol. 3. concl. 1126.* vide in *§. Aggreſſio §. Defenſio, & §. Inſultus infr. num. 25.*

Non tamen omnis propulſatio, ſed moderata tantùm defenſio permiſſa eſt, & ideò injuriatus verbis debet ſe pariter verbis defendere, & non vulnerare, nec occidere, aliàs dicitur privatam vindictam facere, ſi tamen ſit perſona honeſta, & incontinenti injuriantem occiderit non punitur pœna homicidii ordinaria, ſed extraordinariè ob magnum exceſſum, ut latè probat Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 29. num. 42. & ſeqq.* & dixi in *§. Incontinenti num. 1. in fine, & §. Injuria num. 12. in fine.*

Homicidium ſimplex caſu commiſſum dicitur, 5
quando quis alium occidit ſine culpa, aliud cogitans, & operam rei licitæ tradens, & eſt impunibile de jure, cùm nemo teneatur de caſu, non præcedente aliqua ſua culpa, ut ſi amicus amicum caſu occidat, ſi committatur ab infante, vel furioſo, vel dormiente, vel ab exonerante ſagittam, ſive ſclopum, ut feram occidat in nemore, ſi hominem ibidem exiſtentem percutiat, vel ab equitate, qui non potuit equum retinere à curſu, ſi aliquem oſtendat, & in ſimilibus caſibus; intelligendo ſemper dummodò fuerit adhibita omnis poſſibilis diligentia, nam ſi poſſit negligentia aliqua occidenti imputari, etiamſi daret operam rei licitæ, punitur extraordinariè pro modo culpæ arbitrio judicis; ſicuti quando daret operam rei illicitæ, tenetur de caſu, & omni eo, quod ſequitur præter intentionem ſuam, quia tunc culpa dicitur præcedere caſum, ut latè declarat videndus Farinac. *q. 126. part. 1. & 2. per tot.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. n. 144. & ſeqq. ad 297.* Card. Tuſch. *litt. H, concl. 144. per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Homicidium reſol. 4. per tot.* Carol. Marant. *contr. part. 5. reſponſ. 83.* Gomez *var. reſol. cap. 3. n. 35. de delictis* Vide Fagnan. *in cap. ad audientiam n. 1. 61.*

& 62. de Homicid. & in cap. quidam a n. 1. eod. tit. Brunnemann. *ff. libr. 9. tit. 2. leg. 31. n. 4.*

Quòd homicidium, vel aliud delictum casu, & non consultò commissum in ludo, vel certamine publicè permisso, non puniatur, cùm gloriæ, & virtutis causa factum videatur; secùs tamen si data opera sequatur. Si autem ille ludus non esset de jure licitus, sed malo usu, & corruptele toleratus, idem dicendum esset quoad pœnam temporalem in foro fori, quia consuetudo etiam reprobata potest à pœna temporali excusare, nisi sit omninò injusta evidenter; numquam autem excusat ab æterna pro peccato, quia in foro conscientiæ, nemo corruptelæ prætextu excusatur; quid si dictus ludus, cujus occasione sequutum fuit delictum sit prohibitus, & alia, vide latè per Menoch. *de arbitr. cas. 400. per tot.* Farinec. *quæst. 126. part. 2.* Vivi. *comm. opin. 231. per tot. supra num. 3.*

6 Homicidium culposum dicitur, quando quis alium occidit non voluntariè, nec dolosè, nec animo occidendi, sed potius inadvertenter, & sic per culpam, vel negligentiam, etiamsi daret operam rei licitæ, & tantò magis si daret operam rei illicitæ, quo casu tenetur de omni eo, quod sequitur, & graviori pœne, quàm si daret operam rei licitæ, non tamen pœna ordinaria homicidii deficiente dolo, & animo occidendi, qui argui potest ex conjecturis facti, qualitate personarum, armorum, & similium arbitrio judicis; cùm possit esse quòd adfuerit dolus in actu principali illicito, quem homicida intendebat, & non in homicidio, ad quod actus ille illicitus, & dolosus non erat directus, neque ordinatus; & ita quòd homicidium sequetur ex actu illicito, & doloso præcedente, sed extra intentionem, & dicatur culposum, gravius tamen puniendum juxte qualitatem facti, & personarum, quàm si ex actu licito procederet per simplicem culpam, & negligentiam, cujus quidem homicidii culposi multa DD. afferunt exemple, ut videri potest per Cabal. *d. tract. de omn. gen. homicid. nu. 197. & seqq. ad 272.* Farinac. *quæst. 126. per tot.* Card. Tusch. *litt. H, conclus. 141. 142. & 145. per tot.* Clar. §. *Homicidium num. 3. &c.* Ricc. *Collect.* 1832. Conciol. *resol. crim. verb. Homicidium resol. 3. per tot. & verb. Occisio resol. 5.* ubi de homicidio à mediatore commisso, Honded. *cons. 104. per tot. vol. 1.* Vasquez *controv illustr. lib. 1. cap. 17. num. 19.* ubi quòd dans operam rei illicitæ, si exinde sequatur homicidium, non tenetur pœna ordinarie, quia sunt duo delicta, alterum dolo, alterum culpa commissum, dolo dicitur quoad illam rem illicitam, quæ principaliter agebatur, culpa verò quoad homicidium inopinatum inde sequutum, ut meliùs aliis citatis explicavi in §. *Delinquens num. 22. in addit. & in §. Vis num. 7.* Raynald. *Syntax. rer. crim. in Rub. n. 34. & seqq.* ubi alios allegat. De pena homicidii culposi & casuali tractet. Carpzov. *in prax. criminal. part. 1. quæst. 27. per tot.*

7 Homicidium dolosum dicitur quando quis animo occidendi aliquem interficit, & si hujusmodi deliberatio non processit ex intervallo dicitur simplex homicidium, si verò ex intervallo dicitur deliberatum prout infrà. Sed quia dolus tamquam in animo consistens, non potest directè probari, arguitur ex qualitate facti illiciti, de sui natura mali, & de genere prohibitorum, quia tunc effectus causam, & animum demonstrat, nam, probato verè facto principali delictuoso, & illicito, dolus præsumitur, sicut etiam arguitur ex odio, & inimicitia præcedente, ex mala qualitate personæ, ex genere armorum, & ex loco, vel parte corporis offensa; istudque homicidium dolosum punitur pœna ordinaria, quæ de jure hodiè est pœna mortis, hoc est decapitationi, & de generali consuetudine, sive jure municipali multorum locorum etiam confiscationis bonorum, tam in nobili, quam in plebeo; nisi ex aliqua justa causa prædictis contraria dolus, & animus occidendi excludatur, vel nisi homicida fuerit justo dolore, ira, vel indignatione motus, sive pro defensione, vel qualibet causa, etiam injusta, quæ excusat à dolo, & sic à pœna ordinaria delicti, & facit esse locum pænæ arbitrariæ mitiori juxta facti, & personarum qualitatem, Clar. *§. homicidium nu. 14. & seqq.* Menoch. *de arbitr. cas. 324 per tot.* Farinac. *q. 126. nu. 92. & seqq.* Card. Tusch. *litt. H, concl. 143. & seqq.* Paul. Christin. *decis. 198. vol. 4.* Ricc. *Collect.* 2534. Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 864. per tot.* ubi quo pacto, & ex quibus conjecturis probetur homicidium fuisse commissum animo occidendi, latè Cabal. *de omn. gen. homicid. num. 275. & seqq. ad 380.* ubi examinat plures particulares quæstiones, *& num. 378.* quòd animus occidendi consideratur etiam in casibus rixosis, & dixi *in Pract. §. Omicidia nu. 51. 59. &c.* ubi quòd ad hoc, ut intret pœna ordinaria homicidii, requiritur, quòd quis fuerit auctor rixæ, homicide, & habuerit animum occidendi. De quibus latè Carpzov. *in dict. prax. crimin. quæst. 1. & seqq. per tot. tract. de Homicid.*

Quòd provocatus occidens provocantem, vel alium excusetur à pœne ordinaria, quid si non incontinenti, sed ex intervallo, qualiter provocatio probetur præsumptionibus, & conjecturis, quis dicatur provocator, & alia ad rem, Conciol. *resol. crim. verb. Provocatio resol. 1. & 2. per tot.*

Plure de homicidio doloso, & rixoso, quòd ferè unum, & idem reputatur, qua pœna sit puniendum per quantum tempus dicetur durare calor iracundiæ, quando ex hac causa sit recedendum à pœna ordinaria, vel non, et de homicidio commisso ab eo, qui per dies antè conditionaliter determinavit aliquem occidere, & alia, Raynald. *Syntax. rer. crim. in rub. n. 50. & seqq. per tot.*

Homicidium deliberatum committi dicitur quando 8
quis alium aggreditur prævia animi deliberatione ex intervallo præcedente, & illum interficit, ut vulgò dicitur *à sangue freddo*; animus tamen hujusmodi deliberatus non præsumitur, sed ex conjecturis arbitrio judicis probatur, sicut, & contrariis excluditur, latè Menoch. *de arbitr. cas. 361. per tot.* Ricc. *Collect.* 1833. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 3. cas. 1. q. 2. per tot.* ubi plenè de hoc genere homicidii, quod appostatum appellat & Conciol. *resolut. crimin. verb. Homicidium resolut. 1. per tot.* ubi benè declarat, & quomodo animus deliberatus probetur ex conjecturis, vel non, & possint torqueri homicidie super qualitate animi deliberati, si præcedant inditie præmeditationis, *infr. n. 14.* vide in *§. Inimicitia n. 3.* Raynald. *d. tract. cap. 7. §. 1. per tot. cap. 8. §. 3. num. 102. & seqq. & c. 7. per tot.* De pœna homicidii deliberati Carpzov. *in prax. crimin. part. q. 7. per tot., & q. 24. num. 16.*

Ex insidiis homicidium dicitur, quando quis positus in loco verisimiliter ab adversario non præviso, neque cogitato, animo occidendi illum, ex improviso supervenientem, & incautum aggreditur, & interficit; vel quando nullis verbis dictis quis alium à tergo vulnerat, & occidit, vel falsum quid ementitum proferendo, vel habitu mutato, sive alio figmento adhibito.

Proditorium dicitur homicidium quando quis nulla præcedente inimicitia, sed sub prætextu amicitiæ, unum scilicet actibus, vel verbis demonstrans, & aliud in animo gerens, aliquem ab eo non caventem quoquo modo vulneret, & interficit nulla præcedente rixa, Sanfelic. *decis. 409. per tot. cum Addit.* ubi ad effectum gaudendi, vel non indulto, & quoad immunitatem Ecclesiæ, *infr. num. 9.* Conciol. *resol. crim. verb. Homicidium resolut. 5. per tot.* ubi refert plures alios tenentes homicidium dici proditorium, etiam commissum per insidias, cùm & in eo æqualiter reperiatur tota ratio, quæ formaliter constituit deformitatem proditoriam, idest hominem ita incautum, & securum occidendo, ut hìc, & nunc se tueri ab aggressore non valeat, & præcipuè P. Grasset. *tract. de nece prodit. §. 9. & 10.* fatetur tamen receptiorem esse aliam sententiam, ut requiratur prætextus amicitiæ, ut suprà. De pœna homicidii proditorii Carpzov. *in prax. crim. loc. cit. quæst. 7. num. 21., & seq.* Fagnan. *in cap. inter alia à n. 49. de Immun. Eccles.*

Per assassinium, quando committitur mediante pecunia, vel alio præmio convento, sive sperato, & assassini dicuntur tam mandans, quàm mandatarius, ut

ut dixi in §. *Assassinium num.* & latè Anton. de Ballis *tract. var. lib. 3. q. 3. per tot.* ubi plura de hoc crimine. Latè Carpzov. *loc. cit. qu. 19. per tot.*

Per venenum quando quis scienter dat alteri ignoranti venenum malum ad bibendum, vel manducandum, sive separatum, sive mixtum, ut hoc modo illum vita privet, & plus est veneno necare, quàm gladio occidere, cùm speciem proditionis in se contineat, vide in §. *Venenum per tot.* Plura Carpzov. ubi supra *q. 21., & 21. q. 50. n. 26.* Fagnan. *in dict. cap. inter alia n. 50.*

Multa singillatim de dictis speciebus homicidii deliberati, quòd in omnibus prædictis casibus interveniat propositum, & animus occidendi ultra alias dictas qualitates magis aggravantes, quàm atrox, & grave delictum reputetur, ita ut non solùm puniatur pœna ordinaria capitis, & confiscationis bonorum juxta dicta superiùs *num. 7.* Sed si ultra animi deliberationem concurrant aliæ prædictæ qualitates aggravantes, pœna sit furcarum, & confiscationis, qualiter in hujusmodi delictis ob illorum atrocitatem procedatur, & multa sint permissa contra regulas juris in aliis casibus servari solitas, cum aliis pluribus particularibus quæstionibus circa unamquemque speciem dicti homicidii deliberati, latè Cabal. *de omn. gen. homicid. nu. 380. & seqq. per tot.* Clar. & Bajard. *in §. Homicidium n. 6. & seqq. per tot.* Farinac. *qu. 122. & seqq. & qu. 126. per tot.* Tusch. *litt. H, concl. 541. cum pluribus seqq. litt. P, conclus. 869.* ubi quis dicatus proditor, Paul. Christin. *decis. 198. volum. 4.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 3. q. 2. cum aliquibus seqq.* plenè Antald. *cons. 127. per tot.* ubi quando homicidium censeatur dolosum, culposum, aut fortuitum. Et Carpzov. *in prax. crim. q. 1., & pluribus seq.*

Homicida simplex gaudet immunitate Ecclesiæ, & quidquid esset de jure communi, & secundùm canones antè Bullam Greg. XIV. in homicidiis deliberatis, in quibus non juvabat immunitas prædicta, cùm Ecclesia reciperet tantùm eos, qui humana fragilitate, & non dolosè, ac ex proposito lapsi erant, ut testatur Clar. *in §. Homicidium n. 6. & seqq. & in §. fin. q. 30. n. 9.* Cabal. *d. tract. n. 388. &c.* Guaz. *def. 1. cap. 37. n. 74.*

Hodiè tamen vigore prædictæ Bullæ editæ de anno 1591. immunitate ad unicam tantùm formam redacta, cæterisque sublatis, omnes homicidæ, & delinquentes illa gaudent, nisi sint de exceptuatis in eadem Bulla, de quibus singillatim dixi in §. *Immunitas n. 58.*

Quòd homicida proditoribus vigore dictæ Bullæ excludatur ab immunitate Ecclesiæ, & quis talis dicatur ad hunc effectum in terminis ejusdem Bullæ, vide Gratian. *discept. for. cap. 389. num. 39. &c.* ubi quòd tantùm ille, qui sub colore, & prætextu amicitiæ occidit, & non aliter, ac ita fuisse declaratum per Clementem VIII. sub die 16. Februarii 1597. Franch. *dec. 713. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. n. 341. & seqq. fol. 547.* Cabal. *d. tract. num. 396. &c.* latè Sperel. *dec. 23. per tot.* & latiùs *dec. 185. per tot. q. ultima part. 2. impressarum de anno 1666.* ubi validè se defendit ab impugnationibus P. Hyppoliti Graffetti è Societate Jesu, qui in ejus tractatu inscripto *Anathome necis proditoriæ*, nixus est nonnullorum auctoritate, legibus, & rationibus probare, quòd etiam occidens inimicum suum ex insidiis, à tergo, vel appensatè, sive ex industria, dicatur proditor, & non gaudeat immunitate, quibus tamen omnibus rectè satisfacit, Sperel. *d. dec. 185. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. 42. de insalt. in Eccl. n. 10. fol. 232.* vide Gizzarel. *cum Addit. dec. 16. per tot.* Dian. *part. 6. tract. 1. resol. 12. & 13.* Sanfelic. *dec. 241.* ubi quòd proditor dicitur, qui occidit inimicum, quem priùs salutavit, vel non offendere promisit, vel aliàs non præcaventem, & non gaudet immunitate, *& dec. 409. cum Addit.* ubi quòd proditor dicitur, qui aliud gerit in opere, aliud in corde, vel qui inimicum incautum occidit, quem non offendere promisit cautione data, & effectu mortis sequuto, cùm quicunque actus proximus non sufficiat, qui tamen per insidias hominem deduxit, ut ab alio occidatur, si verè fuerit occisus, non dicitur proditor, ut immunitate privetur ad ibidem tradita in fine, de quo valdè dubito per ea, quæ dixi in §. *Immunitas n. 19.* vide Thom. del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 16. dubit. 20 per tot. fol. 53. &c.* ubi per decem sectiones totam istam materiam declarat: vid. Add. ad De Franch. *cit. dec. 713.* Fagnan. *in cap. inter alia de Immunit. Eccles.*

De homicidio proditorio quando, & quibus modis dicatur tale, tam ad effectum aggravandi pœnam, quàm ad effectum ammittendi immunitatem Ecclesiæ, latè pluribus citatis Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 8. §. 3. n. 102. & seqq.* & latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Fagnan. *in dict. cap. inter alia à n. 49.*

Quòd homicidium commissum à servo, vel sclavo, sive etiam ab alio famulo sub prætextu famulatus dicatur proditorium, Raynald. *loc. cit. nu. 140. & cap. 10. §. 13.* & planius Hier. Basilico *decis. crimin. 28. per tot.* ubi multa de exasperanda pœna contra hujusmodi delinquentes in personas dominorum cum pluribus exemplis casuum sequutorum.

De homicida proditorio, per assassinium, per venenũ, & de aliis homicidiis nõ gaudentibus ĩmunitate Ecclesiæ quomodo extrahãtur, & alia dixi in §. *Immunitas n. 28.* ubi vide, & in §. *Assassinium n.*

Quòd homicida Clerici, olim non gauderet immunitate Ecclesiæ ratione sacrilegii, hodiè autem gaudeat vigore dictæ Bullæ cùm non sit de casibus exceptis, nisi concurrant aliæ qualitates illum excludentes, Boer. *dec. 109. n. 7.* Guaz. *def. 1. c. 37. n. 75. &c. & cap. 38. n. 52. & 53.* Sperel. *dec. 22. n. 10.* post multos hincinde relatos, Dian. *res. 34. & part. 4. tract. 1. resol. 68.* Farinac. *de immunit. cap. 7. n. 114.* Sanfelic. *dec. 20. per tot.* ubi tamen refert fuisse diversimodè servatum.

Homicida tenetur ad interesse animæ occisi facere 10
eleemosynas secundùm facultates suas, ut pro illa fiant orationes, Marant. *part. 4. dist. 1 nu. 7.* Clar. §. *Homicidium n. 18.* Cravett. *cons. 119.* Roland. *cons. 39. lib. 2.* Farinac. *q. 119. Inspect. 4. n. 104.* Dian. *resol. moral. part. 5. tract. 4. resol. 55.* ubi contrariam probat opinionem, sed quòd benè decet Confessarium in foro interno imponere homicidæ preces, sacrificia, & hujusmodi, prout meliùs declarat ibidem *resol. 43.* Comitol. *respons. moral. lib. 4. q. 11. nu. 8.* Vide Layman *Theol. moral. lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 6. n. 2. §. deinde.*

Quòd homicida teneatur ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum erga filios, vel alios consanguineos interfecti usque in tertium gradum, quibus non extantibus, cessat dicta obligatio restitutionis in foro conscientiæ, imò nec teneatur fratribus interfecti, Dian. *resolut. mor. part. 3. tract. 6. resol. 22. & resol. 54. & part. 5. tract. 4. resol. 53. & seqq.* ubi plura de restitutione, vel non ex causa homicidii, Cabal. *resolut. crim. cas. 248. per tot.* P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib. 1. cap. 10.* Farinac. *d. q. 119. Inspect. 4. per tot.* Franch. *decis. 460.* Paul. Christin. *dec. Belg. 178. n. 8. &c. volum. 2. & ad leg. municip. tit. 2. art. 8. & 9. & artic. 31.* Riec. *Collect. 831.* Anton. de Ballis *tractat. var. lib. 3. cas. 1. an. 193. & seqq. per tot.* Concio. *resolut. crim. verb. Occisio resolut. 2. per tot.* Joseph. Feliu. & Cereso *in Margar. var. concl. verb. Homicida*, Caspens. *Curs. Theol. tract. 18. disp. 3. per tot. fol. 193. &c.* ubi plura de restitutione ex causa homicidii, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap. 2. §. 3. dub. 1. & seqq. fol. 51. &c.* plenè Zamoran. *tract. de compensat. disput. 6. cap. 7. per tot.* ubi etiam an, & qualiter ex dicta causa sit licitum in foro conscientiæ occultam facere compensationem. R. Latr. *dec. 75. n. 1.* Layman. *loc. cit. à num. 1. & seqq.*

Quòd obligatio restituendi cadat tantùm in homicida artificis, non autem alterius non artificis, itaut nec expensæ funeris tunc sint restituendæ, & quoad artificem dummodo habeat patrem, vel matrem, vel uxorem, vel filios, quibus est facienda restitutio omnium damnorum habita ratione temporis, quo talis artifex vivere potuisset arbitrio prudentis viri, quos si non habeat, hæc obligatio ulteriùs non extendatur quoad alios agnatos, & hæredes artificis, notat

P. Manar. *Noct. Malencol. Interrog.* 45. *fol.* 83. P. Steph. de Neap. *loc. cit. n.* 16. Cabal. *d. cas.* 248. *n.* 24. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. H, concl.* 148. *nu.* 19. *& seqq.* Cravett. *cons.* 119. Farinac. *d. Inspect.* 4. Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 53. ubi de modo æstimandi lucrum, & vitam artificis, *& resolut.* 58. ubi quòd si occisus omnia remiserit interfectori, nulla est facienda restitutio *resolut.* 59. ubi de prædictis, quibus est facienda restitutio, & non aliis, *resolut.* 60. ubi an interdicta restitutio quando homicida fuit condemnatus in pœnam ordinariam, & videtur negativè concludere, maximè si non petatur ab hæredibus occisi, vide latè Caspens. *loc. sup. cit.* Vasquez *loc. cit.* Zamoran. *ubi supra per tot.* Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 19. *cum pluribus seqq. & vers.* 6. Raynal. *Syntax. rer. crim. cap.* 10. *§.* 1. *&* 2. *n.* 53. *& seqq.* Cortiad. *dec.* 35. *nu.* 22. *&c.* Valer. *de diff. utriusque fori, verb. Restitutio differ.* 8. 30. *&* 45. *per tot.* ubi plenè de restitutione ex causa homicidii quando sit facienda, vel non.

Sed quòd licèt homicida fuerit morte mulctatus, teneantur illius hæredes ad restitutionem prædictam, si defunctus bona sufficientia reliquit, Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. Paul. Christin. *dec. Belg.* 178. *nu.* 10. *vol.* 2. *& ad l. municip. tit.* 2. *art.* 9. *in fine*, Anton. de Ballis *loc. cit.* Et quod hoc jus transeat in hæredes, & contra hæredes Car. Ant. De Luc. ad de Franch. *dec.* 460. *n.* 1.

Quæ quidem obligatio restitutionis damnorum transit ad quemcumque perveniant bona homicidæ, & etiam in fiscum, licèt malè servetur in practica, Cyriac. *controv.* 370. *n.* 66. cum aliis per Manar. *d. interrog.* 45. P. Steph. de Neap. *loc. cit. nu.* 3. Clar. §. *Homicidium n.* 18. Dian. *resol. moral. d. p.* 5. *tract.* 4. *resol.* 55. *vers. nota etiam.*

Intelligendo omnia prædicta de restitutione, quando homicidium fuit sine causa, & injuriosè commissum, nam si ex causa, & provocatione fuerit commissum, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, cessat prædicta obligatio restitutionis, & in omnem casum esset deducenda expensa victus, & secundum aliquos æstimatio molestiæ, & laboris, quem defunctus subiturus fuisset; in suo officio, vel artificio exercendo, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 114. *n.* 2. *&c. de arb. cas.* 122. Conciol. *resol. crim. verb. occisio resolut.* 2. *num.* 6. *&c.* Dian. *d. part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 53. ubi plura de æstimatione lucri, molestiæ, laboris, & hujusmodi, P. Stephan. de Neap. *d. cap.* 10. *n.* 9. *& seqq.* Farinac. *d. q.* 119. *Inspect.* 4. Card. Tusch. *d. concl.* 148. Sanfelic. *dec.* 53. *nu.* 29. *&c.* ubi etiam quid si provocatus excessit moderamen inculpatæ tutelæ, vide in §. *Damnum nu.* & §. *Vulnus num.* 14. Paul. Christin. *ad l. municip. tit.* 2. *art.* 31. Francisc. Ant. Tranchedin. *Consult.* 86. *n.* 16. *& seqq.* ubi quòd talis occidens non tenetur ad damna, nec indiget remissione partis pro sua liberatione, latè Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de restit. cap.* 2. *dub.* 6. *&* 7. *per tot. fol.* 40. *&c.* Zamoran. *de compensat. disp.* 6. *cap.* 7. §. 3. *per tot.* Layman. *d. cap.* 6. *n.* 5.

Item intellige inter artifices ut supra, nam inter nobiles, & divites non adesset dicta obligatio, cùm ea communi usu censeatur illi renunciatum, Dian. *d. part.* 5. *tract.* 4. *res.* 61.

Filius tamen Doctoris, vel Advocati potest dicta damna, & interesse repetere, Put. *dec.* 280. Ricc. *Collect.* 831.

Non etiam tenetur homicida restituere damnum, quod per accidens contingit familiaribus, amicis, & creditoribus occisi, juxta mitiorem, & probabiliorem sententiam, quam probat Dian. *resol. moral. p.* 3. *tract.* 6. *resol.* 54. *& part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 56. *&* 57. *per tot.* quamvis referat alios plures contrarium tenentes, vide P. Stephan. de Neap. *d. cap.* 10. *n.* 16. Farinac. *d. q.* 119. *Inspect.* 4. Zamoran. *loc. cit.* §. 2. *per tot.* Layman. *d. c.* 6. *n.* 3.

An autem si homicida in occidendo invasorem excesserit moderamen justæ, & inculpatæ tutelæ teneatur ad aliquam restitutionem, Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 44. ubi refert plures tenentes obligari ad integram restitutionem, sed ipse cum aliis docet teneri tantùm pro ratione excessus ad restitutionem culpæ proportionatam arbitrio prudentis, vide Paul. Christin. *dec. Belg.* 178. *n.* 10. *vol.* 2. & dixi in §. *Vulnus n.* 14. *& in* §. *Absolutio n.* 33. Farinac. *d. qu.* 119. *n.* 122. *& seqq.* Conciol. *loc. cit.* Zamoran. *loc. cit.* §. 3. *n.* 44. *& seqq.* Carol. Ant. De Luc. ad De Franch. *dec.* 460. *n.* 4.

Alios plures casus notabiles de hac materia restitutionis ex causa homicidii, veluti si quis occidat furem, vel alium casualiter, si adulter occidat maritum invasorem, & aggressus poterat fugere, si homicidium sequatur in duello, si contingat damnum tertio inculpato, an dominus teneatur pro servo, & hujusmodi benè resolvit Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 45. *cum pluribus seqq.* adde Caspens. *Curs. Theol. tract.* 18. *disp.* 3. *per tot. fol.* 193. *&c.* plenè Vasq. *loc. supra cit. dub.* 8. *&* 9. *cum pluribus seqq.* Zamoran. *d. tract. disp.* 6. *cap.* 7. *per tot.* Carol. Rota *in Florileg. cancl.* 9. *fol. mihi* 68. ubi quoad tertium inculpatum, eo quia erat in societate homicidæ, probat ipsum homicidam non teneri illum servare indemnem ab expensis passis, & patiendis, quando ille tertius erat conscius, & particeps delicti, quia sibi imputare debet, si verò erat innocens, & inscius delicti committendi, tenetur homicida, vel aliter delinquens illum servare indemnem à dictis expensis, quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur per jura, & auctoritates ibi citatas, facit quod dixi in §. *Delinquens n.* 9. *&* §. *Socius n.* 46. vide Layman. *d. cap.* 6.

11 Homicida quamvis habuerit pacem, & remissionem injuriæ, non censetur habuisse remissionem interesse, ad quòd tenetur propter expensas medicorum, & æstimationem operarum defuncti, nisi fuerit expressè dictum, Alser. in Addit. ad Marant. *part.* 4. *dist.* 1. *n.* 8. Felin. in *cap. de iis col. fin. de accusat.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 114. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 248. Gratian. *discept. for. cap.* 518. *n.* 14. vide in §. *Pax.*

Sicut è contra si habuerit remissionem damnorum, & interesse, non intelligitur habuisse pacem, neque remissionem injuriæ, nisi sit expressè dictum, Clar. §. *fin. q.* 58. *n.* 40. Card. Tusch. *litt. P, concl.* 572. *n.* 14. dixi in *Pract.* §. *Pace n.* 20. *&* 27.

12 Homicida privatur successione illius, quem occidit, sive ex testamento, sive ab intestato ad eum pertineat, cùm fiscus auferat ab eo tanquam ab indigno, etiamsi extarent filii ipsius homicidæ, sive potius succedit, sed fiscus ab eo tanquam indigno aufert, ita ut ejus descendentes nihil prætendere possint, nisi ex propria persona essent vocati, & successuri ipsi occiso, vel nisi essent in æquali gradu cum homicida, & non descendentes ab illo, quo casu succedunt occiso pro illorum rata, & fiscus occupat tantùm partem ipsius homicidæ, vel secundùm alios pars homicidæ accrescit aliis excluso penitus fisco, ut latè declarat videndus Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *n.* 106. *& seqq. per tot.* Clar. §. *Homicidium n.* 17. *&c.* Boer. *dec.* 25. Farinac. *qu.* 120. *n.* 23. *&c.* Urceol. *Consult. for. cap.* 54. *n.* 57. *vol.* 2. ubi in terminis statuti Bononiæ, Bellon. *de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 52. *n.* 129. Altograd. *cons.* 98. *n.* 91. *&c. lib.* 1. Sanfelic. *decis.* 70. *&* 412. Conciol. *verb. Confiscatio resolut.* 14. Fusar. *de substit. q.* 443. *&* 575. Michalor. *de fratr. part.* 3. *c.* 17. *n.* 22. *& c.* 56. *per tot.* P. Stephan. de Neap. *de præcip. jur. & just. par. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 17. Tusch. *litt. S, concl.* 867. *per tot.* Bary *de success. de testam. lib.* 1. *tit.* 19. *n.* 5. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 3. *per tot. & lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 8. ubi quando successio spectet ad sequentes in gradu, & non ad fiscum, & alia de hac materia, latè Cabal. *resol. crim. cas.* 10. *per tot.* Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 8. Stat. Florent. *lib.* 3. *Rub.* 126. Fajard. *Allegat. fisc.* 2. *n.* 61. *& Allegat.* 3. ubi quòd filius parricida, ut indignus privatur hæreditate paterna, & applicatur fisco; etiamsi pater alium in testamento [post vulnera accepta] instituerit hæredem cum onere restituendi filio, si ad sanam mentem redierit, cùm hoc agnoscatur confidentialiter, & in fraudem fisci factum, ut latè ibid. prosequitur jura fisci tuendo. Brunneman. *ff. libr.* 49. *tit.* 14. *leg.* 9. *n.* 1.

Pri-

Privatur etiam feudo, quod revertirur ad dominum si sit novum, & hæreditarium, vel ad filios, & descendentes, sive illis non exrantibus ad alios agnatos transversales, si sit antiquum, & ex pacto, & providentia, latè Menoch. *dec.* 356. *au.* 95. *&c. ad* 506. ubi loquitur io paricidio, de quo diai to *§. Parricidium v.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 412. *observ.* 8. ubi etiam alia pluta notabilia de dicta materia, cujus decisio pendet ea eo, an talis humicida dicatur indignus succesiione illius, quem occidit, vel porius incapaa; nam si indignus reputetur, fiscus aufert ab eo hæreditatem, & succedit, si verò incapaa habetur tanquam si non esset, & eo de medio sublaro sit locus proaimiori, vel æquali in gradu exclusivo penitus fisco, hancque ultimam opinionem uti æquiorem contra fiscum amplectirur Sanfelic. *dict. dec.* 412. *nu.* 4. *& seqq.* licèr *Addit.* videatur contrarium sentire, & plurimos materiam tractantes alleget, qui omnes in occurrenti casu erunt perquirendi, & videndi, cum sit de pane lucrando, Cabed. *dec.* 81. *part.* 2. *vers. sia.* Rsynald. *d. tract. cap.* 6. §. 5. *a.* 8. *&* 9. *fol.* 404. larè Rot. *in Fulgiaatca. fideicommissi Luae* 5. *Decembris* 1686. *coram Heraaalt.* apud Torre *de success. in Majorat. & Primogea. Ital. part.* 3. *decis.* 68. *per tot.* ubi qualiter occidenres testatorem excindanrur à fideicommisso cum tota ejus descendentia, & quando descendentes jure proprio vocati sint admittendi, & *dec.* 69. *ia cadem caasa.*

Quòd occidens testatorem justè, non reddatur indignus successionis, Andreol. *controv.* 336. *n.* 3. *& per tot.* ubi propter eà concludit maritum occidentem uaorem ex causa adulterii non teneri ad restitutionem dotis, sed illsm lucrati de jure, & vigore statuti, de quo diai in hoc §. *a.* 20. & alibi.

Quòd sicuti homicida privstur hæredicate interfecti, quæ ab eo tamquam indigno aufertur, & fisco applicatur, ita idem sit quando quis occidit testatoris filium, larè Philipp. Paschal. *cam Annot. Prati tract. de virib. patr. potest. part.* 4. *c.* 8. *per tot.* ubi pluribus notabilibus declarationibus, & illationibus conclusionem exornar.

Quòd possit privari beneficiis per sententiam, non tamen ipso jure sit privatus, & ideò antè condemnationem possit illa renunciare, Tusch. *lit. H, conclus.* 150. *&* 151. *per tot.*

Marec tamen, quæ filium infantem in lecto suffocavit, non privatur illius succesiione, nec criminaliter punitur cessante culpa, sed tantùm compellitur solvere aliquam pecuniæ quantitatem alicui loco pio, ut decisum fuisse restatur Farinac. *cons.* 53. *in fine*, Massin. *de confisc. bon. quæst.* 24. *a.* 20. Conciol. *resol. crim. verb. Mater resol.* 1. Reliqua vido in §. *Parricidium.*

13 Homicida in pura riaa, in qua non apparent quis fuerit agressor, & auctor ipsius riaæ, favore defensionis, & propter incertitudinem, numquam punirur pœna mortis, vel alia corporali, sed mitiori extraordinaria arbitrio judicis, Guaz. *def.* 59. *cap.* 4. *n.* 30. facit Clar. *in §. Homicidium a.* 30. *& §. fia. qu.* 60. *n.* 27. Card. Tusch. *litt. H, conclus.* 149. Farinac. *de pœn. temper. q.* 96. *per tot. & quæst.* 125. *part.* 7. §. 3. vide in *§. Delinquens nu.* 9. *& §. Aggressio*, Carpzou. *pract. crim part.* 1. *quæst.* 6. Conciol. *resol. crim. verb. Homicidium resolut.* 5. *per tot.* ubi declarat idem esse, licèr homicidium non sequatur in ipso actu rixæ, sed pauló post duranre adhuc iræ calore, & sumo; nisi tameo homicida fuerit ipse auctor riaæ, & provocator, ac verè animum occidendi habuerit, quia his concurrenribus esset locus pœnæ ordinariæ, ut ego dixi in loc. cit. maximè si rixa fuerit deliberara, procurata, vel affectata, adde Matthæu. Sanz. *de re crimia. controv.* 20. *per tot.* Fajard. *Allegat. fisc.* 2. *a.* 19. *& seqq.* ubi quòd auctor rixæ excusari non potest à pœna ordinaria prætextu propriæ defensionis &c.

14 Homicidio commisso per unum ex pluribus rixantibus, si fuerit deliberatum, & ea proposiro puniuntur omoes, qui ex parte homicidæ intervenerunt pœna ordinaria homicidii sive fuerit unicum vulnus, sive plura, sive omnes admenaverint, sive non, cum agentes, & consentientes pari pœna puniantur, intelligendo dummodo verè, vel præsumptivè omninò appareat, quòd omnes fuerint conscii homicidii committendi, nam si de hoc esset dubium possent, ac deberent super scientia hujusmodi, & participatione torqueri, & etiam neganres in pœnam pecuniariam, vel exilii, sive confinii condemnari. Si vero non appareat homicidium fuisse animo deliberato patratum, sed solùm adsint suspiciones, debent pariter omnes torqueri super qualitate animi deliberati, & etiam negantes in pœnam extraordinariam ratione incertitudinis condemnari de simplici homicidio. Sed si certo appareat homicidium ex improviso, & in rixa fuisse commissum per unicum vulnus mortale, sive per plura vulnera mortalia, & nesciatur à quo fuerit illatum, vel illata, puniuntur omnes pœna extraordinaria judicis arbitrio; nisi constet de auctore rixæ, quia ille præsumitur vulneratar, vel uti dans operam rei illicitæ potest de rigore pœna ordinaria condemnari. Si vero appareat de facto cujuslibet, tenerur unusquisque de eo tantùm, quòd fecit, vide Clar. § *Homicidium a.* 30. Thes. *dec.* 31. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 1. *a.* 76. *& seqq.* Menoch. *de arbit. cas.* 362. *per tot.* ubi benè novem casus distinguit, Cabal. *resol. crimin. cas.* 192. *& cas.* 198. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D, consil.* 186. *litt. H, conclus.* 149. *per tot.* & plenè *litt. R, conclus.* 355. *per tot.* Costa *de facti scient. & ignorant. dist.* 40. *per tot.* Magon. *decis. Luc.* 27. *n.* 27. *&* 54. Farinac. *q.* 96. *n.* 14. *& seqq. per tot.* ubi plura de hac materia, Cabal. *de omn. gen. homicid. a.* 111. *&c.* dixi in §. *Delinquens n.* 9. ubi vide, *& in Pract. §. Delinquenti nu.* 12. *& §. Omicidio n.* 51. Carpzou. *pract. crim. par.* 1. *q.* 6. adde Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 130. *per tot.* ubi quòd quando incertus est occisor ex pluribus certis rixantibus locum habet tantùm pœna extraordinaria, nisi constet de auctore rixæ, quia si de eo appareat ipse præsumitur homicida, vel uti dans operam rei illicitæ tenetur pœna ordinaria, quando præcessit collectio, sive vocatio hominum ab auctore rixæ facta ad faciendum, vel tentandum per vim quid illicitum, ex quo verisimiliter vulnera, & homicidia sequi possent, vide in §. *Vis* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. p.* 4. *sect.* 10. *num.* 50. Carul. Ant. De Luc. in *Prax. crimin. cap.* 30. *vers. homicidio si plures pag.* 354.

Sed dicta opinio de auctore rixæ condemnando in pœnam ordinariam, in casibus rixosis non servatur Florentiæ, nisi aliquando contra pauperes, quia sub optimo Principe pessima causa fisci, vide Clar. & Cabal. *loc. cit.* Farinac. *d. q.* 96. *n.* 63. *&* 64. ubi quòd alibi etiam rarò servatur in dictis terminis, quando scilicet ipsum auctorem occidisse non apparet. Si vero fuerit auctor rixæ, & homicida, ac animum occidendi habuerit, qui animus ex pluribus argui potest, tunc tenetur pœna ordinaria, idem Farinac. *quæst.* 126. *numer.* 49. *&c.* vide Laurent. Mattheu. & Sanz. *tractat. de re crim. contr.* 20. *per tot.* ubi plura de homicidio patrato per plures, inter quos homicida non apparet, an tunc rixæ auctor teneatur pœna ordinaria ea deliberatione præsumpta, cujus octo præsumptiones adducit, & Conciol. *resol. crim. verb. Homicidium res.* 2. *n* 5. *& seqq. & resol.* 6. *per tot. & resol.* 7. *per tot. et in verb. Tortura resol.* 7. ubi quando possint omnes rixantes torqueri ad effectum sciendi quis eorum vulneraverit, & occiderit, si ignoretur occisor.

Plura qualiter homicidium sine dolo commissum puniatur tantùm pœna arbitraria, Menoch. *de arbitr. cas.* 324. *per tot.* Tusch. *litt. H, concl.* 143. *per tot.* ubi ex quibus causis excusetur à pœna mortis, Farinac. *cons.* 2. *per tot. lib. pr.* Conciol. *verb. Occisio resolut.* 5. *per tot.* ubi de homicidio à mediatore commisso contra aliquem ex rixantibus sine dolo, secùs si dolosè, quia tunc punitur pœna ordinaria.

Quòd autem dictum est de homicidio puniendo pœna ordinaria quoad omnes interessentes, & participes, quando fuit deliberatum, & ex proposito, debet intelligi nisi agatur de magno numero, quia tunc æquitate attenta, etiamsi fuerit consultò, & delibe-

ratè commissum, nè multorum sequatur strages, receditur à pœna ordinaria, Farinac. *quæst.* 96. *nu.* 10. Conciol. *resol. crim. verb. Pœna, resol.* 10. *num.* 3. Carpzov. *pract. crim. part. pr. quæst.* 25. *nu.* 3. *& seq.* ac ita quandoque fuit ordinatum Florentiæ, quod pro unico homicidio, non puniantur ultrà tres pœna ordinaria, ut dixi *in Praxi §. homicidio n.* 47. licèt non ignorem [& ipse servaverim] fuisse quandoque etiam condemnatos ultra quinque pœna ordinaria pro uno homicidio præmeditato, & alios pæna extraordinaria, quia multitudo intelligitur, ultra quadraginta, vel veriùs arbitrio judicis juxta citatos. Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 30. *vers. si in homicidio.*

Quòd in homicidio deliberato, & appensato sit imponenda pœna ordinaria non tantùm contra ipsum occisorem, sed etiam contra omnes alios, qui data opera assiterunt, & concurrerunt opera, ope, vel consilio, Clar. §. *Homicidium, vers. Aut vero sunt plures,* Farinac. *quæst.* 96. *n.* 38 *& seqq. & cons.* 538. *nu.* 27. Cabal. *resol. crim. cas.* 191. *n.* 1. *& seqq.* Matthæu. *de Regim. Regn. Valentiæ cap.* 8. §. 8. *nu.* 71. *& seqq.* Anton. Gob. *consult.* 85. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *in Rub. n.* 124.

15 Homicidio commisso ab eo, qui audito rumore supervenit rixæ jam ab aliis inchoatæ, non tenentur ipsi principales rixantes pœna dicti homicidii à tertio superveniente commissi, cum principalis non teneatur de facto auxiliatoris supervenientis sine illius mandato, vel ratihabitione, maximè si justè rixabatur se defendendo; si autem injustè rixabatur tenetur pro facto auxiliatoris ad ejus favorem supervenientis, etiam præter illius intentionem, non quidem pœna ordinaria homicidii, sed extraordinaria judicis arbitrio. An autem hujusmodi auxiliator præsumatur casu supervenisse, vel ex proposito, sunt opiniones contrariæ, ut benè declarat Cabal. *resol. crim. d. cas.* 192. *num.* 5. *&c. ubi sub num.* 7. videtur firmare quòd non casualiter, sed ex proposito præsumatur advenisse, & posse torqueri primos rixantes, & ipsum supervenientem super tractatu, & scientia, vide Farinac. *q.* 126. *part.* 2. *per tot. & cons.* 2. *per tot. lib. pr.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas. pr. n.* 161. *& seqq.* Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 130. *nu.* 42. *& seqq.* Conciol. *resolut. crim. verb. Homicidium resolut.* 10. *per tot.* ubi etiam quòd ipse accurrens, & occidens excusatur à pœna ordinaria homicidii, cum non habuerit animum à principio occidendi, sed fuerit actus impetu, & licèt occiderit alium non rixantem, ad Boss. *tit. de homicid. num.* 59. Tusch. *litt. H, concl.* 143. *n.* 62. Farinac. *q.* 125. *num.* 288. *& cons.* 2. *nu.* 5. *lib. pr.* Guaz. *defens.* 29. *cap.* 4. *n.* 19. *in fine.*

Si quis tamen occurrat, vel capiat defensionem ad favorem non provocati, sed aggressoris sciens, tenetur pœna ordinaria delicti à se commissi, ut fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Balliæ Florentiæ de mense Septembris 1678. me proponente, & approbatum à S. C. S. in causa contra Bartholomeum Fiordum in filcia negociorum sub *nu.* 2441. *& in Giornale* 653. *a.*

Quoad torturam intellige, si concurrant inditia sufficientia præcedentis tractatus, & scientiæ, quia non probato aliquo actu, vel inditio, præsumeretur potius auxiliator supervenisse casu, & accidentaliter, & non præmeditatè Marsil. *cons.* 24. *num.* 23. cum aliis per Menoch. *de arbitr. cas.* 349. *num.* 6. *&c. & cas.* 350. *in fine,* vide Farinac. *q.* 96. *num.* 75. *& seqq. per tot.* dixi *in resolut. cap.* 20. *n.* 20. *& in Pract.* §. *Omicidio n.* 38. Conciol. *resolut. crim. verb. Homicidium resolut.* 10. *num.* 6. *&* 7.

Quòd tractatus ad delinquendum non præsumatur, sed sit probandus, itaut non sufficiat confessio (de qua ampliatione valdè dubito) probatur tamen inditiis, & conjecturis non solum ad effectum torquendi, sed etiam condemnandi saltem pœna extraordinaria (vel ordinaria in contumace habito pro confesso, & effectu sequuto) si constet de conclusione, in qua tota vis tractatus consistet, & indicia sunt quando plures nullis dictis verbis alium aggressi sunt, assistentia cum armis, receptatio delinquentis antè, vel post delictum, accomodatio armorum, vel aliorum instrumentorum ad delinquendum, inimicitia, variatio, mendacia in substantialibus, conventio in aliquo loco, secreta colloquia, & hujusmodi, de quibus Cala *de mod. articul. glos. unic.* §. 2. *n.* 1432. *& seqq.* Guaz. *defens.* 4. *cap.* 14. *num.* 11. *& seqq.* Alberic. *de stat. lib.* 3. *quæst.* 74. *num.* 1. 2. *&* 3. Conciol. *resol. crim. verb. Tractatus resol. unic. per tot.* ubi etiam quod tractantes puniuntur eadem pœna delinquentis principalis, nisi fortè fuisset ex se facturus, vel effectus non sit sequutus, ad Farinac. *q.* 124. *n.* 47. *& seqq.*

Qualiter autem probetur quem præstitisse opem, vel auxilium homicidio per assistentiam cum armis, & de aliis modis, quibus probatur aliquem delicto opem præbuisse, Mascard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1139. *per tot.* & dixi in §. *Auxilium nu. pr. & seqq.* ubi plures allegavi.

De inditiis tractatus ad delictum, Mascard. *d. vol.* 3. *concl.* 1386. Ansald. *cons.* 125. *per tot.* ubi qualiter probetur, & puniatur tractatus homicidii, de dicto consocii, de testibus singularibus, de comparatione litterarum, & hujusmodi.

Homicidio statim sequuto ex una, vel pluribus percussionibus, punitur homicida pro facto principali tantùm, & sic pro homicidio, non autem pro vulneribus, nec pro armorum evaginatione, sive delatione, cum majus delictum confundat, & faciat cessare minus, & quando possit puniri etiam pro vulneribus, & armorum delatione stante temporis intervallo inter prima vulnera, & repercussiones, ex quibus sequatur mors, Pract. Papp. *for. Inquisit. glos. pluribus n.* 6. *cum Addit.* Cabal. *resol. crim. cas.* 158. *per tot.* vide in §. *Delatio, num.* *& §. Vulnus n.* 16

Homicida præter directam intentionem, ut quia volens occidere unum, occidat alium, si fecerit se legitimè defendendo, & servato moderamine inculpatæ tutelæ, ad nihilum tenetur de jure, qui dabat operam rei licitæ se defendendo, si verò excesserit modum, & illum casu occidat, tenetur extraordinariè pro excessu de delicto, quod volebat patrare, & patrato. Sed si fuerit aggressor, & sic dando operam rei illicitæ, sequuta ut supra offensione in tertium; quem offendere non intendebat, tenetur pœna ordinaria delicti, etiam contra tertium commissi, vel secundùm alios extraordinariè, attenta facti, & personarum qualitate, Cabal. *resol. crimin. cas.* 31. *per tot. & tract. de omn gen. homicid. num.* 238. *&c.* Clar. §. *Homicidium, vers. Dicunt etiam aliqui,* ubi quòd si casus hic sibi contigisset, fecisset tali homicidæ in secundo casu caput amputari; quod & ego justum putarem, cum nesciam agnoscere aliquam excusationis causam, vel differentiam in tali homicida, qui jam deliberavit unum occidere, si ejus vice alium occidat, ex quo homicidium non est minus punibile commissum erga unum, quàm erga alterum, maximè in homicidio, ut supponitur deliberato, quidquid posset altera communis opinio favorabilis pro pœna arbitraria, procedere in casu rixoso, etiam respectu auctoris rixæ, cum multoties, in rixis non detur spatium deliberandi, & de facili recedatur à pœna ordinaria, vide Farinac. *q.* 125. *part.* 3. *per tot. & cons.* 1. *per tot. lib. pr.* ubi plura pro excusatione à pœna ordinaria, Conciol. *resol. crim. verb. Occisio resolut. pr. per tot.* ubi latè probat quod occidens unum, volens deliberatè occidere alium tenetur pœna ordinaria homicidii ratione prædicta, nisi sequatur in rixa, & non animo deliberato, vel se defendendo ab aggressore, idem sentit Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 20. *et seqq.* cum pluribus ab eis citatis, & contrariis respondendo, vide supra *num.* 4. Conciol *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 27. *num. pr. & seqq. cum Addit.* Romaguer. Raynald. *Syntax. rer. crim. in Rub. num.* 43. *& seqq.* ubi pro conciliandis dictis opinionibus adducit septem distinctiones, & videtur convenire cum hic notatis, & in omnem casum pœna deberet esse extremium ad vitam quando posset recedi ab ordinaria, vide etiam Campan. cum Orilia. *resol. pr.* Thes. *decis.* 243. *in fin.* Andreol. *contr.* 171. *per tot.* ubi latè juribus, & rationibus demonstrat volentem occidere unum, si alium occidat, esse pœna ordinaria puniendum, Farinacium, Vermigliolum, & alios contrarium tenentes impugnando, atque eorum 17

ar-

argumentis, & rationibus benè fatisfaciendo, quæ omnia intelligas, ut ipfe loquitur, & ego jam hic notaveram in homicidio appenfato, & deliberato.

Quòd fi volens occidere Cajum, occidat Sempronium, non puniatur pœna ordinaria homicidii, fed extraordinaria arbitrio judicis pro modo facti, & perfonarum, Menoch. *de arbitr. caf.* 324. *num.* 1t. 26. Maleard. *de probat. concl.* 864. *num.* 6. Thef. *decif.* 243. Farinac. *q.* 125. *num.* 152. Bafilic. *dec. crim.* 16. *in princ.* vide Sperel. *decif.* 64. *num.* 51. ubi fequitur Caballum *loc. fup. cit.* & ponit multa, quando dans operam rei illicitæ, teneatur de omnibus indè fequutis, vel non ad declarationem text. *in l. quamiam multa facinora C. ad l. Jul. de vi publ.* latè de prædictis Farinac. *q.* 125. *part.* 3. *per tot.* & *quæft.* 126. *part.* 2. *per tot.* vide in §. *Aggreffio num.* 9. §. *Coitus n.* 13. §. *Infultus*, & §. *Vis*, ubi quomodo teneatur dans operam rei illicitæ.

An autem mandans occidi Titium, fi occidatur Sempronius, qui credebatur Titius teneatur ad reftitutionem, Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *refol.* 19. ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam fequitur.

Sicut etiam putans occidere Cajum bannitum, nulla pœna punitur, quando ille occifus, publicè ab omnibus credebatur Cajus bannitus, fi verò non extabat talis communis vox, & fama, fed occidens fuerit motus ex alia jufta caufa ad ita credendum, punitur pro modo culpæ, in qua fuerit repertus, nifi audiverit à fide dignis, eum tunc poffet in totum excufari, Menoch. *de arbitr. caf* 573. *per tot.* fequitur Conciol. *refol. crim. verb. occifio refol. pr. num.* 7.

Sed ego puto quòd ratione culpæ in melius fe informando, & certificando de perfona banniti, debeat aliqua pœna arbitraria puniri, quòd fentit etiam clarè Conciol. *loc. citat.* ubi quòd excufatur à pœna ordinaria, cum daret operam rei licitè, non autem ab extraordinaria, Bellic. *pract. concl. part. concl.* 10. *num.* 15.

An autem, & quando occidens bannitum confequatur præmium, vel poffit aliqua pœna puniri, Menoch. *de arbitr. caf.* 90. *per tot.* dixi in §. *Bannitus nu.* §. *Præmium*, et §. *Statutum dans præmium n.* Clar. §. *Homicidium num.* 43. *etc.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *fect.* 10. *n.* 54.

Homicida fui ipfius ex confcientia commiffi cri-
28 minis efficitur inteftabilis, rumpit omne teftamentum anteà factum, ac patitur confifcationem bonorum, quando pro delicto, de quo imputabatur, cujus confcientia fibi mortem intulit, erat appofita hujufmodi pœna confifcationis, nam non ratione delicti in fe ipfum commiffi, quod morte ipfius remanet eodem tempore extinctum, fed ratione delicti antecedenter patrati, de quo (fibi mortem inferendo) habetur pro confeffo, & convicto, patitur dictam confifcationis pœnam, facit quod dixi in §. *Mors num.* 3. fecùs autem fi ex alia caufa, ut præ pudore, vel tædio vitæ affectus fibi mortem intulerit, nam hoc cafu nullam patitur pœnam, nec rumpit teftamentum, Clar. §. *fin. quæft.* 68. *verf. fe ipfum*, Cabal. *refolut. crim. caf.* 237. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caf.* 284. *num.* 14. *et feqq.* ubi etiam an poffit cadaver fufpendi, quid olim apud diverfas nationes fuerit fervatum, & relinquit arbitrio judicis, quòd latius declarat *caf.* 285. quando liceat in mortuos fævire, & memoranda adducit exempla vide in §. *Cadaver num.* et §. *Vulnus num.* Farinac. *quæft.* 128. *per tot.* Paul. Chriftin. *dec. Belg.* 208. *per tot. vol.* 4. Conciol. *refol. crim. verb. Occifio refolut.* 8. *per tot. ubi num.* 7. dicit quòd hodie pœna confifcationis non intrat contra occidentem fe ipfum, ftante *Auth. damnatorum C. de bon. profcript.* Card. Tufeb. *litt. H. concl.* 152. *per tot.* Peregrin. *de jur. fifc. lib.* 4. *tit.* 4. ubi quòd debet probari per fifcum fibi mortem intuliffe ob timorem pœnæ, vide in §. *Bona num.* 14. *et* §. *Confifcatio nu.* 3. *et nu.* 6. Amaya *in Codice lib.* 10. *tit. de jur. fifc. lib.* 10. *num.* 73. & *feqq. fol.* 50. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap. pr.* Bobadill. *Pollit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 143. Alvaro de Reat. *quæft.* 7. *num.* 164. & *in Prax. crim.* §. *Homicida num.* 129. & *feqq.* Beldof. & Add. in Thef. *pract. litt. S*, §. 74. & *in tract. de homicid.* & *de vitæ*, & *necis confid.* Danza *de pugna Doct. tom. pr. de Carcer. num.* 36. Gizzarel. *decif.* 15. *n.* 5. Bafilic. *decif. crim. crim.* 5. *nu.* 11. & *feqq.* Carpzov. *Pract. crim. part. pr. quæft.* 2. *n.* 25. & *feqq.* Hieron. Lauren. *decif. Aven.* 123. *per totum* & alios plures noviffimè adductos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 14. *num. pr.* & *feqq.* & plene Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *per tot.* ubi licet in fine addat non procedere confifcationem bonorum, fi ille, qui ex confcientia criminis mortem fibi intulit reliquit afcendentes, vel defcendentes intra tertium gradum, per text. *in Auth. Bona damnatorum Cod. de bon. profcript.* puto intelligendum de confifcatione proveniente à jure communi, fecùs fi talis pœna fit impofita de jure municipali, & ita fervavit Rota criminalis Florentiæ de anno 1688. in caufa cujufdam Birruari, qui fe ipfum ex confcientia homicidii confeffati laqueo in carceribus fufpendit, latè Bafilic. *decif.* 3 *per tot.* Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 30. *verf. qui fibi pag.* 346.

An poffit aliquis ex ignorantia invincibili excufari ab homicidio fui ipfius, an propriam vitam exponere pro fervanda vita, vel honore, & facultatibus amici an propriæ morti cooperari, vel ejus periculum fubire, & illam non evitare quando poteft vitari, an fe mutilare, aut vigiliis, & abftinentia fuam vitam abbreviare, & alia hujufmodi in foro confcientiæ, Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *refol.* 28. *cum pluribus feqq.* & *part.* 11. *tractat.* 9. *refolut.* 46. ubi quando licitum fit indirectè, & mediatè efficere, vel omittere aliquid, ex quo mors propria fit eventura, & *refolut.* 50. ubi quid fi judex præcipiat, ut reus fe interficiat.

Quòd occidens fe ipfum, de jure Pontificio carere debeat Ecclefiaftica fepultura, & pro eo in divinis nulla fiat commemoratio, nifi reperiretur in puteo fuffocatus, quia in dubio ab alio, & non à fe ipfo præcipitatus præfumeretur, vel morientem facti pœnituerit, vel figna pœnitentiæ demonftraverit, & de jure divino morte æterna plectitur, cum præceptum non occidendi fe ipfum etiam contineat, *cap. placuit* 23. *quæft.* 5. &c. *ex parte de fepul.* Rom. *fing.* 264. Soccin. jun. *conf.* 51. *num.* 2. *lib.* 1. D. Thom 2. 2. *quæft.* 64. *art.* 5. Menoch. *de arbitr. dict. caf.* 284. Guaz. *def. ult. cap. ult.* Farinac. *dict. quæft.* 128. Conciol. *refolut. crimin. verb. Occifio refolut.* 8. *nu.* 12. Barbof. *de offic. Paroch. cap.* 26. *num.* 49. P. Manar. *Noct. Malencol. interrog.* 131. *fol.* 231. vide in §. *Cadaver num.* Dian. *refolut. moral. part.* 5. *tract.* 3. *ref.* 100. ubi etiam quid fi in Pafchate non communicaverit, & *part.* 6. *tract.* 4. *refolut.* 47. ubi an liceat fe ipfum occidere ad vitandam fornicationem, & propriam pudicitiam tuendam, itaut tunc fic faciens non fit privandus Ecclefiaftica fepultura, faltem ex ignorantia invincibili, & concludit non licere, fed poffe ex dicta ignorantia invincibili excufari à peccato, & confequenter à privatione Ecclefiafticæ fepulturæ, facit quod dixi in §. *Vis n.* 3. *in fine*, Francif. de Magiftr. *in Sylv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *fol.* 427. ubi an, quando homicida fui ipfius, vel alterius poffit à peccato excufari, vel non, Sforz. Odd. *conf.* 93. *nu.* 25. Carpzov. *Pract. crim. part.* 3. *quæft.* 141. *num.* 61. Martin. Naurath. *de vit.* & *mort. hom. theorem.* 65. Hieronym. Laurent. *decif. Aven.* 123. *num.* 8. Raynald. *loc. fup. cit. num.* 24. *verf. Quæro primo* &c. ubi etiam quando non denegetur Ecclefiaftica fepultura, licet fiat de nocte, & fine comitiva, & alia plura quando fit deneganda Ecclefiaftica fepultura, vel non, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 37. & *feqq.* Bafilic. *loc. cit. num.* 20. Laym. *in Theol. Moral. libr.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 1. *nu.* 8.

Tentans autem fe ipfum occidere non fequuto effectu, eo quia fuerit ab aliis impeditus, reputatur de jure pœna mortis dignus, quamvis de confuetudine mitius puniatur arbitrio judicis, de quo vide Clar. §. *fin. quæft.* 68. *num.* 38. & Bajard. ibidem, Menoch. *de arbitr. caf.* 284. Cabal. *refol. crim. caf.* 137. Card. Tufch. *lit. H*, *concl.* 152. *num.* 11. & *feqq.* Farinac. *dict. quæft.* 128. Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 3. &c. Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 598. P. Manar. *dict. tract. Interrog.* 200. §. 23. *fol.* 327. & *in Pract.* §. *Omicidio num.* 27. ubi etiam quòd vulnerans fe ipfum gravius puniatur arbitrio judicis, quàm fi alium vul-

vulneraffet, & dixi in §. *Vulnus. num.* D. Manf. *consult.* 247. *lib.* 3. ubi Inquifitus pro delicto, pro quo erat carceratus fuit arbitrariè punitur, nulla habita ratione fibi attentatæ necis, ut ipfe teftatur in fine. Sed Antun. de Portugal. *dict. cap.* 41. *nu.* 32. tenet, quod ille, qui confcientia criminis fe occidere tentavit, & non perfecit, fi delictum erat tale, ex quo confifcatio bonorum fequi poterat, habeatur pro confefso, & condemnetur pœna ordinaria, per text. *in leg.* 3. §. *Sic autem ff. de bon. cor. qui ante fent.* & alios ab eo citatos. Tu autem non recedas à pœna arbitraria mitiori juxta jam firmata, & de omnibus fub hoc numero contentis ne deferas videre Amefcuam *in tract. de poteft. in fe ipfum lib.* 1. *cap.* 3. *cap.* 21. *cap.* 23. *& per tot.* Valer. *de differ. utriufque fori, verb. Vita, & bonor. differ.* 2. *per tot.* ubi an quilibet faltem in foro externo habeat poteftatem feu occidendi, vel vulnerandi, licet abfoluté nullo cafu fit permiffum in foro confcientiæ Bafilic *loc. cit. à num.* 38.

Et ego in hoc propofito memini de anno 1665. fuiffe inquifitum in Tribunali Terræ Solis partium Romandiolæ Florentinæ quemdam Nicolaum Damianum de Mutiliana, & convictum, quód fe ipfum laqueo ad trabem fufpenderit, licet concurfu vicinorum recifo laqueo vivus evaferit, & caufa de more participata Magiftratui Dominorum Octo Baliæ Virorum Civitatis Florentiæ, fuiffe condemnatum ad ferviendum per triennium Fabricæ Liburni cum laqueo ad pedes fub pœna triremium per quinquennium in cafu inobfervantiæ, ut videre eft in filcia Proceffuum dicti anni fignata 615. *num.* 193.

Et quandoque etiam pró aliis fimilibus attentatis vidi non procedi, vel ex ignorantia Judicum, vel quia hoc procedit ex alienatione mentis, & judicii, quæ faciliter præfumi poteft, cum aliás non fit verifimile quemquam fanæ mentis talia contra fe ipfum attentare, nifi fequatur ex confcientia delicti patrati, vel ex avaritia, vel fimili caufa non naturali, fed damnata, nam his cafibus, non poffunt nec debent hujufmodi attentata contra fe ipfum, maximè quando fuit deventum ad actus proximos, ullo modo diffimulari, & tergiverfari, fed omninò puniri, ut colligitur ex præcitatis Doctoribus, & dixi in *Pract. §. Omicidio n.* 27.

An autem milites navigantes dum vident navim in poteftatem hoftium omninò venturam, & fe perituros, poffint communi confenfu, & cum bona confcientia pulveri immittere ignem, ut fe potius mari committant, quàm in manus hoftium incidant, Dian. *refol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *refol.* 26. ubi quód non, quia id eft fe velle directè occidere, quód non eft permiffum, nifi forfan effent neceffariò occidendi ab hoftibus, quafi tunc non tam fib inferre, quàm fugere mortem dici poffent, *& part.* 6. *tractat.* 7. *refol.* 48. ubi refert diverfas opiniones, *& part.* 11. *tract.* 6. *refol.* 46. ubi videtur affirmare.

19 Homicidium commiffum veneno, vel alio modo à confanguineis, in perfonam confanguinei, vel affinis carcerati, vel aliàs in fortiis Curiæ exiftentis, pro vitanda infamia ignominiofæ mortis, punitur pœna homicidii ordinaria, Cabal. *refolut. crimin. caf.* 94. *per totum*, Farinac. *quæft.* 122. *part.* 1.

Et quando cadavera licet extincta poffint furcis fufpendi, & in partes fcindi ad terrorem, & exemplum aliorum, vide Clar. §. *fin. quæft.* 51. *nu.* 15. Menoch. *de arbitr. caf.* 285. *per tot.* Guaz. *def.* 33. *cap.* 26. Cabal. *refolut. crimin. caf.* 189. *& caf.* 265.

20 Homicida uxoris dicitur committere parricidium, & tamquam parricida debet puniri, nifi fuerit reperta in adulterio, Menoch. *de arbitr. caf.* 356. *num.* 79. *&c.* vide in §. *Parricidium, num.* §. *Maritus num.* 7. plenè Sanfelic. *dec.* 337. cum tribus Allegationibus, & Addit.

Privatur etiam lucrò dotali, quod non applicatur fifco, fed tranfit ad hæredes ipfius uxoris, Ruin. *conf.* 11. *lib.* 3. Roland. *de lucr. dot. quæft.* 61. Clar. §. *Homicidium num.* 17. *verfus finem*, ubi teftatur idem effe fecundum magis communem opinionem, etiam fi lege permittente fecerit, ut puta propter adulterium, fed vide Farinac. *quæft.* 120. *fect.* 3. *per tot.* & quæ dixi in §. *Lucrum num.* 20. Afflict. *decif.* 275. *fub num.* 63. ubi Utfil. Franch. *decif.* 668. Addit. ad Sanfelic. *decif.* 337. *verf. Dubitant Doctores*, Conciol. *refol. crimin. verb. Occifio refol.* 9. *per totum* Andreol. *controverf.* 336. *à num.* 10.

Item remanet fine fpe futuri conjugii, fine difpenfatione Rebuff. *Pract. benef. reg. de difpenfat. in grad. confang. glof.* 5. *num.* 33. vide in §. *Uxor num.* 12.

Homicidium an in dubio præfumatur caufatum ex vulneribus præcedentibus, vel ex alia caufa, multi multa dixerunt, fed veritas, & communis opinio ftat juxta fequentem diftinctionem, nam. 21

Aut vulnus ab initio fuit omninò mortale, & defperatum, & tunc proculdubio, fequuta morte, etiam ex intervallo, vulnerans tenetur pœna ordinaria homicidii, abfque eo, quód fibi in aliquo fuffragetur probatio alterius caufæ, puta malæ curæ, vel negligentiæ.

Aut vulnus non erat mortale, nec periculofum, & hoc pro certo fupponitur, & tunc etiamfi fequatur mors, non tenetur vulnerans de homicidio, fed tantùm de vulnere, ex quo dicitur fufficienter conftare vulneratum deceffiffe ex alia caufa, & non ex vulnere.

Aut vulnus erat periculofum, & fic fumus in dubio, an effet verè mortale, vel non, & tunc non probata aliqua culpa, vel negligentia vulnerati in fe curando, ex effectu mortis fubfequuto, præfumitur vulneratus deceffiffe ex vulnere, & vulnerans tenetur pœna ordinaria homicidii; probata autem negligentia, feu culpa vulnerati in fe curando, non tenetur vulnerans de occifo, fed tantùm de vulnere, vel alia pœna arbitraria.

Prout etiam pœna tantùm arbitraria, & non ordinaria homicidii tenetur vulnerans, licet vulnus fuerit mortale, fed non omninò mortale, & defperatum, fi probet culpam vel negligentiam vulnerati in fe curando, quia etiam vulnera mortalia, diligenti cura adhibita quandoque fanantur, & fic prodeſt probatio malæ curæ, & negligentiæ, etiam in vulneribus mortalibus ad effectum recedendi à pœna ordinaria, dummodò ut dixi non fuerint omninò certè mortalia, & deplorabilia, ita colligitur ex traditis per Clar. cum Addent. *in §. Homicidium num.* 33. Menoch. *de arbitr. caf.* 275. *per tot.* Farinac. *quæft.* 127. *per tot.* Boer. *dec.* 323. *per tot.* Thom. Trivif. *decif.* 58. *lig.* 2. Boff. *de homicid. col. pen. & final.* Everard. *loc. ab effect.* Pract. Papp. *for. Inquif. gl. ex quibus*, Guaz. *def.* 4. *cap.* 10. *&* 11. *per totum*, Cabal. *tractat. de omn. gen. homicid. num.* 337. *& feqq.* Ricc. *Collect.* 1456. Farinac. *conf.* 100. Card. Tufch. *lit.* V, *conclus.* 376. *&* 377. Paul. Zacch. *Quæft. M. dic. legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæft.* 3. *per tot. quæft.* 6. *& conf.* 62. *per tot.* dixi latè *in mea Pract.* §. *Ferite per tot. &* §. *Omicidio nu.* 39. *& feqq.* & in hoc Opere §. *Vulnus num.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *fect.* 10. *n.* 31.

Ex quibus autem arguatur mala cura, negligentia vulnerati; dic fi probetur non fuiffe adhibitum medicum, vel impetitum juncta particulari culpa illius in medendo, noluiffe vulneratum medico obedire, coitum adhibuiffe, nociva comediffe, vinum purum bibiffe; de lecto furrexiffe, diù, noctuque ambulaffe, & fimilia, ut per Farinac. *dict. quæft.* 127. *part.* 3. *per tot. conf.* 100. *nu.* 20. *&c.* Paul. Zacch. *dict. quæft* 3. *per tot.*

Non tamen omnis negligentia, vel mala cura fufficit, fed debet effe magna, in re notabili, prædominans qualitati vulneris, & in fpecie probari, itaut nec credatur ipfi vulnerato id in articulo mortis atteftanti, Farinac. *dict. quæft.* 127. *part.* 1. *num. & part.* 3. *num.*

Et de prædictis omnibus, maximè an vulnus fuerit mortale, nec ne, ftandum eft regulariter judicio Medicorum, & Chirurgorum peritorum faltem duorum, fi poffint haberi, deponentium cum juramento de credulitate, & judicio fuo, latè Farinac. *dict. qu.* 127. *part.* 4. *per tot.* Clar. §. *Homicidium num.* 43. ubi tamen ait fæpe vidiffe, nullam fidem adhiberi hujufmodi peritis præfertim deponentibus ad defenfam, eó quia foleant corrumpi, & contra veritatem deponere, & ideò tutius effe dicerem remitti arbitrio judicis, qui confiderata qualitate, & loco vulneris, & relatione Medicorum facta ab initio in denunciatione

tione vulneris ex debito illorum officii, & aliis circumſtantiis, faciliter æſtimabit, an mors ex vulnere, vel alia cauſa proceſſerit, & ita etiam ego pluries ſervari vidi Florentiæ, adhiberi medicos, & peritos ad inſtructionem judicis, & non ad cuarctandum ipſum judicem ad ſequendum illorum judicium, facit quod dixi in §. *Periti num.* 7. §. *Corpus delicti num.* 4. §. *Vulnus num.* 3. *&* §. *Venenum*, Farinac. *dict. quæſt.* 127. *nu.* 124. *& ſeqq.* ubi plura quando non ſtetur judicio medicorum, latè Carpzov. *in prax. crim. part.* 1. *quæſt.* 26.

Quid autem ſi vulneratus ſupervixerit ultra quadraginta dies, & poſtea obierit, an tunc præſumatur mortuus non ex vulnere, ſed ex alia cauſa; affirmant multi, & claſſici auctores, ex eo quod lætaliter vulneratus non poſſit vivere ultra quadraginta dies, & cum hac opinione, vel quod ſit in judicis arbitrio, maximè ſi etiam conveniat judicium Medicorum videtur tranſire, Farinac. *quæſt.* 127. *part.* 2. Clar. §. *Homicidium num.* 35. Menoch. *de arbitr. caſ.* 275. cum aliis ſupra citatis, & dixi *in Pract.* §. *Ferite num.* 9. *&* §. *Omicidio num.* 46. *&* 47. ubi quod debet attendi, an vulneratus convaluerit, nec ne, ad ibi dicta, & alios ſupracitatos me remitto, ne repetam, & vide in §. *Vulnus num.*

22 Homicidium conſummatum ab uno, in perſonam alterius, qui prius ab alio fuerat mortaliter vulneratus, an ſit attribuendum primo vulneranti, vel ultimo exanimanti, vel utrique; dic quod ſi iſte ſecundus vulnerans, & exanimans fecit de mandato, & voluntate primi tenentur ambo pœna ordinaria homicidii, & ſic ceſſat cautela illius peſſimi Advocati, qui debuiſſet pro præmio laqueum reportare, dum cuidam, qui alium lethaliter vulneraverat conſulvit, ut mitteret alium ad prorſus interimendum, ut ipſum tantum teneretur de vulneribus, & ille alius de occiſo; ſi verò ſecundus fecit ex ſe ſine mandato, vel ſcientia primi, & ſi ex cauſa propria, ſi primum vulnus non erat omninò mortale, tenetur iſte ſecundus de homicidio, & primus de vulnere, ſed ſi primus vulnus erat omninò lethale, tenetur etiam primus vulnerans de homicidio, ut colligitur ex traditis per Boer. *deciſ.* 323. *num.* 9. *&c.* Clar. §. *Homicidium nu.* 37. Addit. ad Pract. Papp. *for. inquiſ. gloſ. pluribus*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 262. *nu.* 7. *&c.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 158. *nu.* 20. *et de omn. gen. homicid. nu.* 169 Card. Tuſch. *litt. H*, *concl.* 143. *nu.* 51. *&c. & concl.* 149. *num.* 48. Guaz. *deſ.* 4. *cap.* 10. *dub.* 28. Farinac. *q.* 96. *num.* 49. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 178. *nu.* 11. *vol.* 2. Ricc. *Colleg.* 1456. dixi *in Pract.* §. *Omicidio nu.* 42. adde Dian. *par.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 33. *verſ. finem* ubi per text. *in l. Item Mela* 11. §. *Celſus*, *& l. huic in* §. 1. *ff. ad l. Aquil.* dicit primum vulnerantem etiam mortiferè, teneri tantum de vulnere, & ſecundum exanimantem de homicidio. Sed tu intellige prædicta ſecundum diſtinctionem vulnerum, ut dixi *in* §. *Vulnus n.* 2. *& ſeqq.*

Quòd imò qui ſecundum vulnus intulit homini jam priùs ab alio mortaliter vulnerato non teneatur pœna ordinaria, cùm homicidium ex primo vulnere lethali jam conſummatum diceretur, quia vulneratus ex illo omninò erat moriturus, ita ut ſecundum vulnus tamquàm cadaveri illatum conſiderari poſſit, Calvin. *de æquit. lib.* 2. *n.* 16. *& ſeqq.* ubi quòd ita pluries fuit reſolutum per Senatum Mediolani condemnando primum mortiferè vulnerantem pœna capitali, & ſecundum ad triremes, refert, & ſequitur Conciol. *reſol. crim. verb. Homicidium reſol.* 7. *num.* 4. licèt contrarium teneat Clar. ubi ſupra.

Quid ſi vulnera non erant per ſe mortalia, ſed mors ſequuta fuerit ex complexione, & natura vulnerati valdè debili, & delicata, vel infirma, vel ex defectu remediorum, vel abſentia chirurgorum, & ſimilibus cauſis intrinſecis, vel extrinſecis à vulnerante non conſideratis, neque prævisis, an teneatur pœna ordinaria homicidii, valdè controverſum eſt, ut per Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 329. *& ſeqq.* Paul. Zacch. *Quæſt.* Medic. *legal. lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *nu.* 32. *&c. ibid. quæſt.* 6. *num.* 6. *&c. & conſ.* 74. *num.* 9. *&* 20. *tom.* 2. Bardellon. *conſ.* 98. *per tot. lib.* 1. dixi *in Pract.* §. *Ferite num.* 14. vide in hoc opere §. *Mors num.*

Si vulnerato non mortiferè ſupervenit febris, quæ illum interimat, ſi proceſſit principaliter ex vulnere, tenetur vulnerans de occiſo, ſi verò ex alia cauſa tenetur tantùm de vulnere, licèt vulnus coadjuvaverit, ut febris veniret, Carer. *pract. crim.* §. *Quarto quæro num.* 13. cum aliis per Cabal. *d. tract. num.* 336. vide Ricc. *Collect.* 1456.

Humicida dicitur, & tamquàm talis puniri debet, qui ſcienter portat litteras, vel ambaſciatas pro homicidio committendo, illo poſteà ſequuto, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 243. *per tot.* Genua *de ſcriptur. privat. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 11. *&c. vide in* §. *Auxilium nu.* 5. 23

Et tantò magis, qui conduceret perſonam interficiendam tamquam agnum ad occiſionem, Guaz. *def.* 33. *cap.* 10. *in fine.*

Qualiter homicidium poſſit tripliciter committi, ſcilicet animo, facto, & verbo, ſive lingua, & quomodo unumquodque probetur, Maſcard. *de probat. concl.* 864. *& ſeqq.*

De homicidio commiſſo cum auxilio, & aſſiſtentia aliorum, vide in §. *Auxilium num. &* §. *Delictum num.*

De homicidio commiſſo de alterius mandato, & ex quibus verbis probetur mandatum, Maſcard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 866. *per tot.* dixi in §. *Mandatum num.* 20. *& ſeqq.* ubi plura, & plures allegavi.

De homicidio per abortum, vide in §. *Abortus per tot.* late Berlich. *practicar. concl. vol.* 4. *concl.* 8.

De homicidio cum archibuſio, & ejus pœna, dixi in §. *Affectus num.* 5. *&* §. *Auxilium num.* 5.

Homicidium qualiter præſumatur commiſſum ab 24
eo, in cujus domo, vel propè domum, ſive in agro fuerit repertum cadaver, ſi ſit perſona malæ conditionis, & famæ, vel appareat de inimicitia, ita ut poſſit torqueri, ubi non conſtet de alio occiſore, vide Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *qu.* 89. *n.* 80. *&c. & nu.* 107. *& de arbitr. caſ.* 394. *n.* 60. Farinac. *qu.* 52. *n.* 98. *& ſeqq. & qu.* 96. *n.* 81. *& ſeqq.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Homicidium reſolut.* 13. *&* 14 *per tot. dixi in* §. *Cadaver n.* 13. *&* §. *Mors n.* 11. Ampliationes, & limitationes hujus regulæ vide apud Conciol. *loc. cit.* & Giurb. *conſ.* 43.

De inditiis, & præſumptionibus, & ex quibus poſſit probari homicidium fuiſſe ab aliquo commiſſum, plenè Blanch. *tract. de indic. nu.* 67. *& ſeqq. ad* 409. Menoch. *de arbitr. caſ.* 361. aliqua Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 867. *per tot.* ubi etiam de confeſſione qualificata.

Homicidium committens poſt tempus, etiam plu- 25
rium annorum à recepta injuria, cauſa ſe vindicandi, & redimendi honorem ſuum, non punitur pœna ordinaria homicidii, ſed alia arbitraria gravi juxta facti, & perſonarum qualitatem, Gramat. *deciſ.* 23. Giurb. *conſil.* 86. cùm aliis per Gizzarel. & Addent. *dec.* 18. *per tot.* ſequitur Addit. ad Sanfelic. *dec.* 337. *verſic. hinc etiam*, ubi plura alia ad defenſionem homicidæ ex cauſa honoris, ſequitur etiam Joſeph Felin. & Cerezo *in Margarit. var. concl. verb. Homicidium*, vide tamen quod dixi in Pract. §. *Diffeſa n.* 9.

Ubi qualiter puniatur homicidium committens poſt tempus etiam plurium annorum à recepta injuria cauſa ſe vindicandi, Adde Prat. in Addit. ad Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 3. *cap.* 6. Panimol. *deciſ.* 86. *num.* 32. *& ſeqq.* Carol. Anton. de Roſa *tract. de decret. cap.* 10. *nu.* 7. ubi hoc firmat, quia ratio naturalis ſuadet ut injuria cum pœna æſtimetur, & quia juſta cauſa juſtum producit dolorem, qui ſemper cor premit, & ideò omni tempore eſt habenda in conſideratione, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *in Rub. nu.* 117. ubi tamen ipſe *n.* 118. *& ſeqq.* cum Farinac. *qu.* 122. *nu.* 118. *quæſt.* 115. *nu.* 403. *& conſil.* 141. *lib.* 2. contrarium, & melius concludit, quia aliàs ſequerentur abſurda quòd omnia homicidia præmeditata punirentur pœna extraordinaria, cùm habeant ferè ſemper cauſam præcedentis injuriæ, nimis relaxarentur habenæ ad delinquendum, ac daretur occaſio jus ſibi dicendi propria auctoritate, quod eſt à legibus reprobatum, & alia, licèt Princeps ob æquitatem in aliquo caſu valdè gravis injuriæ poſſit pœnam minuere, & contrariis reſpondet.

Quòd homicidium commiſſum ex cauſa honoris, quamvis

quamvis occisus non fuerit repertus in actu, non puniatur pœna ordinaria, plenè Sanfelic. *decis.* 337. cum tribus Allegationibus, & Addit. Conciol. *resolut. crim. verb. Occisio resol. nu.* 4. *per tot. dixi in §. Stuprum nu.* 5. *in fine*, Farinac. *quæst.* 125. *n.* 412. *vers. Contrarium*, Giamat. *dec.* 5. Card. Tusch. *litt. H. conclus.* 143. *num.* 34. Bertazol. *consil. crim.* 42. *n.* 6. *& seqq.* & ibi Claud. Bertazol. filius, qui testatur ita fuisse judicatum, prout testantur etiam Franc. de Ponte *cons.* 98. Martha *vot. Pis.* 206. Cabal. *resolut. crimin. cap.* 300. *n.* 24. *& seqq.* Mar. Mnt. *dec.* 61. *n.* 21. *&c.* Jo: Dexart. *dec. Sardin. Prætor.* 5. *n.* 1. Paul. Rub *in Annot. ad decis.* 1. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *n.* 53. *& seqq.* ubi tamen ipse *n.* 60. *&c.* videtur contrarium firmare, cùm non ita sint relaxandæ habenæ ad delinquendum, & propria auctoritate sibi jus dicendum, ne omnes deteriores fiant in licentia, & aliter facientes dicuntur imitatores Diaboli, & legum ejus, vide *in §. Maritus nu.* 7. Conciol. *resolut. crimin. verb. Iracundia resolut. unic. per tot.* ubi quòd delictum ex iracundia commissum mitiùs punitur, quando iracundia provenit ex justa causa, secùs si ab injusta, quousque autem præsumatur iræ calor durare, alii dicunt per 30. dies, alii per annum, alii ad 24. horas, alii ad 12. horas, alii donec non fuit deventum ad extraneos actus, alii denique verius arbitrio prudentis judicis reliquunt, ut per Conciol. *loc. cit.* vide supra *nu.* 4. *& in §. Incontinenti nu.* 1. Plura de Homicidio ira commisso Carpzou. *in prax. crimin. quæst.* 6. *quæst.* 45. *& quæst.* 147. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 44.

Quòd homicidiū commissum à muliere honesta, vel quolibet alio pro tuenda pudicitia sua, vel suorū nō sit punibile, Ciaz. *discept. crimin.* 26. *n.* 84. intelligendo si sequatur contra molestantē cum violētia, & in ipso aggressu violēto, ut bene declarat Matth. Sanz. *de re crim. controv.* 29. *n.* 108. *&* 109. *per text. in l.* 1. *§. pen. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Cabal. *de homicid. n.* 88. *& dixi Ego in §. Stuprum n.* 5. *in fine §. Raptus n.* 9. *& §. Sodamia n.* 11.

26 Homicida dicitur, & tamquam talis puniri debet Judex, qui pecunia corruptus, vel ira commotus innocentem damnavit ad mortem, vel dedit operam ut falsò confiteretur aliquid, ex quo postea innocens damnaretur ad mortem, vel indebite torquet, & adeò excedit, ut tortus moriatur, *l. lex Julia §. fin. ff. ad l. Jul. repet. l.* 1. *& l.* 3. *§. qui falsa ff. de sicar.* Clar. *§. Homicidium num.* 12. & latè Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 157. *& seqq. ad* 179. ubi etiam quid si per imperitiam malè judicaverit, Menoch. *de arbitr. cas.* 339. *& seqq. vide in §. Judex num.* Bajard. ad Clar. *loc. cit. n.* 37.

27 Homicida dicitur, & tamquàm talis puniri debet Medicus malum medicamentum scienter adhibens, ut infirmus moriatur, *l. necessaria §. fin. ff. ad Syll.* Clar. *§. Homicidium n.* 13. Cravett. *cons.* 132. Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 213. ubi tamen quòd cessante dolo mitiùs debet puniri, de quo plura dixi in Pract. *§. Medici per tot.* & in hoc Opere *§. Medicus n.* 7. vide Bajard. ad Clar. *loc. cit.* 39.

Ita ut Medicus homicida per dolum, ut supra in medendo, tamquam proditor non gaudeat immunitate Ecclesiæ, ut in dicta Pract. *n.* 18. *& dict. §. Medicus sub n.* 7.

28 Homicidium commissum cum baculo, vel simili instrumento de sui natura ad occidendum non apto, neque parato, vel quo homines uti non solent ad occidendum, non puniuntur pœna ordinaria, sed extraordinaria judicis arbitrio, cùm dicatur potiùs culposum, quàm dolosum, ex quo percutiens non præsumitur habuisse animum occidendi; nisi tamen percussio esset facta in parte corporis periculosa, veluti in capite, & reiterata, cùm præcedente inimicitia, quia tunc præsumitur animus occidendi, & punitur pœna ordinaria, sequuta morte, si etiam percutiens non habebat alia arma ad occidendum aptiora, nam si habebat arma aptiora, & percussit cum baculo, etiam in capite, non præsumitur voluisse occidere, & excusatur à pęna ordinaria, ut colligitur ex Farinac. *q.* 126. *n.* 128. *& sequent.* Clar. *§. Homicidium n.* 4. Boss. *tit. de homicid. n.* 37. *&* 38. Gratian. *discept. for. cap.* 619. *nu.* 12. *& seqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 320. *& seqq.* Conciol. *resol. crimin. verb. Occisio resolut.* 6. *per tot.* adde Raynald. *rer. crimin. cap.* 10. *§.* 3. *ad* 6. *n.* 28. *& seqq.* ubi etiam quando possit esse locus pœnæ ordinariæ, nempè stante appensamento, & deliberatione, vel quando percussio fuit cum baculo magno, & gravi juxta declarationem ejusdem Farinac. *consil.* 211. vide Carpzou. *in prax. crim. p.* 1. *qu.* 3. Vide Brunnemann. *l. si virgis n.* 3. *C. de emend. servor.*

Multa de homicidiis, & eorum pęnis, quando, & ex quibus causis possit recedi à pęna ordinaria, vel non, Thoro *Compend. dec. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Homicidium*, Castejon. *Alphab. jurid. eod. verb.* & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 676. *&c.* latè Carpzou. *in prax. crim. quæst.* 1. *& seq.* Brunnemann. *supr. ff. & C. & alibi* Fagnan. *sup. Decretal.* De Luc. *in Indic. general. verb. Homicidium.* 29

Homicidium quotuplex sit, quando causet irregularitatem, vel non, latè Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Homicidium fol.* 171. ubi etiam de homicidio, vel mutilatione in personam Clerici, vel Sacerdotis, Episcopi, & Cardinalis, & in personam conjugis, ac sui ipsius. De Luc. *in annot. ad Concil. Trid. disc.* 12. *n.* 10. 30

Homicidialis quando excusatur in foro fori, sed non in foro conscientiæ, ut benè explicat Valar. *de differ. utriusque fori, verb. Homicidium per tot.* & in specie *differ.* 3. quòd inimicus insidians, vel se ad occidendum parans, possit in foro exteriori occidi non expectata aggressione; secùs in foro animæ, nisi nullum aliud effugium evadendi mortem esset, quàm inimicum occidere ad D. Thom. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7. & alios dixi in hoc *§. nu.* 4. *vers. Qualiter.* 31

Casum novum, & pro reis perpetua memoria dignum à Rota Criminali Florentiæ de mense Septembris anni 1692. in Banca Cancellarii Jo. Antonii Pini (me tamen discrepante) decisum, summatim referre hìc non omittam. 32

Erant quatuor Inquisiti de homicidio doloso, & deliberato, & omnes contumaces, ex eo quòd de nocte existentes in quodam Casino (sic Florentiæ nuncupato) per eos ad turpia conducto, & retento, primus Inquisitus aliorum famulus, vel ut vulgè dicitur *fà servizii*, missus ad quamdam ambasciatam, reversus aliis retulit se in via habuisse quædam simplicia verba altercatoria cum quodam tertio nullius ferè momenti, coinquisitos nullo modo tangentia, & in quibus ipse fuisset procurator, si talia fuissent, ut possent dici procuratoria.

His auditis, alii eumdem foras miserunt, ut videret, an illum tertium, cum quo verba habuerat, reperiret, & se declararet pro eo exisse, exivit, & alius, & cum observassent gentes in via, in domum, vel casinum reversi, sumpserunt omnes arma, & simul, ac concorditer exeuntes protulerunt hæc præcisa verba, *andiamo, andiamo, e diamoli*, ut in specie deponit reum meretrix, vel leva in processu 24. mirificè coadjuvata ab aliis 22. 25. & 52. & reperto alio penitus innocente, qui à visitatione Sanctissimi revertebatur non obstantibus acclamationibus, *che lo pigliavano in cambio*, illum miserè interfecerunt, unico licèt vulnere a primo Inquisito, cum aliorum (armis evaginatis) ope, & assistentia cooperativa illato, ut infra melius exprimetur.

Et cùm Illustrissimi DD. mei Collegæ habuissent homicidium pro simplici rixoso, vel fortè commissso in personam alterius, quàm illius, quem occidere intendebant, vel existimaverint non potuisse tam brevi tempore homicidium deliberari, vel ex aliis motivis non mihi notis, condemnaverunt unà mecum dictum primum Inquisitum (cui fortè tamquam vili, pauperi, & nihil habenti, cui totus mundus patria, fuit aliquo artificio cum testibus adhibito adscriptum homicidium, & non est penitus alienum à processu) in pęnam ordinariam capitis, & confiscationis bonorum, alios verò in pęnam confinii per quinquennium in Porto Ferrario sub pęna triremium per tantumdem tempus non observando, cum reservatione

vatione omnibus 15. dierum ad comparendum, & se jult ncandum.

Ego autem [salvo semper meliori judicio, eut fuit approbatum ut supra] existimavi dictum homicidium fuisse dolosum, vel deliberatum, & consequenter omnes dictos quatuor inquisitos contumaces eadem pęna ordinaria capitis, & confiscationis bonorum plectendos Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caf.* 1. *n.* 14. *& seqq.* aliique plures per me citati in hoc §. *Homicidium n.* 1. 7. 8. & in his Addit. *n.* 14.

Movebat quia dolus, & deliberatio satis mihi constare videbatur ex suprarelatis verbis in exeundo de domu simul cum armis prolatis, & ex antecedente, & subsequente facti serie dolosa, cùm ad deliberandum homicidium crediderim non requiri annos, menses, hebdomadas, vel dies, sed fieri in ictu, & temporis mumento, statim ac præstatur consensus ad delictum, quidquid sit de duratione animi donec detur occasio illud exequendi, quæ non semper est in promptu, & ideò licèt in dicto casu fuerit prompta, & absque ulla provocatione, non eo minus facere homicidium dici deliberatum, & dolosum, quod ut supra punitur, & dolus re ipsa resultabat ex qualitate facti illiciti de sui natura mali, & prohibiti, quia effectus causam, & animum perversum Inquisitorum satis demonstrabat, & probato prout infra facto varè delictuoso, & illicito, dolus satis superqua probatus dicebatur ex traditis in locis supracitatis.

Constabat namque per quinque testes da visu contestes de aggressione facta ab omnibus dictis quatuor Inquisitis per hæc formalia verba 10. *Questi all' hora* [loquendo semper de Inquisitis] *fecero un cerchio, messero mano alle spade, e vencro alla volta nostra, &c.* Alius testis 26. *Tirorno mano all' armi, & allora passarno quei due, e tutti gl' andorno in contro, &c.* Alius 40. *Mà in quel mentre passorno per detta strada due, & allora i medesimi quattro con l' armi sfodrate gl' andorno alla vita, voltandoli le punte, &c.* Alius 48. *vedd.lemo tutti quattro andarli alla vita con l' armi sfoderate, &c.* Idem 49. *dal lume della lanterna si vidde che tutti quattro erano con l' arme fuora attorno quello, che restò morto, e li tenevano le suddette arme alla vita, &c.* Alius 52. *Sentii che uno delli suddetti quatro disse andiamo sun questi, e unitamente gl' andorno alla vita con l' arme fuora, &c.* Quòd clarius de aggressione activa omnium quatuor Inquisitorum cum animo deliberato, & doloso occidendi.

Qua propter eùm etiam usque ab initio omnes dicti Inquisiti operam darent rebus illicitis, & peccaminosis, licèt ad homicidium non directis, sed ex quibus solent oriri rixæ, & homicidia, & cùm deliberavarint offendere illum, cum quo primus verba habuerat, & eidem vim facere aum superchiasia, sive superioritata personarum, & armorum, ex quibus insultibus, & offensionibus frequentiùs sequuntur homicidia, & vice illius, alium penitus innocentem occiderint, atque omnes quatuor æqualiter fuerint aggressores, auctores, & æquali dolo, vel malitia in principio, progressu, & fine cooperati fuerint delicto, æqualem causam illi dederint assistentia, auxilio, opera, & consilio, omnibus facti circumstantiis benè perpensis penes me erant omnes pari pœna digni, ad tradita per Matthæum Sanz. *de re crim. controv* 34. *n.* 21. *& seqq. ad* 32. Raynald. *loc. infra cit.*

Et eò magis constabat de dolo, & animo deliberato omnium occidendi eùm non obviaverint, nec impediverint, ut poterant, & debebant, maximè quando occisus ante acceptum vulnus exclamavit, *che scambiavano* de quo etiam ab uno ex prædictis testibus moniti fuerunt, & ipsi nihilominus *gl' andorno alla vita, e seguì il fatto*, ut dicunt testes 40. 41. 48. 49. 52. & considerat Matthæu Sanz. *loc. supra cit. n.* 24. *& seqq.*

Non poterat considerari aliquis iræ calor, quia à nemine fuerunt injuriati, nec alio modo provocati, sed tota malitia, & dolus, nec fumus ebrietatis in aliquo ex eis, quia non satis de ea constabat, cùm testes non debeant judicare, sed tantùm da factis deponere, & etiam non interrogati rationem reddere Mascard. *de probat. concl.* 578. Conciol. *resol. crim. verb. Ebrietas n.* 4. *& seqq.* potuerit esse culposa, & non talis, quæ à rigore pęnæ excuset, in simili casu omnium contumacium ex allegatis in §. *Ebrietas n.* 2.

Nec unquam placuerit mihi opinio aliquorum, ut occidens unum pro alio possit à pęna ordinaria excusari, cùm non minus punibile sit homicidium commissum in uno, quàm in alio, maximè deliberatum, ut ex proposito contrariis satisfaciendo illam benè refellit Andreol. *contr.* 372. *per tot.* aliique plures relati à Conciol. *ad statut. Engub. lib.* 4. *Rub.* 27. *n.* 1. *& resolut. crim. verb. occisio resolut.* 1. *in princip.* ubi de magis communi, & veriori modernorum opinione, & ego pleniùs in hoc §. *Homicidium n.* 17. *cum Addit.*

Nihilominus fuit judicatum ut supra favore reorum contumacium, qui quando mitissimè agendo potuissent à pęna ordinaria excusari, saltem pęnam triremium ad vitam evitare non poterant ad punctualiter tradita per Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 7. *in Rub. n.* 43. *& seqq. ad* 50. *fol.* 422. *&c.* ubi refert plures casus similes, in quibus fuerunt Bononiæ pęna ultimi supplicii damnati non tantùm occisores, sed etiam complices, & assistentes.

Utinam levitas pœnarum non invitet ad delinquendum istos, & alios, qui non virtutis amore, sed pœnarum formidine tantùm abstinere solent à delictis, ne possit dici, non tam ex hominum malitia, quàm ax Superiorum, & Judicum facilitate, vel indulgentia, frequentissima hodiè esse homicidia, &c.

33 Homicidium de se confessus, si causam non habuit interogari potest de mandantibus. Farin. *quæst.* 43. *à n.* 50. *ad nu.* 53. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Methed. tract.* 3. *quæst.* 24. *n.* 57.

34 Ex pluribus ad homicidium concurrentibus, Inimicitiæ gravis præsumptus torqueri potest. Farinac. *quæst.* 49. *n.* 114. Bellegrand. *in compend. rer. crim. methed. tract.* 6. *quæst.* 4. *n.* 4.

Ex pluribus inimicis ad homicidium concurrentibus inimicus gravior ex atrociori injuria, & magis adminiculata præsumendus torquetur Bellegrand. *in compend. rer. criminal. methed. d. tract.* 6. *quæst.* 4. *n.* 4.

35 Homicidium morte naturali, & qualificatum qualificata plectitur. Farinac. *quæst.* 19. *à n.* 12. *ad* 18. *& quæst.* 98. *nu.* 105. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methed. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 1. si ex rixa juxta aliquos mitius punitur. Farinac. *quæst.* 126. *à n.* 41. Bellegrand. *in compendiof. rer. crimin. Methed. ibid.*

36 Occidens ad rerum suarum defensionem supra duos aureos, si aliter recuperare non valeat non punitur, Clerico excepto, qui solum baculo percutere potest. Gloss. *l. ut vim ff. de just. & jur.* Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Methed. ibid. n.* 4. An autem in conscientia peccet. Bellegrand. *in compend. rerum crim. Methed. tract.* 8. *quæst.* 4. *n.* 2.

37 Tenetur quis in conscientia absque sui periculo injustè insultatum defendere usque ad mortem aggressoris, si aliter defendere non possit, nec punitur, nec excommunicatur, atque solum irregularis fit. Farinae. *quæst.* 165. *n.* 267. *ad* 304. *&* 306. Bellegr. *in compend. rer. crim. Methed. d. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 7. *&* 8. non defendens vero in foro externo ad nullam tenetur pœnam Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methed. d. tract.* 10. *n.* 8. *quæst.* 4.

38 Nobilis licitè occidit alapam impingentem. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 90. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Methed. ibid. n.* 9.

39 Occidens ad sui defensam, si aliter honesto modo evitare poterat, punitur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methed. ibid. n.* 9.

40 Clericus ob homicidium non traditur brachio seculari, nisi propter assassinium, vel venenum per species Sacramentales [ob quæ etiam quicumque Prælatus traditur) vel si incorrigibilis sit. Farinae. *quæst.* 8. *n.* 80. 81. ubi de Incorrigibili, *& quæst.* 122. *à n.* 8. ubi da venenante species Sacramentales, *& quæst.* 123.

123. n. 61. ubi de Assassinio Boss. tit. de for. comp. nn. 42, Bellegrand. in compend. rer. crim. metbod. ibid. n. 12.

41 Homicidium consulens eadem pœna tenetur, qua occidens, sub quo nomine alii multi veniunt immo & simpliciter consentiens in atrocissima, & Clericus consulens secuto homicidio fit Irregularis, nisi re integra revocavit, vel illi contra quem consulvit, insinuavit. Bellegrand. in compend. rer. crimin. Metbod. tract. 10. quæst. 5. n. 2.

42 Auxilio proximo quomodocumque homicidii causam præbens eadem pœna tenetur, qua, & occidens; An autem auxilio remoto quæstio est hinc inde Farin. quæst. 130. Bellegrand. in compend. rer. crimin. Metbod. ibid. n. 3.

43 Auxilio suo, dum valet, homicidium non impediens de jure Canonico ad mitiorem pœnam tenetur, præterquamquod mortaliter peccat. De utroque tenetur cujus interest, uti pater, & è contra filius, Dominus, & è contra servus. Farinac. quæst. 130. à nn. 55. ad 70. Bellegrand. in comp. rer. crimin. Metbod. ibid. n. 4. Vide infra n. 61.

44 Occidens, vel vulnerans sub pace data, quali pœna afficiatur. Farin. quæst. 107. n. 74. Bellegrand. in compend. rer. crimin. metbod. tract. 10. q. 6, n. 5.

45 Homicida an appellet, & dicat de nullitate. Altimar. de nullit. rub. 4. quæst. 12. n. 28. & 29. tom. 1.

46 Occisio hominis potest esse sine crimine, & cum scelere, & an probandus sit dolus alterius pro delicto in genere probando. Carl. Ant. De Luc. in prax. crimin. cap. 2. n. 9.

47 Homicidium commissum in persona procuratoris patris adversæ privat occidentem omni jure ex Constitutione Alexandrina, Emerix Jun. decis. 776. nn. unic.

Quæ Constitutio habet locum etiam extra curiam Rot. dec. 639. n. 2. p. 1. div. Gratian. dec. Marcb. 84. n. 3. & 4. Emerix Jun. dec. 943. n. unic.

48 Confiscationis pœnam homicidium quando irroget Emerix Jun. dec. 727. & dec. 756. & dec. 822. per tot.

Confiscationis pœna non est in usu in Regno Neapolitano De Luc. de Fideic. disc. 149. n. 4. Secus de generali consuetudine. De Luc. de Fideicom. ibid. num. 2.

49 Homicidium commissum calore iracundiæ leviter punitur. De Luc. de Fideic. d. disc. 149. n. 4.

50 Homicidium commissum in persona Sacerdotis quale crimen sapiet. Boer. in tract. de seditiosis, §. præsupositio etiam n. 7. De Luc. de Fideic. ibid. n. 3.

51 Homicidium à minore commissum quando mitius sit puniendum. vide Votum impress. in fin. Confl. post obser. 315. inter opera Card. De Luc.

52 Beneficium ex homicidio vacat quando privatio fuerit expressa in sententia, secus è contra Garz. p. 11. cap. 3. n. 98. Lotter. lib. 3. quæst. 33. n. 48. & seqq. De Luc. de Benef. disc. 73. n. 3. de Pens. disc. 49. n. 3. Ann. ad Conc. disc. 1.. n. 6.

Quid in sententia contumaciali. De Luc. Ann. ad S. Concil. Trid. disc. 12. n. 7.

Regulariter autem non vacant. De Luc. de Pens. disc. 49. n. 3. & in Summ. n. 64. vide Ann. ad Conc. disc. 12. n. 4. & seqq. Miscell. disc. 46. n. 5.

53 Homicidium Proditorium quale dicatur ad effectum constitutionis Gregorianæ. De Luc. Miscell. disc. 2. n. 9. disc. 9. per tot. & disc. 10. n. 2. ubi an dicatur tale cum Sclopo à tergo.

Homicidium commissum in Ecclesia, vel extra illam in loco immuni, an dicatur exceptuatum De Luc. Miscell. disc. 10. ex num. 3. Conflic. abs. 299. Miscell. in summ. n. 24.

54 Homicidium in quibus casibus sit licitum. De Luc. de Judic. disc. 35. sub n. 25.

55 De inhabilitatione Filiorum, & descendentium eorum, qui occidunt Episcopum, vel Prælatum. De Luc. Miscell. disc. 46. per tot. ubi expenditur Clem. prima de Pœnis.

An procedat pro assequutione primæ tonsuræ, aliorumque ordinum De Luc. Miscell. dict. disc. 46. num. 5.

56 Homicidium de mandato non est de criminibus exceptis. Peguer. dec. 5. n. 9. Zuff. de legitim. process. crim. quæst. 66. lib. 2. n. 24. Homicidium potest esse, & non esse cum qualitate mandati. Si occisor est ignotus Zuff. de legitim. process. crim. ibid. n. 14. Homicidium non præsumitur de mandato, etiamsi de isto constet, non constito tamen de certo delinquente Ruin. cons. 6. n. 9 in fin. vers. & similiter, ac n. 11. volum. 5. Zuff. de Legitim. process. crim. ibid. n. 19. Sed potest molestari mandans pro solo tamen mandato, ubi proceditur effectu non secuto Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. cas. 352. n. 15. Giurb. cons. 97. n. 9. Zuff. de Legitim. process. crim. quæst. 66. lib. 2. n. 21.

Aliud est offendere, aliud est homicidium facere Cepol. cons. 5. nn. 6. Zuff. de legitim. process. crim. qu. 22. lib. 1. n. 10. 57

Homicide incorrigibilis debet deponi, & tradi Curiæ sæculari, ut moriatur Fagnan. in cap. si quis nn. 3. de homicid. Homicida ex proposito debet deponi ab Altaris ministerio Fagnan. ibid. n. 6. 58

Homicida voluntarius in Sacris Ordinibus non dispensatur Fagnan. in cap. Henricus n. 18. de Cleric. pugnan. in duello. Et quid in Minoribus Fagnan. ibid. nn. 19. Homicida voluntarius etiam occultus ex Concilio Tridentino omni Ordine, Beneficio, & Officio Ecclesiastico perpetuò carere debet Fagnan. ibid. n. 22. Cum homicida voluntario ad effectum ingrediendi Religionem qualiter dispensetur Fagnan. ibid. n. 36. Cum homicida voluntario nunquam dispensatur ad Ordines suscipiendos Fagnan. in dict. cap. Henricus n. 41. de Cleric. pugnan. in duello. 59

Homicida, & spurius licèt tonsurari non debeant, tamen tonsurati recipiunt characterem, sed non ordinis executionem Fagnan. in cap. Magnus n. 75. de oblig. ad ratioc. 60

Homicida est, qui potuit hominem à morte liberare, & non liberavit Fagnan. in cap. suscepimus num. 20. de homicid. Vide supra n. 43. 61

Homicida voluntarius, ejusque socius potest obtinere, & obtentas retinere pensiones absque dispensatione, non obstante capit. 7. sess. 14. Concilii Tridentini Fagnan. in cap. Ad audientiam il Secondo n. 134. de rescripti. 62

Homicidia, vel furta iterata non sufficiunt ad tradendum Clericum Curiæ sæculari non data incorrigibilitate Fagnan. in cap. Cum non ab homine, n. 95. & seqq. de Judic. 63

Clericum interficiens ob necessariam proximi defensionem, non excommunicatur Fagnan. in cap. Petitio, n. 5. de homicid. 64

§. HOSPITALE VIII.

Hospitale diu, sive per longum tempus à laicis possessum præsumitur laicale, & non Ecclesiasticum, ac ex quibus dignoscatur esse laicale, vel Ecclesiasticum, vide Rot. part. 2. divers. decis. 106. per tot. & latè in eadem causa decis. 114. & 122. d. part. 2. Card. Tusch. litt. H. conclus. 158. per tot. Ricc. Collect. 1299. 1886. Rot. part. 11. recentior. decis. 248. num. 18. &c. ubi quòd est laicale, nisi constet fuisse auctoritate Ordinarii erectum, facit Ludovis. dec. 54. num. 11. & seqq. infra num. 6. & 7. & latè Jo. Paul. Melsi observat. 85. per totum, Fontanel. decis. 331. & 332. per tot. Thoro Compend. decis. Neapol. part. 3. verb. Hospitale, Cabed. decis. 204. part. 1. ubi quòd laicale ut supra non subest Episcopo, nisi quoad visitationem, & exequenda onera pia, & ideo Seminario non tenetur contribuere, & alia de hospitalibus sub protectione Regia, idem Cabed. tractat. de patronat. Reg. coron. cap. 38. & seqq. post decisiones, pleoè Joseph. de Rosa consult. 10. per tot. Conciol. cum Addit. Romaguer. ad statut. Eugub. lib. 1. Rub. 29. ubi quòd hospitale administratum à laicis censetur laicale, licèt in eo exerceantur opera pia, & celebretur Missa, nisi probetur erectum auctoritate Episcopi, & ideò illius gubernium spectat ad laicos tantùm, & delinquentes circa administrationem puniuntur à Judice laico, ad tradita per Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 38. Cald. cons. 65. per tot. Vide Rot. coram Bichio decis. 343. nn. 2. Bertachin. vot. 153. n. 6. & 7. & vot. 158. n. 8. 1

An

An autem ubi redditio rationum ſpectat ad univerſitatem poſſit interveniſſe etiam Ordinarius juxta diſpoſitionem Concilii Trident. *ſeſſ. 22. cap. 9. de reform.* Rot. *part. 1. recent. deciſ. 351. & 402.* cùm aliis ut ſupra citatis, vide in §. *Confraternitas nu. 1.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 31. n. 41. & ſeqq.* Vide Card. De Luc. *de Juriſdict. diſc. 95. Annot. ad Concil. diſc. 5. & diſc. 12.*

Quòd hoſpitale auctoritate Epiſcopi erectum dicatur locus pius, & gaudeat omnibus privilegiis Eccleſiæ competentibus, Afflict. *deciſ. 67. num. 4.* Rom. *conſ. 477.* Tiraquel. *tractat. de pia cauſ. in præfat. verſic. Relictum Hoſpitali*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 15. vol. 2. & deciſ. 81. vol. 3.* Ricc. *Collect.* 2244. 2421. Novar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 46. & Collect. 124. n. 1. & ſeqq.* Mariha *vot. Piſ. 169.* ubi plura, ex quibus dignoſcitur eſſe Eccleſiaſticum infra *n. 6. & 7.* Card. Tuſch. *litt. H. concl. 163. n. 8.*

Ad quos autem pertineat viſitatio hoſpitalium à laicis de eorum bonis fundatorum, & reviſio rationum, ac hujuſmodi, an ad Epiſcopum, vel ad Magiſtratum laicum, vide Cabedum *deciſ. 204. part. 1.* Fagund. *de juſt. & contract. lib. 5. cap. 6 per tot. & dixi in §. Confraternitas num. 1. & §. Adminiſtrator n. 19.*

2 Hoſpitale an ſuccedat expoſitis in eo morientibus ab inteſtato, vide Franch. *deciſ. 198.* Ricc. *Collect.* 324. Ganavec. *deciſ. 36. num. 9.* ubi quod ſic. Ubald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. ult. par.* Card. De Luc. *de R gal. in annot. ad diſc. 149.*

An poſſit prætendere reſtitutionem expenſarum à parentibus divitibus filiorum expoſitorum, & an ipſi parentes teneantur in conſcientia ad hujuſmodi expenſas, affirmant communiter DD. licet etiam aliqui negent, Dian. *part. 3. tract. 6. reſolut. 40.* vide in §. *Filiatio num. 17.* Theſaur. *deciſ. 18.*

3 Hoſpitalia an gaudeant Immunitate Eccleſiæ, vide in §. *Immunitas num. 10.* Sin ſcrc. *deciſ. 330. n. 16.* ubi quòd ſic, quando Epiſcopi auctoritate ſunt conſtructa, etiam ſi in illis non celebretur Miſſa, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Immunitas reſol. 2. per tot.* Thom. del Bene *tract. de Immunit. part. 2. cap. 16. Dubit. 9. ſect. 10. ſol. 15.* Bajard. ad ... §. *fin. quæſt. 30. n. 11. & ſeq.* Bertachin. *vol. 158. à n. 7.*

An Rectores Hoſpitalium gaudeant privilegio fori, vide Decian. *tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 39.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. eff. 1. n. 118.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 12. num 40.* Dian. *part. 3. tractat. 1. reſolut. 66.* Bonacin. *de Cenſur. diſput. 1. quæſt. 16. punct. 3. in fine.* De Luc. *de Juriſdict. in ſumm. n. 25.*

4 Hoſpitale an veniat appellatione beneficii Eccleſiaſtici, Ricc. *Collect.* 1299. Card. Tuſch. *litt. H. concl. 263. n. 6.*

Quomodo dividatur in profanum, & Eccleſiaſticum, & quale in dubio præſumatur, ac qualiter dignoſcatur, idem Ricc. *Collect.* 2886.

An poſſint viſitari ab Epiſcopo, idem Ricc. *Collect.* 1778. *dixi in §. Epiſcopus num.*

Alia ad rem facientia dixi in §. *Confraternitas per tot. & §. Locus n. 5.* Antonin. Tepat. *var. ſentent. tit. 30. per totum.*

5 Hoſpitalia, & illorum Rectores Sacerdotes ſunt quaſi parochi quoad infirmos in eis degentes, & ibidem decedentes, ac ideo poſſunt ex privilegio adminiſtrare Sacramenta dictis infirmis, illoſque ibidem defunctos ſepelire in Eccleſiis, vel Cæmeteriis, cum retentione quartæ funeralis, vel aliorum jurium funeralium juxta conſuetudinem, non obſtante quòd dicti infirmi, & defuncti ibidem ſepulti, ſint ibidem accidentaliter ea cauſa infirmitatis, & originaliter de alia Parochia, nec Hoſpitalia habeant Parochiam, nec territorium, nec curam animarum, cum hæc omnia illis competant vigore privilegiorum, quæ à Parochis impediri non poſſunt. Si verò contingat in Hoſpitalibus defunctos alibi tumulari, vel ſepeliri ex eorum electione, vel alia de cauſa, tunc Hoſpitalia, & illorum Rectores licèt Sacerdotes nullum jus habent circa quartam, vel alia funeralia, nec poſſunt cum Stola, & Cota aſſociare cadavera, quæ in aliorum Eccleſiis ſepeliuntur, cùm veri Parochi non ſint, quidquid aliàs id permiſſum ſit veris Parochis ſive ſæcularibus, ſive Regularibus, ceſſante verò Parochia nec Regulares poſſunt Religioſum ſuum defunctum portare per Civitatem, vel Plateas, & Parochias alienas, ſed tantùm intra Clauſtra, & Ambitum ſuorum Monaſteriorum, & de prædictis, vide *Clem. quia contingit §. cæterùm, & §. fin. ubi gloſ. & alii de Relig. dom.* & latè Rot. *part. 11. recentior. deciſ. 348. per tot.* ubi ſingillatim omnia benè comprobat, & declarat, plura alia dixi in §. *Sepultura num. 4. & ſeqq. per tot. §. Quarta num. 2.* Barbot. *de offic. Paroch. par. 3. cap. 20. n. 34.*

Dicta tamen deciſio loqui videtur de Hoſpitali particulariter privilegiato, cùm aliàs Parochi pro exercēdis juribus parochialibus æquè fundatam habeant intentionem in Hoſpitalibus intra limites parochiæ exiſtentibus, ac aliis locis juxta *d. Clement. quia contingit §. cæterum*, ubi gloſ. Abb. Zabarel. & alii *de relig. dom.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 124. num. pr. & ſeqq.* vide in §. *Parochus num. 7. §. Forenſis num. 6.* Bocr. *deciſ. 175. per tot.*

Hoſpitalia, Collegia, & Confraternitates, quæ reguntur per laicos, dicuntur ſæcularia, etiamſi denominarentur ſub nomine alicujus Eccleſiæ, vel Sancti, & tantò magis, ubi Syndici, Procuratoreſq; vel Rectores eliguntur à laicis, Vivi. *in Addit. ad deciſ. 517. n. 42.* Jo. Franciſc. à Pont. *conſ. 18. num. pr. & ſeqq. per tot.* ubi de communi opinione, Jo. Paul. Melii *obſervat. 85.* 6

Contrarium autem imò Hoſpitalia, & Confraternitates laicorum eſſe loca pia videtur verior opinio, ad Gratian. *diſcept. for. cap. 481. num. 11. & ſeqq.* Alex. *conſ. 102. num. pr. & ſeqq. lib. 7.* Ludovic. *deciſ. Peruſ. 90. nu. 9. part. 2.* Magon. *deciſ. Luc. 19. nu. 16.* Cabal. *conſ. deciſ. 73. per tot. p. 2.* D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect. pr. num. 122.* Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8.*

Intellige hanc ſecundam opinionem quando conſtat fuiſſe ab initio auctoritate Epiſcopi erecta, aliàs autem ſecùs, ut dixi ſupra *nu. pr. & in §. Confraternitas*, & cum hac diſtinctione concordantur opiniones, & tranſeunt ferè omnes, & quotquot viderim propè infinitos de hac materia tractantes.

Difficultas eſt quid in dubio præſumendum ubi non conſtat de hujuſmodi erectione, & ex quibus ſignis, ac conjecturis præſumantur ſæcularia, vel Eccleſiaſtica, Beninteud. *deciſ. Bonon. 13. num. 4. & per tot.* ubi refert ſigna, quæ denotant eſſe Eccleſiaſtica in terminis Hoſpitalis, ſive Oratorii Sanctæ Mariæ Servorum, ſive Sancti Blaſii de Bononia. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 30. n. 7.* ubi in terminis Hoſpitalis S. Mariæ de Miſericordia Civitatis Peruſinæ, Felin. *in c. de quarta num. 3. & ſeqq. extr. de præſcript.* ubi 19. caſus ponit, in quibus Hoſpitalia comparantur Eccleſiis, & gaudent illarum privilegiis; ac ſigna, ex quibus dicantur loca Eccleſiaſtica, vel ſæcularia, & refert fuiſſe deciſum Florentiæ hoſpitale S. Pauli dictæ Civitatis non eſſe publicum, & Eccleſiaſticum, ſed privatum, quia non apparet quòd fuerit fundatum cum conſenſu Epiſcopi, ac etiam facit mentionem de hoſpital S. Mariæ de Cappo Civitatis Piſtorii; idem in terminis Hoſpitalis Mantuæ concludit Jo. Paul. Melii *obſervat. 85. per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ. 869. n. pr. vol. 2.*

Quod ex contrariis ſignis, & conjecturis, & quibus, ac ceſſantibus requiſitis, & ſignis Eccleſiaſticis, hoſpitalia dicantur ſæcularia, etiam in dubio, quando non conſtat fuiſſe ab initio auctoritate Epiſcopi erecta ultra alios citatos ſupra *nu. 1.* vide Maſcard. *de probat. concluſ. 869. per tot. vol. 2.* Rot. *part. pr. diverſ. deciſ. 714. & 725. per tot.* Rom. *conſ. 477. per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 61. num. 14.* Jo. Alex. *conſil. 80. num. 7. lib. 4.* Gabriel. *conſ. 162. num. 6. libr. pr.* Buccafer. *conſ. 81.* Conſtantin. Caſtr. *ſpec. peregr. qu. cap. 18. per tot.* ubi loquendo de confraternitatibus laicorum tenet indiſtinctè quod omnia ſubeſſe juriſdictioni ſæculari, & contrariis reſpondet, vide in §. *Confraternitas num. pr. §. Locus num. 5. & §. Immunitas num. 10.* in quibus plures alios allegavi, adde Jo. Paul. Melii *d. obſerv. 85. per tot.* ubi quòd non conſtito de erectione auctoritate Epiſcopi, profana, & laicalia præſumuntur &c.

7 Hospitalia gaudent omnibus privilegiis, & prærogativis, quibus gaudent Ecclesiæ, & ideo non possunt alienare sine solemnitatibus necessariis in aliis alienationibus rerum Ecclesiasticarum (intelligendo ut supra de hospitalibus publicis erectis de licentia, & auctoritate superioris Ecclesiasticis, aliàs autem secùs, *l. omnia privilegia*, ubi Bart. & alii *C. de Episc. & Cler.* Tiraquel. *de privil. piæ causæ in Præfat. prin. vers. Item relictum hospitali*, benè Felin. *in cap. quarta de præscript. n. 3. & seqq.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 28. Gabriel. *com. conclus. tit. de pia causa conclus.* 2. Alex. *consil.* 90. *num.* 7. *lib.* 4. Cabal. *cons. decis.* 73. *per tot. part.* 2. Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 869. *nu.* 9. *& seqq. per tot.* Buccafer. *cons.* 81. *nu. pr. & seqq.* ubi plura de hospitalibus, & ad dignoscendum an sint Ecclesiastica, vel sæcularia, vide in *§. Confraternitas num.* 1. Cyriac. *contr.* 330. De Luc. *de Alienat. disc.* 11. *sub num. pr.*

8 Hospitalia pro recipiendis infirmis erecta, an teneantur recipere, & alimenta præstare pestilenti morbo infectis tempore contagii, Palma *cons.* 60. *per tot.* ubi quod sic, stantibus facultatibus amplis, & aptis, non illos cum aliis tamen commiscendo sed in loco separato extra Civitatem illis necessaria pro modo facultatum subministrando, & cum aliis opportunis cautelis, ita ut si Princeps, vel Senatus deputaverit locum, & necessaria suppeditaverit festinanter prout debet ad tuendam sanitatem, & repellendam pestem possit actione negotiorum gestorum expensas repetere ab illis, qui fuerunt aliti, seu ab aliis, qui eos alere tenebantur.

9 Alios de Hospitalibus tractantes indicant Castejon. *in Alphab. juridic. verb. Hospes, Hospitalia*, & Com. Augustin. Fontan. *in Biblioth. legal. eodem verb. part.* 4. *fol.* 684. *&c.* vide Card. De Luc. *in Indic. gener. verb. Hospitalia*. Fagnan. Pignatell. & alii moderni.

10 Hospitalia regulanda sunt jure universitatum. Cohel. *ad bullam cap.* 46. *num.* 3. *seqq.* D. Luc. *de Regal. disc.* 81. *n.* 8. *lib.* 2.

11 Hospitalia gaudent omnibus privilegiis minorum. Rovit. *dec.* 90. *num.* 7. Marin. *resol.* 46. 9. 147. *n.* 13. Cardin. D. Luc. *ibid. n.* 12.

12 Ab hospitalibus an possit ordinarius exigere procurationem. Card. De Luc. *in annot. ad Concil. disc.* 30. *n.* 2., & quid ubi obstet lex fundationis, aut vivat fundator. *ibid. disc.* 10. *num.* 4. & quid si agatur de communitate, quæ numquam moritur. *ibid. n* 9.

Territorium ipsorum non egredientur recintum. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 23. *num.* 18. *lib.* 12.

Hospitalia intra istum ambitum dicuntur habere territorium separatum, & quandam speciem Parochiæ quoad ibi viventes. Card. De Luc. *disc.* 23. *n.* 3. *de Paroc.*

De differentia Inter Ecclesiam annexam hospitali, & cœmeterium. Card. Deluc. *disc.* 23. *num.* 14.

13 Parochis an & quando subjaceant. Card. Deluc. *de Paroch. disc.* 13. 38. *per tot. lib.* 12.

14 Foro Ecclesiastico quando subjaceant. Deluc. *in sum. n.* 25.

15 Rectores ipsorum administrantes Sacramenta ex privilegiis Apostolicis habentur pro Parochis. Card. Deluc. *de Paroc. disc.* 23. *num.* 3. 13. 16.

An sit necessaria expressa derogatio *Clementinæ dudum*. Deluc. *de Parochis disc.* 23. *n.* 4.

An reputentur pro parochis ad effectum testandi ad formam *cap. cum esses de testament.* Deluc. *disc.* 23. *num.* 19. 20. *de Parochis lib.* 12

Status animarum descriptio ad quem pertineat. Card. De Luc. *de Paroch. disc.* 38. *num.* 13.

Morientes in hospitali tumulandi in aliam Ecclesiam subiacent proprio Parocho. Card. Deluc. *de Paroch. disc.* 23. *n.* 15. *disc.* 38. *n* 8.

Pro funeribus & exequiis ad quem pertineant jura, & emolumenta parochialia. Card Deluc. *disc.* 23. *per tot.*

In hospitali quid de Sacramento Matrimonii ministrandi. Deluc. *de Paroch. disc.* 38. *num.* 12.

In hospitali quid de baptismo ministrando ipsis infirmis. Card. Deluc. *ibid. num.* 11.

Et quid de baptismo puerorum ministrantium in hospitali. Deluc. *ibid. num.* 9.

Infirmi aliique indigentes quomodo substentari debeant Deluc. *Miscel. disc.* 31. *num.* 14. 16

Bona assignata per Principem remanent juris publici, & de regalibus. Deluc. *Miscel. disc.* 31. *n.* 14. 17

In iis totus Populus interessatus dicitur, ac etiam Princeps Sæcularis, & Episcopus. Card. Deluc. *Misc. disc.* 31. 13. 14. 18

Seminario quando hospitalia teneantur contribuere Card. Deluc. *ann. ad Conc. disc.* 25. *num.* 8. 19

Hospitale non dicitur habere curam animarum, quæ semper residet penes Parochum, in cujus parochia situm est hospitale, nisi doceatur acquisivisse ex præscriptione, vel privilegio. Rot. *decis.* 348. *n. pr.* 6. *cum duobus seqq. & num.* 31. *part.* 11. *recent.* Caprara *decis.* 445. *num.* 23. *part.* 2. 20

Hospitalis juspatronatus an acquiri possit ex fundatione, & dotatione. Rot. *decis.* 725. *part. pr. div.* Emerix jun. *decis.* 1312. *nu. pr.* Mantica ad De Luc. *dec.* 29. *n. pr. lib.* 13. *vol.* 4. 21

Dotatio aliquorum Cubilium in hospitali non censetur facta animo acquirendi juspatronatus, sed titulo eleemosynæ. Cocc. *dec.* 1056. *num.* 6. *seqq.* Rota *decis.* 487. *num.* 4. *par.* 4. *tom. pr. rec.* Emerix jun. *decis.* 1312. *num.* 2 Mantissa ad Deluc. *decis.* 29. *n.* 2. *lib.* 13. *vol.* 4.

Et facultas nominandi infirmos censetur relicta ministris ejusdem hospitalis. Peutinger. *decis.* 176. *nu. pr. seqq.* Emerix. jun. *decis.* 1312. *n.* 3. 22

Hospitalarii, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos, privantur prædicationis officio, & missi, si sunt laici, excommunicantur, si Clerici, ab officio, & beneficio suspenduntur. Fagnan. *in cap. tuarum num. pr. de privil.* 23

Hospitalarii possunt in præjudicium suum se, & domum suam alteri religiosæ domui subjicere. Fagnan. *in cap. recollentes num.* 14. 46. *vers. ad tertium de statu monach.* 24

Hospitalarii, & leprosarii, & hujusmodi an sint de foro Ecclesiæ. Fagnan. *in cap. nullus num.* 72. *seqq. de foro compet.* 25

Hospitalia, quæ in titulum conferuntur, vere, & propriè sunt beneficia Ecclesiastica. Fagnan. *in cap. cum pridem num.* 138. *de pactis.* 26

Administrationes hospitalium, & officiorum temporalium possunt committi etiam laicis, & illas vendere non est simoniacum, nisi quia prohibitum. *ibid. num.* 139. 27

Hospitale quilibet etiam laicus potest sibi construere in domo propria, sed non erit religiosum, nisi fuerit fundatum auctoritate Episcopi. Fagnan. *in cap. ad hæc num.* 2. *de relig. domib.* 28

Administratores hospitalium, immò & rectores esse possunt non tantùm Clerici, sed etiam laici. *ibid. num.* 11.

Judices sæculares non prohibentur a Concilio Tridentino visitare hospitalia. Confraternitates, Eleemosynas, & alia pia loca, si aliàs eis hoc jus visitandi legitimè competat. *ibid. n.* 12. 29

Administratio hospitalium, Rectoris, & ministrorum deputatio, de jure Communi ad Episcopum pertinet. *ibid. n.* 26. 30

Ex consuetudine tamen, vel privilegio, potest competere etiam laicis. *ibid n.* 27.

Mulier an possit præfici curæ hospitalis. *ibid. n.* 28. 31

Administratores hospitalium, & piorum locorum cogi possunt quotannis ab Episcopo ad reddendam rationem administrationis. Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 31. *de relig. dom.* 32

Non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili *ibid. n.* 32. *seqq.*

Hospitalia, & alia loca pia militarium ordinum, & aliorum religiosorum, Episcopus visitare potest, nec rationes administrationis exigere. *ibid. n.* 47.

Fratres, & administratores hospitalium B. Joannis Dei tenentur singulis annis reddere ordinario rationem administrationis. *ibid. n.* 49.

Religiosi, an præfici possint hospitalibus Fagnan. *in cap. ad hæc n.* 50. *de Relig. Dom.* 33

Hospitale sine auctoritate Episcopi fundatum an possit ad prophanos usus reduci. *n.* 53. 34

Ordinarius non habet auctoritatem visitandi hospitalia, 35

pitalia, neque confraternitates, quæ a laicis reguntur, nisi in casibus a jure expressis. *ibid. n. 34.*

36 Hospitale privatum est locus pius, & mortuo patrono spectat ad sollicitudinem Episcopi, ut voluntas fundatoris exequutioni demandetur. *ibid. n. 35.*

37 Hospitale an sit beneficium, anne de eo in literis sit facienda mentio. Fagnan. *in cap. ad audientiam il 2. num. 61. 63. de rescrip.*

38 Episcopus fundat intentionem de jure communi super subjectione, administratione, & ordinatione hospitalium, aliorumq; piorum locorum suæ diæcesis. Fagnan. *in C. de Xenodochiis num. 2. de relig. domib.*

39 Hospitale, qui dicit exemptum probare debet statuto in fundatione, vel præscriptione, aut privilegio. *ibid. n. 3.*

Sed post Concilium Tridentinum exemptionia privilegium, & consuetudo etiam immemorabilis non suffragantur. *ibid. n. 4.*

40 Xenodochium propriè quid sit, & de variis hospitalium nuncupationibus. *ibid. n. 6.*

Hospitalium redditus, in quibus subsint Episcopi dispositioni. Fagnan. *ibid. n. 7.*

Ordinarii curare debent, ut hospitalia quæcumque à suis administratoribus etiam exemptis fideliter, & diligenter gubernentur. *ibid. n. 8.*

Item ut eleemosynæ ab administratoribus fabricæ expendantur in usum destinatum, & omnia fideliter peragantur. *ibid. n. 9.*

Hospitalis administratoribus detrectantibus exequi voluntatem fundatoris, jus exequendi ad Episcopum devolvitur. *ibid. n. 13.*

41 Visitatio hospitalium restringitur a Concilio ad casus a jure concessos, jus exigendi rationem, non item *ibid. n. 18.*

42 Hospitalia sub immediata regum protectione non eximuntur per Concilium Tridentinum à Visitatione Episcopi, sed præservatur illorum exemptio. *ibid. num. 19.*

Fundatio Ecclesiæ, & hospitalis sub regia protectione non spectat ad laicos, sed ad Sedem Apostolicam vel ordinarium. *ibid. num. 23.*

Hospitale fundatum sub jurisdictione Episcopi, non fit exemptum ex eo, quod postea illi Ecclesia fundetur sub regia protectione. *ibid. n. 27.*

Monasterium unum, & commendatum hospitali sub regia protectione existenti potest ab ordinario visitari. *ibid. n. 28.*

Hospitalia existentia in Statu Mediolani non comprehenduntur *in cap. 8. sess. 22. Concilii Trid.* nisi quæ expressè reperiuntur sub regia protectione. *ibid. num. 30.*

Episcopo visitare volenti si opponatur, quòd hospitale sit sub regia protectione, cognitio exceptionis non ad judices sæculares, sed ad ipsum Episcopum pertinet. *ibid n. 31.*

43 Fructus hospitalium ad usum peregrinorum, si in loco non sint peregrini, convertitur in usum institutioni proximiorem ab Ordinario cum duobus de capitulo. Fagnan. *in cap. nos quidem n. 17. de testam.*

44 Redditus hospitalium universi in usum pauperum infirmorum sunt eroganda. Fagnan. *in cap. Venerabili. num. 37. 39. 42. de Censibus.*

45 Hospitalium ministris ex redditus ipsorum merces est persolvenda, aliàs non tenentur inservire. *ibid. n. 38. 40.*

Hospitalium ministris, quod erogatur in usum pauperum erogari intelligitur. *ibid. n. 41.*

46 Hospitalium administrationem laici non possunt suscipere, nec susceptam deserere sine diæcesani licentia. Fagnan. *in cap. admon t. n. 16. de renunc.*

47 Hospitalia, & orat rium non apparent constructa auctoritate Episcopi, ex quibus signis præsumantur publica, vel privatæ. Fagnan. *in cap. petentibus num. 3. de privil.*

48 Hospitalia gaudent immunitate, si constructa sint auctoritate Episcopi. Fagnan. *in cap. Ecclesiæ. num. 27. de immunit. Ecclesiæ.*

49 Magister in hospitalibus procedere non potest ad unionem pro erectione commendarum absque consensu Patroni. Piton. *de jurepat. allig 47. tom. pr. num. 14.*

§. HOSPES IX.

Hospites, sive caupones, stabularii, nautæ, vel similes personæ locantes domos advenis, & forenseis pro certa mercede diurna, vel menstrua, tenentur ad totalem restitutionem rerum immissarum, si fuerint ablatæ, sive à familiaribus, vel culpa familiarum, sive ab aliis viatoribus, etiam quod ubi non fuerint omnia ad oculum demonstrata, nec illis prodesset protestatio facta in contrarium, latè Cabal. *resol. crim. cas. 70. per tot.* ubi infert duo sua consilia aliàs in sua edita de hujusmodi materia, pulcrè Gratian. *discept. forens. cap. 677. num. 27. &c.* Plat. Omnot. & Inan §. *Item exercitor Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nas.* ubi O m. benè distinguit inter actiones, ampliando, & limitando, & dixi ego distinctè in meis resolut. *cap. 37. per tot.* ubi vide, & in hoc opere §. *Caupones num. pr* Paul. Christin. *decis. Belg. 203. nu. 12. & seqq. vol. 2.* Grivel. *Dolan. decis. 49. per tot.* Farinac. *Fragm. crim. part. pr. verſ. Caupones nu. 22.* Cresp. de Valdaur. *observ. 67. per tot. part. 2. fol. 101.* Bertazzol. *conf. crim. 68. sub nu. pr.* Nichal. *cit. Instit. tit. n. 13.*

Quod tamen sequ ratur rem hospiti fuisse consignatas, vel saltem de illis notitiam, & scientiam habuisse ad effectum, ut teneatur de facto viatorum, & alia ad rem, Ancharan. Regien. *quæst. famil. 61. per tot.* Farinac. *loc. cit. nu. 29. & seqq.* Craz. *ad defens. discept. 25. n. 139.* Alvarez P. gal. *resolut. forens. cap. 3. num. 302.* ubi vid tur requirere non solum consignationem, sed etiam promissionem hospitis rem salvam fore, ad hoc, ut teneatur de facto viatorum, quidquid semper, ut ille ligatur obligatus de facto famili æ.

Et non teneri hospites de facto extraneorum, nisi facta sibi consignatione, vel saltem habita notitie rerum immissarum in hospitio, supponunt omnes ferè DD. & Ego *in d. resol. 37. n. 6.* ac ita resolutum fuit per Magistratum DD. Octo in causa Pupi contra Marcum Zanobium sub die 12. Aprilis 1674. ut in fiscali negotiorum n. 717. ubi agebatur de pecunia subrepta. Ruin. *conf. 143. n. 29. lib. 5.*

Mult. de valisia, sive cista hospiti consignate, si fuerit aperta, vel de rubata, an probetur quantitas rerum in ea existentium juramento domini valisæ, sive cistæ, & alia ad rem vide per Menoch. *de arbitr. cas. 208. nu. 26. & seqq. ad 34.* Vivi. *com. opin. 431.* Plot. *tract. de in lit. juram. §. 10. per tot.* optimè Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 22. n. 393. & seqq. fol. 464.* ubi ponit regulam affirmativam, quam septem modis limitat, & declarat, & dixi in *dict. cap. 37. num. 14.* adde Rodolphin. *in prax. part. 3. cap. 2. n. 191. & seqq. vide in §. Juramentum nu. 14. & seqq. §. Furtum nu. 7. & §. Depositum num. 19.* Guttierez *in Prax. quæst. 62.* ubi etiam quod prædicta de nautis, cauponibus, & stabulariis, non procedunt in amico aliquem recipiente in domo sua, qui non tenetur ad custodiam rerum immissarum, prout etiam quandoque excusantur prædicti, maximè vigore legum Hispanarum, de quibus ipse ibidem.

Quidquid dici possit circa caupones, nautas, & stabularios, contra quos militat sinistra legum suspicio, vel præsumptio, an teneantur saltem civiliter pro immissis, valde diversum est in aliis locatoribus, & similibus, contra quos non urget dicta mala præsumptio, sed tenentur tantùm vi l ex contractu locationis, vel ex vi promissionis, & hujusmodi, & tamen quoad omnes probanda est consignatio, vel saltem notitia, & scientia, ut teneantur p. o amissione rerum, ad latè tradita per Alva ez Pegas. *r. sol. for. cap. 3. num. 299. cum multis seqq.* & alios ibi citatos.

Et in specie de cista, vel valisia, ut debeat constare quòd fuerit tradita, & sigillata, ac reddita dissigillata, nec sufficiat probare in ille sigillatam, sed necessarium sit probare ità fuisse sigillatam quòd de facili dissigillari non posset, & quantitatem inea existentem, & quòd illa de præsenti non inveniatur ex *l. pr. §. Si cista ff. Depositi*, Luaz Menoch. & aliis probat videndus Pegas. *d. r. sol. 3. n. 335. & seqq.* ubi dicit ità judicatum per Senatum.

Et sic etiam quid contineretur in Valisia esset pro-

bandum per testes, non per juramentum, maximè non probato dolo recipientis, arbitrio Judicis, cui multum tribuitur in hac materia attentis facti, circumstantiarum, & personarum qualitatibus, Anchar. Regien. *quæst. famil.* 61. *n.* 9. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *n.* 30. *& seqq.* bone Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 393. *& seqq. per tot. fol.* 464. cum aliis præcitatis.

Ex quibus consulvi de anno 1688. Tabellarium, vel Proccaciam Venetiarum optimæ conditionis, & famæ, ac Ministrum, cujus fidei multa quotidie committebantur absque ulla reclamatione fuisse absolvendam à petitis per quosdam forenses.

2 Hospes receptus, & alimentatus potest retineri etiam propria auctoritate pro alimentis habitis, & tantò magis ejus res, & bona tanquàm accessoria ad personam, Grat. *discept. for. cap.* 25. *n.* 19. *&c.* Bald *in l. certi* 11. *quæst. C. locat.* Bertachio. *in Repert. verb. Hospes*, ubi quòd pro mercede potest retineri fardellum, vel ensis viatori.

3 Hospites, idest caupones non tenentur dare militibus lecta, & victualia, nisi in subsidium, & soluta illis mercede, vel damno, Gratian. *discept. forens. cap.* 898. *n.* 24. *&* 25. vide Nicol. *Elucub. utriusq. jur. inst. civil. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 15.

Sed non servari de facto, & non sine ratione dixi *in resol. cap.* 37. *num.* 19.

4 Hospites tenentes hospitium in aliquo loco non possunt prohibere, nec impedire, ne aliud vicinum hospitium ibidem aperiatur, & exerceatur, quamvis ex eo diminueretur accessus peregrinorum, & viatorum ad primum hospitium; nisi ex privilegio, consuetudine, vel præscriptione aliter esset determinandum, Gratian. *d. cap.* 898. *num.* 26. *&c.* ubi quis dicatur hospes, albergator, tabernarius, & alia.

5 Hospites non possunt retinere bona peregrinorum, vel forensium in eorum hospitiis defunctorum, sed tenentur illa consignare Episcopo Civitatis, ut conservent illorum veris successoribus, vel illis non apparentibus, & post diligentias factas non repertis, pauperibus distribuantur, aliàs ipsi hospites tenentur pœna tripli, ac intestabiles efficiuntur, *Auth. omnes*, ubi Bald. & alii *Cod. com. de success.* Bertachin. *in Reper. verb. Hospes*, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 228. *per tot. vol.* 5. *dixi in §. Vagabundus nu.* 5. Brunneman. *in dict. auth. omnes*.

Et ubi sepeliri debeant dicti peregrini, vide in §. *Forensis num.* 6. §. *Sepultura num.* 4.

Alia de Hospitibus, Bertachin. *loc. cit.* & dixi in 6
§. *Caupones per tot.*

Alia de Hospitibus, Rumaguer. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 12. *per tot.* Castejon. *Alphab. jurid. verb. Hospes*, & Com. August. Fontan. *eodem verb. fol.* 685. *& dixi in* §. *Caupones*.

Hospes turpius ejicitur, quàm non admittitur. De 7
Luc. *de Serv. disc.* 4. *num.* 6. *disc.* 17. *nu.* 6. *de Tutor. disc.* 4. *n.* 7.

Hospes licèt de facto inhabitet, non dicitur habi- 8
tator. De Luc. *de Serv. disc.* 82. *num.* 3.

Quid sit Hospitatio, & alia plura de Hospitatio- 9
ne. Vide Brunneman. *C. lib.* 12. *tit.* 41. & alibi prout *in Indice*.

Hospitium Religiosorum cadit sub Constitutione 10
Innocentii X. Ansald. *decis.* 78 *num.* 62.

Hospitia possunt erigi cum oratorio interiori sine 11
consensu regularium habentium privilegium prohibendi novas fundationes intra certas canoas, & de ratione. De Luc. *de regal. disc. pr. num.* 76. *disc.* 33. *num.* 7.

Hospitium diligentia condoctoris recipiens aviamentum non potest ab eodem prætendi refectio in- 12
teresse a Domino De Luc. *de feud. disc.* 27. *n.* 11.

Hospitium præstare obligatus in aliqua domo, an 13
possit istam distrahere invito eo, cui debitum est hospitium. De Luc. *de Servit. disc.* 65. *per tot.*

Hospitium novum an prohibere valeat communitas 14
Domino loci, seu Baroni ex eo quod ipsa solum de præterito illud habuerit. De Luc. *de regal. disc.* 143. *per tot.*

Finis Libri Octavi.

MARCI ANTONII
SABELLI J. U. D.
SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM.
LIBER NONUS.
De littera I.

§. IDENTITAS. I.

1 IDentitas probatur per verificationem duorum confinium, & alia de identitate probanda, vide per Gratian. *discept. for. cap.* 3. *n.* 12. *&c. & cap.* 745. *n.* 86. Magon. *decis. Flor.* 2. *n.* 22. *&c.* Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 172. *&* 578. *per tot.* Cavaler. *dec.* 311. *n.* 4. *& decis.* 128. *n.* 5. ubi quod est maximè verum concurrente denominatione loci, & similibus conjecturis, latiùs idem Cavaler. *decis.* 146. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 419. *& seqq. fol.* 293. Merlin. *decis.* 134. *per tot & decis.* 244. 600. *&c.* plenè Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 520. *nu.* 18. *& seqq.* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 643. *nu.* 13. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 7. *decis.* 20. *n.* 9. *vol.* 1. *et lib.* 9 *decis.* 2. *n.* 14. *eod. vol.* 1. *& lib.* 10. *decis.* 68. *n.* 13. *vol.* 2. Crescin. ad Pen. *dec.* 173. *& dec.* 263.

Quid identitas, & quomodo probanda, latè Tusch. *litt. I. conclus.* 2. *& seqq.* Ricc. *Coll. cl.* 417. *&* 1314. Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 874. *& seqq.*

Ut autem rectè probari possit, quando ex cursu temporis essent variati confines, qualiter debeat articulari, & quòd testes debeant habere notitiam de antiquis, & modernis confinibus, Gratian. *discept. for. cap.* 447. *n.* 33 *&c.* Magon. *dec. Flor.* 2. *n.* 33. *&c.* Afflict. *dec.* 23. *n.* 2. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 104. *n.* 14. *&* 15. ubi etiam quòd potest probari per famam quando ob antiquitatem confinia sunt mutata, *& decis.* 141. *in fine, & dec.* 310. *d. part.* 2. vide Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 183. *per tot.* ubi plura, ex quibus dicatur constare de identitate bonorum ex duabus demonstrationibus, & quòd etiam sufficiat identitas loci cum uno confine, & alia, *& decis.* 278. *nu.* 14. *&* 15. *dict. part.* 13. *& part.* 15. *dec.* 399. *per tot.* ubi quando domus fuerunt unitæ, & hujusmodi. Et quòd in antiquis probetur ex levioribus conjecturis, & sufficiat verificatio loci cum uno confine quamvis aliæ demonstrationes non convenirent Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 435. *nu.* 17. Vide Crescin. ad Pen. *loc. cit.*

2 Identitas qualiter probetur in pecunia, vino, oleo, grano, mobilibus, & similibus ad effectum ut in eis duret hypotheca, Gratian. *discept. for. cap.* 897. *per tot. vide tamen in §. Fructus n.* *§. Hypotheca nu.* Quòd identitas pecuniæ possit probari adminiculativè De Luc. *de Cred. disc.* 26. *n.* 3. Bertachin. *vot.* 98. *n. n.* 8. Ansald. *dec.* 11. *n.* 5. 6. 22. Crescin. ad Pen. *dec.* 1579.

Quòd vicinitas actuum plurimum urgeat ad inducendam præsumptionem identitatis, *l. si ventri §. fin.* ubi Bart. & alii *ff. de privil. cred.* Surd. *decis.* 55. *n.* 9. *&* 12. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 386. *n.* 22

3 Identitas pecuniarum Ecclesiæ, vel similium privilegiatorum, qualiter dicatur constare ad effectum ut præferantur in rebus ex illis emptis secundum ea, quæ dixi in *§. Emptio nu.* *& §. Mutuum num.* Gratian. *discept. for. cap.* 955. *nu.* 1. *& seqq.* Urceol. *consult. for. cap.* 49. *per tot.* ubi ad effectum ut emptori competat retentio contra posteriores creditores venditoris, ex eo quia de sui pecunia fuerit solutum anterioribus, *& in Append. ad dict. c.* 49. *in fine* 2. *vol. fol.* 29. Cyriac. *contr.* 610. *num.* 32. *& seqq.* Rot. *part* 13. *rec. dec.* 248. *n.* 8. *& seqq.*

Quòd cum pecunia sit ex rebus, quæ functionem recipiunt in genere suo, & nummi adeò inter se assimilentur, ut nemo de identitate concludenter deponere possit, nisi fuerint traditi in sacculo obsignato, difficulter probetur illorum identitas in criminalibus, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 47. *n.* 35. *& n.* 42. *& seqq.*

Identitas qualiter probetur quoad bona fideicom- 4
misso subjecta, latè Rot. coram Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 575. *per tot. & decis.* 578. Duran. *dec.* 358. *per tot.* Cavaler. *dec.* 128. Gratian. *discept. for. cap.* 419. *n.* 29. *cap.* 69. *n.* 17. *&c. & cap.* 969. *nu.* 24. *&c.* Merlin. *dec.* 244. *per tot. & decis.* 262. *per tot. & decis.* 294. *dec.* 316. ac alibi sæpè *decis.* 548. *decis.* 600. Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 278. *part.* 11. *dec.* 299. *per tot. decis.* 325. *part.* 12. *dec.* 83. *per tot. & decis.* 432. *in Append. & part.* 14. *dec.* 203. *n.* 3. *& seqq. & decis.* 277. ubi quòd debet concludentissimis probationibus probari, aliàs non datur immissio, quæ in casu decisionis denegata fuit ex hoc defectu, *& part.* 17. *dec.* 60. ubi pariter ex hoc fuit denegata, & ex quibus identitas excludatur, *& part.* 18. *dec.* 406.

Quòd præsumatur identitas bonotum, quando agitur de bonis existentibus penes filios, quæ præsumuntur eadem habita à patre, & ex paterna hæreditate, Gratian. *discept. for. c.* 788. *n.* 16. *vide in §. Acquisita nu.* 5. latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 144. ubi quod bona possessa à filiis in loco, in quo illorum pater possidebat præsumuntur esse illa eadem, quæ à patre possidebantur, & fuerunt fideicommisso subjecta, maximè si aliæ etiam concurrant demonstrationes identitatem præseferentes, & quando à filiis non exhibetur alius titulus, nec apparet de illorum acquisitionibus, eadem Rot. *d. part.* 9. *dec.* 266. *n.* 14. *& part.* 10. *dec.* 75. *nu.* 1. *& seqq. decis.* 145. *nu.* 16. *& seqq. & part.* 11. *decis.* 31. *nu.* 1. *& seqq. dec.* 55. *per tot. decis.* 299. *n.* 10. *&c. part.* 12. *decis.* 79. *n.* 19. *& seqq. part.* 13. *decis.* 253. *nu.* 17. *& seqq. decis.* 203. *nu.* 11. *&c.* ubi quando demonstrationes sunt nimis generales, & territorium nimis latum non procedit dicta præsumptio, *& part.* 17. *decis.* 14. *n.* 22. *&* 23. ubi sequitur dictam præsumptionem desumptam ex Fulgos. *cons.* 145. Peregrin. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 22. Fusar. *de substit. quæst.* 618. *n.* 45. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 353 *per tot. & decis.* 735. *n.* 32. *& seqq. per tot.* ubi plura pro identitate probanda, & ex quibus resultet. Rucc. *cap.* 10. *lib.* 1. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 1. ut infra *in novissim. addit.* Crescin.

Contrarium esse verius ostendit Surd. *decis.* 339. *per tot. lib.* 2. sed intellige, juxta prædictas declarationes.

Qualiter identitas bonotum probetur ex inventario, ex divisione, ex annotatione facta in testamento, & hujusmodi, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 325. *per tot. & part.* 13. *dec.* 125. *n.* 3. *& seqq. dec.* 277. *n.* 6. *&c.* & latiùs *dec.* 310. *per tot. dict. part.* 13. *& decis.* 486. *nu.* 3. ubi ex locationibus, & Catastro, *& part.* 14. *decis.* 131. *nu.* 4. *&c.* ubi ex divisione, *& decis.* 103. *n.* 3. *& seqq.* ubi de descriptione facta in testamento, divisione, libro æstimi, & hujusmodi, *& dec.* 452. *n.* 2. *&c.* ubi de descriptione facta in testamento, in libris decimarum, & Catastri, Rot. *part.* 17. *decis.* 14. *num.* 20. *& seqq. & decis.* 280. *per tot. decis.* 357. 360. *&* 381. *& part.* 18. *dec.* 322. *per tot.* ubi qualiter probetur ex possessione fideicommittentis, quæ præsumitur continuata usque ad obitum, nisi contrarium probetur, vel dubite-

tur, ex inventario, ac aliis demonstrationibus, ad effectum concedendi immissionem fideicommissario Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 452. *n.* 29. 601. *n.* 10. *&* 679. *n.* 12. Vide Pen. & Crescio. *dec.* 516. *& dec.* 664.

5 Identitas qualiter sit probanda quando quis prætendit devolutionem bonorum emphyteuticorum, vel feudalium, latè Magon. *decis. Flor.* 2. *n.* 16. *& seqq.* Gratian. *discept. for. cap.* 533 *n.* 41. *&c. cap.* 736. *n.* 85. *&c. cap.* 790. *n.* 4. *&c. cap.* 912. *nu.* 33. *&c.* Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 317. *n.* 4. *& seqq. part.* 12. *dec.* 19. *n.* 5. *& seqq. per tot.* ubi quod plenè, & specificè est probanda saltem per duas demonstrationes speciales, quæ alteri rei convenire non possint, nec sufficiunt generales, *& part.* 13. *dec.* 282. *n.* 3. *& seqq.* Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 575. *n.* 11. Bich. *dec.* 84. *per tot.* Vide Crescin. ad Pen. *decis.* 263.

6 Identitas qualiter debeat probari ad effectum ut dicatur de re liquidè constare, & ut dicatur necessariò concludens, cùm in rebus, & corporibus præsumatur pluralitas, Gratian. *discept. for. cap.* 293. *in princ. & cap.* 502. *n.* 1. *&c. vide in §. Pluralitas n.* Vide Pen. *dec.* 321.

An identitas rerum, personarum, & agnationum, vel pluralitas præsumatur; & qualiter ab allegante probari possit, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 15. *per tot.* Marescot. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 12. Rot. *dec.* 295. *n.* 4. *&c. part.* 2. *Noviss.* Mascard. *de probat. concl.* 873. *&* 874. *lib.* 2. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 24. *tit.* 17. *n.* 418. *& seqq. ad* 438. *fol.* 293. Tusch. *litt. I, conclus.* 3. *per tot.* Ricc. *Collect.* 417. *&* 1344. Escobar. *part.* 1. *de Purit. quæst.* 16. *nu.* 2. *& seqq.*

An mutetur propter novam qualitatem idem Tusch. *litt. I, conclus.* 5. *per tot.*

Qualiter identitas præsumatur durare, vel idem, quod olim fuit hodie esse præsumatur in substantia, quantitate, qualitate, relatione, situ, pati, ubi, & similibus prædicamentis, benè videndus Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 873. *per tot.*

7 Identitas personæ probatur per verificationem nominis, & cognominis, nisi constet alios adesse ejusdem nominis, & cognominis, nam tunc deberet probari esse eamdem personam descriptam in instrumento, vel sententia, Gratian. *discept. for. cap.* 554. *n.* 56. *&c.* Cavaler. *dec.* 128. *num.* 3. Ludovis. cum Beltramin. *dec.* 455. *n.* 10. *&* 18. Mascard. *de probat. conclus.* 875. *lib.* 2. Pac. Jordan. *loc. cit. n.* 425. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 214. *nu* 8. *& seqq.* ubi quod probatur ex identitate patria, & patriæ, etiamsi aliæ demonstrationes non concurrant, ad Alex. *cons.* 108. *n.* 3. *lib.* 7. & Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 389. *n.* 4. *&c.* ubi plura ad exclusionem identitatis personæ in probanda descendentia, *& part.* 14. *decis.* 535 *n.* 58. *&c.* quæ est votum decisivum D. Marcelli Severoli, de identitate personæ De Luc. *de Judic. disc.* 12. *nu.* 7. Vide Crescin. *in annot. ad decis.* 173. Pen.

Quòd identitas personæ non probetur ex conformitate nominis, nisi aliæ demonstrationes concurrant, Rot *part.* 13. *recent. dec.* 441. *n.* 22.

Ex quibus conjecturis cognoscatur identitas personæ à testatore prædilectæ ejusdem nominis, & cognominis, & consanguinitatis, Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 447. *per tot. vide in §. Legatum n.* 12.

Quomodo autem sit probanda identitas personæ in criminalibus, ubi agitur de executione sententiæ, dixi in §. *Pluralitas sub n.* 6.

8 Identitas rei obligatæ quando agitur pro mandato de associando vigore constituti, probatur per verificationem confinium, Gratian. *discept. for. c.* 855. *n.* 5. *&c. & cap.* 883. *per tot.*

Non autem dicitur probata identitas, quando fines, & demonstrationes adjectæ conveniunt aliis bonis, & de aliis prædicantur, Corn. *cons.* 91. *lib.* 1. Magon. *dec. Flor.* 2. *n.* 34. *&c.*

9 Identitas folii, in quo aliquid continetur qualiter sit probanda, Gratian. *discept. for. cap.* 952. *n.* 15. *&c. & cap.* 973. *n.* 45. *&c. vide in §. Scriptura n.* 15. *& seqq. & §. Testamentum nu.* 37. *&* 38. Rot. *part.* 13. *recentior. decis.* 360. 407. *&* 472. *part.* 11. *dec.* 271. coram Bicchio *inter ejus impressas decis.* 513. ubi plura de identitate schedulæ testamenti, ex quibus probetur, vel non. Rocc. *cap.* 36. *&* 39. Balduc. *tit. de Legat. disc.* 17. *n.* 16. *decis.* 31. *num.* 30. Bicch. *decis.* 513. Ansald. *dec.* 22. *a nu.* 4. *decis.* 29. *n.* 19. Crescin. ad Pen. *dec.* 173.

Identitas, vel diversitas summæ, & quantitatis, 10 an, & quando præsumatur, ubi de eadem summa extant plures scripturæ, sive obligatoriæ, sive liberatoriæ, latè Menoch. *de arbit. cas.* 223. *per tot.* ubi undecim casus distinguit, & declarat, & illum sequitur Duran. *dec.* 319. *per tot. vide in §. Confessio num.* Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 491. *n.* 4. *&* 5. & post Urceol. *tract. de transact. dec.* 31. *num.* 7. *& seqq.*

Identitas animalium mortuorum probanda est ab 11 illo, qui mortua esse dicit, ut consequatur eorum pretium, vel liberetur à restitutione, sive ad alios effectus Corn. *cons.* 144. *nu.* 12. *lib.* 4. Cravet. *cons.* 112. *n.* 3. Jas. *in l.* 2. *n.* 20. *C. de bon. poss. secund. tab. & in l. non hoc n.* 12. *Cod. unde legit.* cum aliis per Cabal. *consil. decis.* 56. *n.* 9. *& seqq. lib.* 2. ubi qualiter probetur ex nominatione testium, & verbis repetitis, & hujusmodi. Balduc. *de prælat. dec.* 15. *n.* 2. *&* 33. *& decis.* 16. *n.* 13. Crescin. ad Pen. *dec.* 573.

Identitas in criminalibus plenè, & concludenter 12 est probanda, cum diversitas, & pluralitas præsumatur, Cravet. *cons.* 244. *n.* 2. Farinac. *cons.* 70. *nu.* 46. Antonel. *consil.* 8. *num.* 1. *&c.* Raynal. *Syntax. rer. crim. cap.* 6. *§.* 5. *n.* 39. *&* 108. ubi alios allegat, & loquitur in terminis infanticidii volens esse probandam identitatem fœtus, per partus prætensi à matre occisi.

Alia plura de identitate probanda in diversis ca- 13 sibus, & quomodo probetur, vel non, Castejon. *in Alphab. jurid. verb. Idem, Identitas*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. eod. verb. part.* 4. *fol.* 692. *&c.* Em. De Luc. *In Indice general. verb. identitas*. Balduc. Bertachin. Mantiss. ad eumdem De Luc. Emerix Caprar. Mans. Palm. Crescin. ad Pen. & alii moderni.

De identitate familiæ quomodo, & ex quibus pro- 14 betur Thoro *Compend. dec. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Identitas*. De Luc. *in Indic. general. verb. familia quoad identitatem* Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 492. *nu.* 8. *&* 37. Cels. *dec.* 341. Rot. *in rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 492. *n.* 8. *&* 37.

De identitate bonorum probanda, & ex quibus 15 dicatur probata ad effectum succedendi in Majoratibus, Primogenituris, & Fideicommissis, plura in diversis locis, Jo: Torre *tract. de success. in Majorat. & Primogen. Ital. ut in Repertor. general. in fine part.* 3. *verb. Identitas*, Ramon. *cons.* 46. cum Annot. Moderni Jacob. Balduc. *per tot.* Andreol. *controv.* 303. *per tot.* vide De Luc. *de fideicomm. disc.* 194. *n.* 11. *&* 12. *& disc.* 270. *n.* 4. *& seqq.*

Identitas descendentiæ, & familiæ inter magna- 16 tes habet speciem notorii. De Luc. *de fideicom. disc.* 240. *n. fin.*

Identitas argentorum, & bonorum Episcopi pro 17 evitando spolio. De Luc. *de Donat. disc.* 43. *nu.* 2.

Identitas requiritur pro obtinenda immissione De 18 Luc. *de Judic. disc.* 44. *n.* 37.

Identitas rei, & autoris requiritur ut causa dica- 19 tur eadem ad effectum attentatorum De Luc. *de Judic. disc.* 18. *n.* 32.

Identitas bonorum probatur ex instrumentis tran- 20 situm eorum de uno ad alium justificantibus. Menoch. *de adipisc. remed. n.* 199. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 28. *lib.* 9. *n.* 2. *vol.* 1.

Identitas probatur ex confessione partis. Rot. co- 21 ram Caval. *dec.* 90. Merlin. *dec.* 341. *n.* 3. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 6. *n.* 1. *lib.* 10. *vol.* 2.

Ex duobus, vel tribus demonstrationibus satis dicitur probata identitas, licet contrada formaliter differat, cum censeatur potius in ista erratam. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 16. *lib.* 10. *n.* 8. *vol.* 2.

In antiquis identitas justificatur præsumptionibus, 22 & inditiis. Bertachin. *vol.* 60. *n.* 63. *vol.* 81. *nu.* 1. Cabrun. *lucubr.* 48. *n.* 9. Mantiss. ad De Luc. *decis.*

30.

23 30. lib. 10. n. 6. & dec. 68. n. 6. & 7. & dec. 101. n. 8. & 9. & dec. 102. n. 6. & dec. 103. n. 19. lib. eodem vol. 2. Identitatis probatio sicuti ex antiquitate temporis redditur difficilior ita etiam eadem antiquitas facit, ut ex levioribus probationibus, immo etiam indiciis, & conjecturis, & præsumptionibus contextetur. Caprar. dec. 10. n. 52. p. 1. dec. 56. n. 5. p. 1. dec. 101. n. 9. p. 1. dec. 233. n. 6. p. 1. Prout in Fideicommisso aliqualiter antiquo, Caprar. dec. 623. n. 1. p. 2. Identitas in antiquis ex quibus dicatur probata Caprar. decis. 101. n. 8. part. 1.

24 Ex Catastro probatur bonorum identitas. Cyriac. contr. 204. n. 44. Rot. cor. Seraphin. dec. 1344. n. 2. cor. Cels. dec. 291. n. 6. Mantiss. ad De Luc. decis. 68. lib. 10. n. 5. vol. 2. Bertachin. vot. 60. n. 50.

Item ex testibus deponentibus de fama. Burs. cons. 251. n. 25. & seqq. Gobb. conclus. 92. n. 16. Mantiss. ad De Luc. dec. 68. lib. 10. n. 8. vol. 2.

Ex testibus, divisione, enunciativis, & similibus probatur identitas. Rot. dec. 326. nu. 15. usque ad 18. part. 14. recent. cor. Merlin. dec. 262. nu. 2. & seqq. Mantiss. ad De Luc. dec. 101. lib. 10. num. 7. vol. 2. & dec. 103. n. 6. lib. 10. vol. 2. Ansald. dec. 92. n. 5. & 6.

25 Bona possessa per filium in eodemet loco è communi præsumuntur esse illamet, quæ pater ibi possidebat. Peregrin. de fideicom. art. 44. nu. 22. Cyriac. contr. 204. nu. 45. Rot. cor. Greg. dec. 573. nu. 9. & 25. & dec. 144. nu. 1. & seqq. p. 9. Mantiss. ad De Luc. dec. 68. lib. 10. n. 10. vol. 2. supra nu. 4.

Maximè si filius non fecit inventarium Menoch. cons. 207. n. 16. vers. 5. & seqq. Gob. cons. 92. n. 10. Mantiss. ad De Luc. dec. 68. lib. 10. num. 11. vol. 2.

Bona possessa per gravatum in loco, ubi possidebat testator, præsumuntur eadem esse subjecta fideicomisso. De Luc. de fideicom. disc. 194. n. 13. Rot. dec. 24. n. 23. part. 17. recent. cor. Otthobon. decis. 202. n. 6. coram Cer. dec. 246. n. 1. & 2. Mantiss. ad De Luc. dec. 68. n. 12. lib. 10. vol. 2. & dec. 102. n. 3. & dec. 103. num. 17. lib. 10. vol. 2. Bertachin. vot. 81. n. 4. & 5.

26 Probationes debent uniri ad desumendam identitatem. Rot. decis. 326. à n. 15. ad 18. p. 14. recent. Mantiss. ad De Luc. dec. 102. lib. 10. nu. 5. vol. 2.

27 Ad probandam identitatem in fideicommisso particulari non sufficit docere, quòd testator illam rem possederit, sed necesse est justificare, quod sit illamet, quam fideicommisso particulari subjecit. Peregrin. de Fideicommiss. art. 44. nu. 43. Rot. dec. 66. per tot. p. 17. Mantiss. ad De Luc. dec. 102. lib. 10. n. 7. vol. 2.

28 Identitas bonorum sat est, ut justificetur in limine executionis si petatur immissio genericè ad bona fideicommissi Alexandr. cons. 101. n. 9. p. 5. Mantiss. ad De Luc. dec. 71. lib. 10. n. 3. vol. 2.

29 Ex descriptione facta à testatore in testamento probatur identitas. Rota dec. 326. n. 15. usque ad 18. p. 14. rec. Mantiss. ad De Luc. dec. 101. lib. 10. n. 7. vol. 2.

30 Non probatur per testes examinatos ad perpetuam rei memoriam Rot. dec. 99. n. final. cor. Arguell. Caprar. dec. 718. n. 9. p. 2.

31 Identitatem non excludit Territorii diversitas, quoties Territoria enunciata inter se confinant, & alias verificantur confines particulares, & Contrata. Rot. dec. 316. n. 11. & 12. cor. Merlin. & dec. 609. n. 11. cor. Amat. Dunozett. Caprar. dec. 551. nu. 6. p. 2.

32 Identitas quando est probata, non relevat, si concurrit aliqua diversitas circa fines, qui ex cursu temporis mutantur. Rot. cor. Merlin. dec. 294. n. 6. & 7. & cor. Priol. dec. 182. n. 8. & 9. Caprar. dec. 56. n. 3. p. 1.

33 Identitas, quoties concordant confinia, exclusa non remanet ex majori mensura Prædii, cum in majori quantitate insit minor. Rot. cor. Merlin. decis. 294. sub n. 7. vers. minus relevare, & n. 8. & 9. & dec. 51. n. 9. & 10. p. 18. rec. Caprar. dec. 56. n. 6. p. 1. & dec. 10. n. 9. p. 1. Vide infra.

Identitas inficitur ex diversitate circa numerum tornaturarum, quoties verificantur confinia, & demonstrationes. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 12. n. 28. & 29. Rot. cor. Merlin. dec. 294. n. 10. Capr. dec. 56. n. 7. p. 1. & dec. 551. n. 1. p. 2. Vide Bertachin. vot. 82. n. 7.

34 Identitas non dicitur probata, si in certum sit à quo bona proveniant. Redenasch. cons. 21. n. 5. & seqq. & n. 14. Rot. cor. Duran. dec. 281. n. 10. cor. Cer. dec. 306. num. 8. & dec. 520. n. 40. p. 14. rec. Caprar. dec. 623. n. 2. p. 2.

35 Identitatis probatio requiritur quod sit certa, & concludens. Vide Caprar. d. dec. 623. nu. 3. part. 2.

36 Identitatem non concludit demonstratio generalis, nempe Territorium, Contrata per Rot. dec. 295. n. 10., & seqq. p. 1. & dec. 19. n. 6. & 7. p. 12. rec. Caprar. dec. 467. n. 9. p. 2.

37 Identitas remanet exclusa, quoties, nec locus loci, nec confinea sunt uniformes. Decian. cons. 55. n. 33. lib. 4. Rot. dec. 415. num. 5. cor. Merlin., & dec. 30. n. 2. & 4. cor. Arguell. & dec. 8. n. 6. cor. Otthobon. Caprar. dec. 718. n. 4. p. 2.

38 Identitas ut excludetur, satis est, quod bona possint esse diversa. Rot. dec. 226. n. 13. à vers. nec constat p. 5. rec. & dec. 429. n. 15. & 16. cor. Priol. Caprar. dict. dec. 718. n. 8. p. 2. Et identitas excluditur quoties probatur diversitas rerum Ansald. decis. 36. n. 33.

39 Identitas Cambii, quod dicitur fuisse giratum, & non appareat de girata in calce Apochæ; tamen cum girata, seu cessio potuerit intervenire per actum separatum, adhuc dicitur sufficienter probata, si aliæ conveniant. Bart. in l. demonstratio falsa n. 14. ff. de condit. & demonstrat. Rot. dec. 1855. n. 11. 15. & 16. cor. Coccin. & dec. 101. num. 8. p. 8. rec. Caprar. dec. 403 n. 9. p. 1.

40 Identitas cædulæ depositi ex quibus probetur. Gratian. discept. 897. n. 14. Burat. dec. 361. n. 5. Seraph. dec. 1093. per tot. Emerix. jun. dec. 183. n. 10.

41 Identitas frumenti ad effectum obtinendi prælationem debitam locatori fundi quomodo probetur. Emerix. jun. dec. 1303. n. 3. & seqq.

42 Identitas locorum montium probatur ex fide Secretariorum. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 22. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 4. n. 34. Rot. dec. 227. n. 13. p. 8. rec. Emerix jun. dec. 122. n. pr.

43 Identitas manus, seu Characteris probatur etiam ex conjecturis intrinsecis. Emerix jun. dec. 1321. n. 7.

44 Identitas pecuniæ probatur ex correspondentia summæ aliisq; circumstantiis extrinsecis. Rot. cor. Seraphin. dec. 1293. nu. pr. & pluribus seqq., cor. Burat. dec. 361. n. 4. & 5. & cor. Cels. dec. 340. n. 4. Emerix jun. dec. 582. n. 3. Vide supra n. 2.

45 Identitas Schedulæ Testamentariæ probatur ex subscriptione Testatoris. Rot. dec. 581. n. 12. cum duobus seqq. p. 4. tom. 3. dec. 109. n. 2. et dec. 149. n. 4. p. 17. rec. Emerix jun. dec. 514. num. 13. Vide Ansald. decis. 22. à n. 4. decis. 29. n. 19.

Item ex subscriptione unius testis pro testatore. Rot. coram Duran. dec. 18. n. 7. Emerix jun. d. dec. n. 14.

Item ex rogitu Notarii, & subscriptione aliorum Testium in illius dorso non in folio involuente. Fulgos. cons. 56. sub n. pr. & seqq. Emerix. jun. dec. 514. num. 15.

Verum quod subscriptio Testatoris Cæci non probet identitatem Schedulæ. Rub. de testam. cap. 42. n. 359. Rot. cor. Burat. dec. 543. nu. 5. Emerix jun. dec. 562. n. 10.

Nequa subscriptio Testis factæ ad instantiam hæredis & Notarii, non audita prius voluntate Testatoris. Emerix. jun. d. dec. n. 10.

Neque rogitus Notarii, quoties adesset suspicio suppositionis alterius Shedulæ. Spada cons. 91. sub n. 120. vers. sed dicta folia lib. 1. Marant. cons. 112. n. 14. Emerix Jun. d. dec. n. 11. & 12.

46 Verbum = eodem modo = importat identitatem Coccin. dec. 1591. n. 30. Rot. dec. 354. n. 28. p. 11. & dec. 377. n. 18. & 25. p. 17. & dec. 557. nu. 11. & dec. 573. n. 5. p. 19. tom. 2. rec. Piton. de Jurep. all. 48. n. 6. tom. 1.

47 Inscriptiones positæ super stabilibus sunt potius signa identitatis, qam dominii. Piton. de Jurepatr. all. 57. n. 85. tom. 2.

Iden-

48 Identitas beneficii quando probetur, vel non Rot. cor. Emerix Jun. *dec.* 49. *n.* 3. *& in rec. dec.* 73. *nu.* 13. *p.* 19. Piton. *de Jurepatr. all.* 100. *n.* 441. *tom.* 2. Crescen. ad Pen. *dec.* 1178.

49 Identitas est probanda, ut competat prælatio super fructibus recollectis in fundo Berrachin. *vot.* 98. *n.* 1.

50 Identitas non excluditur, si in uno Instrumento prædium sit designatum in uno corpore, & in altero Instrumento appareat divisum in pluribus corporibus. Decian. *cons.* 17. *n.* 14. *& seq. lib.* 3. Bertachin. *Vot.* 81. *n.* 6.

§. IGNORANTIA II.

1 IGnorantia facti præsumitur, eo ipso quòd de contrario, & scientia non docetur, *cap. præsumitur de reg. jur. in* 6. *& l. verius ff. de probat.* maximè ubi quis successit in jus alterius, *l. qui in alterius ff. de reg. jur.* late Mascard. *de probat. concl.* 879. *per tot. vol.* 2. & in terminis præscriptionis ad illam excludendam disserit Duran. *dec.* 426. *n.* 9. *&c.* non obstante quadam confessione, ex qua videbatur indubitatè scientia colligi, cùm sit æquivoca, & possit de alio intelligi, sed scientia ad effectum amissionis jurium debet esse certa, & indubitata, quæ non inducitur ex scientia instrumenti præcipuè ubi agitur de magno præjudicio, ut ibidem *n.* 13. *& seqq. ad* 19. vide Tusch. *litt. I, conclus.* 23. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 67. 68. *&* 69. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 1015. *&* 1644. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *à n.* 32. Vide Episc. Piton. *alleg.* 81. *n.* 8. *tom.* 2. *de Jurepatr.*

Qualiter in hærede præsumatur ignorantia de facto defuncti, vel scientia, Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 159. *n.* 9. *&c.* Menoch. *loc. cit. n.* 55.

Quòd ignorantia facti præsumatur, & talis præsumptio transferat onus probandi scientiam in adversarium, Seraph. *dec.* 916. *n.* 9. *&* 10. ubi tamen *n.* 11. quòd si allegaretur ab aliquo uti fundamentum suæ intentionis, esset probanda sive verè, sive præsumptivè, & latè quando præsumatur, vel non, Mandel. *cons.* 18. *per tot.* Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 113 *n.* 12. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 23. *per tot. loc. in reg.* 122.

Quòd præsumatur ignorantia, nisi adducatur pro fundamento intentionis, quo casu ab allegante esset probanda, debeat esse verisimilis, & justa non autem crassa, & affectata, quæ non excusat, prout nec quando adsunt conjecturæ scientiæ præsumptæ, & alia vide per Cavaler. *decis.* 151. *per tot.* facit De Luc. *de Credit. disc.* 130. *n.* 15.

Quid autem sit ignorantia, de variis, ac diversis ignorantiæ speciebus, an ignorans, & dubitans purificentur, & alia pro intelligentia termini ignorantiæ, Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 80. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rub. pr. quæst.* 9. *tom.* 3. Layman. *Theol. Moral. libr. pr. tract.* 2. *cap.* 4. *n n. pr.*

2 Ignorantia circa factum alienum regulariter præsumitur nisi agatur de facto, quod quis scire tenetur, vel de actu publicè, & palam gesto, vel ad domum notificato, sive sæpè, ac sæpiùs reiterato, vel tractato, vel nisi fuisset præsens, vel nisi factum fuerit notatum, vel investigatum, vel nisi penes eum reperiantur scripturæ, vel nisi agatur de factis Magnatum, & Nobilium, vel de hærede extraneo, qui præsumuntur habere notitiam totius testamenti quia in his casibus non præsumitur ignorantia etiam facti alieni, ut probat Soccin. *reg.* 220. *per tot.* Tusch. *litt. I, conclus.* 18. *per tot.* Matthæu Sanz. *de re crim. contr.* 61. *n.* 48. *etc.* Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 83. Menoch. *loc. cit. à num.* 51. Domin. Advoc. Cabrun. *lucubr.* 25. *n.* 9. *& lucubrat.* 49. *n.* 4., Vide etiam infra.

E contra autē ignorantia in facto proprio regulariter non præsumitur, nec excusat, nisi agatur de damno vitādo, vel de facto multū antiquo, sive intricato, sive nō per se, sed per interpositā personam explicato, vel nisi stante multiplicitate negotiorum, vel mortis articulo, vel nisi agatur de valore rei in futurum, quia his casibus præsumeretur ignorantia, & excusaret etiam in facto proprio, ut benè probat Soccin. *reg.* 219. *per tot.* Tusch. *litt. I, conclus.* 14. *& seqq. & conclus.* 22. *per tot.* Costa *d. inspect.* 83. Altimar. *loc. cit. à n.* 39. Episcop. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 91. *nu.* 42. *tom.* 2. Ansald. *de comm. disc.* 22. Mans. *consult.* 178. *n.* 24. *& consult.* 722.

Quòd ignorantia facti justa, & probabilis excuset, affectata verò, vincibilis, crassa, & improbabilis, sive supina non suffragetur, quia ratione præcedentis negligentiæ volita præsumitur, & ideò dici solet quòd in facto proprio tamquam crassa non excusat, prout nec in facto alieno (licèt aliàs regulariter excuset) quando aliquid proponitur, propter quod poterat, & debebat sciri, mediante mediocri diligentia, quæ erat adhibenda, & fuit omissa, ut quia factum sit publicum, vel notabile, grave, & ponderosum, ac tale, quod soleat ferè ab omnibus observari, & sciri, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 113. *num. pr. & seqq.* Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 21. *per tot.* Cyriac. *contr.* 264. *n.* 20. Altimar. *supra n.* 46.

Quòd licèt ignorantia in facto proprio non præsumatur, tamen in actibus morientium propter mortis turbationem, & multitudinem negotiorum præsumantur etiam in facto proprio, Marant. *in l. Is potest num.* 227. *ff. de acquir. hæredit.* Duran. *tract. de condit. & demonst. imposs. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 9. *& seqq.* Altograd. *cons.* 84. *num.* 48. *lib.* 2. ubi quòd procedit etiamsi testator non sit infirmus per text. *in l. hac consultissima §. at cum humana Cod. qui test. fac. poss.* Altimar. *loc. cit. n.* 54.

Quòd præsumatur etiam in facto proprio propter multitudinem negotiorum, Bart. *in l. quod instit. in fin. ff. de re jud.* Duran. *loc. cit. num.* 15. Tusch. *litt. I, conclus.* 15. *& seqq.* Altimar. *supra n.* 40.

Quòd etiam in facto proprio quandoque excuset ex circumstantiis, & qualitate negocii, & personarum, veluti quando factum esset adeò antiquum, ut cadat præsumptio oblivionis, vel multum intricatum, & obscurum, vel stante multiplicitate negociorum, vel quando quis in extremis laboraret, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 113. *nu.* 3. *& seqq.*

Plura de ignorantia præsumenda in facto alieno si allegetur, non autem in facto proprio, Marant. *in l. is potest num.* 284. *& seqq. ad* 316. *ff. de acquir. hæredit.* ubi de facto proprio ponit sex limitationes, & de facto alieno duodecim & qualiter ignorantia probetur ibidem *num.* 316. *& seqq.* latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *per tot.* Gratian. *discep. forens. cap.* 632. *n. pr. cap.* 946. *n.* 36. ubi de oblivione Card. Tusch. *lit. I, concl.* 14. *cum pluribus seqq.* & alii supracitati, Altograd. *cons.* 40. *nu. pr. &c. lib.* 1. ubi quòd ignorantia justa datur in eo, qui successit in jus alterius, maximè si agatur de facto antiquo, & de longinquo, ita ut stetur juramento illam allegantis, de quibus Altimar. *loc. cit.* Mans. *loc. cit.* Vide infra *n.* 36.

Multa de ignorantia præsumenda, & quotuplex sit Cabal. *resolut. crim. cas.* 287. *nu.* 21. *& seqq. per tot.* Ricc. *Collect.* 1015. *&* 1644. Sanfelic. *decis.* 377. *cum Addit.* Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 80. *& seqq.*

De scientia facti alieni, & quòd ignorantia non excuset, quando quis tenebatur investigare, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 194. *per tot. & cap.* 403. *nu.* 37. *&c. cap. innotuit*, ubi glos. & DD. *de elect.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 131. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 186. *num.* 8. ubi quòd præsumitur scientia in his, quæ publicè nota sunt; *& cas.* 308. *nu.* 5. ubi quòd ignorantia non excusat in his, in quibus erat adhibenda diligentia. Altimar. *loc. cit. n.* 42.

Ignorantia non potest allegari nisi ab ipso ignorante, nec aliis suffragari, etiam ab illo causam habentibus, Ladeich. *consil.* 105. *n.* 2. quem refert, & sequitur Duran. *decis.* 251. *nu.* 10. Et qualiter ignorantia non possit allegari a tertio in præjudicium, & damnum ipsius ignorantis, Costa *de facti scient. & ignorant. inspect.* 91. *per tot.* 3

Quòd ignorans non dicatur contemnere, aut negligere; contravenire, vel non adimplere, cum nihil agere dicatur, & ideò nec pro consentiente, nec pro dissentiente habeatur, nec confirmare, nec reprobare dicatur, *l. ex Maleficiis §. longius ff. de act. & oblig.* Gratian. *discept. forens. cap.* 944. *num.* 38. Barbos. *de Axiom.*

Axiom. jur. Axiom. 113. *n.* 13. *&c.* ubi etiam *num.* 15. quòd ignorantia non currit tempus, Card. Tuſch. *litt. I, conclus.* 17. *per tot.* Altimar. *dict. rub.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 163. *& ſeq. tom.* 3.

Plura de ignorantia, quæ voluntatem excludit, de probabili, & juſta, de craſſa, & alia in hac materia, latè Azor. *Inſtitut. moral. part. pr. lib. pr. cap.* 12. *cum plurib. ſeqq. per tot. fol. mihi* 38. *& ſeqq.* Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 12. *&* 13. *& part.* 4. *reſolut.* 35. 36. 37. *infra n.* 10. Marcellin. de Piſa *Encycloped. Moral. tom.* 4. *fol.* 536.

Quòd ignorantia craſſa, ſive ſupina æquiparetur ſcientiæ, Tuſch. *litt. I, conclus.* 21. *per tot.* Altimar. *loc. cit. n.* 46.

Non tamen poteſt allegari ignorantia ab eo, qui poſtquam ſcivit non deſtitit, quia ex hujuſmodi perſeverantia dicitur de novo contravenire, & delinquere, nec excuſatur, cum perſeverantia ſit optimum judicium præcedentis animi, Cephal. *caſ.* 76. *num.* 20. Cavaler. *deciſ.* 96. *num.* 2. *etc.*

An autem ignoranti acquiratur poſſeſſio, legatum, & hujuſmodi, & an ignorans à beneficio legis excludatur, Coſta *de facti ſcient. et ignorant. inſpect.* 92. *et ſeqq.*

4 Ignorantia tanquàm quid in animo conſiſtens probatur juramento illius, qui ſuam allegat ignorantiam, cum in his, quæ pendet ab animo ſit ſtandum juramento, ubi aliæ probationes deficiunt; niſi contra allegantem ignorantiam aliqua adeſſet juris præſumptio, vel niſi ageretur de præjudicio tertii, vel ſtatutum prohiberet allegationem ignorantiæ, vel ubi ageretur non tantùm de probanda ignorantia, ſed etiam de probanda juſtitia ipſius ignorantiæ, nam his caſibus non eſſet admittenda probatio per juramentum, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 186. *per tot.* ubi etiam, quòd ignorantia poteſt aliis modis probari, nempè probando abſentiam, infantiam, vel ſimilem cauſam, qua juſtam ignorantiam inducere ſolet, vide Diaz. *reg.* 323. Card. Tuſch. *lit. I, concl.* 24. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 880. *et* 881. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 287. *nu.* 46. Farinac. *de delict. car. quæſt.* 149. *nu.* 203. *etc.* Dian. *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 187. *verſic. hoc ſuppoſito, et part.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 24. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 67. *num.* 5. *vol.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 377. *nu.* 4. *et ſeqq. cum Addit. et in Praxi ſect.* 40. *num.* 10. ubi ſimplicitar quòd probatur juramento maximè in his, quæ ſunt parvi præjudicii, Coſta *de facti ſcient. et ignorant. inſpect.* 84. *per tot.*

5 Ignorantia, ſive error juris ubi agitur de damno vitando omnes excuſat; ſi verò agatur de lucro captando, vel quærendo, aut jus eſt omninò perplexum, dubium, & intricatum propter varias hincindè opiniones, & omnes pariter excuſat, cum æquiparetur ignorantiæ facti, & dicatur error juſtus, & probabilis, aut jus eſt clarum, & tunc non excuſat, niſi mulieres, ruſticos, & ſimiles, qui non potuerunt conſulere peritiores, vel qui illos conſulerunt, ſed malum conſilium reportaverunt; ſi autem potuerunt capere conſilium, & non fecerunt ſibi imputent, & illis juris ignorantia nocebit, prout hæc videtur eſſe magis communis theorica in hac materia, de qua Jaſon. *in l. juris ignorantia num.* 2. *et ſeqq. C. qui admitti*, Odd. *de reſtit. in integr. part. pr. quæſt.* 8. *art.* 8. *num.* 40. *et ſeqq.* Altograd. *conſ.* 94. *n.* 43. *lib. pr. et conſ.* 15. *n.* 37. *et ſeqq lib.* 2. Sperel. *deciſ.* 42. *nu.* 7. ubi quando opinionum diverſitas, vel ignorantia excuſet, vel non, vide in §. *Error num.* Card. Tuſch. *litt. I, concl.* 11. *et ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor.* 32. *num.* 2. *etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 67. *et ſeqq. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 953. *et* 2138. Alvarez de Velaſc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 5. *num.* 16. *et ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 210. *nu.* 7. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 63. *et ſeqq.* Cyriac. *contr.* 164. *tom. pr.*

Quòd ignorantia de lege extravaganti in corpore juris non inſerta excuſet, niſi ſit omnibus communiter nota, Sperel. *deciſ.* 39. *num.* 14. 15. *et* 42. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *in prælud. ad Pragm. num.* 205. *et ſeqq.* ubi quando poſſit excuſari, vel non judex negligens ſervare leges ſui Principis, vel Tribunalis. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 9. *nu.* 45. *tom.* 3.

Quòd ignorantia juris non præſumatur, ac proinde neminem excuſet, cum omnes teneantur ſcire leges, & lata culpa ſit illas ignorare, intelligendo non tantùm de jure divino, naturali, vel gentium, ſed etiam civili, & municipali, niſi ignorantia juris haberet admixtam ignorantiam facti, vel niſi ageretur de jure dubio, & obſcuro, difficili, & intricato, Barboſ. *de Axiom. jur. Axiom.* 113. *num.* 7. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 67. 68. *vol.* 2. Alvarez de Velaſ. *loc. ſup. cit.* Altimar. *ſupra n.* 44. Caprat. *deciſ.* 584. *n.* 24. *deciſ.* 593. *n.* 15.

De ignorantia bannimentorum, ut ſit omninò facti, & excuſet in externo, Rot. *part.* 16. *recentior. deciſ.* 420. *num.* 10.

Et quando ignorantia tam juris, quàm facti excuſet vel non in his, quæ ſunt juris poſitivi, vel naturalis, vide hincindè allegata, & ſolutiones penes Damaſum in ſuis *reg. jur. can. reg. pr. per tot. inter reg. diverſ. fol. mihi* 636. Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 201. ubi qualiter ignorantia facti, & aliquando juris excuſet à mora, & pœna ratione non adimplementi, Coſta *de facti ſcient. et ignorant. inſpect.* 85. *per tot.* ubi quinam reſultent effectus ex probabili, & juſta ignorantia cum pluribus ſequentibus.

Quòd ignorantia juris non excuſet, eum qui tenebatur ſcire, & qui erat naturaliter obligatus, nec quando quis poterat inveſtigando de facili certiorari, quia tunc habetur pro ſciente, Altograd. *conſ.* 71. *num.* 23. *et ſeqq. ad* 41. *lib. pr.* vide Paul. Chriſtin. *dec. Belg.* 63. *n.* 2. *volum.* 2. ubi intelligit quoad forum exterius, nam in foro interiori videtur excuſare juxta ea, quæ dicit *infra n.* 10.

An autem, & quando dubitans æquiparetur ignoranti, & quando quis teneatur ſe informare, & conſulere peritiores, vel non, & quid ſi ita conſulendo elegerit indoctum, & malum conſilium reportaverit, latè idem Altograd. *conſ.* 94. *num.* 5. *et ſeqq. per tot. lib. pr.* Coſta *d. tract. inſpect.* 42. *per tot.* Vide Epiſc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 22. *in fine tom. pr.*

De variis diviſionibus ignorantiæ, ex qua poſſit cauſari involuntarium. Baldel. *Theolog. moral. tom.* 1. *lib. pr. diſput.* 25. *per tot. cum pluribus ſequentibus.*

Ignorantia juris licèt præſumatur in muliere, mi- 6
nore, & ruſtico, illoſque regulariter excuſare ſoleat, cum lex non obliget ignorantes, tamen in concernentibus obſervationem formæ præciſæ actus non diſtinguitur inter ſcientem, & ignorantem, nec in aliis inductis ad rigorem juris ſervandum, nec ſtante clauſula decreti irritantis, quod afficit etiam ignorantes, Odd. *de reſtit. in integr. p.* 1. *qu.* 9. *num.* 14. *et ſeqq. et quæſt.* 10. *n.* 15. *et ſeqq.* Coſta *de fact. ſcient. et ignorant. reg.* 15. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 161. *n.* 25. *et ſeqq.*

Quòd ignorantia licèt ut ſupra præſumatur in muliere, minore, & ruſtico, illos non excuſet, quando potuerunt conſulere peritiores; cùm omnes homines natura ſcire deſiderent, non ſunt excuſandi, qui peccant contra naturam, non curando conſulere peritiores, etiam per acceſſum ad civitates vicinas, Alex. *in l. juſtè, ff. de acquir. poſſ.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. 4. *gloſ.* 7. *num.* 18. *etc.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 553. *num.* 15. *etc.* Card. Tuſch. *litt. I. concl.* 13. *per tot* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 637. *num.* 4. *et ſeqq.* ubi quòd mulier licèt potuerit conſulere peritos, excuſatur ſi agatur de articulo juris valdè dubio, quia æquiparatur ignorantiæ facti.

Multa quando ignorantia excuſet, vel non, Menoch. *de arbitr. caſ.* 502. *num.* 88. *et ſeqq. ad* 97. Urceol. *Conſult. forenſ. cap.* 42. *num.* 27. *etc.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 63. 67. 68. *et* 69. *per tot. volum.* 2. Ricc. *Collect.* 953. *et* 2138. Alvarez de Velaſc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 5. *num.* 16. *et ſeqq.* De Luc. *de Uſur. diſc.* 12. *num.* 33. *de Penſion. diſc.* 81. *à num.* 22. *de Succeſs. diſc.* 47. *n.* 9. *de Benef. diſc.* 76. *à nu.* 19. Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæſt.* 9. *tom.* 3.

Quando ſit juſta cauſa reſtitutionis in integrum adverſus præſcriptionem, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 293. *num.* 10. *et ſeqq.* vide in §. *Præſcriptio nu.* 27. *et* §. *Reſtitutio num.* vide Gom. *var. reſol. libr.* 2. *cap.* 2. *n.*

a. n. 27., & De Luc. *de Benef. disc. 35. n. 6. et de Jurepatr. disc. 36. n. 6.*

Quòd in casibus, in quibus ignorantia præsumitur, illa sit nihilominus expressè allegaṅda, & quare, Costa *de facti scient. et ignorant. inspect. 100. per tot.*

7 Ignorantia, sive error juris, vel facti si allegetur & probetur, regulariter excusat à dolo, non autē à culpa, nisi extarent apertę conjecturę, quod quis ignoranter, & bona fide deliquerit; hoc tamen nō procedit in ignorantia crassa, supina, & affectata, nec in ignorantia juris naturalis, gentium, vel divini, vel alterius juris notorii, & indubitabilis, etiam municipalis publicati per proclama, & bannum, nec quando sit actus ab ipso jure, vel statuto prohibitus, Plot. *de in lit. juran. §. 5. numer. 4. et seqq.* Farinac. *quæst. 90. Inspect. 2. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubrat. volum. 3. lib. 14. tit. 13. num. 143. et seqq. fol. 208.* vide *in §. Dolus num.*

Quòd ignorantia juris excuset a dolo, mora, & pœna, Altograd. *cons. 85. n. 44. lib. 1.* De Luc. *de Benef. disc. 76. num. 19., & seq.*

Quòd ignorantia juris non simpliciter constituat in dolo, aut mala fide imò excuset à dolo, & malitia, nisi in duobus, scilicet quoad usucapionem, & restitutionem fructuum, Tiraquel. *de retract. lign. §. fin. num. 44.* Mascard. *de probat. concl. 640. per tot. vol. 2.*

8 Ignorantia gabellę excusat ab incursu pœnæ propter illam non solutam, quando de jure communi non erat solvenda, sed tantùm de jure municipali, & sic ignorantia juris municipalis excusat regulariter, & quando secùs, Pract. Papp. *cum Addit. for. solut. pedagog. glos. Ceciderint num. 3.* Clar. *§. fin. qu. 60. vers. quæro nunquid*, Gratian. *discept. forens. cap. 631. num. 4.* Menoch. *de arbit. cas. 186. numer. 8. cas. 308. numer. 5.* Barbos. *de Axiom. jur. Axiom. 113.* cum aliis supracitatis, dixi *in §. Forensis numer......* ubi vide.

Plura quando ignorantia juris communis, vel facti excuset à pœna, Menoch. *de arbitr. cas. 244. nu. 12. & seqq.*

Quando ignorantes ligentur edicto, sive decreto, vel non, Tusch. *litt. I, concl. 20. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. q. 3. n. 26. & seqq.* ubi plura.

Qualiter ignorantia circa impedimenta matrimonii non excuset à petenda dispensatione postquam ad notitiam devenerint, & quare, licèt aliqui contra, Dian. *p. 10. tract. 13. resolut. 51.*

An stante dicta ignorantia filii nati sint legitimi, & successibiles, vel potiùs illegitimi, & insuccessibiles dixi *in §. Affinitas n. 2. cum additione, in §. filiatio num. 6. & num. 9. & in §. Successio sub n. 4.*

9 Ignorantia fideicommissi an excuset alienantem bona, & quomodo vide *in §. Bona num. 31.*

10 Ignorantia licèt vincibilis juris, vel facti excusat ab incursu censurarum, & aliarum pœnarum, non verò crassa, & affectata, vel supina, & quæ talis dicatur; imò etiam crassa, & supina, vel affectata excusaret (nisi sit ingens temeritas) quando pęna esset apposita, *scienter aliquid facienti, vel præsumenti*, quia tunc dolus requiritur Bonac. *de censur. disput. pr. quæst. 2. par. pr.* & alij relati per Dian. *p. 3. tract. 5. resol. 12. et 13. & tract. 6. resol. 7. d. par. 3. & res. 41.* ubi etiam quòd naturalis oblivio æquiparatur ignorantiæ, & eodem modo excusat idem Dian. *part. 9. tract. 6. resol. 13. per tot. part. 4. tractat. 6. resolut. 85.* ubi an excuset ab irregularitate, *& part. 4. tract. 4. res. 187.* vide *in §. Verba num. 33.* idem Dian. *part. 5. tract. 9. resol. 17. & tract. 14. resolut. 24.* ubi qualiter excuset etiam in foro externo, & possit probari supra *num. 4. & par. 11. tract. 6. resol. 27.* ubi qualiter excuset spectatores duelli ab excommunicatione, latè Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccles. par. 1. cap. 2. dubit. 8. sect. 19. per tot. fol. mihi 123.* ubi plura qualiter ignorantia tam facti, quàm juris excuset ab incursu censurarum, *& in tractat. de Comit. sive Parlament. dubit. 4. subsecut. 31. Corrolar. 3. fol. mihi 81.* Caspens. *Curs. Theol. tract. 1. 25. disputat. pr. sect. 18. per tot. fol. 637.* Gabr. Vasq. in S. Thom. *3. par. tom. 4. tractat. de excommunic. dub. 14. & seqq. fol. 390. &c.* vide Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 32. à nu. pr.* Navar. *in Manual. confessor. cap. 27. num. 273. & seq.* Layman. *Theol. Moral. lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 5. num. 8.* ...

Quòd licèt quis sciat aliquid esse delictum ab Ecclesia prohibitum, si tamen ignoret censuram, illam non incurrat, licet illud commiserit, etiamsi ignorantia sit vincibilis, & idem est si sciat censuram, & ignoret reservationem, nam potest absolvi, citato Diana, & aliis pluribus probat Ciarlin. *contr. 155. num. 8. &c.* ubi in terminis violatæ immunitatis Ecclesiæ, & dixi in *§. Absolutio n. 28. §. Episcopus n. 31. & §. Judex num. 27.*

Qualiter ignorans casum reservatum sine censura exeuletur, & possit absolvi à quolibet Confessario, Dian. *p. 10. tract. 14. resolut. 63. per tot.*

Qualiter ignorantia non affectata, neque crassa excuset à transgressione præceptorum humanorum, quę cū tanto rigore non obligant, prout jus divinum; sicut etiam si quis transgrediatur præcepta Ecclesiæ bona fide ea causa, quam sufficientem putabat, licèt re vera talis non esset, excusatur saltem à peccato mortali, quia hujusmodi præcepta tanquam humana nō arctant cum tanto rigore ad inquirendas causas excusantes, & tollendam ignorantiam, ut obligant præcepta juris naturalis, Dian. *par. 4. tract. 4. resol. 35.* Paul. Christin. *dec. Belg. 62. n. 2. vol. 2.* plenè Baldel. *Theol. Moral. tom. 1. lib. pr. disput. 25. cum pluribus seqq.* ubi explicat materiam multiplicis ignorantiæ, & quæ reddat actum involuntarium, an excuset à peccato, vel non, & Marcellin. de Pise *Encyclop. Moral. tom. 4. fol. mihi 360. &c.* Et an illorum ignorantia sit peccatum Navarr. *loc. cit. cap. 9. n. 15.*

An autem ad hoc ut ignorantia dicatur vincibilis, sufficiat esse obligatum advertere, diversæ sunt opiniones; sed tu juxta benigniorem dic non sufficere aliquem ex statu, & officio esse obligatum advertere, nisi re vera aliqua cognitio, dubitatio, vel scrupulus de malitia, vel obligatione adsit, & ideò peccatum mortale non committi in voluntatis consensu, nisi præcedat cogitatio aliqua, & consideratio expressa, vel actualis malitiæ mortalis, vel periculi, vel saltem aliqua actualis dubitatio, vel scrupulus; ad hoc enim, ut quis peccet mortaliter debet animadvertere, vel opus illud esse malum, vel ibi esse malitiæ periculum, vel dubium, vel scrupulum saltem aliquem habere, nec satis est sola cognitio virtualis, vel interpretativa resultans ex eo, quòd agens potuit, & debuit considerare, prout aliqui putant, quia si nunquam in mentem venit cogitare, aut suspicari de malitia, non potest homo dici operari malum deliberatè, & fieri non potest, ut voluntas in malum consentiat, nisi intellectus illud cognoscat, & hoc modo etiam debet intelligi Axioma *par esse scire, & scire debere*, quando scilicet adsuit aliqua actualis advertentia ut supra, aliàs non est in nostra potestate proxima expellere ignorantiam. Quæ quidem ignorantia *invincibilis* excusans à peccato, dari potest non solum circa jus positivum humanum, ac particulares facti circunstantias, sed etiam circa jus positivum divinum, & mysteria fidei, ac etiam circa jus naturale, non quidem quoad universalissima præcepta juris naturæ, sed quoad alia, quæ difficiliùs ex præceptis universalibus deducuntur; secùs si facilè, ut cultus unius veri Dei, & cætera, quæ directè, & expressè continentur in præceptis Decalogi, nam in istis difficiliùs, nec ferè unquam nisi pro brevi tempore datur ignorantia invincibilis, ut benè explicat Dian. alios allegans *part. 4. tractat. 4. resol. 36. per tot. & resol. 37.* ubi etiam an ignorantia vincibilis sit per se peccatum speciale distinctum ab eo, cujus est causa, facit quod dixi *in §. Peccatum nu. 4. & §. Hæresis num. 18.* idem Dian. *par. 10. tract. 14. resol. 19. per tot.* Baldel. *Theolog. moral. tom. 1. lib. 1. disput. 28. per tot.* ubi plura quando ignorantia sit, & dicatur vincibilis, vel invincibilis, ad hoc ut excuset à peccato, vel non, & Marcellin. de Pis. *loc. sup. cit.* Gibalin. *de scient. canon. tom. 3. lib. 8. princip. 12. per tot. fol. mihi 122. & seqq.* ubi latè de multiplici ignorantia, quomodo sit causa, & effectus peccati, quomodo excuset à pœna, quòd sit necessaria cognitio malitiæ ad culpam, qualiter verificetur axioma, omnis peccans ignorans, &c. plenè Gabr. Vasquez in S. Thom. *1. 2. tom. 2. disput. 117. & seqq. fol. 528. &c.*

De ignorantia, an, & quando excuset, vel non ab hæresi,

reſt, Careaa *de Offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 1. *§.* 11. *fol.* 51. obi convenit cum prædictis, plures alios allegando.

Hæc omnia pleniùs adnotare volui, ot magis innoteſcat quàm ſuave, & leve ſit jugum Domini, illiuſque præcepta, ſicut & Eccleſiæ non illaqueare conſcieotias hominum, & quàm bonus ſit Deus iis, qui recto ſuat corde, ipſe enim fecit nos, & noo ipſi nos, cognoſcit ſigmeorum oostrum, & facilè miſeretur noſtri, faciunt ootata per Alvarez de Velaſc. *de iud. perfect. Rub.* 15. *annot.* 1. *num.* 42. *& ſeqq.*

Timeodum eſt tamen, quia judicia Dei Abyſſus multa, oemo ſcire poteſt an odio, vel amore dignus ſit, & Divus Paulus dicebat: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non juſtificatus ſum*, & ſic oon habere reprehenſionem conſcientiæ, & tamen poſſe habere peccatum, ſicut etiam habetur in Pſal. 18. *Delicta quis intelligit; ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſervo tuo*, ergo poſſumus habere peccata nobis occulta, quid igitur agendum? veniam ſæpè petere, etiam de occultis, facere bonum, lætari, & ſperare In Domino, ambulandum eſt enim in hac vita cum timore, & amore, nam qui perſeveranter credunt, amant, timent, & ſperant, ſalvi erunt ea infinita bonitate, & miſericordia Dei, quia fidelis eſt perquirentibus vias ejus: & ex ſeotentia D. Auguſtini, nullus Sanctus ſine peccato, (excepta Beatiſſima, Virgine, ut dixi *in §. Amor num.* 6.) & propterea non eſt noo Sanctus, ſi affectum habeat ad Sanctitatem, ſicut è contra nullus peccator ſine bono opere, & propterea non eſt oon peccator, ſi affectum habeat ad peccatum, vel affectum oon habeat ad ſanctitatem, ut optimè, ac devotè de more ad conſolatiooem bonorum, & terrorem malorum explicabat Adm. R. P. Bentivolus Societatis Jeſu io ſolito ſermone de bona morte Floreotiæ ſub die 16. Auguſti 1676. Timentibus igitur Dominum benè erit in extremis, ut ex Eccleſiaſtic. concludebat idem P. io ſermone ſequenti ſub die 23. ejuſdem Menſis.

11 Multa, & varia de ignorantia, & ejus effectibus tradunt remiſſivè Caſtejon. *alphab. jurid. verb. Ignorantia*, & Com. Auguſt. Fontan. *Bibliothec. legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 695. *&c.* Em. De Luc. *in Indic. general. verb. ignorant.* Pater Laymao. *in Theol. moral.* Altimar. *de nullit.* Emerix Caprar. Manſ. Palm. & aliis recentiores.

12 An, & quando ignorantia juris, vel facti excuſet à pœnis latè ſenteotiæ in totum, vel pro parte, & an in dubio juris, vel facti pœnæ latæ ſententiæ, obligeot, vel non & alia, diſtinguendo benè declarat videndus Carol. Ant. Theſaur. *tractat. de pœnit. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 15. *&* 16. *per tot.* & Valer. *de differen. utriuſque fori verb. Ignorantia per tot.* ubi quomodo probetur ignoraotia io utroque foro, & quòd in foro exteriori ignorantia legis juſtæ, & receptæ oon excuſat, ſed benè in foro conſcieotiæ ex cauſa ſibi rationabili, niſi adſit contemptus legis, vel agatur de materia à jure naturali præcepta, & alia plura ad rem notabilia.

13 Ignorantia alterius, alteri nocere noo debet Cravet. *conſ.* 473. *num.* 8. Emerix jun. *diſc.* 46. *num.* 6.

14 Ignorantia cooſenſui maximè repugnat Ariſtotil. *lib.* 3. *de anim. comment.* 39. Emerix junior. *diſc.* 952. *num.* 9.

15 Ignorantia excuſat à pœna, non tamen liberat à reſtitutione fructuum, & expeoſarum lo judicio attentatorum Rot. *dec.* 247. *n.* 6. cor. Celſ. Emerix jun. *deciſ.* 13. *num.* 4.

16 Ignorantia facti, in quo quis fuit arbiter, non excuſat Emerix jun. *deciſ.* 667. *num.* 15. Socc. jun. *conſ.* 129. *n.* 19. *lib.* 1. Gargiar. *patroc.* 3. *nu.* 18. *lib.* 1. Burat. *deciſ.* 566. *num.* 19.

17 Ignorantia facti receotis oon excuſat Emerix jun. *diſc.* 1245. *nu.* 13.

18 Ignorantia juris excluditur à Juriſconſulto Burat. *deciſ.* 20. *n.* 5. *deciſ.* 44. *num.* 9. Rot. *in rec. deciſ.* 324. *n.* 9. *part.* 15. Emerix jun. *dec.* 667. *n.* 15. 16.

19 Ignorantia non ſuffragatur, quando agitur de lucro captando Text. *in l. juris ignorantia ff. de jur. & fact. ignor. & l. ſi emancipata, & l. quamvis C. eadem* Emerix juo. *deciſ.* 700. *num.* 7.

Ignorantia neque ſuffragatur, ubi verſatur circa 20
interpretationem legis, vel ſtatuti quoties quis potuit conſulere peritiores Penn. *dec.* 515. *nu.* 5. *juxta impreſſ. Lugdunen.* Emerix jun. *deciſ.* 283. *n.* 3. Vide Caprar. *deciſ.* 584. *n.* 25. *part.* 2.

Limita ubi lex, vel ſtatutum eſt adeò dubium, ut doctores ipſi, & Rota variaverint in ejus interpretatione Spad. *conſ.* 318. *lib.* 3. Emerix *dec.* 283. *n.* 4.

Ignorantia juris dubii excuſat à culpa, & à pœna 21
adinſtar ignorantiæ facti Redenaſc. *conſ.* 18. *num.* 25. *ſeqq.* Manric. *deciſ.* 78. *nu.* 7. *ſeqq.* Buratt. *deciſ.* 899. *n.* 6. Rot. *rec. deciſ.* 559. *n.* 6. 7. *p.* 5. *dec.* 360. *n.* 10. *p.* 6. Emerix juo. *deciſ.* 543. *num.* 6.

Æquiparatur ignorantia juris dubii ignorantiæ facti, & probabilis, ac excuſabilis eſt in muliere, ignorantia juris Menoch. *conſ.* 563. *n.* 2. Soccin. Jun. *conſ.* 74. *n.* 38. *lib.* 1. Caval. *deciſ.* 81. *n.* 2. Rot. *deciſ.* 166. *n.* 15. *& tribus ſeqq. part.* 8. *recen.* Emerix jun. *deciſ.* 283. *n.* 6. Bertachin. *vot.* 95. *num.* 14. Vide De Luc. *in Indic. verb. ignorantia.*

Ignorantia oon dicitur probata ex generali præſum- 22
ptione ad effectum obtinendæ reſtitutionis in integrum Felin. *in cap. vigilanti n.* 1. *circa finem verſ. ad argumentum Petri de præſcript.* Cavaler. *deciſ.* 151. *n.* 2. Rot. *rec. deciſ.* 238. *n.* 28. *part.* 8. *deciſ.* 293. *nu.* 16. *part.* 10. *deciſ.* 96. *nu.* 6. *part.* 15. *deciſ.* 235. *num.* 17. *part.* 19. Emerix jun. *dec.* 785. *n.* 5.

Ignorantia veriſimilis, oon eſt circa ea, quæ ſunt 23
magni momenti, & geſta fuerunt in loco, ubi quis natus eſt, & habitat Buratt. *deciſ.* 222. *nu.* 7. Emerix jun. *deciſ.* 131. *n.* 6.

Maximè quando geſta fuerunt cum ejus fratribus Poſth. *de manut. obſerv.* 40. *num.* 20. Rot. *deciſ.* 422. Emerix junior. *deciſion.* 131. *num.* 7.

Ignorantia facti excuſat ab indebiti reſtitutione. 24
Text. expreſ. *in l. cum quis C. de jur. & fact. ignor.* Bertachin. *vot.* 95. *n.* 13.

Ignorantia concomitans, & antecedens qualis ſit, 25
& de earum effectu Cajetan. io D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 5. Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 3. *qu.* 189. *art.* 10. *inſpect.* 8. *nu.* 375. Suarex *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 21. Bertachin. *vot.* 130. *num.* 4.

Ignorantia crediti præſumitur in filio, & hærede, 26
minoris ætatis Rot. *deciſ.* 488. *num.* 11. *p.* 18. *rec.* Caprara *deciſ.* 271. *nu.* 12. *part.* 1.

Ignorantia teſtamenti præſumitur etiam io filio, 27
qui etiam ſine teſtamento eſt hæres Cravett. *conſ.* 93. *n.* 6. Caprara *deciſ.* 502. *n.* 12. *part.* 2.

Maximè ſi teſtameotum fuit conditum io diverſo loco Cravet. *conſ.* 193. *nu.* 6. Marcabrun. ab Anguill. *conſ.* 21. *n.* 19. 20. Fontanell. *deciſ.* 153. *num.* 14.

Ignorantia de facili præſumitur Caprara *deciſ.* 734. 28
num. 4. *p.* 2.

Ignorantia præſumitur ubi ſuot mutatæ perſonæ, 29
etiamſi ſint filii Duran. *dec.* 426. *num.* 9. *ſeq.* Rot. *deciſ.* 438. *n.* 4. *p.* 3. *rec.* Caprara *deciſ.* 271. *num.* 3. *part.* 1.

Ignorantia præſumitur, ubi concurrit minor ætas 30
Caren. *reſol.* 138. *n.* 3. *in fin.* Rot. *deciſ.* 59. *n.* 9. *deciſ.* 197. *nu.* 5. *part.* 6. *recent.* Caprara *deciſ.* 271. *n.* 4. *p.* 1.

Ignorantia certorum bonorum ſufficienter dicitur 31
probata, ſi de illis nullum ſit verbum io ſtatu hæreditario Rot. *deciſ.* 229. *num.* 4. *p.* 1. *diverſ.* Caprara *dec.* 614. *n.* 3. *part.* 2.

Ignorantia ioventarii tutelaris ſolemniter facti, & 32
poſiti in archivio publico, & res acta io loco anguſto, noo poteſt allegari in mulieribus conſanguineis proximioribus pupilli, ab inteſtato ſucceſſuris. Menoch. *præſump.* 24. *n.* 8. *ſeq. lib.* 6. Ceſal. *conſ.* 314. *n.* 19. *ſeqq.* Rot. *deciſ.* 346. *n.* 13. *p.* 6. *deciſ.* 532. *nu.* 3. *part.* 14. *recen.* Caprara *dec.* 342. *n.* 8. *p.* 1.

Ignorantia prohibitæ admioiſtratioois patris, noo 33
poteſt allegari in eo, qui cootrahendo cum illius filio, uti hærede teſtatoris, improbabile eſt noo recognoviſſe teſtamentum ad verificationem qualitatis hæreditariæ, in quo erat prohibitio admioiſtrationis Caprara *deciſ.* 222. *n.* 17. *part.* 1.

Ignorantia juris oon eſt allegabilis in Canonicis 34
ſup. re ad ipſos ſpectante, qualis eſt electio Menoch. *præſump.* 23. *n.* 50. *lib.* 6. Caprara *deciſ.* 593. *num.* 12. *part.* 2.

35 Ignorantia juris præsumitur faciliùs in iis, quæ sunt de apicibus juris Cravet. *conf.* 424. *num.* 1. Surd. *conf.* 349. *num.* 18. Venturin. *conf.* 28. *n.* 44. Cabrun. *lucu-br.* 49. *n.* 50.

36 Ignorantia facti alieni præsumitur Nata. *conf.* 15. *n.* 7. Bucafer. *conf.* 97. *n.* 7. Aliograd. jun. *controv.* 65. *num.* 50. Venturin. *conf.* 49. *nu.* 58. Gratian. *discep. for.* 391. *num.* 22. Cabrun. *lucubr.* 15. *num.* 9. Vide supra *n.* 2.

37 Ignorantia juris non excusat in materia usuraria Mantic. *dec.* 78. *nu.* 7. *seqq.* Cavaler. *dec.* 81. *num.* 2. & 141. *num.* 2. De Luc. *de usur. disc.* 12 *nu.* 32. *lib.* 5.

Intellige de jure claro, & certo, secus de jure dubio, & omninò ignoto in Regione Mantic. Cavaler. *loc. sup. cit.* & De Luc. *ibid. n.* 33. & *disc.* 17. *nu.* 21. *disc.* 39. *num.* 10.

38 Ignorantia non excusat in assignandis fructibus beneficii, vel pensionis De Luc. *de pens. disc.* 81. *nu.* 22. 26. 30. *seqq. de testam. disc.* 73. *de fideic. disc.* 154. *de alien. disc* 4. *de judic. disc.* 39.

39 Ignorantia in materia successionis quando excuset. De Luc. *de success. disc.* 47. *num.* 9.

40 Ignorantia in Papa non datur quoad ea, quæ juris sunt. Garz. *de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *nu.* 205. *seqq.* Rot *decis.* 69. *nu.* 25. 26. *par.* 12. *recen.* Card. De Luc. *de alien. disc.* 11. *num.* 8. *de benef. disc.* 23. *nu.* 19. 21. 24. *disc.* 45. *n.* 11. *disc.* 75. *nu.* 15. 16. *disc.* 76. *n.* 9. 10.

41 Ignorantia improbabilis non excusat, sed habetur pro scientia De Luc. *de credit. disc.* 130. *n.* 6.

42 Ignorantia statuti non excusat ad Text. *in l. fidejussor ff. mandat.* De Luc. *de cred. disc.* 92. *nu.* 4. Piton. *de Jurep. alleg.* 81. *n.* 17. & 18. *tom.* 2.

43 Ignorantia crediti, an impediat præscriptionem statutariam De Luc. *de cred. disc.* 130. *nu.* 6. 7. Ignorantia juris an tueatur à præscriptione Rub. *de confuss. Jur. cap.* 31. *n.* 9.

44 Ignorantia probabilis quando dicatur pro obtinenda restitutione in integrum adversus præscriptionem Rot. *dec.* 3. *part.* 3. *recen.* De Luc. *de benef. disc.* 35. *num.* 6.

45 Ignorantia legis etiam Pontificiæ excusat à pœna Surd. *dec.* 265. *nu.* 44. *seqq.* Gratian. *discep.* 194. *num.* 23. Rot. *decis.* 542. *part.* 4. *rec. tom.* 3. *num.* 98. *seqq.* De Luc. *de benef. disc.* 76. *num.* 19. 20. 21. 7. & 8.

46 Ignorantia fundationis allegari non valet per patronum Barbos. *all.* 72. *nu.* 105. Vivian. *lib.* 6. *cap.* 7. *nu.* 69. De Luc. *de jurep. disc.* 47. *num.* 5. Piton. *de Jurep. alleg.* 22. *nu.* 19. *tom.* 1. & *alleg.* 81. *à num.* 10. *tom.* 2.

47 Ignorantia valoris beneficii, quando præsumatur, & sit excusabilis De Luc. *disc.* 31. *nu.* 6. *de benef.*

48 Ignorantis unius patroni conservat jus aliorum Garz. *par.* 10. *cap.* 2. *nu.* 41. Vivian. *lib.* 7. *cap.* 2. *nu.* 13. Buratt. *dec.* 18. *nu.* 11. De Luc. *de jurep. disc.* 64. *nu.* 7.

Ignorantia pupillorum, & amentium, an excuset alios compatronos Vivian. *lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 16. *seqq.* De Luc. *de jurep. disc.* 64. *n.* 8.

Ignorantia crassa, vel supina, non excusat à lapsu termini ad præsentandum Rot. *dec.* 377. *num.* 3. *p.* 3. *recen.* De Luc. *de jurep. disc.* 64. *n.* 5. 6. *in fin.*

Ignorantia an, & quando Patronum excuset inhabilem præsentantem Piton. *de Jurepatr. all.* 2. *ferè per tot. tom.* 1.

49 Ignorantia, & bona fides partium non suffragatur nullitati ex defectu Jurisdictionis Rot. *dec.* 175. *nu.* 8. *part.* 12. *rec.* Piton. *de Jurepatr. all.* 57. *n.* 36. *tom.* 2.

50 Decretum irritans appositum in Constitutione Apostolica, excludit ignorantiam ejusdem Constitutionis Rot. cor. Merlin. *dec.* 814. *n.* 6. *dec.* 845. *n.* 4. & *dec.* 846. *nn.* 18. & *in rec. dec.* 356. *nu.* 17. *p.* 16. Piton. *de Jurepatr. all.* 81. *n.* 16. *tom.* 2.

51 Ignorantia non admittitur ubi non probatur adhibitas fuisse omnes diligentias Rot. *dec.* 156. *n.* 15. *p.* 9. *rec.* Piton. *de Jurepatr. d. all.* 81. *n.* 31. *tom.* 2.

Qui scit Bullam, non potest ignorare ejus partes Text *in l. non est ferendum ff. de transact.* Piton. *dict. all.* 81. *n.* 35. *tom.* 2.

52 Ignorantibus, & Impeditis non currit terminus Piton. *de Jurepatr. all.* 1. *n.* 13. *tom.* 1.

53 Ignorantia præservat testamentum à nullitate Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 107. *nu.* 40. *cum seqq.* Card. De Luc. *de Testam. disc.* 58. *n.* 3. Ansald. *dec.* 48. *n.* 5.

54 Ignorantia vitiorum præsentati potius præsumitur, quam scientia Gratian. *discept. for. cap.* 58. *sub num.* 11. *vers. idem si, in fine* Ansald. *dec.* 72. *n.* 22.

55 Ignorans adire, vel repudiare nequit Rubeus *de confus. jur. cap.* 1. *n.* 179. & *cap.* 2. *n.* 100.

Ignorans aquirit, quod ipso jure acquiritur Jo. Ant. Bellon. *in tract. de jur. accrescend. cap.* 8. *q.* 1. *n.* 2. & *n.* 12. 14. & 15. Rub. *de confus. Jur. cap.* 2. *n.* 100.

Ignorans acquirit partem cohæredis vacantem Joan. Ant. Bellon. *loc. citat. nu.* 13. Rub. *de Confus. Jur. d. cap.* 2. *n.* 100.

Ignorans acquirit possessionem à statuto continuatam Gratian. *discept. for. cap.* 732. *n.* 17. 28. & *seqq.* & *cap.* 954. *n.* 14. Rub. *de confus. Jur. ibid. n.* 101.

56 Ignorantia excusat, & juvat Gratian. *discept. for. cap.* 72. *n.* 40. Hodiern. ad Surd. *dec.* 281. *n.* 13. Rub. *de Confus. Jur. in Proœm. n.* 24.

Ignorantia excusat hæredem, & non defunctum Rub. *de Confus. jur. cap.* 13. *n.* 22.

Ignorantia Juris obstat in exceptione odiosa omissa, non in exceptione favorabili Rubeus *de confusione Jur. cap.* 16. *n.* 4.

Ignorantia non excusat affirmantem Calvin. *de Æquitat. lib.* 2. *cap.* 146. *nu.* 43. & *seq.* Rub. *de Confus. Jur. cap.* 18. *n.* 78.

57 Ignorans etiam compelli potest ad jurandum de credulitate Crescio. ad Abeccles. *obser. forens. part.* 1. *obser.* 69. *n.* 1.

58 Ignorantia Creditoris juramento probatur Baldue. *decis.* 1. *n.* 56. *tit.* 4. *de Dot.*

59 Ignorantia bannimentorum præsumitur in extero Baldue. *tit.* 1. *de assec. decis.* 13. *n.* 8.

§. IMMISSIO. III.

IMmissio pro indiviso datur fideicommissario, quando detractiones faciendæ ab hærede gravato sunt certæ ratione loci, & quotæ, de quo tamen vide in *§. Fideicommissum num.* 36. & *§. Gravatus num.* 11. Cavaler. *decis.* 573. *per tot.* Urceol. *Consult. for. cap.* 20. *num.* 44. & *seqq.* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 4. *qu.* 8. & 10. *per tot.* Merlin. *decis.* 405. *num.* 15. &c. *decis.* 440. *decis.* 683. *num.* 8. *decis.* 715. *per tot. decis.* 736. ubi quòd datur etiam contra tertios possessores, qui tamen sunt tuti pro rata detractionum, vide *in §. Exceptio num.* 27. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 69. *num.* 4. &c. *par.* 13. *decis.* 179. & *par.* 19. *decis.* 97. & 268. Biceh. *decis.* 56. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 6. *nu.* 10. & *seqq.* ubi quando non sit locus dictæ immissioni, sed potiùs retentioni ad favorem possessoris, & *decis.* 145. & 147. *d. par.* 16. & *par.* 17. *decis.* 178. ubi quando detur immissio pro indiviso, & quare, vel non, & *decis.* 312. ubi denegatur immissio fideicommissario, etiam pro indiviso, ex quo detractiones nedum in quota, sed in quantitate consistunt, cùm possint totum absorbere, vel saltem incertum, & illiquidum sit quid importent, ac ideò opus sit priùs statum hæreditatis per actores firmari. De Luc *de Legitim. disc.* 25. *nu.* 75. *de Fideicomm. disc.* 197. *nu.* 10. *de Cred. disc.* 164. *n.* 7. a

Et quando immissio pro indiviso detur creditori cum possessore, idem Urceol. *Consult. for.* 4 *cap. nu.* 28. & *seqq.* & *cap.* 49. *per tot.* maximè in fine.

Quòd quando res hypothecats, & possessa à creditore anteriore est sufficiens pro satisfactione etiam creditoris posterioris, sit etiam eidem creditori posteriori danda immissio pro indiviso ex æquitate, *l. qui à debitore, ff. qui pot. in pign. hab.* Biceh. *decis.* 115. *num.* 27. vide *in §. Creditor num.* 24. De Luc. *de Donat. disc.* 31. *num.* 1. *de Empt. disc.* 21. *num.* 4. Crescin. ad Abeccles. *observat forens. part.* 1. *observat.* 161. *n. fin.* Thomat. *decis.* 106. *n.* 39. *cum seqq.* 2

Quòd immissio concessa in bonis alteri communibus, censeatur data pro indiviso non facta alia expressione, & competat etiam super ædificiis solo cohærentibus, & in qualibet gleba, & cespite, Merlin. *dec.* 449. *per tot.*

Immissionem petens videtur fateri se non possidere; a

re, & quatenus poſſidaat animo amittit poſſeſſionem; fallit tamen ubi fuit genaraliter petita, quia tunc non extenditut ad rem poſſeſſam, ſed ad alia, item fallit quando fuit petita cum clauſula *omni meliori modo*, quia hoc modo cenſetur petita potiùs ad conſirmandam antiquam poſſeſſionem Duran. *deciſ.* 269. *num.* 17. *&c.* *& deciſ.* 257. *num.* 15. Urceol. *Conſult. forenſ. capit.* 10. *num.* 12. *&c.* *& capit.* 46. *num.* 24. *& ſeqq.* ubi de eo, qui poterat propria auctoritata poſſeſſionem capere, quod ſibi non præjudicet adeundo judicem, ut ſibi concedat manutentionem, vel aſſociationem familiæ, de quo latè etiam Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 95. *&* 128. *& ſeqq. ad* 150. *fol.* 173. vide *in §. Poſſeſſio n...* Urceol. *Conſultat.* 92. *num.* 68. *&c. volum.* 2.

3 Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, licèt teneatur ſtare locationi factæ ut dixi *in §. Creditor num.* 29. & licèt regulariter non faciat fructus ſuos, illos tamen percipit, & cuſtodit, bona colit, & locat, Bartol. *in l. ſi is, qui, §. ſi antichreſis, ff. de pign.* Neguſ. *de pign. p.* 5. *membr.* 5. *n.* 6. *&c.* cum aliis per Rot. *in Ariminenſ. Spolii Ven.* 9. *Februarii* 1629. *coram Merlino inter impreſſas ejuſdem dec.* & penes Poſthum. *tract. de manut. deciſ.* 255. *num.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 222. *volum.* 1. *& deciſ.* 124. *vol.* 4. ubi de effectu immiſſionis in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto.

Quando verò fuit immiſſus ex ſecundo decreto facta deliberatione acquirit dominium, & extinguitur cauſa pignoris, & hypothecæ, ex qu. prius poſſidebat, ſi debitor contra quem fuit conceſſa immiſſio erat dominus, Rot. *p.* 2. *divers. deciſ.* 143. *per tot.* Anton. De Donat. *lib.* 3. *cap.* 38. *num.* 51.

4 Immiſſus in poſſeſſionem pro fructibus cenſus decurſis, habent retentionem etiam pro decurrendis, quamvis de illis nulla ſit facta mentio in ſententia, ut dixi *in §. Poſſeſſio num.* 53. facit Surd. *dec.* 130. *per tot.* Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 83. ubi quòd immiſſus pro uno credito, non habet retentionem pro alio, niſi ſit omninò clarum, & liquidum, etiam in quantitate, nec ſi incontinenti doceatur de fideicommiſſo, & in eadem cauſa reviſa, & confirmata deciſio *dict. part.* 9. *deciſ.* 253. *per tot.* Vide Hodiern. ad Surd. *loc. cit.*

5 Immiſſus in poſſeſſionem rei, ſive fundi, & pertinentiarum, poteſt etiam capere boves aratorios, pecora, & ſues ibidem cauſa culturæ exiſtentes, non tamen ad effectum vendendi, ſed ad effectum fructus percipiendi ex illis, Duran. *deciſ.* 345. *num.* 2. vide in §. *Appellativa num.*

Non tamen poteſt occupare fructus jam à ſolo ſeparatos, ſed illi remanent debitoris, & poſſunt ad ejus libitum extrahi, Duran. *dict. deciſ.* 345. *num* 3.

Poteſt arbores incidere ſi ſilvæ ſunt cæduæ, quia hujuſmodi inciſio pertinet ad fructus, ſi verò non ſint cæduæ, non poteſt illas incidere, quia tunc rei ſubſtantia notabiliter minueretur, quod non eſt permiſſum; excuſaretur tamen ſi de ejus mandato non fuerit facta inciſio, nec aliàs ratificaverit, aut fuerit in dolo, ſive lata culpa, de quibus tenetur, prout etiam de male geſtis per ſuum officialem, ſive de mandato illius in bonis debitoris, Natt. *conſ.* 477. *num.* 7. *&c.* pulchrè Duran. *deciſ.* 345. *num.* 4. *& ſeqq. per tot.* vida *in §. Conductor num.*

6 Immiſſio qualiter impediatur ex defectu domicili incontinenti probato, Seraph. *deciſ.* 83. *nu.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 853. *num.* 6.

7 Immiſſus vigore *l. fin. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* an teneatur cavere de reſtituendo rem cum fructibus in caſu ſuccumbentiæ, & alia ad hoc propoſitum vide *in §. Remedium num.*

Ubi an immiſſus vigore *l. final. C. de edict. D. Adrian. toll.* teneatur cavere de reſtituendo rem cum fructibus in caſu ſuccumbentiæ. Adde quod affirmativè deciſum refert Thoro *compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Immiſſus* Plura de immiſſo vigore *l. final.* vida infra *in noviſſimis addit.* Creſcio.

8 Immiſſus in poſſeſſionem vigore hypothecæ, vel Salviani, an poſſit procedere ad ſubhaſtationem, & alia vide *in §. Creditor num.* 25. 26. *&c.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 458. ubi quòd ſic quando pro ejus ſa-

tisfactione ex fructibus exſpectandi eſſent viginti anni, cum nunc teneantur tam longas, & diminutas ſolutiones recipere, concurrente tamen Principis auctoritate, Conciol. *cum pluribus ab eo citatis ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 31. *num.* 10. *& ſeqq.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 38. *num.* 1. *& ſeqq.* Abecceleſ. & Creſcin. *obſervat. forenſ. part.* 1. *obſervat.* 137.

Et immiſſus pro cenſu in fundo cenſito, an poſſit per novum judicium executivum procedere ad ſubhaſtationem aliorum bonorum debitoris, ſi dictus fundus non ſit ſufficiens, & quomodo inſufficientia ſit probanda, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 451. *per tot. part.* 14. *deciſ.* 138. *&* 302. *& part.* 16. *deciſ.* 171. ubi pro injuſtitia ſubhaſtationis, ex eo quia, vel fundus erat ſufficiens, ut præſumitur, vel creditum erat effectum turbidum, & illiquidum ex detentione dicti fundi, & fructuum perceptione, non relevante notula defectuoſa ab actore producta.

Immiſſio qualiter ſit concedenda proviſo Apostoli- 9
co vigore litterarum Apoſtolicarum juſtificatarum, ad inſtar *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll* Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 371. *per tot.* vide *in §. Litteræ num.* 23. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 523.

Immiſſus ex Salviano *non* ſibi, ſed domino, & de- 10
bitori dicitur poſſidere, tenetur fructus in ſatisfactionem ſui crediti imputare, ac ideò poſtquam fuerit ex illis ſatisfactus, debitori competit manutentio in poſſeſſione fundi ſibi ad dictum effectum ablati *DD. in leg. cum notiſſimi in princip. C. de præſcript.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 99. *& ſeqq.* Menoch. *de retin. poſſ. remed.* 3. *num.* 22. *&c.* Duran. *deciſ.* 70. *num.* 5. cum aliis per Rot. *in Firmana cenſus* 26. *Aprilis* 1671. *coram Rondinino*, 13. *Januarii* 1676. *coram eodem*, poſt Urceol. *de tranſact. deciſ.* 79. *num.* 1. *& ſeqq & deciſ.* 81. *num.* 1. *& ſeqq. & part.* 18. *recent. deciſ.* 502. *& part.* 19. *deciſ.* 334 dixi *in §. Creditor num* 26. *& ſeqq. & nu.* 69. vide De Luc. *de juriſc. diſc.* 44. *& de credit. diſc.* 134.

Quando creditor eſt actor, & petit relaxationem novi mandati ſub prætextu, quòd non poſſit ex fructibus ut ſupra ſatisfieri, non ſtatur notulæ ab eo exhibitæ, etiam juratæ de fructibus perceptis, maximè ſi ſit varia, & defectuoſa, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 171. *num.* 8. *& ſeqq.* vide *in §. Creditor num.* 27.

Aliqua de immiſſione in poſſeſſionem, tradit Tho- 11
ro *compend. deciſ. Neap. part.* 1. *& 2. verb. Immiſſio*, & Com. Auguſt. Fontan. *eod. verb. Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 698. plura Em. De Luc. *in Indic. gen. verb. immiſſio, & immiſſus*. Caſtald. Balduc. Emeria Auſald. Caprar. Marc. Palm. & alii moderni.

Quando ſit concedenda, vel non fideicommiſſario, 12
& quibus probaris Jo. Torre *de ſucceſſ. in Majorat. & Primog. Ital.* in pluribus locis, ut in Indice generali in fine *part.* 5. *verb. Immiſſio*, Caſtald. *conſ.* 164. *&* 176. *per tot.* ac alibi ſæpe Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 421. *deciſ.* 442. *deciſ.* 607. *& alibi prout in Indice*. Idem Caſtald. *conſult.* 186. *conſult.* 214. *conſult.* 245. *&* 246.

Immiſſus in Salviano, non ſibi, ſed Domino im- 13
miſſionem paſſo poſſidet, & dicitur ſimplex detentor Rota cor. Duran. *dec.* 70. *n.* 1 cor. Priol. *deciſ.* 418. *num.* 1. *in rec. dec.* 127. *n.* 8. *part.* 5. *& deciſ.* 502. *n.* 1. *& ſeq. part.* 18. Caprat. *dec.* 296 *num.* 9. *part.* 2. *pag.* 474. *& dec.* 371. *n.* 1. *part.* 1.

Immiſſus in Salviano, ut dicatur ſatisfactus de ſuo 14
credito ex fructibus perceptis, eſt ab actore probandum Rota *deciſ.* 53. *n.* 2. *&* 3. *part.* 14. *rec.* & cor. Merlin. *dec.* 363. *n.* 4. *& dec.* 414. *n.* 7. *&* 8. Caprat. *dec.* 472. *n.* 13. *part.* 2.

Immiſſus poteſt tamen citari pro traditione notulæ juratæ fructuum perceptorum Rot. *deciſ.* 451. *n.* 9. *part.* 13. *& dec.* 302. *n.* 2. *&* 3. *par.* 14. *rec.* Caprar. *dec.* 472. *nu.* 14. *pag.* 82. *& dec.* 494. *num.* 11. *part.* 2.

Et regula taxandi fructus juxta taxam legalem admittitur etiam contra Immiſſum in Salv. Rot. *deciſ.* 302. *n.* 6. *p.* 14. *rec.* Caprat. *dec.* 494. *n.* 10. *part.* 2. Vide infra *n.* 18.

Maximè ſi citatus ad exhibendum notulam juratam, neglexit illam exhibere. Scapucc. *de Salv. quæſt.* 13. *lib.* 3. Thomat. *dec.* 53. *n.* 14. *&* 17. Rot.

dec. 302. *n.* 2. *&* 3. *part.* 14. *rec.* Caprat. *dec.* 494. *n.* 11. *&* 12. *part.* 2.

Confessio creditoris immissi in Salviano se esse satisfactum de suo eredito ex fructibus perceptis æquipollet notulæ juratæ, & facit plenam probationem Caprar. *dec.* 494. *n.* 13. *part.* 2.

15 Immissus in Salviann super domo exigens illius Pensiones tenetur ad solutionem canonis quo gravata reperitur, & ad solutinnent expensarum, quæ fieri eousueverunt in refectionn viarum, & reparatione domus, Rot. *dec.* 265. *n.* 21. *part.* 17. *& dec.* 301. *n.* 6. *p.* 19. *rec.* Caprat. *dec.* 737. *n. unico part.* 2.

16 Immissus in actione personali ex primo decreto, fructus non facit suos sed in sortem imputat, Rot. *dec.* 240. *sub n.* 6. *vers. sed nihilominus*, *& n* 7. coram Buratt. *& dec.* 117. *n.* 3. coram Merlin. Caprar. *dec.* 654. *n.* 8. *p.* 2. Immissus ea primo decreto nullam acquirit possessionem, quæ in hoc casu remanet penes debitorem qui percipit etiam fructus Buratt. *dec.* 917. *nu.* 12. Rot. *dec.* 757. *nn.* 11. *part.* 6. *rec. & dec.* 339. *nu.* 3. coram Merlin. Caprat. *decis.* 317. *n.* 2. *part.* 1.

Immistus in Salviano ad bona Ecclesiæ nnn potest
17 possidere, neque illa locare ultra triennium De Luc. *de credit. disc.* 134. *n.* 8.

18 Immissus in Salviano quam facultatam habeat in locatione, & administratione bonorum De Lue. *de Judic. disc.* 44. *n.* 27.

Immissus in Salviano locare potest, vel tollere, & percipere fructus nomine dabitoris De Luc. *de credit. disc.* 134. *sub n.* 7.

Notulæ juratæ fructuum per eum traditæ daferendum est Otthob. *decis.* 226. *n.* 15. Cels. *dec.* 310. *n.* 15. De Luc. *de credit. disc.* 134. *n.* 9.

Et ista oon tradita quomodo fructus taxandi veniant De Luc. *de credit. disc.* 133. *n.* 9. *disc.* 134. *n.* 19. Vide supra *n.* 14.

Immissus in Salviano an teneatur conficere librum de fructibus De Luc. *de credit. disc.* 134. *n.* 17.

19 Immissus in Salviano super domo, si eam habitet, an teneatur ad pensionem. De Luc. *de cred. disc.* 133. *n.* 2.

20 Immissus in Salviano si fuerit in mala fide versatus circa fructuum perceptionem, ao illam transfundat in successorem. De Luc. *de cred. disc.* 134. *n.* 14.

21 Immissus in Salviano ex causa census, an teneatur imputare fructus eacrescentes in eausam sortis. De Luc. *de cred. dis.* 134. *n.* 15.

22 Immistus in Salviano retentionem quando habeat si nulliter immissionem obtinuit. De Lue. *de cred. disc.* 112. *n.* 10. 11.

23 Immissus in Salviaco conservare an teneatur fructus, ut pretio cariori vendantur. De Lue. *de credi. disc.* 134. *n.* 16. 18.

24 Immissio ex Salviano oon debet dari contra tertium possidentem ex credito anteriori Emerix jun. *dec.* 520. *n.* 1.

Neque creditori jam immisso in alio fundo, nisi doceatur satisfieri ex illo non potuisse Emerix jun. *dec.* 1164. *n.* 3.

Neque agenti ad bona fideicommissaria, nisi probatis, per eum singulis detractionibus, earumque quantitate Emerix jun. *dec.* 1305. *n.* 5.

25 Datur creditori posteriori liquido posthabitis aliis habentibus eradita anteriora turbida, & plures patientia exceptiones. Emerix jun. *dec.* 1064. *n.* 1.

De immissione ex Salviano Plura Emerix jun. *verb. immissio*.

26 Immissio non datur ubi adsit transactio vel resjudicata, nisi prius ista de medio tollatur eum alia re judicata, vel tribus conformibus. De Luc. *de feud. disc.* 115. *n.* 6. *de fideic. disc.* 39. *n.* 2.

Sed hoc fallit ubi transactio esset nulla, quæ non impedit. De Lue. *de fideic. disc.* 39. *n.* 3.

27 Immissio ad eorpus feudi, ejusque substantiam non datur participantibus de fructibus, & emolumentis feudi individui. De Lue. *de feud. disc.* 115. *nn.* 21.

28 Terminus immissionis quoties non sit restrictus ad certum interdictum, vel remedium est adaptabilis, cuicumque immissioni. De Luc. *de Emph. disc.* 62. *num.* 11.

Immissio convenit cuicumque remedio possessorio, ac etiam petitorio. De Luc. *de fideic. disc.* 248. *n.* 4.

Immissio obtenta vigore pignoris prætorii non pri- 29
vat Dominio, & possessione. De Luc. *de don. disc.* 45. *n.* 8.

Immissio non datur pro legitima. De Luc. *de le-* 30
git. disc. 26. *n.* 8.

Sed hoc fallit ubi legata est in testamento. De Luc. *dict. disc.* 26. *num.* 9. *ibid.*

Declara nisi filius testamentum impugnaret. De Luc. *de legit. disc.* 26. *n.* 10.

Immissio competit ratione investituræ ad instar *l.* 31
fin. De Lue. *de fideic. disc.* 106. *n.* 10.

Immissio in bonis ejus, cujus vita est incerta, dan- 32
da est proximiori successori cum cautione De Luc. *de success. disc.* 37. *n.* 3.

Immissio ubi fuerit matri concessa, non aufertur 33
per transitum ad secunda vota. De Lue. *de success. disc.* 37. *n.* 5.

Immissio translatariis pensionis competit, & quæ- 34
nam habeat privilegia. De Lue. *de pens. disc.* 61. *n.* 20.

Immissio non competit ei, qui possessionem ami- 35
sit. De Lue. *de judic. disc.* 44. *n.* 10. 63.

Immissio creditori hypothecario competit de jure 36
communi ex primo, & secundo decreto ratione contumaciæ debitoris. De Lue. *de judic. disc.* 44. *n.* 34.

Immissio non datur filio adversus patris dispo- 37
sitionem, quando hæc de jure obstat Bald. *cons.* 186. *nu.* 8. *lib. pr.* Argel. *de aquir. possess. qu.* 3. *nu.* 760. *seqq.* Balduc. *de legat. tit.* 3. *dec.* 45. *n.* 3.

Immissio prætensa a duobus concedenda est ha- 38
benti potiora, & meliora jura. Rot. *dec.* 756. *n.* 9. *p.* 18. *rec. dec.* 29. *n.* 11. *p.* 19. *dec.* 184. *nn. pr. p.* 5. *rec.* Baldue. *decis.* 40. *n.* 43. *tit.* 3. *de legat. & fideicom. &c.*

Immissio competit proximiori etiam contra ter- 39
tium ad bona emphyteutica, quorum renovatio ipsi ex lege vel statuto debetur Emerix jun. *dec.* 242. *n.* 14. *seq.*

Immissio competit etiam vigore retractus genti- 40
litii debiti ex statuto. Emerix jun. *dec.* 242. *nu.* 17.

Immissio in vim *l. fin.* competit in feudis vigo- 41
re investituræ. Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *n.* 375. Rot. *dec.* 214. *n.* 14. *part.* 7. *recen.* De Lue. *de feud. disc.* 42. *n.* 2. *disc.* 115. *num.* 14. *de fideic. disc.* 106. *n.* 10.

Fallit, ubi adsit legitimus contradictor, quia tunc proceditur judicio ordinario. De Lue. *de feud. disc.* 115. *n.* 5. *de fideic. disc.* 271.

Immissio vigore *l. fin.* petita per hæredem ad bona hæreditaria dicitur judicium voluntariæ jurisdictionis, & neminem citare cogitur Surd. *dec.* 26. *n.* 14. *seqq.* De Luc. *de jurisd. disc.* 87. *nu.* 10. *in fin.*

Immissio in vim *l. fin.* non competit hæredi ad bona non possessa per defunctum tempore mortis. De Luc. *de Serv. disc.* 34. *n* 2.

Etiam quod dicta bona precario per defunctum fuissent alteri concessa. Buratt. *dec.* 346. *nu.* 5. De Luc. *loc. cit. n.* 3.

Immissio vigore *l. fin.* exceptione fideicommissi antiquioris quando retardetur. De Luc. *de testam. disc.* 89. *n.* 2. *de judic. disc.* 44. *n.* 39. 40.

Quid de exceptione nullitatis testamenti, vel investituræ. De Luc. *de judic. disc.* 44. *num.* 39. 40. Rot. *dec.* 526. *n.* 7. *seqq. p.* 1. *rec.* & De Luc. *de test. disc.* 58. *n.* 2. *seqq.* ubi de nullitate ex causa præteritionis.

Immissio in vim *l. fin.* non retardatur per exceptionem altioris indaginis De Lue. *de fideic. disc.* 13. *num.* 6.

Immissio intentata per substitutum impediti non potest per vitiosum possessorem De Lue. *de fideic. disc.* 249. *n.* 4.

Sed hoc fallit ubi iste possessor intentaret remedium manutentionis. De Luc. *ibid.*

Immissio in vim *l. fin.* competit non solum primo hæredi, sed etiam fideicommissario universali. De Luc. *de judic. disc.* 44. *n.* 18. *de fideic. disc.* 271. *nu.* 12.

Sed hoc intellige de fideicommissario universali

io

in quota, vel tota, secus in re certa. De Luc. *de judic. disc.* 44. *n.* 19. *de hæred. disc.* 3. *n.* 2.

Quid de fideicommissario per contractum De Luc. *de fideic. disc.* 106. *n.* 7. *disc.* 271. *nu.* 12. *in Sum. n.* 366.

Immissio an detur ad bona quomodocumque possessa per defunctum absque justificatione dominii. De Luc. *de judic. disc.* 44. *n.* 42.

Immissio in vim *l. fin.* non competit hæredi particulari. Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *qu.* 19. *nu.* 32. *seqq.* De Luc. *de hæred. disc.* 3. *num.* 2. *de fideic. disc.* 271. *n.* 12.

42 Immissio an competat renunciant ad bona renunciata sub prætextu nullitatis, vel læsionis, renunciatione de medio non sublata. De Luc. *de renunc. disc.* 14. *n.* 2.

43 Immissio executiva non datur pro fideicommisso probato per testes, aliasque extrinsecas probationes. De Luc *de fideic. disc.* 271. *n.* 15. *de testam. disc.* 58.

Quid de fideicommisso resultante a clausula condicillari De Luc *de fideic. disc.* 271. *n.* 16.

Et quid de fideicommisso contento in codicillis. De Luc. *de Fideic. disc.* 271. *num.* 17. *de testam. disc.* 57.

44 Immissio appellationem an, & quando admittat De Luc. *de fideic. disc.* 271. *per tot.*

45 Immissio est concedenda vocatis ad fideicommissaria bona; Et conceditur generalis suspensa resolutione super specificatione, & liquidatione eorumdem & quando, & conceditur docto de vocatione, & identitate bonorum Bertachin *vot.* 60. *n.* 37. 47. & *a n.* 56.

46 De immissione in vim *l. fin.* plura Emerix jun. *in indice* De Luc. pariter *in Indice*.

47 Immissio ex interdicto quorum bonorum datur hæredi succedenti ab intestato Emerix jun. *decis.* 1234. *n.* 2. *decis.* 51. *n.* 1. Rot. *decis.* 33. *num.* 1. *p.* 9. *rec. tom.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 23. *n.* 50.

Et consuente testamento. Text. in *l. Avunculo* 6. *C. com. de success.* Emerix jun. *dec.* 121. *n.* 5.

Non tamen datur ex hæreditate defuncti cum testamento. Text. *in l. antequam, C. commun. de success. l. ex testam. C. unde liberi* Rot. *decis.* 33. *n.* 1. *p.* 9. *rec.* Emerix jun. *dec.* 51. *n.* 1.

Datur tamen contra titulo possidentem. Glos. *in rubr. tit. C. quorum bonorum* DD. *in l. prima ff. eodem tit.* Menoch. *de adipiscend. rem primo nu.* 60. Rot. *decis.* 386. *n.* 2. coram Caval. *decis.* 2354. *nu.* 1. coram Coccin. Emerix jun. *decis.* 206. *n.* 4.

48 Fratri succedenti cum nepotibus conceditur immissio ex interdicto quorum bonorum. Balduc. *tit.* 3. *dec.* 16. *n.* 3.

49 Immissio ex Salviano interdicto datur creditori concurrentibus solitis requisitis, nempe credito cum hypotheca, antiqua possessione debitoris, & moderna rei conventi. Rot. *dec.* 110. *n.* 2. & *dec.* 234. *n.* 5. *p.* 17. *rec.* Burat. *dec.* 286. *num.* 19. Emerix Jun. *dec.* 347. *n.* 2. *dec.* 446. *n.* 1. & 2.

50 Immissio ex Salviano non datur nisi præmissa priùs crediti liquidatione Rubeus *de Confus. Jur. cap.* 22. *n.* 18. Et conditionalis. Rub. *de Confus Jur. ibid. num.* 53.

§. IMMUNITAS. IV.

1 IMmunitas Ecclesiastica secundum illius ethymologiam dicitur quasi extra, & secundum substantiam est quædam libertas Ecclesiis, personis, rebus Ecclesiasticis competens, & eximens à muneribus, & oneribus laicis, *leg.* 2. *Cod. de Episcop. & Cler. lib.* 1. *Cod. de indict. & superindict. lib.* 10. Farinac. *in Appendic. de Immunitate Ecclesiæ in princip.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 2. *fol.* 514. ubi etiam quomodo differant inter se libertas, & immunitas, licet ut plurimum tamquam synonima usurpetur, latè Thom. del Bene *tract. de immunit. part.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 1. *fol.* 1. ubi plura, vide Fagnan. *in cap. cum pro causa de sent. Excommun.* Layman. *Theol. moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 1.

2 Immunitas Ecclesiæ secundum aliquos est de jure positivo, sed secundum magis communem, & veriorem sententiam est de jure divino, & ideò violari non potest ab aliquo judice, etiam Ecclesiastico, Principe, vel Imperatore, nec per consuetudinem, & quas pœnas incurrant extrahentes invitos ab Ecclesia, vel alio loco immuni, Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. Guaz. *def.* 1. *cap.* 29. *cum quatuor seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 4. & *seqq. fol.* 515. Sperel. *decis.* 57. 104. 105. & 282. in quibus locis latè probat esse de jure divino, naturali gentium, civili, & canonico, & de pœnis extrahentium, vide *in §. Consuetudo nu.* 13. Tusch. *litt. I. conclus.* 59. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 44. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 34. & latius *part.* 7. *tract.* 1. *per tot.* ubi omnia contraria refellit, adde Merlin. *decis.* 902. *num.* 7. &c. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 412. *per totum.* Francisc. de Angelis *in forens. immunitat. Eccl. Asylo post tract. de confess. Opusc.* 3. *num.* 2. & *seqq.* Thom. del Bene *de immunit. part.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 2. *per tot. fol.* 3. & *part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 2. *fol.* 2. ubi quòd non est de jure naturali, neque divino, sed tantum de jure canonico, & civili, ac Pontificum, & Conciliorum Constitutionibus juxta veriorem opinionem est tamen latè interpretanda, ut ibidem *dubit.* 2. An autem, & qualiter per consuetudinem possit in parte diminui, latè idem del Bene *dict. part.* 2. *dubit.* 6. & *seqq.* De Luc. *de Regul. disc.* 35. *de Judic. disc.* 35. Layman. *loc. cit. cap.* 8. *per tot.* Fagnan. *in cap. consuetudines a n.* 70. *de consuet. in cap. inter alia de immun. Eccles.*

Quòd exemptio Clericorum à sæculari jurisdictione quoad temporalia procedat à jure humano Pontificio, & non à jure Divino; quo verò ad merè spiritualia sit de jure Divino; non possit tamen Princeps sæcularis suis legibus illi derogare, sed benè Summus Pontifex, ac etiam consuetudo non in universum, sed in aliquo particulari circa quasdam personas, & casus tantùm, ad plures inferendo probat Covar. *Pract. Quæst. cap.* 31. *per tot.* vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 203. *vol.* 1. Franch. *decis.* 691. *per tot.* Guaz. & alios supracitatos, ex quibus convincitur, ut dixi juxtà magis communem opinionem esse de jure divino, & nõ positivo, maximè quoad spiritualia, vide in §. *Clericus num.* 45. &c. & §. *Consuetudo num.* 13. Dian. *resol. Moral. part. pr. tract. pr. resolut. pr. cum pluribus seqq.* & *plenè part.* 7. *tractat. pr. per tot.* ubi omnibus contrariis respondet; quam conclusionem benè explicat Thom. del Bene *loc. cit. per tot.* vide Add. ad De Franch. *loc. citat.* Vide Layman. *loc. cit.* Fagnan. *in dict. cap. inter alia n.* 38. & 64. *de immun. Eccles.*

Plura de libertate, & immunitate Ecclesiæ in quibus consistat, & quando contra eam fieri dicatur, vel non plenè Tusch. *litt. L. conclus.* 342. *per tot. ad nu.* 207. Dian. *resolut. Moral. part. pr. tractat.* 1. & 2. *part.* 3. *tract.* 11. *part.* 4. *tract. pr. part.* 5. *tract. pr.* & *part.* 6. *tractat.* 1. & 2. *per tot.* ubi semper pro immunitate respondet; sed sæpè contra aliorum communes traditiones; ideò non semper illi inhærendum puto, sed videndi Farinac. *in Appendic. de immunit. Eccles.* & alii plures, qui particulares tractatus de hac materia ediderunt, & novissimè Francisc. de Angelis *in supracit. immunit. Eccl. Asylo post tract. de confess. Opuscul.* 3. *per tot.* melius Thom. del Bene *de immunit. cap.* 1. 2. cum pluribus per totum tractatum, Flav. Popei *tractat. de libert. Eccles.* ubi profitetur omnia ad concordiam reducere per plures distinctiones, quas annui *in §. Ecclesia num.* 20. *in fine*, & *melius infra nu.* 31. Layman. *dict. lib.* 4. *tract.* 9. Fagnan. *supr. Decretal. in Indic. gener. verb. Immunitas.*

Immunitas Ecclesiastici quoad personas Ecclesiastica, quæ multæ sunt, circa plura versatur, quia non possunt offendi sub pœna excommunicationis, exceptis quibusdam casibus, ut dixi *in §. Excommunicatio num.* 1. &c. non possunt trahi coram judice sæculari, non angariari, neque perangariari, sunt exemptæ à muneribus, & factionibus personalibus, patrimonialibus, realibus, vel mixtis, & sic collectis, taleis, impositionibus, exactionibus, & gabellis, nisi ex magna necessitate, vel utilitate in subsidium cum assensu Pontificis obligentur, ac etiam legibus, & statutis Laicorum non subjiciuntur, ut benè omnia 3

probat Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 6. *& seqq. ad* 131. *fol.* 515. *&c.* vide *in §. Clericus num.* 45. latius Thom. del Bene *tract. de immunit. p.* 2. *cap.* 4. *cum pluribus seqq. fol.* 144. *&c.* ubi plenè de personis, quæ gaudent, vel non immunitate Ecclesiastica quoad gabellas, quoad forum tam in civilibus, quàm in criminalibus quoad statuta, quoad privilegium canonis, & alia plura hujusmodi, de quibus etiam, maximè circa onera, & impositiones, latè Flav. Popei *tract. de libert. Eccl. per tot.* Layman. *dict. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *& seqq.*

4 Immunitas prædicta quoad loca eximit Ecclesias, & earum bona ab omnibus supradictis muneribus, ac etiam ab aliis pluribus actibus sæcularibus in Ecclesiis Cœmeteriis, & similibus locis piis expediri prohibitis, & præcipuè, ut nullus invitus ab eis extrahi possit, & extractus de facto debent restitui; quod quidem privilegium favorabile est, & competit etiam Ecclesiæ nondum consecratæ, non parochiali, non adhuc perfectè constructæ, dirutæ, vel destructæ, cum spe tamen refectionis, pollutæ, vel interdictæ, toti Fabricæ, & sic etiam tecto, Campanili, & similibus partibus ipsius Ecclesiæ, ac ejus circuiti usque ad quadraginta passus in Cathedralibus, & triginta in minoribus, dummodò dicta spatia circuitus sint destinata ad usum Cœmeterii, vel pro habitatione Clericorum, sive aliorum Ecclesiæ servientium, secùs si ad usus profanos, sive vacua existant, de quo vide Sanfelic. *decis.* 136. *per tot.* ubi etiam quid de domibus in dictis spatiis existentibus, & à laicis conductis, firmat non gaudere, nisi haberent ostium principale in atrio Ecclesiæ, vel Monasterii, & essent in dominio Ecclesiæ, quia tunc secundum eum gauderent, secùs autem si habeant ostium in platea, vel via publica, licet aditum etiam habeant ad Claustrum Monasterii. Item competit Cœmeterio, etiam ab Ecclesia separato, hospitalibus Episcopi Auctoritate erectis, Oratoriis eadem auctoritate fabricatis, non verò privatis, item Palatio Episcopi, & Cardinalium extra tamen Urbem Romam; Sacerdotibus Sanctissimam Eucharistiam deferentibus; Statuis Principum secundum aliquos; Seminariis Clericorum, & similibus locis piis auctoritate Episcopi ad pia opera fundatis, de quibus latè idem Sanfelic. *decis.* 330. cum plena additione, & pluribus citatis, ubi etiam de horto, & similibus, eadem Addit. *ad decis.* 402. *observ.* 36. Conciol. *verb. Immunitas per totum*, latè Thom. del Bene *tractat. de Immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 9. *per tot.* ubi per decem, & septem sectiones declarat, quid veniat sub nomine Ecclesiæ, & aliorum locorum ad effectum gaudendi immunitate juxta prædicta, quæ singillatim comprobat *à fol.* 9. *ad* 22. & Gambacurt. *cod. tractat. lib.* 4. *per tot.* Pignatell. *tom.* 6. *consult.* 25. *& seqq. & consult.* 40. *per tot.* Layman. *dict. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. Fagnan. *in dict. cap. inter alia & in cap. immunitatem n.* 1. *de immun. Eccles.*

Item respectu personarum dicta immunitate gaudentium, prodest dictum privilegium non tantùm laicis, sed etiam Clericis (licet Bulla Gregoriana videatur solum loqui de laicis) famulis, servis, discipulis, & similibus etiam causa disciplinæ, & correctionis: Item excommunicatis, suspensis, vel interdictis, debitoribus quibuscumque etiam decoctis, & omnibus criminosis, & delinquentibus (exceptis casibus in dicta Bulla expressis, ut infra dicetur) etiam captis, & carceratis, damnatis ad mortem, vel capitaliter bannitis, qui si in locum immunem se recipiant tuti sunt, nisi agatur de criminibus exceptis. In aliis verò delictis, à dicta Bulla non exceptis, licet gaudeant immunitate, & extrahi non possint. Ita ut extra casus exceptos, nec ad effectum componendi pacem cum adversario, vel alia justa causa, sit licita extractio auctoritate cujuscumque superioris, etiam Ecclesiastici, nisi fiat pro interim ad effectum cognoscendi [quando dubitaretur] an agatur de casibus exceptis, quia hoc modo fieri potest ab Episcopo; & sicuti tales confugientes inviti extrahi non possunt, ita nec precibus, blanditiis dolosis, promissione Impunitatis, vel alia via indirecta, etiam de illorum consensu, & renunciatione, nisi sponte, & liberè exeant, & postea in loco non privilegiato capiantur. Quæ quidem exceptio immunitatis semper potest opponi, etiam post sententiam, & contrafacientes immunitati, non obstante quacumque consuetudine, vel allegatione ignorantiæ, sive alterius causæ injustæ, etiam effectu non sequuto, sed proximè attentato, ultra peccatum, aliasque pœnas, ipso jure excommunicationem Papæ reservatam (nisi agatur de violatione occulta, quo casu potest etiam Episcopus absolvere) incurrunt Add. ad Sanfelic. *decis.* 402. ubi plura notabilia de hac materia, & possunt absolvi ab Episcopo, plura Pignatell. *consult.* 2. *& seqq. tom.* 9. & Lezan. *quæst. reg. vol.* 2. *verb. Immunitat.* Vide Layman. *dict. cap.* 3. Fagnan. *in dict. cap. inter alia a num.* 70. *de Immun. Eccles.*

In casibus verò, in quibus non prodest immunitas, extractio debet fieri de licentia Episcopi, qui requisitus, & sibi constito de qualitate delicti excepti, etiam per extrajudicialem informationem, tenetur illam saltem ad effectum custodiæ pro interim concedere cum assistentia personæ Ecclesiasticæ, & postea reo in suis carceribus detento plenas probationes assumere, vel tales quales videantur suæ conscientiæ sufficere; aliàs si recuset, potest curia sæcularis per se extrahere, & ad carceres Episcopales ducere, ut ipse Episcopus cognoscat, & declaret an gaudere debeat immunitate, vel non, quòd si declaraverit gaudere, erit extractus Ecclesiæ restituendus, sin minus omni appellatione remota Curiæ sæculari sine ulla protestatione tradendus, ut possit illa liberè procedere, ac si ad Ecclesiam non confugisset, sicuti latè omnia prædicta singillatim probat Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 1. *& seqq. ad* 307. *fol.* 513. *& seqq. ad* 544. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *de insult. in Eccles. fol.* 233. latius explicat Farinac. *quæst.* 28. *per tot. & in Appendice de Immunitat. Eccles. per tot.* Gambacurt. *de immunit. lib.* 4. *per totum*, latè etiam Dian. *resol. moral part.* 16. *tractat. pr. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 46. *&* 47. *per tot. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 1792. plenè Thom. del Bene *tractat. de immunit. & jurisdict. Eccl. per tot.*, & præcipuè *part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 10. *cum pluribus seqq. fol.* 22. *&c.* ubi quinam confugientes ad Ecclesiam, illius immunitate gaudeant, vel non, & loquitur de omnibus prædictis, & aliis, objectiones plures faciendo, & illas removendo, *infra num.* 13.

Quòd extractio sit facienda de licentia Episcopi; illaque præcedere debeat, etiam si notoriè constaret reum non gaudere immunitate, Ricc. *Collect.* 1392. Danz. *de pugn. Doct. tit. de immunitat. cap.* 10. *n.* 8. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *observ.* 20. ubi contrarium annuit, eò quia Bulla non loquitur in casu notorio, qui non indiget cognitione, nec probatione, sed omne probationis genus excedit *infr. num.* 13. *vers. Quòd ubi notoriè.*

Si captus dicat se fuisse captum in loco immuni, & birruarii negent, spectat ad judicem Ecclesiasticum, & non ad Judicem sæcularem de hujusmodi puncto cognoscere, nec creditur Birruariis, Decian. *tractat. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *num.* 10. Peregrin. *de immunit. Eccles. cap.* 13. *num.* 16. *&c.* Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 32. *& part.* 4. *resol.* 49. Sperel. *decis.* 149 vide in *§. Ecclesia num.* 21. *§. Birruarii num.* 5. Thom. del Bene *immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 47. *fol.* 127. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 27. *num.* 22. Pignatell. *tom.* 6. *consult.* 32. *num.* 4.

Quòd si reus capiatur per pallium, vel cappam, prominentem extra locum immunem, dum ipse in locum immunem se recipit, vel per pedem si alium pedem, & caput in loco immuni habebat, vel si humeris tantùm, sive manibus attigit locum sacrum, & cum pedibus remansit extra, an gaudeat immunitate, Dian. *part.* 6. *tractat. pr. resolut.* 6. *vers. sed pro complemento*, ubi pro immunitate de more respondet. Fagnan. *in cap. Ecclesiæ n.* 22. *de Immun. Eccles.*

Quòd omnis quæstio de hac materia sit ab Episcopo decidenda, an possit à Vicario capitulari decidi, in dubio judicandum pro immunitate, & alia latè Dian. *dict. part.* 6. *tractat. pr. resolut.* 30. *per tot. infra num.* 13. *vers. Ad quem judicem, & num.* 20. *in fine.*

Quòd collegium de propagando fide, & hujusmodi ad instar seminarii, & tangentes parietes gaudeant im-

Immunitate, Dian. *part.* 10. *tractat.* 15. *resolut.* 38. latè Sanfelic. *decis.* 330. cum plena Addit.

5 Immunitas Ecclesiæ non prodest delinquentibus in ea, vel propriè illam, cum delinquendo offendant Ecclesiam, & se illius favore indignos reddant, Clar. *§. fin. quæst.* 30. *vers. item quæro*, Guaz. *def.* 1. *cap.* 38. *num.* 11. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 619. *num.* 33. *&c. cap.* 598. *nu.* 14. *& seqq. per tot.* ubi loquitur de furto, & tam inspecto jure communi, quàm Bulla Gregoriana secundum quam prodest omnibus extra casus in ea expressos, de quibus infra, Sanfelic. *decis.* 270. ubi pariter in furto probat non prodesse, licet articulus non fuerit decisus, idem Sanfelic. *dec.* 243. *&* 402. *dixi in §. Sacrilegium num.* 9. Laurent. Matthæa Sanz. *de re crim. contr.* 7. *num.* 11. *& seqq.* Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 10. *per tot.* Palma *cons.* 22. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 325. *& seqq ad* 341. *fol.* 546. ubi quòd dicta conclusio procedit tantùm in homicidio, & membri mutilatione vigore dictæ Bullæ, secùs autem in aliis delictis, Sanfelic *decis.* 19. latè Sperel. *decis.* 59. *&* 60. *per tot.* ubi etiam quid de occidente, vel mutilante in scalis, porticu, vel ostio Ecclesiæ, etiam sub spe immunitatis, & quid de debilitante, & non mutilante, vel mutilante membrum aridum, sive in pura rixa, tàm in terminis juris communis, quàm Gregorianæ Constitutionis, & in omnibus concludit pro immunitate, quia in odiosis, & pœnalibus, pro ut est ammissio immunitatis debet fieri stricta interpretatio, in favorabilibus autem pro immunitate larga, & latiùs prosequitur idem Sper. *in dec. seqq.* Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 39. *& par.* 6. *tract. pr. resol. pr. cum pluribus seqq.* & præcipuè *res.* 7. *per tot.* ubi omnia prædicta probat, & Sanfel. *dec.* 19. *per tot. & decis.* 330. *cum Addit. notabili*, Conc. *res. crim. verb. Delictum resol.*
5 9. *& verb. immun. resol.* 3. *per tot.* ubi de omnibus prædictis, & præcipuè quòd occidens, vel mutilans in Ecclesia, vel Cœmeterio, non ex proposito, & deliberatè sed casu in rixa, vel cum provocatione, & eò magis ad propriam defensionem gaudeat immunitate, cùm tunc non videatur habere animum irreverentem contra Ecclesiam, nec facere sub spe immuni-
6 tatis, sed ad propriam defensionem, quæ ubique, & contra omnes est permissa, de quibus etiam latè Thom. del Bene *de immunit. Eccles part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 19. *sect. pr. & seqq. fol.* 44. *&c.* Vide Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *nu.* 7. Fagnan. *in cap. immunitatem de Immun. Eccles.*

Quod immunitas sit favorabilis, & extendenda, Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *num.* 163. *fol.* 540.

Plura de immunitate Ecclesiæ, ac Cœmeterii, & qui illa gaudeant, et non maximè de jure communi Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 20. Camil. Borel. *in summ. dec. tit.* 4. Paul. Christin. *dec. Belg.* 55. 56. *&* 57. *per tot. vol. pr.* ubi post multa tandem se remittit ad Bullam Gregorii XIV. *& dec.* 46. *&* 47. *per tot. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 1792. 109. 513. 1415. Sanfelic. *dec.* 330. *cum Addit.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *fol.* 231. *per tot.* Gambacurt. *de Immunit. lib.* 3. & per totum tractatum Pignat. *consult.* 48. *nu.* 5. *tom. pr.*

Quòd occidens aliquem in Sacristia, vel in mansionibus Ecclesiæ cohærentibus, etiam sub spe immunitatis, gaudeat immunitate, cùm non dicatur occidisse in Ecclesia, & sic non sit casus exceptus à Bulla, probat Sperel. *decis.* 61. *per tot.* Dian. *d. resol.* 39. *&* 7. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 19. *per tot.* ubi idem in atrio, & similibus locis Ecclesiæ annexis, sed extra Ecclesiam, quod benè comprobat Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 19. *sect.* 6. *per tot. fol.* 50. Pignat. *consult.* 38. *per tot. tom.* 2.

Quid si in Sacristia adsit altare pro celebrando, idem Sperel. *decis.* 62. *num.* 16.

Quòd immunitas non prosit existenti in Ecclesia, si cum sclopo, vel sagitta occidat alium existentem extra Ecclesiam, & idem est si offendens sit extra Ecclesiam, & percutiat dicto modo, vel simili existentem in Ecclesia, Gratian. *disceptat. for. cap.* 598. *n.* 17. Guaz. *def.* 1. *cap.* 38. *nu.* 20. *&c. infr. num.* 18. *vers. Quarto* Ambros. *de immunit. Eccles. cap.* 5. *n.* 7. Vide Fagn. *in cap. inarum n.* 8. *de Privil.*

Contrariam in primo casu, & idem in mandante sive intra Ecclesiam, sive extra concludit Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 9. *&* 10. assignans rationem in utroque casu, *& par.* 6. *tract. pr. resol.* 7. Ricc. *Collect.* 1792 Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *observ.* 17. ubi DD. pro utraque parte, *& observ.* 18. *&* 19. ubi etiam de mandante, & de occidente, vel mutilante non deliberatè, sed per accidens ex ira provocato, gaudere immunitate, si ibidem tamen fuerit sequuta provocatio, cùm naturalis defensio numquam censeatur exclusa, Thom. del Bene *de Immunit. p.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 19. *sect.* 5. *& sect.* 8. *per tot.*

Non etiam de jure prodest confugientibus ad Ecclesiam cum armis, cùm videantur ex illorum delatione ibi delinquere, vel non confidere in Ecclesia, sed in armis; secus tamen est vigore Bullæ Gregorianæ, cùm hic casus non sit de exceptuatis, Guaz. *def.* 1. *cap.* 38. *num.* 25. *&c.* Sperel. *decis.* 59. *&c. & decis.* 127. *nu.* 1. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 3. *nu.* 265. *&* 266. *fol.* 540. Dian. *res. Moral. part. pr. tract. pr. resol.* 17. *& par.* 6. *tract. pr. res.* 8. Thom. del Bene *loc. cit. sect.* 3. *per tot. fol.* 47. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 20. *num.* 60.

An autem possint saltem arma, tamquam materia delicti delatoribus auferri, vide *in §. Arma nu.* 17. *§. Clericus n.* 65. *& §. Judex nu.* 28. Dian. *res. Moral. par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 8. ubi refert opiniones contrarias, & ipse negativam sequitur, & ibidem *tract.* 2. *resol.* 9. ubi quòd Clericis non possunt auferri per Laicos, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *observ.* 16. ubi DD. pro utraque parte allegat; Sed posse arma, & hujusmodi prohibita laicis etiam in Ecclesia auferri per Curiam Secularem optimè comprobat pluribus citatis, & rationibus contrariis sublatis Thom. del Bene *de Immunit. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 30. *per tot. fol.* 94. ubi dicit ad summum requirendum esse Ecclesiæ Rectorem, ut ipse hoc præstet, quod si renuat, per laicos ministros ablationem fieri posse &c. Layman. *Theol. moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 13.

Quod licèt immunitas non suffragetur occidenti, vel mutilanti in Ecclesia, vel Cœmeterio, tamen prodest ei, qui animo occidendi, vel mutilandi simpliciter, tantùm vulneravit, sicus etiam prodest, licet propter aliquod accidens in curando necesse fuerit membrum vulneratum secare, cùm de facto non fuerit sequuta mutilatio in loco sacro, & semper sequi statur actus consummatus, Giurb. *cons.* 40. *n.* 14. *& seqq.* Gambacurt. *tract. de Immunit. cap.* 17. *num.* 6. Sperel. *dec.* 502. *nu.* 45. *&* 46.

Quòd spolians mortuum intùs Ecclesiam, si membris ibi eidem mutilaverit non gaudeat immunitate. Novar. *dec.* 155. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 401. *observ.* 35.

Alia ad propositum vide *infr. n.* 18. *vers. Quartu.*

Quòd prosit etiam occidentibus, vel mutilantibus propè Ecclesiam sub spe confugiendi ad eam, quicquid plures alii contrarium teneant probat Dian. *resol. moral. part. pr. tract. pr. resol.* 3. *& par.* 6. *tractat. pr. resolut.* 10. *per tot.* ubi tamen refert plures contrarium sentientes, & cum Diana plurimis aliis citatis tenet etiam Thom. del Bene *de Immunitat. par.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *sect.* 6. *per tot.* vide Addit. ad Sanfelic. 330. ubi tenet contra Dianam, appensatè sub spe immunitatis delinquentes, illa non gaudere, idem tenet Farinac. *de immunit. cap.* 6. *num.* 214. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *observ.* 11. ubi de veriori, & receptiori opinione, Conciol. *resol. crim. verb. immunitas res.* 3. *nu.* 5. *et seqq.* ubi refert plures pro utraque opinione, videtur sequi distinctionem, quòd ex proposito propè Ecclesiam occidens, vel mutilans cum spe immunitatis, illa non gaudeat, secùs si ex improviso Menoch. *de præsump. lib.* 5. *præsump.* 10. *num.* 4. Vide Fagnan. *in dict. cap. immunitatem de Immun. Eccles.*

Quòd immunitas Ecclesiæ nõ suffragetur delinquenti in Ecclesia, aliquem proditoriè vulnerando cum archibusio, & periculo vitæ de mandato, & contemplatione alterius, licèt non fuerit sequutum homicidium, nec membri mutilatio, etiam in terminis Bullæ Gregorianæ ex identitate, & majoritate rationis, & pœnæ, ac quia dicta Bulla considerat, ausum de-

deductum ad actum proximum, ita ut non steterit per delinquentem, ac ratione assassinii à Bulla excepti, quod legitimè probatur ex indiciis, & probabilibus argumentis, ac denique ratione proditionis, licèt non fuerit sequutum homicidium, cùm per eum non steterit, ut dixi, probat Palma *cons.* 22. *per tot.* facit quod dixi *infra n.* 18. *vers. Quinto per tot.* & Possent. *sing.* 142. & 143. ubi quod assassinus dicitur etiam, qui non occidit, sed læthaliter vulneravit animo occidendi, & immunitate non gaudet.

An autem in Ecclesia faciens actus luxuriosos, ut adulteria, stupra, sodomiam, manucupationes, & hujusmodi gaudeat immunitate Ecclesiastica, plenè Corriada *dec.* 112. *n.* 4. *& seqq. & decis.* 85. *per tot.* & quàm hæc sint detestanda, Tiraquel. *de leg. connub. leg.* 15. *n.* 106. *& seqq.* Et de tota materia immunitatis Ecclesiæ tam respectu locorum illa gaudentium, quàm personarum confugientium cum resolutione multorum dubiorum circa illam occurrentium, plenè videndus cum pluribus de more citatis Corriad. *dec.* 40. *cum seq. usq. ad* 120. ut dixi *in §. Ecclesia in Addit.* Thomas del Bene *de Immun. Eccles. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 24. *sec.* 11. *nu.* 1. Vide Fagnan. *in d. cap. immunitatem de Immun. Eccles.*

6 Immunitas Ecclesiæ, quæ, & quanta sit, quibus delinquentibus prosit, vel non tam de jure communi, quàm vigore Bullæ Gregorianæ, Clar. *§. fin. q.* 30. *per tot.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 72. *n.* 14. *&c.* ubi de cœmeterio Tusch. *lit. I. conclus.* 59. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *per tot.* Guaz. *def.* 1. *cap.* 36. *nu.* 37. *&* 38. *per tot.* ubi de committentibus crimen læsæ Majestatis, publicis latronibus, grassatoribus viarum, agrorum depopulatoribus, occisoribus proditoriis, assassinis, incendiariis, fractoribus pacis, occisoribus Clericorum, & aliis, & quinam sint hujusmodi criminosi, Grat. *discept. for. cap.* 380. *n.* 29. *& seqq. ad* 41. ubi quis usm dicatur proditor in hac materia, *& cap.* 219. *n.* 22. Franch. *dec.* 713. plenè Sperel. *dec.* 23. *per tot.* ubi latè probat proditorem ad hunc effectum dici tantùm illum, qui sub prætextu, & colore amicitiæ alium occidit, & latiùs *dec.* 181. *per tot.* ubi se redimit ab impugnationibus Grassetti, qui in suo tract. inscripto, *Neces prodit.* nititur probare, quòd etiam occidens inimicum ex insidiis, vel appensatè, & ex industria dicatur proditor, & immunitate non gaudeat, sed verior, & magis communis proculdubiò est opinio prædicta, quam optimis fundamentis sustinet Sperel. & alii supracitati, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *obser.* Farinac. *de immun. cap.* 9. *n.* 143. *&c.* dixi *in §. Homicidium n.* 9. *& infr. n.* 19. *vers. Unimo*, adde latè Dian. *part.* 6. *tract.* 3. *resol.* 12. *&* 13. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 241. ubi quòd proditor dicitur, qui salutat, & postea occidit, & non gaudet immunitate, sicut etiam proditor est, qui occidit inimicum post promissionem factam de non offendendo, vel alio modo incautum, & nihil tale præcaventem, ut si officialis occidat captum apud se detentum Gonzalez *in lib.* 3. *decret. tit.* 49. *cap.* 1. *n.* 10. Layman. *Theol. Moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. Fagnan. *sup. Decret. in indice general. verb. Immunitas.*

Quòd abortum fetus animati procurantes tamquam homicidæ proditorii sequuto effectu non gaudeant immunitate Ecclesiæ, fuisse declaratum à Sacra Congregatione de anno 1622. testatur P. Manat. *Noct. Malcnc. Interog.* 200. *§. in fine fol.* 310. & plures ità tenentes refert Sperel. *dec.* 23. *n.* 3. Farinac. *de immunit. cap.* 8. *nu.* 138. Peregrin. *eodem tract. cap.* 3. *n.* 8. vide *in §. Abortus num.* 6. Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 59. *sect.* 2. *n.* 3. *&* 4. *fol.* 14. ubi etiam quid in Medico.

Contrarium tenet Dian. *part.* 3. *tractat.* 1. *resol.* 72. cum Bonac. *tom.* 3. *disput.* 2. *qu.* 3. *punct.* 16. *§.* 8. *n.* 8. Leon. *Thes. for. Eccles. part.* 1. *c.* 13. idem Dian. *par.* 4. *tract.* 5. *resol.* 42.

Qui gaudeant, vel non immunitate Ecclesiæ, Scaurol. *de visit. carcer. lib.* 3. *§.* 10. *cap.* 9. *per tot. fol.* 570. *inf. n.* 18. plenè Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *per tot.* & Dian. *resol. moral. part.* 1. *de immunit. Eccl. per tot. part.* 3. *eodem tit. per tot. par.* 4. *eod. tit. par.* 5. *tract.* 1. *& part.* 6. *tract.* 1. *&* 2. *per tot.* ubi semper pro immunitate, & privilegio sort.

7 Immunitas Ecclesiæ habet locum etiam in Palatiis, & domibus Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ intelligendo extra Urbem Romam, non autem Romæ ob præsentiam Summi Pontificis, vide Guaz. *def.* 1. *cap.* 37. *n.* 26. Sperel. *dec.* 49. *n.* 8. Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *n.* 206. *fol.* 534. Peregr. *de immunit. c.* 4. *n.* 75. *in fine*, Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 37. *& part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 40. *in fine*, ubi refert Castrum Palaum contrarium tenentem *tom.* 2. *disput. un. de immunit. punct.* 6. *n.* 23. Sed primam opinionem iterum comprobat idem Dian. *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 34. vide Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. ubi etiam de Palatiis Episcoporum, & Principum, vel Regum, *& dec.* 402. *observ.* 27. *in fine*, ubi notat per Bullam Gregorianam fuisse hoc privilegium Cardinalibus revocatum, & idem probat etiam Thom. del Bene *tract. de immunitat. p.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 9. *sect.* 15. *fol.* 19.

Quòd Cardinales ex consuetudine habeant privilegium, ut possint liberare damnatum ad mortem illis obviam factum dum ducitur ad supplicium, Duen. *reg.* 81. vide Andr. Barbat. *tract. de præstan. Cardin. par.* 1. *q.* 9. *n.* 1. *&c.* vide *in §. Delinquens num.* 1. Dian. *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 29. & Thom. del Bene *d. sect.* 15. *n.* 4. *& seqq. fol.* 19.

8 Immunitas prædicta procedit etiam in Palatio Episcopi, dummodò sit intrà quadraginta passus ab Ecclesia, vel in eo adsit Oratorium, in quo divina celebrantur, aliàs secùs, & benè probat Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 5. quem aliis citatis sequitur Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *observ.* 28. Guazz. *def.* 1. *cap.* 37. *n.* 20. *&c. ubi n.* 22. refert tenentes indistinctè Palatium hujusmodi gaudere immunitate, etiam si distet ab Ecclesia ultra 40. passus, nec habeat Oratorium, & hanc partem ut veriorem, & magis communem tenent *glos.* 28. *cap. id constituimus* 17. *quæst.* 4. Remig. *de immunit. Eccl. ampliat.* 15. Paul. Christin. *dec.* 101. *n.* 7. *& vol.* 5. Sperel. *dec.* 49. *n.* 9. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 199. *& seqq. fol.* 533. ubi ampliat etiam mortuo, vel absente Episcopo, & licèt non haberet proprium palatium, sed conductitium, si tamen proprium alteri locaret, tunc illud locatum non gauderet privilegio, Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 96. *& part.* 6. *tractat.* 1. *resol.* 4. *&* 5. ubi ampliat etiam ad Palatium Episcopi titularis, licèt in hoc contrarium teneat Ciarlin. *contr. for. cap.* 10. *n.* 10. *lib.* 1. nec absolutè audet firmare Dianam, sed se remittit declarationi Sacræ Congregationis, & rursus visis rationibus Dianæ illis satisfaciat idem Ciarlin. *contr.* 198. *per tot. lib.* 2. & suam primam comprobat opinionem, vide Thom. del Bene *de immunit. p.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *sect.* 14. *per tot. fol.* 17. Layman. *in Theol. Moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 2.

Quòd dictum privilegium competat etiam tecto, & sic cuilibet parti ipsius Palatii, Sperel. *dec.* 63. Sanfelic. *dec.* 330. *tom.* 3. Pignat. *consult.* 27. *num.* 10. *tom.* 6.

Quòd Palatium Episcopi indistinctè gaudeat immunitate prædicta, quicquid plures alii contrarium sentiant, multis relatis firmat Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 27. *& par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 40. ubi ampliat, etiam si Palatium sit extra Diœcesim quam tamen opinionem non firmat, cùm Episcopus extra diœcesim nullam habeat auctoritatem, nec Pontificalia exercere possit.

An autem privilegium immunitatis Palatii Episcopalis habeat locum in Palatiis aliorum Prælatorum, habentium jura Episcopalia affirmat Ciarlin. *contr.* 198. *n.* 41. *lib.* 2. facit quod dixi *in §. Familia n.* 9. sed opinionem novam appellat Dian. *p.* 9. *tract. pr. resol.* 48. ubi videtur contrarium firmare Sanchez *de matr. lib.* 8. *disp.* 2. *nu.* 12.

9 Immunitas Ecclesiæ competit domibus Canonicorum, vel aliorum Clericorum, dummodò sint intra quadraginta passus ab Ecclesia, cæteræ verò domus etiam

etiam contiguæ Ecclesiæ, & intra dictos 40. passus habitatæ à Laicis non gaudent dicto privilegio, nisi tales Laici habitantes inserviant Ecclesiæ, puta ad pulsandum campanas, & similia officia, Guaz. *def. pr. cap. 37. n. 4.* & Clar. *§. fin. quæst. 30. num.* Sperel. *decis.* 49. *nu.* 7. Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *nu.* 191. *fol.* 532. vide *in §. Ecclesia num.* 21. Sanfelic. *dec.* 440. ubi de apotheca Ecclesiæ habente januam ad viam publicam propè Ecclesiam, ut non gaudeat immunitate, dato quod etiam habeat aditum ad Ecclesiam, vel ejus atrium.

Quòd immunitas extendatur ad tectum, & alias partes Ecclesiæ, Sperel. *decis.* 63. Sanfelic. *decis.* 330. *infra n.* 16.

Immunitate Ecclesiæ gaudent hospitalia auctori-
20 tate Episcopi constructa, vel si in eis adsit Oratorium, in quo divina celebrentur, Guaz. *def. pr. cap* 37. *nu.* 28. *&c.* Conciol. *resol. crim. verb. Immunitas resol.* 2. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 597. *& nu.* 212. *& seqq.* ubi ampliat ad omnia loca pia auctoritate Episcopi fundata, ad seminaria Clericorum, vel aliquam partem, sive locum ad ipsorum usum destinatum, & similia, latè Dian. *par. 6. tract. pr. resol. 6. vers. sed transeamus*, ubi etiam de Monasteriis, & similibus locis, Sanfelic. *decis.* 219. ubi quid de Conservatoriis mulierum non professarum, *& dec.* 330. *nu.* 16. ubi quòd hospitalia auctoritate Episcopi constructa gaudent immunitate, etiam si in illis non celebretur Missa, Thom. del Bene *tract. de immunit. p.* 2. *c.* 16. *dubit.* 9. *sect.* 10. *fol.* 15. Pignat. *consult.* 40. *tom.* 6. Vide Layman. *loc. cit. n.* 2.

An Rectores hospitalium gaudeant privilegio fori, vide quos allegavi *in §. Hospitale n.* 3. Oratoria tamen privata, vel publica, quæ in viis reperiuntur, non gaudent immunitate, Menoch. *lib. 6. præsump.* 79. *n.* 10. *&c.* Pac. Jordan. *loc. cit. n.* 198. Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 108. *vers. sed hæc opinio*, ubi de Oratoriis privatis domorum, in quibus, licèt celebrentur divina refert fuisse declaratum non gaudere immunitate à Sacra Congregatione 17. Novembris 1617. & 9. Decembris 1631. idem Dian. *part.* 9. *tract.* 1. *resol.* 18. ubi limitat quoad Oratoria publica auctoritate Episcopi constructa, & perpetuò cultui divino dicata, ac quoad Oratoria Religiosorum, quæ si non ratione sui, saltem ratione Claustri gaudent immunitate, & alia plura de Oratoriis privatis *per tot. d. tract.* vide Sanfelic. cum pluribus ab eo relatis *dec.* 219. *per tot.* Conciol. *d. verb. immunitas resol.* 2. *n.* 7. *& seqq.*

21 Immunitas Ecclesiæ suffragatur excommunicatis, suspensis, interdictis, & similibus, cùm non concedatur intuitu personarum, sed loci sacri, item generaliter omnibus criminosis, & delinquentibus, exceptis casibus in Bulla Gregoriana expressis, ut probat Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 219. *& seqq. fol.* 536. Dian. *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 26. *qu.* 2. *&* 3. Sanfelic. *dec.* 20. *per tot.* ubi an suffragetur vulneranti, vel occidenti Clericum, & post relatas hincinde rationes, & auctoritates concludit pro affirmativa, auctoritate Farinac. *de immunitat. cap.* 7. *n.* 114. quia Bulla hunc casum non excipit, refert tamen fuisse diversimodè servatum, vide *in §. Homicidium n.* 9. Fagnan. *in cap. inter alia a num.* 40. *de Immun. Eccles.* Layman. *Theol. Moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 10.

Non tamen prodest Infidelibus, nec hæreticis, vel Apostatis à fide, nec Simoniacis, & blasphemis hæreticalibus, Clar. *§. fin. quæst. 30. vers. præterea*, vide Guaz. *def.* 1. *cap.* 38. *n.* 1. *& seqq.* dixi *in §. Hæresis num.* *& §. Judæus num.* 1. *infr. nu.* 18. *vers. septimo*. Et an suspecti de hæresi Pignatell. *consult.* 137. *n.* 1. *& seqq. tom.* 8. *& consult.* 10. *à n.* 5. *tom.* 9. Vide Fagnan. *in cap inter alia n.* 33. *de Immun. Eccles.* Layman. *loc. cit.*

Quòd Judæi, Saraceni, Pagani, seu quilibet alii infideles gaudeant immunitate Ecclesiæ, etiam si Baptismum non petant, pluribus citatis de veriori cum hujusmodi privilegium ratione loci, & non personarum competat, concludit Dian. *resol. moral. par.* 5. *tract.* 1. *resol.* 22. *&* 23 *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 50. *& par.* 5. *tract.* 5. *resol.* 2. *vers. nondum etiam*, Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 44. ubi testatur ità fuisse declaratum à Sacra Congregatione de anno 1631. mense Februarii, idem Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 23. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *obser.* 27. ubi etiam de Apostatis, Thom. del Bene *de immunitat. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 10. *sect.* 2. *& seqq.* ubi de suspensis, interdictis, excommunicatis, infidelibus, hæreticis, & hujusmodi, ut gaudeant immunitate Ecclesiæ, in aliis tamen delictis præter hæresim, cùm hæc sit de casibus exceptis, ut infra *nu.* 18. *vers. septimò*. Vide Fagnan. *loc. cit. n.* 65.

Immunitas Ecclesiæ, an prosit damnatis ad mor- 22
tem, vel aliis carceratis, qui dum sunt in manibus birruariorum, & ducuntur ad supplicium, vel ad carceres, fugiunt ad Ecclesiam, dic quòd si non sunt soluti, & in libertate positi, sed retenti per birruarios, quos secùm trahant, non videntur gaudere immunitate secundùm unam opinionem, quam puto probabiliorem, & secundùm eam judicatum refert Anton. Gama. *dec.* 141. quam sequitur Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *observ.* 4. *&* 32. ubi contra sequitur ut supra plures allegando Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. contr.* 7. *n.* 9. Possent. *sing.* 124. ubi quòd non gaudent, nisi se eximant, & liberent à manibus birruariorum, quo casu gauderent, etiam si statim fuerint recepti. Licèt alii distinguant, an talis transitus fiat de necessitate per Ecclesiam, ut quia alibi non sit transitus, & tunc immunitate non gaudeant, aut voluntariè, & tunc imò sive de necessitate, sive voluntariè fiat talis transitus per Ecclesiam, ab illa per vim extrahi non posse, firmat Clar. *§. fin. quæst.* 30. *n.* 21. & hanc partem uti Ecclesiæ favorabiliorem esse tenendam videtur asserere P. Manar. *Noct. Malencol. interrog.* 69. *fol.* 117. vide Sperel. *dec.* 104. *n.* 60. *& seqq.* cum aliis ab eo citatis, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 223. *& seqq. fol.* 536. ubi intelligit nisi agatur de crimine à Bulla excepto, nam tunc non prodesset immunitas, aliàs autem indistinctè prodesse, probat etiam aliis citatis Dian. *part.* 6 *tractat.* 1. *resol.* 27. *vers. ad alium verò casum*, & alibi sæpè prout infra. Pignatell. *consult* 2. *n.* 30. *tom.* 9. Vide Fagnan. *loc. cit. n.* 44. 85. *&* 91.

Sed dictam primam distinctionem, & opinionem, quam nos veriorem credimus, sequitur idem Jordan. *loc. cit. n.* 227. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 10. *cap.* 9. *n.* 14. *& seq. & n.* 17. *fol.* 571. sed tu vide Paol. Christin. *decis. Belgic.* 53. *vol.* 1. Farinac. *de immunit. cap.* 15. *n.* 205. Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 30. *& part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 36. ubi videtur asserere, quòd indistinctè gaudeant. Et de damnatis ad triremes, quòd fugientes ad Ecclesiam immunitate illius gaudeant, idem Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *res.* 47. *&* 106. *& part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 21. *&* 22. ubi de damnatis ad triremes, & aliis bannitis, & exiliatis, qui omnes gaudent immunitate, nisi sint banniti pro delictis à Bulla exceptis, vide *in §. Bannitus nu.* 9. Et de Bannitis Lezan. *quæst. regul. vol.* 2. *verb. immun.* Fagnan. *loc. cit. nu.* 43.

Quòd imò damnati ad triremes si indè refugiant ad Ecclesiam, non gaudeant immunitate, sed sint restituendi triremibus pluribus exemplis relatis, & modo servato contra Dianam, & alios probat Sanfelic. *dec.* 271. *per tot.* Gam. *dec.* 362. quibus tamen in terminis Bullæ contradicunt Giurba *cons. crimin.* 30. *n.* 21. & addit. ad Sanfelic. *dec.* 405. *obser.* 7. Possent. *sing.* 108. ubi pluribus rationibus sustinet opinionem Sanfel. licèt postea concludat servandam esse consuetudinem, juxta quam fuit declaratum gaudere immunitate, nisi agatur de delictis à Bulla exceptis.

Ubi de damnatis ad triremes, an si refugiant ad Ecclesiam gaudeant immunitate. De hac materia plenè hinindè Cortiad. *decis.* 86. *per tot.* & alii citati per modernum Raynal. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. *§.* 2. *ad* 6. *n.* 67. *&* 68. ubi remittit ad Cortiad. *loc. cit.*

An per vim extractus à manibus satellitum confugiens ad Ecclesiam illius immunitate gaudeat, negant aliqui, cùm Curia spoliata sit restituenda, sed contrarium verius ostendit Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 5. *& par.* 9. *tract.* 8. *res.* 41. ubi quòd ita fuit declaratum à Sacra Congregatione sub die 15. Februarii 1648.

1648. De omnibus prædictis hoc numero contentis, latè etiam Thom. del Bene *de immunit. p. 2. c. 16. dub. 10. sect. 5. & seqq. fol. 26. &c.*

13 Immunitas Ecclesiæ, ut non prosit in casibus per Bullam Gregorii XIV. de anno 1591. exceptis, debet de enunciatis qualitatibus delictorum constare Episcopo, qui non tenetur, nec potest in hoc stare processui, & probationibus factis coram judice Laico, & quatenùs vellet in illis stare, si delicti qualitas non posset iterùm probari coram eo, tenetur consulere Sacram Congregationem, & ab illa resolutionem reportare, Guaz. *def. 20. cap. 9. num. 30.* latè Sperel. *dec. 16. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 2. lib. 12. tit. 3. n. 29. & seqq. fol. 542.* Ricc. *collect. 1792.* Dian. *par. 3. tract. 1. resol. 38.* ubi quòd debet Episcopo certò constare de delicto in Bulla excepto, *& par. 4. tract. 1. res. 312. in fine* Castr. Palao *tom. 2. disput. unic. de immunit. par. 13. nu. 11.* ubi etiam quòd Episcopus debet reum citare in hujusmodi cognitione, Thom. del Bene *de immunit. cap. 16. dub. 44. per tot. fol. 125.* Ciarlin. *contr. for. cap. 10. n. 61. & seqq. ad 107.* idem Dian. *part. 5. tract. 1. resol. 9.* & latiùs *part. 6. tract. 1. resol. 31. per tot.* ubi inserit duo pulchra consilia, an, & quando Episcopus possit stare processui facto à Judice Laico, licet ipse negativam semper sequatur opinionem, quam etiam tuetur objectis satisfaciendo, Th. del Bene *de immunit. par. 2. cap. 16. dubit. 43. per tot. fol. 123.* adde Hieronym. Cala *tract. de Præemin. M. C. V. cap. 22. per tot.* ubi latè probat non esse citandum reum in probatione qualitatis excludentis ab immunitate, sed tantùm posse extrajudicialiter audiri, ut ibidem declarat, ac ita in praxi servari pluribus citatis testatur.

Quòd imò Episcopus informatus etiam extrajudicialiter, & summariè possit committere delinquentem Curiæ sæculari, vel licentiam extrahendi concedere, Gratian. *disceptat. for. cap. 596. per tot.* & idem in effectu post multa concludit Pac. Jordan. *loc. cit. num. 303. et 304. in fine*, Sanfelic. *decis. 137. per tot.* Possent. *sing. 143.* ubi quod ita fuit declaratum per Clement. VIII. Peregr. *tract. de immunit. cap. 3. num. 3.* Calà *loc. cit.* ubi quòd potest stare processui Curiæ sæcularis, maximè fabricato antè confugium ad Ecclesiam, vide pro hac opinione prædicta duo consilia penes Dianam *loc. cit.* Gamm. *decis. 171. et 182.* sed contra istos in specie tenet Thom. del Bene *de immun. p. 2. c. 16. dubit. 42. per tot.*

Quòd probatio sufficiens ad torturam de delicto exceptuato, sufficiat etiam pro declaratione, ne reus gaudeat immunitate, Gamma *decis. Lusit. 179.* Castil. *decis. 156. nu. 9.* Ricc. *prax. tom. 2. resol. 450. n. 3.* Guazin. *def. pr. cap. 31. num. 9.* Dian. *d. part. 5. resol. 9. vers. non desinam, et par. 3. tractat. pr. resol. 36.* idem Gamm. *decis. 281.* & plures alios pro hac parte citat, Ciarlin. *contr. 10. num. 54. et seqq.* ubi tamen *num. 61. etc.* tenet plenam probationem requiri, *& cap. 14. per tot.* Sed primam opinionem Gammæ, & aliorum sequitur, & melius Addit. ad Sanfelic. *decis. 402. observ. 6.* Hieron. Cala *d. tract. cap. 22. nu. 22. & seqq. & cap. 24. per tot.* ubi etiam plenè an traditus Curiæ sæculari ex dictis indiciis ad torturam sufficientibus, si illa per torturam purgaverit sit Ecclesiæ restituendus, & videtur negativè concludere si indicia erant adeò urgentia, ut remaneat locus pœnæ arbitrariæ, secùs autem si levia, quid si alia superveniant, & alia ad rem. Sed quòd ubi non est locus pœnæ ordinariæ, reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, etiam in casibus à Bulla exceptis, Vermigliol. *cons. 99. num. 12.* Ciarlin. *controv. 10. num. 139.* Sperel. *dec. 102. num. 24. in fine, & nu. 31. vers. cum itaque*, Gambacurt. *de immunitat. lib. 6. cap. 27.* de quo puncto ne desinas pro Curia sæculari videre, Hieron. Cala *loco supracitato*. Pignatell. *consult. 2. n. 56. & seq. tom. 9.*

Si tamen posteà constiterit reum de licentia Episcopi extractum ab Ecclesia non commisisse delictum exceptuatum à Bulla, debet omninò Ecclesiæ restitui, ut benè probat Anton. de Marin. *resolut. cap. 175.* Dian. *par. 4. tract. pr. resol. 97.* vide *infra nu. 54. in fine, & num. 23. vers. Quòd Episcopus in fine.*

Quando agitur de crimine excepto, tenetur Episcopus, vel Curia Ecclesiastica, velit nolit, reum Laicum ad Ecclesiam confugientem tradere judici sæculari petenti, aliàs possunt ministri laici propria auctoritate extrahere, ponderando verba Bullæ Gregorianæ ibi, *nisi eo casu*, probant Genuens. *in Prax. Archiepiscop. cap. 22. num. 5. vers. & hoc hodie*, Mat. Ital. *tract. de Immunit. libr. pr. cap. 6. §. 2. n. 80. & seqq.* Farinac. *eod. tract. num. 366.* quos refert Sperel. *decis. 48. num. 27.* ubi tamen quia non faciebant pro, eo, dicit esse contra mentem Sacræ Congregationis. Sed quando Episcopus verè indebitè, & sine causa recusaret, prout quandoque potest contingere, non video quin dici possit etiam Episcopum facere contra mentem Sacræ Congregationis, quæ non præsumitur velle delinquentes, & maximè non gaudentes immunitate in Ecclesiis fovere ad evadendum, & in hoc debere dari remedium pro justitia existimo, vide *supra num. 4. versic. in casibus verò*. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 5. tit. de insult. in Ecclesia fol. 233.* ubi plura ad declarationem Bullæ pro Curia sæculari, & Gambacurt. *de Immunit. lib. 6. per tot.*

Quòd etsi constaret notoriè reum non gaudere immunitate non possit judex sæcularis illum facere extrahere ab Ecclesia sine Episcopi licentia, Genuens. *in Prax. cap. 17. num. 5.* Ricc. *Collect. decis. 1792. part. 5.* Farinac. *de Immunit. cap. 22. num. 359.* Dian. *resolut. Moral. part. 1. tract. 1. resolut. 14.* vide supra *n. 4. propè finem*, Thom. del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 16. dubit. 40. sect. 2. fol. 113.* ubi in terminis Bullæ, *& sect. 3.* ubi quid in terminis juris communis. Vide Fagnan. *in cap. cum pro causa num. 36. de sent. excomm. & in cap. inter alia num. 103. de Imm. Eccles.*

Quòd ubi notoriè constat reum non gaudere de immunitate Ecclesiæ, vel quia de facto clarè apparet non confugisse ad locum immunem, vel quia de jure liquidè resultet, crimen patratum esse de exceptis, pro quibus non datur immunitas, si reus fuerit captus, vel extractus in casibus, in quibus ut supra notoriè non gaudet, immunitas nullatenus dicatur violata, ita ut si tunc Episcopus velit procedere per censuras contra extrahentes, dicatur ipse violenter agere, cùm deficiat qualitas, ratione cujus talis jurisdictio illi conceditur, vel excitatur, & ideò tunc Principi sæculari liceat vim vi repellere per bellum quidem, & doctè probat Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controv. 78. per tot.* ubi plurimos etiam Ecclesiasticos allegat, Dianam in specie, & alios refellendo, illorumque rationibus satisfaciendo; admonet tamen *num. 135.* non esse ob id nimis laxandas habenas judicibus sæcularibus, nisi verè simus in notoriis, & claris, ut supra, aliàs iniquè agere, & subiici pœnis, & censuris in violatores immunitatis inflictis, vide *in §. Princeps nu. 26.*

Debet tamen Judex Laicus denegata sibi extractione ab Episcopo in casibus exceptis, & claris propria auctoritate extrahendo servare formam Bullæ Gregorianæ, ut scilicet reum extractum ducere faciat ad carceres Episcopales (si Episcopus velit illum recipi in suis carceribus) vel in tutioribus locis, mandato Episcopi detinendum, donec ipse Episcopus super immunitate declaraverit secundùm Sperel *decis. 104. n. 42. & seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 2. lib. 12. tit. 3. nu. 292.* vide Dian. *part. 4. tract. pr. resol. 42. & part. 6. tractat. 1. resol. 28. & 29. per tot.* ubi latè probat non posse judices laicos, etiam sub prætextu cujuscumque consuetudinis extrahere reos ab Ecclesia sine licentia Episcopi, etiam si non gaudeant immunitate; illa tamen petita, & indebitè denegata non puto recedendum à prædictis, de quibus etiam Aloys. Ricc. *Prax. rer. resolut. c. 450. per tot.* Ciarlin. *contr. 162. per tot.* Anton. de Ballis *loc. supra cit. num. 22.* ubi extractus ponitur in carceribus Ecclesiasticis cum custodia judicis sæcularis, & alia pro Curia sæculari. Sed de hoc non curare judices Ecclesiasticos, & relinquere carceratos in carceribus sæcularibus, agendo tantùm, ut Ecclesiæ restituantur, omisso medio custodiendi illos, etiam ad mentem Bullæ Gregorianæ notat Matthæu. Sanz. *de re crim. controv. 78. nu. 206. & 207.*

A

52 A qua qoidem declaratione non dari appellationem latè Gambacurt. *de immunitat. lib. 6. cap. 17. & ſeqq.* dixi *in §. Appellatio num.* 43. niſi notoriè, vel ſatis fundatè conſtet de injuſtitia ſententiæ, Thom. del Bene *de immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 42. *ſect.* 3. *fo.* 122.

Ad quem judicem ſpectet cognitio, an reus gaudere debeat immunitate, vel non, vide Chriſtin. *decis. Belgic.* 56. *per tot. vol. pr.* Dian. *par.* 6. *tract. pr. reſol.* 30. Thom. del Bene *de Immunitat. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 41. *per totum fol.* 117. *&c.* ubi plura, tam circa perſonas, quam circa locum, *& dubit.* 42. obi circa delictum, & alia, ut ſemper ſpectet cognitio ad Epiſcopum, *& dubit.* 47. *fol.* 127. ubi quando captus dicit ſe captum in loco ſacro, & ſatellites id negant, ut declaratio ſpectet pariter ad Epiſcopum. Pignatell. *conſult.* 22. *n.* 28. *& ſeq. tom.* 9.

Quod Epiſcopus facta ſibi narratione delicti habentis apparentiam caſus exceptuati, poſſit, imò debeat, ne reo detur anſa fugiendi, ſtatim concedere licentiam extrahendi ad effectum cuſtodiæ in ſuis carceribus, & poſteà ſerió cognoſcere de qualitate ipſius criminis, Gambacurt. *de immunit. lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 2. Giurb. *conſ.* 70. *n.* 45. quos ſequitur Sperel. *decis.* 104. *num.* 22. adde Dian. *par.* 6. *tract. pr. reſolut.* 32. *per tot.* ubi quòd dum agitatur cauſa non poteſt judex ſæcularis reum ab Eccleſia extrahere, nec in ſuis carceribus detinere, Ciarlin. *controv.* 62. *num.* 4. *& ſeqq.* facit Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 29. ubi etiam quid ſi Epiſcopus indebitè licentiam concesſerit, an ultra irregularitatem incurrat etiam alias pœnas, & cenſuras contra violatores immunitatis ſanctitas; & quòd tunc teneatur reum repetere, & judex ſæcularis illum reſtituere, ſicut è contra ſi Epiſcopus erraverit in præjudicium Curiæ ſæcularis debet errorem corrigere, & reum illi conſignare, idem del Bene *loc. cit. dubit.* 42. *ſect.* 2. *n.* 4. *&c. fol.* 122. ubi propterrà non improbatur appellatio.

Plura an, & quando Judici ſæculari liceat confugientes ad Eccleſias ponere in vinculis donec ſit processus delicti, & capitur reſolutio de extrahendo, vel non, & alia ad rem, ac quid ſervetur in Cathalonia, Fontanel. *dec.* 200. *&* 201. *per tot.*

Quomodo in Cathalonia fiat extractio auctoritate Curiæ ſæcularis vigore concordatorum cum Papa, quòd Bulla Gregoriana non ſit in Cathalonia uſu recepta, & alia idem Fontanel. *decis.* 583. nec in tota Hiſpania, aliiſve Regnis, & Provinciis, niſi quatenus cum jure communi conveniat, idque rectè fieri potuiſſe per plura fundamenta, & auctoritates probat videndus Cortiad. *dec.* 119. *per tot.* ubi etiam declarat dictas Fontanellæ deciſiones; quibus adde plenè etiam, & doctè Creſp. de Valdaur. *obſerv.* 63. *per tot. par.* 2.

Quas pœnas incurrat judex Laicus, & ejus miniſtri indebitè aliquem extrahendo ab Eccleſia, latè Gambacurt. *de immunit. lib.* 8. *per totum*, & proſequitur idem Sperel. *decis.* 105. *per tot.* vide *in §. Judex num.* 27. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 401. *obſervat.* 21. ubi ad incurrendam excommunicationem ſufficit actus attentatus, & denegatio reſtituendi. Chartar. *dec.* 64. Lezan. *quæſt. regul. vol.* 2. *verb. immunitas.*

An autem reus violenter extractus ab Eccleſia, vel patiendo ſe in Eccleſia ligari, & abduci à miniſtris laicis, poſſit renunciare privilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, & ita ſe Judici laico ſubmittere,
53 etiam invito Epiſcopo, affirmativam ſententiam cum aliis ab eo citatis tenet Barboſ. *de jur. Eccleſ. libr.* 2. *cap.* 3. *n.* 58. Sed negativam opinionem omninò tenendam pluribus relatis dicit Dian. *par.* 6. *tract. pr. reſolut.* 32. *verſ. ſed hic non eſt*, Maſtril. *decis.* 169. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *obſervat.* 8. Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 25. *ſect. pr. ſol.* 87. ubi tamen quòd ſi liberè egrediatur, poteſt hoc modo immunitati renunciare, aliàs autem ſecùs, ut ibidem, *& dubit.* 33. *num.* 5. *& ſeqq. fol.* 99. Donad. *tract. de renunciat. cap.* 27. *per tot.* Pignatell. *conſult.* 28. *n. pr. & ſeq. tom.* 3. Fagnan. *in cap. inter alia n.* 87. *de Immun. Eccl.*

54 Immunitas Eccleſiæ eſt adeò ſervanda, ut etiam judex laicus non reſtituens reum ab Eccleſia ſine ejus ſcientia, & mandato à birruariis extractum, incidat in cenſuras latas contra extrahentes non ſervata forma Bullæ ſicuti latè probant Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 284. *et ſeqq.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *obſervat.* 21. Thom. del Bene *loc. cit. dubit.* 35. *per tot. fol.* 103. *etc.* Sperel. *decis.* 48. *per tot.* ubi tamen *nu.* 61. refert Suar. contrarium tenentem, quem dicit ſine lege, & ſine ratione loqui, ejuſque opinionem tamquam peregrinam, & contra mentem, ac verba Bullæ rejiciendam, *et num.* 62. dictam immunitatem prodeſſe etiam reo, qui per vim, vel metum ab aliis incuſſum de per ſe exierit, & aufugerit ab Eccleſia, vel dubitans in illa capi, nam licèt capiatur extra Eccleſiam, debet Eccleſiæ reſtitui, ſtante dicto timore, vel metu, & ſic dicit obſervari mandaſſe Genuę, non obſtantibus oppoſitionibus Fiſci Sereniſſimæ Reipublicæ, & citat Farinac. *de immun. ſub num.* 53. quod tamen puto durum, & in praxi obtinere difficillimum, licèt ipſe dicat notandum, quia agnoſcit dubietatem, de quo Ciarlin. *controv.* 163. *num.* 22. *et per tot.* idem Sperel *decis.* 150. *num.* 73. *per tot.* ubi latè ſuſtinet, quòd ſi confugiens ad Eccleſiam, poſteà blanditiis birruariorum, vel cujuslibet alterius deceptus exeat, & capiatur, ſit Eccleſiæ tamquam ab ea per dolum extractus reſtituendus, de quo dubito ut ſupra, cùm debeat ſibi imputare ſi nimium fuit facilis ad credendum, vide in §. *Judex nu.* 27. ubi etiam an poſſit obſideri Eccleſia, & alia, Alvarez de Velaſc. *de judic. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *nu.* 53. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 252. *& ſeqq. fol.* 539. ubi prædicta probat, *volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 21. *fol.* 561. latè videndus Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 25. *per tot. fol.* 87. *&c.* ubi benè prædicta declarat Dian. *reſol. moral. part. pr. tract. pr. reſolut.* 16. ubi quòd omnes extracti ab Eccleſia vi, vel dolo per quoſcumque, debent à judice laico Eccleſiæ reſtitui, aliàs ſit excommunicatus, licèt extractionem non ordinaverit, quod iterum probat idem Diana *part.* 9. *tract.* 7. *reſolut.* 6. *per totum*, ubi tamen refert Sanfelic. *decis.* 286. *num.* 5. contrarium tenentem quando extractio fuit ab aliis facta ſine ſcientia, & participatione ipſius Judicis, vel ejus familiæ, quæ cùm tunc inveniat reum extra locum ſacrum, non videtur immunitatem violare ſuam exercendo juriſdictionem, cui nititur reſpondere. Sed idem probat ſequendo Suarez, & alios allegando Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 7. *num.* 31. Fontanel. *decis.* 339. *per tot.* vide Pignatell. *conſul.* 127. *per tot. tom.* 1.

Quòd gaudeat immunitate, qui ad exonerandum ventrem exivit ab Eccleſia, & extra illam repertus fuit captus, Ambroſin. *de immunit. cap.* 11. *num.* 7. Sanfelic. *decis.* 137. *nu.* 1. *&c.* Sed difficile obtinere, niſi exitus ſit intra triginta paſſus liberi circuitus ad hunc finem Eccleſiæ conceſſi juxta notata ſupra *n.* 4. nam ultra dictum ſpatium non prodeſt excuſatio, ut benè advertit Thom del Bene *de immunitat. part.* 1. *cap.* 16. *dubit.* 25. *ſect.* 2. *in fine fol.* 88.

Quòd reus amittat immunitatem ſi ſubdolis verbis, & fallaciis deceptus egrediatur ab Eccleſia, cum Bonac. & aliis pluribus relatis videtur tranſire idem Dian. *d. par. pr. tract. pr. reſolut.* 26. Thom. del Bene *d. dubit.* 25. *ſect.* 5. *fol.* 89. & ego veriorem puto per prædicta. Si verò per vim à privatis extrahatur, non poteſt à judice carcerari, ſed debet Eccleſiæ reſtitui, Dian. *part.* 4. *tract. pr. reſol.* 102. Thom. del Bene *d. dubit.* 25. *ſect.* 3. *&* 4. ubi idem ſi per metum injuſtè illatum exierit, vide Pignatell. *conſult.* 100. *per tot. tom pr.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *ſub num.* 13.

An autem reſtitutio ſit facienda eidem Eccleſiæ ſpoliatæ, & à qua reus fuit extractus, vel ſufficiat alteri Eccleſiæ, ſive Epiſcopo, vel ejus Vicario, latè Dian. *part.* 6. *tract. pr. reſol.* 27. ubi quòd eſt facienda eidem Eccleſiæ, licèt alii diſtinguant ſi reus petit, & benè Sanfelic. *decis.* 219. *nu.* 9. *& decis.* 242. *infra n.* 22. Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 33. *num.* 11. *& ſeqq. fol.* 99. ubi quòd ſufficit reſtitutionem fieri uni Eccleſiæ æquè commodè, & tutæ reo extracto, vel etiam Epiſcopo, ſive ejus Vicario, cùm privilegium immunitatis ſit uni-

ver-

versale, & generale ad omnes Ecclesias, & sicuti injuria uni Ecclesiæ facta censetur omnibus facta, ita etiam satisfactio, & Episcopo, vel ejus Vicario, quia Ecclesia ipsam representant.

Immunitas an prosit extracto indebitè ab Ecclesia, si novum delictum in extractione committat, puta resistendo & offendendo, vel dum repetitur in carceribus alia delicta committendo, ita ut non possit pro novo delicto retineri, & puniri antequam restituatur Ecclesiæ, negativè, & sic pro illo novo delicto posse puniri decidit Gamma *decis. 52. per tot.* à quo tamen cavendum, & totum oppositum servandum, cùm Ecclesia spoliata sit antè omnia restituenda, dicit Sperel. *decis. 48. num. 68.* quod puto verissimum, Dian. *part. 6. tract. pr. resol. 32. q. 44.* Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib. pr. cap. 6. §. 2. num. 42. &c.* Peregr. *de immunit. cap. 15. num. 25.* Farinac. *eodem tract. cap. 2. num. 49.* Sanfelic. *decis. 286. num. 3.* Thom. del Bene *de Immunit. par. 2. cap. 16. dubit. 33. num. pr. & seqq. fol. 98.*

Et de indebitè extracto antè omnia restituendo, & non retinendo sub prætextu aliorum delictorum, vel ad cujusvis alterius instantiam, Pac. Jord. *Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 267. & seqq. fol. 540.* ubi ampliat etiam si agatur de delicto excepto, quia Bulla requirit Episcopi cognitionem, & licentiam pro forma, qua non servata nullus redditur actus, & restitutioni fit locus. Florentiæ tamen cùm evenisset casus de mense Septembris 1670. in quodam Petro Pronozio, qui dùm detinebatur Pisis carceratus donec declararetur super immunitate, nefandum vitium multis iteratis vicibus commisit cum alio carcerato, ultra blasphemias hæresim sapientes, ob enormitatem delicti fuit condemnatus in pœnas contra Sodomitas sancitas, & dictum statim esse exequendas juxta opinionem Gammæ supracitatam, ut videre est in filaia negociorum Magistratus DD. Octo Balliæ Virorum dicto tempore, sub *n. 4362.* quamvis ego aliàs supradictas auctoritates in contrarium adduxerim, sed factum puto quia illis enormitates stomacum movebant, vide infra *num. 22.*

15 Immunitas Ecclesiastica extenditur etiam ad porticum vel ostium Ecclesiæ, sicut & ad tectum, & ideò tectum Ecclesiæ, vel Palatii Episcopalis, sive domus canonicalis gaudet eodem privilegio, ita ut nemo exinde possit extrahi, Sperel. *decis. 62. & 63. per tot.* Pac. Jordan. *d. tit. 3. num. 188. fol. 551.* ubi quòd ad hunc effectum immunitatis sub nomine Ecclesiæ venit tota fabrica, & ædificium, tectum, parietes exteriores, Campanile, Sacristia, atrium, claustrum, ambitus, dormitorium, & similes loci intra septa Ecclesiæ existentes, Sanfelic. *decis. 16.* Conciol. *verb. Immunitas resolut. 1. n. 8. & 9.* Dian. *part. 3. tract. 1. resol. 73.* ubi quod fugiens à birruariis si parietem Ecclesiæ à parte exteriori tangat, vel amplexetur gaudet immunitate, licèt alii contra; idem Dian. *par. 4. tract. pr. resolut. 108.* ubi de Campanili, licèt ab Ecclesia disjuncto ut gaudeat immunitate si sit intra 30. passus, aliàs secùs, ac de Cœmeterio etiam ab Ecclesia separato, & de omnibus prædictis latius idem Dian. *part. 6. tract. 1. resolut. 1. cum pluribus seqq.* ubi refert contrarium tenentes, à quibus cùm in specie contra illum scripserint, se pro posse redimit. Adde Pignatell. *consult. 122. tom. 4.*

Quid autem sit dicendum respectu sacrilegii, an in omnibus dictis locis committatur, declarat idem Sperel. *decis. 62. per tot.* & dixi in §. *Sacrilegium nu. supra n. 5.*

Immunitas Ecclesiastica hodie per Bullam Gregorii XIV. de anno 1591. ad unicam tantùm formam (sublatis quibusq; aliis) est redacta, videlicet ut Laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & religiosa confugientibus non suffragetur, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumque Cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassinii, vel hæresis, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, prout sunt verba præcisa dictæ Bullæ penes Jordan. *Lucubr. volum. 2. lib. 11. tit. 3. in princip. fol. 513.* & alibi Ricc. *Collect. 1792.* Novar. *Pragm. Regn. Neap. Collect. 57. n. 9. & seqq.* eamdem Bullam integram, vide apud Thom. del Bene *tract. de immunit. part. 2. in Addit. Bullarum fol. 306. in tertia editione Lugduni de anno 1674.* & Gambacurt. *eodem tract. lib. 2. §. 6.* Chartar. *dec. 46.* Fagnan. *in cap. inter alia & in cap. immunitatem de Immun. Eccles. cap. cum non ab homine n. 41. de Judic.* Layman. *Theol. moral. libr. 4. tract. 9. cap. 3.*

De crimine verò hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertinet, nec Curia sæcularis se intromittere potest juxta dictam Bullam, & vide in §. *Hæresis, n.*

Et quoad personas Ecclesiasticas, etiam in casibus prædictis exceptis, cognitio pariter ad forum Ecclesiasticum, prout de jure spectat, vigore ejusdem Bullæ remittitur.

Ad extrahendum prædictos delinquentes à locis immunibus est necessaria licentia Episcopi, qui tenetur illam concedere, aliàs Curia sæcularis potest per se extrahere in casibus permissis sine scandalo, & tumultu, ac servata forma, de qua dixi supra *num. 13.* & disponitur in eadem Bulla.

Quòd dicta Bulla deroget juri communi, & consuetudinibus, quidquid nonnulli contrarium senserint, pluribus relatis probat Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 1. resolut. 1. per tot. & part. 5. tract. 2. resolut. 2.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 402. observat. 9.* vide infra *n. 18. in fine.*

Quod non possit extendi ad casus similes, præter expressos, & ab immunitate exclusos, cùm taxativè loquatur, quæ doctrina servire potest ad decisionem infinitorum ferè casuum notat Dian. *resolut. moral. part. 1. tract. 1. resol. 31. & seqq.* ubi ponit plures casus particulares dubitabiles, *par. 4. tract. 1. resol. 43. & seqq. & part. 5. tract. 1. resol. 2.* ubi se redimit à Cutellio contrarium tenente & illum mordicus improbante *in lege Martini cap. 17. num. 5.* idem Dian. *part. 6. tract. 1. resolut. 14. cum pluribus seqq.* ubi de aliis casibus gravibus, in quibus tamquam à Bulla non exceptuatis immunitas suffragatur, & eadem *part. 6. resolut. 25. & seqq. d. tract. 1. per tot.* Possunt tamen in delictis gravibus, & enormibus licèt à Bulla non exceptis peti, & obtineri licentia extrahendi à Summo Pontifice, qui ex causa illam solet concedere, maximè Romæ, ut testatur Farinac. *in Append. de immunit. cap. 2. nu. 17.* & Dian. *d. resolut. 15.* Episcopi verò, & Prælati non possunt hujusmodi licentiam extra casus expressos concedere, Dian. *d. part. 6. tract. 1. resolut. 32. qu. 2.* ubi tamen refert alios contrarium tenentes; & plenè Thom. del Bene *tract. de immunit. part. 2. cap. 16. dubit. 24. per tot. fol. 73. &c.* ubi quòd ab Ecclesiæ immunitate non excluduntur aliæ causæ criminales, præter supradictas expressas, etiam si essent graviores, veluti raptus virginum, Sodomia, Sacrilegium, blasphemia, vel superstitio non hæreticalis, Simonia, defloratio monialis, falsum, Strigæ in Ecclesia, parricidium sine proditione, incendium sine alia qualitate, Apostasia simplex à religione, capitaliter bannitus pro delicto non excepto, Monetarius, extractio ab Ecclesia, homicidium Ecclesiasticæ personæ, etiam Episcopi, & hujusmodi delicta, quæ licèt gravissima, cùm non sint à Bulla excepta, non sunt ab immunitate exclusa Pignatell. *consult. 67. a num. 6. tom. 2. & consult. 18. n. 62. tom. 9.*

Immunitas igitur prædicta non omnibus indistinctè prodest, sed nonnulli excipiuntur casus per dictam Bullam, in quibus non suffragatur, & sunt infrascripti. 18

Primò publici latrones, illa non gaudent; tales autem ad hunc effectum dicuntur, qui palam, & publicè furantur in publicis viis, vel etiam in privatis domibus, sive alibi publicè cum armis, & violentia, non semel, aut bis, sed frequenter, etiamsi neminem interfecerint, Farinac. *in Append. de immunit. cap. 30. num. 147. & seqq.* Mar. Ital. *de immunit. lib. 2. cap. 5. §. 2. per tot.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 28.* Ambros. *de immunit. cap. 2.* Petr. Gambacurt. *de immunit. lib. 5. part. 2. fol. 352. &c.* Pac. Jordan. *Lucubrat. volum. 2. lib. 11. tit. 3. numer. 398. & seqq. fol. 545.*

545. Conciol. *resol. crim. verb. Furtum resolut.* 14. *per tot.* Sperel. *decis.* 102. *num.* 41. & *seqq.* ubi quòd non dicuntur tales, etiamsi pluries derubare attentaverint, nisi delictum fuerit consummatum, & *decis.* 503. *num.* 27. & *seqq. per tot.* ubi quod publici latrones, vel grassatores non perdunt immunitatem semel, vel bis delinquendo, sed tùs demum si sæpius delictum reiteraverint, saltem ultra binas vices, cùm aliàs de jure sibi tale nomen non conveniat, etiamsi vigore bannimentorum particularium declaretur tales etiam pro prima vice, & ultimo supplicio afficiantur, cùm ad judicandum de immunitate non ad jura municipalia, vel consuetudines, sed ad jus commune sit habendus respectus, & ab eo sumenda interpretatio, & declarat Sperel. *loc. cit.* & Peguer. *decis.* 40. *n.* 7. Dian. alios citans *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 25. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 137. *num.* 6. & 7. ubi tamen videtur tenere posse etiam ad hunc effectum bannimenta attendi, vide in §. *Assassini n.* 5. & 7. Chartar. *dict. dec.* 46. *n.* 25. *ubi etiam de seqq.* Fagnan. in *cap. inter alia n.* 21. & 49. *de Immunit. Eccles.* Layman. *Theol. moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 8.

Qui dicantur publici latrones, ut non gaudeant immunitate, latè Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 7. *n.* 16. & *seqq.* ubi extendit ad plures, & *controv.* 42. *num.* 11. & *seqq.* & *controv.* 43. ubi quòd idem sonant latro, ac grassator, Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 13. 14. & 15. *fol.* 41. &c. ubi quòd sufficit bis deliquisse ut supra, & idem esse in captivantibus, & componentibus, vel taleas imponentibus in stratis publicis, etiam Urbium, secùs si privatim, & secretè.

Secundò grassatores viarum non gaudent immunitate, quales sunt illi, qui vias publicas frequentatas obsident ad deprædandum, & spoliandum sub impetu viatores, & renitentes occidendum, non tamen sufficit quòd semel, aut bis talia commiserint, sed frequentia trium, aut plurium grassationum requiritur, Farinac. *d. Append. de immunit. cap.* 12. *num.* 561. & *seqq.* Gambacurt. *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 12. *per tot. fol.* 355. Ambros. *d. tract. cap.* 3. & alii supracitati, Dian. *resolut.* 15. ubi etiam quid dicendum de facientibus captiones personarum, & compositiones vulgò Riscatti, & hujusmodi. Quòd grassatores dicantur etiam illi, qui grassantur in viis, vel vicis intra Civitates, cùm istæ etiam sint viæ publicæ, ac magis frequentatæ, benè probat Matthæu. Sanz. *d. controv.* 42. *n.* 11. & *seqq.* ubi idem in oppidis, & villis frequentatis, Thom. del Bene *loc. cit. dubit.* 18. *per tot. fol.* 43. Cortiad. *decis.* 107. cum aliis citatis per Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 51. *num.* 5. & 6.

Tertiò depopulatores agrorum, qui scilicet data opera colligunt fructus pendentes, aut illos destruunt, & devastant, sive de die, sive de nocte, Farinac. *d. tract. cap.* 12 *num.* 158. &c. *de carcer. q.* 28. *num.* 50. &c. Gambacurt. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 13. *per tot. fol.* 358. Ambros. *d. tract. cap* 5. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 3. *num.* 321. & *seqq. fol.* 545. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 15. *vers. verum publicis*, ubi videtur tenere, quòd diurni gaudeant immunitate; & idem etiam quoad diurnos, ut gaudeant immunitate, nisi publicè agant, ut veniant sub exceptione publicorum latronum, nocturnos autem non gaudere, etiamsi non publicè, sed clandestinè, vel quomodocumque faciant, dummodo constet, & pluries id egerint Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 6. & 17. Fagnan. *in cap. inter alia n.* 27. *de Immun. Eccles.* Layman. *Theol. moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 8.

Quòd depopulatores agrorum tam nocturni, quam diurni non gaudeant immunitate Ecclesiæ, Cortiad. *decis.* 109. & Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 31. *num.* 3. & 4. De Incendiariis dolosis dixi in §. *Incendium num.* 9.

Quid de incendiariis; non gaudere immunitate firmant aliqui relati per Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 16. ubi tamen ipse contrarium sustinet, cum non sint à Bulla excepti, vide in §. *Incendium n.* 3. Thom. del Bene *d. dubit.* 16. *n.* 6. ubi quòd non gaudent incendentes agros data opera, vel si ex incendio sequatur proditoria mors, vel aliud delictum exceptum à Bulla.

Quartò committentes homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, aut illarum Cœmeteriis, etiamsi id agant existentes extra Ecclesiam, vel Cœmeterium cum sclopo, vel sagitta contra existentem in Ecclesia, vel Cœmeterio, vel stantes ipsi in Ecclesia simili modo occidant, vel mutilent existentem extra, secundùm unam communem opinionem, de qua dixi supra *num.* 5. licèt in hoc secundo casu contrarium doceant Bonac. & Jordan. *locis infra proximè citatis*. Et hæc conclusio procedit licèt mortaliter vulneratus in Ecclesia, moriatur extra illam, non autem si vulneratus extra se recipiat in Ecclesiam, & ibi moriatur; si verò vulnera non fuerint mortalia, & sic non sequatur mors, vel sequatur ob malam curam, non intrat privatio immunitatis, quæ hodie vigore dictæ Bullæ suffragatur pro aliis delictis in Ecclesia, vel Cœmeterio commissis, excepto ut supra homicidio, & mutilatione, & ideò suffragatur etiam mandantibus, & consulentibus ex hoc capite, licèt alii contra, & vide infra *num.* 19. Sed fortè non gauderent mandantes ex capite assassinii, ut infra, de quibus, & aliis ad propositum, vide Clar. §. *fin. quæst.* 30. *num.* 15. &c. Amoros. *de immunit. cap.* 4. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 8. Conciol. *resolut. crim. verb. delictum resolut.* 9. *per tot.* ubi contra immunitatem in dictis casibus dubitat, & in verbo Immunitas *resolut.* 3. *per tot.* ubi plura, Farinac. *de carcerat. quæst.* 28. *num.* 61. &c. & latius in *Appendic. cap.* 16. *num.* 223. &c. Bonac. *de legib. disput.* 3. *quæst.* 7. §. 4. *num.* 7. &c. Covar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 20. cum aliis per Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 12 *tit.* 3. *num.* 3 5. & *seqq.* ad 341. *fol.* 546. Gambacurt. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 16. &c. *fol.* 365. vide supra *num.* 5. Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 2. ubi quòd pro aliis delictis quantumvis gravibus in Ecclesia, vel Cœmeterio commissis prodest immunitas, licèt in hoc referat contrarium tenentes, & *loc. cit. resolut.* 9. 10. & 11. ubi etiam quid si non deliberatè, sed accidentaliter ex ira, vel provocatione sequatur, & his casibus immunitatem prodesse concludit, & allegat Farinac. *d. cap.* 16. *num.* 240. & *alios*, idem Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 107. ubi etiam de eo, qui per vim extraxit ab Ecclesia, & posteà occidit, ut non privetur immunitate, refert tamen alios in utroque casu contrarium probantes, & de omnibus dictis casibus pro immunitate, idem Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 7. &c. vide Sanfelic. *decis.* 243. & 330. cum plena additione, latè Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 19. *per tot. fol.* 44. & *seqq.* ubi per decem sectiones omnes prædictas dubitationes resolvit cum variis opinionibus, & declarationibus, latè Pignatell. *consult.* 38. *tom.* 2. Fagnan. *in cap. inter alia n.* 29. & 47. *de Immun. Eccles.*

Quòd occidens alium in Ecclesia ex causa improvisa, & subitanea non amittat immunitatem Ecclesiasticam, nec Ecclesia indigeat reconciliatione ob sanguinis aspersionem, Merlin. Pignatel. *controv.* 66. *num.* 30. Vermiglioi. *cons. crim.* 103. *per tot.* Jacob. Pignatel. *canon. cons.* 38. *num.* 3. & *seq. part.* 2. Jul. Capon. *for. disceptat.* 42. *per tot.* quos refert, & sequitur novissimè D. Reynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 10. *n.* 14. & *seqq.* ubi etiam quòd Jacob Pignatel. *loc. cit.* dicit ita decisum Neapoli, & pluries in Sacra Congregatione Immunitatis, & miratur quòd Thom. del Bene *loca per me citata sect.* 4. *num.* 3. tenetur extare consuetudinem contrariam vide supra *num.* 5. *vers.* 1. *in fine.*

Quintò proditores homicidæ, quales sunt, qui simulata amicitia, quoquomodo sine rixa alium non suspicantem occidant, (secùs si inimicum etiam ex insidiis, appensatè, & malis artibus) sub quo nomine veniunt etiam patricidæ ex proposito animo deliberato, & nulla præcedente rixa, matres, quæ filios infantes perimunt, vel fœtus animati abortum dolosè faciunt, venenum amico, vel familiari propinantes, & similes sub specie amicitiæ, & familiaritatis alium necantes, effectu tamen semper subsequuto, Farinac. *d. q.* 28. *num.* 24. &c. & *in Appendic. cap.* 9. *num.* 131. &c. Card. Tusch. *litt. E*, *concl.* 11. & *litt. P*, *concl.* 869. Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 12.

&

& 13. *per tot.* & *resolut.* 26. *q.* 1. ubi de parricidio, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *observat.* 12. ubi non sufficit actus proximus, & *observ.* 23. & 33. &c. Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *num.* 341. & *seqq. ad* 349. *fol.* 547. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *fol.* 232. Gambacurt. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 27. &c. *fol.* 415. *vide supra num.* 6. *in* §. *Homicidium num.* 9. §. *Venenum n.* 10. §. *Pax num.* 16. §. *Testis n.* 35. latè Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 20. *per tot. fol.* 53. & *seqq.* ubi per decem sectiones omnes prædictos casus, & alios similes benè comprobat, & declarat, facit quod dixi *in* §. *Amicitia n.* 7. *in Addit.* ubi qualiter ad hunc effectum sit probanda simulata amicitia in ipso actu delicti sine rixa, Lezan. *q. regul. vol.* 2. *verb. immunit.* ubi de omnibus Fagnan. *loc. cit. num* 31. 49. & 54. Layman. *Theol. Moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 8.

Quòd actus debeat esse consummatus, Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1 *resol.* 4. & 5. ubi, & proditoriè, nec sufficit ex insidiis, idem Dian. *loc. cit. resol.* 28. & *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 83. ubi qui proditoriè vulneravit gaudet immunitate, si non fuit mors sequuta, Lezan. *loc. lit. num.* 12.

Quòd occidens infidelem licèt proditoriè, vel per assassinium gaudeat immunitate, Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 105. ubi tamen refert Farinac. & alios contrarium tenentes vide in §. *Assassinium num.* 1. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 409. *observ.* 5. ubi sequitur Farinacium, & alios contra Dianam, quos etiam sequitur Thom. del Bene *loc. cit. sect.* 4. *fol.* 55.

Quòd Officialis occidens, quem captum apud se detinet etiam sibi aliàs inimicum, dicatur proditor, & non gaudeat immunitate, Sanfelic. *decis.* 249. *in fine.*

Non desunt etiam auctores validè probantes, homicidas ex insidiis, & industria dici proditores, & non gaudere immunitate Ecclesiæ, per text. *in cap.* 2. *de homicid.* etiam in terminis præcitatæ Bullæ Gregorianæ, cum idem sit per industriam, & insidias occidere, ac proditoriè, Gambacurt. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 29. *fol.* 420. & perbellè, ac doctè pluribus aliis citatis docet Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controv.* 30. *per tot.* & *controv.* 29. *n.* 49. & *seqq.* hanc partem sequitur etiam Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 20. *sect.* 1. *num.* 3. ubi allegat plures textus, & Doctores illam probantes, licèt posteà *sect.* 2. *num.* 8. & *sect.* 5. *per tot.* dicat immunitate privari tantùm homicidas sub colore amicitiæ, secùs autem si occidatur inimicus, etiam ex industria, & per insidias, & sic tota vis consistit, an occidatur amicus, vel inimicus, qui semper habet causam præcavendi.

De materia ibi enunciata, plenè pluribus aliis citatis Raynald. *Sintax rer. crim. cap.* 8. §. 3. *nu.* 102. & *seqq.* ubi quòd tribus modis committitur proditorium, & an unoquoque modo commissum faciat cessare immunitatem exemplificando in pluribus casibus, nempè in offensione facta ab amico reconciliato, vel ab eo, qui vocavit adversarium ad pugnam pro certa die, & loco, & interim illum offendit, vel à famulo licentiato, & adhuc domi retento si dominum occidat, & hujusmodi, tam ad affectum augendi pœnam, quàm ad effectum gaudendi, vel non immunitate Ecclesiæ si sequutum fuerit homicidium, & alia plura ad rem.

De inimico occidente inimicum apprehensum, & ligatum in manibus Curiæ, ut non gaudeat immunitate Ecclesiæ stante impotentia præcavendi, & se defendendi, sicut non gaudent occidentes infantem, vel dormientem ob easdem rationes, & quia tales occisores sunt verè proditores, benè probat, & decisum, ac furcis reum suspensum testatur Quesad. Pilo *controv. for. cap.* 12. *per tot. cap.* 39. *num.* 21. de occidente inimicum dormientem, vide Pignatell. *consult.* 18. *n.* 28. *tom.* 9. & Lezan. *quæst. regul. vol.* 2. *verb. immunitas*, *n.* 12.

De matre occidente fœtum natum, & non baptizatum, ut non gaudeat immunitate pluribus citatis, decisum, & furca suspensum testatur idem Quesad. *cap.* 30. *num.* 59. & *seqq. per tot.* Pignatell. *loc. cit. nu.* 20. & Lezan. *loc. cit. dict. n.* 52.

De occidente inimicum reconciliatum dixi in §. *Pax n.* 16. De famulo occidente dominum, vide in §. *Homicidium n.* 9. *vers. quod Homicidium*, Sic etiam data cautione de non offendendo Pignatell. *consult.* 53. *n.* 2. & 16. *cum seqq. tom.* 2.

Imò neque homicidas cum sclopettis parvis, & reprobatæ mensuræ gaudere dicta immunitate in terminis dictæ Bullæ, perpendendo plures alias Pontificias Constitutiones, per quas hujusmodi arma proditoria declarantur, & propterea homicidia cum illis commissa dici proditoria, & ab immunitate exclusa, ingeniosè quidem ostendit idem Matthæu. & Sanz. *loc. cit. controv.* 31. *per tot.* & *controv.* 29. *num.* 53. & *seqq.* Sed hæc in praxi sunt obtentu difficilia, cum declaratio spectet ad Ecclesiasticos, prout nec in casu Sanzii obtenta fuerunt, ut testatur ipse *d. controv.* 29. *in fine*, vide supra *num.* 5.

Sextò Assassinii, qui pecunia, vel alio præmio pecunia æstimabili accepto, vel promisso, de alterius mandato incautos homines occidunt nihil tale ab illis suspicantes, sub quo nomine comprehenduntur etiam mandantes, & fautores; quòd tamen non procederet stante exiguitate, vel modicitate premii, vel sola subministratione expensarum, vel promissione incerta, generali, aut verbis curialibus concepta, vel nulla præcedente promissione, sed sola spe lucri, vel animo complacendi, vel stante inimicitia propria, vel præsente mandante, vel si sint famuli, sive filii, vel si mandatum sit tantùm de vulnerando, & non de occidendo, nisi tamen sequatur homicidium ex culpa mandantis, Farinac. *d. q.* 28. *num.* 26. &c. & *in Append. cap.* 8. *n.* 118. & *seqq.* Bonac. *de legib. disput.* 3. *qu.* 7. §. 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 360. Clar. §. *Assassinium*, Pac. Jordan. *loc. supra cit. nu.* 349. & *seqq. ad* 372. *fol.* 348. Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *observ.* 24. Gambacurt. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 32. & *seqq. fol.* 428. *dixi in Pract.* §. *Assassini*, & *in hoc Opere* §. *Assassinium n.* §. *Mandatum n.* 26. §. *Inimicitia n.* 7. adde Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 18. *vers. non reticeam*, & *part.* 4. *tract.* 1. *resol* 109. ubi de mandante præsente, & de mediatore, latiùs de omnibus prædictis idem Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 11. *per tot.* Thom. del Bene *de immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 21. *per tot. fol.* 59. & *seqq.* ubi per septem sectiones totam dictam materiam explicat, vide supra *n.* 5. *in fine*, Lezan. *in dict. verb. immunitas n.* 13. Fagnan. *in dict. cap. inter alia n.* 30. & 99. *de Immun. Eccles.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *n.* 9.

Quid in teste, qui sua falsa depositione mediante pecunia fuit causa, ut quis morte afficiatur, vide in §. *Testes n.* 35.

Septimò hæretici, illorumque fautores, auxiliatores, receptatores, & hujusmodi sequaces, dummodo favor, & auxilium, vel receptatio præstetur intuitu hæresis, secùs si intuitu amicitiæ, vel parentelæ, vel alia de causa, & dummodò sequatur effectus auxilii; sub quorum nomine veniunt etiam Apostatæ fidei, Blasphemi maximè hæreticales formaliter, & de stylo Sancti Officii, ac etiam Simoniaci secundùm aliquos, licèt contrarium sit verius, nisi crederent licitum esse emere, vel vendere spiritualia; hujusmodi tamen causæ spectant ad forum Ecclesiasticum, Farinac. *d. quæst.* 28. *n.* 68. & *seqq.* & *in Append. cap.* 13. *num.* 167. & *seqq.* Ambros. *de Immunit. cap.* 8. Gambacurt. *cod. tract. lib.* 5. *cap.* 35. & *seqq. fol.* 439. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 40. Bonac. *loc. supracit.* Card. Tusch. *litt. E*, *conclus.* 11. Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *n.* 372. & *seqq. ad* 381. *fol.* 550. vide in §. *Hæresis n.* 10. §. *Blasphemia n.* 9. Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 2. *cap.* 2. *c.* 16. *dubit.* 22. *per tot. fol.* 64. ubi etiam de suspectis, & Lezan. *loc. cit. nu.* 14. & Pignatell. *consult.* 10. *tom.* 9. Fagnan. *loc. cit. n.* 33. Layman. *loc. cit. n.* 8.

Intellige, ut hæretici non gaudeant immunitate pro hæresi, sed benè pro aliis delictis ab hæresi distinctis, Dian. *resol. moral. part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 29. & *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 24. Thom. del Bene *d. dubit.* 22. *n.* 3. & *seqq.* Pignatell. *loc. cit.*

An autem sacrilegi gaudeant immunitate Eccle-

siæ,

ſiæ, dixi in §. *Sacrilegium n.* 9. Fagnan. *ſupra n.*40.

Octavò committantes crimen læſæ Majeſtatis, ſcientes, & non revelantes, intelligendo in perſonam ipſiuſmet Principis, & non miniſtrorum, & ſic in primo capite, & de Principe ſupremo Superiorem non recognoſcente, & quando tale crimen committitur à ſubdito, ſecùs ſi ab extraneo, Addit. ad Sanſelic. *dec.* 402. *obſerv.* 14. & 15. ubi etiam de offendentibus ſtatuas, & imagines Principis, Farinac. *d. quæſt.* 28. *n.* 72. *& ſeqq. & in Append. cap.* 24. *n.* 279. *& ſeqq.* Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 6. & 7. *reſolut.* 29. *& part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 93. ubi quòd conjurans contra Regnum, vel Civitatem gaudet immunitate, quia Bulla excipit tantùm perſonam ipſiuſmet Principis, *& part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 18. ubi in fine contrarium tenet quoad ſcientes, & non revelantes, ut ſcilicet iſti gaudeant immunitate. Sed imò non gaudere, ſed eſſe cautè cuſtodiendos, & conſulendum Pontificem, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 2. *reſolut.* 90. & 91. ubi de receptatoribus, & defenſoribus, Ambroſ. *de immunit. cap.* 9. Gambacurt. *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 40. *& ſeqq. fol.* 451. Mart. Ital. *eodem tract. lib.* 1. *cap.* 5. §. 7. Th. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 23. *per tot. fol.* 67. *&c.* Bonac. *de legib. diſput.* 3. *q.* 7. §. 4. & alii penes Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *n.* 380. *& ſeqq. ad* 390. *fol.* 551. *ubi n.* 390. *& ſeqq.* probat non prodeſſe etiam Judæis, & infidelibus, licèt à Bulla non expreſſis, quia excludendo hæreticos ut ſupra, multò magis iſtos excluſiſſe cenſendum eſt, niſi petant Baptiſmum verè, & non ſimulatè, de quo vide ſupra *n.* 22. *& in* §. *Judæus n.* 1. ubi contra Lezan. *ubi ſuprà n.* 15. Fagnan. *loc. cit. n.* 33.

Quid in Monetariis? vide in §. *Moneta n.* 2. De Tonſoribus monetarum Pignatell. *conſult.* 28. *n.* 37. *tom.* 9.

An occidentes Epiſcopum vel Cardinalem dicantur committere crimen læſæ Majeſtatis, & priventur immunitate, videtur negare Farinac. *de immunit. c.* 23. *n.* 285. illum ſequitur Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 402. *obſerv* 26. ubi de Regis Officialibus. Sed quoad Cardinales etiamſi capellum à Pontifice adhuc non receperint contrarium cum Peregrin. *de Immunit. c.* 9. *n.* 5. tenuit Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 20. *in fine, & part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 80. *&c.* ubi plura de pœnis offendentium Cardinales, *& cap. felicis de pœnis in* 6. *& reſol.* 86. ubi quòd non gaudent immunitate conſulto tamen Pontifice, *& reſol.* 87. ubi de mandante.

An Regularis occidens ſuum Generalem gaudeat immunitate, negat Novar. *in Summ. Bull. part.* 2. *de immunit. n.* 67. Sed contrarium verius probat Dian. *part.* 7. *tract.* 11. *reſol.* 37.

Quòd in Regnis Hiſpaniæ dicta Conſtitutio Gregoriana de immunitate, non ſit uſu recepta, cum ab ea ſupplicatum fuerit, & in his, quæ fidei, aut juris divini, vel naturalis non ſunt, requiratur acceptatio populi ad validitatem Conſtitutionis, & ideò in dictis Regnis, donec aliter per ſummum Pontificem ſtatuatur, quæſtiones immunitatis juxta ſanctiones canonicas, & non per Gregorianam decidantur, plurimis citatis probat Laurent. Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 7. *num.* 14. *& ſeqq.* vide §. *Lex n.* 10.

Sed ubique locorum dictam Conſtitutionem procedere, Thom. del Bene *tract. de immunit. part.* 2. *c.* 26. *dubit.* 4. *fol.* 3. vide tamen eumdem *dubit.* 40. *ſect.* 2. *n.* 3. *& ſeqq. fol.* 115. ubi in quibus locis non ſit uſu recepta, vel præſcripta.

39 Immunitas Eccleſiaſtica, quæ in ſupradictis caſibus à Bulla exceptis non prodeſt principalibus delinquentibus, non etiam ſuffragatur complicibus, neque auxiliatoribus ejuſdem delicti exceptuati, licèt Bulla de illis expreſsè non loquatur, ut dixi in mea *Practica* §. *Aſſaſſini n.* 7. alios refert, & ſequitur Sperel. *dec.* 64. *n.* 45. ubi tamen, & per totam deciſionem limitat non procedere, ſi dicti complices, & auxiliatores qualitatem delicti exceptuati ignoraverint, licèt aliàs tamquam dantes operam rei illicitæ videantur teneri de omnibus indè ſequutis, cui fundamento, & aliis multifariam ſatisfacit, adde Peregrin. *de Immunit. cap.* 7. *n.* 37. Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 412. Tuſch. *lit. E, concl.* 50. *nu.* 50. *concl.* 11. *n.* 7.

Contrarium quòd mediatores, & complices aſſaſſinii gaudeant immunitate, cum Bulla de illis non loquatur, Anton. de Marin. *reſolut. cap.* 171. *nu.* 5. Maſul. ad Capyc. *deciſ.* 112. Gambacurt. *de immun. lib.* 5. *cap.* 34. *n.* 14. Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 33. & 109. *verſ. notandum.*

Immunitas an ſuffragetur perſonis Eccleſiaſticis, ne poſſint pro delictis ordinariis à Bulla non exceptis de mandato ſuorum ſuperiorum extrahi ab Eccleſia, quaſi quòd cum illi ſint ſubjectæ ratione perſonarum, quod magis eſt, non videantur ratione loci ſacri eximendæ, nè per hoc præjudicetur poteſtati, & juriſdictioni Eccleſiaſticæ, & cum Bulla ſpecificè loquatur de laicis, controvertunt Doctores, inter quos Ricc. *Collect.* 3177. *& in dec. Curiæ Archiepiſcop.* 12. *p.* 2. auctoritate Abb. & aliorum probat perſonas Eccleſiaſticas non gaudere dicta immunitate, ſed poſſe extrahi à Miniſtris Eccleſiæ, & de mandato ſuorum Superiorum, etiam in caſibus, in quibus Laici extrahi non poſſent, & hanc opinionem etiam pluribus hinc indè citatis cum aliquibus declarationibus ſequitur Carlin. *controv. forenſ. c.* 10. *n.* 17. *& ſeqq.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 57. *n.* 21. ubi allegat Riccium *dec.* 89. *tom.* 2. adde Franciſc. Ant. Tranched. *Conſult.* 30. *per tot.* & latè Th. del Bene *tract. de immunit. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 50. *ſect.* 12. *per tot. fol.* 31. ubi contrariis ſatisfacit, *& ſect.* 14. & 15. *fol.* 35. Michael Ferro Manriq. *quæſt. Vicar. part.* 1. *quæſt.* 65. 40

Alii tamen magis communiter concludunt, quòd etiam perſonis Eccleſiaſticis ſuffragetur, nè videantur eſſe deterioris conditionis, quàm Laici, & ex aliis rationibus, quam opinionem ſequitur etiam Sacra Congregatio, exceptis tamen caſibus ſupradictis à Bulla expreſſis, vel aliis depoſitione dignis, ut teſtatur Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 215. *& ſeqq. fol.* 535. Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 24. & 25. *per tot.* ubi plures pro utraque parte allegat, *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 35. ubi allegant declarationem Sacræ Congregationis perſonis Eccleſiaſticis favorabilem de anno 1618. vide Vazq. *de ſucceſſ.* §. 22. *n.* 54. Addit. Ad Sanfelic. *deciſ.* 402. *obſerv.* 27. Farinac. *q.* 28. *n.* 7. *&c.* Gambacurt. *de immunit. lib.* 4. *cap.* 11. *per tot.* Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *&c.* Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 25. *verſ. notandum eſt, & reſolut.* 26. *qu.* 10. *& part.* 10. *tract.* 14. *reſol.* 30. *per tot.* ubi de Religioſo, qui fregit carceres ſui Monaſterii, & fugit ad alienam Eccleſiam, vel Monaſterium, vide in §. *Clericus n.* 81. adde latè Zuff. *de legitim. Proceſ. crimin. in Annot. ad Conſtit. Barber. n.* 73. *& ſeqq. per tot. fol.* 490. ubi poſt plura hinc indè videtur pro immunitate concludere, Poſſent. *ſing.* 162. & 163. *per tot.* ubi quòd etiam Regulares gaudent immunitate, ſi ad hunc finem ad locum immunem confugeriat, ſecùs ſi ex alia cauſa, & idem videtur dicendum quoad laicos per rationes ibi adductas Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 11. *n.* 51. *& ſeqq.* Pignatell. *conſult.* 2. *n.* 26. & 39. *tom.* 9. Vide Fagnan. *in cap. inter alia a n.* 70. *de Immun. Eccleſ.*

An autem Perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicuti ut ſupra gaudent immunitate Eccleſiæ pro delictis à Bulla non exceptis eodem modo, quo Laici ſint inſuper privilegiatæ, ut eadem immunitate gaudeant etiam pro delictis enormibus à Bulla exceptis & videtur affirmare Pac. Jordan. *d. tit.* 3. *n.* 308. *verſ. ſed hic obiter fol.* 545. motus ex eo, quòd ſoli Laici nominatim excludantur ab immunitate in dictis caſibus expreſſis, & aliud ſit ſolis Laicis in certis caſibus adimere privilegium, prout in Bulla, aliud Laicis tantùm immunitatem impertire, quod non facit dicta Bulla, nihil tamen allegat, & profitetur ſe animo tantùm excitandi ingenia, difficultatem proponere.

Verùm ſatis apertè colligitur contrarium eſſe verius, ut neque Perſonæ Eccleſiaſticæ gaudeant immunitate in dictis caſibus exceptis, ex traditis per DD. ſupra in primo caſu citatos, & præcipuè per ipſum Jordan. *n.* 215. *& ſeqq.* intelligendo ſervatis ſer-

vandis, & ut fola Judicibus Ecclesiasticis, non autem Sæcularibus subiiciantur, nisi servatis, servandis, prout dixi in *§. Clericus n.* 81. *& per tot.* latè Gambacurt. *de immunit. lib.* 7. *per tot.* ubi plura de delictis, & personis Ecclesiasticis, an & quando gaudeant immunitate, vel non.

Alia vide in *§. Ecclesia n.* 21. *& §. Delinquens n.* 1. *&c.*

Plures declarationes Sacrarum Congregationum, & Rotæ Romanæ Decisiones circa prædictam materiam immunitatis Ecclesiasticæ simul collectas, & per extensum politas, vide penes Dian. *resol. mor. part.* 5. *in fine tract.* 14. ubi notat ex his puris fontibus in hac materia, & non ex turbidis aliquorum recentiorum lacunis sumendas esse resolutiones; & alia plura apud Thom. del Bene *tractat. de immunit. part.* 2. *in Addit. ordine alphabetico digestas usque ad annum* 1637. *in tertia editione Lugduni* 1674.

Et in dubio pro immunitate Ecclesiæ judicandum, latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 402. *vers. Pro coronide*, dixi in §. *Ecclesia n.* 34. Thom. del Bene *de immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 37. *sect.* 1. *nu.* 27. *& dubit.* 46. ubi ex Guaz. *def.* 20. *n.* 20. dicit, quòd Episcopus in omni casu dubio consulere debet Pontificem. Pignatell. *consult.* 9. *n.* 14. *& seqq.* ubi quomodo intelligendum sit *tom.* 9. *& consult.* 22. *n.* 8. *eodem tom.*

21 Immunitas Ecclesiæ qualiter suffragetur Militibus in Castris existentibus, si confugiant ad Tentorium, in quo Divina celebrantur, vel ad Ecclesiam Castri; qua cautela uti possint, si Dux Generalis Exercitus, Castra in alium locum divertat, ut diviso Altari reum capere faciat, quis tunc declarare possit super ista immunitate, aliaque plura de potestate Vicarii Generalis Exercitus, Dian. *part.* 10. *tract.* 15. *resolut.* 15. *per tot.*

22 Immunitas Ecclesiæ an prosit reo ab Ecclesia extracto, si à carceribus fugiat, & deinde extra Ecclesiam denuò capiatur, vide Sanfelic. *dec.* 242. ubi primò arguit pro immunitate ex eo, quòd sit concessa loco, & non personæ, & Ecclesia spoliata sit ante omnia restituenda, sed postea concludit contrarium, non contradicentibus Ecclesiasticis fuisse bis resolutum, & compilato processo, hujusmodi reos ultimo supplicio damnatos, & sententias executas, eò quia extra locum sacrum fuerunt inventi, & capti, ibique Judex suam incipit exercere jurisdictionem, & non violavit immunitatem, & ex traditis etiam per Farinac. *de immunitat. Eccles. cap.* 19. *n.* 306. facit supra *n.* 14. *&* 15. atque hanc ultimam opinionem sequitor Thom. del Bene *de immunit. par.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 31. *n.* 17. *fol.* 97. ubi etiam quòd potest morti tradi, non expectata Episcopi sententia.

An autem delinquens, qui semel pro aliquo delicto immunitatem amisit, intelligatur perpetuò illa privatus pro aliis delictis, etiam immunitate gaudentibus, Fontan. *dec.* 582. ubi negativè concludit cum aliquibus declarationibus.

Et an restitutus Ecclesiæ, vel dimissus ob immunitatem illius cum compositione, possit iterum pro aliis delictis captus allegare immunitatem tamquam non liberè, & justè restitutus, Fontanell. *dec.* 583. *per tot.*

23 Immunitas si non suffragetur delinquenti pro delicto excepto, an saltem suffragetur eidem pro aliis delictis non exceptis, ita ut si fuerit ab Ecclesia extractus pro delicto excepto possit tantùm de eo interrogari, torqueri, & puniri, non autem de aliis non exceptis, pro quibus non potuisset ab Ecclesia extrahi. Et suffragari pro non exceptis videtur dicendum, quia alia crimina non excepta non privant immunitate, ut colligitur ex Covar. *var. lib.* 2. *c.* 20. *sub nu.* 15. *vers.* 24. Castr. Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp.* 1. *punct.* 10. *n.* 12. Bonac. *tom.* 2. *disput.* 3. *qu.* 7. *§.* 6. *propos.* 1. *n.* 13. Thom. del Bene *de immun. par.* 2. *cap.* 16. *dub.* 24. *sect.* 22. *fol.* 86.

Contrarium tamen est verius, quia semel illata Ecclesiæ injuria, pro qua delinquens effectus est indignus Ecclesiastica immunitate, remanet semper quoad omnia subditus pœnæ, Capell. Tholosan. *decis.* 422. Clar. *§. fin. quæst.* 30. *vers. sed si aliquis in fine*, Decian. *pract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 9. Farinac. *quæst.* 28. *ampliat.* 6. *num.* 60. Ricc. *Collect.* 513. *ampliat.* 4. Ambrosin. *de immunit. cap.* 5. *numer.* 10. Peregrin. *eod. tract. cap.* 6. *num.* 20. cum aliis, quos refert, & sequitur Sanfelic. *decis.* 402. *num.* 2. *& seqq. per tot.* ubi hanc ultimam opinionem intelligit, & bene, quando delinquens pro delicto exceptuato nondum fuit punitus, nam tunc etiam pro omnibus aliis privatur immunitate, & dicit hunc casum carere omni dubietate, quando verè delinquens fuit jam pro delicto exceptuato punitus, & postea alia delicta non exceptuata commisit, pro illis utique gaudet immunitate, quia privilegium Ecclesiæ non ammittitur unico actu quoad omnia, & cum hac distinctione concordantur opiniones prædictæ ex traditis per Boer. *decis.* 110. *col. ultim.* Bajard. ad Clar. *loc. cit.* Dian. *resolut. moral. part.* 6. *tractat.* 1. *resolut.* 26. *in fine.*

24 Immunitas Ecclesiæ debet tempestivè allegari, & probari, nam intempestivè allegata (postquam judex functus est officio suo per sententiam condemnatoriam, itaut non possit executionis perfectio differri, nisi post sententiam superveniat causa immunitatis, nam de causa præcedente sibi imputent, qui tamdiù conticuerunt, & quæstionem immunitatis proponere distulerunt) non facit incurrere judicem qui condemnavit, in censuras, quæ tamquam fori contentiosi non possunt sine cognitione causæ fulminari, etiam sub prætextu, quòd periculum sit in mora, quando potius mora ipsa commissa fuit per partem tamdiù tacentem immunitatis allegationem, nec possunt obligare judicem ad impossibilia, nam postquam functus est officio suo per sententiam, neque pœnam augere, neque minuere potest, neque executionem suspendere, nisi jubente Principe, ac ideò censuræ non tenent, cum supponant culpam propriam mortalem, ac etiam contumaciam respectu Ecclesiæ minantis, quæ in re sub potestate moniti non cadente dari nequit, alias sequitur contemptus censurarum, cùm excommunicati, licet sententiam revereantur, ut debent, quando nullitas est clara teneantur causam manifestare, ne habeantur pro incursis. Et sic multum cautè procedere debent Prælati ad censuras, ne sibi obiiciantur doctè quidem congesta per Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. controv.* 7. *à nu.* 34. *& seqq. per tot.* vide in *§. Excomunicatio.*

25 Immunitatis Ecclesiæ violatores quibus pœnis afficiantur, Ant. Picard. *Pract. Inst. part.* 3. *tit. de pœn. omn. del. n.* 67. *fol.* 101. & ego dixi in §. *Judex n.* 27. *& seqq.* Et qualiter indebitè extractus ab Ecclesia debeat ante omnia restitui, latè Th. del Bene *de Immũ. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 33. *per tot. fol.* 98. Cui autem Ecclesiæ sit facienda dicta restitutio dixi supra *num.* 14. *in fine.* De dictis pęnis vide Fagnan. *in cap. pro causa de sent. excomm. cap. inter alia num.* 103. *de Immun. Eccles.* Layman. *Theol. Moral. libr.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 14.

26 Immunitas Ecclesiæ est adeò privilegiata, ut reus ad illam confugiens in casibus non exceptis non possit, nec debeat inde expelli, sed ejus defensio suscipi, quia habet jus huc confugiendi, & ideò qui vellet expellere illum suo jure privaret, & graviter peccaret contra justitiam, & idem est in quocumque impediente, non obstante quòd posset se in alium locum immunem recipere, quia habet jus, & electionem ad omnem locum immunem, ita ut nec possit expelli à domibus, vel Conventibus immunitate prædicta gaudentibus, etiam reiiciendo illum ad Ecclesiam, quia ob reverentiam Ecclesiæ non potest omnia necessaria ibi exercere; nisi tamen indecenter se gerat in domibus, vel Conventibus, turbando quietem, vel inficiendo disciplinam Regularem, quia tunc posset licitè expelli, cum prævaleat jus conservandi propria loca cum debita quiete, & reus debeat ibi permanere, ut supplex, & protectionem implorans, & si taliter se gerat, indignus redditur protectione, Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dubitat.* 48. *per tot. fol. mihi* 128.

Imò etiam Judici, & ejus familiæ tentanti extrahere reum à loco Sacro ultra casus permissos, potest ipse reus, & Ecclesia resistere, & vim vi repellere pro tuen-

tuenda immunitate, etiam cum armis quoad reum, & quoad Eccleſiam claudendo oſtia, & alia remedia externa opponendo, ſine armis tamen, ut benè probat idem del Bene *dict. cap. 16. dubit. 32. per tot. fol. 97.* Michael Ferro Manrique *Quæſt. Vicar. part. 1. quæſt. 24. per tot.* ubi qualiter licitum ſit Religioſis manibus, & pugnis immunitatem defendere. Lezan. *quæſt. regul. vol. 2. verb. immunit. num. 22.*

De concluſione an ſcilicet Rectores Eccleſiarum, vel Monaſteriorum poſſint per vim, & armis, defendere immunitatem Eccleſię impediendo extractionem, & è contra an familie judicis ſæcularis, ſi ei claudantur portæ, & januæ Eccleſiæ poſſit illas frangere pro facienda extractione videndus latè, & doctè Cortiad., *deciſ. 120. & ult. per tot.*

27 Immunitas Eccleſiaſtica, an & quomodo violetur per alienationem bonorum Eccleſiaſticorum, vel non, plenè Thom. del Bene *de Immunit. part. 2. cap. 17. per tot. à fol. 129. ad 184.* & aliqua Ego notavi in §. *Alienatio num. 24. & ſeqq.* & in §. *Beneplacitum nu. 4. & ſeqq.*

Quomodo per locationem eorumdem bonorum, idem del Bene *dict. part. 2. cap. 18. per tot. à fol. 184. ad 190.* vide in §. *Locatio num. 7.*

Quomodo per ingreſſum Monaſteriorum tam mulierum quam virorum, & ſic plura de clauſura Monialium, & probibito ingreſſu intra clauſtra Monaſteriorum; de licentiis à quo, & ex quibus cauſis concedi poſſint, vel non, & alia multe ad rem, idem Thom. del Bene *dict. tractat. part. 2. cap. 19. per tot. à fol. 190. ad 289.* ubi *per dubit.* 82. totam materiam latè explicat, vide in §. *Monaſterium num. 20.* §. *Mulier num. 44.* & §. *Licentia num. 9. &c.*

28 Plures Bullas Pontificias ad materiam immunitatis Eccleſiæ ſpectantes, item plures alias declarationes, & decretum S. Congregationis Immunitatis Eccleſiaſticæ, tum etiam Sacrarum Congregationum Concilii Tridentini, & Epiſcoporum, ac Regularium, per materias ordine alphabetico digeſtas, uſque ad annum 1673. vide apud eumdem Thom. del Bene *in additionibus ad tract. de Immunitat. & juriſdict. Eccl. poſt part. 2. fol. 289. & ſeqq. per tot.* in tertia editione Lugduni de anno 1674.

29 Et de immunitate Eccleſiæ circa perſonas, & bona ab oneribus, & impoſitionibus publicis, plenè Flav. Popei *tract. de libert. Eccl. per tot.* ubi profitetur concordare omnes controverſias inter Eccleſiaſticam libertatem, & laicalem Poteſtatem, concludendo (poſt plura argumenta hinc inde) ut Eccleſiaſtici ſolvant onera realia ordinaria, bonis impoſita antequam ad Eccleſiam pervenirent; neceſſitatibus gravibus Principis ſæcularis, ac Reipublicæ ſint obligati, ſi judicent laicorum facultates non ſufficere, & Summi Pontificis accedat conſenſus; ob extremam verò neceſſitatem accendam poſſint laici, etiam ab invitis accipere, ſi aliter ſe tueri non valeant; laici verò alia non exigant onera ab Eccleſiaſticis, nec eorum colonos gravent ob Eccleſiaſtica bona. Ubi autem eſt conſuetudo ut bona patrimonialia Clericorum graventur ſicut & laicorum eam ſequantur, vide quæ dixi in §. *Clericus num. 45.* §. *Gabella num. 4.* §. *Eccleſia num. 20.* & alibi opportunè.

30 Plura de immunitate Eccleſiæ, & de aliis immunitatibus ab oneribus ex diverſis cauſis deciſivè tradit videndus Thoro *Compend. deciſ. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Immunitas*, Caſtejon. *Alphabet. juridic. verb. Exemptio*, & Com. Auguſt. Fontæ. *Biblioth. legal. par. 4. verb. Immunitas fol. 699. & ſeqq.* De immunitate Eccleſiæ multa Mendo *tract. de jur. Academ. lib. 3. quæſt. 31. per tot. fol. 338.* Plura Lezan. *in 2. vol. quæſt. regul. verb. immunitas*, & Pignatell. *in ſuis canon. conſultat.*, & Eminentiſs. De Luc. *in Indice general. verb. Immunitas*. Layman. *in Theol. Moral.* Fagnan. *ſup. Decretal.* Piton. Urſaya & alii moderni.

31 De violantibus immunitatem localem Eccleſiaſticam, vel imponentibus onera quæcumque perſonis Eccleſiaſticis, quas pœnas incurrent, latè videndus Carol. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part. 1. verb. Immunitas fol. 181. &c.* Mendo *tract. de jur. Academ. lib. 3. n. 343. d. quæſt. 31. fol. 341.*

Hodie in hac materia habemus Conſtitutionem Benedicti XIII., quæ tamquam lex canonica omnino obſervanda venit.

Eccleſiaſtici, quamvis immunes a Juriſdictione laicali, tamen æquum eſt, ut ſubiiciantur ſtatuto laicorum edito pro publico bono Emerix jun. *deciſ. 1154. et deciſ. 1222. per tot.* 32

Officium Eccleſiaſticum, ſive clericatus ſuſceptus poſt delictum quando ſuffragetur. Bertachin. *vot. 62. per tot.* 33

Judex Eccleſiaſticus privativè debet recognoſcere, an officium fuerit ſuſceptum in fraudem. Bertach. *vot. 62. n. 2.*

Quid quoad alios delinquentes cum eo, qui ſuſcepit clericatum poſt delictum. Fagnan. *in cap. Magnus de obligat. ad ratiocin. non ordin. n. 28. et 30. et ſeq.* Gratian. *diſcept. 226. num. 29. et 30.* Bertachin. *dict. Vot. 62. n. 5.*

Domus, ſeu Apothecæ annexæ Eccleſiæ, quando gaudeant immunitate Ricc. *dec. 151. n. 8. p. 1.* Bertachin. *vot. 158. n. 12. et 13.* 34

Confugiens ad Eccleſiam, illamque clauſam reperiens, ſi manibus tengat parietem, vel apprehendat veſtem oſtii, gaudet immunitate. Pignatell. *tom. 6. conſult. 27. per tot.* Bertachin. *vot. 158. n. 14.* 35

Structura Silicia, vel via ſilice ſtrata, vel murus feſtilis, aut ambulatorius circum Eccleſiam gaudent immunitate. Peregrin. *de Immunit. cap. 4. num. 24.* Pignatell. *tom. 9. conſult. 19. num. 4. et 5.* Bertachin. *vot. 158. n. 15.* 36

Eccleſia ruralis habet immunitatem triginta paſſuum. Pignatell. *ſupra num. 3.* Bertachin. *dict. vot. 158. n. 16.* 37

Occidens aliquem in Eccleſia ex cauſa rixæ, vel ob ſui, ſuorumque defenſionem gaudet immunitate. Pignatell. *tom. 2. conſult. canonic. 38. num. 3.* Bertachin. *ibid. n. 17.* 38

Occidens à porta Eccleſiæ exiſtentem in ſcalis ipſius Eccleſiæ gaudet immunitate. Bertachin. *dict. Vot. 158. n. 18.* 39

Immunitate Eccleſiæ aliquem non gaudere ſententia pronuncians an admittat appellationem. Altimar. *de nullit. rub. 5. quæſt. 10. tom. pr.* 40

Judices ordinarii appellationis non poſſunt in hac materia immunitatis Eccleſiaſticæ Inhibere. De Luc. *de Juriſdict. diſc. 49. n. 17. Ann. ad Conc. diſc. 30. n. 3. diſc. 33 nu. 26.* Et in gradu recurſus privativè à Sac. Congregatione immunitatis. De Luc. *Relat. Cur. diſc. 17. n. 14.* 41

Immunitas in genere eſt impræſcriptibilis De Luc. *Miſcell. diſc. 5. n. 32.* Nec allegari poſſet privilegium Apoſtolicum De Luc. *Miſcell. ibid.* 42

Immunitas realis non competit Clericis negotiatoribus. Text. *in cap. quamquam de cenſib. in 6 Clementina præſenti eod. tit.* De Luc. *de Regal. diſc. 131. nu. 13.* 43

Imunitas realis non competit pro oneribus realibus, & infixis rebus De Luc. *de Juriſd. dec 49 n. 15.* 44

In ſtatu Eccleſiaſtico immediato rara, vel nulla eſt praxis hujuſmodi immunitatis, & de ratione. De Luc. *de Regal. diſc. 181. n. 1. et 4.* 45

Immunitas realis violata non dicitur exigendo onera à Colonis Eccleſiarum. De Luc. *de Juriſd. diſc. 49. n. 13.* 46

Immunitas conceſſa titulo oneroſo, vel ex cauſa, quæ titulo oneroſo comparatur, non ſubjacet Conſtitutionibus revocatoriis immunitatum. De Luc. *de Regal. diſc. 47. nu. 16.* Cyriac. *controv. 154. num. 17.* Rot. *dec. 101. num. 30. p. 10. rec.*, & cor. Otbobon. *dec. 229. n. 30.* Anſald. *dec. 39. n. 33.* 47

Immunitas ob benemerita impartita indiget ſpeciali expreſſione, nec continetur ſub generali revocatione. Peregrin. *conſ. 7. nu. 16. vol. 3.* Tondut. *reſol. Civil. cap. 44. n. 8. & ſeqq.* Anſald. *d. dec. 39. n. 35.* 48

Immunitas ex cauſa meritorum non dicitur privilegium, ſed dicitur beneficium latè & benignè interpretandum. Bartol. *in l. penult. ff. de ſerv. legat.* Soccin. *conſ. 84. n. 12. & ſeq. lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. n. 20. & 21.* Anſald. *dict. dec. 39. n. 36.* 49

Immunis à Collectis an teneatur regiſtrare bona in novo Æſtimo, Cabrun. *Incubrat. 9. n. 6.* 50

Immunitas conceſſa ob duodecim liberos, non

transit ad ipsos liberos mortuo Patre etiam stante communione Thesaur. dec. 267. nu. 11. de Ponte de potest. Prorog. tit. 10. §. 1. nu. 40. Hodiern. ad Surd. dec. 123. n. pr.

Amplia quamvis Princeps disposuisset, ut mortuo Patre duraret immunitas filiis, in comunione stantibus. Paschal. de patr. potest. p. 4. cap. 4. n. 4. Hodier. ad Surd. dict. dec. 123. n. 3.

Immunitas concessa ob existentiam duodecim liberorum mortuo Patre non extinguitur, vivente tamen Matre. Hodiern. ad Surd. ibid. n. 4.

Immunitas prædicta verificatur etiam in filiis legitimatis, Religionem ingressis, & in bello mortuis. De Pont. cons. 16. n. 20. & 21. Hodiern. ad Surd. ibid. n. 5. Amplia, etiamsi essent legitimitati per rescriptum Principis. Trentacinq. lib. pr. variar. resol. tit. de Jure immun. resol. pr. n. pr. col. 2. vers. secundo procedit. Hodiern. ad Surd. ibid. n. 6. Item si legitimatio subsecuta fuisset post impetratam immunitatem. Hodiern. ad Surd. ibid. n. 7.

Limita in utero Existente. Roland. à Valle in cons. 52. n. 6. Hodiern. ad Surd. ibid. n. 8.

Limita etiam in filiis adoptivis. Trentacinq. loc. cit. Hodiern. ad Surd. ibid. n. 9.

De Immunitate ob numerum duodecim filiorum. vid. de Luc. in Indice verb. Gabella quoad exemptionem in genere. Castal. in suis consult.

51 Immunitas generalissima pro omnibus oneribus non comprehendit casum famis, pestis, & Belli. Hodiern. ad Surd. dec. 275. n. 2.

Immunitas generalissima concessa excepto casu belli, non comprehendit casum famis, & pestis, ubi decisio Senatus. Hodiern. ad Surd. dict. dec. 275. nu. 3. Limita quando tempore concessionis immunitatis bellum, fames, & pestis urgebant. Thesaur. lib. pr. quæst. for. quæst. 8. num. 13. Hodiern. ad Surd. d. dec. 275. n. 7.

52 Immunitas personalia an, & quando competat. De Luc. Rel. Cur. disc. 17. n. 1. de Jurisdic. disc. 58. cum seqq. & disc. 92. & 94. Miscell. disc. 2. ex n. 58.

53 Immunitatum revocatoriæ Constitutiones Pontificiæ intelligi debent de Immunitatibus gratiosis non autem ex Juris communis dispositione competentibus, quales dici debent quæsitæ ex legitima præscriptione. Sanch. cons. Moral. l. 7. c. pr. dub. 21. sub nu. 6. vers. probatur minor. Card. de Luc. de Regal. disc. 55. n. 6. Rocca Episc. cap. 84. n. 18.

Immunitatum revocatoriæ Constitutiones non procedunt in quæsitis ex titulo oneroso, etiam præsumpto ex immemorabili, nisi fiat specifica mentio. Dec. cons. 35. n. 61. lib. 2. Rol. cons. 13. n. 28. lib. 3. Card. de Luc. de feud. disc. 4. nu. 8. Rocca Episcopus dict. cap. 84. n. 20.

Immunitatum & exemptionum revocatio facta à Pontifice non intelligitur quoad competentes de Jure communi in quibus specifica requiritur derogatio. Rebuff. cons. 55. n. 31. De Luc. de Regal. disc. 55. n. 6. Rocc. Episc. cap. 170. n. 9.

Immunitatum, & exemptionum cujuscumque generi quoties derogetur, pernecessè comprehenditur immunitas competens ex dispositione Juris. Menoch. cons. 266. n. 69. Rocca Episc. d. cap. 170. n. 17.

§. IMPEDIMENTUM. V.

1 IMpedimentum legitimum dicitur illud, quod nullo modo, vel valde difficulter potest reparari, & removeri, pulchrè Duran. decis. 386. num. 3. &c. ubi loquitur de impedimento tempestatis maris, Tusch. litt. I, conclus. 28. &c. Addit. ad Sanfelic. decis. 375. in fine, ubi quòd impeditus excusatur, dummodò impedimentum sit irremovibile, nam si impeditus possit removere impedimentum, & non removet, non excusatur, quia non dicitur impeditus, qui impedimentum removere potest, Ludovis. decis. 501. nu. pr. &c. ubi ut excuset impedimentum non solum plenè, & clarè probari debet, sed etiam diligentia de illo removendo. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. nu. 431. vers. impedimentum legitimum tom. 6. Salgad. de Retent. cap. pr. §. unic. Jovi. de solemn. glos. 22. §. 2. n. 17.

Debet igitur impeditus probare quod fecerit id, ad quòd tenebatur, si impedimentum non adfuisset, & quòd fuit tale, ut non potuerit removeri, nam non dicitur impeditus, qui poterat de facili impedimentum removere, & non removendo dicitur voluntariè illud pati, & non excusatur, Montan. de tut. cap. 18. num. 34. & 35. cap. 26. n. 50. Sperel. decis. 85. nu. 26. &c. Menoch. de arbitr. cas. 118. num. 7. Vant. de nullit. ex defectu jurisdict. num. 66. Duran. dict. decis. 386. num. 6. &c. Ricc. Collect. 1786. 2890. Sanfelic. decis. 52. num. 3. ubi de impedimento carcerationis, Cala de mod. articul. glos. unica num. 590. & seqq. Altimar. loc. cit. vers. secus si, & seqq. Pen. decis. 37. De Luc. de Empt. disc. 51. a nu. 3. de Benefic. disc. 50 n. 3. disc. 56. num. 4. Mantiss. ad eumd. De Luc. libr. 6. decis. 45. n. 7. vol. pr.

Quomodo autem impedimentum probetur juramento ipsius impediti, vel aliis modis arbitrio judicis juxta facti, loci, & personarum qualitatem, Menoch. dict. cas. 118. per tot. Tusch. litt. I, concl. 30. per tot. Bertachin. in Repert. verb. Impedimentum, ubi plures allegat, latè Mascard. de probat. vol. 2. concl. 884. per tot. Barbos. in cap. 52. nu. 38. de elect. Ricc. part. 5. collect. 1786.

Impeditus comparere debet protestati de impedimento, nisi sibi currat dilatio, nisi impedimentum veniret ex parte judicis, vel esset notorium, Afflict. decis. 50. num. 3. &c. Diaz. reg. 325. vide Cevall. comm. quæst. 427. & Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 4. quæst. 38. num 431. vers. impedimentum quando non est notorium tom. 6. Barbos. in cap. pr. n. 11. de Rescr. Castejon. §. Impedimentum. 2

Quòd impeditus pervenire ad aliquem locum in tempore præscripto excusetur, ut durante impedimento tempus non currat, & ideò si postea perveniat debeat haberi, ac si infra præfinitum tempus pervenisset, Duran. dec. 586. num. 1. Ludovis. decis. 341. Si tamen nimis tardè iter suum arripuerit, & sic se ad finem termini coarctaverit, & propter impedimentum superveniens non potuit in tempore comparere non excusatur, Capel. Tholos. decis. 32. Ricc. Collect. 155. in fine.

Quòd impeditus excusetur à quocumque temporis lapsu, & à quocumque præjudicio ex illo resultante, ita ut habetur pro facto stante impedimento illud, quod erat faciendum, tam in tempore conventionali, quàm legali, latè Gratian. discept. forens. cap. 924. per tot. Barbos. de Axiom. jur. Axiom. 116. per tot. Tusc. litt. I, conclus. 29. Ricc. Collect. 155. ubi pluribus modis ampliat, & limitat, & Collect. 2890. Ludovis. decis. 341. ubi maximè si impedimentum proveniat à parte adversa, & quòd impedito non currat tempus Altimar. loc. cit. vers. sic impedito, & De Luc. de testam. disc. 72. nu. 8. Pen. decis. 37. Salgad. part. pr. de Protect. cap. 3. a n. 59. part. 2. cap. 20. n. 22.

Debet enim tempus labi per dolum, vel latam culpam, quando agitur de incurrendo aliquo præjudicio, Duran. dict. decis. 386. in fine, & decis. 365. nu. 28. &c. ubi etiam quòd dolus, vel culpa ignoranti, vel impedito imputari non potest.

Quòd legitimè impedito temporis lapsus in aliquo nocere non debeat, impedimenta autem justa, & legitima sint adversa valetudo, detentio in carceribus, non tutus accessus, pestis periculum, mors parentum, filiorum, & uxorum, bellum, vocatio ad majus tribunal, & hujusmodi, Addit. ad Sanfelic. decis. 406. ubi etiam quòd judicis arbitrio remittitur, quando remittitur, quando impedimentum dicatur justum, & legitimum, vel non, & alia.

Impeditus facto judicis non dicitur morosus, Bart. in l. non amplius num. 8. ff. rem rat. hab. Gratian. discept. forens. cap. 591. num. 39. latè Sperel. decis. 85. num. 20. & seqq. per tot. ubi quòd est necessaria protestatio, alias impedimentum non suffragatur, nisi sit notorium. Vide De Luc. de Cens. disc. 27. n. 6. 3

Quòd impedito ex facto partis adversæ, non debeat imputari negligentia, Rot. part. 13. recent. decis. 181. nu. 9. ubi allegat Cassador. decis. 9. n. 5. et 6. de appellat. Cæs. de Grass. decis. 3. num. 6. de restitut. in integr. & Burat. decis. 269. num. 5. latè etiam Sanfelic. decis. 406. num. 5. & seqq. cum Addit. Altimar. loc. 4

loc. cit. verſ. impedito ex facto. Pen. *decif.* 37. De Luc. *de Cenſ. diſc.* 27. *n.* 6.

5 Impedimentum proveniens etiam ex facto Principis, non excuſat à mora, nec ab intereſſe, nisi probetur adfuiſſe eo tempore, quo quis tenebatur implere, nam ſuperveniens poſt moram incurſam, vel etiam in fine termini, ad quem debitor non ſe debebat anguſtiare, non excuſat, prout nec quando provenit ex culpa debitoris propter inobſervantiam promiſſorum erga impedientem, vel ſi potuit removeri, ita ut teneatur curare, ut removeatur, etiam per recurſum ad Principem, vel quando fuit temporale, & alia plura de removendo impedimento, ne ſuffragetur debitori, moroſo, Altograd. *conſ.* 45. *num.* 6. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. vide *in §. factum num. pr.*

6 Impedimentum affectatum, ſive procuratum, & proveniens ab eo, vel culpa illius, qui aliquid adimplere tenetur, non excuſat, *l. non egimus*, *§. ſi mihi*, *ff. ſi quis caut. in jud.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 35. *gloſ.* 4. *num.* 29. Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 50. Barboſ. *de Axiom. jur. Axiom.* 116. *num.* Rot. *in Melvitana Antianitatis* 1. *Julii* 1643. *coram* Veroſpio *nu.* 6. *& ſeqq.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.* 2. *decif.* 83. *& pars.* 9. *recent. decif.* 492. *per tot.* ubi qualiter impeditus ſit excuſandus, quando impedimentum eſt juſtum, & non affectatum, & tanto magis ſi proveniat ex facto adverſarii, & alia de antianitate, quando incipiat currere, vel poſſit defectus diſpenſari à Papa. Antonell. *de tempor. legal. libr.* 1. *cap.* 15. *num.* 7. Pen. *decif.* 37. Caprar. *decif.* 260. *nu.* 15. *part.* 1. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſervat.* 75. *a n.* 6. *part. pr.*

Impeditus aliquid adimplere, excuſatur ſi factis diligentiis non potuit impedimentum removere, maximè ſi impedimentum proveniat ab adverſario, quia tunc actus faciendus habetur pro facto in præjudicium illius, à quo provenit impedimentum, *l. ſed & ſi §. ſi Feria*, *ff. ex quibus cauſis major.* Cravèt. *conſ.* 270. *n.* 3. Afflict. *decif.* 29. *num.* 1. *&* 2. ubi Urſil. *num.* 4. Seraph. *dec.* 1026. *num.* 3. cum aliis per Rot. *in d. Melvitana antianitatis num.* 3. *& ſeqq.* Ludoviſ. cum Beltramin. *dec.* 341. ubi quòd antianitas incipit currere à die, quo quis admitti debuiſſet, nec ſtetit per eum quin admitteretur, & caravannæ habentur pro factis quando Eques petiit ad illas admitti, & non fuit admiſſus, & idem in ſimilibus. Vide Pen. & Creſcin. *decif.* 37.

7 Impeditus morbo, vel alio juſto impedimento non tenetur regulariter mittere procuratorem, niſi ſit actor, vel niſi agatur de perpetuo, ſive longo, ſive voluntario, ſive improbabili impedimento, quia his caſibus tenetur mittere procuratorem, ſi illum habere poſſit, & cauſa non ſit multum ardua, & gravis, Diaz. *reg.* 326. *per tot.* vide in §. *Abſentia num.* & §. *Infirmitas num.*

Quando ſententia lata contra hujuſmodi impeditum ſit nulla, Vant. *de nullit. ex defect. juriſd. num.* 161. *& ſeqq. ad* 167. Altimar. *loc. cit. rubr.* 9. *q.* 48. *n.* 16. *tom. pr.* Et vide infra *in noviſſimis addit.* Creſcin. *a n.* 28.

8 Impeditus, ceſſante Impedimento, debet adimplere ea, quæ ſi non fuiſſet impeditus adimplevisset, excuſatur enim ſolum à contumacia, & mora, & ceſſante cauſa impedimenti, ceſſat id, quod ob ipſum impedimentum conſtitutum, vel conceſſum eſt, ſive indultum, *l. & ſi contra*, ubi Bald. & Salic. *Cod. de nupt.* Petr. ad Gramat. *decif.* 52. *n.* 6. Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa*, *verb. Impedimenti num.* 118. *interrog. diverſ. fol. mihi* 148. Joſeph Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 9. *nu.* 21. *&* 22. vide in §. *Infirmitas n.* Gregor. Ganaver. *decif.* 12. *&* 13. *per tot.* ubi an, & quando impeditus ratione infirmitatis, vel abſentiæ ex juſta cauſa dicatur ſervire ad effectum conſequendi privilegia militibus veteranis conceſſa juxta praxim Regiæ Cameræ Neapolitanæ.

9 Impeditus tempeſtate maris, qui non venit in tempore promiſſionis conſignationis frumenti, vel aliarum mercium excuſatur à mora, & intereſſe; ſed ſi remoto impedimento veniat poſt tempus non poteſt compellere creditorem ad recipiendum frumentum, vel merces, quia licèt impedimentum excuſet à mora, & ne teneatur ad intereſſe, non tamen facit, ut impedito detur actio cogendi ad recipiendas merces elapſo tempore convento, *l. ſi ita quis*, *§. Seia*, *ff. de verb. oblig.* Abb. *in cap. ſicut ultimo de jurejur.* Natt. *conſ.* 50. *n.* 7. cum aliis per Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 22. *de prohibita venditione frumenti ante menſem Julii fol.* 260. *nu.* 25. *&* 26. *& ſeqq.* ubi plura quando ſit præſtandum intereſſe quanti plurimi, vel non, de quo dixi in §. *Æſtimatio num.* 5. §. *Emptia num.* 51. *&* §. *Promiſſio num.* 30.

Impediens aliquem de novo teſtari, vel teſtamentum jam factum mutare qualiter puniatur, vide *in capit. ſi quis alium teſt. prob.* ubi Bald. & alii dixi in §. *Teſtator n.* 20. *&* 21. ubi plura, & plures allegavi. 10

De diverſis impedimentis, & eorum effectibus, latè Bertachin. *in Repert. verb. Impediens*, *Impedimentum*, *& Impeditus per tot.* Card. Tuſch. *litt. I*, *concl.* 28. 29. *&* 30. Card. De Luc. *in Indic. general. verb. impedimentum*. Altimar. *de nullit. & alibi*. Emeria Caprar. Manſ. Palm. Creſcin. & alii moderni.

Impedimentum, & aliæ cauſæ, ex quibus ſolet concedi reſtitutio in integrum à quo, & quomodo debeat probari, Maſcard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1275. *per tot.* ubi quòd ab allegante, & petente reſtitutionem, vide in §. *Minor*, *&* §. *Reſtitutio*. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 4. *q.* 38. *n.* 431. *tom.* 6. 11

Impedimentum ſuperveniens poſt admiſſionem ad Religionem, an, & quando impediat novitiatum, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 85. dixi in §. *Infirmitas n.* 6. 12

Impedimentum juſtum quale ſit, an debeat proteſtari, ut excuſet, an impeditis currat tempus, & alia, latè DD. citati ab Ægid. de Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Impedimentum*, & à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 703. Altimar. *dict. n.* 431. 13

De impedito culpa, ex facto alterius, quid probare debeat, ut agere poſſit contra impedimentum, Anton. Gob. *Conſult.* 15. *per tot.* 14

Quòd conditio habeatur pro impleta contra præſtantem impedimentum, *l.* 3. *ff. de condit. Inſtit.* Card. de Luca *de uſur. Diſcurſ.* 7. *n.* 12. Rota coram Buratto *dec.* 416. & in Bonon. fideicom. de Pandinis 29. Martii 1686. coram Urſino apud Baldue. in obſervat. ad Ramon. *dec.* 18. *num.* 17. *& in obſervat. ad conſ.* 27. *n.* 5. 15

Impeditus non dicitur, nec uti talis contra ſe præſcriptionem evitat, qui impedimentum de facili removere potuit, & fuit negligens; de impedimento facti, ut non officiat præſcriptioni, ſed tantùm faciat locum reſtitutioni in integrum, quid in impedimento juris, & hujuſmodi, Vela plures allegans *diſſert.* 9. *nu.* 9. *& diſſert.* 26. *num.* 52. *&c.* de aliis impeditis idem Vela *diſſert.* 39. *nu.* 16. *&c.* Cyriac. *controv.* in pluribus locis, ut in Indice verborum *Impedimentum*, *Impeditus*. 16

Impediens ſe citari habetur pro citato Altimar. *de nullit. rubr.* 12. *quæſt.* 11. *n.* 25. *tom* 2. Emeria jun. *decif.* 313. *n.* 4. & vide infra *n.* 51. 17

Terminus probatorius poteſt prorogari, & elongari ad partium petitionem, ſi juſtum impedimentum ſuperveniat. Scacc. *de Judic. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. *& ſeqq. n.* 67. *& ſeqq.* Altimar. *de nullit. tom.* 2. *rubr.* 13. *quæſt.* 2. *a n.* 208. Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 74. *nu.* 3. *p.* 1. 18

Impedimentum ad hunc effectum probari debet aliter, quam per Juramentum. Brunnemann. *in l. ultim. C. de dilationibus* Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 74. *nu.* 4. *p.* 1.

Legitimè impedito, qui actum expedire non poteſt, dilatio eſt duplicanda. Scacc. *de appellat. qu.* 14. *n.* 37. *verſ. contra hunc ſtylum* Ridolphin. *in pract. part. pr. cap.* 13. *n.* 673. Creſcin. ad Abeccl. *obſer.* 75. *n.* 3. *p.* 1. 19

Non præſtat impedimentum, quod de Jure non ſortitur effectum. Gloſſ. *in Clem. ult. in verb. ritè de Teſt.* Rot. *dec.* 51. *num.* 18. *p.* 10. *rec.* Creſcin. ad Abeccleſ. *obſer.* 86. *n.* 3. *p.* 1. 20

Impedimentum non præſumitur, ſed debet concludenter probari. Rot. *dec.* 104. *n.* 24. *p.* 5. *& dec.* 284. *n.* 38. *p.* 6. *rec.* Emeria jun. *dec.* 457. *n.* 3. 21

Impedimentum non excuſat ab executione volunta- 22

tis Testatoris, nisi insimul probetur fuisse adhibitam omnem diligentiam pro illius remotione. Rot. cor. Gregor. *dec.* 511. *n. pr.* & cor. Buratt. *dec.* 743. *in fin.* Emerix jun. *d. dec.* 457. *n. eod.*

23 Impedimentum præstitum executioni operatne, ut præstari debeat fides scripturis etiam informibus, & minus authenticis. Rot. cor. Seraph. *dec.* 1094. *n.* 2. & cor. Burat. *dec.* 634. *n.* 3. Emerix jun. *dec.* 313. *n.* 3.

24 Impedimentum proveniens ex facto Principis non impedit purificationem substitutionis factæ in casu cujuscumque voluntatis, vel impotentiæ. Menoch. *cons.* 262. *n.* 15. *& seq.* Fusc. *de substit. quæst.* 454. *n.* 76. Rot. *dec.* 54. *n.* 41. *p.* 13., *& dec.* 231. *nu.* 2. *&* 3. *p.* 14. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 399. *nu.* 7.

25 Impedimentum præsumitur factum ab ea parte, quę habet interesse. Garz. *de Benef. p.* 6. *cap.* 2. *col.* 2. *vers. quæ provisiones præsumuntur obtentæ fol.* 564. Rot. *dec.* 203. *n.* 15. *p.* 16. *rec.* Ansald. *dec.* 51. *n.* 14.

26 Impedito an currat tempus ad appellandum, & dicendum de nullitate. Hodiern. *contr.* 48. *n.* 24. Scacc. *de appell. quæst.* 12. *n.* 48. Altimar. *de nullit. rub.* 8. *quæst.* 5. *n.* 30. *tom. pr.*

27 Impedimentum nullum præstat, quod nullum est. Surd. *cons.* 136. *n.* 16. *lib. pr.* Ansald. *de Jurisd. p.* 3. *tit. unic. cap.* 10. *n.* 55. Altimar. *de nullit. rub.* 8. *quæst.* 24. *n.* 58. *tom. pr.*

28 Impedimentum legitimum si Judici allegetur, an Judex possit procedere ad ulteriora Gratian. *discept.* 18. *n.* 58. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 48. *nu.* 16. *& seq. tom. pr.*

29 Impedimento allegato ex parte citati, Judex an debeat supersedere. Cinr. *quæst.* 34. *n. pr.* Altimar. *de nullit. rub.* 11. *quæst.* 27. *n.* 69. *tom.* 2.

30 Impedimentum non dicitur attulisse, qui utitur jure suo. Rot. cor. Rembold. *dec.* 465. *nu.* 2. Caprar. *dec.* 66. *n.* 4. *p.* 1.

31 Impedimentum eventuale, promanans ab actu de Jure licito in quandam consequentiam, in jure toleratur. Rota *dec.* 21. *n.* 15. *col.* 4. *circa fin. de prob. in noviss.* Caprar. *dec.* 154. *n.* 19. *p.* 1.

32 Impedimentum non operatur, ut terminus, seu tempus determinatum, danuo currere debeat sed dempto tempore impedito conjungitur tempus antecedens, & subsequens, ut terminus, seu tempus dicatur elapsum. Surd. *dec.* 189. *nu.* 24. *vers. secundo opponebatur, & seq.* Salgad. *de Reg. Protect. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 74. *&* 75. Rot. cor. Seraphin. *dec.* 997. *n.* 9. Caprar. *dec.* 148. *n.* 5. *p.* 1.

33 Impedimentum legitimum excusat à mora. Caprar. *dec.* 575. *n.* 31. *p.* 2.

34 Impedimentum Sedis Papalis vacantis quid operetur. Seraphin. *dec.* 362. *num.* 2. De Luc. *de Censib. disc.* 27. *n.* 5. *de Testam. disc.* 72. *n.* 8.

35 Impedimentum duplex, ubi concurrit, quorum uno sublato adhuc remanet alterum, nil refert quod unum sit injustum. Felin. *in cap. cum Nuncius n. pr. de testib.* Surd. *cons.* 118. *n.* 9. *cons.* 136. *nu.* 7. *& cons.* 137. *n.* 12. De Luc. *de Empt. disc.* 15. *n.* 6.

36 Accidentali impedimento sublato operari quis dicitur jure suo primævo, & nativo. De Luc. *de Jurisd. disc.* 29. *sub n.* 7.

37 Impedimentum sequutum fuisse ex causa justa, vel injusta, cui onus probandi incumbat. De Luc. *de empt. disc.* 15. *n.* 7.

38 Impedimentum non excusat debitorem non solitum adimplere. De Luc. *disc.* 143. *num.* 6. *&* 7. *de Cred.*

39 Impedimentum ratione publicæ honestatis quando resultet ex solis sponsalibus invalidis. Sanchez. *lib.* 7. *disput.* 68. De Luc. *de Matrim. disc.* 7. *n.* 2. *et seq.* Et ut detegatur impotentia conjugum an sufficiat cohabitatio triennalis. De Luc. *de Matrim. disc.* 9. *per tot.*

40 Impedimentum dirimens inducit professio in Religione De Luc. *de Regul. in Sum. n.* 20.

41 Impedimentum non suffragatur, nisi illud sit tale, quod eo non secuto actus explicari potuisset. Gemin. *cons.* 91. *n.* 12. Tusch. *verbo impedimentum concl.* 29. *n.* 27. De Luc. *de Benef. disc.* 50. *n.* 8.

42 Impedimentum ab obligatione resignationis quando excuset. De Luc. *de Benef. disc.* 94. *nu.* 9. *et* 55. Quid de expeditione litterarum infra sex menses in brevi præscriptos. De Luc. *de Benef. disc.* 17. *n.* 18. *et disc.* 42. *n.* 12. Et quid de susceptione gradus doctoralis, vel ordinum. De Luc. *de Benef. d. disc.* 42. *n.* 12. *& disc.* 96. *n.* 2.

Impedimentum fatetur obtinens dispensationem. 43
De Luc. *de Jurepatr. disc.* 46. *n.* 10.

Impedimentum Patronum quando excuset à lapsu 44
termini ad præsentandum. De Luc. *de Jurep. disc.* 47. *n.* 9. *& disc.* 64. *n.* 10.

Impedimentum Censurarum, & similia obstant 45
actori, sed non reo. De Luc. *de Judic. in Sum. n.* 14.

Impediens Jurisdictionem Ecclesiasticam quando 46
Bulla Cœnæ afficiatur. De Luc. *Miscell. disc.* 19. *n.* 51. *&* 52.

Impediens tenetur impedito ad quanti interest, at- 47
que actus in ejus præjudicium habetur pro facto. De Luc. *de Feud. disc.* 126. *nu.* 21. *de Dot. disc.* 183. *sub n.* 10. *sub vers. tertio, et disc.* 203. *n.* 7. *de Empt. disc.* 14. *n.* 3. *de Judic. disc.* 37. *n.* 41. Et de Capitulo impediente ne Canonicus capiat possessionem, ut teneatur ad fructus, & distributiones. De Luc. *de Empt. disc.* 14. *n.* 3. *de Judic. disc.* 39. *sub num.* 30. *disc.* 40. *sub n.* 98.

Non opponit de mora, vel non implemento, 48
qui præstat impedimenta, ne illud sequatur. Adden. ad Vestr. *lib.* 6. *cap. ultim. num.* 25. *et seq.* Rot. *dec.* 19. *num.* 10. *p.* 7. *rec.* De Luc. *de Usur. disc.* 7. *num.* 12.

Impediens habetur pro consentiente, & currunt 49
usuræ favore Hæbrei ab ipso debitore impediti vendere pignus De Luc. *de Usur. d. disc.* 7. *n.* 12.

Impediens, ne Dominus vendat rem suam tenetur 50
ei actioni quanti plurimi. Text. in *l. Vinum ff. si certum petatur* Duran. *dec.* 346. *num.* 2. De Luc. *de Empt. disc.* 14. *n.* 4.

Impedientis in odium executio habetur pro cœpta 51
ad effectum denegandi restitutionem in integrum. De Luc. *de Judic. disc.* 38. *n.* 17. Et acta habentur pro transportatis. De Luc. *de Judic. disc.* 37. *nu.* 41. Et citationes habentur pro personaliter exequutis, De Luc. *de Judic. disc.* 9. *nu.* 13. *de Benef. disc.* 50. *nu.* 7. Et probationes habentur pro factis. De Luc. *de Judic. disc.* 22. *n.* 12.

§. IMPOSITIO. VI.

IMpositio census facta super re aliena absque do- 1
mini consensu, quoad eum est ipso jure nulla, cum dominium requiratur ab initio in impositione, ita ut non sufficiat supervenire ex post facto, & si dominus consensum præstiterit, potest uti fidejussor petere relevationem ab imponente. Si tamen emptor census sit in bona fide, illa durante potest ab imponente exigere interesse, superveniente verò scientia rei alienæ, potest sortem principalem sine interesse, nisi propter moram deberetur, repetere tanquam resoluto priori contractu purum creditum, & mutuum effectum, ut probat Cenc. *de Cens. quæst.* 14. *per tot.* Mart. Medic. *dec.* 30. *&* 31. *per tot.* vide Card. De Luc. *de Cens. disc.* 13., 31., *&* 42.

Quòd imponens censum super propriis bonis, ut alteri subveniat mutuando pecuniam acceptam, vel partem illius, possit licitè cum eo pacisci, ut sibi proportionabiliter correspondeat de fructibus, cùm sit licitum pactum, per quod mutuans nihil lucratur, sed tantùm se conservat indemnem, quia nemo tenetur cum damno proprio alteri subvenire, dummodò dictum pactum non fiat alio respectu, vide Cenc. *de Cens. qu.* 34. *num.* 54. *&c. & in §. Interesse num.* 11.

Impositio census facta à muliere sine solemnitatibus 2
statutariis est ipso jure nulla, nisi esset illi evidenter utilis, vel necessaria, Cenc. *de Cens. quæst.* 14. *num.* 41. Gratian. *discept. forens. cap.* 981. *nu.* 138. vide in *§. Statutum requirens num.*

Idem est in impositione census facta à minore, & in omnem casum si fuerit læsus sibi competit restitutio in integrum nisi factus major approbaverit contractum expressè, vel tacitè per lapsum temporis, dummodò dolus non intercesserit: & ultrà solemnitates sta-

statutis requiritur etiam justa, vel necessaria causa, cui non possit suppleri per venditionem mobilium, vel aliter quàm per impositionem census, qui etiam non debet esse major, quàm exigat necessitas, aliàs in totum corruit, Cenc. *de Cens. q.* 15. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 124. *& seqq.* latè Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit. de cens. q.* 30. *per tot. fol.* 312. *& seqq.* facit Jovius *de salemnit. glos.* 22. *§.* 14.

An autem validè intercedat fidejussor in hujusmodi contractibus nullis, vide in *§. fidejussor.*

3 Impositio census fieri potest etiam super bonis, quorum imponens non habet liberum, absolutum, & perpetuum dominium, sed aliquo casu resolvibile, puta cum pacto revendendi, sufficit enim dominium habere tempore impositionis; facta tamen postèa redemptione, & sic resoluto jure imponentis, resolvitur census, ac dominium redit liberum, & immune ab omni onere ad redimentem, Cenc. *de Cens. q.* 18. *per tot.* facit quod dixi in *§. Hypotheca n.* & vide in *§. Census n.* Jovius *loc. cit gloss.* 18. *n.* 22. & De Luc. *de Feud. disc.* 23. *nn.* 7.

4 Impositio census facta super bonis, quorum venditor sibi dominium reservaverat donec solveretur pretium, licèt non fuerit solutum, est nulla, & postquam fuit dictum de nullitate, fructus imputantur in sortem, quæ tamen poterit repeti tanquam purum creditum, de quo latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 575. *per tot.* vide in *§. Census nu. & §. Emptio n.* Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

5 Imponens censum super propriis bonis, si postea desinat possidere fundum, eò quia illum alienaverit, vel passus fuerit evictionem, vel aliter fuerit peremptus ipse fundus, an, & quando possit conveniri pro fructibus, vel pro repetitione sortis, plenè Mart. Medic. *Exam.* 18. *per tot.* cum duabus decisionibus sequentibus, *& Addit. ejusdem de anno* 1665.

Alia vide in §. *Census per tot.*

De aliis impositionibus super bonis dixi in §. *Collecta n.* . . *& §. Gabella n.* . . latè Em. De Luc. *in Indic. general. verb. impositio*, Syntagm. *lib.* 3. *cap.* 3.

6 Impositio nova non potest fieri civibus pro aperturis, vel fenestris, aut portis factis in mœnia Terræ, vel Civitatis, latè plures allegans Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 2. *verb. Impositio.*

7 De impositione facta super extractione setæ, vel serici, ut non comprehendat res laboratas manibus, & de serico intextas decisum refert idem Thoro *Compend. dec. Neap. par.* 3. *verb. Impositio.*

8 Impositio oneris per viam contractus, vel legati super fundo, vel alia re simili facta, ultra personalem imponentis, & ejus hæredum obligationem, importat etiam realem pignoris, & hypothecæ constitutionem, ut pluribus juribus, & auctoritatibus adductis probat Vela *dissert.* 33. *nn.* 4. & dixi Ego in §. *Hypotheca n.* 3.

9 Impositio collectarum potest fieri per Clerum ecclesiasticis pro causa publica, sed non invitis nolentibus uti commodo dictæ causæ De Luc. *de Benef. disc.* 87. *num.* 3.

10 Impositio collectarum in Principe seu Republica est remedium subsidiarium De Luc. *de Benef. disc.* 88. *sub n.* 7.

11 Impositio servitutis cadit sub prohibita alienatione De Luc. *de alien. in sum. nn.* 7. *&* 58.

12 Impositio pensionis super capellaniis laicalibus non est actus adversativus voluntati testatoris Torr. *de success. in primog. Ital. qu.* 40. *num.* 7. *tom.* 2. Samminist. *controv.* 240. *n.* 44. 45. Piton. *de jurep. all.* 67. *n.* 56. 18. *tom.* 2.

Pontifex an & quando in impositione pensionis super beneficiis de jurepatronatus deroget legi fundationis Piton. *de jurep. all.* 67. *nn.* 26. *tom.* 2.

§. IMPOSSIBILITAS. VII.

1 Impossibile dicitur quod raró, aut nunquam evenit, licèt evenire possit, prout id quod est contra bonos mores, vel quod salva dignitate fieri non potest, vel quod fieri potest per remedium extraordinarium tantùm, vel cum magna difficultate, quia magna difficultas impossibilitati æquiparatur, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 118. *per tot.* Tusch. *litt. I, concl.* 52. Quid sit, & alis Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *sect.* 3. *q.* 13. *n.* 222., *& seq. tom.* 3. Fagnan. *in cap. de illis il secondo n.* 42. *de Despons. Impub. & in cap. vos quidem n* 62. *de Testam.*

Item impossibile reputatur id, quod pendet à Principis beneplacito, vel voluntate, intelligendo quando Princeps regulariter illud concedere non consuevit, quamvis ex plenitudine potestatis concedere potuisset, secùs autem si Princeps de facili consuevisset concedere, quia tunc possibile judicatur, & imputatur illi, qui non habuit recursum ad Principem, Barbos. *d. Axiom.* 118. *num.* 4. *&* 5. Tusch. *litt. P, concl.* 698. Merlin. *decis.* 273. *nn.* 8. *&c.* Marthn *vot. Pis.* 50. *num.* 18. *& seqq.* Castill. *lib.* 3. *controv. cap.* 7. Salgad. *part.* 2. *de Protect. cap.* 6. *nn.* 85. Fagnan. *in cap. cum sit ars n.* 31. *de Ætat. & qualit.* Rot. coram Caprar. *decis.* 236. *n.* 11. *&* 12. *part.* 1.

Item impossibile dicitur, quod ab alterius voluntate dependet, Magon. *decis. Luc. num.* 83. ubi etiam quòd difficile æquiparatur impossibili, vide in §. *Legatum n.*

Quòd imò difficultas non impediat obligationem, Bart. Castr. & Jas. *in l. continuus, §. illud, ff. de verb. oblig.* Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part.* 4. *cap.* 4. *n.* 3.

Quòd impossibile reputetur, quod commodè fieri non potest, *l. nepos proculo, ff. de verb. signif.* Menoch. *de arbitr. cas.* 237. *num.* 24.

Et quòd non præsumatur aliquem voluisse facere id, quod adimplere non potest, & impossibile dicatur, quod fieri non potest absque magno domus, & familiæ incommodo, & damno, Aliograd. *cons.* 5. *num.* 28. *&* 29. *lib.* 1.

Impossibilitas est vel de natura, vel de facto, vel de jure, vel propter perplexitatem verborum, ut dixi in §. *Conditio, num.* ubi qualiter vitiet contractus, vel ultimas voluntates, Tusch. *litt. I, concl.* 52. *& seqq.* ubi quot modis dicatur impossibile, quid operetur, quòd non obliget, neque veniat in quacunque dispositione, vide De Luc. *de testam. disc.* 72., *&* 73. *& de Fideicomm. in summ. num.* 347., *&* 350. 2

Impossibilitas excusat à pœna in omnibus casibus, in quibus ex mora committitur, ut videmus in emphyteuta, & aliis multis casibus, quos latè cumulat Duran. *tract. de condit. & mod. imposs part.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. *& per tot. tract.* ubi quando impossibilitas vitiet contractus, sive bonæ fidei, sive stricti juris, & ultimas voluntates, vel quando potius conditio impossibilis habeatur pro non apposita, & quid si fuerit adjecta substantiæ negotii, vel qualitatibus, & accidentibus, & quid si per viam modi, & alia plura. 3

Quòd impossibilitas excuset à perjurio, Farinac. *q.* 160. *n.* 124. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 370. *n.* 8. *&c.*

Quòd ad impossibile nemo teneatur, nec Deus impossibilia jubeat, & alia tradunt DD. citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Impossibile*, & Com. Augnst. Fontan. *cod. verb. Biblioth. leg. l. part.* 4. *fol.* 712. Castald. *consult.* 230. *lib.* 2. ubi quòd impossibilitas semper excusat, & finit obligationem, ac nasci impedit, Cyriac. *contrav.* 626. *nn.* 28. *&* 688. *nn.* 92. Et quod impossibilium nulla sit obligatio De Luc. *de Regul. disc.* 57. *n.* n. *Et de fideicommiss. in summ. nn.* 347. 4

Quòd ad impossibile nemò possit se obligare, etiam cum juramento, Cyriac. *controv.* 103. *nn.* 43. *& seqq.* ubi etiam qualiter impossibilitas excuset à mora, interesse, & pœna, & alia ad rem, Seiser. *de Juram. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 4. 5

De impossibilitate, vel impotentia adimplendi ob mortem ejus, cum quo quis cohabitare tenebatur, an faciat deficere conditionem, & extinguat legatum, etiam si conditio esset apposita favore legatarii, idem Cyriac. *controv.* 50. *per tot.* ubi pro extinctione legati. 6

Impossibile est quòd hæres hæreditatem aditam dimittat, vel pro derelicto habeat Conciol. *de hæred. cap.* 1. *nn.* 441. Vivi. *opin.* 359. *nn.* 7. Rubeus *de confus. cap.* 1. *nn.* 96. 7

Impossibile est repræsentari defunctum in eo, quod non fuit Aretin. *cons.* 123. *nn.* 4. *in princ.* Rubeus *de confus. cap.* 21. *num.* 6. 8

Im-

9 Impossibile non flagitur in jure Gloss. *in l. Gallus §. si ejus ver. excludantur ff. de lib. & posth.* Tiraquel. *in tract. cessant. caus. limit.* 1. *nu.* 73. Costa *tract. de retrotract. cap.* 2. *monit.* 3. *nu.* 9. & 10. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *qu.* 15. *nu.* 46. *seq.* Rubeus *de consuf. cap.* 2. *num.* 2.

10 Impossibilitas semper excusat, & finit obligationem, non secùs ac eam nasci impedit Tex. in *l. si homo mortuus* 69. *ff. de verb. oblig.* pulchrè Bald. *cons.* 110. *per tot. lib.* 3. Rolan. *cons.* 43. *nu.* 25. *lib.* 2. Surd. *dec.* 141. *num.* 9. Buratt. *dec.* 5. *nu.* 5. Castald. *consil.* 230. *nn.* 2. *fol.* 292.

11 Impossibilitas juris, & naturæ æquiparantur Decian. *cons.* 11. *num.* 151. *lib.* 1. Fagnan. *in cap. nos quidem nu.* 56. *de test.*

12 Impossibilitas adimplendi voluntatem testatoris purificat conditionem appositam in casu non adimplementi Rot. *decis.* 107. *par.* 12., & *decis.* 54. *par.* 13. & *dec.* 330. *nu.* 2. *par.* 19. *rec. tom.* 2.

13 Impossibilitas excusat à mora Scacc. *de appell. qu.* 12. *n.* 163. & *seqq.* & *quæst.* 15. *n.* 45. Velasc. *de privil. paup. p.* 2. *q.* 32. Altimar. *de nullit. rub.* 8. *quæst.* 3. *n.* 19. *tom.* 1.

§. IMPUGNATIO. VIII.

1 IMpugnans instrumentum contra se productum, non potest postea ex illo se juvare, neque ex aliquibus capitulis in eo contentis ex vulgata regula, quòd nemo debet juvari actu, quem impugnavit Boer. *dec.* 250. *n.* 4. Farinac. *cons.* 150. *n.* 12. Pac. Jord. *Lucubr. vol.* 3. *libr.* 14. *tit.* 20. *n.* 278. *fol.* 407. Tusch. *litt. I, concl.* 57. *per tot.* ubi etiam quòd è contra approbans non potest impugnare, Ricc. *Collect.* 3286. latè Urceol. posteà visus *in tract. de transact. q.* 91. *n.* 1. & *seqq.* De Luc. *de Legat. disc.* 64. *n.* 6., & *de testam. disc.* 66. *n.* 4. Pea. *decis.* 104. & *decis.* 1183. *n.* 8. Hodiern. ad Surd. *decis.* 196. *n.* 2.

Non sufficit tamen hujusmodi impugnatio ad effectum prædictum, nisi fuerit à parte acceptata, & super illa pronunciatum à judice, donec enim lis pendet, dubius est eventus, & judex potest etiam se fundare super actu impugnato ad favorem impugnantis, Gratian. *discept. forens. cap.* 279. *nu.* 35. & *c. cap.* 282. *num.* 33. & *c. cap.* 287. *nu.* 19. & *c. cap.* 468. *num.* 83. & *c. cap.* 470. *num.* 9. *cap.* 688. *num.* 37. & *c. cap.* 794. *num.* 40. & *c. cap.* 967. *num.* 28. Magon. *decis. Flor.* 33. *nu.* 15. & *c.* vide Tusch. *d. concl.* 57. *per tot.* Ricc. *dict. Collect.* 3286. 3293. & 3872. plenè Urceol. *d. q.* 91. *num.* 7. & *seqq.* Rot. post illum *decis.* 44. *nu.* 8. & 9. ubi quòd impugnans non prohibetur uti actu impugnato, quando pars impugnationem non acceptavit.

Quòd impugnans possit antè sententiam pænitere, & ex actu impugnato commodum consequi, Genu. *de script. priv. lib.* 4. *tit. de lib. rat. nu.* 125. *fol.* 198. latè Gabr. *libr.* 6. *concl.* 1. *per tot.* Cavaler. *decis.* 237. *n.* 2. Urceol. *d. q.* 91. *n.* 7. & *seqq.* & *n.* 23. ubi videtur intelligere, quando impugnatio non fuit à parte acceptata.

Quòd impugnans actum, si in impugnatione succumbat, possit in actu impugnato se fundare, & ad eum redire, Rot. *part.* 2. *divers.* 118. ubi quòd hoc idem potest facere hæres quando sumus in actu ad hæredes transitorio, Urceol. *d. q.* 91. *n.* 17.

Quòd non admittatur impugnatio facti proprii, vel auctoris sui, & quando secùs, Tusch. *litt. I, concl.* 58. *per tot.* vide in §. *Hæres n.* De Luc. *de Feud. disc.* 227. *n.* 14. Pea. & Crescin. *decis.* 56. & *decis.* 1319. De Luc. *de Feud. disc.* 227. *n.* 14.

2 Impugnans testamentum tanquam nullum ob defectum solemnitatum, si posteà comperiatur validum, non prohibetur petere legatum sibi in eo factum, potest enim quis se fundare in eo, quod impugnavit, quando non impugnavit ipsum factum, sed solemnitatem illius, si verò impugnavit tanquam inofficiosum, & sic ipsum factum, non potest amplius se in eo fundare, & petere legatum, Gratian. *discept. forens. cap.* 429. *num.* 37. & *c.* vide in §. *Filius num.* ... Urceol. *d. q.* 91. *per tot.* ubi plura an, & quando quis possit se in actu impugnato fundare, & ex eo commodum consequi, vel non, & ponit regulam negativam, quam decem, & tribus modis declarat, & limitat, ipsum consulas. De Luc. *de Legat. disc.* 24. *n.* 3. Vide Ansald. *decis.* 49. *n.* 56.

Impugnans contractum, & agens ad illius rescissionem, etiam ex capite nullitatis, tenetur prius omnia vigore illius accepta restituere, ut dixi in §. *Actor n.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 479. *num.* 45. & *c. cap.* 692. *num.* 37. & *cap.* 770. *per tot.* ubi loquitur in transactione, & ea firma manente esse restituenda omnia accepta cum fructibus ab impugnante, stante juramento, quod habet vim clausulæ, *rato manente pacto*, Magon. *decis. Florent.* 119. *num.* 7. vide in §. *Transactio n.* 16. Merlin. *dec.* 522. *n.* 3. & *c.* ubi quomodo istud intelligatur Ricc. *Collect.* 3285. 3757. 2822. & 3131. quem non deseras ad hoc propositum videre, quia multa notabilia invenies. 3

Quòd impugnans transactionem teneatur ante omnia restituere quicquid ex ea recepit, vel saltem offerre, & deponere unà cum fructibus, & interesse, aliàs non sit audiendus, si adversarius hujusmodi restitutionem petat per text. *in l. si diversa* 14. *l. ubi pactum*, & *l. seq.* 40. & 41. *ubi DD. Cod. de transact.* plenè Urceol. *tract. de transact. quæst.* 89. *per tot.* ubi pluribus citatis ampliat, etiam si sit Ecclesia, vel minor, qui transactionem impugnat, vel per restitutionem in integrum, quatenus tamen probetur locupletatio per allegantem; vel etiam si impugnet ex capite læsionis enormissimæ; idem in renunciatione, & aliis modis; Limitat tamen non procedere stante nullitate, ubi non est adhuc detecta, nec quando impugnans habet aliquam justam causam, vel titulum justum, clarum, & liquidum retinendi; nec si fuisset dolo inductus ad transigendum, nec si pars non opponat, nec quando transactio esset resoluta culpa partis adversæ non adimpleatis, nec si datum fuisset pro augmento cultus divini, nec si datum fuisset avictum sine culpa recipientis, nec fortè in muliere secundùm aliquos, nec si peteretur tantùm manutentio ob nullitatem transactionis, nec si mutuo consensu recedatur à transactione, nec si dispensetur à Principe, nec si datum fuisset ex causa alimentorum, nec in paupere, cui impossibile esset restituere, nec stante sequestro, nec si modificativè tantùm ad aliquam rem particularem agatur, nec respectu pœnæ promissæ, nec si peterent tantùm supplementum salva transactione, nec in similibus casibus, ut ibi per eum, *ubi n.* 41. & *seqq. per tot.* declarat etiam quando sint restituendi fructus, & à quo tempore, concludendo non à die celebratæ transactionis, sed à die impugnationis illius esse restituendos unà cum ipsa re, quod ego intelligo si agatur de restitutione rei sua natura fructiferæ, aliàs secùs, de qua materia dixi plura in §. *Fructus n.* 9. & *seqq.* Vide Jovi. *de solemnit. gloss.* 16. §. 7. *n.* 19. & *gloss.* 22. §. 22. *n.* 4. Pigant. *ad Statut. Fer. fol.* 37. *n.* 27. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 38. *a n.* 511. *tom.* 6. 4

An autem impugnans transactionem juratam opus habeat absolutione à juramento, latè idem Urceol. *d. tract. q.* 90. *per tot.* ubi pluties citat hanc meam summam in §. *Absolutio*, ibi videas pro resolutione dubii.

Impugnans an, & quando possit, vel non uti actu impugnato, Laurent. Ursel. *conclus.* 46. Novar. *decis.* 210. Gait. *de credit. c.* 2. *tit.* 8. *n.* 2714. Vela *dissert.* 46. *n.* 14. & *seqq.* & alii relati à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Impugnatio fol.* 713. 5

Impugnans transactionem, an, & quando sit audiendus, vel non, si prius accepta non restituat, Andreol. *controv.* 424. *per tot.* & *controv.* 432. vide in §. *Transactio num.* 16. ubi plures allegavi, & in §. *Nullitas n.* 13. Cyriac. 591. *n.* 33. Vide infra *n.* 18. *in noviss. addit.* Crescin. 6

Impugnans civiliter ut falsum instrumentum publicum, vel scripturam privatam, an illis detrahat de fide, ut non sit locus executioni, donec legitimè comprobentur, vide Velam cum pluribus citatis *dissert.* 25. *n.* 53. & 54. & *dissert.* 38. *n.* 55. ubi qualiter impugnari possit publicum instrumentum. 7

Impugnans probare debet Cassador. *sup. reg. decis.* 5. *n.* 3. Paris. *cons.* 104. *in princ. libr.* 4. Spad. *cons.* 21. *n.* 16. *lib.* 2. 8

Im-

9 Impugnans actum ad unum effectum non poteſt illo uti ad alium, Surd. *dec.* 196. *num.* 5. Emerix Jun. *dec.* 1190. *num.* 8.

Præſertim ſi impugnando in judicio obtinuit, Rot. *dec.* 738. *num.* 2. & 3. Emerix Jun. *num.* 9 *ibid.* Vide infra *n.* 19.

10 Impugnatione alienationis, vel alterius contractus pendente poteſt peti citra ratificationem actus impugnati illius obſervantiam cum exactione fructuum pretii, Bal. *in l.* 2. *num.* 7. *C. de uſur.* Surd. *conſ.* 101. *num.* 23. Gabr. *de empt. & vend. concluſ.* 4. *n.* 9. Giurb. *deciſ.* 2. *per tot.* & *deciſ.* 55. *n.* 11. De Luc. *de Feud. diſc.* 24. *n. fin.* & *in ann. nu.* 4. remiſſivè.

11 Impugnatio ſcripturæ, ſeu tituli fieri non poteſt ab eo, qui ex eis aliquid obtinuit de Luc. *de Teſtam. diſc.* 66. *n.* 4.

12 Impugnatio ſecundæ diſpoſitionis non faciat reviviſcere primam de Luc. *de Teſtam. diſc.* 63. *ſub nu.* 3.

13 Impugnans non debet reportare commodum ex actu impugnato Rot. apud Greg. *deciſ.* 271. *n.* 7. & 8. & apud Buratt. *deciſ.* 257. *num.* 18. & 19. De Luc. *de Legat. diſc.* 64. *n.* 6.

14 Impugnare non debet is, qui defendere debet Fagnan. *in cap. inter alia n.* 69. & 85. *de Immunit. Eccl.*

15 Impugnare quis non poteſt quod ſemel approbavit *cap. quod ſemel de regul. jur.* in 6. *c. horrendus* 32. *q.* 5. Declata, ut per Thomaſet. *in floſc. regul.* 283.

16 Impugnans contractum à ſe geſtum qualiter teneatur reſtituere acceptum tam in judicio nullitatis, quàm reſtitutionis Ciroc. *diſcept.* 71. *num.* 51. & 52. Altimar. *de Nullitatibus Rubric.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 38. *à n.* 511. *tom.* 6.

17 Minor impugnans contractum non debet reſtituere acceptum, ſi non eſt factus locupletior Ciroc. *ſupra n.* 53. Barboſ. *l. unic. C. de repud.* Molin. *de primog. l.* 4. *cap.* 9. *n.* 43. Giurb. *deciſ.* 103. *n.* 10. Magon. *deciſ. Flor.* 219. *n.* 8. Rip. *obſer.* 301. *n.* 8. Urceol. *de tranſact. quæſt.* 29. *n.* 28. Altimar. *loco cit. n.* 320. & *n.* 512.

18 Impugnare non poteſt actum, qui citatus illi præſens fuit, & tacuit Theſ. *quæſt. for. lib.* 2. *q.* 16. *num.* 58. Celſ. *deciſ.* 278. *n.* 10.

19 Impugnans diſpoſitionem, ſi ſuper impugnatione obtineat non poteſt ea juvari Rot. *deciſ.* 511. *num.* 5. *part.* 1. *rec.* & *deciſ.* 623. *num.* 7. & 8. *part.* 4. *tom.* 3. Celſ. *deciſ.* 335. *n* 15., Vide ſupra *n.* 9.

20 Impugnans actum non cenſetur eum ratificaſſe, Hodiern. ad Surdum *deciſ.* 267. *n.* 2.

§. IMPUNITAS. IX.

1 IMpunitas promiſſa, vel ſperata quantum minuat teſti de fide dixi in §. *Banditus n.* §. *Socius n.* & *in Pract.* §. *Compagni n.* 6.

2 Impunitas an poſſit à judice promitti, & promiſſa an ſit ſervanda, dixi in §. *Index nu.* 48. & *in Pract.* §. *Giudici n.* 35. & §. *Delinquenti n.* 29.

3 Impunitas promiſſa à Principe, vel à judice habente facultatem à Principe eſt omninò ſervanda, ita ut reus, cui fuit conceſſa ad alios detegendos, non poſſit ex confeſſione ſua condemnari, etiamſi promiſſio non eſſet valida, vel aliàs promitti non debuiſſet, veluti à Judice ſine Principis facultate, ne quis ſub fide publica decipiatur, dummodò impunis etiam ex parte ſua ſervet, ac adimpleat promiſſa, ut benè pluribus citatis probat Conciol. *reſol. crimin. verb. Impunitas reſolut.* 1. & dixi in §. *Præmium.*

4 Impunitas à Principe per edictum promiſſa revelanti delictum non prodeſt auctori criminis ſi ſe ipſum manifeſtet, niſi aliter ſit expreſſum in edicto, & ſi excipiatur principalis delinquens, ut fieri ſolet, & agatur de mandante, & mandatario, ipſe mandatarius, qui propriis manibus fecit dicitur principalis, & mandans acceſſorius, licèt etiam alii teneant mandantem eſſe principalem, Conciol. *reſolut. crimin. verb. Impunitas reſolut.* 2. *per tot.* ubi etiam quòd impunis poteſt torqueri, ut afficiat alios nominatos ab eo, vide in §. *Mandatum n.* & §. *Socius num.* Vide Rocam coram Anſald. *deciſ.* 95. *n.* 48. & 49.

5 Impunitas generalis conceſſa à Principe, pro quibus delictis ſuffragetur, vel non, vide Conciol. *verb. Impunitas reſol.* 3. *per tot.* dixi in §. *Indulgentia*, vel *Indultum n.* 2. 3. 10. & 11. ubi plura, & plures allegavi Ricc. *part.* 7. *collect.* 3107. & 2872. Giurb. *conſ.* 74. Cyriac. *controv.* 399.

De impunitate, & indulto varia tradunt DD. citati 6
à Caſtejon. *Alphab. jurid. verb. Impunitas*, & Com. Auguſt. Fontan. *cod. verb. Bibliotb. legal. part.* 4. *fol.* 714. ubi quòd non poteſt concedi à Baronibus etiam cum remiſſione partis, ſed à ſupremo Principe Merlin. *controv. forenſ. cap.* 33. & an ab Epiſcopis, vide in §. *Indulgentia*, & *Indultum.*

De impunitatibus, & præmiis Romæ conceſſis tem- 7
pore peſtis revelantibus res occultatas, ut earum fieret expurgatio, & mandatorum tranſgreſſores, Card. Gaſtald. *in pluribus locis tract. de avert. & proflig. peſt. Polit. legal. indicatis in Repertor. verb. Impunitas.*

Impunitate conceſſa alicui dum eſt in fortiis Curiæ, 8
ſive procurata, ſive oblata, ſi nominet ſocios, non facit indicium ad torturam, cùm dicatur corruptus, Farinac. *quæſt.* 43. *ſub num.* 192. Bardelon. *conſ.* 74. *num.* 12. Cyriac. *controverſ.* 488. *num.* 67. & *ſeqq.* niſi alia extent indicia, vide in § *Socius num.* 49. ac ideò numquam mihi placuit impunitas conceſſa carceratis, quæ nec regulariter concedi ſolet, nec debet.

Impunitatis ſpes, ſive promiſſio ſpecies torturæ eſt 9
Bellegrand. *in Compendioſa rerum Criminalium Methòd. tract.* 4. *qu.* 5. *num.* 25.

Impunitas promiſſa reo confitenti ſervanda eſt. 10
Farin. *qu.* 81. *num.* 276. & 280. Bellegrand. *ibid. n.* 21

Judex per promiſſa, & conſolationem ad veritatem 11
dicendam allicere poteſt, ut tamen promiſſa impunitas complicis ſervetur, Reo principali excepto Clarus *qu.* 55. *verſic. circa primum* contra aliquos, qui ſuſtinent in contrarium Bellegrand. *ſup. cit. qu.* 4. *num.* 11. 12.

Alius à Judice per promiſſa, & conſolationem alli- 12
cere ad teſtimonium non poteſt, ſed punitur tamquam de ſubornatione ſuſpectus, nec judex ſervare tenetur Clarus & Bellegrand. *loc. citat. num.* 13.

Judex non poteſt principali impunitatem promit- 13
tere, promiſſam an ſervare teneatur, eſt opinio hinc inde, vel certè Princeps conſulatur Clarus, & alii negant ullo modo teneri; Contra autem facit Farin. *qu.* 81. *num.* 276. Covat. *variar. l.* 1. *c.* 2. *num.* 16., & alii Bellegrand. *loc. cit. tract.* 7. *qu.* 3. *n.* 5.

Impunitas regulariter concedi non ſolet auctoribus 14
principalibus delicti Giurba *conſ.* 22. *nu.* 4. De Angel. *poſt tract. de impenſ. & meliorat. Opuſc.* 4. *num.* 31. Anſald. *deciſ.* 95. *n.* 48.

Niſi Princeps ex aliqua juſta cauſa aliter decernat Bartol. *in l. ſi quis in gravi* 3. §. *ſi ex ſtipulatione ff. ad Syllanian.* Guazzin. *ad defenſ. Reor. defenſ.* 18. *cap.* 2. *nu.* 21. *in fin.* Giurba *conſ.* 22. *nu.* 6. & alii apud Conciol. *reſol. Crimin. verb. Impunitas reſolut.* 2. *nu.*
4 Anſald. *ibid. n.* 49.

Impunitas conceſſa delinquenti non ſuffragatur, 15
niſi adimpleat conditiones in ea appoſitas Bald. *in l. cum te col.* 2 *C. de probat.* Felin. *in cap. fin. ſub n.* 33. *verſ. ſubdit belliſſimè &c. de præſump.* Spad. *conſil.* 117. *num.* 10. *tom.* 1.

Deponens pro habenda impunitate, habetur pro 16
eſſe corrupto Boſ. *in rubr. de oppoſ. cont. teſt. nu.* 51. Spada *ibid. num.* 5.

Impunitus non dicitur reſtitutus, ſed diſpenſatus, 17
ideò torqueri poteſt ſuper complicibus Franc. *dec.* 459. & Cabal. *caſu* 29. Zuffus *de crimin. proceſſ. legitimat. lib.* 1. *qu.* 67. *num.* 17.

§. INCENDIUM X.

INcendium ſi clarè conſtet caſu fortuito, & ita 1
aliundè quàm è domo, vel determinata perſona ortum habuiſſe, ut puta ex cœleſti fulmine, vel ex ſcintilla evolata, nemo tenetur de illo, cùm damna fato evenientia præſtare quis non teneatur.

Ubi autem non conſtat de caſu fortuito, nec à quo fuerit cauſatum, præſumitur culpa inhabitantium exortum; non tamen ex hac præſumptione dicitur ſatis fundata intentio damnum paſſi pro conſequenda emendatione, quando plures habitant in illa domo, etiamſi ſit una ſola familia, cùm ſic de in-

indeterminata persona, quod non sufficit ad condemnaodum, & dominus non tenetur pro familia; sed si unus solus domum inhabitaret, vel solus rei custos adesset, cùm tunc cesset ratio indeterminatæ personæ, dicta præsumptio operaretur suum effectum, & fundaret actoris intentionem, si sumus in casu, quo ille custos, vel habitator teneatur de culpa levissima, ut in commodatario, secùs in conductore, qui non tenetur de levissima, nisi ità expressè conventum sit, cùm dicta præsumptio intelligatur de culpa levissima, & non in committendo, sed in omittendo, ita ut etiam hoc casu cesset actio legis Aquiliæ, quæ aliàs competit pro damno dato ex sola levissima culpa in committendo.

Si verò appareat ex levi culpa inhabitantium, vel alterius ortum habuisse, tunc ille culposus tenetur resarcire omne damnum, etiam vicinis; hujusmodi autem levis culpa judicatur adesse, vel non, arbitrio judicis ex personarum, & ignis qualitate, ac etiam tenetur pœna criminali, & tantò magis, & graviori si lata culpa, vel dolus intercesserit, ut colligitur ex latè traditis per Menoch. *de arbitr. cas.* 390. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 30. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 439. *per tot.* Ludovis. *decis. Perus.* 25. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 892. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 438. *& seqq. fol.* 294. *& eod. lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 168. *fol.* 209. Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 278. ubi tradit bonam distinctionem; & cautelam in agendo pro locatore domus ex incendio damnificatæ, de qua dixi in §. *Conductor n.* 29. vide Cardin. Tusch. *litt. I, conclus.* 60. *& seqq.* Farin. *quæst.* 110. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 111. *per tot.* ubi latè pro conductore, Afflict. *decis.* 57. *cum Addit.* Ricc. *Collect.* 182. *&* 797. Felic. *de societ. cap.* 21. *n.* 47. *&c.* Capyc. *decis.* 27. Mysing. *observ.* 88. *cent.* 6. Gayl. *observ.* 21. *lib.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 354. *per tot.* ubi ex multis in casu suo firmat conductorem teneri, Fachin. *controv.* 87. *lib.* 1. Diana *part.* 9. *tract.* 7. *resolut.* 31. *per tot.* ubi quòd in dubio, si nesciatur utrùm culpa, vel casu ortum fuerit, non tenetur conductor contra Fachin. *loc. cit.* quia incendium reputatur inter casus fortuitos, vel ad summum refertur ad culpam levissimam, de qua regulariter non tenetur conductor, adde Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 30. *per tot.* Rovit. *decis.* 59. *per tot.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *glos.* 3. *fol.* 180. Marcel. Marcian. *opera legal. tract. de incendiar. per tot.* Plura Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. *cit. cap.* 354.

Quòd possit multis modis contingere, & esse impunibile, Magon. *decis. Flor.* 24. *nu.* 1. *&c.* Hier. Gabriel. *cons.* 159. *per tot.* Card. Tusch. *litt. I. concl.* 60. *per tot.* ubi quòd est triplex, vel ab homine, vel à fortuna, vel incertum, Bald. *cons.* 77. *lib.* 3. Eugen. *cons.* 60. *n.* 40. *seqq. lib.* 2. Pignatell. *consult.* 67. *à n.* 1. *tom.* 3. ubi quibus modis incendia contingere solent.

Quòd incendii periculum non spectet ad dominum ex facto familiæ, familiaris, vel hospitis, Afflict. *decis.* 57. *n.* 4. *&c. cum Addit.* Felic. *de societ. d. cap.* 21. *n.* 53. Magon. *decis. Flor.* 111. *nu.* 32. *& seqq.* ubi etiam quod debet constare de culpa determinatæ personæ, de quo etiam Menoch. Jordan. & alii supracitati vide Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 31. *vers. sed incidenter*, ubi quid si non constat de certa, & determinata persona, quæ dedit causam incendio, dominus non tenetur, si verò constet de certa persona, aut illa extra suum officium deliquit, & pariter non tenetur dominus, aut deliquit in officio suo sibi à domino destinato, & tunc dominus tenetur, nisi possit excusari, quia famulus ille communiter pro fideli, & diligenti habitus fuerit, ut latiùs ibidem declarat, & Pacion. *d. tract. cap.* 30. *n.* 18. *& seqq.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. à nu.* 22.

2 Incendium cum præsumatur factum culpa inhabitantium juxta prædicta, si faciat sterilitatem in agro conducto, an sit locus remissioni pensionis, vide Boss. *tit. de remiss. merced. n.* 80. Addit. ad Pract. Papp. *act. real. glos. jure dominii n.* 12. Afflict. *decis.* 57. *n.* *cum Addit.*

3 Incendium dolosè accensum in acervis frumenti in agris, vel juxta domos, punitur pœna triremium ad tempus, & ad refectionem damni illati versus partem, & plura de pœnis incendiariorum tam in jure, quàm in Urbe, Cabal. *resol. crim. cas.* 22. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 525. *n.* 38. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 398. *n.* 27. *& seqq. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 16. Farinac. *qu.* 110. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 439. *n.* 1. *&c.* ubi quòd incendiarii dolosi vivi sunt concremandi, aut pœna capitis puniendi, quando aliquis ex tali incendio mortuus fuit, aliàs autem pœna extraordinaria ut supra, adde Ant. Pichard. cum pluribus ab eo citatis *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 68. *fol.* 101.

Et quid in hoc disponat statutum Florentinum, vide *lib.* 3. *Rubr.* 144. & dixi *in Pract.* §. *Incendio n.* 10. *&* 11.

Quando teneantur universitates ad emendationem damni ex incendio causati, si ignoretur delinquens, & incendiarius vide Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rub.* 75. & ejusdem correctionem sub die 8. Martii 1584. dixi *in Pract.* §. *Incendio n.* 1. *&* 2. *& in* §. *Communità n.* 6. ubi etiam quid de jure cõmuni, & in hoc opere §. *Universitas n.* 2. Colla *de remed. subsid.* 53. *illat.* 1. *& de facti scient. & ignorant. dist.* 88. *cent.* 2.

Quòd incendiarii ad instar depopulatorum agrorum non gaudeant Immunitate Ecclesiæ, Peregrin. *de immunit. cap.* 12. *n.* 6. Guaz. *def.* 1. *c.* 38. *n.* 44. Mar. Ital. *de immunit. lib.* 1. *c.* 5. §. 3. *n.* 56. *&* 57.

Sed contrarium probant alii cùm sit crimen distinctum à depopulatione agrorum, Castr. Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. unic. punct.* 10. *n.* 9. Farinac. *de immunitat. cap.* 60. *nu.* 105. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 16. vide in §. *Immunitas n.* 18. *vers. Tertio*, Thom. del Bene *de Immunitat. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 16. *n.* 6. *& dubit.* 24. *sect.* 15. *fol.* 82. De quibus latè Pignatell. *consult.* 17. *tom.* 9.

Quòd incendiarii nullam ipso jure incurrant excommunicationem, sed benè sint ab Episcopo excommunicandi, & à quo possint absolvi, Diana *part.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 10. *per tot.*

Incendii vitandi causa, vel truncandi, si domus aliqua à vicinis fuerit destructa, & diruta, nè ignis ulterius progredi possit, an teneantur ipsi vicini damnum domino domus dirutæ resarcire, vide in §. *Vicinus num.* 10. Farinac. *quæst.* 110. *nu.* 144. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 62. *nu.* 9. *& conclus.* 63. *per tot.* ubi quòd si constet de culpa, vel negligentia certæ personæ debet contra illam agi pro damno, & non contra vicinos, Ang. *cons.* 197. Coste *de ratione ratæ quæst.* 5. ubi quòd debeant concurrere vicini, qui commodum senserunt ob restrictum ignem, & singuli pro rata teneantur juxta æstimationem ædium, quæ salvæ remanserunt, & idem in jactu mercium pro exoneratione navis Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap.* 354. *à n.* 23. Vide Episc. Rocc. *cap.* 6. *n.* 14. *lib.* 1. 4

Incendio sequuto in domo conducta, qualiter teneatur conductor saltem civiliter emendare damnum, & ex eo quòd alteri sublocaverit, vel alios in domum introduxerit, etiamsi sit casus fortuitus, vel ex levissima culpa, ad quam videtur teneri conductor artifex exercendo artem periculosam in igne, cùm eo casu plus quàm ordinariam diligentiam adhibere teneatur, & etiam pro facto familiæ, & alia pro locatore ad convincendum conductorem ad emendationem damni civiliter per Bardellon. *cons.* 117. *per tot. lib.* 2. & alios ab eo citatos *supra n.* 1. Gramat. *decis.* 3. Ricc. *Collect.* 182. Cyriac. *controv.* 234. *n.* 5. *& seqq.* Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 30. *nu.* 29. *& seqq.* Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 15. Vide Bertachin. *vot.* 178. 5

Qualiter autem possit probari origo incendii per conjecturas, ita ut prævaleat præsumptioni culpæ inhabitantium, vide Rot. in Anconitana incendii 30. Maii 1588. coram Comitulo per tot. habetur penes Paul. Zacch. *quæst. Medic. leg. tom.* 2. *decis.* 8. Ludovis. *dec.* 427. 448. *&* 481. Farinac. *quæst.* 110. *n.* 73. *& seqq.* idem Ludovis. *decis.* 528. *per tot.* ubi quòd probata origine incendii in domo conducta,

licèt

licèt incendium sit casus fortoitus, de qoo non tenetur conductor, tamen si usus fuerit domo ad alium usum, quàm destinatum, puta si conduxit pro stabulo, & usus fuerit pro fenili, dicitur in culpa tamquàm veniens contra legem contractus, & tenetur de casu fortuito, ac damno si non actione locati, saltam actione legis Aquiliæ, qua tenetur da incendio, etiam aa levissima culpa in committendo sequuto, non solum locatori, sed etiam vicinis, nec excusatur si utatur sicut faciebat dominus, quia posito etiam quód dominus non esset diligens in re sua, debet ipse conductur esse diligens in re conducta, & ea uti sicut fecisset quilibet alius diligens homo; non prohibetur tamen domi tenere fœnum, nisi præcedat contraria conventio, aut voluntas domini habitatori notificata, & per ipsum sceepiata, nec tenetur da incendio inde sequuto cessantibus prædictis, da quibus latè Farinac. *quæst.* 110. *n.* 60. *& seqq.* Caroc. *de locat. part.* 4. *Rub. de incend. n.* 71. *& seqq.* Surd. *decis.* 329. *n.* 23. *& seqq.* eum aliis supracitatis, & in §. *Conductor num.* 29. latè Vivi. *commun. opin.* 439. ubi inserit responsum Aleand. Trentacinq. quando quis tenetur resarcire damnum ex incendio causatum, vel non, adda Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.* 130. *per tot.* ubi refert plures conjecturas, ex quibus arguitur, vel excluditur culpa conductoris. De Luc. *de Locat. disc.* 9.

6 De materia incendiorum plura, vide apud Marcel. Marcian. *Oper. leg. tract. de incend. per tot.* Cortiad. *decis.* 105. *per tot.* Carpzov. *Prax. crim. qu.* 38. 39. Muscatel. *in Prax cap. de incend.* cum aliis citaris per Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 52. *per tot.* De Luc. *de servit. disc.* 46. *& de servit. disc.* 7. *&* 9. Brunnemann. *sup. ff. & C. prout. in Indice.*

7 De incendio domos conductæ quis teneatur, Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *&* 3. *verb. Incendium*, & alia de incandiis, incendiariis, & illorum pœnis remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Incendium*, & Com. Augostin. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *cod. verb. fol.* 715. *&c.*

8 De incendiariis quorumlibet locorum, & violatoribus Ecclesiarum quas pœnas incurrant in foro Ecclesiastico, & de illos absolventibus, sive ad divina admittentibus non servata juris forma, latè Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Incendiarii fol.* 187. *&c.* Tondut. *de pens. cap.* 63. ubi an amittant beneficia ipso jure, ità ut illa resignare non valeant reservata sibi pensione.

9 Incendiarii dolosi domorum, maximè si ex incendio fuerit etiam sequutum homicidium alicujus intra existentis, tamquam gravius, & crudeliùs delinquentes, quàm agrorum depopulatores à Bulla Gregoriana ab Ecclesiæ immunitate expresè exclusi, privantur & ipsi eadem immunitate secundùm mentem, licèt non expressam ejusdem Bullæ, ut ex Gramat. *vot.* 14. *n.* 18. Giurb. *cons.* 48. *n.* 14. Vela *de delict. cap.* 18. *in fine*, Maraha *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 25. *n.* 7. Bobadil. *Polit. cap.* 14. *n.* 78. *lib.* 2. Mar. Ital. *de Immunit. lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. Guazin. *ad defens. cap.* 38. *n.* 44. & aliis perbellè, ac subtiliter demonstrat, & decisum testatur Quesad. Pilo *controv. forens. cap.* 39. *n.* 17. *& seqq. per tot.* ubi tamen adducit alios contrarium tenentes, & fatetur utramque partem satis ambiguam, sed concurrente, ut supra homicidio cum quadam proditionis specie tenendum absolutè contra immunitatem, vide citatos in hoc §. *n.* 3. *&* §. *Immunitas n.* 18. De quibus vide Pignatell. *loc. cit. dict. consult.* 17.

10 Immitens ignem in stipulas, ad quas diligentiss obligetur, & an teneatur de damno. De Luc. *de Servit. disc.* 46. *n.* 9. Non tenetur ubi ex improvisa violantia ventorum ille egrederetur. Farinac. *de variis criminibus quæst.* 110. *n.* 141. De Luc. *de Serv. ibid.* Vide infra *n.* 13.

11 Vicinus an teneatur ed damnum illatum vicino ab igne, quia propriam domum non custodivit De Luc. *de Servit. d. disc.* 46. *n.* 10.

12 Incendium à culpa potius quam à casu provenire præsumitur Capyc. Latr. *consult.* 135. *nu.* 10. *&* 26. *cum seqq.* Gregor. *dec.* 278. *n.* 3. Farinac. *quæst.* 110. *n.* 41. *& seqq. & n.* 72. De Luc. *de Locat. disc.* 7. *n.* 2. Et culpa provenira præsumitur ab habitante De Luc. *de Locat. ibid. n.* 3. *& seqq.*

Incendium ortum vi ventorum reputatur casus merè fortuitus. Rol. *cons.* 95. *nu.* 22. *cum seqq. lib.* 2. Joseph. Ludov. *dec.* 25. *n.* 21. *p.* 1. *vers. vel probare incendium.* Emerix Jun. *dec.* 19. *n.* 6. Et non est adscribendum culpæ Coloni. Emerix Jun. *d. decis.* 19. *& d. n.* 6. 13

Incendiarii, & effractores Ecclesiarum incidunt in excomunicationem Sedi Apostolicæ reservatam. Fagnan. *in cap. cum pro causa n.* 7. *de sent. excom.* 14

Incendium dolosum delictum pessimum arbitrariè punitur etiam morte qualificata, prius satisfacta parte; & de Jure canonico incendiarius excomunicatur, sepulturaq; privatur, nec absolvitur nisi satisfacta parte, ac pœnitentia peracta. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. Method. tract.* 10. *q.* 18. *n.* 1. Incendium ex lata culpa arbitrariè punitur citra mortem ac mutillationem, & ad damna tenetur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. ibid. n.* 2. Incendium ex levi culpa minus punitur, quam ex lata, & ad damna tenetur, ut si non habet in ære, luat in corpora Bellegrand. *in compend. rer. crim Method. ibid. n.* 3. Incendium ex levissima culpa non punitur; an autem ad damna teneatur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. ibid. n.* 4. Incendium fortuitum, nec ad pœnam, nec ad damna obligat. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. dict. tract.* 10. *quæst.* 18. *n.* 5. 15

Incendium, ut qois arceret à suis Ædibus, si vicinas destruait; licet injuriæ, aut damni teneatur; nihilominus si æquè vicinæ Ædes erant perituræ cessat obligatio text. in *l. & in totum* 4. *ff. de impens. in reb. dot. fact.* Rocc. Episc. *cap.* 151. *n.* 9. *lib.* 2. 16

§. INCERTITUDO XI.

INcertitodo rei vitiat actum, sive dispositionem in quacumque materia, etiam favorabili, intelligendo quando est omninò incerta, secùs autem si ad certitudinem reduci possit, sive per circumstantias, sive conjecturas, sive alio quovis modo, vel nisi procedat ex culpa adversarii, quia quando causatur à culpa opponentis non vitiat; nec attenditur de æquitate canonica quotiescumque potest haberi mens disponentis, etiamsi non sit expressa, & sic de jure canonico non obstante incertitudine valet actus, & agi potest ad illam declarandam arbitrio boni viri juxta qualitatem facti, patrimonii, & personarum, ut benè probat Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 119. *per tot. DD. in l.* 3. §. *incertam ff. de acquirend. poss.* & latius pluribus citatis declaravi in mes *resolut. c.* 62. *per tot.* ubi vide pro removendo objecto incertitudinis, Tusch. *litt. I. concl.* 65. *&* 66. *per tot.* latè Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 320. *n.* 3. *& seqq.* ubi pro nullitate dationis in solutum ratione incertitudinis rei, & quotæ, ac pretii declarando quomodo possint procedere contraria, latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæst.* 8 *tom.* 3. De Luc. *de Testam. disc.* 22. *nn.* 7. *&* 8. *disc.* 49. *a nu.* 5. de *Regal. disc.* 15. Episc. Rocc. *cap.* 186. *lib.* 2. Balduc. *tit.* 4. *decis.* 15. *a n.* 13. 1

Incertitudo qualiter vitiet quemlibet actum, & dispositionem, Gratian. *discept. for. cap.* 319. *n.* 67. *cap.* 923. *n.* 3. *&c. cap.* 1000. *n.* 19. *&c.* Rot. *part.* 16. *recent. d. dec.* 370. 2

Quando incertitudo loci, & quotæ vitiet contractum, & quando secùs, vide hincindè per Magon. *dec. Luc.* 20. *per tot. ad declarationem text. in l.* 3. §. *Incertam ff. de acquir. poss.* ubi tandem concludit pro nullitate respondendo fundamentis contrariæ partis, *decis.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Rimin. jun. *cons.* 295. *n.* 47. *lib.* 3. Barz. *dec. Bonon.* 49. *n.* 19. *&c.* Menoch. *decis. Bonon.* 40. *punct.* 4. *DD. in dict.* §. *incertam*, Petr. de Onnate *de Contract. tom.* 1. *tract.* 6. *disp.* 19. *sect.* 3. *nu.* 182. *& seqq. fol.* 374. Altimar. *loc. cit. n.* 127.

An & quando vitiet constitutum dial in §. *Constitutum nu.* 1. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 528. *nn.* 4. *& seqq.* Altimar. ubi *supra n.* 29. *&* 30. Noguerol. *alleg.* 34. *n.* 50. Mans. *cons.* 169. *n.* 9.

An

An vitiet sententiam, Cavaler. *dec.* 235. *n.* 5. vide in §. *Sententia n.* 25. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 270. *n.* 5. & *seqq.* ubi qualiter vitiet possessionem exindè captam non facta debita liquidatione, Altimar. *ubi suprà* n. 36.

An hæredis institutionem, Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 25. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 149. *n.* 1. & *seqq.* ubi de substitutione, ut non vitietur ex incertitudine personæ, quando potest ex conjecturis certificari Altimar. *loc. cit. n.* 116. Lara *de Anniversf. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 1. Salgad. *Labyr. part.* 2. *c.* 9. *num.* 9.

An legatum Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 107. *per tot.* Get. Spin. *cons.* 59. *per tot.* Tusch. *litt. L, concl.* 43. & *seqq.* Dian. *part.* 3. *tractat.* 5. *resol.* 58. ubi quid in foro conscientiæ, & latiùs *part.* 10. *tract.* 15. *resolut.* 18. vide in §. *Legatum n.* 107. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 17. De Luc. *de Legat. disc.* 52. n. 2.

An donationem inter vivos, dixi in meis resolut. *d. cap.* 62. *per tot.* ubi quòd vitiat tantùm, ac impedit translationem dominii, & possessionis, non autem ipsum contractum, ex quo utiliter agi potest ad rem certificandam, & tradendam, maximè de jure canonico, quòd stante juramento in utroq; foro attendi debet.

Quid operetur incertitudo, latè Tusch. *litt. I, conclus.* 64. *cum quatuor seqq. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Incertitudo per tot.*

3 Incertitudo non nocet, quando potest haberi certitudo in universo, & sic quota relata ad universitatem bonorum non dicitur incerta, nec ob id ratione incertitudinis vitiatur dispositio, juxta magis communem opinionem, quam firmat Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 59. *n.* 2. *&c.* & dixi *in d. c.* 62. *n.* 19. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 421. *n.* 15. & *seqq.* ubi quando incertitudo non obstet.

Quòd non omnis incertitudo vitiet actum, sed tantùm ea, quæ est ratione loci, & quotæ, vel in genere generalissimo, sive subalterno, ut si promittatur fundus, substantia, animal, vel aliud simile genus, secùs autem si in genere inferiori, quòd dialectici speciem appellant, ut si promittatur bos, equus, vel quid simile *DD. in d. l.* 3. §. *Incertum ff. de acquir. possess* Gomez. *var resol. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 8. & *seqq.* & dixi *in d. cap.* 62. *n.* 13. & *seqq.* Altimar. *loc. cit. n.* 124. & *seqq.* Hermosill. *tom.* 2. *gloss.* 1. *leg.* 1. *n.* 5.

Quòd non vitiet legatum dotis, vide in §. *Dos n.*

Nec legatum ad refectionem viæ factum, nec factum causa studii, cum per relationem ad patrimonium testatoris possit arbitrio judicis talis incertitudo certificari, Menoch. *de arbitr. cas.* 188. *per tot.*

Quòd generaliter non noceat incertitudo quando ex aliquibus potest certificari, Gratian. *discept. for. cap.* 946. *n.* 27. *&c. DD. in d. l.* 3. §. *Incertam* Montan. *de tut. cap.* 10. n. 21. & *seqq. ad* 31. Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 350. *nu.* 13. *decis.* 421. *num.* 15. & *seqq.* De Luc. *de testam. disc.* 22. *nu.* 7. & 8. *disc.* 49. *ex num.* 6. *De Regal. disc.* 15. *n.* 2. & 5.

Nec quando ex juris dispositione potest liquidari, Magon. *decis. Lucens.* 20. *n.* 20. & dixi *in resolut. d. cap.* 62. *n.* 17.

4 Incertitudo non vitiat quando agitur de liberando, sed tantùm quando agitur de obligando, nec ubi agitur de favore dotis, vel viæ reficiendæ, sive alimentorum, Genna *de verbor. enunciat. lib.* 3. *qu.* 1. *num.* 47. & 48. *fol.* 87. Soccin. *reg.* 223. *per tot.* ubi quòd nec vitiat legatum ad pias causas, vel pro studio, sive alio artificio adiscendo Altimat. *ubi suprà num.* 161.

5 Incertitudo non obstat quoties in dispositione continentur omnia bona sine loci expressione, prout nec quando dominium transfertur ex legia, vel statuti dispositione Sperel. *dec.* 99. *nu.* 50. Rot. *part.* 4. *recent. decis.* 375. *num.* 21. *et seqq.* ubi quòd quando generaliter obligantur bona omnia præsentia, & futura, incertitudo non vitiat, cùm adsit certitudo saltem respectu universi, quæ sufficit, aliàs generalis obligatio bonorum semper inutilis foret, vide in §. *Constitutum nu.* 19.

6 Incertitudo delinquentis an, & quando faciat omnea absolvi, vel pœnas minorari, Tiraquel. *tract. de pœn. caus.* 47. Menoch. *de arbitr. cas.* 598. *nu.* 40. *et seqq.* Farinac. *de pœn. temp. qu.* 96. *nu.* 13. *et seqq.* Tusch. *lit. I. conclus.* 67. *n.* 7. Giurb. *cons.* 2. *nu.* 2. *et seqq.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 20. *num.* 7. *etc. controv.* 34. *nu.* 9. *et seqq.* vide in §. *Delinquens*, §. *Homicidium*, §. *Cautio num.* 24.

7 Incertitudo nominis, vel obscuritas declaratur ex præcedente amore, & amicitia, quando plures eodem nomine ad fideicommissum, vel legatum aspirant, Bart. *in l. duo sunt Titii* 3. *nu.* 2. *ff. de testam. tut.* &
8 alii per Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 296. *num.* 4. *etc.*

De certitudine, & ejus effectibus plura tradunt remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Incertum, Incertitudo*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part. cod. verb. fol.* 716. Plura Em. De Luc. *in Indic. general. verb. incertitudo, et* Altimar. *dict. quæst.* 8. *tom.* 3. Brunnemann. *sup. ff. et Cod.* Mans. Palm. & alii moderni.

9 De incertitudine vitæ humanæ variis casibus obnoxiæ, ex qua etiam resultat incertitudo lucri, & damni, ob quam quilibet contractus justus judicatur, & præcipuè census vitalitius, multis juribus, & auctoribus citatis Vela *dissert.* 36. *num.* 42. *et seqq.*

Quòd incertitudinis ratione jactis retibus pro decem, non rescindatur emptio, quamvis pisces capti valeant centum, quia incerta ad minimam æstimationem rediguntur, Cyriac. *contr.* 689. *nu.* 51. *et seqq.*

10 Incertum dicitur quod nec à natura, nec ab homine est determinatum, nec concludit aliquam præcisam quantitatem, & declaratur à solito, & consuetudine, Cyriac. *contr.* 523. *num.* 21. *et seqq. ad* 31.

11 De incertitudine loci, & quotæ qualiter reddat nullum contractum, atque impediat translationem dominii, & possessionis, & fructuum acquisitionem, cum excludat consensum à toto, & à parte; nihil tamen operetur, nec aliquid impediat, ubi deindè aliquo pacto res certificatur, & tunc talis certificatio retrotrahatur ad diem celebrati contractus, Cyriac. *contr.* 255. *num.* 19. *et seqq. per tot.* n. vissimè Jacob. Baldue. in observat. ad Ramon. *cons.* 26. *num.* 53, *et seqq.* & ego in resol. *cap.* 62. *per tot.*

12 Status æquivocus, & incertus interpretationem recipit ab antecedentibus, & subsequentibus. Rot. *dec.* 40. *n.* 6. *p.* 16. & *dec.* 290. *n.* 8. *p.* 18. *rec.* & cor. Dunoz. sen. *dec.* 211. *sub n.* 10. *vers.* & *quamvis*. Piton. *de Jurepatr. all.* 92. *n.* 52. *tom.* 2.

13 Status incertus, & dubios non attenditur. Rosa *de execut. Litter. Apostolic. p.* 1. *in addit. ad cap.* 7. *n.* 286. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 17. *n.* 13. *tom.* 1.

14 Status terminatus per subrogationem gratiosam dicitur incertus, neq; est allegabilis. Rot. apud Piton. *alleg.* 40. *n.* 54. *de Jurepatr. tom. pr.*

15 Incertum, & nullum æquiparantur. Fontanell. *dec.* 518. *n.* 26. Roc. Episc. *cap.* 186. *n.* 3. *in fin.*

16 Incerta dispositio per viam ultimæ voluntatis, alioquin à jure Civili reprobata, inspecta æquitate canonica sustinetur, & ex ea agi potest, ut boni viri declaretur arbitrio. Archidiacon. *in cap. sunt nonnulli n.* 2. *vers. si res alia prima*, *q.* 1. Roec. Episc. *ibid. n.* 53. Afflict. *decis.* 337. *n.* 10.

Intellige, ubicunque inspectis circumstantiis, conjecturis, & præsumptionibus, mens disponentis elici potest. Alex. *cons.* 158. *num.* 8. *lib.* 7. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 4. *lit. I. conclus.* 65. *nu.* 56. Barbos. *Axiom.* 119. *n.* 5. Roec. Episc. *ibid. n.* 14.

17 Incertum dicitur, quod ignoratur. Fagnan. *in cap. Massana num.* 24. *de elect. tom. pr.*

18 Incertitudo in causa inducit incertitudinem in effectu. Fagnan. *in d. cap. Massana n.* 25. *de elect.*

19 Incerta non computantur pro valore beneficii. De Luc. *de Benef. disc.* 90. *n.* 69 *Ann. ad Concil. disc.* 21. *n.* 34. *de Jurepatr. disc.* 10. *nu.* 16. Fallit ubi fuerint quodammodo certa ex longa observantia, De Luc. *de Benef. d. disc.* 90. *n.* 70. *de Jurepat. disc.* 10. *n.* 17. Vel ubi reperiant arrendatorem. De Luc. *de Jurepat. d. disc.* 10. *n.* 17. Fallit etiam si agatur de regulanda dote Ecclesiæ in Jurepatronatus ex privilegio. De Luc. *Ann. ad Conc. disc.* 11. *n.* 34.

20 Incerta quando imputanda veniant in congruam

Pa-

Parochi. Rot. *dec.* 420. *num.* 2. *p.* 1. *rec.* De Luc. *de Paroch. diſc.* 18. *n.* 18. *Ann. ad Conc. diſc.* 9. *num.* 8. *de Jurepatr. diſc.* 10. *n* 18.

21 Incerta non dicuntur emolumenta Parochialia, ſed certa in genere. De Luc. *de Jurepat. diſc.* 10. *n.* 15. & 16., De Luc. *de Benef. diſc.* 122. *n.* 2. *& ſeqq.*

22 Incerta onera non ſunt deducenda à fructibus in computatione valoris. Merl. *dec.* 587. *n.* 8. De Luc. *de Benef. diſc.* 90. *n.* 80.

23 Incertitudo pretii quando venditionem annullet. De Luc. *de Penſ. diſc.* 57. *n.* 12.

24 Incertitudo perſonarum an irritet translationem penſionis. De Luc. *de Penſ. d. diſc.* 57. *per tot.* Quid de incertitudine Eccleſiarum gravatarum. De Luc. *d. diſc.* 57. *n.* 6.

25 Incertitudo commodi, vel incommodi excludit læſionem. De Luc. *de Regal. diſc.* 30. *num.* 10. *diſc.* 80. *n.* 3.

26 Incertitudo piarum diſpoſitionum operatur ad favorem Fabricæ S. Petri. De Luc. *de Teſt. diſc.* 26. *n.* 6. *diſc.* 23. *n.* 3. *diſc.* 44. *n.* 3.

27 Incertus de ſtatu ſuo an poſſit eſſe procurator. Text. in *l. Servum quoque §. cum vero ff. de procur.* Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *quæſt.* 31. *num.* 187. *& ſeq. tom.* 2.

28 Legatum factum Eccleſiæ abſque expreſſione certi nominis, quando dicatur incertum. Bertachin. *vol.* 119. *ferè per tot.*

Stantibus pluribus Eccleſiis prætendentibus legatum incertum cui debeatur. Bertachin. *vol.* 119. *per tot.*

29 Diſpoſitio non dicitur incerta, quando fuit legatum prò nubendis certis puellis licet nomen Executoris non ſit expreſſum. Caſtr. *conſ.* 96. *n. pr. lib. pr.* Rot. cor. Coccin. *dec.* 1008. *n.* 3. Bertachin. *d. vol.* 229. *n.* 9.

§. INCESTUS. XII.

1 INceſtus crimen quot modis, vel inter quos committatur, qualiter in unoquoque caſu puniatur, latè Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 200. *per tot.* Michalor. *de fratrib. part.* 3. *cap.* 57. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 149. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 50. *per tot.* vide in §. *Coitus num.* 8. Tuſcn. *litt. I. concluſ.* 69. *per tot.* Franciſc. de Magiſtr. *in Syl. Eccleſ. part.* 2. *lib. pr. tit. pr. cap.* 13. *ſol.* 61. Chriſtin. *deciſ.* 161. *vol. pr.* Quòd committatur etiam cum Moniali. Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 49. *num.* 4. *cit.* Conciol. ad Rumaguer. *ad Stat. Eugub. lib. rub.* 43. *per tot.* ubi plura de hoc delicto, & Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 35. *per tot.* ubi plenè Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt. pr. ſect. pr. nu.* 760. *tom.* 8. Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap.* 17.

Qualiter inceſtus probetur per duos teſtes deponentes de conſanguinitate, & per alios duos deponentes de coitu, vel actibus illum indicantibus, Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 893. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 145. *nu.* 10. *& ſeqq. & deciſ.* 356. ubi quòd copula ad effectum probandi inceſtum deducitur ex præſumptionibus, & conjecturis, & ex quibus, dixi in §. *Coitus*, & §. *Stuprum*. Altimar. *loc. cit. verſ. quomodo probatur*. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Inceſtus nil aliud eſt, quàm copula carnalis habita inter conſanguineos, vel affines ex copula licita uſque ad quartum gradum incluſivè, ex copula verò illicita uſque ad ſecundum gradum incluſivè, Bordon. *in Miſcellan. deciſ.* 479. quam refert Dian. *part.* 10. *tract.* 14. *reſolut.* 16. *verſus finem*, vide in §. *Affinitas num.* 2. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 37. *num.* 6. & 7. Leſſ. *de juſt. & jur. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 10. *per tot.* Altimar. *loc. cit. qu. pr. ſect. pr. n.* 82. *verſ. inceſtus*. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*, & vide infra *in noviſſimis addit.* Creſcio.

Dicitur autem inceſtus à *ceſto*, qui erat cingulum Veneris, quo antiquitus nuptiæ celebrabantur, & ideò conjunctio illorum, inter quos non poteſt ſtare matrimonium appellatur inceſtus, quaſi ceſto carens, vel ab inceſtare, quod eſt polluere, Covarr. *de ſponſ. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr.* 50. *num.* 2.

Quòd in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Sixti V. de anno 1587. puniatur pœna mortis, quando eſt cum duabus ſororibus germanis, vel fratribus reſpectivè, vide Michalor. *d. cap.* 57. *n.* 24. & latiùs Farinac. *d. qu.* 149. *n.* Ricc. *Collect.* 1869. ubi idem ſi cum Matre, & filia &c. Altimar. *loc. cit. qu. pr. ſect. pr. n.* 760. *verſ. ſorores duas*;

Quòd puniatur pœna mortis, P. Manar. *noct. malen. interrog.* 200 §. 7. Matthæu Sanz. *controv* 50. ubi tamen poſteà concludit pro pœna mitiori, Ant. Picard. *pract. inſtit. part.* 13. *tit. de pœn. omn. delict. nu.* 69. *et* 70. *fol.* 101. Franciſc. de Magiſtr. *loc. cit.* ubi de pœnis inceſtus utroque jure, & foro Altimar. *loc. cit. verſ. ſic pœna*. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. crimin. dict. cap.* 17.

Imò pœna deportationis tantùm, reformata ſententia mortis, Franch. *deciſ.* 378. de quo vide latè Farinac. *loc. cit.* Ricc. *Collect.* 151. & 1869. ubi refert varias pœnas, & latiùs *Collect.* 4221. ubi pro defenſione inceſtuoſi, & Sanfelic. *dec.* 416. *cum Addit.* ubi quòd pœna mortis à jure Civili impoſita procedit tantùm in caſibus, in quibus attenta ejuſdem juris civilis diſpoſitione committitur inceſtus, non autem in caſibus à jure canonico inductis, etiamſi ſit duplicatus inceſtus, & cum ſtupro, quia in pœnalibus non fit extenſio, adde Franch. *deciſ.* 240. *nu.* 15. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 356. *num.* 4. & 5. ubi tamen quòd inſtant pœnæ inſucceſſibilitatis utroq; jure inflictæ, quicquid ſit in pœnis criminalibus, & *part.* 18. *tom. pr. deciſ.* 37. ubi etiam quòd inceſtus eſt nomen juris canonici, & ab eo primitus introductum antè jura civilia, ac ideò eo ipſo quòd poſtea jus civile punit inceſtum, debet intelligi de inceſtu à jure canonico denominato, & damnato, cùm leges non dedignentur ſequi ſacros canones, & è contra, de quo etiam Cabal. *reſol. crim. caſ.* 200. *n.* 41. *& ſeqq.* quem allegat, & ſequitur Rot. *loc. cit. nu.* 10. Altimar. *ubi ſupra*, *verſ. hodiè pœna*.

Inceſtus ſine colore, & figura matrimonij de jure 2
canonico in laico punitur, ut uxore illius mortua non poſſit cum alia contrahere, nec ab illa vivente, cujus conſanguineam carnaliter cognovit, poſſit debitum conjugale petere, & excommunicatus dicatur; Clericus verò punitur pœnitentia decennali, & interdum aliqua longa peregrinatione, vel etiam privatione beneficii, ſi inceſtus ſit qualificatus, ut benè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 502. *num.* 68. *et ſeqq.* Anton. Pichard. *pract. inſtitut. tit. de pœn. omn. delict. part.* 3. *nu.* 69. & 70. *fol.* 101. Girvel. *dec.* 23. *per tot.*

Commiſſus autem ſub figura, & colore matrimonii de jure canonico punitur pœna excommunicationis ipſo jure, ſeparatione thori, & ne illi inceſtuoſi poſſint cum alia poſteà contrahere matrimonium. Si tamen ignoranter contraxerint, vel ſaltem unus eorum, fit quidem ſeparatio, & puniuntur ſola pœna arbitraria, Menoch. *d. caſ.* 502. *n.* 104. *& ſeqq. per tot.* latè Farinac. *d. qu.* 149 Clar. & Bajard. in §. *Inceſtus per tot.* vide in §. *Coitus n.* 8. Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 367. *per tot.* Picard. *loc. cit.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt. pr. ſect. pr. nu.* 760. *verſ. Sed ſi ſit tam.* 8.

Quæ dicantur inceſtuoſæ nuptiæ de jure canonico, & civili, ac qualiter puniantur, Tuſch. *litt. N. concl.* 158. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 536. 1963. Sanfelic. *deciſ.* 417. *cum Addit.*

Quòd bona contrahentium inceſtas nuptias de jure publicentur, & fiſco applicentur, ac de Regalibus efficiantur, *Auth. inceſtas C. de inceſt. nupt. cap. unic. tit. quæ ſint regalia*, Peregr. *de jur. fiſc lib.* 5. *tit. pr. n.* 12. Clar. in §. *Inceſtus n.* 3. *& ſeqq.* Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 30. *& ſeqq.* Fragoſ. *de Regim. Reipubl. part. pr. lib.* 2. *diſput.* 4. *num.* 213. Camil. Borel. *de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 37. *num.* 14. *& ſeqq.* Mallin. *de confiſc. quæſt.* 3. *nu.* 39. aliique plures citati per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 35. *nu. pr. & ſeqq. per tot.* ubi plura de inceſtu, cum quibus committatur, quibus pœnis puniatur, ad quem judicem ſpectet punitio, & alia ad rem Altimar. *loc. cit. verſ. an publicentur* Mareſc. *de Legib. publ. judic. gloſſ.* 6. *n.* 37.

An & quando filii incestuosi possint succedere, vel non suis parentibus, stante ignorantia, vel bona fide alterius coeuntis, sive conjugis; Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 367. *per tot.* vide in §. *Successio*, Rot. *part.* 17. *dec.* 145. & 356. *in eadem causa*, in quibus aliæ concordantes referuntur, & distinguitur *in d. decis.* 356. ut dicta ignorantia excuset in matrimonio ob bonam fidem, secùs autem in concubinatu ob malam fidem, cum tunc coeuntes semper dent operam rei illicitæ, & *part.* 18. *tom. pr. decis.* 37.

3 Florentiæ incestus punitur pœna librarum quingentarum, & plus arbitrio judicis juxta qualitatem, & conditionem personarum *Statut. Florent. lib.* 3. *Rub.* 112. Intellige inter conjunctos vilissimos, & remotiores, ac nulla vi, vel suasionibus adhibitis, aliàs statutum iniquum, & tamquam præbens occasionem, vel facilitatem delinquendi nullatenùs servandum est, prout vere in casibus gravibus non fuit servatum, ut ex infrascriptis apparet, de quo Statuto Florentiæ, & aliorum locorum meminit Farinac. *qu.* 141. *n.* 70.

Quòd incestus sit delictum mixti fori, & possit judex Ecclesiasticus saltem ad excommunicationis pœnam procedere, Farinac. *d. qu.* 149. *p. pr. in fine.* Florentiæ numquam vidi judices Ecclesiasticos se ingerere in hoc, neque in similibus delictis mixti fori quoad pœnas temporales, sed tantùm quoad spirituales.

Quòd incestus sit delictum mixti fori, quomodo sit intelligendum, nempe inter laicos, & quando committatur extra matrimonium, & inter consanguineos, vel affines, ex cognatione carnali; nam si agatur de incestu contra personas Ecclesiasticas tantùm, vel de incestu in figura matrimonii, cum tunc injuria fiat sacramento, & agatur de illius viribus, vel de incestu cum cognata spirituali, quæ cognatio spiritualis est juri civili incognita, nisi cum tali incestu sit admixtum stuprum, vel adulterium, his casibus solus Judex Ecclesiasticus procedit, ut colligitur ex traditis per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 35. *n.* 60. & *seqq. per tot.* ubi allegat Gabriel. Pereyra *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 56. Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 29. Cabal. *cons.* 200. *n.* 69. & *seqq.* Matt. *de jurisdict. part.* 2. *cap.* 20. aliosque plures.

Quòd incestus cum meretrice consanguinea, vel affine puniatur saltem pœna extraordinaria, quid cum comatre, cujus cognatio juri civili est incognita, vel cum affine ex coitu fornicario, & hujusmodi, Cabal. *resol. crim. cas.* 200. *num.* 85. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 140. *num.* 58. & *seqq.* & alii citati per Philip. Paschal. *de jur. patr. potest. part. pr. cap.* 5. *num.* 42. Altimar. *loc. cit. vers. cognoscens conjunctam*.

An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie, vide Dian. & quos allegat *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 21.

An sit exprimendus gradus consanguinitatis, vel affinitatis in confessione, sive sufficiat dicere commisi incestum non explicando gradum neque consanguinitatem, vel affinitatem, Dian. *part.* 10. *tract.* 14. *res.* 36. *vers. finem*, ubi refert contrarias opiniones, sed communem esse, debere explicari gradum, & iterùm *dict. part.* 10. *tract.* 15. *resolut.* 13. *vers. nota etiam per tot.* ubi quòd probabilis est etiam, & tuta in praxi alia opinio, ut sufficiat dicere, *commisi incestum*, & refert plures DD. illam tenentes, & sequitur ipse Dian. aliis citatis *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 34. *vers.* & *tandem*, & *tract.* 8. *resol.* 63. *per tot.*

Si quis autem simpliciter concupiverit rem habere carnalem cum matre, & filia, vel cum duabus sororibus, vel hujusmodi personis inter se conjunctis, ipsi tamen concupiscenti non consanguineis, nec affinibus, absque effectuatione, non tenetur hanc circumstantiam in confessione exprimere, cum non possit dici incestus, ex quo causa debet præcedere suum effectum, Bordon. *decis. Miscell.* 109. Dian. *dict. part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 13.

4 Incestus cum comatre, vel alia persona conjuncta per cognationem spiritualem, non punitur pœnis inductis à jure civili, quia est crimen merè Ecclesiasticum ob cognationem spiritualem jure civili incognitam, & ideò puniendum tantùm pœna canonica, Cabal. *resol. crim. cas.* 200. *nu.* 154. Bertazol. *cas.* 261. *num.* 3. *lib.* 2. Sanfelic. *decis.* 417. *n.* 8. *lib.* 3. Petret. *de manu reg. lib.* 2. *tit.* 9. *cap.* 53. *num.* 19. & tantò minus si non fuerit sequuta seminatio intra vas, sed extra, cum non contrahatur affinitas nisi per commixtionem seminis saltem viri intra vas naturale mulieris, Paul. Comitol. *respons. moral. quæst.* 130. *num.* 2. &c. Cabal. *dict. cas.* 200. *numer.* 78. dixi in §. *Affinitas num.* 4. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. crim. dict. cap.* 17.

Hæc tamen omnia cum essent allegata in quodam processu Fivizzani contra Fabianum Jo: Angeli de Mozzano, & Sanctinam Sancti de eodem loco visa fuerunt intelligenda quoad pœnam ordinariam, non autem quoad pœnam arbitrariam saltem leve ratione mali exempli, & actuum tam proximiorum, ut constat ex resolutione dicti processus sub die 27. Octobris 1677. in filcia Magistratus DD. Octo Balliæ Civitatis Florentiæ *num.* 260. & quæ dicebantur, ut supra de seminatione intra vel extra vas, non faciebant ad rem, cum procedat tantùm ad effectum cognoscendi an contracta fuerit affinitas, vel non, ex qua possit causari, vel excusari incestus; ridiculum enim esset hujusmodi actus tam proximos, & impudicos impunibiles reputari; cum aliàs etiam simplicia oscula luxuriosa puniantur, ut dixi in §. *Osculum*. Præterea in dicto casu erat etiam adulterium punibile, cum dicta Sanctina esset conjugata, & constaret de dictis actibus per propriam illius confessionem, per quam facto notorio adulterio poterat judex etiam ex officio procedere, licet ille judex omisisset sub dicto ridiculo prætextu seminationis extra vas, vide in §. *Adulterium*.

Incestus suspicio cessat ratione sanguinis, & ideò non præsumitur contra fratrem, & sororem simul in eodem lecto jacentes, ac idem in patre, & filia, nisi aliter probetur, ut consulvit Ceaver. *cons.* 321. quem sequitur Atismin. Tepat. *var. sent. tit.* 39. *cap. pr.* ubi etiam *cap.* 2. quòd licet ex illicito coitu contrahatur affinitas, procedit quoad impediendum matrimonium, non autem quoad puniendum de incestu, si quis cum una muliere secretè connubuerit, & postea palam aliam illius sororem in uxorem duxerit ad Hypolit. *sing.* 254. vide Farinac. *quæst.* 136. *num.* 205. & *seqq.* Cyriac. *contr. jur. contr.* 605. *per tot.* Laurent. Matthæu. Sanz. *tract. de re crim. controv.* 30. *n.* 41. & *seqq.* qui benè declarat, an & quando ex consanguinitate, vel affinitate cesset, vel non suspicio copulæ carnalis, si vir, & mulier simul in eodem lecto, vel cubiculo jacuerint. 5

Intellige dictam conclusionem de simplici dormitione fratris, & sororis, vel patris, & filiæ in eodem lecto, ut sæpè contingit ex necessitate inter rusticos, & pauperes, nam ex ea sola non probatur incestus, nec oritur indicium ad torturam ob nimiam sanguinis conjunctionem, quæ omnem sinistram suspicionem tollit; secùs autem si cum simultanea dormitione alia concurrant, ut prægnantia, & hujusmodi, nam tunc est locus torturæ amborum negantium, sicuti in casu occurrenti servatum fuit per Magistratum DD. Octo Balliæ Florentiæ sub die 2. Martii 1672. ab Incarnatione in processu Sancti Miniatis contra Silvestrum Falornum; & in alio casu quo erant confessi frater, & soror de incestu cum stupro, prægnantia, & partu sequuto, fuerunt condemnati, frater ad triremes ad beneplacitum Principis, & soror, quæ fuerit consentiens in pœnam fustigationis, & trium annorum carceris Stincarum, sub die 22. Novembris 1677. in Processu Larii contra Franciscum Gradassium in filcia 651. *num.* 32.

Incestus inter vitricum, & privignam quibus pœnis puniatur in utroque tam de jure canonico, quam civili, & Imperatorum constitutionibus, latè pluribus legibus, & Doctorum auctoritatibus perpensis, Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de re crim. controv.* 50. ubi concludit, quòd licet verum sit ratione nefarii coitus inter ascendentes, & descendentes, pœnam mortis imponendam, procedit quando sunt consanguinitate conjuncti, & ut ejusdem sanguinis, quasi tunc natura ipsa perhorrescat has nefarias commixtiones; secùs verò si sint tantum affinitate conjuncti, licet loco parentum, & liberorum sint, ut vitricus, & privigna, nam istis aliquantum pœna mitiganda est, 6

cum

cum delicta carnis potius ex fragilitate humanæ naturæ, quam ex maligna animi pravitate procedant, ac ideò aliqua miſeratione digna, non ſecùs ac ea, quæ ab ebriis, & furioſis patrantur; & cum procederetur in caſu ſuo per præſumptivas, & non veras probationes, refert privignam juſſe in Monaſterio detruſam alendam expenſis vitrici, & ipſum vitricum condemnatum in exilium, & ad ſolvendum ſexcentum ducatos, Grivel. *deciſ.* 23. *per tot.*

Florentiæ tamen cum eveniſſet caſus de anno 1673. in quodam birruario, qui privignam ſuam aliqua vi adhibita compreſſarat, & ſtupraverat, confeſſus delictum, fuit pœna capitis damnatus, & executa ſententia in Vico Piſano ſub die 26. Julii dicti anni, cum nec gratiam aliquam à religioſiſſimo Principe conſequi potuerit, ut conſtat in filcia negociorum Magiſtratus DD. Octo de menſe Maii ſeu &c. contra Clementem Niculai Cojani.

Et iterū de anno 1677. quidam Marcus Clericus inquiſitus de inceſtu cum propria filia conſanguinea tortus bis, & confeſſus, ſi confeſſionem ratificaſſet, pœnam mortis non evaſiſſet; verum quia noluit ratificare in totum, ſed tantùm vulvam tetigiſſe, non procedendo ad ulteriorem torturam, cognita ſua malitia, fuit ad remigandum in triremibus per decennium arbitrariè condemnatus de menſe Decembris dicti anni 1677. ut conſtat in Giornali 651. dicti Magiſtratus Dominorum Octo, & poſtea tranſmiſſus.

De inceſtu, & ejus pœnis alia varia tradunt DD. allegati à Callejon. Alphab. *jurid. verb. inceſtus*, Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 4. *eodem verb. fol.* 717. Brunnemann. *ſup. ff.* & C. Carpzou. Bellegrand. Altimar. Carol. Ant. De Luc. & alii muderni.

8 De pœnis inceſtus, tam in figura matrimonii, quam extra figuram matrimonii, quoad forum Eccleſiaſticum, & conſcientiæ, Carol. Ant. Tinſ. *de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Inceſtus fol.* 188. ubi de infamia, irregularitate, excommunicatione, privatione petitionis debiti conjugalis, impedimento matrimonii contrahendi, etiam cum eadem perſona, cum qua fuit commiſſus inceſtus, & hujuſmodi cum declarationibus eodem addictis, vide Altimar. *de nullit. contract. rub.* 2. & 3. *qu.* 1. *ſect.* 1. *d. n.* 760. *tom.* 8.

9 Inceſtus eſt gravior adulterio. Farinac. *quæſt.* 149. *n.* 1. Latea *dec.* 50. *n.* 1. Carl. Ant. D. Luc. *in Prax. Crimin. cap.* 17. *n.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *num.* 700. *verſ. inter tom.* 8. ubi etiam quod eſt delictum gravius [illegible].

10 Mulieres mitius puniuntur. Bajard. ad Clar. *in §. Inceſtus n.* 9. Farinac. *ubi ſup. n.* 28. Carl. Ant. De Luc. *in Prax. Crimin. dict. cap.* 17. *nu.* 7. Altimar. *loc. cit. verſ. mulieres.*

11 Committens inceſtum cum duabus conſobrinis committit inceſtum de Jure Canonico non civili. Carl. Ant. De Luc. *in Prax. Crimin. d. cap.* 17. *n.* 6.

12 Sacerdos habens copulam cum commatre, committit inceſtum de Jure Canonico. Farinac. *quæſt.* 138. *nu.* 48. Et deponendus perpetuò, & in ergaſtulum per triennium mittendus. Pignatell. *conſult.* 116. Carol. Ant. De Luc. *in Praxi Criminali d. c.* 17. *n.* 8.

13 Inceſtus quid ſit. Fagnan. *in cap. Cum pridem n.* 23. *de pactis*. Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *q.* 1. *ſect.* 1. *n.* 760. *verſ. ſic habemus* Inceſtus committitur etiam in gradibus probibitis ex Conſtitutione Eccleſiæ. Fagnan. *in d. cap. Cum pridem num.* 12. *de pactis*.

14 Peccans carnaliter cum Viro, cum quo ſcit matrem ſuam, filiam, aut ſororem concubiſſe, pœna mortis punitur, quod militat in viro, qui peccat cum ea, quam ſcit peccaſſe cum ſuo Patre, filio, vel fratre; Fontanell. *de pact. nupt. cl.* 5. *gloſſ.* 5. *p.* 2. *lib.* 2. Angelis *de delict. part.* 3. *n.* 599. *fol.* 148. Altimar. *de Nullit. Rub.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *n.* 760. *verſ. Peccans carnaliter.*

Cum duabus ſororibus virginibus ortis ex duobus ſororibus uterinis poteſt imponi pœna mortis naturalis, ut fuit judicatum per M. C. V. licèt tutius imponatur pœna deportationis ſtupratoris, & ſtuprata detrudatur in Domo Pœnitentiæ Franch. *deciſ.* 378. Theſ. *dec.* 200. Altimar. *de Nullit. d. rub.* 2. & 3. *quæſt.* 1. *ſect.* 1 *n.* 760. *verſ. Cum duabus.*

Unde ratione duplicati delicti inceſtus ſcilicet & ſtupri quemdam fuiſſe ad Triremes damnatum cum eſſet ignobilis. Sanfel. *dec.* 417. Altimar. *de nullit. ſupra verſ. unde ratione.*

15 Quis contrahens cum ſibi conjuncta cognatione ſpirituali, licèt non committat inceſtum, debet tamen gravius puniri, cum crimen grave ſit, ob fidem ſpiritualiter datam. *cap.* 1. 23. *quæſt.* 2. Nicol. Carbon. *pract. cap.* 3. *lib.* 2. *n.* 39. Angelis *de delict. p.* 1. *cap.* 77. *n.* 25. Antun. *de donat. tom.* 2. *cap.* 35. Altimar. *loc. cit. verſ. Quis contrahens.*

16 Cognoſcens carnaliter Monialem committit inceſtum, & punitur pœna mortis, & non gaudet immunitate Eccleſiaſtica. Antun. *de don. tom.* 2. *c.* 31. *numer.* 66. & *ſeqq* Cortiada *deciſ.* 89. *numer.* 57. & *ſeqq.* Romaguera ad Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 4 *rub.* 23. *numer.* 12. Maſin. *de conflict. quæſt.* 3. 19. Caball. *cap.* 20. *n.* 72. Franc. Marc. *dec.* 964. *n.* 1. *p.* 1. Marta *p.* 2. *cap.* 26. *n.* 7. Angelis *ſup. nu.* 2. 6. Boſſius *de coitu damn.* 80. Altimar. *de Nullit. d. rubr.* 2. & 3. *q.* 1. *ſect.* 1. *nu.* 760. *verſ. cognoſcens.*

17 Inceſtus ex ignorantia facti probabili à pœna excuſatur, ex ignorantia juris civilis in parte excuſatur; ex ignorantia juriſgentium non excuſatur, ſicut etiam quando ſolum eſt ad fornicandum, non ad contrahendum. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. tract.* 10. *quæſt.* 9. *num.* 4. Vide Altimar. *ſupra verſ. quando ignorantia.*

18 Inceſtus, ut ſic quinquenio, ſi cum adulterio viginti annorum ſpatio præſcribitur. Farin. *quæſt.* 10. *n.* 15. Bellegrand. *in compendioſ. rer. crimin. Method. tract.* 8. *quæſt.* 5. *n.* 4. & 5.

19 Minoribus minoranda eſt pœna in inceſtu, etiamſi ſint majores 14. ann. Altimar. *loc. cit. verſ. minoribus.*

§. INCONTINENTI. XIII.

1 INcontinenti fieri dicitur id, quòd ſtatim poſt actum fit eadem die, de quo plura Tiraquell. *de retract. convent.* §. 1. *gloſ.* 5. *per tot.* Montan. *de tat. cap.* 30. *num.* 50. &c. Tuſch. *lit. I, concluſ.* 80. Urceol. *conſu. for. cap.* 85. *n.* 24. *vol.* 2. ubi pluribus citatis probat incontinenti factum dici id, quod fit intra tres, quatuor, vel quinque dies, & ob id ineſſe ipſimet antecedenti diſpoſitioni. Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 1. *n.* 19. Vide Brunnemann. *ſup. C. lib.* 2. *tit.* 3. *leg.* 23. *n.* 3. & *tit.* 10. *leg. ult. n.* 5. & 6.

Non dicitur incontinenti fieri quando partes ad actus extraneos diverterunt, Gratian. *diſcept at. for. cap.* 796. *n.* 29. &c. Vide Seraphin. *de Privileg. Juram. privil.* 30. *n.* 16. & 169.

Plura quod incontinenti aliquid factum dicatur arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 9. *cum aliquibus ſeqq.* Altograd. *conſ.* 5. *n.* 16. *lib.* 1. ubi quod juxta ſubjectam materiam poteſt dici incontinenti aliquando factum etiam id, quod fit in bimeſtre, idem Altog ad. *conſ.* 84. *n.* 14. &c. *lib.* 1. dixi *in reſolut. cap.* 41. *n.* 6. Tuſch. *lit.* [illegible] *concl.* 80. *per tot.* latè Soccin. jun. *conſ.* 67. *n.* 9. *lib.* 7. Vide infra *n.* 9.

De hujuſmodi dictione *incontinenti* quando tempore verificetur ſecundum ſubjectam materiam pulchrè, & latè Angel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 2. *per tot.* Barboſ. *de dict.* 55. *per tot.* Sperel. *dec.* 132. *num.* 42. &c. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 76. *n.* 32. &c. Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 18. ubi in materia defenſionis incontinenti permiſtæ, de qua dixi in §. *Defenſio*, & §. *Homicidium*, & plenè Sanfelic. *deciſ.* 337. *cum tribus Allegationibus*, & *Addit.* ad oſtendendum defenſionem, ſive vindictam factam *incontinenti*, & *nulla mora interpoſita*, *vel protracta*, juxta Conſtitutionum Regni Neapolitani permittentem marito uxorem, & adulterum occidere in adulterio deprehenſos nulla mora protracta, quando maritus ad extraneos actus non divertit, & fecit quam primum potuit, vide etiam latè Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 29. *num.* 36. & *ſeqq.* ubi poſt plura quando defenſio dicatur facta incontinenti, ut jura permittunt, *nu.* 42. diſtinguit, ut injuriæ verbales, quæ per remedia juris poſſunt tolli, debeant ſtatim,

& illico per alia verba repulsari, & si re, & facto repulsentur non excusetur repulsator; injuriæ verò reales, quæ alias tolli non possunt, & habent tractum successivum, ut vulnera, & hujusmodi offensiones honurem respicientes, quæ effectum permanentem producunt, quia semper durat causa provocans, possunt repulsari re, facto incontinenti arbitrio judicis æstimando ex qualitate facti, personarum, & injuriæ juxta prædicta; & sic attenta juris dispositione solum toleratur repulsatio injuriæ realis, quia non potest spectari remedium juris, cum semel perfecta, effectus ejus aliàs non valeat secùs in convicio verbali, quòd per legitimos tramites expelli potest, nec ullum periculum in mora versatur, aliàs si ex odio privato impunè liceret ex intervallo inimicum occidere, lex esset nutritiva peccati, & omni jure injusta, magna enim est differentia inter verba, & verbera, sed nihilominus si persona honesta graviter verbis injuriata incontinenti injuriantem occiderit non pœna homicidii ordinaria, sed ob ingentem excessum extraordinariè plectenda, cessante ultionis meditatione, ut egregiè declarant Sanz. *loc. cit.* vide in §. *Injuria n.* 12. Carlev. *de judic. tit.* 2. *disp.* 2. *à n.* 19.

2 Incontinenti facta dicuntur inesse ipsi dispositioni principali, nisi quæstio principalis sit de tempore, quia tunc etiam momentum habetur in consideratione, *leg. lecta*, ubi Jas. & alii *ff. si certum pet.* Gratian. *discept. for. cap.* 710. *n.* 17. *&c.* Tusch. *litt. I*, *conclus.* 81. *per tot.*

Hæc regula quòd quæ fiunt incontinenti dicantur inesse, procedit solùm inter ipsas partes, & principales, contrahentes, non autem quoad tertios, sicut etiam nec procederet secundum multos inter ipsas partes quando jam contractus esset absolutus, & perfectus Gratian. *discept. for. cap.* 730. *n.* 37. *&c. &* *c.* 756. *n.* 10. *&c.* Tusch. *dict. conclus.* 81. ubi plura, facit Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 340. *n.* 10. *& seqq. vol.* 2. ubi quando duo, vel plures actus ratione connexitatis, loci, & temporis pro unico reputantur, *& part.* 10. *decis.* 318. *n.* 36. *& seqq. & part.* 11. *dec.* 75. *per tot.*

3 Quòd ea, quæ fiunt incontinenti habeant plura privilegia, nempè primò ut dicantur inesse actui, perinde ac si simul facta essent, secundò ut in omni dispositione, in qua probationes fieri prohibentur, admittantur quæ incontinenti offeruntur, tertiò ut quis se possit fundare in positione negata si incontinenti negationem revocaverit, vel non noceat confessio, si illam incontinenti revocaverit; quartò ut excusetur qui aggressorem incontinenti occidit; quintò ut admittatur appellatio viva voce facta, vel etiam in casibus, in quibus sit prohibita si incontinenti justificetur; sextò ut nullitas incontinenti probata impediat executionem sententiæ; septimò ut exceptiones non reserventur in fine litis si offeratur incontinenti probatio; octavò ut quandoque oriatur præsumptio delicti; nonò ut non remittatur nunciatio novi operis per satisdationem si nuncians velit statim de jure suo docere; decimò ut non revocentur attentata si incontinenti doceatur de injustitia appellationis; undecimò ut possit adulter in turpitudine deprehensus à patre occidi; duodecimò ut admittantur exceptiones dilatoriæ, etiam post litem contestatam, si statim opponantur; decimòtertiò ut testis possit se corrigere; decimoquartò ut possit possessio amissa statim recuperari, etiam armata manu. & alia ut latè prosequitur Argel. *tract. de acquir possess. quæst.* 2. *art.* 1. *per tot. cum pluribus seqq.* ubi etiam declarat quæ dicantur facta incontinenti, vel non juxta subjectam materiam, & præcipuè in fundamento juris, vel facti, in quo se fundat actor, vel reus, si sit incontinenti probabile, quantum tempus debeat judex præfigere ad hujusmodi probationem faciendam, quid stante dubia replicatione adversarii, quando quis dicatur incontinenti appellasse, nullitatem probasse, negationem, vel confessionem positionis revocasse dictum suum correxisse, respondisse interrogationi ad sustinendam stipulationem, quid in contractibus, in delictis, & hujusmodi, Barbos. *in cap.* 38. *n.* 7. *de elect.*

Incontinenti facta, quæ dicantur, vel non ad diversos effectus, vide DD. citatos à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Incontinenti*, & à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *eadem verb. fol.* 719. 4

Incontinenti factum dicitur, quod fit adhuc durante dolore, licet intercedant plures dies, vel si 5
adhuc duret periculum, nam in actu, & timore successivo quotidie, & singulis horis dicitur durare justus dolor, & respectu ultimi doloris semper factum dicitur incontinenti, cum in actibus successivis res semper dicatur integra, & non plenè perfecta respectu actus instantis, & futurorum, ac ideò quando pericula imminent, licitum esse prævenire occidendo, benè pro defensione uxoris conscientiæ necis mariti, Cyriac. *contr.* 105. *n.* 70. *& seqq.* ubi pro excusatione à pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria, & vide quæ dixi in §. *Homicidium.*

Incontinenti dicitur factum quod fit intra modi- 6
cum tempus arbitrio Judicis Altograd. *Sen. consil.* 5. *n.* 6. Farinac. *de falsit. & simulat. quæst.* 162. *n.* 149. Staiban. Jun. *resolut.* 6. *n.* 15. Palma Nepos *alleg.* 75. *n.* 39. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 132. *n.* 67.

Incontinenti aliquando intelligitur fieri, quod fit 7
infra triduum Pellegr. *in prax. vicarior. par.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersection.* 16. *n.* 5. quia accipi debet cum temporis temperamento Pellegr. *loc. cit.*

Incontinenti quando dicatur aliquid fieri latè Se- 8
raphin. *de privileg. privil.* 121. *n.* 3.

Incontinenti potest testis suum dictum corrigere 9
Seraphin. *de privileg.* 121. *n.* 1.

Incontinenti facta dicuntur fieri absque causæ co- 10
gnitione. Bart. *in l. ex stipulatione in fin. C. de senten. & interlocut.* Rot. *dec.* 322. *n.* 3. *part.* 2. *rec.*

§. INDICIUM. XIV.

INdicium nil aliud est, quàm signum quoddam 1
informans animum judicis ad suspicandum aliquid, vel credendum, Marcel. Marcian. *Oper. legal. tract. de indic. per tot.* Quid sit indicium, vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 2. *n.* 12. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. tract.* 6. *quæst.* 1. *n.* 2.

Aliud dicitur indubitatum, & plenum, quando scilicet ita movet mentem judicis, ut omninò aliquid verum credat, nec possit in contrarium inclinare, vel facit illum omninò tamquam in veritate reperta quiescere, vel est à lege approbatum Conciol. *resol. crim. resol.* 2. *pag.* 357. De inditio indubitato vide Pellegrin. *loc. cit. nu.* 13.

Aliud dubitatum, & semiplenum, quod scilicet movet animum ad aliquid credendum, nisi contrarium probetur, vel alio contrario inditio elidatur.

Aliud proximum quo scilicet posito, vel remoto, ponitur, vel removetur delictum.

Aliud remotum, quod nempè non respicit immediatè veritatem facti, sed circumstantias remotas ab ipso facto.

Aliud denique leve, aliud grave, aliud gravissimum, aliud simplex, aliud urgens, aliud indubitatum, aliud necessarium, aliud credibile, aliud verisimile, aliud non repugnans, aliud facti, aliud juris, aliud hominis, aliud legis, aliud juris tantùm, aliud juris, & de jure, quid, & quantum unumquodque operetur arbitrio judicis, & alia vide latissimè per Farinac. *quæst.* 36. *&c.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 2. *cum pluribus seqq. & de arbitr. cas.* 270. *per tot.* Tusch. *litt. I, concl.* 93. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 392. *cum addit.* D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *per tot. fol.* 202. *&c.* plenè Ant. de Ballis *var. tract. lib.* 1. *quæst.* 1. *cum pluribus seqq. per tot.* ubi de unico teste, de assertione vulnerati, offensi, de minis, de fama, de confessione extrajudiciali, de fuga, mendacio, trepidatione, titubatione, palore, pace, vel delicti transactione, de exeunte de domo offensi cum gladio evaginato, & de dicto mandatarii contra mandantem, de inimicitia, evidentia facti, armorum accomodatione, consuetudine delinquendi sanguine ex vulnere profluente, & de dicto socii criminis, &c. de quibus

etiam D. Fulvi Majoran. d. cap. 8. per tot. Zuff. de legit. process. lib. 1. quæst. 42. & seqq. Sousa in Aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 39. per tot. plenè Conciol. resol. crim. 1. & 2. per tot. pag. 356. Pellegr. dict. n. 13. Bellegrand. loc. cit. tract. 6. q. 1. & q. 2. n. 10. q. 3. n. 1.

2 Indicia sunt sumenda à nominatis in querela, vel denuncia, sive ab aliis, qui possint esse verisimiliter informati, de delicto, puta à vicinis, vel domesticis delinquentis, vel loci delicti, vel à parte offensa, Clar. §. fin. quæst. 23.

An autem diluantur indicia ex confessione offensi, qui dicat ab inquisito se non fuisse læsum, nec offensum, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 90. vide in §. Exculpatio n. & §. Socius nn. Clar. §. fin. quæst. 52. vers. Potest etiam, Guaz. def. 30. cap. 4. n. 23. Farinac. quæst. 46. Tusch. litt. I, conclus. 100. ubi qualiter tollantur per contraria indicia probata.

3 Indicium quodlibet in suo genere debet probari per duos testes, vel unum de visu ipsius maleficii, qui sit omni exceptione major, Clar. §. fin. quæst. 22. Brun. de indic. & tort. part. 2. quæst. 2. Guaz. def. 30. part. 31. per tot. Menoch. de præsumpt. lib. 2. quæst. 91. Card. Tusch. litt. I, conclus. 98. per tot. Dian. part. 4. tract. 6. resolut. 3. & seqq. Addit. ad Sanfelic. decis. 392. Anton. de Ballis tractat. var. lib. 1. quæst. 10. per tot. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 894. per tot. Bellegrand. in compend. rer. crim. meth. tract. 2. quæst. 9. & tract. 6. quæst. 2.

Quod indicium propinquum facto probetur per unum testem de visu omni exceptione majorem; remotum verò per duos testes, licet non omni exceptione majores, sed infames, familiares, vel similes, Brun. de indit. part. 1. quæ. 2. n. 1. &c. & n. 7. Pract. Papp. for. Inquis. glos. 1. n. 18. cum Addit. Clar. §. fin. quæst. 22. Petr. Cabal. resolut. crim. cas. 193. per tot. Dian. part. 4. tract. 6. resolut. 3. & seq. Paul. Christin. ad l. municip. Merlin. tit. 1. art. 7. n. 5. Addit. ad Sanfelic. dec. 392. Zuff. de legit. process. lib. 1. quæst. 45. per tot.

Quòd hujusmodi testes etiam super indicio remoto debeant esse omni exceptione majores testatur de communi Guaz. def. 30. cap. 31. n. 3. ubi quòd in omnem casum non debent pati plures defectus, Conciol. resol. crim. verb. indicium resolut. 5. per tot. ubi testatur de veriori, & qualiter debeant etiam esse contestes de loco, tempore, & aliis circumstantiis, nec sufficiant singulares, nisi essent ultrà duos, omni exceptione majores, & deponentes de tribus indiciis, valdè proximis, & ad eundem finem tendentibus.

Quòd singula indicia debeant saltem duorum testimonio esse probata, Menoch. de arbitr. cas. 270. n. 23. &c. intelligendo de remotis ut supra.

Ubi tamen judex habet arbitrium, & potest devenire ad torturam ex testimonio unius testis de visu, licèt non omni exceptione majoris, Menoch. de arbitr. qu. 84. n. 4. & 5. Conciol. resolut. crim. verb. Indicium resolut. 4. per tot. ubi quòd unus testis de visu, vel auditu proprio de delicto facit indicium ad torturam per se solus, si sit omni exceptione major, vel concurrat mala fama inquisiti, vel alia adminicula, vel simul in delictis occultis, & difficilis probationis, nam his casibus facit indicium ut supra, licèt non sit omni exceptione major, dummodò non sit prorsus inhabilis, nec plures patiatur defectus, non adsint conjecturæ in contrarium, quia tunc licèt esset omni exceptione major non posset ex ejus dicto ad torturam deveniri; quod totum repositum in prudentis judicis arbitrio existimo, Mascard. de probat. conc. 894. n. 5. lib. 2.

4 Indicia plura imperfecta, & non sufficienter in suo genere probata, non conjunguntur ad faciendum unum indicium plenum, & sufficiens ad torturam, maximè si essent multum remota, nisi omnia tenderent ad eundem finem, & essent adeò annexa, vel testes super eis deponentes adeò integri, ut in judice inducerent vehementissimam delicti præsumptionem, vel nisi judex haberet brachium regium; deberet tamen reus moderatè torqueri ex hujusmodi indiciis copulatis, & conjunctis, Cabal. resolut. crim. cas. 193. Clar. §. fin. q. 63. vers. tu scis, Conciol. resol. crim. verb. indicium resolut. 6. per tot. Guaz. def. 30. cap. 32. Ant. de Ballis tract. var. lib. 1. q. 5. per tot. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 40. & 41. & de arbitr. cas. 492. Farinac. q. 86. idem Conciol. resolut. crim. verb. Indicium resolut. 3. n. 8. ubi qualiter, & ad quem effectum plura indicia dubitata conjungantur ad faciendum unum indicium indubitatum, vide in §. Probatio n. Dian. part. 4. tract. 6. resol. 5. ubi quòd ex pluribus indiciis probatis, etiam per testes singulares potest ad torturam procedi, Ricc. Collect. 2220. Buccar. de different. inter jud. civil. & crimin. diff. 59. benè Addit. ad Sanfelic. dec. 392. ubi maximè tribus concurrentibus, nempè ut testes sint omni exceptione majores, indicia plura verisimilia, & non valdè remota, Zuff. de legit. process. lib. 1. q. 47. per tot. ubi qualiter plura indicia, etiam remota respectivè ad immediatè proxima, sed non valdè remota, licèt per testes singulares probata sufficiant ad torturam, si tendant ad eundem finem, & simul jungantur, & benè Cabal. d. cas. 193. per tot. ubi quòd plura indicia, etiam remota, & per testes singulares, licèt non omni exceptione majores probata, sufficiunt ad torturam, & faciunt tradita per eundem Cabal. cas. 288. quod maximè procedit in Supremis Tribunalibus, nisi fuerint elisa, Jo. Paul. Melii observ. 93. per tot. ubi pro exclusione torturæ, Possevin. sing. 248. ubi pro tortura ex pluribus indiciis proximis, licèt non plenè probatis, si ad eundem tendant finem Honded. cons. 102. n. 82. lib. 1.

Indicia, quæ requiruntur ad formandam inquisitionem specialem contra aliquem, & quæ aperiant viam judici ad generaliter inquirendum, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 88. n. 21. Fachin. contr. jur. lib. 9. cap. 15. Guaz. def. 9. cap. 2. Clar, & Bajard. §. fin. q. 20. & 21. per tot. Novar. in Prag. Regn. Neapol. Collect. 163. Menoch. de arbitr. qu. 84. dixi in Pract. §. Indizi, n. 2. & 3. ubi quòd de consuetudine, de qua testatur etiam Clar. loc. cit. sufficit assertio partis offensæ, si in ea perseveraverit usque ad mortem, maximè si concurrat aliquod aliud adminiculum, ut putà famæ, fugæ, inimicitiæ, vel simile arbitrio judicis à jure regulato, vide in §. Inquisitio n. 9. & latè Farinac. q. 46. ubi quando talis assertio in articulo mortis, junctis adminiculis sufficiat etiam ad torturam, Conciol. resolut. crimin. verb. Assertio resolu. unic. ubi ponit plura requisita, nempè quòd sit facta in articulo mortis, cum juramento, in plenitudine intellectus, bona fama asserentis, delictum non possit per alios probari, fuerit commissum tempore, quo videri, & cognosci potuerit delinquens, & aliæ non obstent circumstantiæ, sit saltem per duos testes probata, & alia ad rem dixi in §. Assertio n. 1. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 18. n. 2. 5

Indicia plura, & saltem duo requiruntur ad torturam, nec unum sufficit, nisi esset valdè proximum delicto, vel etiam remotum junctis adminiculis valde ad delictum inferentibus, quod totum remittitur arbitrio judicis à jure regulato, juxta facti, & personarum qualitatem, Boss. tit. de indic. Clar. §. fin. q. 64. vers. Sed quæro, Anton. de Ballis var. tract. lib. 1. q. 8. Cabal. resol. crim. cas. 194. Guaz. def. 30. cap. 3. Dian. part. 4. tract. 6. resol. 4. Zuff. de legit. process. lib. 1. q. 47. n. 11. & seqq. Conciol. resol. crim. verb. Indicium resolut. 1. per tot. & resolut. 7. & 8. ubi quòd ad torturam debent esse gravia, & urgentia, ac luce meridiana clariora, nisi agatur de delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus leviora sufficiunt, ut benè declarat etiam in verb. Tortura resolut. 9. per tot. & dixi in §. Tortura n. 4. Menoch. lib. 2. de præsumpt. q. 89. per tot. ubi enumerat 43. indicia, & de unoquoque disserit, Farinac. q. 37. per tot. & q. 176. part. 3. ubi de indiciis furti, de quibus etiam Bonif. de furtis §. 2. num. 25. & seqq. per tot. ad 134. dixi in Pract. §. Indizi, nn. 11. Jo: Paul. Melii observ. 93. per tot. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 5. n. 33. & sect. 14. n. 22. 6

De pluribus, & diversis inditiis particularibus ad tor-

torturam sufficientibus latissimè idem Farinac. *q.* 43. *& seqq. ad* 53. Brun. *de indic. & tort. per tot.* Cardin. Tusch. *litt. I, conclus.* 96. *&* 97. Clar. *§. fin. q.* 20. *&* 21. *per tot.* vide in *§. Tortura*, Ricc. *Collect.* 133. 855. *&* 2120. Anton. de Ballia *var. tract. lib.* 1. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Indicium resolut.* 11. *cum pluribus sequentibus*, ubi de inimicitia, rivalitate in amore, assertione stupratæ, minis, visione in loco, vel propè cum armis, fuga cum armis evaginatis, forma pedis, & hujusmodi, prædictis adde D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crimin. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 26. *& seqq. per tot. fol.* 206. *&c.* Melii *dict. observat.* 93. ubi de fama, mendaciis &c. Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib.* 2. *cap.* 39. *per tot.* Caren. *de Offic. S. Inquis. p.* 3. *tit.* 10. *n.* 109.

7 Indiciorum copia cum termino defensionum regulariter est danda cuilibet reo antequam torqueatur. Pract. Papp. *for. inquisit. glos.* 1. *num.* 19. *cum Addit.* Clar. *§. fin. quæst.* 6. latè Farinac. *q.* 39. *per tot.* ubi etiam quando possit inferri tortura denegatis defensionibus, & indiciorum copia, vide in *§. Defensio n. & §. Tortura num.* Tusch. *litt. I, conclus.* 99. *per tot.* Thes. *dec.* 265. Laurent. *dec. Avenion.* 15. Novar. *Prag. Collect.* 163. *n.* 26.

Quid autem circa hoc servetur de consuetudine in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, dixi in Pract. *in Præfat. n.* 38. 39. *&* 64.

Quòd tamen testibus non detur indiciorum copia, sed torqueantur ubi opus fuerit nullis assignatis defensionibus, Clar *§. fin q.* 25. Brun. *de indic. part.* 2. *q.* 2. *n.* 9. Ambrosin. *Process. Infor. lib.* 3. *cap.* 1. Guaz. *def.* 19. *cap.* 15. Farinac. *d. q.* 39. *n.* 117. *& seqq.* Tusch. *litt. I, conclus.* 99. *n.* 34. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. *§.* 5. *cap.* 1. *sect.* 1. *nu.* 20. *&* 21. vide in *§. Testis num.* & in mea Pract. *§ Testimonii n.* 51. ubi quòd ità servatur de stylo, quamvis de jure distinguant præfati DD. ut ibidem dixi.

8 Indicia nova dicuntur ea, quæ à primis differunt specie, & substantia, non autem illa, quæ tendunt ad majorem comprobationem primorum, Brun. *de indic. part.* 2. *q.* 5. *n.* 63. Clar. *§. fin. q.* 64. *num.* 46. Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resolut.* 16. Cabal. *resolut. crim. cas.* 93. *n.* 43. *&c.* ubi benè declarat, & exemplificat, & quando semel absolutus de aliquo crimine possit ratione novorum indiciorum supervenientium, pro eodem iterum accusari, vel inquiri; quod pendet à modo, quo fuerit absolutus, an scilicèt definitivè, ut quia constiterit de illius innocentia, vel ex hactenus deductis, ut quia non liqueat an sit innocens, vel delinquens Pract. Pappiens. *in forma inquisit. in glos.* 1. *sub n.* 21. *vers. & quia.*

9 Indicia indubitata sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam mitiorem, & non ordinariam delicti, dummodò secundùm multos dicta pœna extraordinaria sit pecuniaria tantùm, & non corporalis, nec corporis afflictiva, Cæphal. *cons.* 621. *tom.* 5. cum aliis per Sperell. *dec.* 101. *n.* 4. *& dec.* 108. *n.* 37. Ricc. *Collect.* 1857. *&* 2066. Cabal. *resol. crim. cas.* 288. *n.* 1. *& seqq.* Rovit. *dec.* 63. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 16. Bellegrand. *in compend. rer. criminal. meth. tract.* 6. *quæst.* 6. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 27. *vers. ex indiciis.*

Quòd indicia indubitata non sufficiant ad condemnandum reum in pœnam ordinariam delicti, sed benè in pœnam extraordinariam non solùm pecuniariam, sed etiam corporalem gravem, & afflictivam, Franch. *decis.* 372. *& decis.* 538. *num.* 15. *&* 16. ubi quòd neque conjunguntur ad effectum pœnæ ordinariæ, Ricc. *Collect.* 1561. de quo vide in §. *Delinquens num.* 18. *in fine*, & latè Conciol. cum pluribus citatis *resolut. crimin. verb. Indicium resol.* 3. *per tot.* ubi intelligit quando sunt plenè probata, & non elisa, sufficere tamen unum indicium indubitatum, vel plura dubitata, quæ conjunguntur ad faciendum unum indubitatum, dummodò sint gravia, & proxima, aliàs secùs, licèt alii teneant duo indubitata requiri ad condemnandum Boss. *in pract. in tit. de conject. n.* 34.

Hæc autem conclusio maximè procedit in supremis Tribunalibus, prout loquitur Franch. *loc. cit.* & admittit Sperell. *d. dec.* 108. *n.* 37. Farinac. *q.* 86. *n.* 29. *& seqq. per tot.* Cardin. Tusch. *litt. I, conclus.* 94. *nu.* 7. *litt. P, conclus.* 255. *n.* 3. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 172. *fol.* 210. dixi in Pract. §. *Indizi n.* 12. *& §. Pene num.* 29. latè Sanfelic. *dec.* 392. *cum Addit.* ubi in crimine nefando, vel similibus delictis occultis, & difficilis probationis, in Regno quandoque fuit deventum ad pœnam ordinariam mortis, & exequutam ex indiciis indubitatis pro arbitrio judicis, inspecta qualitate personæ, loci, delicti, & indiciorum indubitatorum juris, & de jure per doctrinam Bald. *in leg. fin. n.* 8. *Cod. de probat.* Anton. Gomez. *de delict. cap.* 17. *n.* 26. & Farinac. *q.* 86. *n.* 55. *& seqq. ad* 68. vide in §. *Delinquens nu.* 18. *& §. Probatio n.* 3. *& num.* 18. & latè Larrea *Allegat. fisc.* 66. *per tot.* ubi loquitur præcipuè in conspiratione contra Principem, Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de dolo resolut.* 2. *n.* 7. & alios allegat Conciol. *verb. Indicium resolut.* 3. *nu.* 2. ubi tamen quòd est verior contraria opinio, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 288. ubi plura, an, & quando ex indiciis, & præsumptionibus vehementibus, & indubitatis possit deveniri ad condemnationem, & qualem, quid si taliter indiciatus fuerit tortus, & alia ad rem, Carol. Rot. *in Florileg. conclus.* 19. *per tot.* Capyc. Latro *dec.* 163. *per tot.* ubi plura, an, & quando ex indiciis indubitatis, vel pluribus dubitatis ad eundem finem tendentibus simul unitis ad faciendum indicium indubitatum possit deveniri etiam ad pœnam ordinariam in delictis exceptis, & occultis, ut sodomiæ, de qua ibidem pro pœna ordinaria, Marcel. Marcian. *Oper. legal. tractat. de Indiciis cap.* 3. *&* 4. *per tot.* ubi an ex concursu probabilium indiciorum possit judex pœnam ordinariam imponere, vel saltem extraordinaria correctione transigere, Grivel. *decis. Dolan.* 93. *per tot.* ubi quòd receptissima est opinio, indicia quantumcunque urgentissima, & indubitata non sufficere ad imponendam pœnam delicti ordinariam, sed benè extraordinariam mitiorem, vel ad torturam, nisi in crimine assassinii, hæresis, & simoniæ, vel nisi adsit præsumptio juris, & de jure, vel nisi ultra indicia indubitata concurrat etiam confessio extrajudicialis rei duobus testibus probata, nam his casibus sufficerent indicia indubitata ad pœnam ordinariam imponendam.

Quando indicia dicantur indubitata; & an sufficiant ad pœnam ordinariam, Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 3. *verb. Indicia*, Andreol. *controvers.* 172. *per tot.* vide in *§. Probatio num.* 3. *in addit.* & intellige omnia, ut ibi notavi.

Quæ verò dicantur indicia indubitata ad dictum effectum, Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 16. Magon. *decis. Lucens.* 39. *n.* 13. Farinac. *q.* 36. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 288. *n.* 10. Guaz. *def.* 33. *cap.* 15. Sperel. *dec.* 101. *n.* 41. *supra n.* 1. Ricc. *Collect.* 1561. Addit. ad Sanfelic. *d. dec.* 392. ubi quòd indubitata dicuntur, quando lex habet illa pro indubitatis, vel quando faciunt plenam demonstrationem per signa sufficientia, per quam animus quiescit, ut de contrario suspicari non possit, & exemplificat in multis, & quæ sint inditia indubitata exemplificãdo in multis, & admittant probationem in contrarium benè declarat Conciol. *resol. crim. verb. Indicium resol.* 2. *per tot.* Capyc. Latro *d. dec.* 163. Zuff. *de legit. process. lib. q.* 43. *n.* 4. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Quòd indicia indubitata debeant esse à lege approbata, nec possit judex plura indicia pro suo arbitrio voluntatis pro indubitatis habere ad effectum condemnandi, neque ex indiciis indubitatis in causa falsitatis aliquem condemnare ad triremes, Mattha *vot. Pis.* 248. *&* 249. *per tot.*

Quòd stantibus indiciis indubitatis sit in facultate, & arbitrio judicis reum condemnare ut supra in pœnam extraordinariam, vel illum torquere, Farinac. *q.* 86. *nu.* 54. *& seqq.* Conciol. *d. verb. Indicium resolut.* 3. *n.* 10.

Indicia plura unius delicti an, & quando possint conjungi, sive ad effectum torquendi, sive ad effectum condemnandi satis constat ex prædictis; sed magna difficultas est an indicia unius delicti possint cumulari cum indiciis alterius delicti ad effectum ex illis inducendi perfectam probationem, vel conflan-

di

di unum, sive plura indicia indubitata sufficientia ad condemnandum in pœnam arbitrariam, etiam triremium juxta commonem tribunalium praxim, de qua testantur Cabal. *resolut. crimin. cas.* 135. *per tot.* & *cas.* 188. *n.* 16. Farinac. *q.* 17. *n.* 73. Clar. §. *fin. q.* 85. *n.* 10. *in fine*, & *alii.* Disputato articulo in Rota criminali Florentiæ sub die 12. Maii 1681. in quadam causa Fivizzanensi contra Stephanum Bartholomei nuncupatum Fontana, & alios inquisitos, de pluribus furtis, ac de unoquoque furto specialiter indiciatos, quòd D. Auditor dictæ Provinciæ erat in voto condemnandi primo duos inquisitos ex indiciis cumulatis in pœnam triremium illorum vita durante, & Domini mei Collegæ Auditores ponderando separatim indicia cujuslibet furti fuerunt in voto plenæ torturæ, negando absolutè fieri posse de jure dictam cumulationem indiciorum unius furti cum indiciis aliorum furtorum ad effectum condemnandi, ego autem dicebam indicia cumulata à dicto D. Auditore Fivizzani in quolibet inquisitionis capite, alia esse per se proxima, & indubitata, & alia dubitata tendentia ad eundem finem, (cùm essent plura in omnibus ferè capitibus) posse conjungi ad faciendum saltem unum indicium indubitatum sufficiens ad condemnandum in pœnam extraordinariam, ad tradita per Conciol. *cum ab eo citatis resolut. crim. verb. Indicium resolut.* 3. *n.* 8. & 9. Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *qu.* 47. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 193. & *cas.* 228. & quicquid sit, an indicia unius delicti possint cumulari cum indiciis alterius delicti diversæ speciei, in quibus terminis illorum assertionem admittendo, animadvertebam plures graves Auctores affirmasse, & praxi receptum esse, contra solitos delinquere in eodem genere mali, ex pluribus indiciis, & præsumptionibus simul junctis, etiam diversæ speciei fieri plenam probationem ad effectum condemnandi saltem in pœnam extraordinariam, Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 66. *n.* 20. Martha *vot. Pis.* 238. *num.* 8. Ant. Gabriel. *com. conclus. lib.* 1. *tit. de probat. conclus.* 1. *per tot.* ubi de materia ad saturitatem, Peguer. *dec.* 57. *num.* 41. ubi refert Bald. dicentem quòd ex pluribus concurrentibus augetur delictum, & quòd ex multis delictis resultat plena probatio, etiam ad condemnationem capitalem; hancque conclusionem maximè procedere in delictis nocturnis, & præcipuè in furtis, quæ cùm sint difficilis probationis, sufficiunt conjecturæ, & indicia minus urgentia ad condemnandum, Centul. in addit. *ad decis.* 60. *litt. B. post causil.* Farinac. *lib.* 1. Conciol. *verb. Delictum resolut.* 21. *n.* 1. Martha *d. vot.* 238. *n.* 8. ubi etiam ad effectum pœnæ ordinariæ in delictis privilegiatis; & cùm omnes probationes sint judici arbitrariæ me valdè movebat pluralitas furtorum usque ad quindecim capita, de quibus ultra specialia indicia, erant diffamatissimi, & post illorum carcerationem omnia cessaverant, quæ quidem pluralitas delictorum se invicem adminiculantium in eodem genere, maximum tribuit judici arbitrium in procedendo ad pœnas, ut benè docet Mattheu. Sanz. *tract. de re crimin. controvers.* 24. *n.* 13. & *seqq.* ac ideò approbavi votum dicti D. Auditoris Fivizzanensis moderando pœnam ad septennium, contradicentibus ut supra dictis DD. meis Collegis, qui tamen fatebantur arbitrarium esse ex relatis indiciis torquere, vel extraordinariè puniri, ut de omnibus constat in resolutione, & negotio dictæ causæ, sed illis magis placuit exercitationis forsan gratia contradicere, & eorum sutum prævaluit cum modificatione, de qua in rescripto dictæ causæ. Plene Giurb. *cons. crim.* 82. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. criminal. cap.* 27. *vers. indicia minus.*

11 Indicium quid sit, quomodo probandum, ad quid sufficiat, & alia remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Indicium*, & Com. Augustin. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 723. Pellegrin. *in Prax. Vicar.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Crimin.* Carpzov. Brunnemann. Bellegrand & alii moderni Criminalistæ.

12 Indicia quæ requirantur, ut quis possit inter reos constitui, & de delicto specialiter interrogari, latè Anton. Gob. *Consult.* 125. ubi in terminis complicitatis ad homicidium decem indicia considerat, & postea (scribendo pro imputato) singillatim refellit, & in casu simili, Andreol. *contr.* 149. *per tot.*

Inditia contra negantem identitatem personæ, qualiter aquirenda. Pellegrin. *in prax. Vicar. p.* 4. *sect.* 19. *n.* 8. *pag.* 468. 13

Inditia in specie, quando interrogationibus præmiscenda. Cartar. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 68. *in fin.* Pellegrin. *in prax. Vicarior. part.* 4. *sect.* 9. *num.* 39. *pag.* 387. 14

Inditia plura esse debent ad condemnandum Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 40. *n.* 10. Farinac. *in pract. crim. quæst.* 86. *n.* 93. Pellegrin. *in Prax. Vicarior. p.* 4. *sect.* 2. *n.* 14. *pag.* 293. 15

Inditia ad condemnationem gravissima esse debent Angel. *in l. fin. in princ. ff. quod. met. caus.* Blanc. *de inditiis n.* 29. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 2. *n.* 21. *pag.* 294. Vide infra *n.* 22.

Inditia præcedere debent carcerationem Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 11. *pag.* 397. 16

Inditia levia sufficiunt ad carcerandum tantum Blanc. *de inditiis nu.* 6. Boss. *in tit. de captura num.* 3. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 2. *n.* 22. *pag.* 295.

Inditia legitimè probata stant pro actore fisco, & aperiunt viam ad inquirendum Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract.* 2. *quæst.* 9. *n.* 1. 17

Inditia levia ad inquirendum, gravia ad torquendum, gravissima ad condemnandum debent esse per duos testes contestes legitimè probata Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract.* 2. *quæst.* 9. *n.* 3. 5. 6. & 7. 18

Inditia gravissima, quæ quasi plenam probationem faciunt, valent ad extraordinariè condemnandum, de jure communi, & nisi statutum resistat, Bellegrand. *in compend. rerum crimin. Method. tract.* 3. *quæst.* 22. *n.* 7. & *tract.* 6. *quæst.* 9. *num.* 10. 19

In enormi delicto quandoque ad torturam devenitur, licet inditia non sint in totum sufficientia Bellegrand. *in compendiosa rerum Criminalium Methodo tract.* 4. *quæst.* 16. *n.* 3. 20

Inditium aliquando magis, aliquando minus est, quam præsumptio Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. Method. tract.* 6. *quæst.* 1. *n.* 1., & *quæst.* 7. *n.* 1. 21

Ad condemnandum saltèm extraordinariè requiruntur inditia gravissima, & proxima, quibus proximius nihil esse potest Bellegrand. *in compend. rerum criminal. Method. tract* 6. *quæst.* 1. *num.* 1. & 12. & *quæst.* 1. *n.* 10. & *quæst.* 5. *n.* 7. & *quæst.* 6. *n.* 1. & 2. Vide supra *n.* 15. 22

Inditia, & præsumptio differunt, quia illud probari debet, hæc verò etiam non probata probat Farinac. *quæst.* 36. *num.* 136. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. tract.* 6. *quæst.* 1. *n.* 13. 23

Inditia plura quàm duo per duos testes singulares singulatim probata ad inferendam torturam conjungi, seque invicem coadjuvare valent ad eundem finem tendentia Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. Method. tract.* 6. *quæst.* 2. *n.* 6. & 9. & *quæst.* 5. *n.* 2. 24

Inditia pro ut aperiunt viam ad inquirendum, sufficit, si per duos testes singulares singulis probata sint Bellegrand *in compendios. rerum crimin. Method. tract.* 6. *quæst.* 2. *n.* 10. 25

Inditia levia probata præterquamquod viam aperiunt ad inquirendum, valent etiam ad capturam Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. d. tract.* 6. *quæst.* 2. *n.* 10. & *quæst.* 3. *n.* 1. 26

Inditia ad torturam tolluntur per aliquid in rei favorem probatum Bict. *quæst.* 92. *per tot.* Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. tract.* 8. *quæst.* 3. *n.* 6. 27

Inditia, præsumptiones, & conjecturæ pro fisco infuscantur ab æqualibus, vel validioribus pro reo Bellegrand. *in compend. rer. criminal. Method. dict. tract.* 8. *quæst.* 3. *n.* 4. 28

Unicum inditium remotum, & generale non sufficit ad torturam Bict. *quæst.* 104. *nu.* 10. Bellegrand. *in compend. rerum criminal. Method. tract.* 9. *quæst.* 4. *n.* 6. Nisi sit valde inferens, sicut confessio extrajudicialis, vel res furata apud quempiam reperta Farin. *quæst.* 37. *nu.* 47. Bellegrand. *in compend. rerum crimin. Method. ibid. n.* 7. 29

In atrocissimis, & exceptis per inditia urgentia plenè probata severior tortura adhiberi potest Farin. *quæst.* 37. *à n.* 79. *ad n.* 95. Bict. *quæst.* 104. *num.* 14. 30

Bel-

Bellegrand. *in Compend. rer. criminal. Method. tract.* 9. *quæst.* 4. *n.* 8.

31 Inditia ad torturam an sufficiant ad forjudicandum delinquentem Gizz. ad Capyc. Latr. *dec.* 161. *n.* 4. Merlin. *contrav.* 63. *cent.* 5. Altimar. *de Nullit. rub.* 4. *quæst.* 9. *n.* 57. 58. *tom.* 1.

§. INDULGENTIA, SIVE INDULTUM. XV.

1 INdulgentia multifariè accipitur in jure, quid autem sit respectu Ecclesiæ, & peccatorum in foro conscientiæ, quotuplex, à quibus concedi possit, quam dispositionem requirat in recipiente, quid operetur, & alia de hac materia Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 5. *lib.* 5. *tit.* 1. *per tot. fol.* 423. *&c.* ubi quòd secundùm illius quidditatem nil aliud est, quàm remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus jam dimissis, concessa homini existenti in gratia à Prælato, per applicationem thesauri Ecclesiastici, de quo latiùs Bellarm. *de indulg. lib.* 5. *cap.* 1. Navar. *eod. tract. not.* 21. *num.* 1. *&c.* Cordub. *d. tractat. quæst.* 1. Thesaur. *for. Eccles. part.* 1. *cap.* 7. Barbos. *de off. Episc. allegat.* 88. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 21. Bonac. *de sacram. disput.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 1. & alii penes Jordan. *loc. cit.* ubi plura summatim de more colligit, Rom. *cons.* 363. *&* 364. Tusch. *lit. I. conclus.* 104. *per tot.* vide *in §. Præmium num.* 8. ubi an possit acquiri ab ignorante, facit Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 133. & latiùs *d. part.* 5. *tract.* 22. *per tot.* plures alios citatos à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Indulgentia*, & Com. Augustin. Fontana *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 727. Valer. *de differ. utriusque fori*, *verb. Indulgentia*, Ventrigl. *tract. de Jurisdict. Archiepisc. in multis locis*, *ut in Indice verb. Indulgentia*. De Indulgentiis, quoad peccata, quomodo sint intærpretandæ, qui eas lucrentur, quomodo per modum suffragii possint applicari pro defunctis, & alia plenè Mendo *Repert. verb. Indulgentia*, *&* *verb. Jubilæus*, & in locis particularibus indicatis in *Repertor. verb. Indulgentia*, *& verb. Jubilæus*. Vide infra *in novissimis addit.* Crescin.

Plura de indulgentia concessa Altaribus privilegiatis pro defunctis, quomodo illis possit applicari non per modum absolutionis, sed per modum suffragii, an habeat infallibiliter effectum, & quomodo, ac alia notabilia latè Dian. *part.* 9. *tract.* 2. *per tot. & part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 3. *cum pluribus seqq. ad* 15. Navarr. *tom.* 5. *tract. de indulgent. fol.* 569. *notab.* 22.

Quæ indulgentiæ censeantur revocatæ per Bulla Pii V. Ricc. *Collect.* 2713.

Quòd indulgentiam, vel Jubilæum quis possit pluries lucrari, reiterando opera præscripta, contra nonnullorum sententiam probat. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 344. *vers. Ut itaque*, Thom. del Bene *tractat. de Comit. seu Parlament. dubit.* 4. *sect.* 30. *Corrolar.* 3. *fol. mihi* 71.

2 Indulgentia, sive indultum pro delictis in foro temporali, à quo concedi possit, quæ crimina comprehendat, vel non propter illorum atrocitatem, nisi sit facta specialis mentio, quomodo differat ab abolitione, & alia vide Farinac. *quæst.* 6. *per tot.* Clar. & Bajard. *§. fin. quæst.* 59. *per tot.* dixi *in §. Gratia num.* 1. *&c.* latè Ricc. *Collect.* 475. 2332. 3198. 1509. 2899. 2872. Novar. *super Pragmat. Regn. Neap. Collect.* 1. *&* 2. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 10. *per tot.* Conciol. *resol. crimin. verb. Impunitas resol.* 1. 2. *&* 3. Sanfelic. *decis.* 399. *cum Addit. per tot.* Cresp. de Valdaur. *observat.* 82. *per tot.* Conciol. *ad Stat. Eugub. & Romaguer. lib.* 4. *Rub.* 15. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 33.

An indultum, sive impunitas pro delictis occultis ad illa detegenda possit concedi ab Episcopis in eorum Diœcesibus, Francisc. de Angel. *in Opuscul.* 4. *tit. de impunit. impress. post tract. de impens. & melioram. dot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. *§.* 9. *&* 10. ubi pro negativa concludunt, cùm id spectet ad supremum Principem, si agatur de jam condemnato, secùs si de simpliciter inquisito, & sic ante sententiam, cùm nemo debeat sub publica fide decipi, limitando tamen, ut dixi *infra num.* 53.

Et plura de jure indulgendi delicta, & remittendi eorum pœnas, quod est de Regalibus majoribus ad supremum Principem spectantibus, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 18. *per tot.*

Quòd indultum sive impunitas concessa cum conditione *di porre in vero il delitto*; non suffragetur nisi opera sua delictum fuerit probatum, saltem per indicia ad torturam sufficientia, licèt alterius opera fuerit justificatum; & ideò etiam promissa revelanti, & patefacienti delictum, non prodest simpliciter iodicanti correos, si probationes etiam non adducat Bart. *in l. si quis cum seqq. ff. ad Syllan.* Giurb. *cons.* 22. *num.* 21. *& cons.* 42. Sanfelic. *dec.* 222. vide *in §. Præmium nu.* 2. *& seqq.*

Indultum concessum ad tempus continet contrariam dispositionem transacto tempore, Gratian. *discept. for. cap.* 990. *n.* 10. *&c.* facit Sanfelic. *decis.* 399. *cum Addit.* 3

Quòd delinquens post publicationem indulti illo non gaudeat, imò nec delinquens ante publicationem si sciebat fore publicandum, quia videtur sub spe illius deliquisse, & esse in dolo, & ideò non gaudet eo; ità ut existente causa, & orta fama de indulto futuro, præsumatur delinquens sub spe illius deliquisse, & non gaudeat, ne aliàs detur audacia delinquendi, Franch. *decis.* 360. ubi Amendola, Addit. ad Sanfelic. *dec.* 399. *in fine*, vide *in §. Gratia n. pr. infr. num.* 9. *&c.* Menoch. *de arbitr. Judic. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 181. *in princ.*

Et quòd indultum concessum pro delictis intelligatur de præteritis, non autem de futuris, aliàs daretur occasio delinquendi, Matt. *vot. Pis.* 143. ubi etiam an sit favorabile, vel odiosum, & quòd occidens aliquem, qui stabat sub fide, & securitate Principis, vel ejus Locumtenentis committit crimen læsæ Majestatis, & non gaudet indulto *infr. num.* 11.

Indultum, vel gratia de vacaturo, quando comprehendat etiam vacans tempore indulti, cùm vacatio duret in futurum, vel non, vide Cavaler. *decis.* 566. *per tot.* Plura de indulto conferendi, an & quando censeatur revocatum, quid operetur, & alia, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 291. *per tot.* Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 385. *per tot.* 4

Indultum exceptionis obtentum absque causæ cognitione, & non vocatis vocandis est nullum, & concessum quoad personas non facit locum exemptum, sed semper Episcopus remanet verus Diœcesanus, etiam præscripta jurisdictione, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 918. *num.* 30. *&c. & num.* 51. *&c. per tot.* ubi loquitur de Episcopo Pistoriensi, in cujus Diœcesi remansit Terra Prati, quicquid aliter prætenderetur à Proposito dictæ Terræ, vide *in § Episcopus num.* 5. *&c.* 5

Indultum de non residendo ex causa studii quibus concedendum, vel non, & alia dixi *in §. Absentia num.* 11. 6

Indultum concessum Cardinali Ordinario Collatori, ut possit conferre beneficia Papæ reservata, conservat in eo jus Papæ, & non prodest aliis præsentatis, & dum Cardinalis indultum hujusmodi habens vigore illius confert, dicitur conferre auctoritate sibi à Papa delegata, ità ut si non valeat collatio auctoritate ordinaria, sustineatur auctoritate delegata, ut benè probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 298. *numer.* 17. *& seqq. per tot. & decis.* 329. *in eadem causa d. part.* 9. *vol.* 2. *& in alia causa decis.* 350. *nu. pr. &c. ead. part.* 9. ubi quòd hujusmodi indultum non operatur quoad beneficia duplici reservatione affecta, vide *in §. Subrogatio num.* 6. Rot. *par.* 17. *recent. dec.* 162. *per tot. & part.* 19. *dec.* 385. Garz. *de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 628. 7

Plura de prædicto indulto Cardinalibus competente vigore regularum Cancellariæ, & Constitutionis Urbani VIII. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 366. *per tot. & part.* 12. *decis.* 14. *&* 174. *per tot. & part.* 17. *decis.* 303. ubi quòd non comprehendit beneficia Conclavistarum, quæ semper sunt Pontifici reservata, *& part.* 18. *decis.* 599. *per tot.* ubi declaratur dictum indultum, ut non comprehendat vacationes succedentes in Curia, vel apud Sedem, & quæ tales dicantur, &c.

Indultum concessum per Gregorium XV. Regi 8
Hif-

Hispaniarum circa Collationem Beneficiorum Collegiatarum Ecclesiarum existentium in Regnis Hispaniarum, non comprehendit beneficia Principatus Cataloniæ, & Comitatus Barchinon. quia licèt dictæ Provinciæ Regi Hispaniarum subsint, tamen proprium nomen retinent, & propriis legibus reguntur, & gubernantur, ac æquè principaliter, & non accessoriè sunt dicto Regno unitæ, ac idem esse in aliis similibus Principatibus, vel Provinciis unitis, Rot. *par. 9. recent. dec.* 316. *per tot.* Vide De Luc. *de Benefic. disc.* 28. *a n.* 9. *& disc.* 29. *a n.* 14.

9 Indultum generale debitoribus, concessum ob diem insignem lætitiæ nativitatis filii Principis, pro aliquo tempore, vel etiam mulctatis, & aliis condemnatis, an incipiat à die datæ, vel publicationis, ita ut carcerati pro causa pecuniaria, vel alia, in qua intret indultum post datam ipsius indulti, sed antè illius publicationem, gaudere debeant indulto, vel non, Sanfelic. *dec.* 186. *per tot.* ubi concludit prodesse à die datæ, & carceratos post datam indulti comprehensos in indulto, esse relaxandos, pœnasque exactas esse restituendas, cùm ad perfectionem dictæ gratiæ non requiratur scientia illorum, quibus commodum defertur.

Et quòd hujusmodi indultum prosit, & suffragetur etiam debitoribus Ecclesiarum, piorum locorum, & personarum Ecclesiasticarum, post plura hinc indè adducta concludit decisum, & servari idem Sanfelic. *decis.* 187. *per tot. & dec.* 210. *&* 305. vide in *§. Salvusconductus num.* 23.

Quando indultum fuit concessum (ut fieri solet) cum clausula, *dummodò pœna, vel mulcta, sive condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata, acceptata, vel composita non sit, aut aliter Fisco pro ea cautum;* An procedat ubi jam capta sint pignora pro executione sententiæ disputat Rovit. *decis.* 91. & Carleval. *de judit. lib.* 2. *in Apologia ad Rovitum nu.* 33. *& seqq. fol.* 244. ubi concludit sibi disponere decisionem, & si casus esset modò definiendus diceret reos absolvendos, & gaudere indulto pro illa sententia, pro qua capta fuerunt pignora, nisi voluntariè dederint pignora, vel susceperint terminum ad solvendum, vel composuerint, cum fisco, præstando fidejussores, vel pignora, &c.

10 Indultum pro delictis potest prodesse pro aliquibus delictis, & pro aliquibus non, cùm non repugnet, ut bannitus pluribus bannis possit ab uno absolvi, & liberari, cæteris remanentibus, & quidquid aliqui contrarium sentiant probat Sanfelic. *decis.* 399. *per tot. cum Addit.* ubi etiam quòd non solet fieri, nec concedi sine partis remissione, nisi ob aliquam urgentem necessitatem, & ob publicam utilitatem; quid si remissio partis sequatur post gratiam, vel post lapsum tempus ad illam obtinendam concessum, & concludit oportere nova gratia; quod ego verum intelligo quando gratia est conditionalis quoad tempus, juxta ea, quæ dixi *in §. Gratia num.* 5. cùm aliàs Florentiæ sæpè viderim servari, & ipse servaverim admitti gratias delictorum cum remissione partis etiam postea obtenta intra terminum ad illas acceptandas, & registrandas concessum, licèt viderentur conditionales per ablativos absolutos, quibus concipi solent, & hanc partem sequitur Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 10. *nu.* 19. Covarr. *var. resol. lib.* 2. *cap. pr. num.* 2.

Quòd indultum generale prosit etiam Vassallis Baronum, non tamen pro delictis iteratis, & alia, Sanfelic. *decis.* 406. *per tot. cum Addit.* dixi *in §. Gratia num. pr.* Moles *dec. Neap. per tot.*

Contrarium tenet Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 10. *num.* 13.

Plura pro intelligentia indulti pro delictis cum aliqua exceptuatione concessi, quando oratio dicatur soluta, vel conjuncta, ità ut debeat conjunctim, vel distinctim intelligi, stante maximè puncto inter plura substantiva, Martha *vot. Pis.* 235. *nu.* 9. *& seqq.*

11 Indultum pro delictis esse strictè interpretandum, cùm possit esse nutritivum delictorum, & non procedat ex divina ordinatione, quæ vult delicta puniri, Luc. de Penn. *in l. Si quis n.* 44. *C. de scr. lib.* 12. Farinac. *quæst.* 6. *nu.* 28. *vers. Minus obstat.*

Contrarium ex eo quòd gratiæ Principum sint latè interpretandæ, & aliis rationibus, probat Ant. de Ballis *tractat. var. lib.* 4. *quæst.* 10. *nu.* 2. *& seqq.*

Debet tamen de raro concedi, & cum justa causa, aliàs Princeps peccaret; non comprehendit delicta futura, nec præterita sub spe gratiæ commissa; intelligitur parte cedente, vel concordata, aliàs parte instante posset revocari, nisi sit concessum ob publicam utilitatem, vel pro bono pacis, & in casu revocationis gratiæ particularis, deberet gratiatus certiorari, & suæ libertati relaxari pro illa vice, ne sub fide publica remaneat deceptus; si indultum sit generale nullo crimine excepto omnia comprehendit de jure, sed de consuetudine solent excipi, & in executione, pro exceptis, & non comprehensis haberi graviora delicta, quæ sunt hæresis, blasphemia, læsio majestatis, rebellio, furtum cum sacrilegio proprio, moneta falsa, Sodomia, assassinium, parricidium, piratæ cum receptatoribus, & auxiliatoribus, raptus Monialium, vel Virginum de Monasterio, stuprum Monialium, decoctio bancheriorum, seditio, tumultus cum præcedente tractatu, homicidium in seditione commissum, homicidium apostatarum religiosorum, grassatio, vulnus in Ecclesia, vel loco ubi adest Sanctissimum Sacramentum, forjudicatio arbitrio Principis, adulteratio Sigilli Principis, vel Regii Tribunalis, homicidium appostatum officialis præcedentu, & causa officii, exemptio condemnatorum ad mortem à manibus officialium ducentium eos ad supplicium, captivitas, vel receptus personarum, & compositionum, divisio prædæ cum aggressoribus viarum, & falsum testimonium perhibitum, vel mandatum in quacumque ex causis prædictis, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 4. *quæst.* 10. *per tot.* ubi alia plura de indulto generali delictorum, de quo etiam Farinac. *quæst.* 6. *cum aliis ab ipsis citatis*, & latè Cresp. de Valdsur. *observat.* 82. *per tot. part.* 2. *fol.* 127. *&c* ubi an indultum prosit pro delictis aliàs exceptis, si non pœna ordinaria, sed extraordinaria ex aliqua causa imponatur, vel si non sint plenè probata, & an pro homicidio ex vulnere antè indultum illato, & morte post illud sequuta, & in primis duobus casibus concludit pro indulto cum aliqua distinctione, in tertio autem pro exclusione indulti, ne dicatur prius pœna remissa, quàm incursa, &c.

Quòd parricidium proprium semper censeatur exclusum ab indulto, de improprio verò sit dubitatio; & quòd etiam delicta excepta ab indulto, si non pœna ordinaria, sed extraordinaria tantùm sint plectenda, comprehendantur in indulto, testatur Fajard. *A. leg.* 2. *num.* 3. 4. *&* 5.

Indultum, sive impunitas pro delicto occulto videtur de jure competere ei, qui se ipsum, & alios complices revelavit justitiæ, nisi ratione turpis pacti, exceptus, vel ex alia justa causa sit saltem extraordinariè puniendus, & ideò semper melius est illam à judice, vel alio superiore auctoritatem habente obtinere ante revelationem, solet autem concedi particulariter, vel per edictum, & utroque modo cum pluribus, conditionibus, videlicèt, dummodò non sit principalis, primus, & spontè compareat, & non sit jam carceratus (licèt quandoque etiam carceratis concedatur, ut vidi aliquando Florentiæ, sed cum nullo fructu, sed potius damno justitiæ) nec contra socios jam indiciatos, ac dummodò veritatem integrè fateatur, delictum, & delinquentes ponat in clarum, saltem ut possit procedi ad condemnandum contumaces, & ad torquendum præsentes, quibus non adimpletis impunitas non est servanda, sed revelans condigno supplicio servatis servandis afficiendus. Quis autem dicatur principalis, an dicatur integrè veritatem fateri, si tacuerit fratrem, vel alios, qualiter possit semper ante expeditionem causæ addere, & nominare, & ei suffragetur, etiamsi id faciat in tortura, quæ illi est irroganda ad purgandam maculam, licèt alii contra in casu dictæ torturæ; si impunitas fuerit promissa pro simplici homicidio, non extenditur ad qualificatum, nisi sit amplissimis verbis concepta, qualiter fures obtenta impunitate non possunt relaxari nisi facta restitutione, vel aliter concordato cum derubato, sive per miserabilitatem ad instantiam fisci cum exilio, ut luant in corpore, qui non habent in ære, reser- 12

vato

vato jure parti civiliter agendi, vel præstita cautione juratoria de solvendo si devenerint ad pinguiorem fortunam, ne ob interesse privatum retardetur executio pœnæ publicæ, & ne sit in facultate accusatoris perpetuò reum in carceribus detinere, quòd obtinens impunitatem pro aliquo specificato delicto, si incidenter aliud delictum fateatur possit pœna arbitraria pro eo puniri, nisi ex aliqua causa videatur liberè dimittendus. Quòd impunitas promissa à parte offensa non suffragetur nisi ad eximendum confitentem à pœna ordinaria, vel nisi accesserit assensus Baronis, vel judicis, & alia ad rem pluribus citatis tradit Raynald. *Syntax rer. crim. cap.* 2. §. 4. *per tot.* ubi etiam *n.* 66. ponit formulam impunitatis particularis, *& nn.* 67. formulam impunitatis per edictum. Prædictis adde quæ notavi *in §. Præmium nn.* 2. *&* 3. *per tot.* & eumdem Raynald. *cap.* 11. §. 4. *&* 5. ubi de impunitate, & præmio dando revelanti auctorem libelli famosi, & extrahendo de bonis accusati, & convicti.

13 Indultum, sive impunitas pro delicto, licèt fuerit concessa à non habente auctoritatem, debet servare, ne quis sub publica fide decipiatur, quando agitur de simpliciter inquisito, & nondum condemnato, nisi tamen confessus ob impunitatem sibi promissam esset aliàs ex resultantibus in processu convictus, quia tunc posset condemnari non in vim confessionis, sed convictionis, saltem in pœnam extraordinariam, vel etiam ordinariam, si denuò examinatus eum expressa denunciatione, quòd impunitas promissa illi non suffragatur, persistat in confessione, Farinac. *quæst.* 81. *cap.* 8. *num.* 288. *& seqq.* Bict. *Epitom. caus. regul. tit. de rei citat. qu.* 80. *num.* 23. Gobb. *de monet. quæst.* 9. *num.* 16. *& seqq. ad* 24. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 9. *&* 10. *n.* 10. *& seqq.* vide *in §. Index nn.* 48. *& in Compend. de qualitat. judic. perfect. num.* 67. *&* 68. Vide Basilic. *decis. crimin.* 2.

14 Alia diversa de indultis delictorum ex variis causis tradit decisivè Thoro *Comp. decis. Neap. par.* 1. 2. *&* 3. *verb. Indulgentia, & Indultum*, & alia remissivè Castejon. *Alphab. jurid. verb. Impunitas*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. par.* 4. *seqq. verb. Indultum fol.* 728. Fagnan. *sup. Decretal.* Card. De Luc. *in Indic. general.* Mantiss. ad eumd. De Luc. Pignatel. & alii moderni.

15 Indultum Prælato concessum faciendi uniones pro reparatione Ecclesiarum, an transeat ad successorem. Card. De Luc. *in annot. ad Sac. Concil. Triden. disc.* 8. *nu.* 21. *de benefic. disc.* 47. *nn.* 9. 12.

Indultum uniendi cum clausula, *dummodò sint licita*, an ampliet facultatem ordinarii. De Luc. *de benef. disc.* 47. *num.* 5. *seqq.* prodest tamen ad supplendas solemnitates in nonnullis requisitas. Ottobon. *decis.* 144. *num.* 24. Rot. *dec.* 337. *part.* 9. *recen.* De Luc. *sup. n.* 10.

16 Indultum retinendi, & administrandi bona concessum Religioso, quomodo sit intelligendum. De Luc. *annot. ad Concil. disc.* 34. *num.* 57.

17 Indultum Pontificem an liget. De Luc. *Miscel. disc. pr. nn.* 7.

18 Indultum præservativum a vacatione per assumptionem diversi status non inducit novum onus, seu titulum. De Luc. *de benef. disc.* 64. *num.* 10. 11. *de Pens. disc. pr. nn.* 10. *disc.* 44. *nn.* 12.

19 Indultum retinendi pensiones non obstante statu conjugali non suffragatur pro bigamia. Lotter. *lib. pr. qu.* 40. *n.* 205. 208. Marchesan. *tom.* 2. *fol.* 593. *nn.* 7. Rot. *dec.* 75. *num. in fin. par.* 5. *rec.* Tondut. *de pens. cap.* 78. *nn.* 38. 39. De Luc. *de pens. disc.* 45. *n.* 4. *disc.* 46. *nn.* 12. nisi verborum amplitudo aliter suadeat *disc.* 45. *n.* 5. non comprehendit indultum transferendi. *de pens. disc.* 58. *nn.* 9. *disc.* 62. *num.* 3. *disc.* 78. *nn.* 2. fallit in indultis, quæ conceduntur Cardinalibus *ibid. disc.* 75. *nn.* 7. non conceditur post jam sequutam caducitatem. *de pens. disc.* 45. *nn.* 7. militia sæculari non obstante quomodo intelligatur. *ibid. disc.* 46. *per tot.*, non obstante mutatione status nihil tribuit de novo. *ibid. disc. pr. nn.* 10. *disc.* 44. *n.* 12. *de benef. disc.* 64. *nn.* 10. 11.

20 Indultum particulare subjicitur non usui, non obstante decreto irritanti. Ottobon. *dec.* 175. De Luc. *de Paroch. disc.* 24. *nu.* 14.

Indultum regulatur a causa impulsiva concessionis. Rot. *dec.* 743. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *num.* 11. *seq.* De Luc. *de benef. disc.* 28. *nu.* 11. *versic. quod i…* 21

Indultum concessum Canonico, ut ratione studii possit abesse per certum tempus quomodo intelligatur. De Luc. *de Canon. per tot. disc.* 13. non dicitur extinctum quamvis sit laureatus non expleto termino. *ibid. n.* 2. si contineat decretum super susceptione doctoratus infra annum absque alia declaratoria amittuntur fructus in casu contrario. *ibid. nn.* 14., concessum pro una scientia potest durante termino præfixo continuare in alia. *ibid. n.* 7., ut autem suffragetur debet indultarius probare studium ad formam indulti. *ibid. n.* 13. Et vide Fagnan. *in cap. licet n.* 10. *de præbend.* 22

Indultum defferendi insignia indiget nota speciali, & non venit sub generica concessione jurium, & præeminentiarum facta Canonicis. De Luc. *de Canon. disc.* 32. *num.* 12. 23

Indultum impetratum per illum, qui juraverat non impetrare, requirit derogationem juramenti. Puteus *dec.* 103. *lib. pr.* Duran. *decis.* 5. *num.* 4. De Luc. *de Can. disc.* 13. *n.* 16. 24

Indultum conferendi beneficia non suffragatur ad vacationem in curia. Rot. *dec.* 14. 174. *par.* 12. *rec.* De Luc. *de benef. disc.* 103. *nu.* 5. *disc.* 142. *ex n.* 6., quando sequi dicatur vacatio ad Sedem. *disc.* 142. *num.* 6., ista vacatio non cadit in beneficiis Urbis. *ibid. n.* 6. fallit quando sequatur per obitum Curialis. *ibid. nu.* 7., & quænam sint officia, vel munia productiva curialitatis. *ibid. nn.* 9. *&* 10. 25

Indultum conferendi an capiat illa beneficia, quorum collatio spectet ad inferiorem collatorem. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. De Luc. *de benef. disc. pr. num.* 3. *disc.* 101. *n.* 3. & de differentia in hoc proposito inter Ecclesias Parochiales, & Canonicatus Cathedralis, vel alia beneficia. *ibid. n.* 4. & quid ubi Parochialis unita esset alicui capitulo. De Luc. *ibid. n.* 7. 26

Indultum conferendi beneficia largè, vel strictè, quando sit interpretandum Rot. *dec.* 14. 174. *par.* 12. *rec.* Buratt. *dec.* 658. *in fin.* Dunozet. *dec.* 830. De Luc. *de benef. disc.* 5. *nn.* 18. 19. *& disc.* 7. *num.* 8. *disc.* 132. *num.* 7. *disc.* 110. *nn.* 9. Vide infra *n.* 38. 27

Indultum conferendi beneficia ad favorem nepotum, vel conjunctorum Pontificum latè interpretatur Rot. *dec.* 14. 174. *part.* 12. *rec.* De Luc. *de benef. disc.* 5 *num.* 18. 19. *de pens. disc.* 66. *nn.* 4. interpretationem recipit ab observantia. *de benef. disc. pr. num.* 14. 39. *in fin. disc.* 19. *num.* 51. *disc.* 27. *num.* 17. *disc.* 110. *nn.* 10. ubi declaratur, in dubio pro restrictione. *disc.* 110. *n.* 9., Vide Emerix jun. *decis.* 242. *n.* 10. *& decis.* 900. *n.* 2. 28

Indultum conferendi beneficia non extenditur ad facultatem uniendi. De Luc. *in ann. ad Concil. disc.* 8. *nu.* 14. *de benef. disc.* 7. *sub nn.* 8. 29

Indultum conferendi beneficium quid importet. De Luc. *Miscel. disc.* 56. *sub n.* 14. 15. *de benef. disc. pr. nn.* 4. 5. 30

Indultum conferendi comprehendit tantùm beneficia, in quorum possessione esset indultarius, si non obstarent reservationes. De Luc. *de benef. disc. pr. sub nn.* 4. 31

Indultum conferendi beneficia capitulis habentibus simultaneam quando prodesset. Rot. *dec.* 530. 531. *part.* 4. *rec. tom.* 3. *dec.* 544. *part.* 5. De Luc. *de jurep. disc.* 65. *nu.* 32. *de benef. disc. pr. sub n.* 35., non prodest, ubi agatur de Cardinalibus Episcopis, qui conferunt sine Capitulo. Rot. *sup.* & De Luc. *ibid. nn.* 36. *disc.* 2. *sub nn.* 10. *disc.* 31. *nn.* 12. quid ubi beneficia essent de Capituli jurepatronatus. *ibid. disc.* 5. *sub nn.* 17. *remiss.* 32

De indulto transferendi, & conferendi beneficia, vide Caprara *dec.* 673. Emerix jun. *in Indic.* 33

Indultum conferendi beneficia non comprehendit beneficia vacantia per obitum familiarum Cardinalium Rot. *dec.* 360. *par.* 4. *rec. tom.* 3. De Luc. *de benef. disc.* 6. *num.* 2., fallit in beneficiis vacantibus in titulis Cardinalium indultariorum. *ibid. n.* 9. 34

Indultum conferendi beneficia familiaritatem Papæ 35

pæ excipiens, de qua propriè intelligatur De Luc. *de benefic. disc.* 102. *num.* 3. *disc.* 142. *ex num.* 3. comprehandit casum vacationis etism post obitum Papæ *ibidem de benef. disc.* 5. *ex nu.* 7. ubi declaratur, & qualia familiarites Papæ cessare facias indultum. *ibid. disc.* 142. *ex nu.* 3. ubi distinguntur pluses species familiatitatis Papæ; Sctiptor literarum Sancti Officii, an dicatus officialis, & familiaris Papæ *ibidem disc.* 145. *nu.* 3.

36 Indultum conferendi beneficia excipiens descripta in libris Cameræ, & coneistorialia, an intelligatur disjunctivè, vel conjunctivè. De Luc. *de benef. disc.* 103. *nu.* 3.

37 Indultum conferendi beneficia Ecclesia dimissa an suffiagetur, vel requiratur aliud speciale post dimissionem. De Luc. *de benef. disc.* 2. *n.* 2. 11. 12. *et* 18., durat episcopatu dimisso si fuerit contemplata persona, & non dignitas. *ibid. disc.* 2. *nu.* 4. & 16.

38 Indaltum conferendi beneficia non extenditur de casu ad casum, sed strictè interpretandum De Luc. *de benef. disc.* 7. *num.* 8., fallit contra ipsos Cardinales Indultarios. Rot. *dec.* 530. 531. *par.* 4. *rec. tom.* 3. *dec.* 444. *par.* 5. *rec.* De Luc. *de benefic. disc.* 31. *nu.* 12. 13. Vide supra *nu.* 27.

39 Indultum conferendi beneficia capit vacantia ob non publicationem. Rot. *dec.* 339 *par.* 5. *rec. tom.* 3. *in fin.* De Luc. *de benef. disc.* 94. *nu.* 6., Collatio tamen fieri debet ax hac specie vacatianis, nec prodest clausula, *sive præmisso*. *ibid.*

40 Indultum conferendi beneficia non suffragatur quando collatio fit ex alia causa quàm vera. Buratt. *decis.* 162. *numer.* 3. Rot. *decis.* 357. *par.* 12. *numer.* 10. & *seqq.* De Luc. *de benef. disc.* 36. *num.* 20., & quid operetur clausula, *sive præmisso* Rot. *dec.* 252. *num.* 11. *part.* 8. *rec.* De Luc. *ibi. num.* 21. 22.

41 Indultum conferendi beneficia, monasteria coneistorialia non compræhendir. De Luc. *de benef. disc.* 4. *nu. pr. seqq.* ubi quænam dicantur, neque monasteria taxata in libris Cameræ, quamvis non sint consistorialia. *ibid. nu.* 6., quid de monasteriis regularibus datis in commendam. *ibid. de benef. disc.* 203. *ex nu. pr. disc.* 143. *per tot.*

42 Indultum conferendi beneficia litigiosa, dicitur continere derogationem regulæ *de subrogandis*. Emerix jun. *dec.* 900.

43 Indultum beneficia conferendi excipiens reservationes Apostolicas intelligitur de accidentalibus, non autem fixis. De Luc. *de benef. disc.* 21. *num.* 6. 16., ubi declaratur.

44 Indultum conferendi beneficia concessum Prælato non Cardinali, an sit restrictum ad solam reservationem mensium. De Luc. *de benef. disc.* 110. *nu.* 3. *in fin.*, & an verba vel *alias generaliter* stent ampliativè, vel restrictivè. *ibid. nu.* 3. *seqq.*

45 Indultum conferendi beneficia Archiepiscopo Salisburgen. & Electoribus Germaniæ, quomodo sit solitum concedi. De Luc. *de benef. disc.* 110. *n.* 5. 8.

Non capiunt beneficia ab antiquo tempore vacata ante indultum. De Luc. *de benef. disc.* 143. *n.* 13.

46 Indultum conferendi litigiosa beneficia etiam capit. Rot. *dec.* 525. *par.* 2. *rec.* De Luc. *de benef. disc.* 52. *num.* 15., & an hoc casu intret regula *de subrogandis*. *ibid. nu.* 16.

47 Indultum conferendi beneficia duplicem reservationem non capit. De Luc. *de benef. disc. pr. n.* 18. *disc.* 143. *nu.* 17., intellige ut debeant esse æquales, & distinctæ. *ibid. disc.* 3. *nu.* 5. *disc.* 5. *num.* 13., & ubi proveniant ex eodem fonte, non cessat. *ibid. disc.* 3. *nu.* 12., quid in possessore plurium officiorum Romanæ Curiæ. *ibid. disc.* 3. *n.* 8. *seqq. disc.* 102. *ex nu.* 4., in quibus expenditur Constitutio Alex. VII., Episcopatus an causet reservationem, vel affectionem. *ibid. disc.* 4. *nu.* 9. *disc.* 143. *num.* 18., quid in Episcopatu titulari. *disc.* 4. *n.* 10. & de reservatione ratione nunciaturæ Apost. *ibid. tract. de benef. disc.* 143. *nu.* 19., quid si in Protonotario adsit qualitas familiaritatis Papæ jam extinctæ. *ibid. disc.* 5. *sub num.* 26., & quid si Protonotarius dimisso officio retineat Prælaturam. *ibid. disc.* 102. *per tot.*, duplex reservatio intrare dicitur, si familiaris ex alio titulo acquirat Protonotariatum. *ibid. disc.* 3. *num.* 13., vel si evadat familiaris Papæ. *dic. disc.* 3. *num.* 14. 15. ubi declaratur.

48 Indultum conferendi complectitur beneficia quatuor majorum officialium expressorum in *Extra ad Regim.* De Luc. *de benef. disc.* 4. *n.* 7.

49 Indultum conferendi beneficia Cardinali concessum in Episcopatu est favorabile, post dimissam verò Ecclesiam odiosum. Achill. *decis. pr. de offic. Ordin. num.* 4. & 5. *seqq.* Pus. *dec.* 93. *num.* 7. & *per tot. lib.* 3. De Luc. *de Benef. disc.* 2. *num.* 6. 5.

50 Et indulta Cardinalium in collatione beneficiorum reservatorum recensentur & explicantur Carol. Ant. De Luc. *de plur. homin. legal. cap.* 57. *per tot.*

51 Indultum conferendi beneficia vacantia per obitum promoti ad Episcopatum, cui illorum retentio concessa fuit, an capiat. De Luc. *de benef. disc.* 104. *per tot. disc.* 109. *per tot. disc.* 110. *per tot.* & *disc.* 143. *n.* 15. & an illa species vacationis dici valeat in Curia, vel apud Sedem, quamvis promotus extra illam moriatur. De Luc. *disc.* 104. *num.* 4. *seqq. disc.* 109. *ex num.* 3. *de benef.*, dicitur in curia, vel apud Sedem non data retentione, secus ista concessa De Luc. *de benef. disc.* 4. *ex nu.* 4. *disc.* 109. *ex nu.* 3. *disc.* 143. *num.* 15. declara si gratia retentionis sequatur post decretum vacationis illa non tollit vacationem præcedenter inductam. *ibid. disc.* 109. *sub nu.* 4., quid ubi retentio data sit ad aliquod tempus limitatum *ibid. disc.* 109. *nu.* 4., & quid ubi promotio ad Episcopatum non sit facta per Sedem Apostolicam. *ibid. disc.* 110 *nu.* 13.

52 Indultum capiendi beneficia quale reservationum species capiat. De Luc. *de benef. disc.* 109. *n.* 2. *disc.* 110 *n.* 3., amplitudo verborum apta est compræhendere reservationes clausas in corpore juris. *ibid. disc.* 109. *nu.* 5., ubi præsertim concordatis derogatum esset. *ibid. n.* 6., verba, *ratione mensium*, *vel aliàs generaliter reservata* an stent consequtivè, vel independenter, & ampliativè. *ibid. disc.* 110. *ex n.* 3.

53 Devolutio ob non servatam formam Indulti istud non tollit, sed potiùs confirmat. De Luc. *de benef. disc.* 23. *n.* 4. *ibid. in Sum. ex nu.* 109.

54 Indultum testandi concedi solitum Religiosis professis quomodo concipiatur. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 10. *cap.* 4. *nu. pr. seqq.* Mantic. *dec.* 214.

55 Indultum testandi absque solemnitatibus concessum per Papam, an censeatur solum remissæ illæ juris civilis non autem Canonicl. De Luc. *de test. disc.* 6. *nu.* 2. *in annot. ad Concil. disc.* 42. *sub nu.* 8.

56 Indultum testandi Clericis de bonis Ecclesiæ concessum in quo differat a licentia, quam magnus magister concedit Equitibus Hierosolymitanis. De Luc. *de jurep. disc.* 37. *n.* 6.

57 Indultum testandi non suffragatur pro fructibus inexactis vel commixtis. De Luc. *de benef. disc.* 81. *nu.* 2. *disc* 82 *nu.* 12. *disc.* 83. *nu.* 2. *in Ann. ad Conc. disc.* 42. *n.* 7. suffragatur tamen quoad fructus exactos. *de benef. disc.* 83. *num.* 3, declara id procedere respectu Ecclesiæ non autem respectu Cameræ in qua non suffragatur, neque quoad extantes, quamvis separatos. *ibid. disc.* 110. *n.* 23. animalia tamen, & melioramenta facta in bonis Ecclesiæ transmittit ad hæredes. *ibid. disc.* 82. *num.* 5. *seqq.* ubi declaratur. Vide Rocc. Episc. *cap.* 124.

58 Indultum testandi concessum Cardinalibus per solam Schedulam, quid operetur, & quænam requirat ad validitatem Barbatia *in tract. de præst. Cardin. qu.* 4. *nu.* 9. Andreoz. *controv.* 309. *num.* 14. De Luc. *de Testam. disc.* 6. *per tot.* an deroget Liboniano contra sibi ascribentes in testamento. *dic. disc.* 8. *sub n.* 1. *cum seqq.* an capiat bona Ecclesiastica. *d. disc.* 7. *n.* 6., & de quibus dispositionibus sit intelligendum. *dic. nu.* 6. Vide Rocc. Episc. *cap.* 124.

59 Indultum Religioso concessum retinendi, & administrandi bona, quomodo sit intelligendum. De Luc. *ann. ad Concil. disc.* 34. *n.* 17.

60 Indultum testandi concessum Episcopis Regularibus an debeat continere mentionem regularitatis. Mantic. *dec.* 214. De Luc. *de test. disc.* 9. *n.* 7.

61 Indultum testandi Episcopo non residenti an suffragetur. De Luc. *annot. ad Conc. disc.* 4. *n.* 10.

62 Indultum testandi concedi potest per magnum Magi-

gistrum Hierosolymitanom de Patrimonialibus, non autem de acquisitis. Adden. ad *dec.* 16. *num.* 10. & *seq. part.* 3. *rec.* De Luc. *de testam. disc.* 9. *nu.* 3., & si Pontifee illud coneedat Clerico Sæculari, en suffragetur, si ingredietur religionem Hierosolymitanoem. *ibid. disc* 9. *per tot.*

63 Indultum revocatum nollius est relevantiæ. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 5. *n.* 2. *decis.* 6. *nu.* 4. *decis.* 7. *nu.* 7. *decis.* 8. *n.* 10. *libr.* 13. *vol.* 4.

64 Indultum sub aliquo præsupposito concessum non suffragetur, nisi hujusmodi suppositum concludenter probetur Mantiss. ad De Luc. *decis.* 8. *nu.* 11. *libr.* 3. *vol.* 3. Et quis non potest uti indulto sine qualitatibus io eo contentis Spad. *cons.* 133. *n. pr. lib. pr.*

65 Indultum transferendi, pensionem est odiosum, & restringendum Emerie jun. *dec.* 671. *num.* 4. 5. & *in indic. verb. pensic.*

66 Indultum transferendi pensiones, an impeditur per servationem pensionis eventualis. De Luc. *ann. ad Conc. disc.* 45. *nu.* 3. *de pension. disc.* 3. *sub nu. pr. vers. super primo*, & *nu.* 3.

67 Indultum preservetum eu, censeatur ubi pensionasius obtineat alterum retinendi in stato conjugali. De Luc. *de pens. disc.* 78. *per tot.* & de operatione Clausulæ, *ut illud non cesset per quamcumque mutationem status. dic. nu.* 3. 9.

68 Indultum Conelavillis concessum, an comprehendet pensiones reservetas super distributionibus quotidianis. De Luc. *de pens. disc.* 61. *n.* 3. *seq. n.* 15. *seq.* & an translatio substineatur pro rata pensionis impositæ super fructibus. *dict. disc.* 61. *nu.* 6. & 8., quid ubi Conclavista bigamus efficiatur. *dic. disc.* 62. *nu.* 4. comprehendit etiam pensiones reservatas super Cathedralibus. *dic. disc.* 62. *nu.* 5.

69 Indultum transferendi pensiones an cesset ob immutatum Ecclesiæ statum. Serafin. *dec.* 1410. *n.* 10. 11. *dec.* 1444. *nu.* 9. Loter. *lib. pr. qu.* 42. *nu. pr.* De Luc. *de pens. disc.* 67. *n.* 3.

70 Indultum concessum alicui familiæ, an exerceri possit eum extraneo, vel restrictum sit ad illos de eadem familia. De Luc. *de pens. disc.* 60. *n.* 4. *seqq.*

71 Indultum transferendi pensiones, non suffragatur pro pensionibus reservatis super Ecclesiis possessis per Cardinales vide in const. Urb. VIII. & Dunozet. *dec.* 778. & 830. De Luc. *de pens. disc.* 54. *num.* 2. *disc.* 63. *n.* 1. quid ubi Cardinalis non sit possessos, sed solùm reservatarius fructuum *d. disc.* 63. *per tot.* fallit ubi accesserit consensus Cardinalis *d. disc.* 54. *n.* 3. ubi declaretur, neque procedit in reservatione eventuali *disc.* 54. *n.* 5.

72 Indultum transferendi Pensiones non suffragator peosionibus alias treuslatis, nisi consensus titularis accedet. De Luc. *de pens. disc.* 51. *n.* 3. *disc.* 60. *n.* 2. *disc.* 59. *n.* 3. iste temen consensus potest præcedere, & subsequi dummodò re integra *d. disc.* 51. *n.* 15. & 16. & de moderatione Constitutionis Urbani *d. disc.* 59. *n.* 4.

73 Indultum transferendi pensiones eeerceri potest etiàm in mortis articulo, de quo etiem tempore solet coocedi. Burat. *dec.* 638. *nu.* 6. Merlin. *decis.* 243. Rot. *dec.* 24. *par.* 5. *rec.* De Luc. *de pension. disc.* 56. *n.* 5. 6. en eutem infirmitas sit exprimenda ab impetrante *d. disc.* 56. *ex n.* 3. & an veleat eeerceri nutu, & signis ad interrogationem *d. disc.* 59. *ex n.* 10.

74 Indultum non valet ubi obtineator per pensionarium post factam conventionem, cum titulari de non trensferendo. De Luc. *disc.* 68. *n.* 10. & en. & vide Ottobon. *dec.* 239.

75 Peter an possit exerceri illud eum filio, & quid si esset illegitimus. Tondut. *de pens. cap.* 31. *n.* 16. *seqq.* De Luc. *de pens. disc.* 60. *n.* 6.

76 Indultum de transferendo pensionem est subreptitium non facta expressione qualitatis beneficialis. Ceprai. *decis.* 109. *n.* 4. *part.* 2.

77 Indultum, seu privilegium, in quo est expressa causa defensionis fidei non redditur ex ea irrevocebile, eum eause deffensionis sit oous proprium Christienorum Caprare *dec.* 673. *n.* 11. *tom.* 2.

78 Indulta perpetoe de non residendo atiem ex justis, & rationeb.lious causis coocessa non suffragantur Fegnan. *de Cleric. non resid. in cap. Clericos num.* 5. *tom.* 3.

79 Indultum capituli Caurien. vacandi quinque menses singulis anois e servitio Ecclesiæ ob aeris intemperiem. Fagnen. *de præben. in cap. licet n.* 47. *tom.* 3.

80 Indultum vacandi tres menses a servitio Ecclesiæ non conceditur Canonicis majori servitio adstrictis. Fagnan. *ibidem n.* 51.

81 Indultum Cardinalium non amplist potestetem ordinariam conferendi sed præservet tollendo obstecula Fagnao. *in cap. sicut unire de excess. Prælat. n.* 45. 46.

82 Indultum Cardinelium non comprehendit beneficium reservatum duplici affectione personali, seu eoequali Caputeq. *dec.* 85. *par.* 2. Ægid. *decis.* 425. Fagnan. *dic. loc. n.* 48. 50.

83 Et quid si reservationes sint dispares. Fagoao. *ibid. vers. sin autem.*

84 Indulta miserationis causa non tolluntur per generales non obstentias. Fagnan. *in cap. significantibus n.* 80. *de offic. deleg. tom.* 1.

Nec potest illis expressè renunciari, Fagnan. *ibid. num.* 81.

85 Indultum pro retinendis pensionibus reservendis non operatur quoad pensiones jam reservatas Mantiss. ad De Luc. *decis.* 74. *nu.* 14. *lib.* 13. *vol.* 4.

86 An indulte præservatione obtinere pro pensionibus reservendis suffragentur, etiem pro transferendis. De Luc. *de pens.* ed ornamentum bullæ Innocentianæ *disc.* 13. *n.* 20. Rot. *dec.* 50. *p.* 5. *rec.* Tondut. *de pens. cap.* 76. *n.* 32. *in fin.* Mantiss. ad De Luc. *dec.* 74. *n.* 16. 17. *lib.* 13. *vol.* 4.

In indulto pro retinendis pensionibus expressio trensferendarum non dieitur otiosa cum submoveat quæstionem, eu sub reservandis contineantur transferendæ. Rot. *dec.* 50. *p.* 5. *rec.* Burett. *decis.* 638. *n.* 3. Adden. *n.* 10. Rot. *dec.* 307. *n.* 4. *p.* 1. *dec.* 733. *sub n.* 1. *p.* 2. Mantiss. *ibid. n.* 19.

87 Ex quibus probetur negativa non existentiæ alterius indulti. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 46. *nu.* 30. Rosa *de execution. cap.* 6. *n.* 20. *in fin.* Ludov. *decis.* 240. *n.* 6. 7. Cels. *dec.* 76. *nu.* 17. Rot. *decis.* 130. *n.* 12. Mantiss. *sup. n.* 21.

88 Indultum retinendi pensiones, quoties dubium sit, an suffragetur, urgeri non potest pro obtinenda manutentione. Rot. *dec.* 524. *n.* 15. *p.* 5. *rec.* Mantiss. *sup. n.* 12.

89 Indulte pro tetinendis pensionibus benignam non merentur interpretationem Spad. *cons.* 73. *n.* 1. *cons.* 74. *sub n.* 2. *vers. tertio quin*, & *nu.* 4. *lib.* 3. Rot. *dec.* 169. *n.* 27. & *seqq. dec.* 216. *n.* 9. cor. Cardin. Cels. & *dec.* 212. *n.* 7. apud Torr. *de pact. futur. success.* Mantiss. *dec.* 75. *lib.* 13. *num.* 24. *vol.* 4. *de jurep.*

90 An Episcoporum Potestas concedendi Indulgenties, sit de jure Divino accepta a Deo, ut est in Papa, an vero sit tentum de Jore communi accepta a Papa. Henriquez. *lib.* 7. *cap.* 31. Azor. *de Indulgent. cap.* 54. *qu.* 2. Bonec. *disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. Barbos. *all.* 79. *de potest. Episcop.* Maraviglia *de legibus pruden. Episcopal. leg.* 337. Fegnan. *in cap. cum ex eo n.* 16. *de pœnit.* & *remiss.*

91 Indulgentie quænam, ubi, & quibus concedi possit ab Episcopis. Nevar. *tract. de Indulg.* Bellar. *lib.* 1. *cap.* 14. *de Indulg.* Melet. *l.* 3. *p.* 1. *de personis Eccles. præsertim de Regul.* Maravigl. *ibid.*

92 Indulgentiæ Episcoporum, an prosint Regularibus & aliis exemptis Maravigl. *ibid.*

93 Indulgentias concedendi potestas, an sit ordinis, vel jurisdictionis Maravigl. *ibid.* vide Fegnen. *in cap. accedentibus num.* 8. & 11. *de excess. Prælat.* Bertachio. *vos.* 195. *n.* 8.

94 Indulgentia concessa uni Ecclesiæ ab Episcopo antecessore, en possit eidem Ecclesiæ a successore concedi. Maravigl. *ibid.*

95 Indulgentiem sibi concedere potest Episcopus Maravil. *ibid.*

96 Indulgentiæ in loco exempto non concedendæ nisi subditis petentibus Maravigl. *ibid.*

97 Indulgentiæ concedendæ non sunt ultra numerum diarum taxetum, si tamen concederentur semper

per

per valerent pro illa parte, quæ poteſt concedi, habemus enim in regulis juris, quod in rebus ſeparabilibus utile per inutile non vitiatur Maravigl. *ibid.* vide Bertachin. *vol.* 195. *n.* 2.

98 Indulgentia quandoque puſſunt ab Epiſcopis concedi non ſubditis. Maraviglia *loc. cit. ſeg.* 338. vide Fagnan. *in cap. a nobis il primo n.* 25. *& ſeqq. de ſent. excom.*

99 Ad Indulgentias lucrandas, non requiritur totalis ſubjectio Maravigl. *ibid.*

100 Epiſcopus poteſt concedere unum annum Indulgentiarum pie dedicatione Eccleſiæ Bertachin. *vol.* 195. *n.* 1. Vide infra *n.* 102.

Indulgentias Epiſcopi concedere non poſſunt in Dedicatione Baſilicæ ultra annum, & in anniverſario Dedicationis, & pro quibuslibet aliis caſibus ultra quadraginta dies Fagnan. *in cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ. n.* 3. 25.

101 Indulgentia per Prælatos concedenda debet eſſe moderata, & ſecundum quantitatem, & qualitatem cauſæ. Fagnan. *ibid. n.* 11.

Per Indulgentias indiſcretas, & immoderatas claves Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatiſfactio enervatur. Fagnan. *ibid. n.* 12.

102 Indulgentiæ proſunt, ne dum in purgatorio, ſed etiam quoad pœnitentiam ſibi injunctam. Fagnan. *ibid. n.* 13.

103 Papa poteſt reſtringere poteſtatem Epiſcoporum in concedendis Indulgentiis. Fagnan. *ibid. n.* 14.

104 Indulgentiæ, quæ ab Epiſcopis conceduntur ultra annum in Dedicatione Eccleſiæ, & ultra quadraginta dies in aliis caſibus, ſunt ipſo jure nullæ in ea parte, in qua excedunt. Fagnan. *ibid. n.* 15. Vide ſupra *n.* 98.

Indulgentias ultra numerum dierum hic taxatum, non prohibentur Epiſcopi concedere in foro pœnitentiali. Fagnan. *ibid. n.* 17.

105 Indulgentiæ adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus ab Epiſcopo ſunt publicandæ Fagnan. *ibid. n.* 20.

106 Indulgentias quæſtuandi facultatem quomodolibet continentes revocavit Pius V. & prætextu indulgentiarum, & faculiare quæſtus fieri prohibuit. Bullar. *tom.* 2. *pag.* 214. Fagnan. *ibid. n.* 29.

107 Indulgentiæ conceſſæ a falſis Prælatis ob communem errorem an valeant. Oltrad. *conſ.* 76. Fagnan. *in cap. ſuper eo. n.* 6. 11. *de crim. falſ.*

Indulgentiæ a falſis prælatis conceſſæ quomodo intelligantur eſſe meritoriæ. Jaſon. *in l. ſi urbanu n.* 8. *verſ. alios tamen ff. de cond. indeb.* Fagnan. *ibid. num.* 11.

108 Indulgentias concedere non poſſunt Abbates, & alii inferiores Text. *in cap. cum ex eo de pœnit. & remiſſ.* Navar. *de Indulg. tract.* 31. *notab. nu.* 3. Fagnan. *in cap. accedentibus n.* 7. *ſeqq. uſque ad* 20. *de exceſſ. Prælat.*

109 Indulgentiæ non pertinent ad diſpenſationem Sacramentorum, ſed ad diſpenſationem bonorum communium Eccleſiæ. Fagnan. *ibid. n.* 10.

110 Indulgentiæ dari non poſſunt ab inferioribus Prælatis, etiam juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem habentibus. Fagnan. *ibid. n.* 12. ſed ab Epiſcopo tantum *n.* 13.

111 Indulgentias dare non poteſt Vicarius Generalis Epiſcopi, neeCapitulum Sede vacante. Fagnan. *ibid. num* 17.

Et an valeat contraria conſuetudo. Fagnan. *ibid. num.* 18. vide infra *num.* 127.

112 Indulgentias concedendi poteſtas plenè reſidet in Papa, in Epiſcopis verò eſt taxata ſecundum Papæ ordinationem Fagnan. *ibid. n.* 36.

113 Indulgentias animæ defunctorum non conſequuntur a Sacerdote celebrante, ſed a Pontifice concedente per modum ſuffragii D. Thomas *in* 4. *diſtinc.* 20. *qu.* 1. *art.* 4. *qu.* 3. Fagnan. *in cap. quidam num.* 15. *de celebr. Miſſar.*

114 Indulgentia non acquiritur, niſi conditio ſub qua conceditur adimpleatur Cordub. *qu.* 33. D. Thom. *in addit. ad* 3. *part. qu.* 27. *art.* 3. Fagnan. *ibid. num.* 16.

115 Indulgentiarum materia eſt favorabilis. Bal. *conſ.* 339. Fagnan. *ibid. n.* 26.

Indulgentia pro defunctis non eſt privilegium, ſed beneficium nulli noxium, & late interpretandum. Felin. *de indulg. propè fin.* Fagnan. *ibid. n.* 27. 116

Indulgentiæ tantùm valent, quantùm ſonant. Gloſſ. *in cap. quod autem de pœnit. & remiſſ.* S. Th. *in* 4. *dist.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 3. *quæſt.* 2. Fagnan. *ibid. num.* 28. 117

Indulgentiarum litteras, an poſſint dare Epiſcopi electi, & confirmati ante conſecrationem. Fagnan. *in cap. accedentibus n.* 9. *ſeqq. de exceſſ. Prælat.* 118

Et quid ſi non ſit Presbyter Fagnan. *ibid. n.* 11.

Indulgentiam plenariam pro recitantibus Salutationem Angelicam ad tria ſigna Campanæ in Solis occaſu dicitur conceſſiſſe Andrianus VI. Fagnan. *in cap. Cuſtos Eccleſiæ n.* 4. *de offic. cuſtod.* 119

Indulgentia an poſſit concedi ab Epiſcopo ſubditis pro opere conſtruendo in alterius diœceſi, abſque Diœceſani conſenſu, remiſſive. Anchar. *in cap. poſtulaſti à n.* 18. *uſque ad n.* 23. *de foro compet.* Fagnan. *in cap. quando de privileg. n.* 7. 120

Archiepiſcopus poteſt concedere Indulgentias quadraginta dierum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum. Ventriglian. *de Archiep. cap.* 27. *n.* 1. *& qu.* 28. *n.* 1. *ſeqq.* Bertachin. *vol.* 195. *n.* 3. 121

Indulgentia conceſſa in diebus Paſcatis, an poſſit lucrari pluries ab eadem perſona diverſis tamèn diebus Henriquez. *in ſum. lib.* 6. *cap.* 16. *nu.* 3. Dian. *reſol. moral. tom.* 4. *tract.* 5. *de indulgent.* Paſſerio. *ibid. qu.* 105. *n.* 438. *ſeq.* Bertachin. *vol.* 195. *nu.* 4. 122

Indulgentiarum publicatio etiam in eccleſiis unitis Capitulo ſpectat ad Epiſcopum Spad. *conſil.* 157. *num.* 19. *lib. pr.* 123

Clauſula *dummodo in Eccleſia non adſit alia Indulgentia*, quomodo intelligatur Bertachin. *vol.* 195. *n.* 5. 124

Cardinales, quamvis non Epiſcopi poſſunt concedere centum dies Indulgentiarum. Navar. *de Jubileo not.* 21. Duallius *de Indulg. par.* 2. *quæſt. unica art.* 9. Lavor. *de Indulg. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 25. Bertachin. *vol.* 195. *n.* 6. & vide Albic. *diſcept.* 1. *n.* 77. inter opera De Luc. 125

Capitulum Sede vacante an poſſit diſpenſare Indulgentias Rodriquez. *in Sum. tom.* 1. *cap.* 71. *n.* 22. Merolla *tom.* 3. *diſp.* 7. *dub.* 16. *n.* 155. Bertachin. *ibid. n.* 7. 126

Facultas diſpenſandi Indulgentias poteſt ab Epiſcopo committi ſuo Vicario, etiam non Sacerdoti. Oldrad. *conſ.* 73. *n.* 8. Navar. *de Jubileo cap.* 31. *n.* 7. Sbroz. *de Vic. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 40. Suarez. *diſp.* 55. *ſect.* 6. *nu.* 6. Bonac. *de Sacram. tit. de Indul. diſp.* 5. *qu.* 1. *punct.* 3. *propoſ.* 2. *nu.* 21. Bertachin. *ibid. n.* 9. vide ſup. *num.* 111. 127

Cardinales quamvis Diaconi, & Epiſcopi licèt non conſecrati poſſunt diſpenſare Indulgentias. Suarez. *diſput.* 69. *ſect.* 3. *nu.* 3. Bonac. *de Sacram. tit. de Indulg. diſp.* 5. *qu.* 1. *par.* 4. *propoſ.* 3. *n.* 6. Galganet. *de jur. public. lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 26. Ventrigl. *de Juriſd. Archiep. cap.* 16. *n.* 6. Bertachin. *ibid. n.* 10. 128

De Indulgentiarum, & Reliquiarum Congregationis erectione, & inſtitutione. Vide De Luc. *Relat. Curiæ diſc.* 23. *n.* 12. 129

§. INDUSTRIA. XVI.

INduſtria perſonæ dicitur electa quando actus committitur per verba perſonalitatem denotantia, & quomodo hoc procedat, vel non latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 644. *n.* 13. *&c.* Tuſch. *lit. I. concl.* 105. *&* 106. *per tot.* Altimar. *de nullit. contract. rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 31. *n.* 1379. *tom.* 5. 1

Quando dicatur electa induſtria perſonæ, vide Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 21. *per tot. & lib.* 6. *præſumpt.* 92. *per tot. & de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 54. *n.* 7. *& ſeqq. & quæſt.* 68. *n.* 8. *&c. lib.* 2. *caſ.* 205. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 16. *n.* 19. *& ſeqq. fol.* 52. Tuſch. *loc. cit. per tot.* Merlin. *dec.* 393. Altimar. *de Nullit. contrac. Rub.* 1. *par.* 3. *quæſt.* 31. *n.* 1379. *tom.* 5.

Dicitur electa induſtria perſonæ quando ardua negocia mandantur, & quæ dicantur ardua, eſt in ju-

dicis arbitrio, Menoch. *de arbitr. cas.* 205. *per tot.*

2 Industria personæ an censeatur electa per clausulam *discretioni tuæ*, vel, *judicio tuo*, vel, *conscientiam tuam oneramus*, ità ut non possit causa alteri delegari, vel subdelegari, Gratian. *discept. for. cap.* 738. *n.* 1. *&c. cap.* 978. *n.* 31. *&c.* vide in §. *Delegatus n.* 3. Altimar. *dict. n.* 1379.

Quando aliquid est commissum *conscientiæ alterius*, non possit argui de injustitia, vel solum Deum scrutatorem habeat, cùm Superior non possit conscientiam inferioris mutare, nec animo vim inferre, & alia ad rem, Rot. *in Neapolitana hæreditatis* 26. *Junii* 1673. coram Rondinino post Urceol. *de transact. dec.* 52. *per tot.*

3 Industria personæ non videtur electa, quando commissio est facta sub nomine dignitatis, vel cum causæ cognitione, Gratian. *discept. for. cap.* 738. *n.* 11. *&c.* Secùs autem si sub utroque nomine scilicet dignitatis, & proprio sit facta delegatio, & nomen proprium præcedat Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 88. *n.* 16. *& per tot.* ubi latè an arbitrandi facultas transeat in successorem tam Ordinarii, quàm delegati, Sperel. *dec.* 31. *& dec.* 166. *per tot.* Spad. *cons.* 334. *n.* 15. *lib.* 2.

4 Industria personæ quando est electa, non potest actus fieri per alium, Grat. *discept. for. cap.* 712. *n.* 9. Spad. *cons.* 343. *nu.* 8. *lib.* 2. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 26. *n.* 1. *tom.* 1.

5 De industria personæ quando censeatur electa, & quid operetur, Cyriac. *controv.* 115. *& contrav.* 290. *n.* 15. *&* 16. Vela *tract. de matrim per procurat. contract. seu in prelect. ad cap. fin. de procurat. in* 6. *par.* 3. *num.* 9. *&* 10. *post dissert. fol. mihi* 312. latè Rot. *part.* 58. *recentior. decis.* 813. *num.* 8. *& seqq. per tot. tom.* 2. *& est in Romana pecuniaria* 9. *Aprilis* 1674. *coram Rondinino*. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 21. *& lib.* 6. *præsumpt.* 92.

6 Quod industria personæ æquivaleat capitali, & quandoque excedat, Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 5. *nu.* 5. & alia de industria indicant Castejon. *Alphab. jurid. verb. Industria*, & Com. August. Font. *cod. verb. Bibliotb. leg. part.* 4. *fol.* 729. Card. De Luc. *in Indic. gener. in. verb. industria*. Altimar. *de. nullit.* Mant. Palm. & alii moderni.

7 Reservatio censetur exclusa, quando in fundatione remanet electa industria personæ Rebuff. *de nominat. quæst.* 15. *n.* 14. Piton. *de Jur. patr. alleg.* 48. *n.* 72. *tom.* 1.

8 Præsentatio fieri potest per Procuratorem Barbos. *de Canonic. cap.* 30. *nu.* 14. *& de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 10. Piton. *de Jur. Patr. alleg.* 26. *n.* 13. Quid si requiratur industria personæ. Piton. *de Jure Patr. ibid.*

9 Facultas concessa intuitu industriæ alicujus personæ non transmittitur ad hæredes Gras. *de execut ult. volunt. quæst.* 14. Gratian. *discep.* 712 *n.* 7. *& seqq.* Rot. *dec.* 201. *n.* 24. *& seqq.* cor. Dunoz. Jun. Mantist. ad De Luc. *dec.* 29. *n.* 8. *lib.* 13. *vol.* 4.

10 Procurator non potest substituere, quando electa est industria primi procuratoris Trentacinq. *var. tit. de procur. res.* 3. *n n.* 26. Vela *in cap. fin. de procur. in* 6. *p.* 3. *n.* 6. Rocc. *de mandat. not.* 79. *n.* 170. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 3. *quæst.* 31. *nu.* 1378. *tom.* 5.

Et dicitur electa industria personæ, quando ad certum negotium specialiter datus est, & non solum si additum sit, quod id personaliter faceret, vel per se ipsum, aut per proprias manus exequeretur, vel si ipsius conscientiæ negotium commissum, seu relictum fuerit, juxta regulam text. *in cap. fin. §. is autem*, juncta glos. 1. *de offic. delegat.* Trentacinq. *supra nu.* 29. Rocc. *sup.* Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 1379.

Vel etiam nihil mandato additum sit, dumodo certa in eo forma designata non fuerit, veluti si mandatum sit de re distrahenda, nullo designato pretio. Vel si natura rei sit magni ponderis, & momenti, nam tunc in dubio censetur esse electa industria personæ. Boer. *cons.* 13. *nu.* 20. Seraphin. *de Juram. privil.* 57. *n.* 11. Vela *sup. nu.* 9. Barbos. *in cap.* 1. *de proc. in* 6. *nu.* 14. Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 1370.

11 Quando industria personæ correspondet pecuniæ, si finita societate nil perlucratum sit, illa pecunia capitalis dividi debet, ne ponens operas illas in totum amisisse dicatur, & ponens capitale nihil Tusc. *litt. S. concl.* 280. *nu.* 15. *seqq. concl.* 295. Menoch. *de arbitr. cas.* 125. *num.* 3. Rocc. *disp.* 99. *nu.* 24. Duar. *de societ. lib.* 2. *cap.* 4. *q.* 8. Roccus *de societ. n.* 56. Giballin. *de usuris cap.* 2. *art.* 6. *n.* 3. *seqq.* licet contradicat Oinot. *in §. de illis nu.* 5. *Instit. de societ.* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *p.* 2. *quæst.* 25. *n.* 414. *tom.* 4.

Sed quod qui posuit pecuniam illam detrahat, & partem lucri consequatur in divisione, quia capitale, & ejus dominium non transfertur in socium, sed tantum usus. Gratian. *cap.* 360. *n.* 8. *seqq.* Fachin. *lib.* 2. *contr.* 94. Christin. *dec.* 207. *n.* 8. *seqq. vol.* 1. Rot. *dec.* 238. *p.* 17. *rec.* Vidman. *de contract. c.* 14. *n.* 25. *seqq.* Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 415.

12 Industria personæ quando in Delegatione censeatur electa. P. Sanchez. *de Matr. lib.* 8. *disp.* 27. *n.* 43. Jo. Franc. Leo *in thes. fori Eccl. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 49. *& p.* 2. *cap.* 2. *num.* 16. Marta *de claus. p.* 1. *claus.* 253. *n.* 1. Marches. *de commiss. p.* 1. *pag.* 256. *n.* 89. Genuens. *in praxi cap.* 85. *n.* 5. Fr. Emanuel. *qq. regular. tom.* 2. *quæst.* 119. *art. fin. vers. ultimo.* Navar. *in cons.* 2. *sub tit. de offic. deleg. in antiq.* Altimar. *de nullit. rub.* 10. *quæst* 4. *n.* 21. *&* 31. *tom.* 2.

13 Industriæ Clericis non sunt prohibitæ pro cultura bonorum patrimonialium, vel beneficialium Barbos. *de jur. Eccles. lib. pr. cap.* 40. *nu.* 127. De Luc. *de benef. disc.* 100. *n.* 17. & vide eumdem *in indice verb. Clerici negotiatores*, *Mercatura*.

14 Decimæ solvendæ sunt ex omni industria, vel exercitio. Barbos. *de Paroch. cap.* 28. *§.* 1. *nu.* 20. De Luc. *de decim. disc.* 5. *n.* 8. *disc.* 18. *n.* 3.

Ex consuetudine non solvuntur. Soto *de just. & jur. lib.* 9. *qu.* 4. *art.* 2. Barbos. *sup.* Navar. & alii apud Gutier. *Canon. q. l.* 1. *q.* 1. *n.* 33. De Luc. *de decim. disc.* 18. *n.* 16. & si solverentur, essent prius detrahendæ expensæ. De Luc. *ibid.* & vide eundem *in indice verb. Decima Sacramentalis de regal. disc.* 102. *n.* 13.

Industriæ personales collectantur pro rata. Dec. *consil.* 334. Nat. *consil.* 418. *nu.* 3. Cyriac. *contr.* 156. *n.* 21. *per tot.* Menoch. *consil.* 1144. De Luc. *de Regal. disc.* 102. *n.* 10.

15 Ex gravamine unius censetur exclusus, quilibet alius, & electa industria illius, cui impositum est gravamen Conrad. *in prax. disp. Apost. lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 40. Merlin. *decis.* 846. *n.* 2. Rot. *dec.* 476. *nu.* 14. *par.* 19. *rec. tom.* 2. *& decis.* 182. 328. *&* 411. *par.* 18.

16 Industria Navarchi lucri causa non infert ad dolum, sive culpam ordinariam ad casum. Card. De Luc. *de credit. disc.* 106. *num.* 28. *in fin. & seqq.* Baldue. *de assecur. tit.* 1. *dec.* 13. *n.* 11.

17 Industria nimia est cognata culpæ Rot. coram Ansald. *decis.* 83. *n.* 15.

§. INFAMIA. XVII.

1 INfamia nil aliud est, quàm mala opinio, quam habent homines de nobis, vel læsæ dignitatis status, moribus, & legibus improbatus, morti saltem civili æquiparatur, & est duplex nempè juris, & facti; juris, quæ ex aliqua lege, vel constitutione emanat ipso facto, vel post sententiam; facti, quæ propter aliquod factum lædit famam, & opinionem apud bonos, & graves viros, prout latè declarat Farinac. *q.* 56. *n.* 1. *& seqq.* Tusch. *litt. I. concl.* 107. *per tot.* Amaya *in l. un. C. de infamibus lib.* 10. *fol.* 383. *&c.*

Multa de infamia tam juris, quàm facti, & de infamia canonica propter peccatum ad effectum reddendi aliquem indignum, vel inhabilem ad beneficia, & similia, & ex quibus delictis contrahatur ultrà Farinac. *loc. cit.* Pae. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *per tot. fol.* 397. *& vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *numer.* 100. *&c. fol.* 273. *& tit.* 18. *numer.* 283. *& seqq. fol.* 3 8. Tusch. *d. conclus.* 107. *& seqq.* Paol. Christ. *dec. Belg.* 106. *vol.* 2. Rot. *part.* 11. *rec. decis.*

8. per

8. *per tot. & decis.* 396. & in eadem causa, Calvin. *de æquit. lib. 2. cap. 17. &* 18. Francisc. de Amaya *in l. un. C. de infamibus lib.* 10. *per tot. fol.* 383. ubi plura de infamibus ab honoribus arcendis, non autem à muneribus excusandis, Giurb. *cons.* 44. Crispol. *cas. milit.* 21. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 447. Matthæu. *de re crim. contr.* 76. *num.* 70. & alios plures citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. *§.* 1. *num.* 27. *& seqq. ad* 47. Barbos. *de Episc. alleg.* 43.

2 Infamia afficitur, qui de furto damnatur, Bart. *in l. Infamem ff. de publ. jud.* Pract. Papp. *for. Inquis. glos. furto num.* 4. *cum Add.*

Qui dicantur infames infamia juris, vide *in l.* 1. *cum ibi notatis per DD. ff. de iis qui not. infam.* Farinac. *d. qu.* 56. ubi ad effectum repellendi à testimonio.

Multa requisita ad hoc ut irrogetur infamia, vide per Grat. *discept. for. cap.* 960. *num.* 25. *&c.*

Quis dicatur infamis, quomodo probetur, quando efficiatur ex sententia, vel non, à quibus repellatur, & alia, Tusc. *litt. I. concl.* 108. *& seqq.* Amaya *loc. sup. cit.* ubi etiam disputat an verè detur infamia facti, & post relatos Doctores illam non admittentes, cum procedat ex vulgo monstro cæco, & mobili, tandem concludit dari juxta magis communem aliorum sententiam.

3 Infamis, sive infamia juris, sive infamia facti, repellitur à testimonio in criminalibus, nisi aliter veritas haberi non posset, vel nisi agatur de actu inter infames, vel in locis infamibus sequuto, quibus casibus admittitur infamis cum tortura ad purgandam maculam infamiæ, non tamen ob id redditur testis integræ fidei, sed tantùm facit indicium, Clar. §. *fin. quæst.* 24. *vers. Item infamis*, latè Farinac. *quæst.* 56. *art.* 1. *&* 2. *per tot.* Mascard. *de prob. vol.* 3. *concl.* 1356. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 283. *& seqq. ad* 332. *fol.* 318. ubi multa de more paucis perstringit, *& num.* 298. benè declarat, quando dicatur veritas aliter haberi non posse, nempè quando nec actu, nec habitu alii testes potuerunt adesse, secùs si verisimiliter, & honestè potuerunt alii adesse, licèt actu non adfuerint, quicquid etiam isto ultimo casu infames admitti puta erint multi relati, & approbati per Ricc. *decis. Neap.* 218. *part.* 1. nam de magis communi, & tutiori, ut supra testantur Farinac. & Jordan. *loc. cit.* ubi etiam quid in civilibus, & alia multa quando infames admittantur, & quam probationem, sive indicium faciant, Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad personas resol.* 8. *& seqq.* ubi de spuriis ignobilibus, de publicè fustigatis, de excommunicatis, de accusatis, vel inquisitis, de ebriis, & hujusmodi quando repellantur, vel non, Molina *lib.* 1. *de Primog. cap.* 13. *à n.* 7. Bellegrand. *in compendios. rer. crimin. method. tract.* 3. *quæst.* 3. *n.* 2. *&* 3. *& quæst.* 7. *n.* 12. 13. 15. *& seq.*

An autem sit necesse probare quod reputaretur, sive reputetur ab omnibus infamis, vel sufficiat simpliciter probare infamiam ad effectum repellendi testem infamem, Gratian. *dec.* 240. *num.* 14. *&c.* Mascard. *de probat. conclus.* 27. Farinac. *d. quæst.* 56. *n.* 156. *&c.*

Qualiter infamia possit probari per testes, etiam singulares, dummodò quoad infamiam sint contestes, ac dilucidè factum, ex quo infamia orta sit, probent, & talem infamiam esse apud bonos, & honestos viros, & non ex voce populi, de qua non est curandum, & alia ad rem, Mascard. *de probat. concl.* 895. *vol.* 2. Vide Bellegrand. *in compendios. rer. criminal. method. tract.* 3. *quæst.* 7. *n.* 19. *cum seqq.*

4 Infamis infamia juris, tam de jure civili, quàm canonico non potest accusare, infamis verò infamia facti prohibetur tantùm de jure canonico, & admittitur de jure civili, licèt hodie parum prodesset allegare hujusmodi defectum, cum judex procedendo ex officio omnia suppleat, nisi essemus in delictis, pro quibus non possit judex ex officio procedere, Clar. *§. fin. quæst.* 14. *vers. secundus est casus*, Cevallos *comm. quæst.* 356. Bellegrand. *in compendios. rer. crim. method. tract.* 1. *quæst.* 6. *n.* 9. *quæst.* 10. *n.* 2. *& tract.* 3. *quæst.* 7. *n.* 12. *cum seq.*

Qualiter fiat in judicio, & extra judicium, quomodo utraque puniatur, etiamsi sit modica, & alia latè Tusch. *litt. I, conclus. 153. & seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic. 142. vol. 1.* ubi plura de actione injuriarum, *& dec. 202. per tot. vol. 4. & ad leg. Municip. tit. 2. art. 4.* & de materia injuriarum plenè Guttierez *in Prax. quæst. 115. & seqq. ad 142.* ubi qualiter procedat inter patrem, & filium; an, & quando sit canenda palinodia, vel non; quomodo possit inferri injuria etiam per verba honesta in cortice, sed animo injuriandi prolata; si sit facta marito, & uxori, an uterque possit agere, altero desistente: quid in sponsis; quomodo fiat contra absentem; an veritas convitii excuset; quomodo sit restituenda fama infamato etiam de vero crimine, sed occulto; an sit admittenda probatio veritatis convitii; quid si injurians fuerit provocatus, vel in calore iracundiæ, vel lapsu linguæ; de mandante, vel consulente alium injuria affici, an injurians teneatur se formaliter dedicere, vel sufficiat verba æquipollentia proferre, quid in nobili clerico, vel muliere nobili nupta plebeo, vel è contra; de injuriante Cardinalem; de libello famoso, & ejus pœna; ac demum de praxi procedendi in hoc crimine, & alia plura Oldrad. *cons. 53. in princip.*

De diversis injuriis, & illarum pœnis, nempè per libellos famosos, de quibus dixi in §. *Libellus n. 6.* per oscula, de quibus vide in §. *Osculum*, per verba, motus, per spurcationem, per picturam, vel affixionem cornarum, per fracturam portarum, vel fenestrarum, per matinatas, ciambelatas, vel scampanatas, per conspuitionem, per verba infamiam denotantia, per mentitas, de quibus dixi in §. *Mentita*, per importunitatem, insolentiam, & procacitatem in advocatis, & procuratoribus, & hujusmodi, latè Raynald. cum pluribus singillatim citatis *in dict. tractat. rer. crim. cap. 11. per tot. à fol. 570. ad 596.* & Petr. Binsfeld. *tract. de injur. & damn. dat. per tot.*

Injuriarum actio an detur contra prohibentem fieri 2
alicui honorem debitum, vel non salutantem Magistratum, & superiores, sive alia honoris signa denegantem, vel contra ignobiles uteotes vestibus, & similibus actibus nobilibus tantum competentibus, Fabr. *in §. Aliam Instit. de bon. poss.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 110. per tot.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 11. num. 257. & seqq. fol. 182.* ubi videtur concludere quòd sic saltem mediante judicis officio.

Quòd detur etiam contra amoventem scamnum, sive bancham alterius de loco eminentiori Ecclesiæ, vel non patientem alteri debitum honorem decerni, Gratian. *dict. cap. 110. num. 14. &c.* vide in §. *Locus num. 7.*

De hac materia injuriarum, plenè Farinac. *quæst. 105. per tot.* Clar. & Bajard. *in §. Injuria per tot.* Card. Tusch. *verb. Iniuria per tot.* Omnes & alii communiter *Institut. de injur.* Boss. *tit. de injur.* Plaza *Epit. delict. cap. 1. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 141. volum. 1. & decis. 202. per tot. volum. 4. & ad leg. Municip. tit. 2. art. 4.* Ricc. *Collect.* 138. 4087. 4091. Guttierez. *in Prax. quæst. 115. & seqq. ad 142.* Conciol. & Romaguer. *Stat. Eugub. lib. 4. Rub. 30. 31. 43. &*

44. *per tot.* Nicoli. & Veid. *in Instit. Imperial.*

Et quibus modis lædatur fama, ita ut intret obligatio restitutionis, vel non, vide in *§. Fama num.*

Ut actio injuriarum competat, plura requiruntur nempè ut vivat injuriatus, quia non transit ad hæredes, adsit dolus, animus injuriandi, intentetur infra annum, non sit remissa, & alia cum suis illationibus, Ricc. *Collect.* 4091. *per tot.* Novar. *in Pragm. Reg. Collect.* 117. ubi quòd cessat injuria, quando aliquid fit jocosè, & animo jocandi, non autem injuriandi, & alia, Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 902. ubi qualiter probetur injuria, & illius remissio, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 639. *num.* 9. ubi quòd cessat injuria cessante animo injuriandi, nisi sit clara &c. Bajard. ad Clar. *in prax. crim. §. injuria n.* 25. Abecceles. *observat. forens. part.* 1. *obser.* 97.

An autem scienti, & volenti possit inferri injuria sine injustitia, juxta *reg.* 27. *de reg. jur. in* 6. latè explicat Turrian. *tract. de instit. disput.* 3. *dub.* 2. *per tot. fol. mihi* 34. *&c.* Rube. *de confuss. Jur. cap.* 18. *nu.* 46. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 47. *n.* 62. *tom.* 1.

Injuria non dicitur inferri per aliquod crimen in
3 supplicatione Principi narratum, quia talis supplicatio non dicitur libellus famosus, Rom. *consil.* 96. cum aliis per Magon. *decis. Flor.* 25. *num.* 11. vide Cabal. *resolut. crim. cas.* 271. *per tot.* ubi concludit non esse libellum famosum, sed benè competere actionem injuriarum, nisi probetur, quod fuit narratum esse verum, ac ita etiam videtur concludere Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 5. *numer.* 240. *versic. Decima est,* Matthæu Sanz. *de re crim. controv.* 74. *nu.* 19. *& seqq.* ubi secùs in libello famoso, cujus actor non excusatur à pœna, etiamsi vera sint crimina in eo objecta, & ea probare possit, Gargiar. *tractat. de libel. famos. cap.* 3. *num.* 3. *&* 4. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 21. §. 4. *&* 5. *num.* 7. *& seqq.*

4 Injuria facta uni ex consanguineis dicitur facta omnibus consanguineis, ex qua resultet præsumptiva inimicitia repellens à testimonio ferendo, Gabriel. *com. conclus. tit. de test. conclus.* 9. *num.* 12. Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 229. *num.* 2. Surd. *decis.* 89. Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 6. *per tot. vide in §. Inimicitia nu.* Mele ad Gizzarel. *decis.* 18. *num.* 19. *&c.* Ricc. *Collect.* 4087. ubi plura.

Sicut etiam illata uni de Collegio, dicitur facta ipsi Collegio, *leg. Decuriones, C. de quæst.* Menoch. *de arbit. cas.* 263. *num.* 18. Card. Tusch. *litt. I, concl.* 556. *per tot.*

An autem talis injuria ad prædictum effectum afficiat omnes de familia, remittitur arbitrio judicis, qui ex facti qualitate, & consuetudine regionis judicare debet, an afficiat ultra quartum gradum, & intelligitur afficere quoad animi affectum, non quoad actionem, Menoch. *de arbitr. cas.* 262. *per tot.* Surd. *dec.* 89. Card. Tusch. *dict. conclus.* 556. latè Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 6. *per tot.* ubi generaliter, & speciatim de pluribus, quando injuria uni facta, dicatur aliquo respectu alios afficere, ut etiam illis competat actio injuriarum nomine proprio, de quo in *leg.* 1. *ff. de injur. & Instit. eod. tit. ubi scribentes in §.* 3. *&c.* Ricc. *Collect.* 407. *per tot.* Tusch. *litt. V. conclus.* 210. *numer.* 3. ubi quod Florentiæ omnes de familia offensi sumunt arma ad vindictam, quia pro indubitato habent quòd offensio uni de familia facta decoloret omnes, ut refert Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 33. *num.* 3. Quamvis hodie non ita servetur propter quietem Civitatis, & bonos Florentinorum mores Alex. plene *cons.* 189. *lib.* 5.

Non tamen est necesse habere pacem, & remissionem ab omnibus, nisi aliquo modo fuerint offensi in proprio, sed tantum ab ipsis verè, & realiter offensis, ut dixi in Praxi §. *Pace num.* 36.

Injuria facta filio, censetur magis facta patri, & qualiter ad patrem, vel ad utrumque spectet remissio, Sanfelic. *decis.* 383. *nu.* 3. *cum Addit.* vide *in §. Pax.*

Qualiter injuria facta famulo, vassallo, vel homini alterius, civi, uni de collegio, & similibus personis in contemptum domini, vel civitatis, sive collegii, dicatur ipsi domino illata, ac eidem nomine proprio actio injuriarum etiam criminalis competat, Cabal. *cons. decis.* 149. *lib.* 2.

Injuria reputatur atrox ex qualitate facti, loci, & 5
personarum, ut si sit illata judici, vel Magistratui, sive alteri privato coram ipso Magistratu, vel in foro coram multis personis, vel in Ecclesia, vel Sacerdoti, vel Doctori, vel mulieri notæ auctoritatis, & famæ, vel in facie, vel per libellum famosum, vel alapa, fustibus, baculo, vel ad domum injuriati; qualiter his casibus gravissimè puniatur arbitrio judicis, & quandoque pœna capitali, & illata Magistratui, vel judici, sive coram illis, possit statim in eodem loco puniri ab ipso Magistratu, vel judice arbitrio suo à ratione tamen regulato, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 263. *per tot.* Gratian. *decis.* 58. *num.* 18. *&c.* Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 4. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. *§.* 35. *per tot. fol.* 316. Paul. Christin. *ad leg. Manicip. tit.* 2. *art.* 21. Ricc. *Collect.* 1783. ubi de pœna percutientis alium alapa, vel baculo, Sanfelic. *decis.* 63. *n.* 16. *& seqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *cas.* 17. *per tot.* Lap. *allegat.* 76. Luduvic. Bell. *cons.* 91. *per tot.* ubi de alapa Sacerdoti data, etiam in Ecclesia, ut non sit injuria atrox, sed levis, & punienda tantùm pœna pecuniaria, vel exilii in defectum pecuniæ Ruin. *cons.* 81. *n.* 6. *lib.* 4.

Omnia hic contenta pluribus citatis benè comprobat Romaguer. ad Conciol. *statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 30. *nu.* 3. *& seqq. per tot.* ubi etiam, quæ sit differentia inter percutere, & vulnerare, & *Rub.* 31. 43. *&* 44. & novissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 5. *cum pluribus sequent.* ubi multa de pœnis gravibus imponendis contra debitam reverentiam Magistratibus, Officialibus, aliisque Ministris non exhibentes, & tantò magis aliquo modo verbis, vel factis eos injuriantes, præcipuè ex causa officii, vel etiam ex privata inimicitia, quid præsumēdum in dubio, & alia.

De injuria facta cum pugno, vel manu vacua, ac de pœnis augendis ratione loci, ut Ecclesiæ, Palatii Principis, vel Plateæ, sive coram Superiore, vel ratione personæ offensæ, & hujusmodi, idem Raynald. *d. tract. cap.* 10. §. 7. *& seqq. per tot.*

An, & quando injuria illata officiali, sive coram eo, possit ab ipso cognosci, & puniri, vide in *§. Officialis nu.* 5. *& §. Judex n.* 10. latè Sanfelic. *decis.* 63. *per tot.*

Quòd injuria per se atrox, si ex frequentia, & abusu loquendi sit facta familiaris non tanti æstimetur, quanti in se est, sed juxta præsentem abusum loquendi, quia pensanda est ad mēsuram dedecoris resultantis ex convitio prolato, quod augetur, vel minuitur ex communi existimatione, ac ex animo proferentis, ut benè explicat Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 29. *num.* 19. *& seqq.* ubi in terminis mulieris, cui ex solito abusu, meretricis vitium ex iracundia à quodam milite ab ea vocato, fuerat impactum, vulgò *dessoli puttana*, ut non sit injuria atrox, ob quam dictæ mulieri ex intervallo licuerit illum occidere, & ex aliis rationibus ibi plenè recensitis, fuisse pœna ordinaria plectendam, *infra num.* 12. *in fine, & num.* 17.

Quòd doctrinam Sanz. *sub hoc versic. allegatam*, sequitur Raynald. *Syntax. rerum crimin. cap.* 11. *§.* 8. *ad* 13. *numer.* 23. *& seqq.* subdens, quòd licèt Sanz. loquatur secundum usum suæ Regionis, hodie hujusmodi facilitas, vel usus conviciandi ubique apud nos reperitur, ac ideò ubique etiam debet attendi id, quod ipse indè deducit.

Injuriarum actio duplex est, alia civilis quando quis 6
dicit se pulsatum, vel verberatum, vel in domum suam introitum ut *in l. Lex Cornelia, ff. de injur.* Alia prætoria, quæ in omnibus aliis casibus ex edicto Prætoris competit. Item alia civilis quando quis agit simpliciter ad damna, & interesse, vel etiam ad æstimationem injuriæ, quæ tamen dicitur pœna, & ad vindictam. Alia criminalis quando agitur ad pœnam fisco applicandam, à statuto impositam, vel arbitrio judicis imponendam, & extendibilem etiam ad corporalem, & afflictivam juxta facti, & personarum qualitatem, nisi ex aliqua causa possit injurians excusari, ut quia careat dolo, & animo injuriandi: An autem, & quando per electionem unius actionis censeatur alteri renunciatum, qualiter sit facienda æstimatio injuriæ, & alia, vide latè per Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 2. *&* 3. *per tot.* Paul. Christin. *decis.*

Belgic.

Belgic. 142. per tot. vol. 1. Boss. tit. de injur. Clar. in §. Injuria, Conciol. resolut. crim. verb. Injuria resolut. 1. per tot. Conciol. cum Romaguer. in Addit. ad stat. Eugub. lib. 4. Rub. 30. 31. 43. & 44. ubi de æstimatione injuriarum, & interesse offensorum vide De Luc. de Judic. disc. 15. n. 7.

Quando injuriarum actio civilis excludat criminalem, Thess. decis. 18. per tot.

Qualiter sit facienda æstimatio, & taxatio injuriæ, qui teneantur actione injuriarum, vel non, & alia, latè Tusch. litt. I. conclus. 160. & seqq. Christin. d. dec. 42. vide in §. Æstimatio n. 10. Ricc. Collect. 4087. in fine, Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 903. ubi de æstimatione injuriæ præcedente judicis taxatione facienda per juramentum, quando certitudinariè probari non potest, Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 15. n. 136. & seqq. fol. 349. ubi etiam plura de pace, & tregua, ac de guerra. Boss. in prax. tit. de injur. num. 3.

Injuriarum crimen quoad actionem prætoriam extinguitur spatio unius anni continui, qui currit etiam ignoranti, l. si non convicii, C. de injur. Clar. §. injuria, vers. Tollitur. Vide Ballegrand. in comp. rer. crim. meth. tract. 8. quæst. 5. n. 3.

Quò verò ad actionem civilem competentem injuriato, durat 30. annis, sicut aliæ civiles actiones, Guaz. def. 2. cap. 2. n. 44. &c.

An, & quando extinguatur actio injuriarum per revocationem injuriæ, late Gratian. dec. 58. per tot.

Item qualiter possit remitti expressè per pactum, conventionem, vel transactionem, & tacitè per dissimulationem, vel ad animum non revocationem, sive per reconciliationem, conversationem, salutationem, & similes actus amicabiles, quoad præjudicium partis, non autem Fisci, & alia, vide Farinac. d. quæst. 105. Inspect. 8. per tot. Tusch. litt. I. conclus. 164. & 165. per tot.

Remissa tamen injuria, non intelliguntur remissa damna, & interesse, nisi sit facta plenissima remissio, Menoch. lib. 3. præsumpt. 114. per tot. Gratian. decis. 58. in Addit. n. 4. & 5. dixi in §. Homicidium n. 11. Farinac. d. Inspect. 8. n. 365. &c. Addit. ad Marant. in praxi part. 4. dist. 1. n. 8.

8 Injuriam nemo tenetur extrinsecus remittere, cùm actus exterioris reconciliationis non sit absolutè necessarius ad salutem animæ, sed sufficiat dilectio inimici in communi, & ex corde procedens, ideò pœnitens est absolvendus, licèt nolit devenire ad actum exteriorem pacis, sed actionem injuriarum in judicio prosequi, quod facere potest salva conscientia, sed est admodum difficilè, cùm hujusmodi prosequutio per viam juris, debeat esse ex zelo justitiæ, & non ex odio D. Thom. 2. 2. quæst. 25. art. 9. ubi Cajetan. in 2. & 3. dubio, Odd. de restit. in integr. q. 85. art. 7. n. 54. Clar. §. fin. quæst. 58. vers. quæro modo, & versic. seqq. in fine, ubi quòd ex præcepto Evangelico tenetur quis remittere tantùm rancorem, & odium, P. Manar. Noct. Malencol. Interrog. 22. fol. 50. & 51. Card. Tusch. litt. P. concl. 172. n. 22. P. Stephan. de Neapol. de præcip. jur. & just. part lib. 1. cap. 10. n. 18. vide in §. Pax n. 1. & §. Inimicitia n. 8. ubi plura ad rem, & in mea Praxi §. Pace n. 25. 26. & 27. ubi benè declaravi, adde Dian. resolut. moral. part. 5. tract. 3. resolut. 103. ubi quòd lethaliter vulneratus, vel aliàs moribundus non tenetur de rigore remittere inimico actionem injuriarum, sed tantùm odium, & rancorem, nisi ipse dederit causam, quia tunc tenetur etiam coram Judice remissionem facere, nam lædens justè se defendit, & non sibi damni causa imputari debet, sed aggressori, vel alio modo operam rei illicitæ danti, allegant Mancin. in pract. visit. infirm. pract. 7. dubit. 5. n. 7. & alios, consulitque Confessarios conari si cum auxilio Dei possint semper efficere, ut pœnitentes remittant etiam injuriam, idem Dian. part. 10. tract. 16. resolut. 43. per tot. adde Bonac. disput. 3. quæst. 4. punct. 3. Suarez de charit. disput. 5. sect. 5. Jo. Sanchez in select. disput. 2. nu. 11. Castr. Palao tract. 6. de charit. disp. 1. punct. 9. Trullench. lib. 1. Decal. cap. dub. 5. num. 14. Matthæu. Sanz. de re crim. controv. 27. n. 14. ubi auctoritate istorum tenet, dum vitetur odium internum, meritorium esse accusare, atque accusationem prosequi, imò aliquando necessarium. Corad. Pract. fol. 411. n. 32.

Injurians tenetur remittere injuriam, veniam petere, & mentiri, si petatur à parte, & tunc causa 9
dicitur criminalis, Marant. part. 4. dist. 1. nu. 17. cum aliis pluribus per Farinac. quæst. 105. Inspect. 2. n. 71. ubi tamen videtur hoc totum remittere arbitrio judicis, & intelligere magis in foro conscientiæ, quàm in foro exteriori, in quo plures alii ab eodem relati num. 73. (cum quibus transire videtur) tenent nec de jure civili, nec de jure canonico esse impositam hujusmodi pœnam retractationis injuriæ, nec ideò posse judicem ad illam condemnare, Bajard. ad Clar. §. Injuria num. 47. latè Guttierez in Prax. quæst. 116. 133. 134. & seqq. ubi in terminis legum Hispanarum imponentium pœnam recantationis palinodiæ, quid in nobili, & alia plura ad rem. Menoch. de arbitr. jud. cas. 163.

Quòd de consuetudine non imponatur dicta petitio veniæ, sed satisfactiones fiant per concordiam, & voluntatem partium, juxta qualitatem facti, loci & personarum, & non per sententiam Gratian. decis. 195. per tot. cum Addit. ubi plura de modo canendi palinodiam, & dandi hujusmodi satisfactiones, Farinac. d. Inspect. 2. n. 73. Guttierez in Prax. quæst. 116. per tot. Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 11. §. 4. & 5. n. 57. & seqq. ubi tamen cum Binsfeld. & aliis tenet posse Judicem condemnare ad recantationem injuriæ.

Istud de petitione veniæ non servari in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, & ita fuisse decisum dixi in Praxi §. Injuria n. 11.

Qualiter autem teneatur injurians in foro conscientiæ, ad restitutionem famæ dixi in §. Famam num. latè Guttierez in Prax. quæst. 123. & 124. per tot. ubi etiam si injuria sit vera, sed occulta.

Et loco petitionis veniæ, vel retractationis injuriæ palam faciendæ, debere in sententia per judicem ferenda declarari non esse verum id, quod fuit in infamiam alterius propalatum, & hunc esse congruentiorem modum resarciendi famam alterius læsam, quàm simplex retractatio, fuit resolutum per Magistratum DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ sub die 29. Januarii 1666. in quadam causa Petræ Sanctæ contra Joannem Lucæ de Zano, & alios in filcia processuum 148. an. 136. & fuit motivum Illustrissimi D. Senatoris Nerorii Albergotti à Collegis securum, & mihi summopere probatum tamquam à viro omni scientiarum genere, & subtili ingenio callente prolatum.

Alium modum resarciendi injurias, docet Raynald. ubi supra nu. 59. quando reus est contumax, vel præsens, & recusat injuriam retractare, ut scilicet Judex faciat per præconem, vel aliam personam vilem præsente reo in publico nomine ipsius rei palinodiam canere, ad tradita per Azevedo Recompilat. lib. 8. tit. 10. leg. 2. num. 232. & seqq. ubi dat alias cautelas, & Mat. ad Pragmat. 40. de pœna edent. fals. libel. ubi quòd in dicta recantatione non est inserendus tenor libelli famosi, ne fiat error pejor priore, quidquid Farinac. quæst. 105. n. 490. & alii diversimodè sentiant.

An, & quando injurians teneatur palinodiam canere, Covar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. Paryd. de Synd. verb. Compositio cap. 7. nu. 5. cum aliis latè per Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 17. per tot. ubi in terminis legis secundæ tit. 10. lib. 8. Recompilationis, pœnam palinodiæ cantandæ imponentis in pluribus casibus ibi enumeratis, & per eum expositis.

Injuria illata alicui quando est vera, probatur, 10
& interest Reipublicæ illam sciri, & detegi, injurians ad nihilum tenetur, secùs autem si delictum, & injuria sit secreta, vel falsa, vel non interest Reipublicæ detegi, quia his casibus injurians tenetur pœna injuriarum, & peccat, Cabal. resolut. crim. cas. 154. n. 14. &c. Covar. lib. resolut. cap. 11. Gayl. lib. 2. observ. 99. Mynsing. observ. 4. cent 4. Paul. Christin. decis. 202. n. 32. &c. vol. 4. & ad l. municip. tit. 2. art. 4. n. 10. &c. Clar. in §. Injuria n. 15.

25. Fachin. *controv. jur. lib. 9. cap.* 10. Boer. *conf.* 4. *per totam*, Thom. Trivis. *decis.* 61. *per tot. lib.* 2. ubi etiam qualiter in injuriis habeat locum remedium, *l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* & dixi in *§. Dispositio n.* 11. Aret. *instit. de injur. in princ. sub num.* 2. Vide Brunneman. *in d. l. diffamari*.

Qualiter veritas excuset proferentem ab injuriis, Magon. *decis. Flor.* 25. *n.* 8. *& per tot* Card. Tusch. *litt. I. conclus.* 152. *per tot.* Farinac. *conf.* 30. *& qu.* 105. *Inspect.* 5. *per tot.* ubi post relata 13. opiniones diversas, concludit ipse *n.* 247. *& seqq.* quod in judicio probata veritate convicii, proferens excusatur; extra judicium verò ita demum, si sine scriptis in voce, & à provocato, secùs autem si per libellum famosum, vel aliam similem scripturam, vel à non provocato, & sine causa, adde Paul. Christin. *dec. Belgic.* 142. *n.* 5. *& seqq. per tot. volum.* 1. ubi etiam ut veritas convicii excuset oportet ut absit animus injuriandi, idem Christin. *ad l. Municip. tit.* 2. *art.* 4. *n.* 10. *cum Addit.* ubi quòd veritas non excusat, quando animo injuriandi prolata fuit injuria, qui animus arguitur ex qualitate verbi, vel facti, cùm præsumatur talis, qualia sunt verba, vel facta, nec juvat protestatio contraria: facit latè Thom. Trivis. *decis.* 10. *lib.* 2. ubi qualiter referens injuriam ab alio dictam, non teneatur de injuria, si sciatur illius auctor, & quare de prædictis plenè Guttierez *in Prax. qu.* 123. *& seqq.* ubi quòd stante animo injuriandi; sive in judicio, sive extra judicium fiat, intersit, vel non Reipublicæ sciri, veritas convicii non excusat injuriantem, quidquid dicat Farinac. *ubi supra*, quòd in libello famoso veritas non excuset à pœna illius auctorem, Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 74. *n.* 19. *& seqq.*

11 Injuria alicui illata cum falsitate, potest statim repulsari cum mentita; si verò cum veritate non potest injuriatus dare mentitam, aliàs tenetur dare mentitam, per quã facit injuria primo provocanti, & sic data falsitate injuriæ, & mentita vera, non licèt injurianti ad repulsandã mentitã, mentientem rementiri, & rementiendo teneretur duplici pœna, nempè pro prima injuria, & pro replicata mentita, Cabal. *res. crim. cas.* 154. *per tot.* ubi reprehendit Clar. & alios diversimodè sentientes, facit Gratian. *discept. for. cap.* 81. *per tot.* ubi de verbo, *mentiris, menducium, vel falsum dicis*, quomodo differant, ac idem videtur firmare Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 7. *per tot.* ubi etiam quid si mentita sit cum protestatione, *salvo honore*, vel conditionalis, vel per verba, *non dicis verum, vel dicis falsum*, & alia vide *in §. Mentita*, & latè Conciol. *resolut. crim. verb. Injuria resol.* 2. *per tot.* Cripol. *cas. milit.* 12. Boss. *tit. de injuria n.* 7. *vers. quoad secundum*.

12 Injuria non potest pari, vel majori injuria propulsari, ut si quis alteri dixerit, *tu es latro*, non potest replicari citra injuriam, *tu es fur, vel assassinus*, cum hujusmodi responsio concernat potius vindictam, quàm defensionem, & ità replicans tenetur injuriarum, mitius tamen, quàm si provocatus non fuisset, & sic uterque potest puniri, graviùs tamen provocans, quàm provocatus, Capye. *decis.* 58. *per tot.*

Posset tamen data falsitate injuriæ propulsari impunè per simplicem mentitam juxta prædicta, & vide Farinac. *d. Inspect.* 7. *n.* 306. *& seqq.* ubi pluribus in contrarium relatis, videtur sequi opinionem Capye. illam intelligendo, quando injuriatus objecit injurianti falsam injuriam secùs tamen si primus injurians dixerit falsam injuriam, & injuriatus replicavit de vera injuria, quia tunc provocatus nulla pœna tenetur, adde Guttierez *in Prax. quæst.* 128. *per tot.*

Quòd in injuriis verbalibus licitum sit incontinenti par pari referre, & æquum provocato ignoscere, & sic mutuas injurias provocatione tolli, non autem facto percutiendo, vulnerando; & occidendo, quia debet recurri ad juris remedia, cùm injuriis lacessitus in nullo vitæ periculo sit constitutus, & sic nemini ob defensionem famæ licitum est injuriantem interficere, cùm tantùm moderata defensio sit permissa, quæ talis dici non potest injuriantem vulnerando, vel trucidando, sed privata vindicta illicita, cùm nulla sit proportio inter verba, & verbera; si tamen honesta persona gravi injuria verbali affecta statim injuriantem occiderit, non tenetur pœna homicidii ordinaria, sed extraordinaria ob ingentem excessum, Capzou. *quæst.* 30. *n.* 69. *& seqq. prax. crim. part.* 2. cum aliis pluribus, quos refert, & sequitur Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 29. *n.* 42. *& seqq.* dixi in *§. Defensio*, *& § Incontinenti, infra n.* 17. *supra num.* 5. Jul. Clar. *in §. homicidium num.* 76.

Injuria non infertur per mentitam conditionalem, vel alia similia verba conditionalia, quia si conditio non est vera, cessat injuria, si autem verificetur conditio non est punibilis injuria ex mentita resultans, tamquam data ad repulsam juxta superius dicta, Dec. *conf.* 487. *lib.* 4. Socein. jun. *conf.* 122. *n.* 10. *& seqq. lib.* 2. *& conf.* 123. *nu.* 29. *&* 31. *dict. lib.* 2. quos in casu occurrenti consulas unà cum Farinac. *d. quæst.* 105. *Inspect.* 7. *n.* 330. *& seqq.* ubi etiam quod mentita ex intervallo esset punibilis, cùm sit permissa tantùm ad repulsam incontinenti. 13

Quando ex mentita resultet injuria, vel non, & quando quis possit excusari à tanto si non à toto, ac quando excessus purgetur decreto absolutio, ex pace, vel concordia partium, carceratione, & salutari pœnitentia, ac alia ad rem cum pluribus citatis Raynald. *d. Syntax. rer. crim. cap.* 11. *§.* 8. *ad* 13. *n.* 31. *& seqq. ad* 52. vide per me notata in *§. Mentita per tot.*

Injuriæ plures uno impetu, vel una oratione illatæ pro una reputantur, & unica pœna puniuntur, quando tendunt omnes ad eumdem effectum, vel genus infamiæ; secus si diversas species contineant, vel diversis orationibus proferantur, vel si statutum, sive lex pro quolibet verbo, vel facto injurioso certam definiat pœnam, quia his casibus unaquæque injuria, sua punitur pœna, Jacob. de Aren. *in leg. apud Labeonem, §. convicium, ff. de injur.* Plaz. *Epit. delict. cap.* 1. *n.* 18. ubi benè probat, & Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 3. *n.* 174. Bajard. ad Clar. *§. Injuria n.* 8. *& seqq.* facit quod dixi in *§. Blasphemia nu.* 11. adde latè Guttierez *in Prax. quæst.* 127. *per tot.* ubi post relatam dictam distinctionem probat ipse in utroque capite unicum esse delictum, unicamque deberi pœnam ex unitate animi, & contrariis rationibus satisfacit Raynald. *loc. cit. §.* 7. *n.* 9. *& seqq.* Covar. *var. quæst. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 8. 14

Injuriæ qualiter puniantur vigore statutorum Florentinorum vide *Stat. lib.* 3. *Rub.* 39. *Rub.* 101. *Rub.* 116. 117. *&* 168. prout retuli in §. *Injuria nu.* 14. *&c.* Et qualiter de jure Civili, Canonico, & Hispano, Ant. Pichard. *Pract. Institut. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 72. *&* 73. *fol.* 101. 15

Injurias esse leniter per prudentes tolerandas, dissimulandas, & negandas, cùm injuriatus semper remaneat injuriantis superior, & victor, sicuti dici solet, quòd honor est honorantis, ita injuria injuriantis, optimè multis Philosophorum, & aliorum dictis, ac auctoritatibus probat, & convincit Plaza *Epit. delict. cap.* 1. *num.* 1. *&c.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. *§.* 33. *n.* 32. *& seqq. fol.* 363. dixi in Praxi *§. Injuria n.* 20. ubi etiam quòd damnatus actione injuriarum civiliter, vel criminaliter intentata, efficitur infamis, etiam si levis fuerit injuria, & ita injuria maximè indebitè facta, etiam de jure resultat in opprobrium, & infamiam ipsius injuriantis, ad tradita per Clar. *§. Injuria n.* 9. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 150. *n.* 16. *&c.* Plaz. *loc. cit.* Farinac. *quæst.* 105. *Inspect.* 2. *nu.* 61. *& seqq.* ubi inter alias pœnas injuriæ ponit infamiam, per text. *in l. Divus Severus, et in l. Judici, ff. de injur.* cum aliis per eum citatis, Th. Trivis. *decis.* 32. *n.* 13. *lib.* 2. & latè Paul. Christin. *decis. Belg.* 106. *n.* 6. *& seqq.* ubi dat plures cautelas evitandi hujusmodi infamiam, & *decis.* 202. *n.* 20. *&c. vol.* 4. 16

De injuriis æquo animo ferendis ad imitationem Christi, Marcellin. de Pise *Encycloped. moral. tom.* 4. *fol. mihi* 244. ac de injuriis acceptis relaxandis, quod multum Deo placet, statim faciendum, & alia, idem Marcellin. *loc. cit. fol.* 305. 306. *&* 307.

ubi

ubi etiam qualiter injuriam alteri inferens, gravem sibi faciat injuriam.

17 Injuriatus verbaliter non potest pro defensione percutere injuriantem, & si percusserit puniri debet, sed pœna extraordinaria mitiori ob præcedentem provocationem, nisi injuria esset illata viro nobili à plebeo, vel tali, ut non posset injuriatus sine risu, & dedecore judicem adire, nam his casibus percutiens injuriantem videretur excusandus, si leviter percusserit, vel mitiùs puniendus pro excessu, Gram. *vot.* 21. Farinac. *quæst.* 125. *nu.* 100. Guaz. *def.* 29. *cap.* 5. cum aliis per Conciol. *resol. crim. verb. Defensio resolut.* 21. *per tot.* vide supra *n.* 12. *in fine*, *& num.* 5. *in fine*. Clar. *in* §. *fin. pract. quæst.* 60. *num.* 14.

18 Injuria qualiter reputetur, dum vidui, aut viduæ repetentes conjugia, in aliquibus locis infestantur à plebe cum timpanis, ac ære resonante, vulgò in regionibus nostris, *le scampanate*, *ò baccillate*, ex quibus aliquando non modicæ oriuntur rixæ, & tragœdiæ, Tholos. *Syntagm. Jur. Univers. lib.* 37. *c.* 4. *n.* 1. *fol.* 446. & ego vidi pluries hujusmodi infestantes viduos, & viduas cum dictis scampanatis, vel baccilatis processari, & quandoque maximè contumaces, ubi excesserunt modum, condemnari in pœnas pecuniarias, vel confinari juxta qualitatem personarum, & excessus, & aliquando etiam absolvi vigore cujusdam tolerantiæ, vel consuetudinis faciendi dictas scampanatas, vel baccillatas, ubi se continuerunt in terminis simplicis lætitiæ, & rumoris, non procedendo ad alios actus injuriosos, nec verbis, nec factis, aliàs puniri ut supra juxta qualitatem facti, & personarum, & facit Novar. *in Pragmat. Reg. Collect.* 117. ubi quòd si fiant in scriptis ad infamiam puniuntur pœna famosi libelli, si verò solum cantentur pœna injuriarum, sed acriùs arbitrio judicis, nisi simpliciter fierent per jocum, & animo jocandi, non causa injuriandi, quia tunc cessaret pœna, cùm in delictis animus attendatur.

De facientibus matinatas, serenatas, scampanatas viduis, & hujusmodi qualiter puniantur propter aliqualem injuriam ex illis resultantem, Boer. *cons.* 4. Farinac. *q.* 105. *n.* 92. Rovit. *Prag. pr. n. pr. de injur.* Gargiar. *tract. de libell. fam. cap.* 11. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 11. §. 8. *ad* 13. *n.* 15. *& seqq.*

19 De injuriis aliqua Thoro *compend. decis. Neapol. verb. Injuria*, & plura Castejon. *Alphab. Jurid. verb. Injuria*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 734. *&c.* Carpzov. Brunnem. Bellegrand. & alii criminalistæ Fagnan. De Luc. Et alii moderni.

20 Injuriæ in quemlibet, & præcipuè Clericos, & Religiosos, Prælatos, Episcopos, Cardinales, & Papam, qualiter puniantur de jure Canonico, Carol. Anton. Thesaur. *de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Injuria fol.* 191. *&c.* ubi de infamia, quæ trahit secum irregularitatem, de excommunicatione, quoad violentas manus injicientes in personas Ecclesiasticas, & hujusmodi cum suis declarationibus.

21 Injuriæ, an, & quando, ac quomodo sint ab offensis remittandæ in utroque foro, vide quæ latè notavi in §. *Inimicitia num.* 8. *& in* §. *Pax n. pr.* cum Addit. utrobique, vide Conciol. *resol.* 1., *&* 2. *in verb. Injuria*.

22 Injuria afficiens testatorem privatur omni emolumento. Text. *in l.* 3. §. *fin.*, *& l. ex parte in fine de adimen. legatis*. De Luc. *de testam. disc.* 55. *n.* 4. Solaque verba contumeliosa, & voces infaustæ sufficiunt. Mantic. *de conjectur. lib.* 12. *tit.* 5. *nu. pr. cum seqq.* Peregrin. *de jure fisci lib.* 2. *tit.* 8. *ex nu. pr.* De Luc. *dict. disc.* 55. *n.* 4.

23 Convicia dicentes, an, & quomodo sint puniendi. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 46. *num.* 117.

24 Injuria licita non facit præsumere mandatum. Farinac. *quæst.* 50. *n.* 19. *& quæst.* 134. *nu.* 154. Zuff. *de legitimat. Process. Crimin. quæst.* 66. *n.* 54.

25 Injuria an tollatur per declarationem factam ab injuriante, remissivè. Hodiern. ad Surd. *dec.* 89. *n. pr.* Et quod injuria cesset stante declaratione facta, quod nunquam fuit habitus animus injuriandi. Crescin. ad Abeccles. *observ.* 97. *n.* 5. *p. pr.* Sed injuria clara non tollitur ex protestatione facta, quod non aderat animus injuriandi. Crescin. ad Abeccles. *dict. observ.* 97. *n.* 6. *par. pr.*

26 Injuria cessat sublato animo injuriandi. Rot. *dec.* 639. *n.* 9. *p.* 18. *tom.* 2. *recent.* Cresc. ad Abeccles. *d. obser.* 97. *n.* 4. *p. pr.*

27 An actione injuriarum teneatur excipiens in Judicio contra Testes, quod sint falsarii, infames, improbi, & hæc non probans. Brunnemann. *in l. si non convictis* 5. *num.* 11. *C. de injur.* Crescin. ad Abeccles. *loc. cit. n. pr.*

28 Objiciens quædam crimina, ex quibus irrogatur infamia, si illa postea non fuerint probata, puniri potest pæna arbitraria. Pellegrin. *in Prax. Vicar. p.* 4. *sect.* 13. *n.* 7. Crescin. ad Abeccles. *ibid. n.* 2.

An habenda sit ratio protestationes factæ, quod non animo injuriandi contra testes excipiebatur. Crescin. ad Abeccles. *dict. obser.* 97. *n.* 3. *p.* 1.

29 In manualibus nulla fit injuria illi, qui removetur. Gratian. *discept.* 125. *n.* 41. Cesal. *cons.* 674. *n.* 36. *& seq.* Piton. *de Jurepatr. all.* 38. *n.* 10. *tom. pr.*

30 Injuriarum occasio nasci non debet, unde jura nascuntur. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 11. *num.* 15. *lib.* 2. *vol.* 3.

31 Injuria per verbum *mentiris* inducit litis contestationem. Bald. *in l. turpia ff. de legat.* 1. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect. pr. numer.* 5. *pag.* 111.

32 Injuria facta Judici an ab eodem possit puniri. Menoch. *de arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 236. Farin. *quæst.* 17. *n.* 47. Carleval. *de Jud. disp. pr. n.* 799. *tit. pr.* Rub. *de Confus. Jur. cap* 3. *n.* 344.

33 Injuriæ crimen, licèt privatum inurit tamen infamiam perpetuam secuta sententia, cum sit actio famosa. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Methodi. tract.* 3. *quæst.* 7. *n.* 5. *&* 7. *& n.* 8.

34 Pæna injuriarum est arbitraria, vel pecuniæ vel corporis. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methodi. tract.* 4. *quæst.* 17. *n.* 1.

35 Injuriatus injurias ingeminans intervallo brevi mitiùs punitur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methodi. tract.* 4. *quæst.* 19. *nu.* 10. *&* 11. Gravius reinjurians, sed incontinenti, excusatur à tanto. Farinac. *quæst.* 15. *num.* 134. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methodi. tract.* 8. *quæst.* 4. *n.* 4.

36 Injuria sive realis, sive verbalis inimicitiæ capitalis causa est, & à testimonio repellit. Farin. *quæst.* 49. *num.* 29. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methodi. tract.* 5. *quæst.* 2. *n.* 6. *&* 7.

37 Offensa simpliciter verbalis in Principem, vel Papam pæna ordinaria læsæ Majestatis non punitur, sed solum arbitraria. Bict. *quæst.* 110. *per tot.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. Methodi. tract.* 10. *quæst.* 1. *num.* 12.

38 Injuria personæ tangit corpus in personam corpori adiacentia, & dicitur directa, personalis circa res corpori non adiacentes, uti detractio, & dicitur indirecta. Bart. *in l. licitatio* §. *Quod illicitè ff. de Public. & Vectigal.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. Meth. tract.* 10. *quæst.* 6. *n.* 3

39 Injuria quotuplex. Farinac. *quæst.* 105. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 10. *quæst.* 19. *per totam.*

40 Verbaliter injurians punitur corporaliter etiam, & si graviter, est infamis, sicut & graviter improperans ad arbitrium punitur, quod si in genere improperet, non tenetur pæna specialis statuti. Bellegrand. *in compend. rer. crim. Method. tract.* 10. *quæst.* 19. *n.* 2.

41 Verba domum, dignitatem, personam, quamvis absentem infamans, vel blasphemans malum optando &c. injuriarum actione tenetur, & extenditur etiam ad mandantem, consulentem, suadentem, incitantem procurantem, &c., si tamen probetur. Farinac. *d. quæst.* 105. *à num.* 15. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Method. d. tract.* 10. *quæst.* 19. *num.* 3. Vide *supra n. pr.*

42 Exprobans rem veram cum causa justa non punitur; sine causa, punitur etiam de notoria, & in dubio animus injuriandi præsumitur. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. Method. ibid. n.* 4.

43 Provocatus reinjurians de re vera non punitur, de fal-

falsa, punitur mitius tamen; quod si uterque bonus præsumitur, falsum dixisse reputetur. Farin. *loc. cit.* *à nn.* 227. *ad n.* 245. Bi&t. *quæst.* 125. *à nn.* 17. Bellegrand. *in compend. rer. Crimin. Methol. ibid.*

44 Responsio per negationem vel per mendatium dictis, non est injuria, nisi contra personam insignem, cujus dictum pro veritate habetur. Farin. *dict. quæst.* 105. *à num.* 121. Bellegrand. *in compend. rer. crim. methol. ibid.* n. 7.

45 Injuria etiam ea dissimulatione aboletur, non tamen quoad Clericum, qui ex conversatione ndium, non interesse remisisse censetur, & in omni casu Judex ex officio punire debet. Bellegrand. *in compend. rer. crim. methol. ibid.* n. 8.

46 Injurians prælatum proprium ab utriusque superiori punitur; contra vero propriam Ecclesiam ab ejusdem superiori puniri potest. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methol. ibid. n.* 9.

47 Injurians graviter Principem ad eundem remittitur, ut rescribat, qui de levi injuria non curat. Farin. *loc. cit. à* n. 404. *ad n.* 429. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. methol. ibid.*

48 Convicium injuriosum, sed ex joco, & sine dolo, quod est probandum etiam verba improperiando, non punitur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. meth. ibid. n.* 10.

49 Persona publica injurare non præsumitur, sed corrigere, si absque causa injuriatus mentitam ei dare potest. Bellegrand. *in compendios. rer. crim. methol. ibid.* n. 10.

Amicus, Pater, Frater, Magister, Senior injuriare non præsumitur. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. Methol. ibid. n.* 10. Vide infra *n.* 52.

50 Injuria ex calore iracundiæ, mitius punitur, & eo magis si statim revocet, sicque gravius, vel mitius, attenta persona, loco, tempore, audientium qualitate, &c. Farinac. *loc. cit. n.* 206. Bellegrand. *in compendios. rer. crim. methol. dict. tract.* 10. *quæst.* 19. *n.* 10. & 11.

51 Factum injuriosum verbo, & scripto gravius, gravius etiam juxta gravitatem punitur, ut si fuste, alapa, pugno, &c. percutiendi fictione frænum æquitantis retinendo &c. & Clericum sic injurians infamis fit. Bellegrand. *in compend. rer. crim. methol. tract.* 10. *quæst.* 21. *n. pr.*

52 Judex juridice pœnam in elium exequens, ab injuria facti immunis est, si verò animo vindictæ privatæ, & odio, injuriarum actione tenetur. Bellegrand. *in compend. rer. crim. methol. dict. tract.* 10. *quæst.* 21. *n.* 2.

Patres, Magistri, Domini, Amici respectivè cædeores ad correctionem si non excedant ab injuria facti excusantur sicuti si ex joco, quod est probandum. Bellegrand. *in compend. rer. crim. methol. dict. tract.* 10. *quæst.* 21. *n.* 2. Vide supra *n.* 49.

53 De injuriis illatis, & earum satisfactione potest compromitti. Fagnan. *in cap. Veniens de jurejur. n.*4.

54 De injuriis utrimque illatis fieri debet mutua compensatio, si civiliter agebatur ed pænam parti applicandam, secus si criminaliter. Fagnan. *in dict. cap. Veniens n.* 9. *de jurejurand.*

Injuria quot modis inferatur. Fagnan. *in cap. quanto num.* 22. *de privileg.*

55 Injuria atrox respectu quantitatis facti quando dicatur. Fagnan. *in cap. cum illorum* n. 19. *de Sentent. Excom.*

56 Injuria atrox æstimatur, si in theatro in foro, vel in conspectu Prætoris facta sit. Text. *in §. Atrox, institut. de injur.* Fagnan. *in d. cap. Cum illorum num.* 23. *de Sent. Excom.*

Idem si in Ecclesia vel cœmeterio. Fagnan. *ibid. num.* 24.

57 Injuriam inferens Titio, quem putabat esse Cajum qua pæna puniatur. Fagnan. *in cap. ad Audientiam n.* 69. *de homicid.*

58 Injuria omnis corporalis major est qualibet reali. Bartol. *in l. pr.* n. 9. *vers. sed omnis injuria C. unde vi.* Fagnan. *in cap. interfecisti n.* 20. *de homicid.*

59 Injuriam proximi, & vicini qui negligit propulsare, videtur injuriantem fovere. Fagnan. *in cap. Suscepimus n.* 21. *de homicid.*

Injuriam non infert, qui jure publico utitur. Text. 60
in l. Injuriarum, la prima, ff. de Injuriis. Fegnan. *in cap. Sane, il secondo, num.* 31. *de offic., & potest. Jud. Deleg.*

Injuriarum actio proponitur tantùm ad vindictam. 61
Fagnan. *in cap. Odoardus, n.* 49. *de solut.*

Injuria an inferatur mortuo. Barr. *in l. pr. nu.* 3. 62
ff. de his quibus ut indign. Fagnan. *in cap. A nobis il secondo num.* 17. *de Sent. Excom.*

Injuria agravatur ex dignitate Personæ, cui irro- 63
gatur. Fagnan. *in cap. Ad falsariorum num.* 27. *de Crimin. fals.*

Injuriæ remissæ ob nova delicta renascuntur. Fa- 64
gnan. *in cap. Ex litteris* n. 20. *de Divortiis.*

§. INQUISITIO. XXIII.

INquisitio nil aliud est, quàm delicti informatio a
judicis auctoritate, & officio assumpta, & est duplex generalis scilicet, & specialis: generalis, quæ assumitur in genere contra delinquentem adhuc incertum, specialis, quæ fit contra certam personam, vel personas judici, sive Curiæ notas mediante denunciatione, accusatione, vel alio quovis modo juridico; & ista specialis inquisitio multa requirit pro sui validitate, primò ut constet de corpore delicti; secundò interveniat accusator, licèt hodie (exceptis quibusdam casibus) judex possit ex officio supplere; tertiò sit clara, certa, & specificè continens omnes qualitates, locum, & tempus delicti, non tamen diem de necessitate, nisi delictum esset punibile tantùm illa die, vel certa hora, prout nec locus, & tempus requiritur exprimi in delictis tractum successivum habentibus; nec secundùm aliquos in crimine, hæresis, vel læsæ Majestatis, quartò præcedant legitima indicia arbitrio judicis æstimanda; quintò fama, sive diffamatio; (quamvis de generali consuetudine hic defectus non attendatur;) sextò formetur a judice competenti, vel ratione delicti, vel originis, vel domicilii, de quibus vide in §. *Forum n....* septimò delictum non sit præscriptum, vel aliàs inquisitus, de eo non sit definitivè absolutus, vel gratiatus; quid operentur clausulæ salutares, *super quibus etc. omni etc.* & alie latè explicat Farinac. *quæst. pr. cum pluribus seqq. per tot. tit. de inquisit.* Card Tusch. *litter. I, conclus.* 175. *cum pluribus seqq. per tot.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. pr. art.* 36. Auron. de Ballis *tract. var. lib.* 6. *tit. de sindicatu qu.* 7. *per tot. fol.* 353. ubi an, & quando possit sustineri inquisitio sine loco, & tempore, vel die commissi delicti, & de omnibus prædictis, Guaz. *def.* 9. *per tot.* Conciol. *resolut. crim. verb. Inquisitio resol.* 2. *et* 3. *per tot.* Zuff. *in annot. ad Constitut. Barber. post tractat. de legit. process. num.* 4. *et seqq. fol.* 385. plenè Guttierez *in Prax. qu. pr. cum pluribus seqq.* Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 4. *per tot. fol.* 576. *etc.* Gebr. *com. conclus. de malef. conc.* 17. *num.* 4. Pellegrin. *in Prax. Vicar. pact.* 4. *sect.* 2. Zuff. *de legit. process. crimin. q.* 3. *n.* 6.

Quòd formata, sive transmissa legitimis, non præcedentibus indiciis sit nulla, si opponatur, sicut quando non constat de delicto, vel non fuit transmissus totus tenor, quod ultimum tamen non servari in Romandiola, sed sufficiat citatio ad respondendum inquisitioni, vide Guaz. *def.* 9. *capit. pr. per tot.* Magon. *decis. Lucens.* 22. *per tot. infra nn.* 11. Conciol. *loc. cit. resol.* 2. *num.* 3. ubi quòd parte non comparente ad opponendum valet processus, & inquisitio sine legitimis indiciis formata, ad tradita per Farin. *dict. quæst. pr. nu.*49. *versic. limita hanc conclusionem*, cum pluribus ab eo citatis, sine contradictoribus.

Florentiæ, & in toto ejus dominio non transmittitur tenor inquisitionis, sed simpliciter citantur inquisiti ad respondendū inquisitioni contra illos formatæ absque alia expressione, ut dixi in Praxi §. *Inquisitione n.* 4. & alibi, ac quando non præcedunt legitima indicia ad sustinendā inquisitionē, etiā parte non opponente, sed contumace, suspenditur inquisitio, & processus donec meliora superveniant indicia, & Doctores citati sunt intelligendi prout verè loquuntur quando inquisitus comparuit, & non opposuit, quia tunc videtur

detur approbare, quòd non militat in contumace, qui nec talis effici poteſt ſine legitimis præcedentibus inditiis, & ideò ſuſpenditur, ut ſupra, vel circundatur inquiſitio, & ſuſpenditur proceſſus, ut millies ſervavi, & ſervarum vidi, ac plenæ ſunt ſilciæ negociorum Magiſtratus Dominorum Octo.

Quòd de generali conſuetudine diffamatio non ſit neceſſaria, ſed loco illius ſufficiant alia indicia, Sperel. *deciſ.* 38. *num.* 5. *&c.* Concinl. *reſolut.* 2. *num.* 8. Gibalin. *loc. ſup. cit. num.* 7. *&c.* Farinac. *de Inquiſ. qu.* 9. *num.* 20.

De inquiſitione formata juxta ſtylum Curiæ, & citatione eodem ſtylo attento tranſmiſſa ſine expreſſione cauſæ, omninò ſuſtinenda, ac conſequenter plura de ſtylo ſervando, Franciſc. Ant. Tranchedin. *conſult.* 40. *&* 41. *per tot.*

2 Inquiſitio vel accuſatio ſi contineat certum diem, vel horam commiſſi delicti, quod probetur commiſſum alia die, vel hora, poteſt nihilominus ſequi condemnatio, maximè ſi dicta expreſſio non ſit facta ad partis inſtantiam, vel ſi adſint clauſulæ ſalutares, *ſuper quibus &c. non ſe adſtringens &c. ſalvo &c. omni &c.* niſi tamen delictum eſſet magis punibile una die, quàm alia, Guaz. *def.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. *&c.* Cabal. *reſolut. crimin. caſ.* 56. *num.* 81. *& caſ.* 173. *nu.* 12. *&c.* vide Farinac. *quæſt.* 1. *n.* 29. *& ſeqq.* Conciol. *reſolution. crimin. verb. Inquiſitio reſolut.* 3. *num.* 10.

Quòd accuſator non teneatur exprimere diem commiſſi delicti, Thom. Triviſ. *dec.* 20. *lib.* 2.

Inquiſitio non poteſt formari, niſi conſtet delictum fuiſſe ſcelere commiſſum, & quando eſt anceps animus judicis, capienda eſt præſumptio excluſiva delicti, Clar. §. *fin. quæſt.* 4. Boſſ. *tit. de delict. num.* Carrar. *de inter. reis capit.* 2. *num.* Card. Tuſch. *litt. I, concluſ.* 177. *per tot.* Addit. ad Ambroſin. *Proceſſ. inform. libr. pr. capit. pr. ſub num.* 14.

3 Inquiſitio poteſt formari ex officio judicis in omnibus delictis ſaltem de generali conſuetudine [excepto adulterio] ſi legitima indicia præcedant, ut dixi *in* §. *Judex num.* 46. Antonel. *de temp. legal. libr.* 2. *capital.* 82. *num.* 13. Vide infra *in noviſſimis addit.* Creſcio. *n.* 23.

Quòd verum eſt, etiam in delictis privatis ad puniendum delinquentem extraordinariè, ratione intereſſe Reipublicæ, Clar. §. *fin. quæſt.* 17. *in fine*, ubi dicit ſe vidiſſe etiam contrarium ſervari, vide Tuſch. *litt. I, concluſ.* 183. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 378. *&* 394. ubi plura de modis legitimè procedendi in criminalibus, de quibus dixi in diſcurſu *Præfationis de qualit. jud. perfect. n.* 90. *& ſeqq.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Inquiſitio reſol. pr.* ubi quòd ideò hodie inquiſitio eſt remedium ordinarium, & procedit etiam in adulterio quando eſſet notorium, vel per Judicem Eccleſiaſticum vigore Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reform.* ſervato tamen ordine, de quo in dicto decreto, vide in §. *Adulterium n.* 3. *&* §. *Accuſatio num.* 12.

4 Inquiſitus de armorum delatione tempore noctis poſt ſonum Campanæ, poteſt defendi ſi fuerit repertus in loco, ubi Campana non audiebatur, vel ſi ſit ſurdus, vel ſi fuerit in noctibus Jovis, vel Veneris Sancti, in quibus non pulſantur Campanæ, vel ſi Campanarius hora ſolita non pulſavit, Polyd. Rip. *tract. de noct. temp. cap.* 5. *per tot.* Barr. *in l. libellorum nu.* 22. *C. de accuſat.* Angel. *de Maleſ. verb. de anno præſenti num.* 5. Guaz *def.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. Baron. *tractat. de citat. tom.* 2. *in Addit. ad quæſt.* 10. *num.* 8. *&c.*

5 In ſtatibus tamen Etruriæ eſt prohibita armorum delatio dictis noctibus, & nocte Nativitatis Sanctiſſimæ D. N. J. C. ut dixi *in Praxi*, §. *Armi nu.* 10. *& n.* 43.

6 Inquiſitus, vel accuſatus de ſimplici delicto, & poſtmodum probata qualitate aggravante, & pœnam augente, poteſt etiam pro dicta qualitate, ac ſi ab initio fuiſſet in inquiſitione appoſita, condemnari vigore clauſularum ſalutarium, de quibus *ſupra n.* 2. quamvis tutiùs ſit addere inquiſitioni ante ſententiam, & iterùm citare, ſi agatur contra contumaces, vel litem conteſtari cum dicta qualitate, ſi agatur contra præſentes, vel carceratos cum novo termino ad ſe defendendum adverſus dictam qualitatem, prout ita in utroque caſu pluries Florentiæ ſervatum vidi, & ipſe ſervare feci ad tradita per Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 173. *per tot.* vide Farinac. *qu.* 1. Clar. §. *fin. quæſt.* 31. *num.* 13. Card. Tuſch. *litt. I, concluſ.* 184. dixi in *Praxi* §. *Inquiſitione n.* 8. ubi etiam quòd formata pro vulneribus etiam lætbalibus, ſi poſtea ſequatur mors debet iterùm formari pro homicidio, idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 183. Gomez. *tom.* 3. *var. reſol. de delict. capit. pr. ſub num.* 27.

Inquiſitis pluribus de aliquo delicto, ſi aliqui ſint carcerati, vel compareant, & alii ſint contumaces, debet judex priùs cauſam expedire contra contumaces, illos condemnando, & poſteà tranſacta contra eos ſententia in rem judicatam, aſſignare defenſiones carceratis, & ſervatis ſervandis illos etiam prout juris fuerit expedire, ne aliàs faciendo ex proceſſu, & defenſionibus carceratorum inſtruantur ipſi contumaces, & ita ſervant cauti judices, Clar. §. *fin. quæſt.* 49. *n.* 7. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 75. *num.* 12. Et ita ſervari in ſtatibus Etruriæ ſub pœna dixi in *Praxi* §. *Contumaci num.* 20. 7

Contrarium de jure, quòd ſcilicet non debeat differri proceſſus inquiſiti præſentis, donec contumaces condemnentur, vide per Boſſ. *tit. de delict. num.* 46. *& tit. de ſent. num.* 85.

Quòd innocens præſumatur, qui ſe judici ſponte præſentat, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 91. *nu.* 14. *&c.* Tuſch. *litt. I, concluſ.* 167.

Quòd instrumentum antiquum ultra centum annos non requirat recognitionem, & probationem tabellionatus, de cujus præsumptione propter temporis antiquitatem multa, Gratian. *discept. forens. cap.* 554. *num.* 35. *&c.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 193. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 387. *&* 388. ubi plura ad rem, vide in *§. Antiquitas nu.* 4. latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 43. *per tot.* ubi etiam an sit demendum tempus motæ litis, & quando dicatur antiquum, & adminiculatum, ut probet sine recognitione, *& part.* 12. *decis.* 61. *nu.* 25. *&c.* ubi quòd sufficiunt 70. anni. Pen. *decis.* 59. *decis.* 1215., ubi Crescin. *decis.* 1286. *decis.* 1380. & alibi.

Quid si sit abrasum, vel corrosum à muribus, vel vetustate consumptum, an, & qualiter tunc probet, vel non, Merlin. *decis.* 53. *per tot. dixi suprà nu.* 24.

Quòd non possit instrumentum exemplari ab alio Notario non rogato, absque partis citatione, nisi exempletur à successore in officio, vel nisi aliter servetur de consuetudine, Rot. in selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *dec.* 362. *num.* 9. Pen. *decis.* 927. *& decis.* 957.

Instrumentum autenticum an, & quando possit extrahi, & in publicam formam redigi ex primo protocollo, sive sola abbreviatura cæterata, vel ut alii dicunt ex illa notula, & bastardello, in quo summatim notatur substantia contractus, vel ex simplici schedula in filcia Notarii reperta, si ipse notarius vel memoria lapsus, vel morte, sive alio impedimento præventus non descripsit instrumentum nec in bastardello, nec in protocollo extenso, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 187. *per tot.* Franch. *dec.* 567. Novar. *in Pragm. Collect.* 109. *et* 110. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 349. *n.* 13. *et seqq. et part.* 12. *dec.* 61. ubi qualiter exemplum extractum, ut supra etiam ab alio Notario deputato habeat vim originalis, facit Martha *vot. Pis.* 219. ubi latè de vi scripturæ in filcia Notarii repertæ, licèt non subscriptæ, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1243. *per tot.* ubi quid sit protocollum, & quomodo fides ei adhibeatur. Vide Pen. *decis.* 202. 266. 277. 607. 1380. *n.* 12. *et* 13. Crescin. ad eumdem Pen. *decis.* 262. *et dict. decis.* 607. *et decis.* 235. 7

Quòd instrumenta possint exemplari, & publicari ab Archivista sine judicis decreto, nec citatione partis, Cavaler *dec.* 351. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 301. *n.* 11. *& seqq. et part.* 17. *dec.* 257. *n.* 4. ubi quòd instrumenta extracta à notariis, qui illa receperunt, vel confecerunt dicuntur legitimè extracta, etiam sine partis citatione. Pen. *decis.* 633. 678. *&* 837. Crescin. ad eumdem *decis.* 222.

Quando dicantur in forma probante, idem Cavaler. *dec.* 518. latè Rot. *dec.* 301. *n.* 10. *& seqq.* De Luc. *de Judic. disc.* 7. *nu.* 30., *&* 31. §. 1.

Quòd instrumenta ut probent, debeant produci autentica, nec sufficiant copiæ, & exempla, quamvis plures Notarii illa exemplaverint, Gratian. *discept. forens. cap.* 859. *num.* 1. *&* 32. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 51. *num.* 3. *&* 4. Si tamen fuerit productum originale, & postea restitutum, dimissa copia in actis, tunc illa copia probat, sicut generaliter probat junctis adminiculis maximè in antiquis, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 52. *nu.* 4. *&c. & decis.* 61. *per tot.* facit De Luc. *dict. decis. Sicil. ex n.* 415.

Instrumenta etiam dotalia de jure communi non habent executionem paratam, nec guarantigia operatur, nisi constet notarium habere facultatem faciendi similia præcepta, quæ ex natura officii non competit, sed ex auctoritate statuti, vel Principis, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 455. *n.* 16. *&c. & cap.* 873. *n.* 2. *&c.* Genu. *de script. privat. lib.* 3. *tit. de litt. camb. quæst.* 6. *nu.* 12. *fol.* 161. ubi notissimum dicit de jure non habere dictam executionem paratam, latè Sanfelic. *decis.* 365. num *Addit.* Rot. *part.* 9. *re-* 8

cent. decis. 348. *nu.* 11. *& seqq. & part.* 13. *decis.* 20. *nu.* 9. *&c. part.* 14. *decis.* 376. *num.* 1. *et seqq.* Crescin. ad Abecclef. *obser.* 107. *part.* 1.

Plura de via executiva instrumentorum quando competat, vel non vigore statuti, & alia ad rem Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubric.* 3. *per tot.* Vela *dissert.* 22. *cum pluribus sequentibus volum.* 1. Crescin. ad Abecclef. *loc. cit.*

Quod non habeant executionem paratam, nisi adsit obligatio cameralis, guarantigia, vel juramentum, Cavaler. *decis.* 263. *num.* 1. *&c.* plura summatim Pac. Jord. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 513. *& nu.* 435. *& seqq. ad* 515. *fol.* 418. Altograd. *cons.* 17. *num.* 19. *& seqq. lib.* 1. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 67. *nu.* 1. *&c.* ubi quod non sufficit juramentum.

Quando instrumenta habeant executionem paratam, vel non, & quid contra illa opponi possit, latè Thes. *decis.* 26. *per tot. quatuor paginas*, Pac. Jordan. *loc. citat.* Merlin. *decis.* 875. ubi quòd competit via executiva de jure pro alimentis, & fructibus dotis, Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 20. *num.* 7. *&c. part.* 14. *dec.* 376. *n.* 4. *& seqq.* ubi quòd pro dote competit via executiva, non solum vigore obligationis Cameralis sed etiam, ex statoio Urbis *lib.* 1. *cap.* 85. De Luc. *de Credit. disc.* 116. *n.* 6. Crescin. ad Abecclef. *loc. cit.*

Quòd guarantigiata de jure communi habeant executionem paratam, & quid sit guarantigia, Menoch. *de arbitr. cas.* 17. *nu.* 5. *etc.* plene Tusch. *litt. G. conclus.* 81 *per tot. et litt. I. concl.* 240. *per tot.*

Quid in instrumento depositi, Altogr. *d. cons.* 17. *n.* 58. ubi videtur admittere quòd habeat hujusmodi executionem paratam, vide *in §. D. positum num.* Crescin. *ubi supra.*

Item instrumentum census habere executionem paratam, Cene. *de cens. qu.* 95. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 343. *n.* 13. Crescin. *loc. cit.*

Quid in instrumento locationis, vide in *§. Locatio*, n. 27. Crescin. *ibidem.*

Quod via executiva possit competere vigore statuti, vel pacti, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 67. *num.* 12. *et seqq. et decis.* 348. *nu.* 13. *et seqq. d. part* 9. ubi etiam quid in Clerico an possit per pactum se subiicere executioni paratæ, & videtur affirmare, nisi relationem habeat ad statutum laicale, *et part.* 10. *decis.* 343. *per tot.* Crescin. *loc. adduct.*

Quòd vigore clausularum procedendi, *summariè, de plano, sine strepitu etc.* competat via executiva, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 20. *n.* 10. Crescin. *ubi supra.*

9 Instrumentum habere executionem paratam, & vim guarantigiæ, nil aliud est, quàm quòd vigore illius competit exactio sine strepitu, & figura judicii, & de facto incipiendo etiam à captura personæ, nisi aliud obstet, Rom. *cons.* 133. Everard. *loc. à vi, et everg. juram n.* 51. Tusch. *litt. G, concl.* 81. *num.* 1. *et seqq.* Sansel. *decis.* 365. *cum Addit. per tot.* ubi plura quando dicatur liquidum, vel possit liquidari, & contra quos vigore Pragmaticarum Regni, & quando, ac ex quibus exceptionibus impediatur hujusmodi liquidatio, *et decis.* 370. *cum addit. et decis.* 415. *per tot. cum Addit.* ubi plura de liquidatione instrumenti ad formam Ritus, & Novar. *Collect.* 121. Donadeus *tract. de renuntiat. cap.* 38. *per tot.* ubi plura de executione instrumenti juxta Ritum prædictum, & an ei possit renunciari.

Si tamen esset deperditum, & probaretur per testes, non haberet locum hujusmodi via executiva, Gratian. *discept. forens. cap.* 268. *nu.* 65. *&c.* vide *in cap.* 749. *nu.* 17. *&c. ad* 31. ubi videtur contrarium probare, dixi in *§. Executio n.* 22. facit Card. Tusch. *litt. I, concl.* 236. *nu.* 10. *etc.* & quod dixi in §. *Contractus nu.* 31. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 54. *nu.* 37. *etc.* ubi quòd veritas instrumenti probata per testes non gaudet privilegio viæ executivæ.

Quòd post triginta annos amittat vim paratæ executionis à statuto concessam, non attent mala fide, Magon. *decis. Flor.* 121 *num.* 2. *etc.* Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 240. *num.* 59. *etc. et litt. P, concl.* 547. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 67. *n.* 6. *etc.* Crescin. ad Abecclef. *dict. obser.* 107. *part.* 1.

De liquidatione instrumenti juxta dictas Regni Pragmaticas, ut non possit fieri à cedente, quia jam amplius sua non interest, nec à cessionario, quia non est stipulatus de facie ad faciem, & ideò datur cautela, ut ambo simul citare faciant, vel cedens sibi sale jus reservet ad commodum cessionarii, Vivi. *commu. opin.* 826. cum aliis per Joseph. Feliu. *in Margar. var. concl. verb. Liquidatio, fol.* 147.

Quæ requirantur, ut instrumentum dicatur guarantigiatum, & possit ubiquè executioni demandari, Thes. *decis.* 26. Gratian. *discept.* 455. *nu.* 18. *etc.* cum aliis per Rot. in Bononien. fideicommissi de Rubeia 11. Martii 1648. coram Dunozetto, penes Tondut. *de prævent. part.* 3. *decis.* 5. *nu.* 12. *et per tot.* Tusch. *litt. G, concl.* 81. *per tot. et litt. I, concl.* 240. *per tot.* facit Sanfelic. *cum plena Addit. decis.* 365. *& decis.* 415. *cum Addit.*

Quòd statuta tribuentia hujusmodi paratam executionem instrumentis, sint correctoria, & strictè interpretanda, ac ideò talia instrumenta debeant esse clara, & liquida, nec imperfecta, ut cum numeratio, vel mensura requiritur, non possit tamen executio impediri, nisi per exceptionem statim probandam intra tempus arbitrio judicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 17. *per tot.* vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 482. plenè Sanfelic. *decis.* 365. *cum Addit.* Crescin. ad Abecclef. *obser.* 109. *part.* 1.

Quòd dicta statuta, si sint laicalia, non ligent personas Ecclesiasticas, Merlin. *decis.* 875.

Quomodo exequendum sit instrumentum habens executionem paratam, si contineat summam illiquidam, vel obligationem conditionalem, plenè Covar. *var. resolut. cap.* 11. *per tot. lib.* 2. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 365. ubi plura. Crescin. *dict. obser.* 109.

Quòd quando aliquid contra instrumentum opponitur, non amplius dicatur probatio probata, nec vigore statuti habeat executionem paratam, ut statim exequi possit vigore ipsius statuti, Alex. *cons.* 188. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 526. *num.* 43. vide Giurb. *decis.* 100. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 312. *num.* 5. *&c.* ubi an pendente lite super nullitate instrumenti, sit locus executioni, & videtur concludere quòd sic, præstita tamen cautione de restituenda re cum damnis, & expensis in casu succumbentiæ; nisi jam esset ampliatus processus, & conclusus super nullitate; quia tunc non esset procedendum ad executionem, sed expectandus exitus litis, sicut quando probationes essent in promptu, vel exceptio procederet ex eodem fonte instrumenti, vide in *§. Statutum rejiciens.*

An autem possit juxta formam statuti executioni mandari, non tantùm pro expensis in eo, sed etiam pro virtualiter subintellectis, vide in *§. Executio n.* 22. Cabal. *cons. dec.* 30. *per tot. lib.* 1. *& cons.* 42. *d. lib.* 1. Et an hoc procedat favore cessionarii Gob. *consult. dec.* 32. *n.* 6.

An pro tacita hypotheca, dic quòd sic, nisi agatur contra tertium, adversus quem instrumentum non habet executionem paratam, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 41. *per tot.* vide in §. *Pactum nu.* 6.

Quòd nullitas notoria ex eisdem actis apparens impediat executionem instrumenti, & alia ad rem Sanfelic. *decis.* 299. *per tot. decis.* 312. *& decis.* 365. *cum Addit.* ubi plenè de hac materia.

Quid si instrumentum esset confectum extra territorium statuentium, vide in *§. Statutum circa generalia n.* 29.

Instrumentum, contra quod ex forma statuti non potest opponi, nisi de falsitate, admittit exceptionem, quòd non sit instrumentum, & careat solemnitatibus requisitis, Bart. *in l. Divus ff. de testam. milit.* Alex. *cons.* 3. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 572. *num.* 43. vide in §. *Statutum reiiciens exceptiones*, ubi referuntur plures exceptiones reservatæ, quæ possunt opponi non obstante statuto generaliter omnes exceptiones reiiciente, de quibus latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 365. 10

Instrumentum non amittit fidem ex eo, quòd persona publica, quæ illud confecit, fuerit ab officio remota, nisi probetur quòd privata fuerit ob crimen falsitatis, & non tollitur fides scripturæ ab illo factæ ante privationem, Bart. *in repert. l. Barbarius num.* 16. *ff. de offic. Prat.* Farin. *quæst.* 155. *num.* 43. *&* 64. Duran. *decis.* 434. *n.* 3. *&c.* 11

Qua-

Qualiter non probet si originale sit vitiatum in protocollo, late Tusch. *litt. I, concl.* 246. *infrà num.* 15. *in fine.*

Quid si originale non reperiatur, idem Tusch. *loc. cit. conclus.* 247. *per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 13. *glos. unic. num.* 13. *& seqq. fol.* 581. ubi quod instrumenti fides non corruit, licèt non reperiatur matrix; & quid si reperiatur protocollum notarii de eo tempore sine suspicione, & istud non inveniatur inter alia instrumenta, & videtur tenere quòd tunc non probet, vide supra *num.* 4. *& in §. Notarius num.* 12.

Quo pacto possit probari tenor instrumenti amissi, & illius amissio, Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 908. *&* 909. *per tot.* vide in §. *Amissio* Emerix jun. *decis.* 832. *n.* 5. De Luc. *de Benefic. disc.* 8. *n.* 9.

12 Instrumentis duobus confectis eadem die, uno pro muliere, seu alio privato, altero pro fisco, præsumitur mulier prius contraxisse, & præfertur non solùm privato, sed etiam fisco, licèt aliàs cum eo pari passu ambulet, Rodriq. *de concur. credit. art.* 2. *num.* 3. *&* 15. vide Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 4. Olea *de cess. jur. tit.* 8. *quæst.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 574. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 378. Et De Luc. *de donat. disc.* 6. *num.* 4. ubi de instrumento dotali.

Et generaliter quando plura instrumenta sunt eadē die confecta, & in uno adest hora, quodnam præferatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 48. *per tot.* ubi latè, & magistraliter declarat decem casus distinguendo, de quo latè etiam, Franch. *decis.* 649. Mascard. *d. conclus.* 574. Vivi. *comm. opin.* 378. *per tot.* vide in §. *Rescriptum num.* §. *Contractus nu.* 47. Olea *de cess. jur. tit.* 8. *quæst.* 3. *per tot.* ubi quòd præfertur continens horam; quod ego intelligerem nisi hora expressa esset ultima, vel propè ultimam diei, vel nisi aliter constet de prioritate alterius, veluti etiam ex ordine scripturæ protocolli, quando essent omnia rogata ab eodem Notario Mascard. *d. concl.* 574. *n.* 7. *&* 8. vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Si autem plura instrumenta reperiantur diversa, & inter se contradicentia, an neutri, seu cui credatur, Gratian. *discept. for. cap.* 889. *num.* 19. *&c.* Card. Tusch. *litt. I, concl.* 248. *& seqq.* ubi etiam an, & quomodo possit conciliari, & interpretari, De Luc. *de Judic. disc.* 26. *ex n.* 28.

Qualiter duo instrumenta eodem die, loco, & coram eisdem testibus, et notario confecta dicantur correspectiva, & unum alteri inesse, Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 340. *n.* 16. *&c. & part.* 12. *dec.* 66. *nu.* 4. *&c.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 924.

An, & quando per secundum instrumentum continens diversa pacta censeatur recessum à primo, & quid si secundum esset nullum, Ludovis. *dec.* 76. facit quod dixi in §. *Novatio.*

13 Instrumentum pro parte verum, & pro parte falsum redditur totum falsum, *glos. in cap. si ad scripturas* 9. *dist.* Bart. & alii *in l. si ex falsis C. de transact.* latè Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 21. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 742. Farinac. *q.* 152. *nu.* 32. *&c.* Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *resolut.* 11. *tit. de fid. instrum.* Gabriel. *lib.* 7. *concl.* 3. Pac. Jor. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 366. *fol.* 413. ubi videtur tenere quòd sustineatur pro parte, vide in §. *Falsitas num.* Card. Tusch. *litt. I, concl.* 252. *per tot.*

Non tamen dicitur falsum, licèt constet de errore in multis expresso, quando non sunt de rogitu, idem Tusch. *litt. I, concl.* 254. *per tot.*

14 Instrumentum in parte substantiali, & suspecta abrasum, non probat nisi ex præcedentibus, & subsequentibus colligatur, quòd sic stare debeat; prout stat abrasio, seu rasura, vel nisi in loco rasuræ apparentis sit facta repletio aliorum verborum manu ejusdem scriptoris, quia istis casibus non noceret abrasio, & si instrumentum contineret plura capitula non vitiaretur in aliis non abrasis, Soccin. *reg.* 2. *per tot. in verb. Abrasio*, vide Cardin. Tusch. *litt. I, concl.* 246. *per tot.* Farinac. *quæst.* 153. *part.* 4. *per tot.* De Instrumento corroso Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 509. *n.* 21.

15 Instrumentum signatum linea transversa, an probet dum non constat, quòd hujusmodi linea fuerit facta de consensu partium, vel per Notarium de illo rogatum, aut aliàs per legitimam personam, Mascard. *de probat. concl.* 156. *&* 257. Dunan. *dec.* 402. *n.* 26. *&c.* ubi videtur tenere quòd probet, maximè stante illius observantia inter partes, latè Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 141. *per tot.* Farinac. *d. quæst.* 153. *per tot.* vide in §. *Solutio nu.* Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 340. *n.* 4. *& seqq.* ubi quando additio facta in margine non reddat suspectum instrumentum, ut si sit facta manu ejusdem Notarii, & ab eo in fine approbata. Vide Emeria jun. *decis.* 549. *n.* 8.

Ex quibus autem suspicionibus instrumentum in filcia repertum arguatur falsum, Menoch. *de arbitr. cas.* 187. *n.* 34. *& seqq.* ubi de suspicione ex eo, quòd aliquid in margine scriptum reperiatur, vel ex diversitate atramenti, sive manus, ex interlineaturis, & cancellationibus, ex stylo diverso, & incisione alicujus folii, & similibus, ut ibi latè per eum, & Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 6. *per tot.* Farinac. *d. quæst.* 153. *part.* 9. *&* 10. ubi etiam qualiter excludatur falsitas. Ex quibus præsumatur falsum De Luc. *de Donat. disc.* 74 *n.* 11. *de Feud. disc.* 133. *num.* 10. *de Judic. disc.* 26. *n.* 2. *&* 21.

Plura, an, & quando scriptura reperta inter alias scripturas matrices ejusdem Notarii, sit habenda, & attendenda pro matrice, licèt in parte, & partibus deleta, & cum additionibus marginalibus, ita ut ad illam tamquam matricem sit recurrendum, si aliæ copiæ reperiantur inter se discrepantes, latè & magistraliter Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 285. *per tot.*

16 Instrumenta facta ex conventione partium super contractibus, qui sine scriptis perfici poterant, non possunt tolli, & elidi, nisi per contraria instrumenta, *l. generaliter C. de non num. pec.* Pract. Papp. *for. oppon. contr. instr. glos. ult. n.* 5. vide in §. *Solutio num.*

Quòd ubi constat partes noluisse habere contractum pro perfecto, nisi celebrato instrumento, sit locus pœnitentiæ ante illius celebrationem, aliàs secùs, si non constet de dicta voluntate partium, Gratian. *discept. forens. cap.* 842. *n.* 19. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 148. Altograd. *cons.* 11. *n.* 16. *&* 17. *lib. pr.* Bich. *decis.* 638. *per tot.* ubi etiam quid in dubio, vide in §. *Contractus n.* 7. *& §. Scriptura n.* 21. vide Reverter. *dec.* 5. ubi de Marin. *in Addit.*

Quòd instrumentum, & contractus differant tamquam continens, & contentum latè Tusch. *litt. I, concl.* 236. *per tot.*

17 Instrumentum est exponendum cum omnibus solitis clausulis ab obligato ad aliquid dandum, seu faciendum ne peteant probationes, ut dixi in §. *Obligatio n.* 5. Magon. *decis. Luc.* 95. *n.* 15. *& per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 15. *tit.* 20. *n.* 291. *& fol.* 408. ubi etiam quòd si creditor amisisset instrumentum crediti, potest compellere debitorem ad renovationem, vel celebrationem alterius, sicut & debitor post solutionem potest agere ad restitutionem instrumenti; quod ultimum circa restitutionem instrumenti, vel scripturarum post solutionem, latiùs declarat idem Jordan. *d. tit.* 20. *n.* 394. *&* 395. *fol.* 415.

Quando debitores, & alii teneantur facere instrumentum, & cujus expensis, Tusch. *litt. D, concl.* 49. *&* 50. *& litt. I, concl.* 257. *&* 258. *per tot. concl.* 259. ubi an venditor teneatur dare emptori scripturas, ad rem facientes, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 253. *n.* 5. *&* 6. ubi quòd debitores de jure compelli possunt ad confectionem instrumenti, & sustinetur, etiamsi factum fuerit in limine decoctionis, & sine præjudicio anterioritatis, & potioritatis, quando ita fuit protestatum.

18 Instrumentum habens relationem ad aliud instrumentum, an probet si non constet de relato, quamvis Notarius attestetur vidisse, legisse, ac se de illo rogasse, Gratian. *discept. for. cap.* 693. *num. pr. &c.* Mascard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 923. *per tot.* vide in §. *Relatio n.* & §. *Mandatum n.* Et quod instrumentum faciens mentionem de alio contractu non faciat fidem, nisi inter easdem personas Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 72. *n.* 34.

19 Instrumenta debent realiter in actis produci, nec suf-

sufficit illorum indicatio, Gratian. *discept. for. c.* 725. *n.* 29. *&c.* Abecclef. & Crescin. *obser.* 92. *part.* 1.

An autem possint produci post lapsam dilationam ad illa producenda, Asin. *in Prax.* §. 22. *cap.* 2. *per tot.* Mascard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 914. *& seqq.* ubi plura de productione instrumentorum, quid operentur, vel non, *& concl.* 922. *&* 925. ubi an possint produci post conclusum in causa ad probandam intentionem producentis. Abecclef. & Crescin. *obser.* 94. *part. pr.*

Quod de novo reperta possint quandocumque antè sententiam produci, si appareat fuisse antea factas diligentias de illis perquirendis, & medio juramento asseratur per producentem, se antea de illis non habuisse notitiam, dummodò adversario sit salvum jus opponendi adversus illa, & dummodò non petatur novus terminus ad illa producenda, sed effectualiter producantur, Menoch. *de arbitr. cas.* 241. *per tot.* Abecclef. & Crescin. *d. obser.* 94.

Alias autem non posse regulariter instrumenta produci post conclusum in causa, & quando secùs, latè Soccin. *reg.* 230. *per tot.* Crescin. *d. obser.* 94.

Quòd de jure communi debeant produci coram judice, de stylo autem, & consuetudine Florentiæ, sufficiat illa producere coram Notario, Actuario, Asin. *dict.* §. 12. *cap.* 16.

Quòd non possint produci ante litis contestationem, vel in ipsa contestatione, sed solùm in termino probatorio, aliàs productio sit nulla, Duran. *dec.* 375. *n.* 22.

Plura quando, & qualiter sint producenda instrumenta, vide summatim per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 344. *& seqq. ad* 371. *fol.* 412.

20 Instrumenta, & similes scripturæ, qualiter probata illarum existentia de tempore litis motæ, & interesse petentis, & justa causa, sint parti edendæ, & qualites, maximè de æquitate canonica, Rot. *decis.* 259. *part.* 1. *Noviss.* Beltram. ad Gregor. *dec.* 529. Pac. Jordan. *d. tit.* 20. *nn.* 372. *&c. ad* 405. *fol.* 414. vide in §. *Liber. num.* 31. *&c.* Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 3. *per tot.* dixi in §. *Actor. n.* 3. *& alibi.*

21 Instrumentum impugnatum, qualiter possit impugnanti prodesse, vide in §. *Impugnatio n.*

Qualiter productum videatur à producente approbatum vide in §. *Productio n.* Piton. *de Jurep. alleg.* 57. *n.* 72. *tom.* 1.

Qualiter extractum ab archivio debeat esse subscriptum ab Archivista, vide in §. *Scriptura n.*

Rogatum à pluribus Notariis, an debeat esse ab omnibus subscriptum, vide in §. *Notarius n.*

Quòd in eodem instrumento non detur prius, neque posterius, vide in §. *Hypotheca n.* Roec. Episc. *cap.* 131. *n.* 28. *lib.* 2. Emerix jun. *dec.* 1252. *nn.* 12.

22 Instrumentum confectum pro executione alicujus conventionis, sive contractus inter partes initi, si reperiatur discordans à capitulis inter ipsas partes firmatis, cui potiùs standum sit, an instrumento, vel capitulis, dic quòd si instrumentum sit celebratum incontinenti post capitula, quia mutatio voluntatis statim non præsumitur, prævalent capitula, & idem est si partes se retulerint ad illa in instrumento, cum magis attendatur relatum, quàm referens. Si verò ex longo intervallo fuerit celebratum instrumentum, illud prævalet, cum cesset dicta præsumptio, Lap. *Alleg.* 15. ubi Mandos. *in Addit.* Natt. *cons.* 263. *n.* 3. Rot. *decis.* 124. *nu.* 3. *part.* 1. *Noviss.* Beltramin. in Addit. ad Gregor. *decis.* 168. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 305. *&* 306. *fol.* 409. latè Rot. *part.* 15. *rec. decis.* 169. *per tot. infra n.* 24. facit De Luc. *de donat. disc.* 1. *nu.* 18. *de Fideic. disc.* 138. *nu.* 6. *disc.* 141. *n.* 12. *disc.* 179. *à nu.* 13. *& alibi.* Bertachin. *vot.* 165. *nu.* 1. Caprar. *dec.* 396. *num.* 7. vide infra *num.* 24.

23 Instrumenta pluribus communia, & similes scripturæ inter plures communes, servari debent penes digniorem, vel seniorem, nisi alter in eis majus habeat interesse, *l. interesse ff. de fid. instrum.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 25. Tiraquel. *de jur. Primogen. in præfat. nu.* 126. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 337. *& seqq. fol.* 411. Card. Tusc. *litt. I, concl.* 260. *per tot.* ubi etiam quod debent accommodari ad usum alterius.

Alia de instrumentis vigore legum municipalium Status Florentini dixi *in Praxi* §. *Instrumenti num.* 1. *&c.*

Instrumentum si contineat quid diversum à capitulis inter partes firmatis, recurrendum est pro illius interpretatione ad capitula tamquam ad matricem, & originalem conventionem, cum illa, & contractus fiant à partibus, instrumentum verò à Notario, nisi expressè fuerit ab illis recessum, de quo recessu solet ut plurimum fieri mentio in instrumento, Dec. *cons.* 195. Surd. *dec.* 71. *n.* 4. *&c.* Addit. ad Gregor. *decis.* 168. *n.* 8. Merlin. *dec.* 608. *num.* 14. *& seqq.* Rot. *part.* 4. *recent. decis.* 59. *nn.* 12. *part.* 6. *decis.* 250. *num.* 18. *& part.* 9. *decis.* 137. *num.* 6. *& seqq.* ubi quòd attenditur instrumentum ex intervallo confectum, quando apparet partes novasse, & à capitulis recedere voluisse, & latius in eadem causa revisa *d. part.* 9. *rec. decis.* 287. *per tot.* ubi fuit recessum à decisis, & firmatum standum esse potiùs capitulis, quàm in instrumento, etiam ex intervallo confecto per prædicta, nisi expressè recedant, cum mutatio voluntatis non præsumatur, maximè si tempora capitulorum fuit contractus perfectus, & ex eo jus quæsitum parti, & concurrentibus aliis conjecturis, de quibus ibidem, & eadem Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 34. *nn.* 29. *& seqq. & num.* 56. *& seqq. decis.* 116. *n.* 3. *&c.* ubi quod per instrumentum subsequens non potest præjudicari illis, quibus fuit jus quæsitum in capitulis, & loquitur de donatione in capitulis matrimonialibus firmata favore certi matrimonii, & filiorum ex co procreandorum. Roec. Episc. *cap.* 67. *nn.* 22. *&* 25. *& cap.* 107. *nn.* 57. *&* 58 & vide supra *n.* 22. 24

An autem, & quomodo sit conficiendum instrumentum, si in capitulis fuerit conventum de petendo Brevi, sive Beneplacito Apostolico, & conficiendo instrumento, si in Brevi contineatur quid diversum à capitulis, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 360. *per tot.* ubi quod juxta Breve, cum dictum pactum habeat implicitam hujusmodi conditionem.

Licèt instrumentum confectum in executionem capitulorum, non debeat illa augere, nec ampliare, tamen secùs est ubi explicitè partes declararunt velle aliquid addere, vel diversam facere dispositionem, ut benè declarat Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 15. *n.* 9. *& seqq.* Ludovis. *decis.* 409. *n.* 4. ubi quod quando instrumentum repugnat capitulis, standum est magis instrumento, quàm capitulis, quia ultima derogant prioribus.

Quòd si capitula ab instrumento discordent, ipsis potiùs inhærendum sit, quàm instrumento immediatè stipulato, & debeat sumi qualibet interpretatio, ne instrumentum capitulis adversetur, Rot. *part.* 24. *recent. dec.* 135. *nn.* 18. *&* 19. *& part.* 17. *dec.* 123. *n.* 3. *& seqq.* ubi quod si capitula sint ambigua, & obscura declarari debent in eum sensum, qui cum instrumento concordat, & conclusio quòd potiùs stetur capitulis, procedit quando de illorum tenore constat per scripturam separatam, secùs si per solam narrationem Notarii in eodem instrumento reperiantur inserta.

Capitula autem licèt fuerint nulla tamquam firmata sine debitis solemnitatibus, si posteà fuerunt in instrumento valido, & adhibitis solemnitatibus celebrato inserta, & registrata, reconvalidantur, nec amplius impugnari possunt, Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 531. *per tot. decis.* 391. *& part.* 15. *dec.* 169. *per tot.* in eadem causa, ubi fuerunt confirmatæ præcedentes decisiones, *& part.* 16. *decis.* 128. *nu.* 18. *& seqq. supra n.* 22.

Instrumentum regulariter non probat ad favorem Notarii scribentis, quia Notarius non potest sibi aliquid adscribere in instrumento, vel testamento à se rogato Bart. & Bald. *in l. Si Consul. ff. de adopt.* Jas. *in l. sciendum n.* 6. *ff. de verb. oblig.* Farinac. *de falsit. quæst.* 150. *n.* 175. *& seqq.* ubi latè cum ampliationibus, & limitationibus, Ludovis. *decis.* 400. vide in §. *Notarius n.* 5. 25

26 De instrumentis variis, illorum liquidatione, & executione multas implet paginas videndus Thoro *Compend. decis. Neapol. part. 1. 2. & 3. verb. Instrumentum*, Castejon. *Alphab. jurid. verb. Instrumenta publica, privata*, & Com. August. Fontan. *Bibliothec. legal. part. 4. eodem verb. fol. 747. &c.* Cæsar. de Afflict. *controv. jur. cap. 11. cum pluribus seqq. & cap. 19. 21. 30. 48. &c.* plenè Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. 22. & ult. per tot. fol. mihi 109. &c. ad* 203. ubi etiam plura de aliis executionibus, quomodo fiant, quas exceptiones admittant, vel non, & alia, Vela *Differt. 22. & seqq. vol. 1.* Cancer. *var. resol. part. 1. cap. 19.* ubi de instrumentorum editione, *& part. 2. cap. 3.* ubi de instrumentis, guarantigiis, & scripturis, latè Em. De Luc. *in Indic. general. verb. instrumentum*. Fagnan. *supr. Decr.* Brunnemann. *supr. ff. & Cod.* Rocc. Altim. Castald. Bertachin. Ansald. Emerix Caprat. Mantiss. ad De Luc. Mans. Palm. Crescin. & alii moderni.

27 Notarius non potest committere, ut instrumentum per alium scribatur, licèt ipse se subscribat Crescin. ad Abecclef. *obser. 32. n. 1. p. 1.* Magister actorum potest per discipulos, & substitutos instrumenta scribere, & ipse subscribere. Crescin. *ibid. n. 2.* Et instrumentis substitutorum de stylo Romanæ Curiæ defertur, quamvis substituti non sint Notarii Crescin. *ibid. n. 3.* ubi assignat rationem, & declarat decisiones Rotæ; Palmæ adest statutum circa hanc materiam, quod adducitur à Crescin. *loc. cit.*

28 Confectio instrumenti probatur per confessionem partis. Balduc. *tit. 4. de dot. dec. 33. n. 22.*

29 Successores in officio possunt Instrumenta, Scripturas, & acta quæcumque extrahere sine partium citatione, aliisque solemnitatibus, & eadem sic extracta dicuntur in forma probanti, & fidem faciunt. Spad. *cons. 127. n. 22. & cons. 188. n. 5. l. 2.* Ridolphin. *in prax. p. 1. cap. 12. n. 188.* De Luc. *de Jud. disc. 28. n. 1.* Crescin. ad Abecclef. *d. obser. 32. nu. 54. p. 1.*

30 Instrumenta contractuum extrajudicialia fieri possunt diebus feriatis. Fontanell. *de pactis nupt. claus. 1. n. 26. & seq.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 77. n. 35. p. 1.*

31 Quæcumque exceptiones extrinsecæ, quæ opponuntur contra publicum Instrumentum, reiciuntur ad petitorium, quidquid esset, si exciperetur de nullitate ipsius instrumenti Gallef. *de oblig. Camer. qu. 3. n. 5.* Rot. *dec. 482. n. 5. p. 9. tom. 2. rec.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 107. n. 18. p. 1.*

32 An Instrumentum per errorem in Indictione commissum vitietur. De Luc. *de Jud. disc. 27. nu. 30.* Crescin. ad Abecclef. *obser. 111. nu. 2. p. 1.*

33 Protocollatio Instrumenti quando de Jure non requiritur, illius ommissio non vitiat, probata aliunde substantia. Balduc. *tit. 3. de Legatis dec. 11. n. 4.* Attenta etiam consuetudine loci tradendi alteri notario instrumenta, quæ in foliis concordare inveniantur Balduc. *loc. cit. n. 5.*

34 Instrumentum producitur etiam post publicatas attentationes, quia abest subornationes periculum. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract. 5. quæst. 13. n. 14.*

35 Instrumentum, & testes in probando ejusdem roboris sunt saltem in civilibus. Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract. 7. quæst. 8. n. 1. & 5.*

36 Instrumentum publicum indirectè probat delictum, V. G. adulterium ex eo, quod mulier per instrumentum uxorata apparet; vel damnum ex direpta vinea, quam per illud meam probo. Bict. *quæst. 86. per tot.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. dict. tract. 7. quæst. 8. n. 6.*

37 Quatuor testes elidunt instrumentum cum unico teste. Bellegrand. *in compend. rer. crimin. method. tract. 5. quæst. 5. n. 6.*

38 Instrumentum filio non est permissum liquidare via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ contra Patrem ob pœnam perjurii, & infamiæ ab eodem Ritu indictam. Paschal. *de patr. potest. part. 2. cap. 9. n. 2.* Rocc. Episc. *cap. 182. n. 20.*

Instrumentum gener non potest liquidare contra Socerum debitorem dotis via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. Paschal. *loc. cit. num. 21. vers. qua ratione*. Gait. *de credit. cap. 3. tit. 5. n. 1096.* Rocc. Episc. *ibid. n. 21.*

Sed attenta consuetudine Neapolitana per extensivam interpretationem obligante Socerum ad solutionem dotis insolidum, potest Gener liquidare instrumentum contra Socerum. Franch. *dec. 366. nu. 11.* Molfef. *ad consuet. Neap. p. 6. qu. 9. n. 7.* Capyc. Latr. *consult. 155. n. 8.* Rocc. *loc. adduct. n. 22. & 25.*

Assertus sententia affirmans, hujusmodi interpretativam extensionem Consuetudinis Neapolitanæ non esse extendendam ad Socerum. Rocc. Episc. *d. cap. 182. n. 22.*

Instrumentum unionis, præseferens simplicem copiam, à quo loco nescitur extracta, & sine litteris Compulsorialibus, & citatione Partis, tanquam scriptura informis non meretur executionem. Rot. *dec. 452. n. 1. p. 18. rec.* Capiat. *dec. 364. n. 6. p. 1.* 39

Instrumenti producti iterata editio, quoties subest causa, nunquam denegatur postulanti. Parex. *de Edit. Instrum. tit. 7. resol 8. n. 1.* Caprat. *dec. 272. n. 9. p. 1.* 40

Instrumentum publicum, ab eodem Notario rogato desumptum absque originali, habetur loco originalis, absque eo quod sit necessaria exhibitio alterius originalis, seu matricis. Gratian. *discept. 736. n. 22. & 27.* Rot. *dec. 61. nu. 6. p. 14. rec.* Caprat. *decis. 51. n. 3. p. 1.* 41

Instrumenti veritas præsumitur ex illius usu, & aliis actibus subsecutis. Rot. *dec. 57. n. 10. & seq. p. 19. rec.* Card. Cerr. *dec. 666. num. 5.* Caprat. *ubi supr. n. 7. & 8.* 42

Instrumenti veritas in dubio semper præsumitur. Surd. *in cons. 173. num. 58. & cons. 535. n. 7.* Rot. *dec. 279. n. 44. p. 9. rec.* Caprat. *dec. 60. n. 7. p. 1.*

Instrumentum suspectum de falso, in civilibus habetur pro falso, nec executionem meretur Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 99. sub nu 18.* Rot. *dec. 6. n. 26. p. 13. dec. 206. n. 5. p. 15. & dec. 562. nu. 14. p. 19. tom. 2. rec.* Caprat. *dec. 713. num. 2. part. 2.* 43

Instrumentum publicum, desumptum ex Matrice infecta, non attenditur, cum illius vitium influat in publicum. Rolan. *cons. 32. num. 26. lib. 2.* Surd. *cons. 173. n. 7. post med. vers. & non refert*. Caprat. *dict. dec. 713. n. 10. p. 2.* 44

Instrumentum extractum à Scribania publica, quæ loco Archivii habetur, est ac si fuisset extractum ex libro originali Instrumentorum quod tollit suspicionem sumpti de sumpto, & concludit indubiam deberi fidem extractioni, etiam si pars non fuerit citata. Molfef. *ad Consuet. Neap. p. 10. quæst. 14. n. 19.* Rot. coram Royas *dec. 229.* & cor. Bich. *decis. 220. n. 11.* Caprat. *dec. 257. n. 3. p. 2.* 45

Instrumentum, quod est prius in ordine in Protocollo Notarii, indicat illius prioritatem Barbof. *in l. 1. n. 6. p. 2. ff. solut. matrim.* Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 4. n. 12.* Andreol. *contr. 352. n. 4. & 5.* Caprat. *dec. 669. n. 8. p. 2.* 46

Scientia Instrumenti facit præsumere notitiam omnium in Instrumento contentorum. Rot. *dec. 393. n. 8. & 9. p. 14. & dec. 233. nu. 10. p. 17. & decis. 398. nu. 10. p. 18. rec.* Bertachin. *vot. 87. num. 34.* Quod amplia etiam ut per Rot. *dec. 210. num. 17. p. 16. & dec. 398. n. 8. & 9. p. 18. rec.* Bertachin. *dict. vot. 87. n. 35.* 47

Instrumentum fundationis declarat mentem Fundatoris in alio actu præcedenter expressam Rot. *dec. 221. n. 11. & 12. p. 17. & dec. 129. n. 12. & 13. p. 18. & dec. 416. n. 4. p. 19. rec.* Piton. *de Jurepatr. all. 86. n. 18. tom. 2.* 48

Narrativa emissa per fundatorem relativè ad instrumentum fundationis intelligenda est omninò ad illius tenorem. Rot. cor. Priol. *dec. 46. n. 28. & dec. 159. n. 19. & in rec. dec. 662. nu. 10. p. 19. tom. 2.* Piton. *de Jurepatr. d. all. 86. nu. 20. tom. 2.* 49

Deficiente instrumento fundationis, si ex observantia spectet Juspatronatus ad Beneficiatum, & Parochianos, quomodo, & pro qua rata unicuique ex illis competat. Piton. *de Jurepatr. all. 200. nu. 97. tom. 2.* 50

In-

51 Instrumentum reservationis factæ ab ordinario, non intelligitur difformis à lege fundationis, ad quam se retulit Rot. dec. 354. nu. 2. p. 17. & dec. 262. n. 10. p. 11. rec. & cor. Mantic. dec. 352. n. 2. Piton. de Jurepatr. d. all. 200. n. 528. tom. 2.

52 Instrumentum Archiviatum licet non sit, adhuc validum est, & fidem facit Rot. cor. Buratt. decis. 456. n. 18. cor. Bich. dec. 638. n. 2. & dec. 452. n. 2. & 3. p. 3. & dec. 16. n. 4. & seqq. p. 19. rec. Emerix. Jun. dec. 1213. nu. 12. Declara quando constat de Legalitate Notarii, & non adest suspicio fraudis. Emerix. Jun. ibid. Archiviari quandocunque potest Emerix. Jun. loc. cit. n. 13. Amplia etiam lite pendente Rot. cor. Coccin. decis. 76. num. 31. & seqq. Emerix Jun. ibid.

53 Instrumentum attendi debet in conflictu contrariarum probationum Rot. dec. 250. n. 24. p. 6. decis. 237. n. 6. p. 17. & dec. 261. nu. 8. & 9. p. 18. rec. & coram Dunoz. Jun. dec. 864. n. 13. Emerix Jun. dec. 618. n. 9. Et potius in dispositiva quam in narrativa Rot. cor. Gregor. dec. 522. n. 4. & cor. Otthobon. dec. 65. n. 41. & in rec. dec. 292. n. 11. part. 10. & dec. 123. n. 12. p. 17. Emerix Jun. dec. 891. n. 3. Et si sint duo contraria illud magis attenditur, quod est conforme dispositioni juris comunis. Grat. discept. 351. nu. 17. Rot. dec. 427. nu. 10. p. 9. rec. Emerix Jun. dec. 130. n. 4. & dec. 144. n. 9.

54 Instrumentum celebratum cum decreto Judicis habet præsumptionem pro se, donec contrarium probetur. Ciarlin. controv. 123. n. 6. & 22. Rot. decis. 207. n. 9. & dec. 213. n. 29. p. 15. rec. & cor. Mantic. dec. 151. n. 7. Emerix. Jun. dec. 529. nu. 1.

55 Instrumentum informe non probat Rot. dec. 116. n. 1. cor. Dunoz. Jun. Emerix. Jun. dec. 115. n. 6.

56 Instrumentum Juratum habet præsumptionem veritatis. Rot. dec. 509. n. 9. & dec. 591. n. 10. part. 18. tom. 2. rec. Emerix Jun. dec. 744. n. 2.

57 Instrumentum originale recognitum per Testes, & continens omnia requisita publici instrumenti præfertur minus legali, & extracto per alium Notarium Rot. cor. Caval. dec. 122. n. pr. & 12. Emerix Jun. dec. 212. n. 14.

58 Instrumentum registrari per necesse non debet in Rubicella, licèt registratio conferat ad removendam suspicionem falsitatis. Odd. conf. 78. nu. 10. & seq. Gravett. conf. 28. n. 5. Farinac. de Fals. quæst. 153. n. 189. Emerix. Jun. dec. 447. n. 5. & 6.

59 Instrumentum rogatum ab alio, quam à verè Notario est nullum. Emerix Jun. dec. 237. n. 8. Non obstante contraria consuetudine. text. in cap. ult. de consuetud. Emerix Jun. loc. cit. n. 9. Quæ non potest habilitare privatum ad exercitium Notariatus. Emerix. Jun. dec. 276. n. 12. & seqq. Potest tamèn Princeps sanare illa, quorum nullitates non fuerunt in Judicio à partibus acceptatæ Emerix Jun. decis. 237. n. 16.

60 Stipulatio instrumenti peti potest vigore pacti præcedentis, alias Judex potest pronunciare, haberi pro facto. Fulgin. de Jur. Emphyt. in prælud. quæst. 14. n. 280. Rot. cor. Duran. dec. 421. n. 4. Emerix Jun. dec. 350. n. 1.

61 Instrumentum stipulatum in executionem precum debet præsumi conforme petioni, & resolutioni Menoch. de arbitr. cas. 470. n. 19. cum seq. Rot. dec. 34. n. 47. p. 12. dec. 123. nu. 7. & 8. p. 17. recent. Emerix Jun. dec. 535. n. 11.

62 Instrumentum stipulatum habet robur, licet non fuerit per Notarium extensum. Rot. cor. Otthobon. dec. 251. n. 29. cor. Cert. dec. 773. nu. pr. & in rec. dec. 551. n. 3. cum seq. p. 4. tom. 3. & dec. 349. nu. 25. & dec. 381. nu. 6. p. 9. rec. Emerix Jun. decis. 1328. n. 8.

63 In Instrumento subscriptio Notarii maxime requiritur, si non est ejus caractere scriptum, neque ejus sigillo munitum. Bald. in l. Contractus nu. 12. cum seq. C. de fid. instrum. Emerix Jun. dec. 447. nu. 2. Suppletur tamen per appositionem manus ejusdem in aliis locis Instrumenti. Rot. cor. Seraphin. dec. 888. n. 3. & dec. 909. n. 6. Alex. conf. 147. nu. 13. lib. 2. Emerix Jun. loc. cit. n. 4. Vel per colligationem cum aliis scripturis publicis ejusdem Notarii. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 12. nu. 10. in fin. & n. 11. Emerix Jun. ibid. n. 3.

64 Instrumentum subsequens confert ad declarationem præcedentis. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 1. nu. 5. Rot. dec. 114. n. 4. p. 16. rec. Emerix Jun. decis. 673. n. 4. in fin. Vide infra n. 78.

65 Instrumenta lingua latina confecta sunt verba Notarii, & magis deferendum est confectis in lingua vulgari, quia sunt verba partium Card. De Luc. de cred. disc. 104. num. 7. & 8. Carl. Ant. De Luc. in prax. Judicial. cap. 32. n. 11. vers. Instrumenta in lingua.

66 Instrumento si contradicant testes Instrumentarii, an illud vacillet. Mart. de success. p. 4. qu. 21. art. 1. n. 1. Staiban. resol. 68. n. 14. Carl. Ant. De Luc. loc. cit. vers. testes instrumentarii.

67 Instrumentum si diversum sit à prothocollo an illud vacillet. Carl. Ant. De Luc. in prax. Judic. c. 32. n. 10. vers. Instrumentum.

68 Instrumenti partem edens, an teneatur edere totum, vel exhibere instrumenta relata. Cancer. p. 1. var. cap. 19. de instrument. edit. & lib. 3. cap. 3. de privileg. n. 217. Surd. conf. 368. n. 45. lib. 2. Carl. Ant. De Luc. in prax. Judic. cap. 42. n. pr.

69 Instrumentum inter ambas partes initum an sit edendum. Cancer. d. p. 1. cap. 19. n. 21. Carl. Ant. De Luc. loc. cit. n. 2.

70 Instrumentum exhiberi petens an censeatur approbare. An sufficiat indicare Notarium Carl. Ant. De Luc. in prax. Jud. cap. 51. n. 3. & 4.

71 Instrumentum à Notario confectum in antiquis probat, etiamsi non constet de Notariatu ejus, qui fuit de eo rogatus. Rot. cor. Burat. dec. 621. n. 2. & cor. Coccin. dec. 2358. num. 13. & seq. Ansald. dec. 14. n. 11.

72 Instrumenta probant consuetudinem circa ordinatoria Judicii, non autem circa decisoria. Simon. de Præt. conf. 79. n. 34. Rot. dec. 115. nu. 4. 5. p. 7. & dec. 164. n. 4. p. 17. rec. Ansald. dec. 50. n. 30.

73 Instrumenta debent denunciari, ne fraus fiat Gabellæ. Text. in l. fin. §. Divus ff. de Public. Boss. in tit. de fraud. vectigal. num. 10. Ansald. dec. 72. num. 31.

74 Instrumentum sicut in parte falsum præsumitur falsum in totum, ita in parte verum præsumitur verum in totum Ansald. decis. 54. n. 15. & 16. Emerix jun. dec. 906. n. 4.

75 Instrumentum rogatum per notarium vassalum an probet pro Barone, vel contra Baronem De Luc. de feud. disc. 29. per tot. & in annot.

76 Instrumentum investituræ, seu concessionis an probet dominium concedentis De Luc. de Feud. disc. 70. a nu. pr. & disc. 133. per tot. Vide Piton. de Jurepatr. alleg. 57. n. 90. tom. 2.

77 Instrumenta locationis, & libri gabellarum deserviunt pro liquidatione fructuum De Luc. de Judic. disc. 33. sub n. 58.

78 Una pars instrumenti aliam declarat Baldue. tit. 3. decis. 2. n. 8. Emerix jun. decis. 127. n. 5. decis. 1325. n. 29. Vide supra n. 64.

§. INSULTUS. XXVIII.

1 INsultus dicitur in alium saltus, vel motio corporis de loco ad locum cum impetu adversus aliquem præsumptio semper stat contra insultantem in dubio, ut prius ipse posuerit manus ad arma, & admenaverit, & ideò insultatus præsumitur fecisse ad sui defensionem, etiamsi se præparasset, & non expectasset se percuti, Card. Tusch. litt. I, concl. 263. per tot. Cabal. resol. crim. cas. 88. nu. 4. &c. dixi in resol. cap. 20. n. pr. &c. & in hoc opere §. Aggressio nu. 4. 5. & 6. latè Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1126. Vide Berlic. concl. 13. nn. 7. & 8. vol. 4. Bailic. decis. crim. 16. n. 30.

Plura quando dicatur insultus, vel assaltus, Boer. in tract. de Custod. Clavi n. 16. & 17.

Quomodo probetur insultus, vide Mascard. de probat. concl. 71. & conclus. 186. Menoch. de arbitr. cas. 363. per tot. Cabal. resol. crimin. 231. num. 6. & per tot. & dixi in cit. cap. 20. n. 3.

An autem quis præſumatur inſultans, vel inſultatus ubi non apparet quis ex rixantibus fuerit alterius provocator, vel aggreſſor, latè Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1128. *& concluſ.* 1244. dixi in §. *Aggreſſio nu. pr.* ubi plures allegavi, adde Conciol. *reſolut crim. verb. Aggreſſor. reſol. pr. verb. Provocatio reſolut.* 2. *& verb. Rixa reſolut. pr. per tot.* Matthæu. *de re crim. controv.* 22. Vide Chartar. *deciſ. crim.* 3. 76. & 87. Baſilie. *loc. cit.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. tract.* 10. *qu.* 4. *n.* 10.

2 Inſultu facto in uno loco, & vulnere, vel homicidio ſequuto alio loco, ſufficit in inquiſitione apponere locum vulneris, vel homicidii, quod tamquam majus confundit inſultum, ſicut etiam non eſt neceſſaria expreſſio loci mandati ad occidendum dati, niſi mandatum eſſet per ſe punibile, & non fuerit ſequutum homicidium, Boſſ. *de inquiſit. n.* 94. Cardin. Tuſch. *litt. I, concl.* 263. *n.* 15. *&c.* ubi etiam quod inſultus non confunditur cum delicto majore quando eſſet factus in diverſo territorio, quia tunc acceſſorium ſeparatur à principali, ſecundum Bald. *in cap. pr. §. Injuria de pac. jur. firm. in uſibus feud.* Franc. Aret. *conſ.* 10. *n.* 2.

Quòd inſultus confundantur cum homicidio ſequuto ex eodem impetu, & rixa, niſi pro utroque eſſet ſeparatim impoſita pœna à diverſis ſtatutis, vel niſi homicidium ſequeretur ex intervallo, vide Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 158. *per tot.* dixi in §. *Aggreſſio nu.* 3. §. *Delatio num.* & §. *Pœna num.*

3 Inſultus cum armis intelligitur etiam de eo, qui cum armis alium aggreſſus eſt, etiamſi arma non evaginaverit, vel extraxerit, & habet locum pœnæ ſtatuti punientis inſultum cum armis, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 90. Ricc. *Collect.* 1325. ubi alia de hac materia, de qua Barz. *deciſ.* 141. Theſ. *deciſ.* 35. Ant. de Ballis *tract. var lib.* 3. *caſ.* 2. *cum aliquibus ſeqq. & lib.* 5. *tit.* 43. *fol.* 236. ubi de inſultu cum inſtrumentis vituperoſi, nempe baculis, eujus pœna de jure eſt, *l. Juliæ de vi publ.* ſcilicet deportationis, & bonorum publicationis, eujus loco ſucceſſit hodie pœna arbitrarix à relegatione infra; vel ut certus eredo juxta facti, & perſonarum qualitates, ita ut poſſit eſſe triremium, quando ſcilicet ruſticus, vel plebeus nobilem cum baculo ad injuriam percuſſiſſet, vel de mandato alterius ac ita quandoque ſervarum ſcio.

Qualiter puniatur inſultus cum armis Cortiad. *deciſ.* 99. *num.* 38. *& ſeqq* Muſcatell. *in prax. tit. de vulner. nu.* 40. *&c.* Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 32. *&* 33. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 10. §. 3. *ad* 6. ubi plura de inſultu, & aliqua Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Inſultus*, vide in §. *Injuria* Baſilie. *dec. crimin.* 44. *n.* 16.

4 Inſultatus ab aliquo, ſi pro ſui defenſione ponat alium ante ſe uti clypeum, qui remaneat ab inſultante occiſus, non tenetur de homicidio, niſi doloſè id egerit; non tamen eſt immunis ab aliqua pœna extraordinaria propter exceſſum, ponendo tertium in periculo vitæ, Clat. §. *Homicidium n.* 24. ubi Bajard. *n.* 88. Farinac. *quæſt.* 125. *n.* 146. *&* 147. Conciol. *reſolut. crim. verb. Homicidium reſolut.* 9. *per tot.* dixi in §. *Aggreſſio num.* 9. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *ſect.* 10. *n.* 47. Baſilie. *deciſ. crimin.* 16. *n.* 24.

5 De provocante, provocato, & provocatione vide Conrad. Moller. ad Carpzov. Conciol. *in reſol. crim.* Berlich. *part.* 1. *concl.* 16. *&* 17. Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth.*, ubi multa, quæ conferunt ad materiam præſentis paragraphi.

§. INTERDICTUM. XXIX.

1 INterdictum Eccleſiaſticum quid ſit, unde originem habuerit, quotuplex, à quibus poſſit pronunciari, vel non, de ſeptem illius requiſitis, ſive conditionibus neceſſariis, quos liget, vel non, tempore interdicti, quæ ſint permiſſa, & quæ prohibita, qualiter puniantur illud non ſervantes, ſeu violantes, an ſit extendendum, vel reſtringendum, & alia plenè Card. Tuſch. *litt. I, concluſ.* 273. *& ſeqq. ad* 282. Dian. *reſolut. moral. part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 60. *cum pluribus ſeqq. per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 14. *nu.* 215. *& ſeqq.* Navat. *in Sum. cap.* 27. Ugolin. *de Cenſur. tom.* 2. *cap.* 18. Alter. *de Cenſur. tom.* 2. *rub. de interdict. diſput.* 1. *&c.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 4. *tit. de interdict.* Sayr. *de Cenſur. lib.* 5. *c.* 1. Caſtropal. *de Cenſur. diſp.* 5. Rot. *part.* 12. *rec. deciſ.* 43. ubi quòd licet interdictum, vel ſuſpenſio Univerſitatis, vel Capituli non afficiat innocentes quoad culpam, omnes tamen afficit quoad actiones, ut ibidem latè declarat, *& d. part.* 12. *deciſ.* 87. *per tot.* Santelic. *deciſ.* 357. *n.* 15. *cum Addit.* ubi plura quæ ſint prohibita, & quæ permiſſa tempore interdicti, Bich. *deciſ.* 587. latè Caſpenſ. *Curſ. Theol. tract.* 25. *diſput.* 4. *per tot. fol. mihi* 669. ubi quid, & quotuplex ſit interdictum, de illius effectibus, & cauſis, quomodo ceſſet, & tollatur &c.

Sed quòd data dilatione ad solvendum dotem, illa pendente, non debeatur interesse dotis (nisi sit conventum) cùm dies censeatur apposita in gratiam debitoris, & antè diem non incurratur mora, sine qua non debetur interesse, Abb. *in cap. salubriter n. 303. de usur.* Surd. *de aliment. tit. pr. q. 42. n. 50. & seqq.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 204. num.* 32. Mart. Medic. *dec. 14. n. 44. &c.* vide Rot. *part. 10. recent. decis. 206. nu. 5. et seqq. et part. 18. dec. 77.* ubi etiam quòd dicta mora non incurritur, quando dos fuit alternativè promissa ad electionem creditoris, & interesse non debetur nisi à die factæ electionis, & declarationis, eaque debitoris insinuata, &c. *dec.* 215. in eadem causa, ubi fuit confirmata præcedens decisio, quia obligatio conditionalis non habet effectum, nisi à die purificatæ conditionis, &c. Vide Altimar. *de nullit. rubr. pr. quæst. 8. n. 302. tom. 3.*

Interesse, & fructus dotis bona fide percepti, & 19
consumpti, non computantur in sortem, sive diminutionem dotis, nec admittitur allegatio erroris, vel ignorantiæ juris, Gratian. *discept. 920. num. 32. & 33.* sequitur Rot. *part. 9. rec. dec. 69. num. 7. et num. 20. et seqq.* ubi tamen aliter inducit nempè ut præsumatur præcessisse interpellatio, cujus vigore fructus viduæ debentur, vel quia ut hujusmodi fructus debeantur sufficit quòd debitor se habuerit pro interpellata, vel interpellationem remisecit, quòd facere potest, & dicitur fecisse dùm solvit, vide Rot. *par. 10. recent. decis. 188. per tot.* Francisc. de Angel. *d. q. 51. num. 14. & seqq.* Rot. *part. 18. recent. decis. 676. per tot.* ubi fuerunt imputati in sortem, cùm nulla observantia, & præscriptio possit reddere licitos fructus, qui aliàs de jure non debentur.

An autem è contra maritus faciat suos fructus alioquin sibi non debitos, si fructus dotis non sint sufficientes ad onera matrimonii, & illos in usum communem matrimonii converterit, vide Ruin. *cons. 22. num. 13. lib. pr.* Rot. *par. 9. recent. dec. 319. nu. 2. & per tot.* ubi negativè concludit *infra nu. 23. & in §. Fructus n. 41.* Aretin. *cons. 159. n. 7.*

Interesse dotis consistentis in bonis stabilibus 20
debetur viduæ, si soluto matrimonio non fuerit ei statim dos restituta, Gratian. *decis. 610. nu. 14. &c.* Mart. Medic. *decis. Sen. Exam. 54. n. 26. & seqq.* ubi etiam quomodo debeatur, si dos consistat in mobilibus infructuosis, vide in §. *Alimenta nu. 2. & Dos num.* Francisc. de Angelis *d. qu. 51.* ubi plura.

Qualiter intra annum debeantur alimenta viduæ, Straban. *de intereſſ. lib. 2. tit. 3. quæst. 5. per tot.* dixi in locis citatis, latè Surd. *de aliment. tit. pr. quæst. 44. & 45.* ubi etiam post annum, si aliundè non habeat, latè Boss. *de dot. cap. 20. num. 94. & seqq. fol. 748.* ubi benè probat viduæ deberi alimenta, vel interesse dotis, etiam post annum luctus, & licèt ha- 21
beat aliundè, cùm id procedat ex natura contractus dotis, & licèt dos consistat in pecunia, contrariisque satisfacit, inferendo etiam loco alimentorum posse stipulari sibi annuam quantitatem donec dos restituatur, ac valere pactum hujusmodi in ipsa dotis constitutione, aliaque ad favorem viduarum in hac materia, & facit Rot. *part. 18. recent. decis. 727. n. 52. & seqq. per tot.*

Interesse dotis consistentis in pecunia numerata, 22
& non restitutæ post solutum matrimonium, peti potest per mulierem, maximè post annum à die soluti matrimonii, ut videtur sentire Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 4. num. 52.* facit quòd dixi in §. *Fructus n. & §. Dos num.* latè Boss. *loc. cit.*

Multa de fructibus dotis debitis mulieri viduæ, & de interpellatione necessaria Gratian. *discept. forens. capit. 466. num. 11. &c. & decis. 126. per tot.* Surd. *de aliment. tit. pr. quæst. 44. & 45.* Peregrin. *decis. 121.* Rot. *part. 10. recent. decis. 188.* ubi plura de interpretatione Statuti Urbis lib. 1. cap. 157. deferentis viduæ fructus dotis ad rationem septem cum dimidio, ut procedat interpellatione facta contra hæredes mariti, etiamsi agatur contra tertios possessores, aliàs secùs, vide latè Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. pr. quæst. 11. per tot.* & latiùs Calvin. *de æquit. lib. pr. cap. 64. per tot.* Rot. *part. 18. recent. decis. 727. per tot.* Altimar. *de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. a n. 1159. tom. 5.*

Contrariam tamen sententiam tamquam veriorem amplectitur in terminis juris communis, idem Gratian. *discept. forens. cap. 244. per tot. cap. 34. num. 47. cap. 575. numer. 39. &c. cap. 700. num. 57. etc. cap. 853. num. 13. etc. cap. 240. numer. 3. &c.* ubi an saltem peti possit interesse tamquam lucrum cessans, vel damnum emergens, Ursil. ad Afflict. *decis.* 370. latè Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. quæst. 80. per tot.* Thes. *decis. 43. 44. & 45.* qui tamen reprehenditur à Gratian. *d. cap. 240. num. 4. & 18.* Altograd. *cons. 21. num. 43. lib. 2.* ubi etiam *num.* 53. vide Urceol. *consult. forens. cap. 29. num. 15. etc. per tot.* ubi infert

decisionem Rot. Bon. coram Borello de anno 1659. 23. Junii, latiùs idem Urceol. cap. 39. num. 21. et seqq. per tot. ubi plura hinc indè, an debeatur interesse, quando fuit dos legata unà cum fructibus ad rationem &c. donec restituatur, & pluries citat meas resolutiones cap. 50. licèt non sequatur id, quod probavi ibidem num. 3. vide Rot. part. 12. recent. decis. 129. num. 94. etc. Olea de cess. jur. tit. 6. quæst. 2. num. 35. etc. ubi tamen quòd indulgetur viduis, ut etiam non strictè probato interesse, vel damno possint usuras recipere, propter frequentes annuorum redditnum venditiones, & sic probato interesse, etiam præsumptivè tantùm, quòd non sufficit in aliis, & an hujusmodi privilegium transeat in cessionarium.

De prædicta conclusione videndus latè Mart. Medic. Exam. 54. et decis. 89. per tot. cum Addit. de anno 1665. ubi in Exam. firmat, post annum luctus regulariter non deberi interesse, vel alimenta dotis viduæ ab hæredibus mariti nisi aliter sit permissum vigore Statuti, vel Consuetudinis, prout Romæ, Florentiæ, & alibi, vel nisi dos consistat in bonis, vel etiam pecunia fructifera, vel ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, & in aliis casibus per eum relatis, ac supra per me recensitis: intra annum verò luctus regulariter deberi alimenta viduæ ab hæredibus viri, latè ostendit idem Mart. Medic. d. decis. 89. per tot. cum Addit. vide in §. Alimenta num. 2. §. Dos num. & §. Vidua numer. 2. &c. Peregrin. decis. 221. ubi plura in terminis statuti Patavini, Afflict. decis. 284. Thes. decis. 45. & alios plures ab ipsis citatos, & melius de omnibus prædictis, Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. pr. quæst. 11. per tot. ubi alia plura notabilia de hac materia, & ad satnritatem, Calvin. de æquit. lib. pr. cap. 64. plenè etiam Boss. de dot. cap. 20. per tot. fol. mihi 719. &c. præcipuè autem num. 94. & seqq. fol. 74. ut dixi supra an. 20. Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 2. Rub. 47. per tot. ubi plura de materia, & Rub. seqq. Latè Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. cap. 244. Altimar. loc. cit.

22 Interesse dotis ex statuto Urbis Romæ debetur viduæ etiam diviri, & aliundè habenti alimenta, nec est necessaria interpellatio, quando agitur contra promissorem, & ejus defectus in omnem casum debet probari ab allegante indebitam solutionem: ac ex diuturnitate temporis præsumitur, Gratian. discept. forens. cap. 920. num. 9. &c. Rot part. 10. recent. decis. 188. ubi de interpretatione dicti statuti Urbis, & part. 13. decis. 357. num. pr. &c. ubi quòd debentur viduæ ab hæredibus viri à die interpellationis ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario ad normam dicti statuti lib. 1. cap. 137. in Rota semper admissam, eadem Rot. part. 14. decis. 318. ubi plura de dicto statuto, ut ejus vigore debeantur fructus ad rationem septem cum dimidio à die contracti matrimonii, & onerum sustentatione, etiamsi dos non fuerit promissa à patre, qui illam constituere tenebatur filiæ sine ejus consensu viro digno nuptæ, ut dixi in §. Pater num. 9. & §. Filia num. 75. Rot. part. 18. recent. decis. 177. ubi quòd licèt maritus mitiùs agendo constante matrimonio receperit interesse ad minorem taxam, non præjudicat uxori, quæ soluto matrimonio, & sibi dote non restituta potest exigere interesse ad formam statuti, & decis. 727. num. 27. ubi quòd fructus dotis reducti ad minorem summam cum pacto resolutivo in casu non implementi, eo non facto, debentur ad normam statuti, nec est locus purgationi moræ stante dicto pacto resolutivo ex defectu consensus, & decis. 774. num. 3. et seqq. dict. part. 18. ubi quòd pactum in minori summa pro dote solvenda, non præjudicat in casu restitutionis ut supra. De quibus omnibus latè Constantin. ad Statut. Urb. annot. 34. per tot. tom. 2. Altimar. ubi supra.

Quando debeatur ad rationem quinque tantùm pro centenario, Rot. part. 14. recent. decis. 413. n. 11. et seqq. inf. n. 28. Bich. dec. 99. ubi quando fuit ita conventum, cùm possit ab initio taxari, & tunc non procedit dictum statutum. Facit Constantin. loc. cit. art. pr. nu. 109. Altimar. supra n. 1253.

Quòd interesse dotis non restitutæ non debeatur viduæ, nisi duo concurrant, & probentur, nempè interpellatio cum possibili diligentia pro illa repetenda, & quòd non habeat aliundè vivere, ita ut consuetudo solvendi hujusmodi interesse hoc modo secundum jus commune sit intelligenda, vel habita ratione lucri cessantis, si mulier sit solita negotiari, vel damni emergentis, & non aliter, Duran. decis. 176. n. 4. et seqq. Mart. Medic. Exam. 54. num. 37. etc. Urceol. Consult. forens. cap. 29. num. 15. et seqq. per tot. cum decis. Rot. Bonon. coram Borello num. 56. quam ibi inserit, idem Urceol. cap. 39. num. 36. ubi plures allegat decisiones, Sperel. decis. 84. num. 43. et seqq. et nu. 58. ubi quòd vidua potest cum hæredibus viri pacisci de certo interesse, donec dos sibi restituatur, dummodò damno emergenti commensuretur.

Quòd interesse dotis nō debeatur viduę quotiescumque poterat ex rebus mariti, quas uti tutrix administrabat, sibi solvere, & satisfacere de sua dote, & quamvis Gratian. discept. for. cap. 129. n. 32. auctoritate Surd. de aliment. quæst. 45. n. 74. teneat posse saltem peti illud lucrum, quod ex bonis fuisset diminutum, si sibi solvisset, & idem esse in aliis administratoribus, tamen vel reprobatur, vel debet intellig. ubi creditum erat frugiferum, ut latè probat Urceol. consult. forens. cap. 29. n. 15. & seqq. per tot. una cum decisione Borelli, quam ibi inserit.

Interesse dotis debetur marito absque aliqua mora, vel interpellatione, eo ipso quòd sustinet onera matrimonii juxta cap. salubriter. de usur. nisi fuerit data dilatio ad solvendum absque interesse, vel nisi dos fuerit promissa ad omne beneplacitum, & petitionem, quia tunc requireretur interpellatio, & dicta procedunt, etiamsi maritus non adimpleverit promissa in faciendo renunciare bonis paternis, & similibus, cùm hujusmodi exceptio admittatur tantum in ipsa dote, non autem in usuris, quas statim lucratur maritus sustinendo onera matrimonii, Gratian. discept. for. cap. 26. per tot. cap. 843. nu. 14. &c. cap. 823. n. 26. cap. 100. n. 21. &c. Cabal. cons. 46. lib. 1. Magon. decis. Flor. 83. n. 1. &c. Ludov. cum Beltramin. decis. 573. Staiban. de Interess. lib. 2. tit. 3. per tot. Boss. tract. de dot. cap. 20. nu. 28. & seqq. fol. 726. &c. Ricc. Collect. 3568. Urceol. consult. forens. cap. 15. n. 1. &c. & per tot. & in Append. vol. 2. fol. 14. latè Guttierez. in Prax. quæst. 91. per tot. Cavaler. decis. 292. dixi in resol. cap. 50. nu. 1. vide Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst. 11. & dixi §. Exceptio n. & §. Usura num. 10. Merlin. decis. 457. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. per tot. latè Rot. part. 11. recent. decis. 123. per tot. & part. 17. decis. 127. n. 1. & seqq. & decis. 334. per tot. Leotard. de usur. quæst. 29. Olea de cess. jur. tit. 6. q. 2. n. 27. & seqq. per tot. ubi an privilegium percipiendi usuras, vel lucrandi fructus pignoris transeat in cessionarium, & refert varias opiniones, & distinctiones recedendo in aliquibus à Leotardo, vide Rot. part. 17. recent. decis. 334. nu. 11. & 12. ubi quod si cessio fuit facta in solutum recepto pretio, fructus dotales non debentur cessionario, secùs autem si cessio fuit facta simpliciter pro solvendo, quæ sicuti non liberat cedentem, ita ipse remanet creditor fructuum, & part. 18. dec. 350. ubi etiam quòd dictum interesse dotale debetur ex legato relicto pro dote, & in dotem assignato, & tantò magis si concurrant requisita Castrensis, Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 15. fol. 196. &c. ubi quando marito fuit assignatus fundus frugifer, an imputet in dotem fructus perceptos, vel illos lucretur, & alia plura de fructibus dotis marito debitis ob onera matrimonii, idem Fontanel. claus. 6. glos. 2. fol. 260. & 287. &c. vide Constantin. ubi supra nu. 1. Altimar. de nullit. rubr. 1. part. 3. quæst. 35. a n. 1152. tom. 5. 23

Quòd interesse dotis non debeatur marito post mortem uxoris, etiam extantibus filiis, & licèt fuerit conventum contra Gratianum, nisi aliundè justificetur, & quomodo latè probat Andreol. contr. 391. per tot. Constantin. loc. cit. art. 2. in princ.

Quid autem si sit solutum matrimonium per mortem mariti, qualiter ejus filii, & hæredes possint agere ad interesse contra promissores dotis non solu-

tæ

ræ idem Andreol. *contr.* 405. *per tot.* sicut, & uxor ad tradita pes Tondut. *quæst. civil.* 145. *part.* 2.

Quòd interpellatio non sit necessaria, cum mora contrahatur eo ipso, quòd, vir incipit sustinera onera matrimonii, ita ut effectus talis moræ jam contractæ transeat etiam ad hæredes debitoris, Altograd. *cons.* 32. *a.* 5. *&c. lib.* 1. Surd. *de alimeat. tit.* 1. *q.* 42. *a.* 133. *& decis.* 240. *per tot.* Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 382. Urceol. *Consult. forens. cap.* 15. *num.* 9. *&c. supra n.* 17. Ridolphio. *in Prax. part.* 3. *cap.* 5. *a.* 449. *&c.* ubi quod sustentatio onarum matrimonii habet vim interpellationis, & dies, ac juramentum interpellant, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 20. *nu.* 5. *& seqq.* ubi atiam quòd competit via executiva, cum loco alimentorum succedat, *& part.* 17. *dec.* 227. Constantin. *loc. cit. art. pr. n.* 2. 29. *&* 36.

Quòd pro tempore, quo maritus cum uxore permanet in domo soceri, non debeatus interesse dotis, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 258.

Quòd concurrentibus his tribus sequisitis, nempè promissione dotis, matrimonium, & onerum sustentatione, debeatur marito interessa dotis, vide latè exaratum per Mart. Medic. *Exam.* 7. *per tot.* Merlin. *dec.* 457. Surd. *de alimeat. tit. pr. quæst.* 42. *per tot.* Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 127. *an. pr. & seqq. & decis.* 334. ubi tamen quòd non deberur pro tempore dilatæ solutionis, sed tantùm adveniente die pro rata maturata absque alia ioterpellatione.

Quid in parapherno promisso in pecunia, vide §. *Bona a.* 11. & non deberi latè probat Ludov. *decis.* 80. Cabal. *consil.* 46. *n.* 13. *& seqq. lib.* 1. Rot. *part.* 26. *recent. decis.* 419. *& part.* 18. *dec.* 177. ubi quòd verum est in parapherno promisso separarim à dote, secùs autem si cum ipsa dote, ac uti pars dotis, quia tunc debetur interesse, prout in dote.

Intellige prædicta in patra, vel fratra dotem promittente, nam si agatur de extraneo dotis promissore, non tenetur ad interesse statim contracto matrimonio, sed tantùm post biennium, nisi de breviori tampore actum fuerit, Peregrin. *decis.* 121. *a.* 4. Francisc. de Angelis *d quæst.* 11. *an.* 29. Sperel. *dec.* 84. *a.* 2. *ubi etiam a.* 59. ampliar ad matrimonium spirituale, ut sic monasterium licitè percipiat interesse, donec eleemosyna dotalis solvatur, quamvis hodie antè omnia deponarur juxta decreta Congregationis Eminentissimorum Cardinalium, vide in §. *Monasterium aum.* Cancer. *var. resol. part. pr. cap.* 9. *a.* 160.

Si tamen hujusmodi interesse fuerit solutum marito ultrà quantitatem debitam, singulis annis pro rata excessus imputatur in sortem, ita ut quolibet anno pro illa tata sors decrescit, ut latè firmatum fuit par Rot. in Bononien. dotis *part.* 9. *rec. decis.* 231. *& decis.* 319. *per tot. dixi in §. Fructus a.* 41.

Quòd marito mercarori debeatur interesse dotis ad rationem lucri cessantis, & damni emergentis, & usque ad quam summam, latè Mart. Medic. *dec.* 24. *per tot.* ubi fuit taxatam ad septem pro centenario, & anno, Peregrin. *dec.* 121. *in fine.*

Si marito nulla facta fuerit promissio dotia, sed ipsi puellæ fuerit dos promissa, vel legata, an maritus possit petere interesse, negativè concludit Peregrin. *decis.* 121. *n.* 5.

Quòd fructus dotis non ad maritum, sed ad uxorem pertineant, etiam constante matrimonio, si ille onera matrimonii non sustinoir, imò teneatur supplere pro rata dotis penes eum existentis, Rot. *part.* 30. *recent. dec.* 239. *n.* 13. *&c.*

Qualiter interesse dotis possit ab initio taxari, & alia ad rem, Cabal. *cons. decis.* 46. *per tot. lib.* 1.

24 Interesse dotis (quidquid nonnulli cootrarium senserint) juxta magis veram, & approbatam sententiam, non debetur marito, soluro matrimonio, etiamsi ex uxore prædefuncta permanserint filii, & sic seliquiæ ejusdem matrimonii, cum tunc desinat esse maritus, nec amplius dicatur sustinere onera matrimonii, sed propria, imò filii non dicuntur onus patris, sed solatiom, Gratian. *discept. forens. cap.* 240. *a.* 19. *&c. cap.* 417. *per tot. & in Addit. illius tomi tertii cap.* 524. *nu.* 31. *cap.* 881. *an.* 22. *& cap.* 872. *n.* 22. *etc.* Urceol. *consult. forens. c.* 15. *a.* 21. *etc. et cap.* 39. *n.* 24. Merlin. *decis.* 457. *nu.* 20. *etc.* Hermosil. *in l.* 10. *glos.* 4. *tit.* 1. *part.* 5. *n.* 166. *et seqq.* Urceol. *in Append. ad dict. cap.* 15. *n.* 21. *vol.* 2. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 194. *n.* 3. *et part.* 13. *decis* 230. *nu.* 8. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 573. *nu.* 17. Bich. *decis.* 487. *per tot.* latè Mart. Medic. *decis.* 13. *per tot.* ubi tamen in fine ostendit prout in *decis.* 14. posse etiam soluto matrimonio deberi interesse mariro, si non ratione onerum matrimonii, saltem ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, concurrentibus debitis requisitis, Gratian. *in d. Addit. ad cap.* 427. *vers. quamvis tamen*, vide latè Leotard. *de usur. quæst.* 30. *per tot.* ubi reprehendit Mart. Medic. qui tamen *in Addit. ad d. decis.* 15. dicit nimis audacter Leotardum loqui, & suam opinionem aliis auctoritatibus, & decisionibus confirmat, De Luc. *de dot. disc.* 161. Palm. *nep. alleg.* 287. *n.* 20. *tam.* 3.

Valeret tamen pactum de solvendis hujosmodi fructibus, etiam soluto matrimonio, ita ut simpliciter initum non restringatur ad tempus constantis matrimonii, ad tradita per Grarian. *discept. for. c.* 920. *n.* 20. *et* 36. *cap.* 857. *a.* 8. ubi elicit tale pactum ax psomissione restiturionis dotis, *et in Addit. tom.* 3. *ad cap.* 427. *vers. quamvis tamen*, Rot. in Romana fructuum dotis 12. Junii 1606. coram Penia, & 27. Februarii antecedentis coram eodem in eadem causa, & in Bonon. dotis 9. Decemb. 1619. dixi in meis sesolut. *cap.* 50. *n.* 3. Antonin. de Amat. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 83. vida Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib. pr. quest.* 11. ubi sæpè citat, atque approbat dictam meam resolut. 50.

Contrarium autem, nempè hujusmodi pactum esse damnatum, & usurarium à quocunque sit factum, de solvendis fructibus post solutum matrimonium, etiam si extent filii, pluribus citatis probant Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 294. *nu.* 3. Merlin. *dec.* 457. *n.* 20. Bich. *decis.* 487. *per tot.* Urceol. *consult. forens. cap.* 39. *a.* 24. *etc.* fatetur tamen *sub n.* 20. *et* 21. controversissimam esse opinionem, & hinc inde per juris, DD. & Theologos communem appellari, undè si ratione dixit, me, & Antonin. *loc. cit.* malè tenuisse, cùm, ut ipsemet testatur, & constar ex supracitatis, sit vera, & communis altera etiam opinio suprarelata, & quatenus Urceol. in hoc verum diceret, posset absqua dubio procedere dicta prima opinio ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, vel quando asset in arbitrio debitoris solvere dotem, vel fructus pro majori, illius commoditste, & non in arbitrio creditoris exigere, vel differre causa lucrandi fructus, juxta superiùs dicta, & ad latè tradita per Gratian. *d. cap.* 920. *per tot.* quamvis videatur sibi contradicere *in cap.* 240. *an.* 18. Constantin. *ad statut. Urb. annot.* 34. *art.* 2. *n.* 181. *tom.* 2.

Quòd stante Statuto Urbis lib. 1. cap. 137. in fine post mortem uxoris, cum filiis, maritus licitè percipiat fructus vigore illius, idem Gratian. *d. cap.* 920. *n.* 1. *&c.* vide supra *a.* 21.

Quòd valeat pactum saltem duranta mattimonio, cùm etiam sine illo debeatur interesse pro rempore constantis matrimonii, latè Sperel. *decis.* 84. *per tot. & decis.* 119. *a.* 18. *&* 44. Merlin. *decis.* 886.

Quòd interesse dotis consistentis in pecunis, mortua uxore non debeatur, etiamsi conventum fuerit de investimento in censibus, si illud sequtum non fuerit, & alia ad propositum, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 258. *per tot.* vide supra *n.* 14. *&* 16. Sed contra quòd imò debestur interesse, etiam post mortem uxoris, quando debitor dotis renebatur illam investire, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 220. *n.* 17. *&c. dec.* 294. *n.* 4. vel quando fuerunt promissa loca montium, & non tradita, com tunc ob factum promissum non adimpletum debeantur damna, & interesse ad eamdem tationem, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 116. ubi de dote Monialis promissa Monasterio in locis Montium, vide supra *n.* 14. *& seqq.* Bich. *dec.* 487. *a.* 3. *& seqq.* ubi benè distinguit.

Interesse dotis an debeatur à promittentibus illam 25 propter moram in solvendo, & quid si matrimonium sit solutum per mortem viri, an debeatur ejus hæredibus, Neguf. *de pign. part.* 5. *membr.* 5. *nu.* 16.

Gratian. *discept. forens. cap.* 143. *per tot. cap.* 848. *num.* 26. Sperel. *decis.* 84. *per tot.* Leotard. *de usur. quæst.* 30. *n.* 30. dixi supra *num.* 17. Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Quòd interesse dotis post solutum matrimonium, non debeatur ab hæredibus patris promittentis, licèt supersint filii ex illo matrimonio, Beltram. ad Ludovis. 573. *n.* 17. Gratian. *discept. for. cap.* 244. *num.* 1. *cap.* 427. *per tot. & cap.* 524. *nu.* 51. Idem Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Contrarium tamen ubi adsunt filii, (cessante auctoritate Rotæ) verius, & receptius esse ostendit Altograd. *cons*, 32. *n.* 18. *lib.* 1. sed non recedas à dictis supra *num.* 17. & 24. vide Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 171. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd viduæ debentut fructus dotis à patre, vel fratribus promissæ, & non solutæ, vel ratione alimentorum, vel ratione fructuum legitimæ, cujus loco succedit dos, ad rationem quinque pro centenario juxta taxam legalem, etiamsi non probaverit se non habere undè vivere, quia mulier non præsumitur habere nisi dotem, vide supra *num.* 17. Rot. *part.* 16. *decis.* 65. *per tot.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 1. *qu.* 11. *per tot.* ubi plene de hac materia.

26 Interesse dotis non restitutæ ab hæredibus primi viri in mora constitutis, si vidua ad secundas nuptias transitum fecit, debetur secundo marito onera matrimonii sustinenti, non autem uxori, nec ejus hæredibus, Duran. *decis.* 176. *n.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 143. *n.* 23. *&c. cap.* 240. *n.* 22. *&c. dec.* 126. *num.* 11. *&c.* Mart. Medic. *Exam.* 54. *nu.* 47. *&c.* facit Surd. *decis.* 240. *n.* 8. *& per tot.* quæ est repetita *decis.* 341. *lib.* 2. ubi requirit moram, & qualiter inducatur, latè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 188. *n.* 16. *&c.* ubi quòd licèt secundo marito debeatur à promissore dotis, tamen secus est ab hæredibus primi viri, nisi fuerint interpellati juxta aliam decisionem in Spoletana fructuum dotis 18. Maii 1633. coram Panzitolo *part.* 5. *rec. decis.* 527. & alibi Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 272. *per tot.* Francisc. de Angelis *in sæpe supracit. quæst.* 11. *nu.* 9. *& seqq.* ubi quod adversus hæredes primi viri non debentur fructus uxori, & secunda marito sine interpellatione, & alia ad rem, Rot. *part.* 18. *decis.* 727. *per tot.* Constantin. *ad Statut. Urb. annot.* 34. *art. pr. à n.* 54. *tom.* 2.

Quòd cum interesse dotis debeatur viduæ pro alimentis, casset si transivit ad secunda vota, quia in maritum transit onus illam alendi, nec etiam debeatur marito, cui magnam dotem assignavit, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 676. *n.* 9. *& seqq.* ubi tamen loquitur pro rata secundo viro non assignata, sed sibi uti paraphernale retenta: nam si agatur de dote, post moram hæredum primi viri, debentur fructus, etiamsi vidua renupserit, & sic habeat virum, à quo sit alenda, sive quia debentur, licèt mulier habeat aliundè, sive quia maritus, cui dos non fuit soluta, illam alere non tenetur, & petendi sunt per mulierem, non tamquam fructus dotis secundi matrimonii, quo casu actio competeret viro, sed tamquam fructus dotis non restitutæ primi matrimonii, pro quibus competit actio directa ipsi mulieri, ut latè declarat Rot. *dict. part.* 18. *decis.* 727. *per tot. & part.* 19. *decis.* 5. *& decis.* 74. *per tot. in eadem* 184.

27 Interesse dotis petitur eadem actione, qna doa ipsa, & venit sub promissione dotis tamquam accessorium ac debetur etiam pro augmento dotis, tamquam ipsius dotis accessorio, Gratian. *discept. for. cap.* 726. *n.* 21. *&c. cap.* 823. *n.* 21. *&c.* Et interesse dotis gaudet eisdem privilegiis, quibus gaudet ipsa dos Palm. nep. *alleg.* 69. *n.* 9. *vol.* 1.

Et cum competat marito ex privilegio propter onera matrimonii (quidquid sit pro tempore præterito) pro tempore futuro cedi non potest, & ex mutatione personæ cessat, idem Gratian. *c.* 848. *n.* 25. *&c.* Pacis. de Salvian. *inspect.* 4. *cap.* 1. *nu.* 56. *&c.* Merlin. *decis.* 25. *num.* 12. Francisc. de Angel. *d. quæst.* 11. *n.* 11.

28 Interesse dotis potest exigi ad rationem quinque pro centenario, & anno pro alenda uxore, & sustinendis oneribus matrimonii, juxta *cap. salubriter de usur.* Cabal. *consil. decis.* 46. *lib.* 1. Gratian. *cap.* 240. *n.* 4. Magon. *decis. Flor.* 42. *n.* 11. Sperel. *dec.* 84. *n.* 49. *&c.* vide Ridolphin. *in prax. part.* 3. *c.* 5. *n.* 448. *& seqq* Merlin. *decis.* 537. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 127. *n.* 4. *& seqq.* Francisc. de Angel. *dict. quæst.* 11. *n.* 53. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *à n.* 1152. *tom.* 5.

Quòd debeat taxari secundùm morem regionis, & statuta, Gratian. *cap.* 726. *nu.* 14. *&c. cap* 759. *num.* 16. *&c. cap.* 920. *num.* 24. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 83. *n.* 3. Urceol. *Consult. forens. cap.* 15. *n.* 23. *&c.* Duran. *decis.* 419. *nu.* 1. *& seqq.* Mart. Medic. *decis.* 14. *per totam*, ubi fuit taxatum ad septem pro centenario ratione lucri cessantis, & damni emergentis, cum ageretur de marito solito negociari, & fuerint probata requisita necessaria, vide supra *n.* 22. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 3. *quæst.* 35. *n.* 1154. *tom.* 5.

Quod possit induci, & taxari à statuto, & consuetudine, Tusch. *litt. I, concl.* 312. Merlin. *decis.* 537. ubi de interpretatione hujusmodi statuti:

Quòd vigore Statuti Urbis lib. 1. cap. 135. taxetur ad rationem septem cum dimidio, nisi tamen fuerit aliter ab ipsis partibus taxatum, prout taxari potest, & tunc debet attendi conventio, & non statutum, Rot. *part.* 9. *rec. decis* 113. *nu.* 3. *& seqq. part.* 11. *decis.* 323. *num.* 16. *part.* 16. *dec.* 272. ubi tamen quòd conventio facta à sola uxore non præjudicat viro, *& part.* 18. *decis.* 435. ubi quid stante taxatione in minori quantitate cum pacto resolutivo in casu moræ, & an mora purgari possit.

Vigore statuti Bononiæ taxatur ad rationem septem pro centenario, ut testatur Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 123. *n.* 3. ubi plures decisiones concordantes allegat.

Vigore statuti Anconæ ad rationem decem pro centenario, Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 131. *n.* 5.

Vigore statuti Ferrariæ, & Massæ ad rationem septem pro centenario, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 511. *n.* 22.

In Regno Siciliæ, & Insula Melevitana ad rationem septem pro centenario, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 382. *n.* 3. *&c.*

Vigore statuti Ravennæ lib. 3. Rub. 18. ad rationem septem pro centenario, Ludovis. *decis.* 93. *num. pr.* Rot. post Urceol. *de transact. decis.* 58. *nu.* 13. *& part.* 17. *recent. decis.* 334. *n.* 13. *&* 398. *nu.* 15. De quibus omnibus Constantin. *loc. cit. à n.* 108.

Florentiæ solvitur ad rationem quinque pro centenario, nisi aliter fuerit conventum.

Interesse dotis an possit peri post decennium, sive potius per tanti temporis taciturnitatem censeatur remissum, vide in *§. Maritus n.* 25. *§. Usura num.* Sperel. *decis.* 84. *n.* 36. Ridolphin. *in Prax. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 451. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3569. Ludovis. *decis.* 93. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 127. *n.* 6. *& seqq.* latè Boss. *de dote cap.* 20. *num.* 70. *& seqq. fol.* 741. Constantin. *loc. cit. n.* 150. Gall. *de fruct. disput.* 20. *§.* 2. *a num.* 59. Altimar. *loc. cit. num.* 1155. 29

Interesse dotis, vel simile, quod venit non principaliter sed accessoriè, & judicis officio, recepta sorte principali, amplius prætendi non potest, quando verò debetur ex vi promissionis, & actionis, & sic principaliter, & non solo judicis officio, secùs est, & peti potest de per se, etiam post receptionem sortis principalis, Gratian. *discept. for. cap.* 244. *n.* 33. *cap.* 240. *n.* 25. *cap.* 33. *nu.* 13. *cap.* 130. *nu.* 33. *cap.* 143. *n.* 17. *cap.* 455. *n.* 27. *cap.* 857. *n.* 5. *&* 18. Menoch. *lib.* 3. *præs.* 25. *n.* 13. *&c.* Card. Tusch. *litt. I, concl.* 305. *&* 306. Magon. *dec. Flor.* 42. *n.* 12. *&c.* benè Staiban. *de interess. lib.* 1. *q.* 23. *per tot. & lib.* 2. *tit.* 3. *q.* 3. *per tot.* ubi de interesse dotis, quando debeatur jure actionis, vel officio judicis, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 93. *per tot.* vide Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 245. *per tot. & part.* 17. *dec.* 127. *nu.* 13. *& seqq.* ubi quod debeatur jure actionis, & peti potest, etiam recepta sorte ex pluribus rationibus ibidem perpensis, & idem firmat Francisc. de Angelis *de confess. lib.* 1. *quæst.* 11. *nu.* 52. Constantin. *loc. adduct.* 30

duct. à n. 136. Gall. loc. cit. n. 55. Altimar. ubi supra n. 1158.

Quòd interesse dotis debeatur jure actionis, & peti possit per se, etiam post receptam sortem principalem, latè probat Magon. decis. Flor. 83. per tot. de quo plenè in utramque partem Surd. de alim. tit. 1. quæst. 43. Mart. Medic. decis. 16. per tot. & Exam. 8. per tot. Urceol. consult. forens. cap. 15. n. 38. & seqq. vide in §. Dominus n. & §. Solutio n. 16. §. Fructus nu. 11. in fine, Rot. part. 26. rec. decis. 245. per tot. ubi quod cessante pacto, statuto, & æquitate cessat etiam officium judicis, & recepta sorte, etiam cum protestatione, non potest amplius interesse dotis obtineri, maximè post longum temporis intervallum cum silentio.

Quòd interesse, sicut & pœna censeatur remissum per sortis receptionem, Menoch. lib. 3. præsumpt. 213. facit latè Surd. decis. 345. lib. 2. vide in §. creditor n 47. plenè, & distinctè quando per receptionem sortis dicatur remissa usura, & Interesse, sive pœna, fructus, & similia accessoria, Mart. Medic. Exam. 8. & decis. 16. per tot. Sperel. decis. 118. num. 46. & seqq. Ricc. Collect. 3398. Gait. de credit. cap. 3. tit. pr. num. 56. cum multis seqq. Ludovis. cum Beltram. decis. 93. Rot part. 26. recent. decis. 245. per tot. Constantin. ubi supra n. 144. Altimar. de nullit. rubr. pr. part. 3. quæst. 35. num. 1158. tom. 5. & rubr. pr. part. 5. quæst. 47. n. 488. tom. 7. remissivè.

Quòd solutio facta etiam pro residuo referatur ad sortem, & non ad fructus, nisi præcesserit petitio etiam fructuum, vel aliter constet de illorum comprehensione, Rot. part. 26. recent. decis. 364. num. 6. &c.

31 Interesse pecuniarum pupillarium, quas tutor tenuit otiosas, debetur pupillo, probata culpa, & negligentia tutoris, ne aliis pro eo cumulatis per Gratian. discept. forens. cap. 240. num. 9. &c. num. 26. &c. pulchrè Montan. de tut. cap. 31. reg. 9. num. 170. & seqq. ad 207. fol. mihi 126. ubi benè declarat Magon. decis. Flor. pr. n. 51. &c. Franch. decis. 16. Sperel. decis. 90. per tot. Leotard. de usur. quæst. 20. per tot. vide in §. Minor nu. 30. Paul. Christin. decis. Belgic. 46. vol. 3. & decis. 166. num. 167. vol. 3. ubi qualiter istud procedat etiam de jure canonico, sed rusticus possit excusari ab hujusmodi interesse. Intellige quatenus verè interest pupilli, & probatis requisitis in aliis casibus necessariis, cùm hodie usuræ pupillares, quæ olim de jure civili in pœnam debebantur sint abrogatæ, & reductæ ad verum interesse probandum cum debitis requisitis, ut benè explicant Gratian. & Leotard. in locis citatis, ubi quod nihil singulare hac in re favore minorũ est constitutum, Bicch. decis. 26. n. 15. &c. Roderic de ann. redit. lib. 3. quæst. 10. per tot. Ludovis. Bell. consil. 228. cum duobus seqq. Altimar. de nullit. rub. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. sub n. 569. tom. 8.

Quòd non debeatur dictum interesse, nisi etiam probetur tutorem habuisse promptam, & tutam occasionem investiendi, Bart. in l. tutor §. si post depositionem n. 3. ff. de admin. & peric. tut. Sperel. decis. 90. num. 13. cum aliis per Rot. part. 15. recent. decis. 389. n. 5. & decis. 390. num. 25. vide in §. Tutor num. 30. Et quod interesse solutum ob moram tutoris potest à pupillo repeti Altimar. de nullit. rub. 2. & 3. quæst. pr. sect. pr. n. 569. tom. 8.

32 Interesse rei judicatę debetur quando debitor condẽnatus non solvit, l. pr. & tot. tit. Cod. de usur. rei jud.

Sed quamvis per jus civile sit statuta usura centesima contra condemnatum non solventem, illa circumscripta debet liquidari interesse, vel juxta damnum, quod actor patitur, vel juxta lucrum cessans, aliàs non debetur, attenta dispositione juris Canonici, quod prævalet in materia usurarum, & peccati, Finneb. decis. 21. per tot. Straban. de interess. lib. 2. tit. 16. quæst. unic. fol. mihi 308. &c. Marcian. disp. forens. cap. 18. per tot. ubi plura Paul. Christin. decis. 205. volum. 4. Rot. part. 17. recent. decis. 323. num. 16. & seqq. ubi qualiter hodie sint usuræ probibitæ omni jure, & in omni materia, nisi probetur lucrum cessans, vel damnum emergens cum debitis requisitis, vel agatur de fructibus recompensativis juxta terminos æquitatis, l. curabit C. de act. empt.

Interesse quando debetur in omnem casum est taxandum ad minus lucrum l. tutor. qui §. ex cæteris ff. de adm. tut. cum aliis per Gratian. discept. for. cap. 688. n. 24. 28. & 33. Intellige quando debetur ex simplici omissione, tanarum ad majus, ut benè distinguit, & declarat Rot. part. 17. recent. decis. 391. num. 40. & seqq. 33

Qualiter interesse incertum possit venire in condemnationem, & potest liquidari in executione sententiæ, Tusch. litt. I, concl. 304. per tot. vide in §. Sententia num.

Interesse non habens in causa non auditur, & sic nemo agit, vel excipit sine interesse, vel allegans sua referre debet probare, Tusch. litt. I, conclus. 314. & 315. per tot. vide in §. Tertius. Schetin. de Tert. ven. ad caus. De Luc. de Donat. disc. 2. n. 28. de Benef. disc. 55. n. 10. 34

Sufficit tamen quodcumque Interesse etiam ratione utilitatis, ut quis possit ad causam admitti, Merlin. decis. 521.

Qualiter possit probari istud interesse ad effectum ut tertius veniens ad causam pro suo interesse admittatur, Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 929. per tot. Rot. part. 18. recentior. decis. 504. per totam, vide in §. Tertius. Schetin. loc. cit. Crescin. ad Pen. decis. 23. De Luc. de judic. disc. 17. a n. 1. de Benef. disc. 55. a n. 10.

Interesse potest tribus modis deberi, nempè vel ex promisso, vel ex dispositione legis, vel ex commisso, primò modo quando scilicet intersit pactum super solutione alicujus damni, & interesse partis; secundò modo quando debitor est in mora propter quam creditor sustinet damnum, vel amittit lucrum juxta superius dicta; tertiò modo quando ob aliquid malè factum resultet damnum alterius, & illud, vel est intrinsecum, vel extrinsecum, sive extra rem, & ut debeatur duo sunt probanda, scilicet culpa facientis, quæ sit præordinata ad causandum interesse, vel damnum, quod prætenditur, nisi malefactum tenderet in delictum, vel dolum, qui faceret quem teneri de casu, licèt non esset ad casum ordinatus, secundò debet probari concludenter, quòd actor petens interesse re vera illud habuisset, & consequutus fuisset, nisi commissum, vel malefactum debitoris intercessisset, nam allegans, aliquem teneri de casu propter culpam commissam probare debet illum contigisse solùm propter culpam, nec potuisse aliter contigere, nisi dicta culpa intercessisset, ut optimè ex doctrina Bald. cons. 341. num. 1. lib. 3. & consil. 440. num. 1. lib. 5. & aliorum ratiocinatur Rota in Romana census, & depositi 27. Junii 1644. coram Bichio part. 9. recent. decis. 304. per tot. & inter impressas ejusdem decis. 185. ubi à sufficienti dictarum partium, sive modorum enumeratione, & illius cessantibus, concludit interesse, de quo ibi agebatur nullatenus deberi, facit quod dixi in §. Damnum n. 4. 8. & 11. & 13. §. Casus num. 5. & 6. & §. Culpa n. 6. & §. Depositum num. 16. 35

Interesse dotis, sive elemosinæ promissæ Monasterio pro moniali in eo recepta qualiter debeatur, vide in §. Monasterium num. 3. 36

Quòd si promissa fuerint loca montium, & non consignata, ob factum promissum non adimpletum debeantur damna, & interesse ad eamdem rationem fructuum Montium absque alia liquidatione, & sine probatione requisitorum Castrensis, Rot. part. 13. recent. dec. 116. per tot.

Interesse non debetur à promissione frumenti, nisi agens ad illud probet adimplevisse ex parte sua solvendo, vel deponendo pretium, & quia nulla ratio patitur emptorem consequi fructus, vel interesse rei sibi debitæ, vel venditæ pretio non soluto, latè Rot. part. 15. recent. decis. 230. per tot. & dixi in §. Promissio n. 30. ubi plura, & plures allegavi. 37

Interesse an, & quando debeatur ex deposito, vel non, & qualiter committatur usura in deposito, Matthæu. Sanz. de re crim. controv. 49. num. 11. & seqq. dixi in § Depositum n. 16. adde Rot. part. 18. recent. decis. 401. n. 4. ubi quòd quando depositarius fuit in mora restituendi depositum, quod erat inve- 38

stien-

stiendum data prompta occasione illi nota, tenetur ad interesse, sive lucrum, quod ex investimento creditor recepisset, facit quod dixi supra n. 14. plenè Hermosil. *ad l. Partit. tom. 1. tit. 3. leg. 8. glos. 6. & 7. fol. 251.*

39 De interesse debito, vel non debito ex diversis causis multa decisivè tradit Thoro *campend. dec. Neap. verb. Interesse*, Ant. Gob. *consult. 126. &c.* & alii plures relati à Castejon. *Alphab. Jurid. verb. Interesse*, & à Com. August. Fontan. *eod. verb. Biblioth. legal. part. 4. fol. 752. &c.* De Luc. & Altimar. *de nullit. in judic.* Castald. Rocc. Ansald. Emerix Caprar. Mans. Palm. & alii moderni.

40 Interesse non debetur, quoties mora non concurrit *l. idemque, §. 1. ff. mandati, l. mora ff. de usuris* Honded. *cons. 50. n. 21. lib. 1. & cons. 38. nu. 9. lib. 2.* Rocc. Episc. *cap. 73. n. 45.* De Luc. *de Usur. disc. 14. num. 9.*

Interesse ad petendum non sufficit, quòd constet de debito, nisi etiam adsit mora Gratian. *cap. 302. n. 7.* Andreol. *contrmasv. 30. n. 3.* Rocc. Episc. *ibid. n. 2.*

Interesse, quod debeatur sine mora, pactum non subsistit Giurb. *observ. 1. num. 4.* Rot. post Zacch. *de oblig. Camer. dec. 20. n. 3.* Rocc. Episc. *ibid. n. 3.*

Interessa rei non traditæ prætendi non potest, nisi concurrat debitum, moraq; inexcusabilis Grat. *cap. 1000. n. 24. & seq.* Rot. *dec. 219. n. 5. & seq. p. 5. rec.* Rocc. Episc. *ibid. n. 1.*

Interessa ob speciem non traditam non est præstandum, nisi concurrat mora, quæ non contrahitur, nisi per interpellationem, oblationemque, vel diem certam constitutam Rocc. Episc. *d. cap. 73. num. 37.* Immo quoties agitur de consignationa speciei, neque interpellatio sufficit ad constituendum in mora, nisi etiam creditor probet, se fuisse paratum in loco destinato ad recipiendum. Soccin. Jun. *cons. 136. in princ. lib. 2.* Menoch. *cons. 355. n. 5. lib. 4.* Rocc. Episc. *d. cap. 73. nu. 38.* Quæ conclusio fortius procedit in reo, quidquid sit in actore Gratian. *cap. 1000. post n. 24. vers. & ita, cum seqq.* Rocc. Episc. *ibid.*

41 Interassa solvens, vel pœnam in contractu appositam, dicitur observara contractum, quia illa solutio loco observantiæ, vel implementi succedit Bald. *in l. cum proponas, la seconda, n. 1. in fin. vers. quia satisfactio pœnæ C. de pact.* Dec. *cons. 380. sub n. 3. vers. secundò, quia si aliter* Rot. cor. Caval. *dec. 217. n. 6.* Rocc. Episc. *cap. 83. n. 8.*

42 Interesse certi taxatio alioquin prohibita non redit contractum illicitum, sed potiùs exactio Rocc. Episc. *cap. 96. n. 15.* Ideoque si creditor non exigit interessu ad summam taxatam, sed legitimam, taxatio habetur pro non facta Dec. *in cap. cum venerabilis, n. 10. de except. & cons. 111. n. 14.* Cravet. *cons. 189. n. 8. vers. non negarem lib. 1.* Rocc. Episc. *dict. cap. 96. n. 16.*

Interesse taxatio usuraria non impedit legitimi interesse exactionem Felic. *de societ. cap. 24. nu. 70.* Cancer. *var. lib. 3. cap. 7. n. 18.* Rocc. Episc. *loc. cit.*

Interesse certi taxatio subsistit in fructibus recompensativis, quoties creditor, nisi quod sua interest, exigere nolit Rocc. Episc. *d. cap. 96. n. 19.*

43 Interassa, qui ex solo Judicis officio dabetur lata sententia, tantummodo super sorte, censetur à Judice derogatum, neque amplius debetur text. *in l. si deposita 4. C. deposit.* Rocc. Episc. *cap. 118. n. 24.*

Interesse, quoties non fuit à principio petitum, quia tantùm instit creditor pro sorte, hoc casu lata sententia super sorte, poterit denuò interesse cum sorte tamen iterum peti De Marin. *resol. 198. nu. 10. vers. secus autem diceremus, lib. 1.* Surd. *dec. 69. nu. 3. vers., & non obstat decisio Baldi* Rocc. Episc. *d. cap. 118. n. 26.*

44 Ad interesse ex natura rei succedit obligatio in obligatione de faciendo post interpellationem, neque in hoc casu sunt probanda requisita Castrensis Glos. *in leg. bonæ fidei, ff. de eo, quod certo loco* Roland. *cons. 69. n. 25. & seq. lib. 3.* Card. Cerr. *dec. 360. num. 54. & seq.* Rocc. Episc. *d. cap. 118. num. 36.*

45 Interesse eventuale non debetur, & quale sit text. *in l. quemadmodum 29. §. item Labeo ff. ad l. Aquil.* Rocc. Episc. *cap. 122. n. 14.*

Interesse extrinsecum non est præsentandum, & quale sit intrinsecum, & extrinsecum text. *in l. si sterilem 22. alias 21. §. cum per venditorem ff. de act. empt.* Rocc. Episc. *dict. cap. 122. nu. 12.* De Luc. *de Regal. disc. 109. à n. 9. De Locat. disc. 52. n. 11. de Cred. disc. 92. n. 20.* 46

Interesse extrinsecum dicitur, quod sues non fuerint impinguati ob pascua non tradita, ideoq. præstari non debet Escobar. *de ratiocin. cap. 15. num. 14. vers. si autem Vassallus, & num. 15.* Rocc. Episc. *d. cap. 122. n. 13.* Declara, ut per Rocc. Episc. *ibid. nu. 14. & seqq.* 47

Interessa extrinsecum, proximum tamen, & immediatum videtur inter contrahentes cogitatum saltem in genere eo ipso, quod locus, tempusque legitur adjectum Leotard. *de usur. quæst. 96. nu. 37. & seqq.* Rocc. Episc. *loc. cit. n. 5.*

Interesse etiam extrinsecum venit, omnisque actoris utilitas, si certa die, vel loco, vinum, sive frumentum tradi debuerit, ut si emptor damnum passus sit, vel amiserit lucrum ob rem statuto tempore, vel loco non traditam text. *in l. nummis, ff. de in lit. jurand. & in l. ult. §. ult. ff. de eo, quod cert. loc.* Rocc. Episc. *loc. cit. n. 6.*

Si vero, neque locus, neque dies intervenerint lucri cessantis, damnique emergentis nulla ratio est habenda text. *in l. ult. ff. de peric. & comod. rei empt. vel vendit.* Rocc. Episc. *d. cap. 122. n. 7.*

Interessa facti dividui, dividuum est, & pro parte præstari sufficit Baron. *de individ. p. 2. cap. 6. nu. 19. inter tract. magn. tom. 2. p. 2.* Balduc. *de dot. tit. 4. dec. 15. n. 11.* 48

Interessa legati debetur à die moræ, & sequutæ interpellationis Gloss. *in l. 1. C. de usur. & fruct. legat.* Gratian. *disceptat. 34. n. 45. & 46. & discept. 848. n. 11.* Balducc. *de legat. tit. 3. dec. 31. n. 56.* Vide Palm. nep. *alleg. 69. n. 7. tom. 1.* 49

Interesse taxari potest à testatore donec quantitas legata, seu legatum peti potuit Surd. *cons. 23. nu. 4. usq; ad fin.* Card. De Luc. *de feud. disc. 108. nu. 41. de usur. disc. 30. n. 10. disc. 32. n. 2. disc. 38. num. 19.* Balducc. *tit. 3. de legat. dict. dec. 31. n. 59.*

Interesse lucri cessantis in locis mercantilibus debetur ex sola probatione verisimili absque requisitia; quando est conventum, prout taxari potest ab initio, etiam in contractu mutui Balduc. *de dot. tit. 4. dec. 18. n. 40.* 50

Interesse pretii, quod otiosum retinuit, emptor à die, quo emit usq; ad diem, quo rem restituit, non debetur à retrahente de veriori sententia Corradin. *de prælat. quæst. 27. n. 45.* Balducc. *de prælat. tit. 2. dec. 5. n. 13.* 51

Secus autem quoad usuras pretii otiosè retenti, quoties emptor pro rata temporis non consequitur fructus Coradin. *sup. n. 42. & 44.* Balduc. *loc. cit. n. 14.* Et quid factis in re melioramentis Balduc. *ibid.*

Interessa reducitur & moderatur à Judice ex arbitrio juxta qualitatem temporum, ubi quid in fructibus stabilium Balduc. *de dot. tit. 4. dec. 18. n. 41. & 42.* 52

Interesse singulorum, & causa quando dicatur Balduc. *de dote tit. 4. dec. 32. n. 4.* 53

Interessa legati facti minori debetur à die mortis testatoris Altimar. *de Nullitatib. Rub 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. n. 569. tom. 8. fol. 246. vers. sic interesse.* 54

Interesse recompensativum debetur pupillo, sive habeat, sive non habeat tutorem, cui solutio fieri possit Altimar. *de Nullit. rub. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. n. 570. vers. verum tom. 8. fol. 246.* 55

Interesse dotis, vel antefacti, quando debeatur matri tutrici Altimar. *de Nullit. rub. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. n. 1155. vers. sed certe tom. 8. fol. 336.* 56

Interesse alterius interesse an, & quando debeatur à tutore, vel curatore pupillo, seu Minori Altimar. *de Nullit. rub. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. n. 1225. tom. 8. fol. 343.* Et generaliter de interesse alterius interesse Palm. nep. *alleg. 225. n. 25. alleg. 259. à n. 1. alleg. 288. à n. 1. tom. 3.* De Luc. *de Usur. disc. 30. n. 13. & 14.* 57

Interesse debetur ob non implementum contractus nominati Card. De Luc. *de Donat. disc. 9. n. 4.* 58

Interesse non debetur à fidejussore census, ubi iste 59

esset

esset nullus Card. De Luc. *de Alien. disc.* 48. *n.* 3.

60 Interesse sortis anterioritatem quando habeat De Luc. *de Credit. disc.* 147. *n.* 5.

61 Interesse quando debeatur ob solutionem factam in diverso Loco De Luc. *de Credit. disc.* 66. *n.* 8.

62 Interesse cessante, cessat necessitas interpellationis Episc. Piton. *de Jure patr. alleg.* 12. *n.* 23. *tom.* 1.

63 Consensus omnium requiritur in pertinentibus ad interesse singulorum Episc. Piton. *de Jure patr. alleg.* 9. *n.* 31. *tom.* 1.

64 Interesse alicujus super re aliqua est verificabile in Jure hypothecæ super eadem re competente Episc. Rocc. *cap.* 92. *n.* 17. *lib.* 2.

65 Agens ad editionem vel exhibitionem debet docere de interesse Crescin. ad Abecclef. *obs.* 51. *n.* 16. *part.* 1. ubi plura circa hanc materiam.

66 Interesse non currit contra Decoctum Card. De Luc. *de Credit. disc.* 143. ubi latè.

67 Interesse alteratæ monetæ quando debeatur De Luc. *de Credit. disc.* 92. *n.* 22.

68 Interesse, quando est jam solutum, præsumitur justum, & debitum Palm. nep. *alleg.* 219. *n.* 28. & 29. *tom.* 3.

69 Interesse nunquam deberi potest, ubi sors debita non est Palm. nep. *alleg.* 255. *nu.* 20. & 21. *tom.* 3. Et non debetur, cessato debito In sorte De Luc. *de Usur. disc.* 30. *n.* 13.

70 Interesse non debetur, quando capitale est illiquidum Palm. nep. *alleg.* 267. *n.* 3. *tom.* 3.

71 Interesse quando dicatur individuum ad effectum ut causa coram uno tantum Judice cognoscatur Palm. nep. *alleg.* 269. *a n.* 5. *tom.* 3.

72 Ad effugiendum cursum interesse, ipso Jure inducitur compensatio Palm. nep. *alleg.* 330. *n.* 8. *tom.* 4.

73 Interesse dicitur deberi jure actionis, quando in instrumento adest clausula *sub refectione omnium damnorum &c.* Palm. nep. *alleg.* 114. *n.* 20. *tom.* 2.

74 Interesse quando dicatur principale, & quando accessorium De Luc. *de Judic. dis.* 9. *a n.* 34. *disc.* 17. *a n.* 7.

§. INTERPRETATIO XXXI.

1 INterpretatio in casibus dubiis illa est sumenda, quæ magis subjectæ materiæ convenit, vel secundùm naturam rei, vel secundùm verisimilitudinem, sive illa, quæ magis æquitati consentanea est, vel quæ majorem benignitatem continet, vel quæ rationi, & non cortici verborum convenit, vel quæ à prudentibus reprehendi non possit, vel quæ magis juri communi convenit, vel quæ jam à consuetudine fuit recepta, vel quę casū magis necessariū comprehendit, vel quæ parti providet, vel quæ minus præjudicialis est, vel quę culpā excludit, vel quæ iniquitatem nō contineat, vel quæ magis proxima est, & non à remotis, vel illa per quàm actus, seu dispositio elusoria non reddatur, vel quæ convenit arbitrio boni viri, vel illa, per quam legum correctio evitatur, vel per quam actus sustinetur, vel per quam pugnantia ad concordiam reducuntur, ut singillatim probat Menoch. *de arb. cas.* 119. *per tot.* Tusch. *litt. I. concl.* 330. & *seqq.* Gibalin. *de jur. Canon. & Eccles. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *quæst.* 1. *per tot. fol.* 375. ubi de interpretatione canonis, vel legis, Barbos. *axiom.* 130. *per tot. & alibi.*

Quòd sit sumenda interpretatio magis congrua, & consentanea menti contrahentium. & vitanda illa, quæ est, captiosa, & per quam quis læderetur, vel quæ induceret repugnantiam, & incompatibilitatem in eadem dispositione, Altograd. *cons.* 22. *n.* 25. *&c. lib.* 2. Et pro vitanda repugnantia, & incompatibilitate Emerix jun. *decis.* 26. *nu.* 8. *decis.* 900. *n.* 4. & *decis.* 1175. *n.* 3.

Quòd sit capienda illa, per quam minus receditur à statuto, item quæ magis prodest venientibus ab intestato, & per quam damnum evitatur contra eum, qui agit de lucro captando, item per quam utrique parti sit consultum, Altograd. *cons.* 36. *n.* 27. *&c. lib.* 2.

Quid sit interpretatio, quotuplex, quid operetur,
2 & alia, latè Tusch. *litt. I. concl.* 327. & *seqq.*

Interpretatio in dubio est sumenda, ut non sit delictum, nisi agatur de eo, qui dat operam rei illicitæ, vel solito delinquere, vel aliàs adsint legitimæ conjecturæ delicti, Ricc. *Collect.* 3262. *vide in §. Delictum n.* 1. & *§. Dolus n.* 3. Conciol. *resol. crim. verb. Interpretatio resol. unic.* ubi quòd semper est facienda interpretatio exclusiva delicti tamquam benignior, inserendo ad plura singularia, nempè si possit adaptari major, & minor pœna, sit capienda interpretatio pro minori pœna. Si actus in uno locō, & tempore sit illicitus, & in alio, loco, & tempore licitus, interpretari debet factus in loco, & tempore licito; In dubio sit capienda interpretatio, per quam excluditur falsitas, incursus pœnæ conventionalis in cautionibus, usura in foro contentioso, simonia, malum consilium si possit recipi in bonum, interventus in rixa pro mediatore, & non pro rixante, minæ per viam juris, & de vindicta juridica, & non per viam facti, nisi simus in homine malæ famæ solito minas exequi, & hujusmodi, idem Conciol. *in verb. delictum resol.* 1. *per tot.* Barbos. *axiom.* 68. *num.* 16.

Interpretatio qualiter sit facienda inter legem novam, & antiquam, ut lex nova non corrigat antiquam in iis, in quibus sunt invicem compatibiles dixi *in §. Lex n.* 8. & 22. 3

Quomodo sit facienda interpretatio, & alia de interpretationibus, DD. citati à Castejon. *Alphab. jurid. verb. Interpretatio*, & à Com. Augustin. Font. *eodem verb. Biblioth. legal. par.* 4. *fol.* 756. *&c.* plura Jo. Torre *tractat. de success. in Majorat. Primogen. Ital. in multis locis*, ut in Indice generali in fine *part.* 3. *verb. Interpretatio* & magistraliter docet P. Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ disput.* 1. *c.* 6. *n.* 35. & *seqq. fol. mihi* 19. ubi quid sit interpretatio, quotuplex interpretatio, quæ licita, vel non &c. Emin. De Luc. *In Indic. verb. Interpretatio.* Brunnemann. Fagnan. Rocc. Castald. Emerix Caprar. Mantiss. ad eumdem De Luc. Ansald. Altimar. Pignatel. Piton. Mans. Palm. & alii moderni. 4

Interpretatio aliquarum legum, & Constitutionum Ecclesiasticarum ex professo est prohibita sub pœna excommunicationis, & in specie Clem. *exivi de Paradiso de verb. signif. sive potius, cap.* cxiii *qui seminat de verb. significat. in* 6. Concil. Trident. & hujusmodi cum declarationibus relatis per Carol. Ant. Thesaur. *de pœnis. Eccles. part.* 2. *verb. Interpretatio fol.* 197. 5

Interpretatio qualiter sit facienda in foro externo, & interno, Valer. *de dif. utriusque fori, verb. Interpretatio*, ubi quòd in supremis Tribunalibus, & coram Principe, prout in foro pœnitentiali, sumenda est interpretatio ab Epicheja, & æquitate in foro contentioso in mitiorem partem, in foro autem animæ in duriorem, & tutiorem pro anima, & alia ad rem. 6

Interpretatio benignior fieri debet ad evitandam pœnam Emerix jun. *decis.* 819. *n.* 1. Ansald. *decis.* 72. *num.* 25. 7

Interpretatio in dubio fieri debet ad exclusionem obligationis Emerix jun. *decis.* 952. 8

Interpretatio fieri nequit in claris Emerix jun. *decis.* 117. *n.* 7. Caprar. *dec.* 207. *nu.* 16. *p.* 1. Et dispositio clara nulla indiget interpretatione Caprara *dec.* 213. *n.* 23. *p.* 1. 9

Interpretatio in dubio fit contra versatum in negocio Emerix jun. *decis.* 685. *n.* 4. & *decis.* 701. *n.* 4. 10

Interpretatio fieri debet, quæ confert ad concordiam scripturarum Emerix jun. *decis.* 428. *n.* 6. 11

Interpretatio debet fieri, ne actus reddatur inanis, & frustratorius Emerix jun. *decis.* 898. *num.* 2. & 3. *decis.* 1175. *n.* 2. 12

Ad interpretandam voluntatem dubiam non requiritur plena probatio Bertachin. *vot.* 89. *n.* 20. 13

Interpretatio Legis, aut Privilegii nequit ad alium spectare, quàm ad illius conditorem, & respectivè concedentem Ansald. *decis.* 86. *n.* 92. 14

Interpretatio in dubio sumitur ex locis vicinis Ansald. *dec.* 50. *n.* 27. 15

Interpretatio est facienda favore hæredis, ut ille minus, quàm fieri possit gravetur Ansald. *dec.* 69. *num.* 26. 16

In-

17 Interpraetatio omnis facienda est, ne dispositio contineat iniquitatem Ansald. *dec.* 72. *n.* 36. & pro evitanda fraude Fagnan. *in cap. non sine n.* 46. *de Arbitr.*

18 Interpraetatio favorabilis semper capi solet pro filiis ratione majoris affectionis, & amoris Caprar. *dec.* 359. *n.* 7. *p.* 1.

19 In ultimis voluntatibus fit plenior interpraetatio, quàm in contractibus, & aliis actibus inter vivos Caprar. *dec.* 481. *n.* 12. *p.* 2.

20 Lata interpraetatio ex proprietate verborum, & ex verisimili mente Testatoris, non excluditur, licet agatur de re alteri praejudiciali Caprar. *dec.* 631. *nu.* 10. *part.* 2.

21 Interpraetatio melior haberi non potest de mente disponentis, quàm quae sequitur ex ejus facto, & norme servata Caprar. *dec.* 660. *n.* 9. *p.* 2.

22 In correctoriis, & exorbitantibus à jure communi stricta est facienda interpraetatio Mantiss. ad De Luc. *dec.* 2. *lib.* 2. *n.* 33. *vol.* 1.

Et tali casu sumenda sunt verba in suo stricto, & vero significatu, nec extendenda ad ea quae talia reputantur ex fictione Juris Mantiss. ad De Luc. *dec.* 8. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 2. *vol.* 1.

23 Etiam in materia odiosa interpraetatio fieri debet secundum communem usum, & intelligentiam Mantiss. ad. De Luc. *dec.* 10. *n.* 6. *lib.* 2. *vol.* 1. Et illa debet capi, quae est conformis juris dispositioni, & communi usui Emerix jun. *decis.* 1147. *n.* 7. Et debet fieri strictè Emerix jun. *decis.* 85. *num.* 3. *decis.* 197. *n.* 2.

24 Ad evitandam repugnantiam est facienda interpraetatio etiam cum impropriatione verborum Mantiss. ad. De Luc. *dec.* 17. *n.* 11. *lib.* 5. *vol.* 1.

25 In dubio sumenda est ea interpraetatio, quae magis congruat verisimili, ac prudenti modo agendi, licèt verba deberent impropriari Mantiss. ad De Luc. *dec.* 4 *lib.* 7. *n.* 14. *vol.* 1.

26 Interpraetatio à natura actus aliena admitti non debet Mantiss. ad De Luc. *dec.* 31. *lib.* 7. *n.* 7. *vol.* 1.

27 In dubio facienda est interpraetatio favore Patroni Piton. *de Jurepatr. alleg.* 30. *n.* 19. *tom.* 1.

28 Actus omnis interpraetari debet, proùt de Jure Piton. *de Jurepatr. alleg.* 39. *n.* 14. *tom.* 1.

29 Interpraetatio facienda est contra eum, qui potuit sibi legem apertiùs dicere Piton. *de Jurepatr. alleg.* 64. *n.* 20. *tom.* 2. Fagnan. *in cap. olim nu.* 30. *de verb. signif.*

30 Interpraetatio fit secundum id, quod interrogatus fundator verisimiliter respondisset Piton. *de Jurepatr. alleg.* 83. *n.* 13. *tom.* 2.

31 Interpraetatio in dubio facienda est, ut evitatur perjurium Fagnan. *in cap. Cum tempore num.* 26. *de Arbitr.*

32 Interpraetatio passiva admittitur in omni materia Fagnan. *in cap. tuae Litterae num.* 26. *de Cler. per salt. promot.*

33 Interpraetatio statuti dicitur statutum, si sit intrinseca, & substantialis, & inseparabilis à statuto Fagnan. *in cap. Quoniam n.* 16. *&* 19. *de Constit.*

34 Interpraetatio quid sit, & quid differat à declaratione Fagnan. *in dict. cap. Quoniam n.* 19. *de Constit.* Interpraetatio legis quotuplex sit *ibid. n.* 60. Interpraetationum quatuor sunt species Principis, Consuetudinis, Judicis, & Magistratum, & in quibus differant Fagnan. *in cap. Cum venissent n.* 1. *et seq. de Judic.* Interpraetatio, quam Princeps facit non ut legislator, sed ut magister, probabilis est, non necessaria *ibid. n.* 2. Interpraetatio translativa quae sit *ibid. n.* 3. Interpraetatio argumentalis, & extrinseca, propriè non inest legi *ibid. n.* 4. Interpraetatio impropria quotuplex sit *ibid. n.* 5. Interpraetatio propriè quid sit *ibid. n.* 6. Interpraetatio alia est litteralis, alia quae in obscuritate sensus, seu dubietate verborum consistit *ibid. n.* 8. Interpraetationis prohibitio non afficit, ubi copia Principis haberi non potest *ibid. n.* 40. Interpraetatio dubiorum super litteris Apostolicis emergentium indistinctè petenda est à Papa, si sit praesens in loco *ibid. n.* 43.

35 Interpraetatione prohibita, non censetur prohibita interpraetatio, quae fit obiter, & incidenter Fagnan. *in d. cap. Cum venissent n.* 88. *de Judic.*

Interpraetatio in dubio fit pro jure comuni, quando concurrit cum privilegio Fagnan. *in cap. Olim n.* 21. *de Verb. Signif.* 36

Interpretandi potestas cohaeret personae, & in alium non transit Fagnan. *in cap. Cum venissent num.* 19. *de Judic.* 37

Interpretandi licentia, quae in Doctoratu confertur quid operetur Fagnan. *ibid. n.* 93. 38

Interpretatio voluntatis defuncti tanquam individua in omni loco debet esse uniformis, secus in iis quae pendent à lege positiva De Luc. *de fideicom. disc.* 221. *n.* 6. *& seq.* 39

Interpretatio contractuum quid differat ab interpraetatione ultimarum voluntatum De Luc. *de fideic. disc.* 262. *n.* 5. Et quomodo ista interpretatio ultimarum voluntatum sit regulanda De Luc. *de fideic. disc.* 43. *n.* 14. *disc.* 58. *n.* 2. 40

Jus civile, seu canonicum ubi est dubium recurrendum est ad interpretationes Doctorum De Luc. *de Jud. disc.* 35. *n.* 67. Et quare hodiè procedatur cum interpretationibus, & authoritatibus Doctorum De Luc. *ibid. n.* 68. Pro interpretatione etiam Juris dubii attendendae sunt constitutiones Apostolicae tanquam doctrinae magistrales, licèt revocatae, vel moderatae. De Luc. *de Paroch. disc.* 25. *n.* 15. 41

Interpretum electio pro examine mutorum, quando facienda Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 19. *n.* 11. *pag.* 469. 42

Interpretes in examine, quod fit super Interrogatoriis, intervenire solent, & laudatur De Luc. *de Judic. disc.* 31. *n.* 9. *&* 10.

Quaenam tamen inconvenientia oriatur ex hujusmodi interpretum electione De Luc. *de Jud. d. disc.* 31. *n.* 11.

Istud munus interpretis non potest explicari per Procuratorem, vel sollicitatorem partis De Luc. *ibid.*

Interpres jurare debet de fidelitèr interpretando Crescin. ad ab Eccles. *obser.* 67. *n.* 7. *p.* 2.

Interpres potest addere interrogatoria ad causam pertinentia, non vero impertinentia Crescin. ad Ab Eccles. *dict. obser.* 67. *n.* 8. *p.* 2.

De Stylo Curiae adhibetur interpres Crescin. ad Ab Eccles. *ibid. n.* 9.

De Jure cumuni examen est validum absque Interprete Crescin. ad Ab Eccles. *ibid. n.* 10. a

Si pars citata ad conducendum interpretem, alias videndum examinari sine, illum non conduxit diebus, & horis intimatis, examen est validum sine illo etiam in Locis, in quibus viget Stylus illum adhibendi Crescin. ad Ab Eccles. *ibid. n.* 11.

Sed testes parte instante repeti possunt Crescin. ad Ab Eccles. *ibid. n.* 12.

De Interpretativa observantia vide De Luc. *de Benefic. disc.* 89. *n.* 13. *&* 17. *& disc.* 96. *nu.* 8. *& in Indic. verb. observantia.* 43

§. INTERROGATORIA. XXXII.

INterrogatoriae in causis criminalibus de consuetudine non dantur per reum testibus examinandis, sicut nec per accusatorem testibus deponentibus ad defensam, licèt secùs esset dicendum de jure, Clar. *§. fin. quaest.* 23. *vers. fin.* Tusch. *litt. I. concl.* 95. *num.* 7. *&c.* ubi quòd dantur judici, qui potest admittere sibi benè visa ad veritatem eruendam, Conciol. *resol. crim verb. Interrogatoria resol.* 4. *per tot.* Admittuntur tamen in Statu Florentino, quando testes repetuntur citata parte, cui assignatur terminus ad dandum interrogatoria, quo elapso si non fuerint producta, pronuntiantur testes pro ritè, & rectè repetitis, absque effectuali repetitione, sicut etiam admittuntur data ab accusatore, & fiunt testibus examinandis ad defensam, imò eidem accusatori, vel parti interessatae notificantur capitula ad defensam producta cum speciali termino ad dandum interrogatoria quatenus, &c. ut dixi *in praxi in Praefat. n.* 68. *&* 75. *& in hoc opere §. Repetitio nu.* & pro ista practica facit Guaz. *def.* 28. *cap.* 6. Scacc. *de jud. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 392. a

Interrogatoriae tàm in civilibus, quàm in criminalibus, solent dari testibus ad effectum faciendi il- a

los

los variare, & eorum non datur copia parti, ne instruat testes ad falsum, *glos. in cap. 2. de testame. lib. 6. verb. Interrogatoria*, Marant. *in Praxi part. 6. tractat. 7. n. 18. &c.* Clar. *loc. sup. cit.* Conciol. *res. crimin. verb. Interrogatoria resol. 2.* ubi quòd neque in criminalibus, neque in civilibus datur copia interrogatoriorum, ne testes instruantur ad falsum, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 2 Rub. 9. per tot.* Michalor. *de Posit. cap. 3. nu. 3.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 2. sect. 2. subsect. 6. n. 30.*

Qualiter possint fieri circa decem prædicamenta, in quibus etiam consistit arbitrium judicis, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 11. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubrat. volum. 3. lib. 14. tit. 18. n. 142. & seqq. ad 158. fol. 312.* ubi plura de modo, & forma examinandi testes, & de interrogatoriis ipsis testibus faciendis, quæ sumpsit ex Sum. Rolandine Artis Notariatus, & sunt notanda maximè pro tyronibus, vide *in §. Testis n. 20.* & benè declarat Rebuff. *tract. var. tract. de reprobat. & Salvar. test. nu. 313. & seqq.* Pellegrin. *loc. cit. & part. 4. sect. 9. n. 38.*

Plura interrogatoria generalia testibus à parte facienda, illorum formulam, vide per Ridolp. *in Prax. part. 1. cap. 2. n. 30. & seqq. & cap. 11. num. 16. &c.* Pellegrin. *part. 2. sect. 2. subsect. 5. n. 26.*

Qualiter possint interrogari testes, an credant verum esse id, quod deponunt, ità ut respondendo affirmativè, dicantur testes de credulitate, & non probent, vel negativè, & videantur revocare, & destruere quod deposuerunt. Item an possibile sit rem aliter se habere, & respondendo quòd sic, non sint necessariò concludentes, nec probent. Item quam partem vellent vincere, & si dicant eum, qui justitiam fovet, replicari, quam partem vellent justitiam fovere; hujusmodi tamen interrogatoria, quæ docet Cæpol. *caut. 74.* tāquā cavillosa, calumniosa, & captatoria, non sunt admittenda, nec per judices attendenda. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part. 4. sect. 5. n. 82.*

Super quibus possint interrogari testes, vel non, Tusch. *litt. I. concl. 322. per tot.* Vivi. *comm. opin. 912.*

3 Interrogatoria ad effectum fundandi intentionem actoris quoad actionem movendam, & quoad substantialia ipsius judicii, hodie non admittuntur, sed tantùm illa, quæ circa præparatoria judicii versantur, puta an adversarius possideat, quo titulo, an sit hæres, & similia respicientia personam rei, & non actionem, vel intentionem, ut latè declarat Menoch. *de arbitr. cas. 51. per tot.* ubi etiam in qua parte judicii fieri possint, remittit arbitrio judicis, quotiescumque æquitas illum moverit, vide Pac. Jordan. *Lucub. volum. 3. lib. 13. tit. pr. num. 96. fol. 9.* ubi quid in judiciis summariis Tusch. *litt. I. concl. 321.* ubi quid quando judex possit interrogare partes.

Interrogatoria præparatoria litis ad quid inventa, quando fieri possint, qualia esse debeant, & super quibus, ac qualem responsionem admittant, latè Tusch. *litt. I. concl. 317. 318. & 319. per tot.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 2. per tot.* ubi plura de hujusmodi interrogatoriis præparatoriis, illorum formula, in quibus causis, & in qua parte judicii admittantur, in quibus casibus, & de quibus rebus fieri possint vel non, quomodo conveniant, vel differant cum positionibus, & alia latè etiam Sanfelic. *in Praxi sect. 45. per tot. ubi num. 6.* quòd fieri possunt non solum reo convento sed etiam actori, nam & actor ad instantiam rei tenetur hujusmodi interrogatoriis respondere, ad Capyc. *decis. 97.* qui tamen aliter sensit.

4 Interrogari non potest reus præsens de crimine, vel ejus nomen inter reos recipi, nec illi absenti specialis inquisitio transmitti, nisi præcedat diffamatio criminis contra illum, quòd verum est de jure, secùs autem de generali consuetudine, secundùm quam loco talis diffamationis sufficiunt alia indicia arbitrio judicis, ut benè probat Sperel. *decis. 38. n. pr. & seqq.* vide *in §. Inquisitio numer. pr. &c.* Sanfelic. *dec. 263.* Paul. Christin. *ad l. Municip. tit. pr. art. 36.* ubi etiam quòd non debet interrogari sub juramento ob periculum perjurii; licèt hoc in multis locis non servetur, & malè, cùm evidens sit perjurium, quando reus interrogatur in capita propria, vide *in §. Delinquens num. 20. §. Negativa nu. 18. & §. Juramentum n. 39.* ubi qualiter hodie rei non interrogentur cum juramento.

Quando possit criminosus interrogari de sociis, Tusch. *litt. I. conclus. 323. per tot.* vide *in §. Societas num.* Scialo *in prax. torq. reos cap. 1. n. 8. et seq.*

An autem quis possit interrogari de crimine sine legitimis præcedentibus indiciis dixi *in §. Inquisitio n. 11.* Zuff. *de Legitim. process. lib. pr. quæst. num. 24. & qu. 38.*

De obligatione rei juridicè, vel non juridicè interrogati in respondendo judici, latè Gibalin. *de univers. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art. 6. §. 1. & 2. per tot. fol. 381.* & dixi *in §. Negatio nu. 18.*

5 Interrogari qualiter possit producens scripturas, vel testes, an illis uti velit, cum protestatione arguendi de falso, & an ità interrogatus teneatur præcisè respondere, & non respondendo habeatur pro negante, vel pro affirmante dixi *in §. Productio num. 5. &c.* vide Gabriel. *comm. conclus. lib. 7. de crimin. conclus. 7.* Tusch. *litt. I. conclus. 320. litt. P. conclus. 876. & 877.* Farinac. *quæst. 159. num. 59. & seqq.* Guaz. *def. 28. cap. 14.* Conciol. *resol. crim. verb. Falsum resol. 8. per tot.* Clar. & Bajard. *§. Falsum nu. 24. &c. & §. fin. quæst. 62. n. 7. in fine*, ubi etiam qualiter possit interrogari accusator, an velit uti querela tamquam vera, ut si respondeat quòd sic, possit tamquam calumniator puniri, si non probaverit, & dicit hunc modum interrogandi esse à jure, & à consuetudine approbatum ad convincendum querelantem de calumnia, si querela convincatur falsa, Rot. *part. 14. rec. decis. 480. num. 7. etc.* ubi quòd pendente hujusmodi instantia, vel interrogatione non potest ad ulteriora procedi, dummodò contineat causam, quia interrogans intendat redarguere de falso, & constet de speciali mandato ad interrogandum, & declarandum, si agatur per procuratores, & vide Posth. *de manuten. obser. 110.*

Interrogatus tamen de facto alieno, vel habens probabilem ignorantiam, non tenetur præcisè respondere, sed tunc admittitur conditionalis responsio, ut benè declarat Natt. *consil. 635. nu. 4. et seqq. per tot. lib. 3.* & fuit decisum per Magistratum DD. Octo Florentiæ de anno 1679. in causa contra Bogos Gregorii Armanium.

6 Interrogatus ut supra an uti velit testibus, vel scripturis productis, non respondens in termino sibi assignato, negare se velle uti intelligitur, & sic à judice sua interlocutoria declarari debet ad instantiam partis post accusatam contumaciam, Farinac. *de fals. quæst. 159. num. 64.* Guaz. *def. 28. cap. 14. num. 10.* Bajard. ad Clar. *§. Falsum num. 141. etc.* ubi tamen quòd potest moram purgare respondendo non solum ante dictam judicis interlocutoriam dum citatur ad illam, sed etiam postea quandocumque re integra, idest donec sit sequuta sententia in causa principali, vel etiam ex indulgentia Principis post sententiam non executam, refectis tamen expensis isto casu.

Quòd interrogatus ut supra si velit renunciare, & non uti scripturis, vel testibus productis, ne se, vel suos testes, vel notarium ponat in suspicione, non debeat simpliciter dicere nolle uti, sed ex quo non putat dictos testes, vel instrumenta ei fore ad victoriam causæ necessaria, ideò illis, vel usui illorum cedere, Rot. *tit. de fals. nu. 549.* Posth. *d. obser. 100. n. 15.* & Conciol. *d. resol. 8. nu. 15.*

7 Interrogatoria testibus facienda ad instantiam partis illa producentis nullo modo possunt à judice remissoriali resecari, nisi de consensu partium, & tunc sunt transmittenda ad Curiam committentem ad effectum obtinendi correctionem, & moderationem, aliàs examen ob dictam resecationem est omninò nullum, & talis nullitas durante lite semper opponi potest, quando approbatum non fuit examen, Capucc. *prax. jud. cap. 2. n. 179. part. 2.* Ridolphin. *in prax. cap. 11. n. 7. part. pr.* Cavaler. *decis. 254. n. 2.* Buratt. *decis. 109. n. 10.* Rot. *part. 14. recent. decis. 370. num. 2. & seqq. per tot.* Alia vide *in §. Testis nu. 20. &c.* Fontan. *decis. 487.* ubi an interrogatoria possint præsentari Judici Commissario pro recipiendis testibus, an possit allegari suspectus, & alia.

8 Interrogatoria suggestiva sunt semper vitanda, maximè

almè in torture, & ideò tortus debet generaliter interrogari, si inquisitio sit generalis, si verò sit specialis tunc potest specialiter interrogari de persona, non autem de circumstantiis, intelligendo quando torquetur ut reus, secùs si torqueatur ut testis, quia tunc semper debet generaliter, & non specialiter interrogari, ut benè probat, & distinguit Anton. de Ballis *tract. var. lib. 2. quæst. 13. per tot.* facit quod dixi in *§. Confessio nu.* 54. Conciol. *resol. crim. verb. Confessio resol.* 11. *per tot.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. q. 5. n. 7. & seqq.* ubi quæ sint interrogatoria suggestiva, quando quis possit interrogari in specie, vel non, qualiter suggestio fiat per interpositam
8 personam, & confessio inde emanata non noceat confitenti, etiam ratificante, ad Farinac. *quæst.* 83. *cap. 4. per tot.*

9 Interrogatoria pro repetendis testibus alia sunt cohærentia, scilicet quæ versantur circa testium dicta, & ista sunt admittenda, alia verò sunt intentionalia, id est, quæ dantur, ut probent pro inquisito ultra illud, quod testes deposuerunt, & dicuntur habere vim articulorum, & ista non sunt admittenda, licèt concernant defensionem, & intentionem interrogantis, sed resecanda, ne reus per indirectum consequatur quod directè non potest, videlicèt, ut examinentur testes super sua intentione absque interrogatoriis accusatoris, vel Fisci, Zuff. *de legit. process. lib. 3. quæst.* 134. *num. pr. & seqq.* Guec. *dec.* 15. *cap. pr. num.* 12. Farinac. *quæst.* 73. *num.* 38. 72. Scaec. *de judic. cap. 8. nu.* 878. *lib.* 2. Thes. *decis.* 261. Conciol. *resolut. crim. verb. Interrogatoria resolut. pr. per tot.* ubi idem in civilibus, & quòd etiam cavillose, captiose, superflua, & impertinentia sunt resecanda ex officio judicis, audito tamen reo, vel ejus procuratore, & in dubio non sunt judicanda talia, nec resecanda, idem Zuff. *d. tract. quæst.* 127. ubi quòd repetitio esset nulla ob resecata interrogatoria, quæ non erant resecanda, & resecatio est patefacienda reo, præsertim si non constet de justitia resecationis cùm in dubio interrogatoria non sint resecanda, sed omninò evacuanda, Possent. *sing.* 75. ubi loquitur in civilibus, & quòd testis deponens super hujusmodi interrogatoriis impertinentibus, & intentionalibus nihil probat.

10 Interrogatoria super iis, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem respondentis continent, non sunt admittenda, quia nemo cogitur propriam detegere turpitudinem, sive in specie, sive in genere interrogetur; si tamen respondeat, & fateatur, sibi imputare debet, cùm ei credatur contra se ipsum, & testimonium valeat, sicut etiam tenetur respondere ad omnia, quæ illum reddunt inhabilem ad testificandum, Farinac. *qu.* 73. *nu.* 53. *& seqq.* Guac. *def.* 28. *cap. 6. n. 4. & 5.* Michelor. *de posit. cap. 3. num. 34. in fine, & num.* 45. cum aliis per Conciol. *d. verb. Interrogatoria resol. 3. per tot. vide in §. Positio num.* 10. *§. Testis nu.* 88. Constantin. *ad statut. Urb. annot. 9. nu. 96. & seq. tom. pr.*

11 De interrogationibus, & interrogatoriis diversis, Castejon. *Alphab. juridic. verb. Interrogationes*, & Com. Augustin. *in Biblioth. legal. p. 4. cod. verb. fol.* 758. *&c.* latè Constantin. *loc. cit. dict. annot. 9. ferè per tot.* Brunnemann. Fagnan. De Luc. Pellegrin. Carol. Ant. De Luc. Crescin. & alii moderni.

12 Interrogatoria suggestiva qualiter sint semper per Judicem evitanda, tam in confrontationibus, quàm in aliis examinibus, & præcipuè in tortura, aliàs omnia reddantur nulla, benè explicat, & per exempla demonstrat Cyriac. *contr.* 150. *num.* 97. *et seqq.* ubi plura ad instructionem Judicis in examinando, & torquendo reo sine excessu veræ, & probatæ practicæ criminalis.

13 De interrogatoriis præparatoriis judicii, qualiter sit illis respondendum sub pœna confessi, vel negati in favorem interrogantis, Cyriac. *controv. 46. et 306. per tot.* Vela *dissert.* 22. *nu. 13. et seqq.* ubi plura in contrarium.

14 Interrogatoria, quæ fiunt extra capitula sunt impertinentia, & non admittenda, nec officit responsio, maximè stante protestatione, cùm potius dicantur nova capitula, Farinac. *qu. 73. nu. 48. et 70.* Cyriac. *contr. 409. n. 5. et seqq.* Pellegrin. *in Prax. Vic. part. 2. sect. 2. subsect. 5. n. 3.*

Interrogandi modi breves fugiendi. Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 9. nu. 30. pag.* 389. Interrogatoria brevia fieri non debent, & quare. Pellegrin. *in prax. Vicar. p. 4. sect. 19. n. 14. pag.* 469. 15

Interrogationes Reo faciendæ, si recognitus per testes, adhuc negaverit. Pellegrin. *in prax. Vicar. p. 4. sect. 19. n. 25. pag.* 471. 16

Interrogationes fieri solitæ, circa quatuor principaliter versantur. Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 9. n. 33. pag.* 385. 17

Interrogationes fiunt super singulis indiciis, & quomodo. Pellegrin. *in prax. Vicar. part. 4. sect. 9. n. 34. p.* 385. 18

Interrogatoria dentur per Reos in repetitione Testium. Pellegrin. *in prax. Vicar. p. 4. sect. 10. num. 37. pag.* 403. 19

Interrogandus est Reus magna cum diligentia. Pellegrin. *in prax. Vicar. p. 4. sect. 9. nu. 3. pag.* 380. 20

Interrogatus Juridicè peccat, si veritatem negat. Pellegrin. *in prax. Vicar. d. p. 4. sect. 9. n. 5. pag.* 380. 21

Interrogatoriis principale negotium tangentibus non cogitur pars respondere, nisi dentur dispositivè medio juramento per modum positionum. Fagnan. *in cap. olim n. 60. de lit. contestat.* Si tamen respondeat, & confiteatur, sibi præjudicet. Fagnan. *in d. cap. olim n. 61. de lit. contestat.* 22

Interrogationes pro parte Rei ab Actore, quæ, & in quibus casibus procedant, puta an sit hæres ex testamento, vel ab intestato, si possideat, & pro qua parte, & differentia si fiant ante litem contestatam, vel post; Et quid si fuerit contumax, vel confessus cum uno, sibi præjudicet cum aliis. Carol. Ant. De Luc. *in prax. Jud. cap. 39. per tot. pag.* 145. 23

Interrogatoria præcedunt examen articulorum. De Luc. *de Jud. disc. 31. n. 9. et 10.*, ubi declaratur interventus interpretum. De Luc. *de Judic. ibid. n.* 11. 24

Interrogatoriæ actiones obligant collitigantem ad respondendum. De Luc. *de Judic. disc. 23. num. 12. et in Summ. n.* 76. 25

Interrogatoria incongrua, Captiosa, Criminosa, Superflua, & impertinentia non sunt admittenda. Crescin. ad Abecedes. *obser. 81. n. 13. part. pr.* 26

Examen sine Interrogatoriis an sit validum. Latè Crescin. ad Abecedes. *obser. 84. n. 13. et observ. 88. nu. pr. et seq. part. pr.* 27

§. INTIMATIO. XXXIII.

Intimatio non est regulariter necessaria, nisi in casibus à jure expressis Gaveler. *decis. 3. num.* 6. ubi etiam quòd non est facienda ei, qui scire tenetur, quia scire, & scire debere paria sunt, scire autem tenetur, qui tenetur inquirere, & scire præsumitur, qui inquirere tenetur, etiam in facto alieno, & si non scivit, vel non perquisivit sibi imputare debet quando habuit tempus. 1

Quæ autem requirantur, ut intimatio dicatur legitima, & quando sit necessaria, vel non, & alia, Tusch. *litt. I. conclus. 338. et seqq.* Costantin. *ad s. tract. Urb. annot. 27. art. 2. ferè per tot. tom. pr.*

An possit fieri coram judice incompetente, puta coram laico adversus Clericum ad inducendam simpliciter scientiam, vide Pacion. *de locat. cap. 67. num. 534. et seqq.* ubi refert diversas opiniones, & negativè concludit, nisi aliundè probetur per testes, vel aliter tamquam actus extrajudicialis, cùm non sufficiat relatio nuncii, qui respectu Clerici Officium non habet.

Intimatio facta extra tempus conventum, non suffragatur, Gratian. *discept. forens. cap. 714. n. 3.* cum aliis per Duran. *dec. 365. n. 15.* ubi vide latè *per tot. et in §. Tempus nu.* 2

Intimatio decreti in interlocutoriis supplet defectum citationis, ac etiam in aliis, nisi agatur de actu gravis præjudicii, Seraph. *decis. 274. nu. 3. et part. 2. decis. 340. in fine*, cum aliis per Ludovis. & Beltremin. *decis. 457. n. 8. et 10. et decis. 505. num. 8.* vide Altimar. *de nullit. rubr. 12. quæst. 26. num. 6. & quæst. 40. nu. 35. & seq. tom. 2.* Rot. *rec. part. 1. decis. 227. n. 3.* Mantic. *decis. 84. n. 5.* 3

Quòd

Quòd in actu gravis præjudicii, prout est examen testium intimatio, non suppleat defectum citationis, Rot. *part. 2. divers. decis.* 300. *in fine*, Bich. *dec.* 169. *nu.* 16. facit Constantin. *loc. cit. annot.* 57. *art. pr. n.* 337. *tom.* 2.

Reliqua vide in §. *Denunciatio*.

De Intimatione aliqua notat remissivè Com. August. Fontan. *Biblioth. legul. part. 4. verb. Intimatio fol.* 761. Constantin. *ad statut. Urb.* Pellegrin. *in Prax. Vicar.*

4 Intimatio non solet de stylo Curiæ reproduci, nisi actu expeditionis mandati. Emeria Jun. *decis.* 788. *n.* 6. *&* 7.

5 Intimationis Judicii solemnis, quæ fit Authori laudato, decretum. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect. pr. subsect.* 6. *intersect.* 3. *n.* 23. *pag.* 98.

6 Intimationis prædictæ forma. Pellegrin. *in prax. Vic. loc. cit. nu.* 24.

7 Intimatio partis pro interessendo examini testium. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 6. *n.* 30. *pag.* 136.

8 Intimationis, & Citationis differentia. Pellegrin. *in prax. Vic. p.* 2. *sect. pr. subsect. pr. n.* 17. *pag.* 78.

9 Decretum ex præcepto Judicis intimandum non afficit, donec sequatur intimatio. Ansald. *dec.* 99. *num.* 27.

10 Præsentia Procuratoris supplet defectum intimationis. Mantiss. ad De Luc. *dec.* 30. *lib.* 7. *num.* 23. *vol. pr.*

§. INTROMISSIO. XXXIV.

1 INtromittentes se in rixis aliorum ad favorem unius partis contra aliam partem, ex communi observantia, & bannimentis Statutis Florentini, puniuntur pœna quinquaginta scutorum aureorum, & in duplum pœnæ pecuniariæ impositæ principalibus delinquentibus, nec gaudent beneficio pacis, vel confessionis spontaneæ, quo gaudent principales rixantes, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 56. *num.* 103. *&c. cas.* 280. *per tot.* dixi *in Pract. §. Intromissione, & §. Confessione num.* 24. ubi vide.

Excusantur tamen ut plurimum à dictis pœnis, vel sub prætextu consanguinitatis, sive affinitatis, sive quòd casu adfuerint, vel ad obviandum rixæ, vel quia nihil egerint, & quandoque condemnantur aliqua pœna pecuniaria satis mitiori pro modo culpæ, & animositatis redditæ parti, pro qua interfuerunt, ut sæpissimè servatum vidi, & ipse in judicando servavi, cum ad incurrendum dictas pœnas rigorosas requiratur dolus, animus deliberatus, sive concertatio, & motus de loco ad locum ad effectum prædictum intrommittendi se in rixis aliorum ad favorem alterius partis, & quando intrommittentes sunt sanguine conjuncti, vel socii, sive aliter in rixa interessati, non dicuntur propriè se intromittere in rixis aliorum, sed in propriis, cum offensa, vel injuria facta uni consanguineo, vel socio maximè cæteris præsentibus, dicatur etiam aliis facta; & ob id propriam, & non aliorum injuriam prosequi dicuntur, & licet bannimenta prædicta loquantur etiam de conjunctis, cum lex debeat esse universalis, hanc satis æquam interpretationem receperunt, & non sine aliqua ratione per prædicta, & quia etiam ex illorum contextu, & lectura dignoscitur, mentem Legislatoris fuisse prohibere conventiculas dolosas, & præmeditatas, non verò simpliciter casuales, cum de jure sit permissa non solum propria defensio, sed etiam conjunctorum, amicorum, & sociorum servato debito moderamine ad latè tradita per Farinac. *quæst.* 125. *part.* 5. *tit. de homicid.* Didac. Mari ad Gizzarel. *decis.* 18. *num.* 4. facit etiam Mele ad Gizzarel. *loc. cit. à n.* 16.

Et alia ad intelligentiam dictorum bannimentorum, vide *in Pract. §. Intromissione per tot.*

2 Qualiter puniantur conventiculæ, convocationes, & collectæ armatorum, & quinam dicantur armati ad hunc effectum, Coucìol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 35. *per tot.* & ante eum Farinac. *de crim. læsæ Majest. quæst.* 113. *à num.* 137.

3 De facientibus vindictas transversales, quomodo puniantur vigore Bullarum Pontificialium in statu Ecclesiastico, nempè quando sumitur pro alio vindicta contra propinquos alicujus offendentis, Farinac. *cons.* 150. *num.* 55. Spad. *cons. crim.* 102. *num.* 4. *lib.* 1. & alii relati per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. *§.* 4. *&* 5. *per tot. fol.* 536. *& cap.* 9. §. 5. *&c. fol.* 584. ubi de offendentibus per superchiariam, & quid sit superchiaria.

§. INVASIO. XXXV.

1 INvasores, & raptores bonorum alienorum, debent per judicis sententiam privari omni, & quocumque jure super re occupata, illud enim per hujusmodi invasionem amittunt, *leg. si quis in tantam, Cod. unde vi*, Pract. Papp. *caus. spol. poss. glos. ultim.*

Quinam dicantur invasores, Tusch. *litt. I, concl.* 343.

2 Invasor spoliatus ab alio sua detentione, quam per vim occupavit, habet remedium possessorium ad eam avocandam, non tamen contra dominum, qui potest incontinenti eumdem invasorem spoliare, Pract. Papp. *Caus. spol. poss. glos.* 3. *num.* 2.

Alia vide in §. *Aggressio*, §. *Furtum*, §. *Remedium cap. reintegrandæ*, *& §. Spolium*.

Aliqua de invasoribus me citato Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Invasor. fol.* 762. Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Capon. *discept.* 185. *tom.* 3.

3 Invaso Regno an processus factus sit validus, late Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 48. *num.* 15. *& seq. tom. pr.*

4 Invasor impunè occidi potest etiam pro bonis Molin. *de Just. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 16. *n. pr.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 10. *n.* 43. *pag.* 406.

5 An violenta invasio rei alicujus facta à Prælato præjudicet Ecclesiæ quoad ammittendam proprietatem. Brunneman. *in l. jubemus* 10. *nu.* 6. *C. de Sacrosanct. Eccles.*

6 Invasor rei Ecclesiasticæ triplo punitur, & foro Ecclesiastico subiicitur. Brunneman. *in Auth. item nullu n.* 2. *C. de Episc. & Cleric.*

7 Invasor alienæ possessionis quomodo puniatur. Brunneman. *in l. invasor.* 5. *n. pr. Cod. unde vi.* Quomodo tutor fundum alienum in minoris gratiam invadens. Brunneman. *in l. Meminerint* 6. *numer.* 4. *C. unde vi*.

8 Invasio de Immobilibus propriè dicitur. Brunneman. *in l. Instrumenta* 6. *n.* 3. *C. ad Exibendum.* Dicitur etiam de mobilibus. Brunneman. *ibid. n.* 2.

9 Invasio propriè dicitur de Violentia. Brunneman. *in dict. l. Instrumenta* 6. *n.* 4. *dict. C. ad Exibendum*.

10 Invasus si alterum occidens se liberare noluerit, sed ipse occidatur, peccat, Brunneman. *in l. Ut vim* 3. *ff. de Justit., & Jur. n.* 11.

§. INVENTARIUM. XXXVI.

1 INventarium factum ab hærede, ne teneatur ultra vires hæreditarias juxta text. *in leg. fin. Cod. de jur. delib.* plures solemnitates requirit, nempè.

Primò, quòd hæres prius dubitativè adeat hæreditatem cum protestatione adeundi cum beneficio legis, & inventarii.

Sed hanc primam solemnitatem non esse necessariam, hæredem non perdere beneficium inventarii, licet simpliciter adiverit hæreditatem dummodò illud conficiat, intra terminum præfixum, quicquid aliqui contrarium tenuerint, pluries firmavit Rot. citata per Paul. Rub. *in Annot. part.* 9. *decis.* 192. *n.* 76. *&c.* & tradit Monticul. *de invent. quæst.* 230. *nu.* 8. *& quæst.* 234. *num.* 23. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 597. *nu.* 12.

Et non sufficit declarare se adire hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, & inventarium inchoasse, nisi etiam ostendat illum perfecisse, Bich. 562. *num.* 20.

Sicut etiã confectum longè post, non suffragatur, nisi obtenta restitutione in integrum adversus lapsum temporis, Bich. *decis.* 591. *nu.* 15. *&* 25. *infr. vers. Septimo*.

Secundò protestetur fecisse exactam diligentiam reperiendi omnes res hæreditarias, & si quas imposterum inveniet, illas addet incontinenti, sicuti si quid errore scriptum fuerit non hæreditarium separabit, vide in *§. Protestatio numer.* 11, Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 44. *n.* 243. *tom.* 7.

Tertiò juret nullum dolum, vel fraudem in eo adhibuisse; Et quòd cessante dolo, non possit dari de nullitate inventarii, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 272. *per tot.* Altimar. *loc. cit.*

Quartò scribatur manu publici Notarii, qui sit persona cognita. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2, *sect.* 2. *subsect.* 3. *intersect.* 5. *n.* 19. 34. *&* 37. Altimar. *loc. cit.*

Quintò, subscribatur manu propria hæredis, vel signo crucis si scribere nesciat, vel adhibeatur alius notarius, qui pro illo subscribat. Pellegrin, *loc. cit. n.* 34. Altimar. *loc. cit.*

Sextò adhibeantur saltem tres, vel quatuor testes de loco, cogniti, & bona stabilia possidentes, qui jurent non esse conscios alicujus fraudis, unius illorum sit Notarius vel officialis loci, saltem duo à principio usque ad finem intersint, ille Notarius, ut dixi subscribat pro hærede ignorante, & alii tres pro absentibus *infr. num.* 11. Pellegrin. *ubi supra n.* 33. Altimar. *loc. cit.* Cyriac. *contr.* 560. *n.* 99.

Septimò inventarium inchoetur inter præsentes intra mensem à die mortis, vel aditæ hæreditatis, & perficiatur intra alios duos menses; inter absentes verò inchoetur intra quatuor menses, & perficiatur intra annum, vide in §. *Tempus nu.* 16. Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 118. *n.* 25. *&c.* Pellegrin, *loc. cit. n.* 19. Altimar. *loc. cit.*

Et hoc tempus non currit in præjudicium hæredis stante aliquo ejus impedimento, veluti infirmitatis, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 499. *n.* 6. Altim. *loc. cit.* Cyriac. *contr.* 501.

Ac istam esse levem solemnitatem, factumque inventarium post longius tempus suffragari cessante dolo, Cephal. *cons.* 327. & Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 272. *n.* 5. *&c.* intellige concurrentibus aliis, de quibus in dicta decisione; aliàs autem confectum longè post non suffragatur, nisi obtenta adversus lapsum temporis in integrum restitutione, Bich. *dec.* 591. *n.* 14. *&* 15. Altimar. *supra.*

Octavo, fiat in loco ubi est major pars bonorum hæreditariorum. Altimar. *supra* Rot. *dec.* 274. *nu.* 17. *part.* 13. *rec.*

Nonò, adhibeantur periti æstimatores, qui cum juramento, considerata qualitate bonorum, quantitate, pondere, & mensura referant illorum justam æstimationem in inventario exprimendam, vide *infr. n.* 4. Altimar. *loc. cit.*

Decimò omnes res, & bona hæreditaria oculis testium, & æstimatorum subiiciantur.

Undecimò, describantur omnia, tàm mobilia, quàm immobilia, se moventia, jura, & actiones, distinctè per pondus, numerum, mensuram, qualitatem, & quantitatem, cum justo valore, ut supra, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 149. *n.* 23. *& seqq.* ubi tamen nihil de valore, & æstimatione, *infr. n.* 4. eadem Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 31. *n.* 1. Pellegrin. *loc. cit. n.* 29. Altimar. *loc. cit.* Bertachin. *vol.* 55.

Duodecimò, describantur etiam aliena in hæreditate reperta, puta depositata, vel commodata, cum expressione tamen cujus sint. Altimar. *supra.*

Decimotertiò, citentur omnes creditores, legatarii, fideicommissarii, ac alii interesse habentes, si certi sint personaliter, si verò incerti per proclama ad interessendum quatenus velint, confectioni inventarii in tali loco faciendi, tali die inhoandi, & ut sequitur intra debita tempora perficiendi Rot. *part.* 51. *recent. dec.* 201. *per tot. & part.* 12. *dec.* 158. *n.* 36. *&c.* Pellegrin. *loc. cit. nu.* 26. Caprar. *dec.* 534. *n.* 4. *&* 5. Vide infra *n.* 2. Altimar. *loc. cit.* Bertachin. *vol.* 4. *&* 24.

Ad effectum tamen quòd creditores debeant nominatim citari, non sufficit illos esse certos, sed etiam constare debet, quòd sint præsentes, nam absentes etiam certi non sunt specialiter citandi, imò difficile est asserere aliquem creditorem esse certum, Salyc. *in l. fin. §. Si autem n.* 8. *in fine Cod. de jur. delib.* Seraph. *decis.* 371. *n.* 5. Beltram. ad Ludovis. *decis.* 473. *n.* 22. *infra n.* 2. Absentia tamen in Civitate propinqua, & eidem Principi subjecta non remittit necessitatem nominatim citandi creditores certos sub pœna nullitatis, Bicch. *decis.* 469. Gratian. *discept.* 798. *n.* 8. Quòd inventarium non reddatur nullum ex omissione citationis creditorum nominatim, nisi doceatur de illorum certitudine, & scientia in hærede, quòd difficile reputatur. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 521. *nu.* 7. *& seqq.* Altimar. *ubi supra.*

Decimoquartò, Notarius rogatus exprimat, in quo loco cœptum, & perfectum fuerit, per quem hæredem, coram quibus testibus Altimar. *loc. cit. vers.* 11.

Decimoquintò, fiat dinumeratio foliorum, & subscriptio cum mentione numeri foliorum. Altim. *supra vers.* 12.

Decimosextò, denique res omnes hæreditariæ fideliter, & ad unguem describantur, primò mobilia, deinde immobilia, jura, actiones, credita, & debita, nec aliquid malitiosè omittatur, ita ut possit semper hæres ad instantiam quorumcumque interesse habentium, claram, & nitidam de illis reddere rationem, ne contra eum intret præsumptio consumptionis, & usurpationis, ac ita amittat beneficium inventarii, prout prædictis, vel similibus solemnitatibus à statuto, vel consuetudine introductis, non servatis amitteret, quamvis juxta veriorem opinionem, omissio levis solemnitatis non vitiet, maximè si in præsentia judicis factum fuerit, licet istud non sit necessarium, ut colligitur ex textu, & traditis per DD. *in dict. l. fin. Cod. de jur. delib.* Thes. *quæst. per tot. lib.* 1. dixi *in resolut. cap.* 3. *nu.* 10. *& seqq.* quem locum refert, & sequitur Ureeol. *Consult. forens. cap.* 32. *n.* 16. *infr. n.* 2. *in fine &c.* de dictis requisitis plenè Ridolphin. *in Prax. par.* 1. *c.* 9. *per tot.* ubi etiam *n.* 32. *&c.* ponit formulas dicti inventarii, sive judicialiter, sive extrajudicialiter fiat. Non tamen vitiatur inventarium ex sola omissione aliquorum bonorum, si de fraude, vel dolo non constet, maximè stante clausula addendi, & minuendi, cujus vigore possent semper addi, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 521. *n.* 12. *& seqq.* Altimar. *supra vers.* 13.

Quòd inventarium debeat infra mensem inchoari, & infra alios duos menses perfici à die aditionis, nisi hæres malitiosè differret adire Pract. Papp. *hæred. ex testam. glos.* 2. *n.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 563. *n.* 27. *&c.* vide in §. *Tempus n.* 16. Ridolphin. *d. cap.* 9. *nu.* 31. *& seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 272. *n.* 5. ubi tamen quod cessante dolo valet etiam postea factum. Altimar. *loc. cit. vers.* 6.

Quando tamen tota hæreditas, vel major pars est alibi, quàm in domicilio hæredi potest inventarium intra annum confici, illud inhoando intra quatuor menses, & perficiendo intra alios octo menses, Roland. *tract. de Invent. part.* 3. *quæst.* 8. *&* 9. Montan. *de tut. cap.* 32. *Reg.* 5. *n.* 34. *&c. fol. mihi* 107. Ridolphin. *loc. cit.* ubi etiam qualiter vigore Bullæ Pii IV. sit aliter statutum tempus ad inchoandum, & perficiendum inventarium. Altimar. *loc. cit. vers. verum si.*

Intellige in hærede, secùs autem in fideicommissario, usufructuario, & quolibet alio administratore, qui tenetur statim, ac incipit administrare, inventarium conficere, aliàs præsumitur in dolo, & habetur ac si illud non confecisset, etiam si se miscuerit sub prætextu successionis, nisi saltem descriptionem mobilium confecerit, vide Sicar. *in l. fin. §. Sin autem dubius, C. de jur. delib.* Ruin. *cons.* 29. *n.* 11. *lib.* 5. Roland. *de Inventario, quæst.* 33. *nu.* 1. *&c.* Cancer. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 15. *infr. n.*

Quas solemnitates requirat inventarium ultra supracitatos, & infra citandos. Bart. *in leg. scimus, §. cum agitur n.* 3. *Cod. de jur. delib.* Roland. *cons.* 73. *per tot. lib.* 2. Natt. *cons.* 574. *&* 575. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diversf. decis.* 72. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 53. *n.* 24. *&c. cap.* 767. *n.* 1. *&c. ad* 41. *infr. n. seqq. in fine*, latè Tusch. *litt. I. conclus.* 319.

349. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 29. *& seqq per tot.* latè Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 44. *à n.* 245. *tom.* 7. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 2. *sect* 2. *subsect.* 2. *intersect.* 5.

Quare, & quo jure inductum sit beneficium inventarii, & alia, Paul. Christin. *decis.* 22. *& seqq. vol.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 51. *per tot.*

Quòd possit fieri per procuratorem cum mandato speciali, Duran. *decis.* 337. *n.* 57. *&* 58.

A quibus debeat confici inventarium, vel non, Tusch. *litt. I, conclus.* 347. *per tot.* Conciol. *de hæred. art.* 1. *& seqq.*

2 Inventarium inter alias solemnitates, requirit præcipuè, quòd nominatim, & in specie citentur omnes creditores, & legatarii, vel alii interesse prætendentes, si sint certi, incerti verò per proclama generale, sub quo continentur etiam personæ Ecclesiasticæ, licet emanatum fuerit à judice sæculari, cum non cogantur comparere, sed tantùm moneantur quatenus sua putent interesse, Roland. *de invent. part.* 3. *quæst.* 34. Mastril. *dec* 79. Ricc. *Collect.* 53. *part.* 1. Thomat *decis.* 89 *n.* 7. vide *in §. Judex n.* 36. Sanselic. *decis.* 210. *n.* 6. *& decis.* 305. *n.* 7. Capyc. *decis.* 101. cum aliis supra citatis dixi in *resolut. cap.* 3. *n.* 20. *&c. infr. n.* 12. Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 1. *cap.* 9. *dubit.* 11. *per tot. fol.* 412. ubi quòd potestas laica se extendit ad citandum personas Ecclesiasticas in confectione inventarii, cum clausula, *si sua putent interesse*, vel per edictum, ut supra. Altimar. *loc. cit. vers. citentur omnes*. Vide supra *n.* 1. *versic decimotertio*

Sed quod creditores Ecclesiastici debeant citari, & moneri non per judicem laicum, sed per Ecclesiasticum, Martha *de jurisdict. part.* 4. *Cent.* 1. *cas.* 38. *n.* 8. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 11. *n.* 50. Bonac. *de leg. disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §. 2. *n.* 27. Ambrosin. *de Immunit. cap.* 22. *n.* 73. Dian. *resol. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *resolut.* 20. vide *in §. Clericus n.* 53. latiùs idem Dian. *part.* 8. *tract.* 5. *resolut.* 44. ubi plura hinc inde licet ut supra concludat. Altimar. *loc. cit. vers. sed quod*.

Quòd omnes interesse habentes, vel prætendentes, etiamsi interesse non esset certum, cùm sufficiat esse certum, quòd quis prætendat, sint nominatim citandi ubi sunt certi, aliàs quoad non citatos semper inventarium sit nullum, Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 2. *de invent. nu.* 65. *&c.* Antonin. Macerat. *var. resol. part.* 2. *resol.* 56. *n.* 26. *& resol.* 8. *nn.* 10. Ludovis. *decis.* 473. *n.* 2. Buratt. *decis.* 637. *nn.* 17. *& decis.* 570. *n.* 5. *&c* Ubert. *de citat. cap.* 15. *num.* 447. Phanuc. *de invent. quæst.* 240. *n.* 12. Capyc. *d. decis.* 101. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *c.* 9. *n.* 47. *& seqq.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 20. *per tot. & d. decis.* 202. *n.* 6. *&c. part.* 12. *decis.* 168. *n.* 36. *&c.* ubi quando sufficiat citatio domi facta, vide supra *n.* 1. *versic. Decimotertiò*. Forma autem, vel substantia dictæ citationis debet esse ad videndum inchoari, continuari, & perfici inventarium pro tali die, in tali loco alias citatio incerta, & perfunctoria non esset valida, Ang. *in leg.* 1. *§. hæc Stipulatio n.* 10. *ff. si cui plusquam per Falcid.* Dec. *cons.* 633. *num.* 8. *&c.* Roland. *de invent. quæst.* 86. Rot. *decis.* 176. *nu.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Ridolphin. *d. cap.* 9. *n.* 21. *& seqq.* ubi ponit formulas dictarum citationum, sive inventarium fiat judicialiter, sive extrajudicialiter, cùm possit ritè, & rectè utroque modo confici. Factum tamen prævia citatione aliquorum valet quoad citatos, licèt sit nullum quoad alios non citatos, nisi non citati fuissent absentes, & extra locum, vel jurisdictionem jusdicentis, Bart. *cons.* 154. *num.* 8. *lib.* 1. cum aliis per Gratian. *discept. forens. cap.* 945. *n.* 13. *& cap.* 798. *n.* 8. *&* 9. Beltram. ad Ludovis. *decis.* 473. *n.* 22. ubi quòd ad effectum ut debeant nominatim citari, non sufficit esse certos, sed etiam constare debet fuisse præsentes, & difficile esse asserere aliquem creditorem certum.

Imò cessante dolo, non potest inventarium dici nullum, etiam respectu non citatorum, quando multi fuerunt citati, cum lex non sit in totum contempta, & ubi adesset multitudo creditorum licèt certorum, non esset necessaria particularis omnium citatio, sed sufficeret generalis per proclama, vel saltem esset concedenda restitutio in integrum, etiam majoribus ex hujusmodi omissione, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 797. *n.* 16. *&c.* dixi *in res. d. cap.* 3. *n.* 20. *&c.* ubi etiam quòd in omnem casum videtur sufficere quælibet protestatio, & convocati, etiam extrajudicialiter facta per hæredem ad videndum confici inventarium, idem Grat. *c.* 720. *n.* 2. *&c. & d. c.* 797. *n.* 2. *&c.* facit Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 202. *n.* 6. *& seqq. & part.* 15. *dec.* 272. *per tot.* ubi quòd cessante dolo non potest allegari nullitas inventarii ex lapsu temporis, vel non citationis; sicut nec quando fuit remissum à creditoribus per pactum, quòd est validum.

Non etiam potest dici nullum inventarium ex defectu citationis ab eo, qui fuit præsens, licèt non citatus, cùm præsentia suppleat, sicut, & scientia, notorium, ac intimatio, Gratian. *d. cap.* 797. *n.* 1. *&c. & cap.* 998. *n.* 21. ubi quòd præsens ad inventarium dicitur etiam illud approbasse, si concurrat aliquis actus positivus, Rot. *p.* 12. *rec. dec.* 168. *n.* 37. ubi quando sufficiat notitia, vel scientia, *& part.* 14. *dec.* 272.

Quòd inventarium factum prævia citatione creditorum, quoad certos personaliter, quoad incertos per proclama continens omnia stabilia cum confinibus, & mobilia cum æstimatione, ac adhibitis testibus bonæ conditionis, & famæ loco creditorum absentium, signo crucis, aditione hæreditatis, & decreto judicis, juxta text. *in l. fin. C. de jur. delib.* sit adeò solemne, & validum, ut non possit impugnari, nec de illo dubitari, dixit Rot. *in Romana separationis bonorum* 24. *Januarii* 1631. coram Pirovano *in Noviss. part.* 6. *decis.* 2. *n.* 1. *&c.* ubi refert, & sequitur Rol. *cons.* 73. *n.* 4. *&c. lib.* 2. & alios plenè Dunozet. *dec.* 367. *per tot.* dixi *in resol. cap.* 3. *n.* 19. *&c. supra n.* 1. Ridolphin. *in Prax. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 29. *& seqq. per tot.* Cyriac. *contr.* 160. *n.* 98. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 31. *num.* 1. *par.* 14. *decis.* 272. *& part.* 15. *decis.* 15. ubi quòd cessante dolo non attenditur nullitas inventarii, cùm sit inventum tantùm ad hoc ne res hæreditariæ occultari valeant, ac ideò ubi talis præsumptio cessat, non est necessarium inventarium, vel sufficit qualequale de consuetudine solitum, *& part.* 18. *decis.* 521. *per tot. & part.* 19. *decis.* 16. ubi etiam licèt non fuerit in protocollo, nec in archivio repositum, quia error, & negligentia notarii rogati non debent partibus nocere.

Inventarium de consuetudine non requirit omnes solemnitates *supra n.* 2. enumeratas, sed dicitur legitimè factum quando fuerunt servatæ solemnitates solitæ in loco ubi conficitur, quod probatur ex confectione similium instrumentorum, Duran. *decis.* 387. *n.* 1. *&c.* Gratian. *discept. for. cap.* 59. *num.* 8. Cavaler. *decis.* 508. *per tot.* quem refert, & declarat Urceol. *Consult. for. cap.* 32. *n.* 28. *&c.* vide *in meis resol. cap.* 3. *n.* 15. *&* 16. Tusch. *lit. I. concl.* 350. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 9. *nn.* 124. *& seqq.* Ricc. *dec.* 67. *p.* 1. Novar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 123. *nn.* 8. Rot. *p.* 15. *rec. dec.* 15. *per tot. & dec.* 48. Caren. *resol.* 32. Card. De Luc. *de hæred. disc.* 17. *n.* 2 Altimar. *loc. cit. n.* 245. 3

Debet tamen talis consuetudo plenè probari, nec dicitur sufficienter probata ex ostensione multorum inventariorum sub simili forma confectorum, nisi etiam doceatur quòd illis fuerit data fides in judicio tamquam legitimè factis, & quòd ad notitiam totius populi, vel majoris partis devenerint, ita ut dicantur communi omnium, & unanimi consensu approbata, prout requiritur ad inducendam consuetudinem, & in specie defectus de quo ageretur, aliàs tamquam correctoria non potest extendi latè Rot. *part.* 2. *divers.* 72. *num.* 21. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 767. *n.* 6. *&c. cap.* 153. *n.* 24. *& c.* 998. *n.* 19. Alba *cons.* 153. *n.* 13. *&c.* Rimin. junior. *cons.* 417. *n.* 52. Natt. *cons.* 575. *n.* 9. *&c.* Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 100. *n.* 4. Cyriac. *contr.* 23. *n.* 23. Ludovis. *dec.* 162. *n.* 3. *&c.* Ridolphin. *d. cap.* 9. *n.* 116. *& seqq.* ubi multis modis declarat dictam de-

decis. 72. & alias similes, adde Carec. *resol.* 32. *per tot.*

Et probata tamquam nutritiva peccati, & aperiens viam fraudibus non esset attendenda, Alba *d. cons.* 275. *n.* 9. *&c.* Natt. *d. cons.* 575. *n.* 19. Grat. *d. cap.* 767. *n.* 10. maximè quoad citationes necessarias, quæ cùm sint de jure divino, & naturali, ac propriam concernant defensionem non possunt tolli per cõnsuetudinem, Vant. *de nullit. ex defect. tit. n.* 1. Roland. *de invent. part.* 3. *fol.* 73. *n.* 1. Ruin. *cons.* 81. *nu.* 4. *lib.* 3. Antonin. Macerat. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 11. *n.* 16. & 27.

Vel haberet locum solummodo in Inventariis bona fide confectis de rebus non litigiosis, secùs si lis penderet, & adessent alii prætendentes interesse, Grat. *d. cap.* 767. *n.* 17. Giarg. *cons.* 25. *n.* 8. fuis enim inductum inventarium, ne res hæreditariæ possint occultari, & ideò cessante præsumptione fraudis, valet, quamvis esset simplex descriptio, nulla servata forma, vel solemnitase juris facta, maximè si etiam talis adsit consuetudo; Cravett. *cons.* 1. *pro Genero n.* 476. Cancer. *var. resol. cap.* 2. *num.* 109. & *seqq. lib.* 3. Duran. *decis.* 387. *n.* 18. *&c.* ubi adducis quatuor præsumptiones concludentes aliam præsumptionem doli resultantem ex omissione alicujus rei, nempè legalitatem personæ, probabile dubium an res omissa esset describenda, quòd fuerit quid immobile, & sic non occultabile & quòd fuerit additum, antequam de omissione opponeretur, & latè Ridolph. *d. cap.* 9. *nu.* 59. & *seqq. per totum*, Rot. *part.* 15. *recentior. decis.* 15. *per tot.* & *decis.* 48.

Alias autem inventarium, & consuetudo prædicta, non debent esse tamquam herba betonica, quæ omnibus prosit, nec taliter interpretari, ut inductum in favorem creditorum, in illorum odium, & damnum retorqueatur, Morott. *cons.* 13. *n.* 12. Gargiar. *cons.* 40. *n.* 11.

Et in sum̃a cum Inventarium sit res scrupulosa, semper consuleré esse conficiendũ cum grano salis & omni subtilitate juris adhibita, cum melius sit abundare in cautelis, quàm deficere in solemnitatibus, ut videre est per Rot. *part.* 2. *divers. dec.* 72. *per tot.* ubi non obstantibus multis pro sustentatione inventarii adductis, fuis omninò nullum declaratum propter defectum aliquarum ex prædictis solemnitatibus.

Agebatur tamen in dicta decisione de inventario, quod judex mandaverat confici cum omnibus solemnitatibus juris, & statutorum, & extrajudicialiter confecto, ac de aliis circumstantiis, quæ cessant quando inventarium fit citatis citandis apud acta judicii, ut benè animadvertit Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 116. *et seqq. per tot.*

Inventarium factum tam ab hærede, quàm à tutore,
4 non tantùm debet omnia continere, sed eorum singillatim æstimationem, & valorem, aliàs est nullum, & datur juramentum in litem, Rot. *cons.* 73. *n.* 30. *&c. lib.* 2. Gratian. *disceptat. for. cap.* 532. *num.* 29. *cap.* 711. *num.* 51. *cap.* 767. *n.* 10. 32. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 66. *fol.* 38. & *cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 77. *&c. fol.* 109. Roland. *de invent. part.* 3. *quest.* 44. & 43. ubi etiam quòd debet distinctè omnia continere per pondus, numerum, mensuram, qualitatem, & quantitatem, dixi *in resol. cap.* 3. *nu.* 10. *&c.* vide Ridolph. *in Prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 18n. ubi refert contrarias opiniones, & concludit æstimationem prædictam non esse necessariam de jure, & tantò minus de consuetudine, quando fuerint aliæ qualitates expressæ, vel non apparet quòd fuerint dolosè omissæ, & allegat Rot. *in Romana Census* 22. *Junii* 1609. *coram Pean infr. num.* 19. vide Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 83. *num.* 1. & *seqq.* ubi quòd mobilia debent describi cum quantitate, & qualitate per pondus, numerum, & mensuram, aliàs beneficium inventarii non suffragatur, nec potest suppleri per æstimationem peritorum, quando dicta mobilia non fuerunt eorum oculis subjecta, & *part.* 19. *decis.* 382. *nu.* 7. & *seqq.* facit Ciroc. *disc.* 24. Conciol. *alleg.* 51. *num.* 31. & 32. Altimar. *loc. cit. vers.* 8.

5 Inventarium non prodest, quando in illo non fuerunt descripta omnia describenda, licèt una res tantùm esset omissa, & debet continere etiam nomina debitorum, maximè si de eis adsint probationes, & omni casu sunt describenda postquam fuerunt exacta; non tamen ad annullandum inventarium sufficit simplex omissio, nisi adsit dolus, & juvat protestatio de apponendo non descripta, quando per ignorantiam fuerunt omissa; esset etiam nullum si careat subscriptione hæredis, & testium loco creditorum absentium, licèt stante decreto judicis non attendatur defectus hujusmodi subscriptionis, Gratian. *discept. for. cap.* 532. *per tot. cap.* 998. *num.* 15. *&c.* Rot. *part.* 1. *divers. decis.* 72. Duran. *decis.* 387. ubi multa pro sustentatione inventarii, Rot. *p.* 13. *recent. dec.* 499. *num.* 7. & 8. ubi quòd dicta protestatio præservat à dolo omissionis, quo cessante non amittitur beneficium Altimar. *loc. cit. vers. inventarium non prodest.*

Quòd credita condisionalia non sint de necessitate apponenda, & etiam excusetur non apponens, quando non invenit in hæreditate instrumenta autentica, ac stante protestatione de addendo quicquid &c. Alsograd. *cons.* 90. *num.* 49. *&c. lib.* 5. Altimar. *ubi supra vers. quod credita.*

Quando autem hæres ommittens describere in inventario debitum proprium, dicatur in dolo vero, vel præsumpto, ad hoc, ut perdat beneficium inventarii, latè Sperel. *decis.* 216. *per tot.* ubi pro exclusione doli concludit.

Et an inventarium sit nullum ob aliquam omissionem, si hæres sit minor, idem Surd. *decis.* 222. *per tot.* Pellegrin. *loc. cit. nu.* 30.

Quòd etiam stante dolo hæredis in aliquid omittendo describere in inventario, non privetur hæres illius beneficio, sed tantùm possit condemnari ad duplum, *l. ult. §. licentia, C. de jur. delib.* juxta interpretationem approbatam à Rot. *par.* 6. *recent. decis.* 181. *num.* 4. 9. & *seqq. part.* 9. *decis.* 85. *num.* 26. *&c. dec.* 466. *num.* 29. & *part.* 12. *decis.* 343. *nu.* 39. *&c.* Staib. *resol.* 95. *n.* 23. Pellegrin. *dict. nu.* 30. Altimar. *loc. cit.* Bertachin. *vot.* 55. *n.* 10.

Inventarium factum cum protestatione de addendo, 6
& minuendo ei quatenus &c. interim probat in præjudicium describentis, & protestatio hujusmodi ad effectum minuendi non juvat nisi docto de errore, & non potest diminui nisi servatis servandis, & causa cognita, Gratian. *discept. for. cap.* 766. *nu.* 48. *&c.* & *num.* 62. *&c.* & *decis.* 387. *nu.* 21. & *seqq. per tot.* Merlin. *dec.* 858. ubi quòd descriptio non est attendenda dum constat de errore, qui tamen debet plenè probari, idem Merlin. *dec.* 868. Vide Pen. *decis.* 1055. *n.* 3. Rocc. Episc. *cap.* 47. *n.* 14. & 15. Altimar. *loc. cit. vers.* & *inventarium.*

Quòd inventarium plenè probet contra conficientem, Gratian. *discept. for. cap.* 765. *n.* 59. *&c.* Duran. *dec.* 337. *num.* 9. & *seqq. per tot.* ubi ampliat ita ut non admittat probationem in contrarium, *infr. num.* 18. Rot. *part* 12. *rec. decis.* 145. *num.* 9. & *seqq.* ubi nisi plenè probetur de errore, & illius causa, & *decis.* 168. *num.* 15. & *seqq.* & *decis.* 197. *num.* 36. *dec.* 385. ubi quòd probat contra conficientem, & habentes causam ab eo, ac etiam contra tertium, quando est adminiculatum, ut bona in eo descripta dicantur hæreditaria, Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 322. *num.* 9. Altimar *loc. cit.*

Quòd inventarium præsumatur omnia continere, & qui dicit contrarium, teneatur probare, maximè stante supradicta protestatione, quæ inducit bonam fidem in hærede, qua existente semper juvat, Gratian. *discept. for. cap.* 720. *n.* 6. *cap.* 743. *num.* 22. *cap.* 998. *num.* 3. *&c.* Magon. *dec. Luc.* 6. *num.* 44. *&c.* Duran. *dec.* 387. *num.* 34. vide *in §. Juramentum num.* & §. *Tutor num. infra num.* 10. *vers. Item quod*, & *num.* 51. Hodiern. ad Surd. *dec.* 222. Pellegrin. *loc. cit. nu.* 30. Palm. *decis.* 385. *n.* 6. *decis.* 328. *nu.* 55. Altimar. *supra vers. quod inventarium*, & *vers. inventarium præsumitur.*

Inventarium nullum, & invalidum non probat, nec 7
ullum ad favorem conficientis producit effectum, sed benè contra illum, quatenùs adversarius velit illi stare, aliàs qui se immiscuit in bonis, debet aliundè rationem reddere, vel probare negativam, quòd alia non extiterint bona præter in inventario descripta,

l. quo-

l. quoties ubi gloſ. ff. qui ſatiſd. cog. Cyriac. *contr.* 160. *num.* 91. *&c.* Ludovii. *deciſ.* 499. *num.* 2. Seraph. *dec.* 1311. *nu.* 2. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 61. *num.* 1. *&c.* Buratt. *dec.* 750. *n.* 1. *&c.* Altimar. *loc. cit.* Cyroc *diſc.* 7. *à n.* 63. Rocc. *diſp.* 47. *n.* 14. *diſp.* 154. *n.* 23.

Quòd ſtetur Inventario contra conficientem, & habentes cauſam ab eo, quoad qualitatem bonorum, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 31. *n.* 7. ubi quod ſi fuerunt deſcripta tamquam hæreditaria, non poſſunt poſtea prætendi fideicommiſſaria, niſi talia concludenter probentur cum identitate, *& deciſ.* 386. *n.* 26. *d. part.* 13. ubi quod probat etiam circa æſtimationem mobilium in eo expreſſam.

8 Inventarium præſervat hæredem ne teneatur ultra vires hæreditarias, & ante omnia debet deduci æs alienum, quod prævalet legatis, legitimæ, doti, & aliis, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 998. *num.* 1. *&c.* Magon. *deciſ. Luc.* 6. *num.* 42. Tuſch. *litt. I, concluſ.* 351. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. *nu.* 252. *&c.* plenè Paul. Chriſtin. *deciſ.* 22. *cum pluribus ſeqq. volum.* 4. Rot. *part.* 13. *recent.* 499. *& par.* 18. *dec.* 521. Pen. *deciſ.* 56. 1025. *&* 1447. Pellegr. *loc. cit. à nu.* 16. Rub. *de Confuſ. cap.* 7. *nu.* 10. Altimar. *loc. cit. verſ. inventarium præſervat.*

Quòd non eximit ab obligationibus hæreditariis, quatenus ſuppetunt vires hæreditariæ, Duran. *deciſ.* 347. *num.* 2. Urceol. *conſult. for. c.* 32. *num.* 8. *et ſeqq.* Marcian. *diſput. for. cap.* 60. *per tot.* Ridolphin. *loc. cit.* Urceol. *conſult. for. cap.* 70. *num.* 31. *vol.* 2. ubi quod vires hæreditariæ ſuppetere præſumuntur donec contrarium probetur.

Licèt enim præſervet à damno, non tamen operari debet lucrum cum aliena jactura, ut benè probat Rot. *part.* 11. *rec. dec.* 36. *per tot.* facit Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 44. *num.* 197. *et ſeqq. tom.* 7. Rocc. Epiſc. *cap.* 47. *nu.* 41. Rub. *de Confuſ. cap.* 30. *n.* 4.

Quòd inventarium non proſit hæredi volenti impugnare alienationes factas à defuncto, ſi habeat penes ſe tot bona hæreditaria æquivalentia, cum ei obſtet regula, quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio, niſi facta æſtimatione appareat illi nullum lucrum remanere, Gratian. *diſcept. for. c.* 743. *nu.* 14. *&c. cap.* 766. *num.* 21. *&c. n.* 50. *&c.* vide *in §. Hæres nu.* 16. Urceol. *d. cap.* 70. *num.* 31. *& ſeqq. vol.* 2.

Quòd præſervet hæredi falcidiam, & omnia alibi ſibi per teſtatorem debita, ac operetur ut per aditionem non confundantur actiones, Pract. Papp. *hæred. ex teſtam. gloſ.* 2. *num.* 12. *&c.* Roland. *de invent. p.* 5. *quæſt.* 15. *fol.* 205. Rot. *p.* 14. *rec. dec.* 82. *n.* 4. *&c.* vide *in §. Hæres n.* 26. Paul. Chriſtin. *dec.* 22. *nu.* 9. *& ſeqq. vol.* 4. ubi intelligit quoad actiones perſonales, nam reales non confunduntur, etiam inventario non confecto Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 3. *interſect.* 5. *à n.* 16. Rub. *de Confuſ. cap.* 4. *n.* 46. *cap.* 7. *n.* 10. *cap.* 30. *n.* 2. *&* 13.

Quòd non proſit hæredi, qui petiit tempus ad deliberandum, quin teneatur creditoribus in ſolidum, ſed tantùm illi præſervet falcidiam, Roland. *de invent. part.* 4. *quæſt.* 2.

Hæres autem qui non fecit inventarium, licèt oſtenderet non extitiſſe alia bona præter talia, & talia, & ſic vellet probare negativam, tenetur nihilominus in ſolidum ultra vires hæreditarias, ſi non propter præſumptionem occultationis, quæ ex dicta probatione ceſſaret, ſaltem propter contemptum, & non uſum legis, & quia dicta præſumptio occultationis fuit conſiderata tamquam cauſa impulſiva, quæ non facit ceſſare diſpoſitionem, Franch. *deciſ.* 536. *per tot.* vide *in §. Hæres num.* 33. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 12. *nu.* 39. *&c.* ubi de legitima, & trebellianica, ac aliis detractionibus, ut non poſſint fieri ex fideicommiſſo particulari, cum integrè ſupplere teneatur hæres, qui legis beneficium contempſit, per text *in l. fin. §. Sin verò poſtquam Cod. de jur. delib. cum pluribus ibidem citatis*, Rot. *in Auximana Pecuniaria* 2. *Decembris* 1676. *coram Rondinino*, poſt Urceol. *de tranſact. deciſ.* 87. Pellegrin. *loc. cit. à n.* 16. Altimar. *loc. cit. verſ. & hæres qui non.*

Florentiæ qualiter eſſet beneficium inventarii, vide *in §. Hæres num.* 31. *in fine*, Tuſch. *litt. S, concluſ.* 577. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 153. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 793. *num.* 7. ubi tamen quòd procedit quoad laicos tantùm Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 82. vide *in §. Repudiatio num.* 3. 4. *&* 5. Quod etiam procedit in aliis pluribus Civitatibus, de quibus Altimar. *loc. cit.* Rub. *loc. adduct. cap.* 30. *n.* 9. *&* 10.

Quando inventarium non patrocinetur hæredi, Tuſch. *litt. I, concluſ.* 352. *per totum*, vide *in §. Hæres num.* 41.

Quòd perſonæ Eccleſiaſticæ, vel Eccleſiæ, etiam non facto inventario, non teneantur ultra vires hæreditatis, Dian. *reſol. moral. part.* 1. *tractat.* 2. *reſol.* 70. dixi *in §. Hæres n.* 34. *in fine*, *§. Eccleſia nu.* 8. Hieron. Cala *tract. de reſtit. in integr. deneg. quæſt.* 14. *n.* 5. *& ſeqq.* ubi idem in Fiſco, & illorum ceſſionariis, & quandoque in minore ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, & quando ſecùs Vide Layman. *Theol. Moral. libr.* 3. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 7. De Luc. *de Hæred. diſc.* 23. Cyroc. *diſc.* 28. *à num.* 35. Altimar. *loc. cit. verſ. ſecus in foro* Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 6. *quæſt.* 9. *n.* 6.

Inventarium confectum per hæredem gravatum, 9
non prodeſt fideicommiſſario, cui reſtituta fuit hæreditas, ne ultra illius vires teneatur creditoribus hæreditariis, niſi fuerit ceſſum, Pract. Papp. *hæred. ex teſtam. gloſ.* 2. *in fine* facit Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 215. *per tot. infr. num.* 17. Molin. *de Primogen. libr.* 1. *cap.* 16. 28.

Quòd imò proſit ſaltem præſumptivè, quando fuit legitimè confectum, ità ut ex illo appareat veritas bonorum hæreditariorum, facit pulchrè Duran. *deciſ.* 387. *num.* 40. *&c.* Cavaler. *deciſ.* 310. *num.* 7. Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 254.

Quòd poſſit prodeſſe quoad unam perſonam, & unam rem; & non quoad aliam, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 553 *num.* 113.

Quòd ſi primus hæres gravatus non fecit inventarium, teneatur ſubſtitutus illud conficere, ſi velit beneficio juvari, Peregr. *de fideicomm. art.* 4. *num.* 8. Merlin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 6. Faber. *in C. lib.* 6. *tit.* 11. *defimit.* 24. Bich. *deciſ.* 251. *num.* 14.

Quòd inventarium ab uno factum illi tantùm, ac ejus hæredi ſuffragetur, & non tertio, & ſi quis velit juvari inventario ab alio, ac etiam ab ipſo teſtatore ante mortem confecto, teneatur illud intra debita tempora coram judice ratificare, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 120. *nu.* 15. *& ſeqq. & part.* 16. *dec.* 417. *num.* 3. ubi quòd factum ab uno ex hæredibus non ſuffragatur aliis, niſi intra tempus à lege præſcriptum fuerit ratificatum, *infra num.* 17.

Inventarii beneficium fuit inventum ad favorem hæ- 10
redum, & ideò qui non eſt hæres ſi illud conficiat, ei non ſuffragatur, quamvis prætendat ſe eſſe hæredem, & tamquam talis illud confecerit, ſi poſtea declaretur non hæres, cum ejus titulus redigatur ad non titulum, & deſinat eſſe hæres, quod fieri poteſt quando id provenit ex diſpoſitione legis, Ang. de Ubald. *tractat. diverſ. de Invent. quæſt.* 1. *num.* 15. Michael. de Graſſ. *ibidem quæſt.* 250. *num.* 1. Alba *conſ.* 362. *num.* 1. Monticul. *de Invent. cap.* 1. *num.* 51. *&* 57. Cyriac. *contr.* 5. *num.* 169. Franc. Mar. Prat. *var. reſol. c.* 32. *num.* 11. Grivel. *dec. Dolan.* 73. *n.* 17.

Quòd hæredibus tantùm ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato competat dictum privilegium conficiendi inventarium, & non aliis, *l. fin. §.* 1. *Cod. de jur. delib.*

Item quòd privilegium præſumptionis non extare alia bona præter in inventario deſcripta, ſit tantùm conceſſum inventario hæredis legitimè confecto, & non aliis, Rot. *p.* 18. *recent. deciſ.* 93. *num.* 17.

Imò nec inventarium hæredis probare quantitatem bonorum hæreditariorum, quando fuit aliquid omiſſum, etiam ſine dolo, vel fraude, ſed ſimpliciter per errorem, quando non agitur de privando hærede beneficiis à lege pro inventario introductis, ſed tantùm de probanda quantitate bonorum hæreditariorum, Rot. *part.* 13. *recentior. deciſ.* 293. *num.* 2. *etc. ſupra num.* 6.

Quòd poſſit allegari exceptio, ſive beneficium inventarii quandocumque etiam poſt tres ſententias con-

conformes Salic. *in l. ab executione num.* 14. *C. quor. appell. non recip.* cum aliis per Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 145. *num.* 3. *&c.* ubi tamen quòd non prodest, & quando fit executio in bonis in inventario descriptis, & quare, & alia Vide Rot. coram Pen. *decis.* 1025. *n.* 3. *& in hoc oper. §. hæres n.* 30.

11 Inventarium est nullum, quando fuit factum ad solam relationem & assertionem hæredis absque testium præsentia, & assistentia in illo describendo, etiamsi postea intervenerint instrumento, cum requiratur, quòd testes fuerint præsentes à principio usque ad finem, & benè viderint, ac consideraverint bona, quæ in eo describuntur, maximè mobilia, & quòd de hac illorum assistentia attestetur notarius in instrumento, text. *in §. Si vero absunt Auth. de hæred. & falcid.* Bart. *in l. fin. §.* 1. *col.* 1. *in fine*, *Cod. de jur. delib.* Alba *consil.* 253. *nu.* 6. *lib.* 2. Roland. *de invent. part.* 3. *vers. in ipso &c.* Natt. *cons.* 014. *nu.* 14. *lib.* 1. Antonin. Macurat. *var. resol. lib.* 2. *res.* 8. *n.* 15. Grat. *discept. for. c.* 767. *nu.* 5. Cyriac. *contr.* 160. *num.* 99. Rot. *in Romana fructuum dotis* 11. *Aprilis* 1618. *coram Dunozetto*, *§. Deficiunt testes*, Hodier. *contr.* 5. *nu.* 29. *lib.* 1. dixi supra *n.* 1. *vers.* 6. *&* 10. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 11. *subsect.* 3. *intersect.* 5. *n.* 33.

Intellige quando fuit factum extrajudicialiter, secùs si apud acta, vide Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 121. *&c.* Pellegrin. *dict. n.* 33.

12 Inventarium occultè, & in secretò factum absque partis citatione, vel præsentia, & postquam conficiens habuit omnia in sua libera potestate, & dominio non juvat, maximè quoad mobilia ad ostendendam illorum deficientiam, cùm ex solo ingressu domus contra ingredientem probetur existentia omnium eorum, quæ solita erant in illa domo conservari, & ideò debet fieri cum præsentia illius, qui tenetur reddere rationem, vel habet aliud interesse, vel saltem eo legitimè citato, Castr. *cons.* 301. *num.* 5. *lib.* 1. Cancer. *var. resol. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 14. *&c de invent.* & hoc vel propter præsumptam bonorum subtractionem, & occultationem, vel propter solam possibilitatem subtrahendi, quæ sufficit absque allegatione subtractionis, Martha *de success. leg. par.* 1. *quæst.* 29. *art.* 5. *n.* 21. Franch. *dec.* 536. *nu.* 21. *& seqq.* vide supra *n.* 2. *etc.*

13 Inventarium non potest impugnari actione de dolo post biennium, cum hujusmodi spatio finiatur dicta actio, *l. fin. C. de dolo malo*. Non tamen cessant alia remedia, ut per Gratian. *discept. forens. cap.* 761. *num.* 26. *& cap.* 798. *n.* 4.

14 Inventarium hæredis non requirit decretum judicis, quicquid sit in illo tutoris, cui per judicem est decernenda administratio; optimum tamen est illud adhibere, etiam in inventario hæredis, cùm soleat supplere plures solemnitates, & præsumptionem, validitatis in dubio inducere, Gratian. *discept. for. cap.* 797. *nu.* 12. *&c.* Thes. *quæst.* 10. *nu.* 3. *& lib.* 1. ubi cumulat omnia requisita inventarii, & dixi supra *num.* 1. *& nu.* 2. *in fine infr. nu.* 19. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 121. *& seqq.* Pellegrin. *loc. cit. n.* 36.

15 Inventarium non potest remitti à testatore in præjudicium creditorum, sed benè in præjudicium legatariorum, ac fideicommissariorum, Gratian. *discept. forens. cap.* 204. *n.* 18. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *nu.* 98. *&c.* Tusch. *litt. I. conclus.* 348. *per tot.* ubi etiam an possit remitti usufructuario, Paul. Christin. *dec.* 24. *n.* 1. *vol.* 4. Vivi. *comm. opin.* 863. Clar. *§. Testamentum quæst.* 66. latè Cæsar. Cala *tract. de feriis quæst.* 5. *n.* 686. *cum multis seqq.* Cabed. *dec.* 136. *per tot. par.* 1. ubi sustinet non obstante remissione testatoris, posse hæredem ad instantiam fideicommissarii, vel alterius interesse habentis compelli ad faciendum inventarium, atque contrariis satisfacit Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 5. *quæst.* 44. *num.* 209. *&* 223. *tom.* 7. Vide Rub. *de confus. cap.* 31. *à nu.* 73. Andreol. *contr.* 427. *à n.* 9.

Quòd inventarii beneficium possit per testatorem, sicut per statutum prohiberi, latè de veriori, & receptiori opinione contrariis respondendo Andreol. *contr.* 427. *per tot.*

An inventarii beneficium possit prohiberi à testatore, valdè controversum dicit Altograd. *in Add. ad cons.* 84. *sub num.* 27. *in fine lib.* 1. ubi tenuit quòd non, cùm sit inductum ob publicam utilitatem.

Quòd imò possit prohiberi, vide Cavaler. *dec.* 471. *per tot.* ubi quòd nec datur restitutio in integrum, vide *in §. Hæres nu.* 32. Grat. *discept. for. cap.* 711. *nu.* 41. *&c.* Cravet. *cons.* 274. Surd. *decis.* 30. vide Altimar. *loc. cit. n.* 245. *vers. & quod beneficium* De Luc. *de hæred. disc.* 18. *de Legit. disc.* 25. *num.* 22. *disc.* 31. *num.* 4.

Inventariũ potest remitti à testatore tutori, hujusmodi tamen remissione nõ obstante, potest pupillus officio judicis illum cogere ad inventarium conficiendũ, & eo non facto tenetur nihilominus tutor reddere rationem de omnibus, quæ ad illum pervenerunt, Clar. *§. Testamentum quæst.* 66. Addit. ad Pract. Papp. *act. redd. rat. tut. glos.* 11. *in fine*, Vivi. *comm. opin.* 878 Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 4. *nu.* 98. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 163. *num.* 7. *vol.* 3. vide *in §. Tutor. nu.* 14. Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 384. *nu* 34. *&* 35. ubi quòd æquissima est opinio asserentium hujusmodi remissionem intelligi de inventario solemni, non autem de simplici descriptione, ad quam saltem teneatur tutor, ne aliàs pupilli res supprimantur. 16

Multa quando possit remitti tutori, usufructuario, & hæredi, & an illo remisso tutori quoad administrationem, videatur etiam remissum quoad adeundam hæreditatem, & quibus præjudicet hujusmodi remissio, an legatariis, seu creditoribus, vel ipsi hæredi, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 711. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 384. *num.* 32. *et seqq.* ubi quòd imò verius est (quicquid nonnulli recentiores tenuerint) uno remisso, non intelligi aliud remissum, & quare, adde Calam. *tract. de feriis quæst.* 5. *num.* 686. *& seqq. ad* 708.

Inventarium factum à tutore pro susceptione tutelæ, non juvat ad effectum adeundi hæreditatem cum beneficio inventarii, sed requiritur novum inventarium, ita ut non sufficiat verbaliter unum pro altero repetere, cùm multum differant in forma, & causa finali, Cavaler. *decis.* 367. *n.* 4. Gratian. *discept. for. cap.* 767. *n.* 18. *& seqq. ad* 41. Giurb. *ad Consuet. Messan. cap.* 9. *gloss.* 5. *par. pr. num.* 43. Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 248. *n.* 18. *& decis.* 384. *nu.* 28. *& seqq. d. par.* 9. *& par.* 18. *tom. pr. decis.* 16. *num.* 8. *& seqq.* ubi quod licèt inventarium tutelare regulariter non suppleat vices inventarii hæreditarii, ex illo tamen tollitur præsumptio occultationis, & distractionis aliorum bonorum, maximè si concurrant aliæ scripturæ idem demonstrantes, vel etiam sola divisio facta inter gravatos ita ut sit locus solitis detractionibus, non obstante omissione inventarii hæreditarii, de quo dixi *in §. Heres*, & latè eadem Rot. *d. par.* 18. *decis.* 489. *nu.* 28. *& seqq.* ubi benè declarat, firmando inventarium tutelare hæredi non prodesse vide Tristany, qui contrarium tenet *dec.* 20. *num.* 15. 17

Quamvis uno remisso videatur etiam alterum remissum, ita ut tutor neutrum conficiendo, nullum damnum patiatur, idem Gratian. *cap.* 711. *n.* 26. *&c.*

Contrarium tamen verius esse probat, & sequitur Rot. *part.* 9. *recen. decis.* 384. *nu.* 32. *& seqq. per tot.* ubi quòd etiam minores, & pupilli si velint beneficio inventarii gaudere teneantur illud conficere, aliàs ipsis consultum est tantùm contra tutorem pro hujusmodi omissione, vel beneficio restitutionis in integrum.

Si tamen factum fuerit præcedente aditione hæreditatis, & vocatum fuerit à conficientibus hæreditarium nomine pupillorum, & habuerit effectum inventarii, prodest pupillis, ut videantur hæredes cum beneficio inventarii, Bero. *cons.* 129. *nu.* 6. *lib.* 2. Monticul. *de invent. qu.* 228. *numer.* 26. Rot. post Merlin. *de legit. decis.* 5. *num.* 4. *& part.* 11. *dec.* 96. *num.* 7. *&c.*

Sic etiam Inventarium, sive descriptio facta à fisco ex causa delicti, tamquam ad alium finem, & inter diversas personas emanatum, non juvat, nec facit adminiculum ad alios effectus, Ludovis. *dec.* 473. *num.* 3. *&c.*

Quòd

Quòd inventarium factum ad unum finem, & inter alias personas, non prosit ad alium finem, & inter diversas personas, Cravet. *cons.* 312. *n.* 3. Cabal. *cons. decis.* 156. *nu.* 43. & 44. *lib. pr.* Morquez. *de divis. bon. c.* 1. *n.* 28. Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 93. *num.* 16. & 17. & ideò factum à legatario, vel tutore non prodest hæredi, Bald. *cons.* 221. *nu.* 3. *lib.* 4. Castr. *in l. scimus*, §. & *si præfatam num.* 11. *Cod. de jur. delib.* Cabal. & Morquez. *loc. cit.* Nec factum à matre prodest filiis, Morquez. *d. cap. pr. n.* 20. *etc.* Rot. *d. decis.* 93. *num.* 18. Nec factum à fisco præjudicat aliis tertiis Cyriac. *controv.* 492. *in fine supra nu.* 9. Vide Altimar. *dict. q.* 44. *n.* 302.

Ad probandum tamen statum hæreditatis suppletur defectus inventarii per divisionem inter cohæredes factam, si statim mortuo testatore confectum fuit inventarium tutelare, alioquin divisio ex intervallo non suffragatur, Bich. *decis.* 608. *num.* 8. Vide Altimar. *loc. cit. n.* 301.

Qualiter de æquitate inventarium à tertio confectum prosit hæredi, ne multiplicentur sumptus in diminutionem hæreditatis; imò ubi agitur de certa hæreditate consistente in certa quantitate, etiam nullo facto inventario hæres non teneatur ultra vires hæreditarias, cùm tunc cesset omnis subtractionis, & occultationis suspicio, Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 5. *sub n.* 44. & *sub n.* 47. *cum aliis*, Calvin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 254. *n.* 11. & *seqq. per tot.* ubi alia plura ad rem, reliqua vide *in* §. *Hæres*.

18 Inventarium factum à tutore de bonis pupillaribus plenè probat contra illum, ità ut finita tutela teneatur omnia in eo descripta restituere, vel quid factum fuerit de illis docere, nec contra inventarium potest probari, nisi per scripturam, *l. fin. C. de arbitr. tut.* Afflict. *decis.* 13. *per tot.* ubi decem, & plures conjecturas refert, quibus præsumitur facta satisfactio de bonis inventariatis, vide Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 97. *per tot. supra num.* 6. & 7. Rot. *p.* 13. *recent. dec.* 335. *num. pr.* & *seqq.* ubi quòd probat etiam contra habentes causam à tutore, ac debitorem constituit de bonis inventariatis, *decis.* 407. *n.* 1. &c. *in eadem causa* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *et* 3. *quæst. pr. sect. pr. nu.* 1006. *tom.* 8. Bersan. *de pupill. cap.* 5. *quæst.* 7.

Quòd faciat plenam fidem contra producentem, vel illud admittentem, ità ut nec possit error allegari, Gratian. *discept. for. cap.* 767. *nu.* 54. &c.

Quòd imò contra confessionem in inventario emissam admittatur probatio erroris, & ea quibus arguatur error, & sit nulla confessio facta à minore in inventario sine debitis solemnitatibus, Rot. *par.* 12. *rec. decis.* 168. *nu.* 15. & *seqq. per tot.*

Quòd inventarium tutelare non probet, nisi pro pupillo contra tutorem, vel ejus hæredes, præsertim circa ampliorem patrimonii quantitatem, Cavalet. *dec.* 491. *num.* 3.

Contra quos, & pro quibus probet inventarium, vel non, Tusch. *lit. I. conclus.* 346. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 938. & 939. *per tot.*

An autem inventarium factum à tutore præjudicet pupillo, ut descripta in eo præsumantur vera, non docto de errore, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 766. *nu.* 44. & *num.* 56. *etc.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 151. *n.* 14. & *seqq.* ubi qualiter confessio tutoris in inventario legitimè confecto præjudicet minori Altimar. *loc. cit. num.* 1001. Bersan. *dict. quæst.* 7.

Quòd à parte productum debeat acceptari cum omnibus qualitatibus, vel impugnari, nec possit scindi, Gratian. *d. cap.* 766. *n.* 30. &c.

19 Inventarium tutoris non requirit aliam solemnitatem, nisi ut fiat coram notario, & testibus, potest remitti, & per quæ verba dicatur remissum, tunc cessat dolus præsumptus ex omissione, & omnes pœnæ, ac juramentum in litem, & alia, vide latè per Gratian. *disceptat. for. c.* 711. *per tot.*

De modo, & forma dicti inventarii, plenè Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *per tot. supra n.* 14. Tusch. *lit. I. conclus.* 347. ubi etiam à quibus sit conficiendum, vel non.

Debet tamen continere claram, & distinctam bonorum descriptionem, & non genericam, & confusam, aliàs non suffragatur, & præcipuè si aliquid fuit scienter omissum, cùm inventarium sit caput, & principium redditionis rationum, ad quem tenetur tutor, ut benè probat Rot. *p.* 11. *recent. dec.* 233. *per tot.* vide supra *num.* 4. &c. §. *Tutor num.* 13.

Si inventarii omissio non proveniat ex culpa, vel dolo tutoris, sed ex justa causa ob impedimenta ab adversario præstita, remanet ipse tutor ab omni mora, & negligentia præservatus, & non habens administrationem non potest dici suspectus si interim inventarium non conficiat, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 83. *num* 2. *etc.*

Inventarii defectus non potest inter cohæredes opponi, si à nemine ex illis fuit confectum, cùm sint in pari culpa, & ideò alter alteri obiicere non valet, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 72. *n.* 9. Osasch. *dec. Pedemont.* 147. *num.* 7. Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 532. *num.* 19. 20

Inventarium, vel alia similis descriptio bonorum probat, (saltem verisimiliter, quæ verisimilitudo est valdè attendenda,) non extare alia bona præter descripta, maximè quando describens professus est omnia describere, & descripsit etiam ea, quæ erant parvi, vel minimi momenti, ut rectè animadvertit Rot. *in Romana fideicommissi Prosperi senioris de Caffarellis* 15. *Martii* 1675. *coram Bourlemont*, post Urceol. *de transact. decis.* 72. *sub num.* 19. & *in eadem causa coram eodem* 24. *Junii* 1676. post Urceol. *d. tract. dec.* 74. *nu.* 12. *ac in Bonon. separationis bonorum* 15. *Martii* 1675. *coram Vicecomite*, post d. Urceol. *decis.* 75. *num.* 11. ubi quòd bona non præsumuntur hæreditaria, quando non fuerunt in inventario hæreditatis descripta, vide *in* §. *Negativa num.* 13. &c. *supra nu.* 6. & 10. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 174. *nu. pr.* ubi quòd probat negativam non existentiæ aliorum bonorum non descriptorum, & loquitur in pecunia, quam non fuisse in hæreditate repertam probatur ex illius inventario, non obstante aliquali confessione contraria, quæ ex inventario appareat erronea. Caprar. *decis.* 603. *n.* 12. & *decis.* 611. *n.* 1. *p.* 2. 21

Inventarium tamen minus legitimum, & defectuosum non probat dictam negativam existentiæ aliorum bonorum, cùm habeatur pro non facto, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 267. *num.* 17. & *seqq.* Caprar. *dict. decis.* 611. *n.* 2.

Quòd inventarium tutelare, vel simile non probet negativam, cùm hoc tributum sit tantùm inventario hæreditario legitimè confecto, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 4. Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 489. *num.* 32. Episc. Piton. *de Jurep. alleg.* 59. *n.* 52. *tom.* 2.

Inventarium de bonis Clericis jacente ejus hæreditate est conficiendum à Judice Ecclesiastico, hæreditate verò adita, sive hæres sit Clericus, sive laicus est faciendum à Judice sæculari, Fanuc. *de invent. par.* 3. *n.* 25. Roland. *eod. tract. part. pr. qu.* 17. Carleval. *de judic. tom. pr. disput.* 2. *qu.* 5. *n.* 337. & *seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 6. *nu.* 25. Thomat. *decis. Marcb.* 89. *nu.* 13. Urceol. *Consult.* 50. *nu.* 22. Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 34. *nu.* 19. & 20. & melius Romiguer. *ibidem in Addit. nu.* 42. & 43. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 31. *nu.* 49. & *seqq.* ubi aliter distinguit, & probat, nempè quòd si agatur de conficiendo inventario de bonis clerici post aditam ejus hæreditatem, vel adeptam possessionem à laico suo hærede, spectet ad Judicem sæcularem, si verò adhuc hæreditas non sit adita à laico spectet ad Ecclesiasticum &c. Vide Rube. *de Confuss. Jur. cap.* 4. *n.* 40. *cum seqq.* 22

De inventariis diversis, & ad diversos effectus, Thoro *Compend. decis. Neapol part.* 1. 2. & 3. *verb. Inventarium*, & plura Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Inventarium*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 764. &c. plenè Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 2. *per tot.* Plurima Em. De Luc. *in Indice general. verb. inventarium*, & Altimar. *de nullit. dict. tom.* 7. & 8. Rub. *de Confuss. Jur.* Conciol. *de Hæred.* Ansald. Emerix Caprar. Castald. Mans. Palm. & alii recentiores. 23

Inventarium est faciendum, quando adest alius habens interesse Pen. *decis.* 383. 24

Inventarii confectione pendente hæres non est molestandus à creditoribus. Pellegrin. *in prax. Vic. part.* 2. *sect.* 25

2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 5. *n.* 24. *pag.* 208. Conciol. *de hæred. art. pr. n.* 325. & 345. & *ad Stat. Eugub. libr.* 5. *rub.* 34. *n.* 4. ubi Add. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *q.* 47. *a n.* 58. *tom. pr. rubr. pr. p.* 5. *q.* 44. *num.* 245. *tom.* 7.

26 Inventarinm tenetur facere creditor immissus in bona debitoris. Rub. *de confus. Jur. cap.* 22. *n.* 64.

27 Inventarium an prosit hæredi promittenti creditoribus soluere. Rub. *de confusi. Jur. cap.* 7. *nu.* 11. Altimar. *dict. q.* 44. *n.* 199.

28 Inventarium tuetur filium venientem contra factum Patris. Rub. *de Confuss. Jur. cap.* 19. *n.* 104.

29 Inventarium prodest filiis Matris renunciantis præmortuæ ad avi hæreditatem. Rub. *de confus. jur. cap.* 23. *n.* 17. Altimar. *dict. n.* 245. *vers. prodest filiis*.

30 Inventarii utilitates septem affert Rub. *de confus. jur. cap.* 30. *n.* 37.

31 Inventarium suppletur per descriptionem bonorum factam per Testatorem. Emerix jun. *dec.* 991. *n.* 15.

32 Inventarium non suppletur per informem descriptionem quando non agitur de privando hæredem Beneficio Inventarii, sed solum de probanda quantitate bonorum hæreditariorum Testatoris. Emerix jun. *dec.* 876. *n.* 5. & 6.

33 Inventarium præsumitur factum ab eo, qui solnit mercedem Notario. Emerix jun. *dec.* 796. *n.* 13.

34 Inventarium potest fieri sub unica eademque citatione Creditorum, & Legatariorum, pro admissione ad hæreditatis aditionem, juxta stylum Curiæ. Caprar. *dec.* 636. *n.* 5. *p.* 2.

35 Inventarium est caput redditionis rationis, sine quo ea reddi non potest. Caprar. *dec.* 584. *num. pr. part.* 2.

36 Inventarium non dicitur defectuosum ea generica descriptione Scripturarum *Una Cassa con Scritture, concernenti la Casa*. Caprar. *dec.* 234. *n.* 11. *part.* 1.

37 In Inventario si fuerit omissa descriptio Census, & stabilium, quæ nequeunt occultari, non adscribitur vitio, seu culpæ omittentis. Caprar. *d. dec.* 584. *n.* 10. *p.* 2.

38 Inventario æquipollet descriptio bonorum hæreditariorum, facta in sententia Judicis in contradictorio Judicio ad instantiam legitimarii pro detractione legitimæ Caprar. *d. dec.* 584. *n.* 12.

39 Inventarium dicitur ab inveniendo, ideo non describuntur in eo nisi inventa Caprar. *d. decis.* 584. *num.* 15.

40 De Inventarii validitate, & legalitate non est dubitandum, si à Judice fuit declaratum, hæredem gaudere beneficio legis, & Inventarii, neque ultra vires hæreditarias tenetur Caprar. *dec.* 636. *n.* 12. *p.* 2.

41 Dos uti patrimonium, seu capitale distinctum ab hæreditate Universali, non est necesse ut describatur in Inventario. Caprar. *dict. dec.* 636. *n.* 8.

42 Inventarii loco quando succedere valeat status hæreditarius, firmatus occasione detractionis legitimæ. Caprar. *loc. cit. n.* 11.

43 Inventarii nomen non meretur Notula bonorum, si non apparet ad cujus instantiam sit confecta, & careat testibus, aliisque requisitis. Caprar. *dec.* 649. *n.* 23. *p.* 2.

44 Inventarium particulare mobilium, & supellectilium, assumere non potest naturam Inventarii omnium bonorum, includentis negativam existentię aliorum bonorum; quæ suffragari debeat in Judicio redditionis rationis. Caprar. *dec.* 584. *n.* 2. *p.* 2.

45 Inventarium non est attendendum, si credita in quantitate specifica non sint descripta, sed in confuso Caprar. *dec.* 83. *n.* 9. *p.* 1.

Inventarium ex generica, & confusa dascriptione dicitur deffectuosum, & nullius momenti. Caprar. *dec.* 549. *n.* 4. *p.* 2.

46 Inventarium, in quo sunt descripta jura cujusdam negotii hæreditatis, absque ulla specificatione illius status, nominum debitorum, mercium, & pecuniarum in eo existentium, dicitur nullū Caprar. *d. dec.* 549. *n.* 8. *p.* 2.

47 In Inventario minus legitimo, & defectuoso, ex quo non potest haberi certa quantitas bonorum, nullum potest fieri fundamentum, etiamsi illorum ommissio non fuerit dolosa, sed per errorem, quia si fuit erratum in ommittenda aliqua, ita potuit errari in ommittenda alia majoris ponderis. Captar. *d. dec.* 549. *n.* 9.

Inventarium neque Rustico, neque mulieri, neque minori suffragatur, siquæ describenda ommitantur. Caprar. *dec.* 584. *n.* 5. p. 2. 48

Inventarii omissio facit, ut solutio facta per hæredem, præsumatur ex fructibus hæreditarlis, & in hæreditate repertis, & signanter ex fructibus Censuum decursis vivente Testatrice Caprar. *dec.* 762. *n.* 4. *p.* 2. 49

Inventarii ommissio non operatur, ut ubi obligatio non adest, inducatur, vel in plus extendatur, quam habeat. Caprar. *dec.* 160. *n.* 6. *p.* 1. 50

Inventarium probat existentiam penes inventariantem, non autem penes alios. Caprar. *dec.* 274. *num.* 5. *p.* 1. 51

Inventarii omissio ex incuria matris Usufructuariæ, & Tutricis, non præjudicat minori, quin factus major detrahere valeat Legitimam, & Trebellianicam. Caprar. *dec.* 200. *n.* 4. *p.* 1. 52

Adstringitur hæres, saltem factus major, Inventarium conficere. Caprar. *dec.* 556. *n. pr. p.* 2. 53

Inventarium, seu notula redditnum Beneficiati, seu Dignitatis, ab ipsomet conscriptum, non probat in præjuditium tertii, qualis est Parochus. Caprar. *dec.* 624. *n.* 8. *p.* 2. 54

Limita si Inventarium sit antiquissimum, & roboratum possessione, quia tunc facit saltem magnum adminiculum & indueit præsumptionem tituli, Caprar. *dec.* 639. *n.* 9. *part.* 2.

Inventarium si est in parte verum, tale dicitur etiam respectu aliarum. Caprar. *d. dec.* 639. *numer.* 20. *p.* 2. 55

Ex quibus Inventarium adiuvetur. Caprar. *dec.* 666. *n.* 10. & 11. *p.* 2. 56

Omissio facta à Procuratore in describendo bona in Inventario, quando præjudicet principali. Bertachin. *Vot.* 55. *n.* 11. 57

Mulieres, & Minores occultantes bona, & ista non describendo in Inventario non habent aliud remedium, quàm restitutionis in integrum. Bertachin. *Vot.* 4. *n.* 10. 58

Creditores litigiosi quando sint citandi in confectione Inventarii. Bertachin. *dict. Vot.* 4. *n.* 2. 59

Citatio quando non sit reiteranda in confectione Inventarii. Bertachin. *Vot.* 24. *n.* 9. 60

A quo probari debeat Inventarium fuisse factum. Altimar. *de nullit. Rub.* 1. *part.* 5. *quæst.* 44. *nu.* 204. *vers. Inventarium fol.* 130. *tom.* 7. 61

Inventarium dicitur legitimè factum cū solemnitatibus, quæ de stylo regionis adhibentur. Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 212. *fol.* 131. *tom.* 7. 62

Inventarium præservat jura, & non inducit confusionem, & separat actiones, & facit duas personas, Altimar. *de nullit. rub. pr. part.* 5. *quæst.* 44. *n.* 272. *fol.* 141. *tom.* 7. Inventarium facit, quod hæreditas sit Jacens, Altimar. *de Nullit. d. rubr. pr. p.* 5. *quæst.* 44. *n.* 273. Inventarium efficit, ut bona hæreditaria loco unius, & hæres loco alterius personæ distinctæ, & separatæ habeantur. Altimar. *de nullit. loc. cit. n.* 275. *tom.* 7. 63

Inventarium omissum nullam inducit pœnam, sed subtrahit beneficium. *leg. fin. C. de jur. delib.* De Luc. *de donat. disc.* 44. *n.* 6. *de Legit. disc.* 25. *nu.* 7. & 8. *disc.* 42. *n.* 5. *de Hæred. disc.* 21. *sub n.* 12. & *in Sum. n.* 38. 64

Hæres inventario non exhibito, & non redditis rationibus non opponit jura competentia, ex propria persona. De Luc. *de Fideic. disc.* 216. *n.* 13. Et convenitur executivè in persona, & bonis propriis, De Luc. *in Indic. general. verb. hæres in gener. vers. Executive convenitur*. Intellige, ubi constet nullum confecisse inventarium, secùs ubi illud prætendatur nullum. De Luc. *de Hæred. disc.* 21. *n.* 7. *disc.* 19. *n.* 2. *disc.* 22. *n.* 17. 65

Inventarium conficere tenetur cessionarius hæreditatis. De Luc. *de Don. disc.* 44. *n.* 4. Quid de donatario universali. De Luc. *de Don. disc.* 44. *n.* 2. *disc.* 45. *n.* 17., & 18. 66

Inventarium tutelare si tutor non conficiat præsu- 67

mitur

mitur in dolo. De Luc. *de Tut. disc.* 57. *num.* 6. Et tenetur pupillo ad quanti interest. De Luc. *de Hæred. disc.* 12. *n.* 12. *& de tutor. disc.* 7. *n.* 2. *& seq.*

68 Inventarium successori feudi ex pacto non juvat quin teneatur pro debitis acquirantis. Bosc. Parmens. *art.* 6. *num.* 52. *in controv. feudali inter opera* Card. De Luc.

69 Inventarium amissum si fuerit, quomodo probetur. De Luc. *de Hæred. disc.* 19. *per tot.*

70 Inventarium quando tutum reddat ab hypothecia ementem ab hærede. De Luc. *de Cred. disc.* 53. *nu.* 5. *&* 11.

71 Inventarium, pater adeundo hæreditatem pro filio, si non conficiat, ad quid teneatur. De Luc. *de Hæred. disc.* 29. *per tot.*

72 Non præjudicat Inventarii omissio, ubi certus est status hæreditatis. De Luc. *de Hæred. disc.* 23. *nu.* 20. Intellige ad effectum, ne quis teneatur ultra vires, secus quoad confusionem actionum. De Luc. *d. disc.* 23. *eod. n.* 10.

§. INVENTOR. XXXVII.

1 INventor rei deperditæ non potest illam pro se retinere, nam qui inventum non reddit, furtum committit, nec potest petere præmium, nisi fuerit ante inventionem propositum pro re quærenda, Bart. *in l. falsus*, §. *qui alienum*, *ff. de furt. l.* 4. §. *Si tibi*, *ff. de condit. ob turp. caus.* Jas. *in l. solent*, *ff. præscript. verb.* vide Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 30. *per tot.* ubi plures casus distinguit, Farinac. *quæst.* 68. *part.* 3. Sanfelic. *decis.* 38. Paul. Christin. *decis.* 14. *nu.* 11. *& seqq. vol.* 5. ubi plura cui cedat res inventa, quarum expensarum ratio sit habenda, quæ diligentiæ sint faciendæ, ut postea adjudicetur domino territori, facit idem Christin. *ad leg. Municip. tit. pr. art.* 51. *& seqq.* ubi qualiter bona, quorum dominus ignoratur ad fiscum pertineant, & si denuncianda justitiæ Nicoli. *Elucubr. utriusque Jur. lib.* 2. *tit. pr. num.* 305. *in Instit. Imper.*

Quòd inventor factis necessariis diligentiis ad inquirendum dominum rei inventæ, eo non apparente possit eam apud se retinere animo restituendi quocumque tempore dominus apparverit, probabilius dicit Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 94. allegans D. Thom. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 2. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 2. *nu.* 86. Trulench. *in Decal. lib.* 7. *cap.* 14. *dubit.* 4. *&* 5. *num.* 3. Soto *de just. lib.* 4. *quæst.* 3. *art.* 3. Valer. *de different. utriusque fori verb. bona diff.* 4. *&* 5. *fol.* 50.

Alia de inventione, & inventis quoad acquisitionem, vel restitutionem, Castejon. *Alphabet. jurid. verb. Inventio*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 763. *&c.* Brunneman. Layman. *in Theol. Moral. lib. pr. tract. pr. cap.* 5.

Si tamen inventor factis debitis diligentiis ad inveniendum dominum, illum non inveniat, potest sibi retinere, cum paria sint non adesse dominum, vel non reperiri, & quando res non habet dominum fit primi occupantis, Dian. *part.* 2. *tractat.* 17. *resol.* 5. ubi tamen refert alios tenentes faciendam esse restitutionem pauperibus; Sed si ipse pauper sit, poterit sibi applicare ad tradita per Dian. *part.* 5. *tract.* 8. *resol.* 37. *&* 38. vide eumdem Dian. *part.* 11. *tract.* 1. *resol.* 12. ubi se redimit à Caramuele philosophante idem esse de raptore. Sed debita incerta per injustitiam contracta sunt omninò pauperibus, vel piis operibus restituenda, ut probat Dian. *loc. cit.* & vide eumdem *part.* 11. *tractat.* 6. *resol.* 48. *& tractat.* 8. *resol.* 12. ubi an pauperes, quibus esset facta restitutio, vel Inventor qui sibi applicaverit, teneantur restituere vero domino, qui postea comparuerit, & refert contrarias opiniones, sed affirmativa verior, nisi præscriptione juventur.

Invenire, & reperire an, & quomodo differant, Tusch. *litt. I*, *conclus.* 344. *per tot.*

2 Inventor thesauri an, & quando, & pro qua portione sibi, vel domino soli, vel fisco acquirat, vide Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 30. *num.* 4. *& seqq.* Peregr. *de jur. fisc. libr.* 4. *tit.* 2. *per tot.* Farinac. *quæst.* 104. *per tot.* Felic. *de societ. cap.* 2. *num.* 52. Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 7. Oinot. *& alii in* §. *Thesaur. Instit. de rer. divis.* Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 18. *cap.* 24. *per tot.* dixi *in* §. *Thesaurus per tot. et in Praxi* §. *Fisco num.* 15. Paul. Christin. *decis.* 16. *&* 17. *per tot. vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 51. plenè Antunez. Portugal. *dict. lib.* 3. *cap.* 13. *per tot.* ubi etiam de inventoribus lapillorum, gemmarum, & hujusmodi, ac de rebus naufragio, vel aliter amissis, vide *in* §. *Thesaurus in addit.* Plura Nicoll. *cit.* §. *Thesaurus Inst. tit. de rer. divis.* Layman. *loc. cit. num.* 23

3 Inventa bona, quorum Dominus non apparet, pauperibus desrenda, sunt Brunnemann. *in auth. omnes peregrini. n. pr. C. commun. de success.*

4 Pœna inventionis rem inventam fraudolenter reticentis est arbitraria, gravior, si interrogatus negaverit se reperisse Brunneman. *ff. lib.* 47. *tit.* 2. *leg.* 43. *n.* 7.

5 Inventionis præmia non petantur, nisi res sit invenienda, & opera impendenda Brunneman. *ibidem num.* 8.

6 Quæ nunquam dominum habuerunt, ut insula mare nata, gemmæ, lapilli in maris littore, primo inventori, & occupatori, cedunt; Venæ tamen metallicæ, & lapicinæ, quæ in proprio fundo natæ sunt, ad fundi dominum spectant, seclusa speciali consuetudine, aut lege Layman. *Theolog. Moral. lib.* 3. *tract. pr. cap.* 5. *num.* 23.

7 Quæ in mare facta ob naufragii periculum, vel incendio erepta sunt ea propriis dominis restitui debent postulata laboris, & industriæ compensatione. Layman. *Theol. Moral. ibid. n.* 22.

8 Si quis aurum in terræ superficie, vel in angulo aliquo domus reperiat, quamvis dudum ibi positum videatur, non est propriè thesaurus: ideoque ad inventorem spectabit, si dominus, vel hæredes ejus ignorentur. Layman. *Theolog. Moral.* §. *Insuper num.* 23. *ibid.*

9 Si Incolæ metu belli nuper defodientes pecuniam eam deserant, eruta non debet censeri thesaurus: quarè vel proprio domino restitui debet; aut si justum bellum geritur, militi Inventori prædæ instar cedet. Layman. *Theolog. Moral. ibid.*

10 Si quis alteri vestem V.G. vendat nesciens in ea aurum repositum latere; venditor postea reperiens aurum, non efficitur ejus dominus, sed restituere cogitur, Quinimò etsi triennio cum bona fide vestem possederit, nesciens aurum absconditum esse, dici non potest, cum præscriptione comparasse dominium auri: nam qui nescit, non præscribit: consequenter nec usu capit. Layman. *Theolog. Moral.* §. *Præterea n.* 23. *ibidem.*

11 Res inventas, v. g. loculum plenum pecuniis, quarum dominus post sufficientem inquisitionem ignoratur, inventor retinere, ac demum absumere potest, secundum probabilem sententiam. Layman. *Theol. Moral. ibid. n.* 24.

12 Si post alienationem, vel absumptionem rei inventæ bona fide factam dominus compareat, nihil restitui debet, nisi quatenus inventor locupletior inde factus est. Sed neque pauperes si in ipsos rei inventæ distributio facta fuit, aliquid restituere debent: nisi res in specie extet, vel ex ea locupletiores facti sint dominusq; repetat Layman. *Theolog. Moral.* §. *Inter has n.* 74. *ibidem.*

13 Inventor rei alienæ nihil à domino, cui restituere cogitur, ratione inventionis exigere potest: sed solam compensationem laboris, & expensarum, quas fecit rem ad dominum referendo Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 28. *n.* 2.

14 Inventor rei alienæ, si nesciens ad quem pertineat, eam per negligentiam: etiam si crassam, tamen sine dolo amittat, ad nullam restitutionem domino, postea repetenti obligatus esse videtur. Layman. *Theol. Moral. lib.* 3. *tract.* 2. *cap.* 4. *n.* 3.

§. INVESTITURA, & Investimentum. XXXVIII.

1 IInvestitura prima semper regulariter est attendenda, & omnia in ea contenta censentur repetita in qualibet renovatione, nisi sit adiecta aliqua nova qualitas,

litas, enjus respectu censeatur nova concessio, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 272. *nu.* 37. *&c.* Altograd. *cons.* 26. *n.* 72. *et seqq. lib.* 1. ubi quòd semper secunda investitura recipit interpretationem à prima, ubi verba secundæ non repugnant, sed se compatiuntur cum prima, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 92. *per tot.* ubi etiã quòd secunda primæ contraria præsumitur per errorem suscepta, & quòd renovatio intelligitur secundum naturam primæ, nisi scienter, & consulto à prima recessum fuerit, & in dubio sumenda interpretatio contra dominum, Merlin. *decis.* 150. *per tot.* & *decis.* 571. ubi quòd in secunda investitura censentur repetitæ omnes conditiones, & pacta primæ, & *decis.* 638. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 1. *per tot. decis.* 129. & *decis.* 150. *et part.* 17. *decis.* 354. ubi plura pro relatione ad primam investituram. De Luc. *de feud. disc.* 53. *num.* 7. *disc.* 127. *num.* 15. Bertachin. *vot. decis.* 5. *n.* 3. & *vot.* 87. *n.* 12.

Quòd si ultima investitura reperiatur alterata, & discordans à prima, præsumatur per errorem, & ad formam, & tenorem antiquæ sit redigenda, quando non apparet de expressa contrahentium voluntate mutata, latè Urceol. *consult. forens. cap.* 47. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 354. ubi quòd in emphyteusi Ecclesiæ non potest prima investitura alterari absque beneplacito Apostolico, & Ecclesiæ utilitate, si tamen fuerit prima alterata cum beneplacito Apostolico, etiam præsumpto, attenditur, secunda, & nova investitura, Rot. *part.* 18. *recentior. tom.* 1. *decis.* 33. *per tot.*

Quòd prima semper sit attendenda simpliciter, multis comprobat Magon. *decis. Florent.* 54. *nu.* 3. *&c. num.* 25. *&c. decis. Luc.* 14. *num.* 15. *&c.* Speral. *decis.* 73. *num.* 56. *&c.* vide *in §. Feudum num.* Tusch. *litt. I, conclus.* 356. ubi etiam ad eujus favorem sit interpretanda.

Quòd ejus tenor sit ad unguem servandus, Ricc. *Collect.* 2879. 1807. 3671. Rot. *part.* 16. *recent. decis. pr.* ubi quòd adeò prima investitura est attendenda, ut si ab initio fuerit pluribus concessa, & postea ad unum, vel duos redacta, si iterum concedenda sit, debeat concedi pluribus comprehensis juxta formam primæ, & *decis.* 129. *d. par.* 16.

2 Investitura prima non consideratur, nec attenditur quoad novas qualitates appositas in secunda, cum prima attendatur tantùm in casibus dubiis, Gratian. *discept. for. cap.* 724. *num. pr. etc.* Magon. *decis. Luc.* 54. *num.* 40. *etc.* Cavaler. *decis.* 219. *nu.* 10. *&c.* Rot. in *Romana devolutionis* 4. *Decembris* 1651. *coram Bichio*, vide Paul. Christin. *decis.* 15. *vol.* 6. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 321. *per tot.*

Item non attenditur prima investitura, quando fuit sublata, & finita per mortem, sive privationem vassalli, nam si iterum alteri concedatur dicitur novum feudum, & non renovatio primi, Gratian. *discept. for. cap.* 724. *num.* 2.

Nec etiam attenditur prima, quando res de consensu domini fuit translata in aliũ, & ei facta nova investitura nam tunc ejus linea, & non primi acquirentis est attendenda, Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 230. *n.* 16. *&c.* vide in §. *Emphyteusis n.* 30. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 319. *n.* 2. & *part.* 16. *decis.* 329. *n.* 10. & *seqq.* & *decis.* 155. *num.* 6. *&c.* ubi quòd nova investitura alterata, & mutata debet attendi, & non antiqua.

3 Investitura prima, quando dicatur per secundam immutata, vide Gratian. *discept.* 719. *per tot.* ubi quid quando emphyteusis fuit vendita cum consensu domini directi, an attendatur linea vendentis, vel potius emptoris quoad devolutionem, vide *in §. Dominus num.* & §. *Emphyteusis n.* 30.

Quando autem emphyteusis concessa sub commemoratione antiquæ, dicatur nova concessio, vel non, latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 277. *decis.* 321. *per tot. decis.* 340. *n.* 18. & *seqq. per totum.*

4 Investitura nova quando fieri potest in præjudicium eorum, qui in prima, & antiqua sunt comprehensi, quando prævaleat primæ, & alia, vide per Gratian. *disceptat.* 372. *per tot. cap.* 530. *n.* 25. facit quod dixi in §. *Dominus nu.* & §. *Emphyteusis num.* Merlin. *decis.* 321. vide Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Quòd non possit alterari à concedente post jus quæsitum acquirenti, & ejus descendentibus, Duran. *decis.* 457. *num.* 4. Urceol *consult. for. cap.* 47. *num.* 25. *&c.*

Quòd investitura ex falsa causa obtenta nullatenus valeat, & nemini præjudicet, Altograd. *consil.* 9. *n.* 19. *&c. lib.* 2.

Quòd investitura anterior præferatur posteriori ab eodem fonte emanatæ, quando plures in eadem re fuerunt investiti, Rot. *part.* 10. *recent decis.* 175. *n.* 10. *&c.* vide De Luc. *de Emphyt. disc.* 1. *nu.* 23.

Investitura quomodo sit suspicienda intra annum, 5
& diem per agnatos succedentes vassallo, & quando secus, Surd. *decis.* 148. *per tot.* Tusch. *litt. I. conclus.* 357. Ricc. *Collect.* 2150. 3604. Et de tempore, quo miles investituram petere debeat, latè Jo: Paul. Balzaran. *tract. de feud. tit.* 22. *fol.* 103. *&c.*

Quid sit investitura, quid operetur, & alia, Tusch. *litt. I. conclus.* 353. & *seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 370. *vol.* 1. ubi quotuplex sit de ejus effectibus, an possessionem tribuat, & alia idem Christin. *dec.* 3. & *seqq. volum.* 6. & *decis.* 14. & 15. *&c. d. vol.* 6. latè Balzaran. *dict. tractat. tit.* 2. *fol.* 130. & *seqq.* Boscol. Parmens. *in contr. feud. art.* 1. *nu.* 70. inter oper. Card. De Luc.

An possit fieri investitura de re aliena, quid facta operetur, Balzaran. *loc. cit. tit.* 8. *fol.* 156. *&c.*

Investitura sola verbalis, vel instrumentalis sine 6
reali traditione possessionis, an tribuat jus aliquod vassallo jure feudali, & quale, latè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 131. *vol.* 1. & *decis.* 150. *in fine d. vol.* 5. facit quod dixi *in §. Dominium n.* 3. & *seqq.*

Investitura prima est exhibenda, quando agitur 7
ad devolutionem ob finitam lineam, vel alia de causa, ad effectum, ut possit dici probatum dominium, nec sufficiunt instrumenta recognitionum, Capniq. *part.* 1. *decis.* 280. *num.* 9. Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 432. *n.* 9. vide *in §. Dominium nu.* 9. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 395. *n.* 1. & *seqq.* ubi quòd dominium Ecclesiæ probatur ex instrumento investituræ, quamvis nullo, & absque alia traditione ob privilegium Ecclesiæ.

Investitura nova, sive expectativa de feudo, vel 8
emphyteusi viventis, & per mortem ultimi possessoris devolvenda an, & qualiter concedi valeat, Ant. Gob. *tract. de permiss. feud.* & *emphyt. alienat. quæst.* 10. *per tot.* dixi in §. *Emphyteusis n.* 29.

Qualiter comprehensi in investituris, & fideicom- 9
missis, possint etiam pendente conditione, & antequam sit apertum feudum ad illorum favorem agere ad effectum ut declaretur sibi jus competere eveniente casu, Covar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 8. Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *sub n.* 10. cum alia per Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 418. *n.* 19. Vide infra *in noviss. addit.* Crescin. *n.* 14.

Contra vide *in §. Fideicommissum nu.* 29. & §. *Gravatus n.* 13. *in fine.*

Investitura quo pacto possit testibus probari, qua- 10
les debeant esse testes, nempe Pares Curiæ, & ex quibus præsumatur præcipuè ex possessione longi, vel longissimi temporis bonorum tamquam feudalium scienta, & patiente domino, Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 940. 941. 942 & 943. ubi etiam qualiter per juramentum probari possit investituram fuisse factam.

Investitura concessa pro se, filiis, & nepotibus, 11
an comprehendat pronepotes, & sic ad quot generationes extendatur, Rot. *in Bononien. bonorum emphyt. Ven.* 2. *Aprilis* 1666. *coram Albergata*, habetur post tract. Urceol. *de transact. decis.* 53. vide *in §. Emphyteusis n.* 24. Vide infra *n.* 21. & 22.

De investituris habentur aliqua per Thoro *Com-* 12
pend. dec. Neap. part. 1. & 2. *verb. Investitura*, & alia per Castejon. *Alphab. jurid. verb. Investitura*, & Com. August. Fontan. *cod. verb. Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 767. Jo. Torre *tractat. de success. in Majorat.* & *Primog. Ital. part.* 2. *quæst.* 57. ubi de primis investituris attendendis pro indaganda qualitate, & natura feudi, & alibi, *ut in Indice generali in fine part.* 3. *verb. Investitura*, plura Em. De Luc. *in Indic. gener.* & Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 1. & 2. *in verb. Investitura*. Mantiss. ad eumd. De Luc. Ansald. E-

metix

merix Caprar. Piton. Altimar. Manſ. Palm. & alii moderni.

13 Renovationem inveſtituræ facere ad favorem proximiorum æquum eſt, aliàs ipſa æquitas offenditur, ſi omiſſo proximiore, inveſtiatur extraneus Caprar. *dec.* 344. *n.* 9. *p.* 1. Obligatio inveſtiendi proximiores, ducta ab æquitate Bartoli, non ligat ſupremum Principem, qualis eſt ſummus Pontifex, nec ejus feudales Conceſſiones. Caprar. *dec.* 344. *n.* 7. *&* 19. *& dec.* 386. *n.* 2. *p.* 1. Supremus enim Princeps non tenetur inveſtire proximiores ex aliqua præciſa neceſſitate, quaſi ſit obligatus, cum ſolutus ſit legibus Caprar. *d. dec.* 344. *n.* 8. *& dec.* 386. *n.* 2. *p.* 1. Et poteſt æquitatem inveſtiendi proximiores, tanquam juris poſitivi, tollere, reſtringere, relaxare, ac moderari in uno caſu, & non in alio, ad libitum ſuæ voluntatis. Caprar. *d. dec.* 344. *n.* 12. *p.* 1. Non præſumitur tamen velle ab æquo recedere, niſi aliquo modo conſtet de contraria illius voluntate. Caprar. *d. dec.* 344. *n.* 10. *& dec.* 386. *n.* 5. *p.* 2.

14 Inveſtitura præventiva & abuſiva quando fieri valeat De Luc. *de Emphyt. diſc.* 1. *&* 2. *de Penſ. diſc.* 2. *n.* 16. *&* 24. *de Feud. in ſum. nn.* 317. *de Regal. in ſumm. n.* 30.

15 Quando ex eadem inveſtitura plures venire prætendunt unus eſt alteri legitimus contradictor De Luc. *de Beneſic. diſc.* 73. *n.* 49.

16 Inveſtitura imperialis quo tempore de facili concederetur ad cohoneſtandam Caſtrorum poſſeſſionem De Luc. *de Feud. diſc.* 63. *n.* 7.

17 Inveſtitura petenda eſt a Feudetario acquirente, nec ullo pacto poteſt omitti Boſcol. Parmenſ. *art.* 3. *ex n.* 60. *&* 68. *in contr. feud.* inter oper. Card. De Luc.

18 Inveſtitura finita quando cenſeatur per lapſum 100. annorum De Luc. *de Feud. diſc.* 133. *n.* 22. & vide eumdem *ibid. diſc.* 70. *n.* 5.

19 Inveſtitura quid comprehendat, declaratur ab obſervantia De Luc. *de Feud. diſc.* 3. *nn.* 13. *diſc.* 53. *n.* 10.

20 Inveſtitura regulatur a conſvetudine loci De Luc. *de Feud. diſc.* 3. *n.* 13. *diſc.* 53. *n.* 10.

21 Inveſtitura conceſſa favore alicujus non habentis ſpem ſobolis ad tertiam generationem alterius non importat effectivam vocationem alicujus de tali generatione nominata ſolum demonſtrativè Emerix Jun. *dec.* 597. *n.* 2. Limita, ut *ibid.*

22 Inveſtitura conceſſa Patri, & Filiis ſimultaneè, propriis expreſſis nominibus, nec non illorum filiis ue nepotibus, dicitur conceſſa ad tertiam generationem, cum Pater, & Filii conſtituant unam generationem. Emerix Jun. *dec.* 261. *nn.* 5. & vid. eumdem *dec.* 721. *n.* 3. *& ſeq. & d.* 1314. *n.* 15.

23 Inveſtitura conceſſa pro ſolis maſculis deſcendentibus ab inveſtitis non comprehendit hæredes extraneos. Emerix. Jun. *dec.* 144. *n.* 2. 6. *&* 7. *& ſeqq.*

24 Inveſtituræ derogatum cenſetur per approbationem quarumcunque diſpoſitionum Fideicommittentis cum derogatione omnium in contrarium facientium. Emerix Jun. *dec.* 1291. *n.* 6.

24 Inveſtitura Eccleſiaſtica alterari, ſeu immutari non poteſt ſine Beneplacito Apoſtolico. Emerix Jun. *dec.* 87. *n.* 7. *dec.* 117. *n.* 5. *& dec.* 261. *n.* 4.

25 Inveſtitura effectuata præſumitur ſi fuit per ſubſequentes confirmata. Emerix Jun. *decis.* 189. *num.* 8.

26 Secus tamen eſt ſtante inobſervantia pactorum in ea contentorum. Emerix Jun. *dec.* 281. *n.* 19.

27 Inveſtitura prima attendi debet, & interpretatur poſteriores poſthabitis intermediis Emerix Jun. *dec.* 87. *n.* 6. *& dec.* 117. *n.* 5. Limita ut *dec.* 130. *nn.* 8.

28 Inveſtitura valida præſumitur ex lapſu longi temporis cum obſervantia. Emerix Jun. *dec.* 108. *n.* 11.

29 Inveſtitus nulliter in præjudicium proximioris tenetur ad reſtitutionem bonorum cum fructibus à die motæ litis. Emerix Jun. *dec.* 242. *n.* 26. *&* Intellige, ut *ibid.*

30 Inſtituti primi ex lapſu centum annorum præſumuntur omnes mortui. Emerix Jun. *dec.* 653. *n.* 4.

31 Proximioribus impedire nequit immiſſionem qui fuit nulliter inveſtitus Emerix Jun. *dec.* 242. *n.* 21. *& ſeqq.*

Inveſtitura nunquam conceditur emphyteutæ, ſeu Feudetario, niſi per ſe, vel ſaltem per Procuratorem inſtet pro ejus conceſſione. Anſald. *dec.* 70. *n.* 8. 32

Inveſtitura in dubio præſumitur facta cum facultate tranſfeudi, etiam ad extraneos. Anſald. *dec.* 75. *num.* 6. 33

Inveſtitura, in qua non fuit expreſſa exiſtentia proximioris eſt ſubreptitia, & nulla. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 3. *n.* 4. *lib.* 1. *vol.* 3. 34

Inveſtitura feudalis, ut dicatur ſubreptitia, & nulla; ſufficit docere de uſu aliarum inveſtiturarum per Principem conceſſarum. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 3. *n.* 6. *lib.* 1. *vol.* 3.

Dominium directum probatur ex inſtrumentis Inveſtituræ. Piton. *de Jurepatr. all.* 57. *n.* 90. *tom.* 2. Sed vide Emerix Jun. *dec.* 189. De Luc. *de Alien. diſc.* 3. *n.* 20. *de Feud. diſc.* 133. *a n.* 3. 35

Pater inter comprehenſos poteſt unum ex illis gratificare in Inveſtitura hæreditaria, nec alii vocati poſſunt impugnare ejus factum ob qualitatem hæreditariam Piton. *de Jurepatr. all.* 46. *nn.* 13. *tom.* 1. 36

Inveſtitura dicitur nova ſi ſuperaddita fuerit nova perſona, & linea, & appoſita nova pacta, quæ non aderant in antiquiori: Ex his enim præſumitur Inveſtitum receſſiſſe à prima inveſtitura, & aliam novam ſtipulati. Caprar. *dec.* 559. *nu.* 8. *p.* 2. Inveſtitura ex quibus dicatur diverſa à prima. Caprar. *ibid. n.* 12. Inveſtitura non poteſt dici prorogatio alterius, ſi à Partibus modò nova, modò prorogatio antiquioris denominatur. Caprar. *d. dec.* 589. *n.* 13. *p.* 2. 37

Terminata inveſtitura per deficientiam maſculorum, intrat devolutio quoad terras illi annexas ad favorem Menſæ dominæ directæ. Caprar. *dec.* 735. *n.* 4. *p.* 2. 38

Eidemq; debita eſt manutentio. Caprar. *ibid. n.* 5.

Renovatio inveſtituræ, defuncto ultimo inveſtito, debita eſt illius filiæ ſuperſtiti. Caprar. *dec.* 344. *n.* 2. *p.* 1. 39

Inveſtitura impetrata à Pontifice, ei non narrata exiſtentia filiæ ultimi inveſtiti, eſt nulla, & ſubreptitia, cum ſi Papæ innotuiſſet, vel gratiam denegaſſet, vel difficilius conceſſiſſet. Caprar. *dec.* 344. *n.* 3. 12. *&* 13. *p.* 1. *& dec.* 386. *n.* 4. *p.* 1. 40

Inveſtimentum quoties non repetitur, poteſt agi actione perſonali ad factum, & ad docendum de inveſtimento, alias ad damna, & intereſſe. Caprar. *dec.* 73. *n.* 15. *p.* 1. 41

Inveſtiendi onus non habens, benè reſtituit pecunias habenti tale onus. Caprar *dec.* 537. *n.* 11. *p.* 2. 42

Obligatus ad inveſtimentum, ſi illud facere neglexit, tenetur ad fructus, quod idem inveſtimentum produxiſſet, quatenus factum fuiſſet. Anſald. *dec.* 93. *n.* 41. Caprar. *decis.* 168. *nn.* 17. *decis.* 202. *n.* 6. Emerix jun. *dec* 213. *&* 641. 43

Inveſtimentum cenſetur factum in executionem præcedentis obligationis, & ſic domino, non adminiſtratori acquiritur. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 38. *lib.* 6. *n.* 28. *vol.* 1. 44

Inveſtimentum dicitur eſſe in obligatione, quando Judex mandavit, ut pecuniæ inveſtirentur ſub nomine ejuſdem creditoris, ideoque ad eum ſpectant fructus medio tempore percepti. Mantiſſ. ad De Luc. *decis.* 4. *lib.* 8. *n.* 10. *vol.* 1. 45

Jura fideicommiſſi dicuntur tranſlata ſuper Inveſtimento pretii rei fideicommiſſariæ cum Principis licentia alienatæ. Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 99. *lib.* 10. *n.* 2. *vol.* 2. 46

Inveſtimentum factum cum bonis fideicommiſſi, cedit per viam permutationis in illius commodum Mantiſſ. ad De Luc. *dec.* 6. *n.* 1. *&* 6. *lib.* 6. *vol.* 3. Et venit in reſtitutione fideicommiſſi. Mantiſſ. ad De Luc. *d. dec.* 6. *n.* 3. *lib.* 6. *vol.* 3. 47

Hæres, ad cujus manus pervenit aliqua ſumma pecuniarum, ad inveſtiendum deſtinata, ſi non habet ipſe onus inveſtiendi, ſed à teſtatore fuit datus certus adminiſtrator, qui exigeret, & inveſtiret, evadit quidem debitor talis ſummæ, non autem tenetur ad fructus loco damnorum, & intereſſe. Caprar. *dec.* 231. *n.* 4. *p.* 1. 48

Inveſtimentum ſi à teſtatore fuit demandatum in 49

Lo-

Locis Montium id servari debet. Caprar. *dec.* 229. *n.* 10. *&* 14. *p.* 1.

50 Investimentum demandatum à Testatore, si super certo corpore fieri non potuit, hæres accusatur si non adimplet mentem Testatoris. Caprar. *d. decis.* 229. *n.* 11. *p.* 1.

51 Transigens cum uno ex vocatis ad Fideicommissum, & ei solvens certam pecuniarum summam ad effectum investiendi pro vocatis tenetur esse sollicitus de investimento, alias eo non facto tenetur ad reiteratam solutionem. Caprar. *dec.* 134. *n.* 1. *p.* 1.

52 Investimentum per æquipolles non potest allegari, ubi læsa est substantia actus. Caprar. *d. dec.* 134. *n.* 7. *p.* 1.

53 Investimentum pecuniæ dotalis, quoties erat injunctum viro, promissor dotis solvando in illius manibus, remanet liberatus. Caprar. *decis.* 740. *num.* 19. *p.* 2.

54 Mulier, cujus viro erat injunctum investimentum dotis eo defuncto, potest dotem, exigere à promissoribus, cum onus investiendi dicatur ad illius favorem appositum. Caprar. *d. dec.* 740. *n.* 20. *p.* 2.

55 Investimentum medietatis fructuum suæ hæreditatis demandatum à testatore usquequo Primogenitura prevaniat ad annuum certum redditum, si non apparet adimpletum, nec multiplicum, nec mens testatoris dicitur adimpleta, prout adimplari omnia jura disponunt. Caprar. *dec.* 229. *nn.* 4. *p.* 1.

56 Investimenta fructuum hæreditatis, demandata à testatore, ut evadant in multiplicum, & augmentum, censetur ordinata favore hæreditatis, & ad illam impinguandam, & sic non solum in commodum hæredum institutorum, sed etiam aliorum successivè vocatorum, ad quos testator hæreditatem gradatim devenire voluit. Caprar. *dec.* 113. *n.* 2. *p.* 1.

57 Investimenta fructuum, demandata à testatore ad occurrendum imbecillitati filiorum, videntur ordinata ad ipsorum commodum, non ad ampliationem hæreditatis, & fideicomissi. Caprar. *ibid. n.* 6.

Declara non procedere, si imbecillitas, & minor ætas fuit tantùm causa motiva demandandi investimentum fructuum, & causa finalis fuit augmentum, & multiplicum hæreditatis, ut ea pinguior efficeretur, ad hæredum comodum & successorum Caprar *ibid. n.* 7. *&* 8.

58 Per investimantum pecuniæ dicitur totis consultum creditoribus. Caprar. *dec.* 91. *n.* 9. *p.* 1.

59 Per investimentum pretii in Locis Montium dicitur satisfactum Bullæ Gregorianæ. Caprar. *decis.* 175. *n.* 15. *p.* 1.

60 Creditor non tenetur esse sollicitus in contractibus voluntariis, secus in necessariis Emerix jun. *decis.* 746. *n.* 8. *&* 9. Et quando teneatur debitor De Luc. *de Credit. disc.* 59. *n.* 7.

61 Emptor debet esse sollicitus de investimento pretii rei emptæ, quando venditor alienavit vigore facultatis sibi per testatorem attributæ cum onere investiendi Emeria jun. *decis.* 845. *n.* 10.

62 Investimentum factum in exequutionem præcepti testatoris cadit sub illius fideicommisso, sed intellige ut per Emerix jun. *decis.* 1012. *n.* 4. *&* 5. *decis.* 1143. *decis.* 1217. *n.* 2. *decis.* 1238. *n.* 15.

63 Investimentum fructuum hæreditatis demandatum per testatorem censetur inductum favore primorum hæredum, nisi constet da contraria ejus voluntate Emeria jun. *decis.* 957. *n. n.* 1.

64 Investimantum pecuniæ hæreditatiæ, an sit faciendum per hæredem gravatum De Luc. *de Seru. disc.* 56. *n.* 5. *&* 9. *& de Fideicom. disc.* 177. *n.* 6.

65 Investimentum pretii rei emptæ pro cautela emptoris an fiat de istius dominio sequuta evictione. De Luc. *de Cens. disc.* 25. *nn.* 3. Commodum, vel incommodum augmenti, vel decrementi cedit venditori. De Luc. *ibid. n.* 3.

66 Investimentum conventum ad cautelam si negligatur, non per hoc cessant alia remedia ordinaria. De Luc. *de Dot. disc.* 46. *n.* 2.

67 Investimentum semel esse secutum, an sufficiat. De Luc. *de dot. disc.* 54. *sub n.* 8.

69 Investimentum demandatum per testatorem si non det fructus designatos, an hæreditas supplere debeat De Luc. *de Legat. disc.* 14. *per tot.*

Investimentum factum in una specie, an possit variari. De Luc. *de Cred. disc.* 141. *n.* 3. *&* 12. 69

Investimentum omitti potest ab eo in cujus gratiam conventum fuit. De Luc. *de Cred. disc.* 59. 70
num. 8.

Pecuniæ investimento destinatæ, ac cadant sub 71
legato creditorum jurium, & actionum. De Luc. *de Legat. disc.* 4. *n.* 5.

§. IRREGULARITAS. XXXIX.

Irregularitas dicitur ab in, & regula quasi sine 1
regula, vel extra regulam, sive contra regulam, hinc fit, ut quicquid contra quamcumque regulam fit, largè posset irregulara, siva irregularitas appellari; quo verò ad Ecclesiam dicitur id, quod est contra ipsius Ecclesiæ regulas circa ordines, & est impedimentum Canonicum directè ordinum susceptionem impediens, ac susceptorum exercitium, vel executionem; originem ducit à jure positivo Pontificio, & causatur, vel ex vitiis animi, vel corporis, vel famæ, vel rei, prout latè, & singillatim explicat Ugolin. *tract. de irregular. cap.* 1. *& seqq. per tot.* Tusch. *litt. I, conclus.* 361. *& seqq.* ubi etiam quibus modis contrahatur, Ricc. *Collect.* 2141. *& alibi prout in repert. verb. Irregularitas*, quid sit vide De Luc. *miscell. in summ. num.* 66. Fagnan. *in cap. cum illorum nu.* 28. *de sent. excom.* Layman. *Theol. moral. libr.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 1. *n.* 1.

Vel melius dic, quòd respectu Ecclesiæ irregularitas est canonica inhabilitas ordines suscipiendi, aut susceptos exercendi à solo jure proveniens (non enim per sententiam ab homine, sed ex sola dispositione juris infertur) estque multiplex, sed præcipuè nascitur, vel ex defectu, vel ex delicto, & nullus irregularis potest ad ordines promoveri sine præcedenti dispensatione, & si fecerit se promovere graviter peccat, novam tamen ex hac promotione irregularitatem non incurrit, (nisi alia Ecclesiastica censura sit irretitus) etiam si in susceptis ordinibus ministraverit, sed tantùm remanet irregularis ut prius, & ab ea solum opus habet dispensatione, neque irregularitas impedit characteris impressionem, nec ordinum substantiam, sed solam executionem exceptis quibusdam casibus, de qua materia ultra Ugolin. *supracitat.* videndi sunt Summistæ Navar. *in Manual. cap.* 27. Tolet. *libr.* 1. *cap.* 57. Majol. *tractat. de irregul.* Dian. *part.* 4. *tractat.* 2. *per tot.* ubi plures dubitationes de hac materia resolvit, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 389. *& seqq. fol.* 222. Paul. Zacch. *Quæst. Medic. legal. lib.* 8. *tit.* 1. *per tot.* ubi 24. quæstiones ad medicos pertinentes examinat, Caspens. *Curs. Theol. tractat.* 25. *dispat.* 5. *per tot. fol. mihi* 667. *&c.* ubi quid, & quotuplex sit irregularitas, an in dubio præsumatur, quos effectus producat, quomodo inducatur in jure, ex quibus criminibus, & defectibus resultet, ac denique quomodo tollatur &c.

Irregulares omnes qualiter sint incapaces beneficii 2
Ecclesiastici, Garzia *de benef. part.* 7. *cap.* 11. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 17. 18. *fol.* 367. *&c.* latè Rot. *in Salamantina dimidiæ* 23. *Januarii* 1609. *coram Marcomontio*, penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 29. *per tot.* ubi de morbo caduco, sive comitali, Ugolin. *dict. tract. cap.* 6. *fol. mihi* 265. ubi intelligit de quocumque beneficio, etiam simplici, & pensiona, ita ut collatio sit nulla, nec faciant fructus suos, nisi dispensentur à Papa cum retentione beneficii, aliàs enim si simpliciter dispensarentur, vacaret beneficium, & opus esset nova collatione expressa, vel tacita ut supra vide Dian. *part.* 7. *tractat.* 12. *resol.* 7. ubi tamen refert plures alios probabiliter contrarium tenentes, nempè licet collatio sit illicita, tamen sit valida, & operetur acquisitionem fructuum Vide Layman. *loc. cit. cor.* 3. *& num.* 3.

An autem irregulares possint retinere beneficium ante irregularitatem incursam obtentum; dic quod sic, nisi fuerint per sententiam privati, nec privari possunt, nisi irregularitas proveniat à delicto, & dolo, nam si proveniat sine culpa non privantur, sed coadiutor datur, *cap.* 1. *cum seqq. de Cler. ægrot. vel* *debi-*

debilit. Innoc. *in cap. cum nostris de concess. præbend.* ubi etiam Abbas *num.* 21. Navar. *cons.* 97. *nu.* 14. *&c. de Simon. & cons.* 44. *in fine de homicid. lib.* 6. cum aliis per Ugolin. *dict. cap.* 65. §. 2. *fol.* 246. Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 24. ubi an beneficiatus incidens in irregularitatem possit renunciare beneficium in favorem tertii, & affirmativè concludit, vide De Luc. *de Benefic. disc.* 74. *& in summ. num.* 136. Jul. Capon. *tom.* 4. *disceptat.* 138.

Qualiter autem debeat citari possessor beneficii, & verificari narrativa irregularitatis facta in impetratione, nec sufficiat sola sententia condemnatoria maximè contumacialis, Bich. *decis.* 393. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 231. ubi quod impetrans beneficium propter irregularitatem alterius ex defectu corporis, debet illam concludentissimè probare, aliàs reiciandus venit, nec omnis defectus eam inducit, sed gravis, & notabilis tantùm arbitrio Ordinarii &c. *part.* 19. *decis.* 319. ubi quod privatus beneficio ob homicidium, si in gradu appellationis fuit absolutus, debet manutaneri, val reintegrari adversus alium, qui eo non citato illud impetravit.

3 Irregularitas quoad ordines, an incurratur ex defectu lenitatis per Notarios, Advocatos, Judices, Fiscales, Nuncios, & similes Curiales exercentes officia criminalia, sive Cancellarias criminales, vide Nav. *in Manual. cap.* 27. *num.* 231. *&c.* Suar. *de Censur. tom.* 5. *disput.* 47. *sect.* 4. Sayr. *de Censur. lib.* 6. *cap.* 24. *n.* 9. Bonac. *de Censur. distinct.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 23. Dian. *part.* 11. *tract.* 2. *resolut.* 63. *per tot. & tractat.* 5. *resol.* 6. Ciarlin. *contr.* 103. *per tot.* cum aliis plene per Sperel. *decis.* 77. *per tot.* ubi reprobat Majol. *de irregular. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. & firmat quòd quamvis prædicti, dum hujusmodi munera exercant, sint irregulares, & non possint ad ordines sine dispensatione promoveri; tamen si vel non exercuerint officium in causa sanguinis, vel quatenus exercuerint non fuerit sequutus effectus deformationis hominis, dimisso officio, exindè non remanere irregulares, de quo vide per eum cum aliis citatis, *& in decis.* 86. *num.* 20. Dian. *part.* 12. *tractat.* 3. *resolut.* 5. *& seqq.* Rot. *part.* 19. *recentior. decis.* 172. *per tot.* ubi plura quòd non amittatur pensio ob officium Consiliarii Principis, De Luc. *Relat. Cur. disc.* 46. *num.* 91. *&* 92.

Quòd satellites, & aliæ personæ infames vel ex causa famosa damnati sint irregulares, sed non tamen illorum filii, qui ideò possunt sacris ordinibus initiari, & alia latè Dian. *part.* 10. *tractat.* 11. *resolut.* 26. *per tot.*

Qualiter sacerdotes, vel alii comitantes reum ad furcam possint incurrere irregularitatem, vel ab illa excusari, etiamsi aliquo modo accelerent executionem, item consultores, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 79. *&* 80. *& in Addit. resolut.* 15. *dict. part.* 3. *& part.* 4. *tractat.* 2. *resolut.* 35. *& part.* 7. *tract.* 7. *resolut.* 61.

An autem, & quomodo irregularitas incurratur per Judices Ecclesiasticos committentes causas sanguinis judicibus laicis, latè idem Sperel. *dict. decis.* 86. *nu.* 8. *& seqq. per tot.* ubi reprobat Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 565. aliter docentem.

An ad irregularitatem ex delicto incurrendam requiratur culpa mortalis, & negligentia venialis non sufficiat, Dian. *part.* 2. *tract.* 16. *resolut.* 20. ubi tenet requiri culpam mortalem, licet alii putent sufficere venialem, idem Dian. *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 41. Navar. *in Manual. cap.* 27. *num.* 205. *&* 248. *& à num.* 141.

Non tamen incurritur irregularitas per Clericos, vel alios Consiliarios Principum intervenientes legibus condendis pro punitione malefactorum, nec per ipsos legum conditores, quia leges non intendunt homines occidere, sed eos abstinere à malo timore pœnarum, Bellet. *disquis. Cler. part.* 1. *de discipl. Cleric.* §. 5. *num.* 24. *&* 25. Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 572. *num.* 20. *& sequentibus*, & facit *in dec.* 253. *d. part.* 9.

4 Irregularitas potest absolvi, & tolli à Legato de Latere, & quandoque ab Episcopo, nisi proveniat ex contemptu clavium, vel percussione Clerici, quibus casibus solus Papa absolvit, Lap. *Alleg.* 13. Tusch. *litt. I*, *conclus.* 363. *per tot.* vide Dian. *resolut. moral. part.* 4. *tract.* 2. *de irregularit. per tot. & part.* 10. *tract.* 11. *resolut.* 10. *cum aliquibus seqq.* de ejus dispensat. De Luc. *Relat. Cur. disc.* 9. *&* 12. *Annot. ad Concil. disc.* 12.

An in dubio facti sit quis censendus irregularis, si agatur de homicidio, & quid in aliis delictis, Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 6. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 80. *num.* 12. *& seqq.* ubi quòd in foro contentioso non debet quis in dubio irregularis judicari, in foro verò conscientiæ debet procurari absolutio, & alia.

Quando contrahatur irregularitas ex homicidio dubio, latè Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 24. 42. 43. *&* 44. ubi de pluribus homicidiis, facit Pignatell. *consult.* 19. *tom.* 7.

Quid si homicidium committatur ex causa justæ defensionis, & an Clericus teneatur fugere, Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 29. *per tot.* Ricc. *Collect.* 930. ubi quòd non incurritur ex homicidio necessario, vel pro defensione, quòd latè probat Carol. Marant. *contr. part.* 4. *respons.* 31. *per tot.* ubi etiam quid si modum excesserit, & quando dicatur servasse moderamen inculpatæ tutelæ, & alia ad rem, & declarationem Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. *de reformat.* idem Marant. *part.* 5. *respons.* 83. ubi etiam quòd irregularitas non incurritur per vulnera, vel trucidationem mortui, vel cadaveris, etiam animo injurioso, & deliberato occidendi si viveret, prout nec per abortum fætus inanimati, quia ubi non est anima, non dicitur homo deformatus, vel occisus; prout requiritur ad irregularitatem incurrendam, facit Pignatell. *consult.* 19. *tom.* 7. Vide Bellegrand. *in compend. rer. criminal. meth. tract.* 10. *quæst.* 4. *n.* 8.

Quòd non incurratur in dubio, nisi in casibus à jure expressis, Ricc. *Collect.* 904. Fagnan. *in cap. vel non est compos n.* 41. *de temp. ordin. in cap. à nobis il* 2. *n.* 24. *de sent. excom. in cap. siquis Presbyter num.* 4. *de Cler. excom. minist. cap. quæsitum n.* 14. *de cohabit. Cler. & mulier.*

De irregularitate ex defectu natalium, & sic ex natalibus illegitimis, idem Ricc. *Collect.* 946. dixi *in* §. *Filiatio n.* 12. Pignatell. *consult.* 34. *tom.* 7. Layman. *Theol. moral. libr.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 5.

Irregularitas an incurratur ex bello, in quo multa sequuntur homicidia, dic quòd si bellum sit justum moraliter, & probabiliter, per solum concursum ad illud non induci irregularitatem, modò ipsi bellantes propria manu non occiderint, vel mutilaverint, seu consilium, aut mandatum dederint ad occidendum aliquem in particulari. Si verò bellum sit injustum, sequuto homicidio, omnes etiam propria manu, mandato, vel consilio non occidentes, irregularitatem incurrunt, *cap. petitio tua de homicid.* Covar. *var. resol. tit. de irregularit. part.* 2. §. 3. Bonac. *oper. moral. tom.* 1. *disput.* 7. *q.* 4. *punct.* 6. *num.* 7. *& seqq.* & alii relati per Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 355. *num.* 11. *& seqq. & decis.* 459. *per tot.* ubi quòd in conflictu dimicantes, explodentes, & sæva exercentes efficiuntur irregulares, Rot. *part.* 18. *dec.* 148. *n.* 7. *& seqq.* ubi dictam comprobat distinctionem Fagnan. *in dict. cap. petitio tua* Bertachin. *vot.* 156. Layman. *loc. cit. lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *cap.* 8. 5

Irregularitas qualiter incurratur per testes deponentes in causa sanguinis, sicut per omnes alios cooperantes, si sit tamen sine culpa mortali, quòd non impediat executionem ordinum & alia, Vivi. *comm. opin.* 917. *per tot.* dixi *in* §. *Testes num.* 83. Vide Pen. *decis.* 170. Fagnan. *in cap. de cætero n.* 10. *de homic.* 6

Irregularitatem non incurri per solam interessentiam in homicidio absque participatione, nec ex eo quòd quis dederit operam rei illicitæ, ex quo casuale sequatur homicidium, nisi illud illicitum fuerit causa proxima homicidii Covar. *in Clement. si furiosus*, §. 4. *num.* 9. *&* 10. *de homicid.* Navar. *cons.* 21. *n.* 4. *cod. tit.* cum aliis per Rot. in selectis per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *dec.* 260. *per tot.* ubi benè declarat, & contrariis respondet, facit Pignatell. *consul.* 71. *tom.* 9. 7

Quòd ex nuda præsentia in homicidio non incurratur irregularitas, nisi ulterius interveniat factum aliquod exterius cooperativum consilio, auxilio, vel

præcepto, quod est probandum ab allegante, & secuta sententia absolutoria, vel ex capite non probati delicti, vel legitimæ defensionis, remanet deleta omnis macula, sive criminis diffamatio, & non impedit consecutionem beneficii Ecclesiastici, Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 400. Emerix jun. *decis.* 5.

8 De irregularitate latè agunt De Luc. *in Indice* Fagnan. Passarin Pignatell. Piton. Ursaya & alii Canonistæ; Layman. *in Theol. moral.*

9 Irregularitas causata ex homicidio voluntario an sit de Jure divino Fagnan. *in cap. Henricus n.* 29. *de Cler. pugn. in duel.*

10 Irregularitates omnes, & earum penæ sunt de jure positivo Fagnan. *in cap. nisi cum pridem nu.* 84. *de Renunc.*

Irregularitatis instituendæ causa quænam fuerit Fagnan. *in cap. si constiterit n.* 52. *de accus.*

11 Irregularitas in dubio an sit præsumenda Fagnan. *in cap. ad audientiam n.* 3. & 4. *de homic.*

12 Irregularitas tribus modis contrahitur Fagnan. *in cap. nisi cum pridem n.* 81. *de Renunc.*

13 Irregularitas in quo differat a suspentione Fagnan. *ibid. n.* 80.

14 Quotuplex sit irregularitas Layman. *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 1. *n.* 4. & 7.

15 Irregularitas nativa quæ dicatur Fagnan. *loc. cit. num.* 82.

16 Irregularitas an contrahatur ex culpa levissima Fagnan. *in cap. quidam n.* 9. *de homicidio & in cap. quæsitum n.* 10. *de penit. & remiss.*

17 De Irregularitate ex abusu Baptismi latè Layman. *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2.

18 De Irregularitate ex infamia latè Layman. *loc. cit. cap.* 4.

19 De Irregularitate ex bigamia latè Idem Layman. *loc. cit. cap.* 6.

20 De Irregularitate ex corporis vitio Idem Layman. *ubi supra cap.* 7.

21 De Irregularitate ex obligatione servili Idem Layman. *ubi supra cap.* 8.

22 Irregularis efficitur, qui ministrat in ordine, a quo est suspensus Fagnan. *in cap. tuæ litteræ n.* 23. *de Cleric. per salt. promot.* & vide eumd. *in cap. si quis Presbyter a n.* 2. *de Cler. excom. minis.*

Irregularis in dubio prohibetur ministrare in ordinibus sacris, in minoribus verò permittitur dispensative, & an per Episcopum Fagnan. *in d. c. Præsbyter a n.* 8.

Irregulares sunt Clerici ministrantes in prima tonsura, & in minoribus ordinibus simoniacè susceptis Fagnan. *ibid. n.* 11.

Clerici suspensi, excommunicati, vel interdicti, qui tamquam clerici ex officio suo exercent actum alicui ex dictis ordinibus deputatum irregularitatem incurrunt ex voto S. Pœnitentiariæ Fagnan. *ibid. num.* 17.

Plura alia de irregularitate ex ordinis abusu plenè Layman. *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *c.* 3.

23 Irregularis est ex homicidio casuali, qui non adhibuit omnem diligentiam etiamsi daret operam rei licitæ Fagnan. *in cap. ad audientiam nu.* 35. *de homic.*

24 Irregularis est clericus, qui venando telum in feram misit, & hominem occidit, etiamsi omnem adhibuerit diligentiam Fagnan. *in cap. ad audientiam n.* 20. *de homic.*

25 Irregularis efficitur inflammans animum Regis ad odium, si inde sequatur mors. Fagnan. *ibid. n.* 31.

26 Irregularitas contrahitur in homicidio ignoranter & præter intentionem commisso, quoties culpa præcessit casum Fagnan. *in cap. si constiterit n.* 38. *de accus.*

27 Irregularitas contrahitur etiam ex causa remota ad homicidium, quando quis dabat operam rei illicitæ Fagnan. *ibid. nu.* 40. & vide eumd. *in cap. de cætero n.* 16. *de homic.*

28 Irregularitas ex homicidio, vel mutilatione est in duplici differentia. Fagnan. *loc. cit. n.* 18.

29 Irregularitas ex homicidio voluntario qualiter contrahatur Fagnan. *ibid. n.* 51.

30 Irregularitas incurritur etiam cum merito. Fagnan. *in cap. De cætero, n.* 8. & *in cap. Petitio n.* 6. *de homicid.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 10. *q.* 4. *n.* 8. & 12.

Irregularitas ex homicidio voluntario contrahitur 31
indistinctè ab eo qui dat causam proximam homicidio, sed oportet, ut homicidium sit in re volitum Fagnan. *ibid. n.* 27.

Irregularitas an contrahatur ex homicidio, vel 32
mutilatione pro necessaria defensione patriæ, vel parentum Fagnan. *in cap. Petitio n.* 1. & *seq. usq. in fin. de homicid.* Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *cap.* 9.

Irregularitas ex occisione, vel mutilatione ad sui 33
defensionem quando incurratur. Fagnan. *loc. adduct. nu.* 3. Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *cap.* 9. *num.* 1.

Irregularitatem an, & quando incurret Clericus 34
occidens, aut præbens causam occisioni pro defensione personæ, & rerum Fagnan. *in cap. suscepimus n.* 28. *de homic.* Layman. *loc. cit.*

Irregularitas incurritur ex homicidio patrato ob 35
necessariam honoris defensionem. Fagnan. *in dict. cap. Petitio n.* 9. *de homicidio* Layman. *ubi supra.*

Irregularitas contrahitur ab eo qui ligavit furem, 36
sicut ab eo, qui interfecit. Fagnan. *in d. cap. suscepimus n.* 6. *de homic.*

Abortum faciens, sive causans, fœtu animato, ir- 37
regularis fit Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tr.* 10. *q.* 4. *n.* 1.

Adulter Irregularis efficitur, si occasione adulterii 38
homicidium sequutum sit, modò ille tale periculum prævideri Layman. *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 10. *n.* 2.

An quis fiat irregularis exercendo artem chirur- 39
gam Layman. *loc. cit. n.* 3.

Consulens alicui jactum machinæ, vel balistæ, aut 40
expugnationem castri an sit irregularis Fagnan. *in c. ad audientiam n.* 28. *de homic.*

Associans euntem ad aliquem interficiendum an, 41
& quando irregularitatem incurrat. Fagnan. *ibid. num.* 29.

Dormiens an, & quando fiat irregularis ex ho- 42
micidio commisso in somnis Fagnan. *ibid. n.* 37.

An qui alteri aurem, nasum, aut digitum unum 43
ex majoribus amputavit, irregularis efficiatur Layman. *loc. cit. cap.* 11. *n.* 2.

Cultellum tenens in manu an sit irregularis, si 44
alter in eum insiluerit, & vulnus lethale acceperit Fagnan. *in cap. ad audientiam n.* 48. *de homic.*

Instans apud Regem pro remedio facinorum, an 45
sit irregularis, si malefactores jussu Regis necati fuerint Fagnan. *in cap. de cætero n.* 17. *de homic.*

Irregularis non est accedens armatus ad neptem 46
adulteram, ut cogat adulterum cum ea contrahere, si adulter metu se præcipitaverit, Fagnan. *loc. cit. num.* 15.

Adulter irregularis non est ob necem a marito illatam uxori adulteræ Fagnan. *ibidem n.* 15.

Irregularis non est præbens homicidio causam re- 47
motam ad homicidium non ordinatam, etiamsi daret operam rei illicitæ Fagnan. *in cap. si constiterit n.* 43. *de accus. in cap. ad audientiam n.* 33. 61. *de homic.*

Clericus, qui porcos ex agro fugaturus projecit 48
lapidem, & puerum necavit, non est irregularis. Fagnan. *in c. ad audientiam n.* 21. *de homic.*

Irregularis non est, qui casu interfuit homicidio 49
absque participatione, licèt ex ejus persona aliquid robur accreverit adversariis Fagnan. *ibid. n.* 30.

Sacerdos qui homicidium occultum commisit, 50
quid facere debeat Layman. *loc. cit. cap.* 12. *n.* 6.

Plura alia de irregularitate ex homicidio, & mutilatione vide apud Fagnan. & Layman. *loc. cit.*

§. JUDÆUS. XL.

IUdæi an gaudeat immunitatibus, & privilegiis Chri- 1
stianorum, Jas. *in Rub. ff. de justit. & iur. in fine,* Soccin. *cons.* 20. & 62. *lib.* 1. Cardin. Tusch. *litt. I, conclus.* 371. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *capit.* 5. *per tot. fol.* 381. & §. 5. *cap.* 5. *fol.* 469. ubi quòd gaudent beneficio visitationis carcerum post Christianos, expensas ta-

tamen alimentorum, & ſimiles ſubminiſtrari ab Univerſitate, hæbraica, quando ſunt carcerati pro cauſis criminalibus, ſi enim detinerentur pro debitis civilibus, etiam ad inſtantiam creditoris Chriſtiani, & non poſſent aliundè alimentari, eſſent alendi à creditore, prout cæteri debitores pauperes carcerati, ut dixi in §. debitor num. Rot. in Romana alimentorum 11. Januarii 1621. coram Manzanedo per tot. penes Scanarol. d. tract. in Append. deciſ. 8. per tot. Caldes Pereyra q. for. cap. 49.

Quod gaudeant beneficiis purgationis moræ, reſtitutionis in integrum, immunitatis Eccleſiæ, tacitæ hypothecæ præſcriptionis, retractus, patriæ poteſtatis, æquitatis ſervandæ, & ſimilibus, Gratian., diſcept. forenſ. cap. 658. num. 24. &c. cap. 842. num. 26. &c. cap. 977. n. 7. &c. infrà n. 10. De moræ purgatione De Luc. de ſucceſſ. diſc. 29. n. 16.

Quòd Judæi, & alii infideles non gaudeant immunitate Eccleſiæ, cùm ſua infidelitate ſe indignos reddant, Clar. & Bajard. §. fin. q. 30. verſ. prætereà, Guaz. def. pr. cap. 38. nu. pr. &c. Guttierez in Praxi crimin. & civil. qu. 23. per tot. Cutel. ad leg. Federici cap. 72. not. 81. n. pr. & hanc opinionem veriorem dicit Pac. Jorden. Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. nu. 390. & ſeqq. fol. 552. quam tamen limitat, ſi peterent Baptiſmum verè, & non ſimuletè, quamvis etiam alii indiſtinctè teneant gaudere dicta immunitate, ut refert idem Jordan. loc. cit. num. 391. & hanc ſequutus ſum, & ſervatam vidi in Praxi §. Ebrei nu. 25. dixi in hoc opere, §. Immunitas n. 11. et 18. in fine. Pignatell. conſult. 14. n. 67., & 106. tom. 5., & conſ. 2. n. 23., & conſ. 10. n. 1. tom. 9. Vide Bertachin. vor. 158.

Quòd mulieribus hebræis pro dote non competat privilegium tacitæ hypothecæ, per text. in auth. item privilegium, Cod. de hæret. & Manich. latè probat, ac de veriori teſtatur Rot. part. 16. recent. deciſ. 214. numer. 4. & ſequentibus per tot. ubi tamen limitat niſi convertantur ad fidem. Vide Bertechin. vor. 159.

2 Judæi poſtquam fuerint baptizati, non poſſunt puniri de delictis commiſſis antè lavacrum, niſi illud ſuſceperint in fraudem, tenentur tamen ſemper ad reſtitutionem damnorum; multi etiam tenent liberari tantùm à pœna ſpirituali, non autem à temporali, ſed hoc in praxi ſervatur, ut contra hujuſmodi Judæos baptizatos non procedatur pro delictis antea commiſſis, niſi de conſenſu, & verbo Principis, vide Clar. §. fin. q. 51. verſ. fin. ubi Addent. Calvin. tract. de æquit. lib. 2. cap. 140. per tot. Cabal. reſolut. crim. caſ. 113. per tot. Farinac. qu. 98. caſ. 16. n. 144. &c. ubi Vulpin. in Suco n. 15. & 16. P. Manar. Noct. Malencol. interrog. 79. fol. 131. vide in §. Baptiſmus n. 6. Laureot. Matthæu. & Sanz. tract. de re crim. contr. 56. nu. 11. & Conciol. reſolut. crim. verb. Judæus reſolut. 2. per tot. ubi quòd in omnem caſum illis eſſet minorenda pœna ordinarie, Caldas Pereyre q. Forenſ. cap. 49. Pignatell. conſult. 92. tom. 1.

Circa reſtitutionem damnorum, intereſſe, & uſurarum vide Bullam Pauli III. in Bullar. 29. part. 2. fol. 415. Farinac. loc. cit.

Quòd quando reſtitutio non eſt facienda certis perſonis, poſſint acquiſita per uſuras Judæis relinqui tamquam in uſus pios, ut faciliùs convertantur ad fidem, Paul. Chriſtin. dec. Belgic. 42. n. 8. & dec. 43. n. 17. vol. 2.

An autem, & qualiter virtute Sacramenti baptiſmi tota pœna remittatur, ita ut nihil etiam temporalis pœnæ luendum maneat, ſaltem ex conditione, latè Gabriel. Vaſquez in S. Thom. 3. part. tom. 2. diſput. 156. cap. 3. et 4. fol. mihi 423. etc.

3 Judæi baptizati poſſunt compelli obſervere, quod promiſerunt, & ſic tenere fidem Chriſtianam, quam ſuſceperunt, aliàs poſſunt tamquam Apoſtatæ puniri à ſuis judicibus, Menoch. de arbitr. caſ. 546. nu. 23. &c. Speciel. deciſ. pr. num. Farinac. q. 178. §. 6. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 43. nu. 8. volum. 2. ubi quòd abnegantes efficiuntur de foro Eccleſiaſtico, & ſunt tanquam hæretici puniendi. Brunnemann. ſup. C. lib. pr. tit. 7. leg. pr. n. 3.

Quibus autem ſignis, & conjecturis cognoſcantur ad Judaiſmum reverſi, idem Menoch. de arbitr. caſ. 547. per tot. Farinac. loc. citat. Card. Tuſch. litt. I, concluſ. 373. per tot. vide in §. Hæreſis num. & in Praxi, §. Hebrei num. 27.

An autem Judæorum filii poſſint invitis parentibus baptizari dixi in §. Filius num. 71. & §. Baptiſmus num. 4. latè Diana part. 8. tract. 1. reſolut. pr. per tot. Vivi. comm. opin. 393. Franciſc. de Magiſtr. in Silv. Eccleſ. part. 2. libr. 2. tit. 3. cap. 6. num. 33. fol. 550. ubi quod licet ſit magis communis negativa opinio, tamen ſi de facto fuerint baptizati etiam invitis parentibus, cogendi ſunt ad obſervantiam baptiſmi, & alia ad rem. Pignatell. conſult. 190. nu. 20. tom. 4. Vide Palm. Nep. dec. 450. n. 77. tom. 5.

Penes quem ſint alendi, & educandi Judæi impuberes baptizati, Calder. conſ. 490. aliàs 3. de judæis, Tuſch. litt. I, concluſ. 375. facit Pignatell. loc. cit. num. 21.

Quòd Judæi dolo Baptiſmum impedientes, vel ſubmoventes committant in fidem Catholicam, & ſint puniendi, Bald. conſ. 315. lib. pr. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 42. num. 5. volum. 2. Guttierez in Prax. quæſt. 19. per tot. ubi plura de crimine, & pœna impedientium Judæos, & Mauros volentes ſe ad noſtram fidem Chriſtianam convertere. Brunnemann. ſup. C. libr. 1. tit. 9. leg. 3. n. 4.

Judæi in rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus ſubſunt judicibus Eccleſiaſticis, in prophanis verò Principibus ſæcularibus, & in mixtis locus eſt præventioni, l. Judæi, & l. ſi qua, C. de Judæis, Bald. conſ. 3. num. 3. lib. 2. Decian. tract. crimin. tom. pr. lib. 7. cap. 14. num. 2. Marquad. de jud. part. 2. cap. 9. cum aliis per Sperel. dec. pr. n. pr. &c. ubi infert ad plura Cardin. Tuſch. litt. I, concluſ. 372. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 43. per tot. volum. 2. Ricciul. de jur. perſ. lib. 2. cap. 52. numer. 5. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 241. n. 7. Franciſc. de Magiſtr. in Silv. Eccleſ. part. 2. lib. 2. tit. 3. cap. 6. nu. 15. fol. 548. ubi alia plura de Judæis, & eorum perfidia. Et quando poſſint judicari per Papam Fagnan. in cap. canonum ſtatuta n. 68. & a n. 83. de conſtit. 4

Romæ quibus judicibus ſubſint in cauſis civilibus, Ridolphin. in Prax. part. pr. cap. 7. num. 77. & ſeqq. & quibus in cauſis criminalibus, & alia, vide Reformat. Tribunalium Urbis Romæ, §. 7. tit. de juriſd. in Hebræos, penes Ridolphin. in fine dictæ, per Praxis fol. mihi 678.

Florentiæ vigore legis vocatæ la Giſmondina de die 18. Novembris 1478. Judæi tam in cauſis civilibus, quàm in criminalibus, non poſſunt ab aliis judicari, quàm à Magiſtratu Dominorum Octo Baliæ Virorum dictæ Civitatis, ut dixi in Praxi, §. Ebrei n. 11. & teſtatur etiam Afin. in Praxi §. 4. cap. 7. n. 5. in fine. Licèt poſtea de anno 1677. (his etiam diu notatis) per novam reformationem Curiæ Mercantiæ, quoad cauſas civiles à Mercatura dependentes fuerint ſuppoſiti dictæ Curiæ, ut videri poteſt in eadem Reformatione, ipſis tamen Judæis reclamantibus.

Qualiter autem judæi, aliique infideles, Apoſtatæ, & renegati, ac pro quibus criminibus ſubſint etiam Tribunalibus Sanctæ Inquiſitionis, Dian. part. 4. tract. 7. reſolut. 2. & 3. per tot. Bulla Gregor. XIII. de anno 1581. latè Thom. Triviſ. dec. 67. per tot. lib. 1. ubi de Judæis ſubiectis officio Inquiſitionis, ac etiam Principibus ſæcularibus, & quomodo, ac pro quibus delictis, latè Franciſc. de Magiſtr. loc. cit. Caren. de Offic. S. Inquiſit. par. 2. tit. 14. per tot.

6 Licèt autem Judæi in cauſis civilibus habeant ſuos judices particulares, tamen ubi agitur de judicio univerſali concurſus creditorum, tenentur ſicut alii omnes cujuſcumque fori creditores coram judice concurſus eorum jura deducere, Salgad. Labyrint. cred. part. pr. cap. 7. num. 54. &c. Joan. Paul. Melii obſerv. 52. per tot. vide in §. Citatio num. 29.

Judæi dicuntur de populo, & corpore Civitatis, ubi commorantur, & ligantur generaliter omnibus ſtatutis, ſive commodum, ſive onus afferentibus, Afin. in Prax. d. §. 4. cap. 7. per tot. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 842. nu. 30. &c. Surd. deciſ. 133. num. 2. Alexand. conſ. 9. num. 3. lib. 6. & conſ. 13. lib. 7. n. 10. Roland. conſ. 35. num. 22. &c. ad 45. lib. 2. cum aliis, quos refert, & ſequitur Ricc. ad ſtat. Urb. gloſ. 2. num. 15. Cardin. Tuſch. litt. I, concluſ. 371. & 377. 5

per tot. Scanarol. *de Visitat. Carcer. lib. 3. cap. 5. per tot. fol.* 381. *& in Appendice dec. 8. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 29. nu.* 17. *& seqq.* vide in mea *Praxi §. Ebrei n.* 30. *&c.* Bertachin. *vot.* 159. *n.* 1.

Qualiter Judæi dicantur extra nos, & ideò nihil ad nos, Tusch. *litt. I, conclus.* 368. *& sequentibus*, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 43. *volum.* 2. ubi tamen quòd possunt tamquam Hæretici puniri propter blasphemiam, & alia crimina; & qualiter blasphemantes variis modis, variè puniantur, Thesaur. *dec.* 241. Novar. *super Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 41. *nu.* 15. *& sequentibus.*

Quinam propriè dicantur Judæi, quare sic denominentur, ac alia plura de Judæis, ac eorum conversatione vitanda per Christianos, S. Raymund. *in Summa lib. pr. tit. de jud. fol. mihi* 32. *&c.* latè Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 6. *per tot. fol.* 535. *& seqq.*

6 Judæi in quibus casibus adhuc hodie servent legem Mosaicam, non attento jure canonico, maximè circa illorum matrimonia, & similes ritus, quatenus tamen non agant in contemptum Christianæ fidei, quo casu amittunt omnia privilegia illis à jure nostro concessa, vel tolerata, Maraut. *in Praxi part* 3. *num.* 48. *& seqq.* Surd. *dec.* 133. *per totum*, Sperel. *decis. pr. num.* 2. *&c.* Roman. *cons.* 154. Tiraquel. *de jur. Primogen. q.* 66. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 396. *per tot.* vide *in §. Lex num.* 14. *infra num.* 10. & latè Tiraquel. *de Jure primogen. q.* 66. *per tot.* Covarr. *cap.* 6. *§.* 10. *num.* 5. *de matrim.* Vide infra *in noviss. addit.* Crescin.

Quòd inter Judæos (quando illorum leges differunt à jure communi) sint servandæ leges Judæorum, Felin. *in cap. judæi de judæis*, Jas. *in l. qui se patris, Cod. unde liberi*, Roman. *cons.* 155. *in fine*, & ideò facto inter eos compromisso de jure, intelligitur de jure illorum speciali, & non de jure communi Romanorum, ut decidit Mattha *vot. Pis.* 154. *per tot.*

Quæ sint prohibita, & quæ permissa Judæis, quorum sint capaces, vel incapaces, & alia, Tusch. *litt. I, concl.* 370. *& seqq.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 42. *& seqq. volum.* 2. ubi etiam qualiter Christiani facientes ritus judæorum sint puniendi, & alia contra pellem judæorum, & qualiter sint expulsi à Brabantia, & Belgio, quod utinam etiam Principes alii Christiani imitari dignarentur, posthabitis illorum sordidis negotiationibus, vel saltem illos continere facerent intra limites tolerantiæ, de quibus præcitati Doctores, quibus adde Francisc. de Magistr. *d. cap.* 6. ubi etiam qualiter sint expulsi à Regnis Hispaniarum, & alia contra Judæos Villar. *lib.* 1. *resp.* 12.

An autem inter Judæos, quoad eorum successiones sit servanda lex Mosaica, & quid disponat, vel jus civile Romanorum, & alia ad rem, latè Rot. *in select. per* Farinac *part. pr. tom. pr. dec.* 414. *per tot.* facit Pacion. *de locat. cap.* 61. *n.* 276. *& seqq.* ubi an inter eos procedat regula, *l. emptorem, Cod. locat.* nempè quod successor singularis non teneatur stare locationi, & pro affirmativa concludit, ex quo lex Mosaica non disponit contrarium, quidquid secus supponant Bero: *cons.* 2. *lib. pr.* Gozadin. *cons.* 24. *n.* 50. *&c.* Caroc. *de locat. tit. de success. quæst.* 23. *per tot.* Fagnan. *in cap. canonum statuta nu.* 91. *de constit.* Et ego etiam Leopoldus Crescini plenè firmavi *in cod. tit. de constit.*

7 Judæi tenentur ad observantiam juramenti ad favorem Christianorum præstiti, non ratione illorum animæ deperditæ, sed ut ratione delicti, & perjurii castigentur in corpore, & ne Christianos nos decipiant, vel sint melioris conditionis illis, ad favorem autem alterius Judæi non teneotur, sicut concordando contrarias opiniones distinguit Marant. *in praxi part.* 3. *n.* 55. Et ego Leopoldus Crescini latè scripsi. *in rubr. de Constit.*

Imò secundùm magis communem, & approbatam sententiam semper indistinctè obligantur juramento sub pœnis, & præjudiciis, sicut Christiani, Felic. *de Societ. cap.* 5. *n.* 26. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 12. *n.* 64. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 842. *n.* 12. *&c.* Farinac. *qu.* 166. *§. Judæus per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 7. *num.* 46. *fol.* 147. Mart. Medic. *Exam.* 17. *num.* 37. *& seqq. & in Addit. num.* 10. *&c.*

Quando tamen lex canonica favore animæ convalidat contractum contra dispositionem juris civilis propter juramentum, ut donationes inter conjuges, pactum de non petendo, renunciationes, & similes, tunc hujusmodi revalidatio procedens à jure canonico, non juvat infideles, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 121. *fol.* 446.

Contrarium quòd imò etiam contractus judæorum validentur juramento, cùm juramentum sit de jure divino, & naturali, Jo. de Imol. *cons. pr. per tot.* Tusch. *litt. I. conclus.* 377. *num.* 3.

In omnem autem casum, Judæi non sunt cogendi, imò prohibendi jurare super Evangelia, vel per Christum, quia jurarent in contemptum. Si tamen etiam hoc modo juraverint, tenentur servare, aliàs ut pejerii possunt puniri, tam à judice laico, quàm ab Ecclesiastico. Sed debent jurare super decem præcepta Decalogi, super leges Moysis, sive per alias formulas, inter quas ego frequentiorem vidi, ut jurent tacto calamo, vice scripturarum, quas tangunt Christiani, ad tradita per Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 7. *num.* 46. *&c. fol.* 147. vide *in §. Juramentum n.* Ricc. *Collect.* 344. ubi alia plura de judæis, Marqoard. *de judæis cap.* 5. Farinac. *quæst.* 56. *n.* 238. Conciol. *resolut. crim. verb. Testis quoad examen resolut.* 2. *in Addit.*

Judæi, & alii infideles cognoscentes carnaliter me- 8
retrices, sive alias mulieres Christianas, vel è contra Christiani mulieres hæbreas, sive infideles, puniuntur arbitrio judicis citra mortem, & mutilationem, & continentur sub quolibet statuto puniente delicta carnis, de quo tamen vide Cabal. *resolut. crim. cas.* 290. *num.* 7. *&c. per tot.* Bardellon. *cons.* 170. *per tot. lib.* 2. Farinac. *quæst.* 139. *per tot.* dixi *in §. Coitus n.* 4. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 43. *nu.* 10. *&c. vol.* 2. Vivi. *commun. opin.* 391. Laurent. Matthæu. & Sanz. *tract. de r. crim. controv.* 56. ubi qualiter per Baptismum subsequutum pœna remittatur, vide supra *n.* 2. Guttierez. *in Prax. quæst.* 24. *per tot.* ubi refert Covar. & alios tenentes judæos multò graviori pœna esse puniendos, quàm Christianos rem carnalem cum fœminis judæis habentes, Caren. *loc. cit. §.* 3. *per tot.* Nicoli. *Elucubrat. Utriusq. Jur. instit. imper. libr.* 4. *tit.* 18. *n.* 67. *vers.* 14. Brunnemann. *sup. C. libr.* 1. *tit.* 9. *leg.* 6. *n.* 3.

Quòd imò Christianus rem habens cum judæa, vel alia muliere infideli, puniantur pœna mortis, & ignis propter periculum generandi, & nutriendi inimicum fidei Christianæ, quæ ratio cessat in Judæo cognoscente mulierem Christianam, Boer. *decis.* 316. P. Manar. *Noct. Mulcncol. Interrog.* 200. *§.* 6. *fol.* 314. vide Farinac. *& alios supracitatos, & in mea Praxi, §. Ebrei, num.* 20. ubi tenui locum esse pœnæ arbitrariæ citra mortem, prout in primo casu, quando mulier infidelis ex copula Christiani non remansit gravida, vel nisi concurrat violentia, adde Conciol. *resolut. crimin. verb. Judæus resolut. pr.* ubi concludit in omnibus prædictis casibus, & similibus nempè in Turcis, Mauris, Saracenis, & hujusmodi pœnam utrinque esse arbitrariam, nisi fiat in contemptum fidei, vel cum violentia, raptu, adulterio, incestu, vel stupro, nam his casibus intraret pœna mortis, possent tamen excusari ex ignorantia qualitatis personæ; & hujusmodi delicta sunt mixti fori, ac etiam Sanctæ Inquisitionis, quatenus constaret esse commissa in spretum fidei, & Religionis Christianæ.

Quibus pœnis puniatur coitus judæi cum Christiana, vel Christiani cum judæa, ac etiam simplex ingressus domus mulieris suspectæ in Statu Florentino, vide leges municipales super hoc prudentissime à Serenissimo Cosmo III. Magno Etruriæ Duce emanatas, de anno 1677. 1679. & 1680.

Judæi contrahentes matrimonium cum muliere 9
Christiana, vel è contra, sive honesta, sive meretrice, puniuntur pœna mortis propter injuriam factam Christianæ Religioni, & abusum tanti sacramenti, Menoch. *de arbitr. cas.* 290. *per tot.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 112. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 43. *nu.* 11. *volum.* 2. Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 56.

56. *n.* 2. *& seqq.* Gutierez *in Prax. quæst.* 24. Roxas *tract. de incompatibilit. Regu. & Majoritat. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. *& sequentibus*. Vide Brunnemann. *loc. cit. leg* 6. *a n.* 1.

An autem possit aliquando licitè ex magna causa contrahi matrimonium à Catholico cum infideli, hæretico, vel pagano, vide Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 269. *& part.* 8. *tract. pr. resolut.* 74. ubi an Pontifex possit dispensare.

Quod judæi, vel judeæ non possint plures uxores, vel viros ducere, nisi primam, vel primum secundùm eorum legem repudiaverint, & contrafacientes qua pœna sint puniendi, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 98. *in fine*, facit Marant. *in praxi part.* 3. *n.* 58. *& seqq.*

An gaudeant privilegiis concessis à legibus Christianorum dotibus, vide *in §. Dos num.*

Si judæi secundùm eorum leges conjugati posteà efficiantur Christiani, an tum tale matrimonium evadat sacramentum, & quid si unus tantùm convertatur ad fidem, an possit novum matrimonium contrahere, etiam si alter infidelis vellet secum cobabitare, vide Sanchez *de matrimon. lib.* 2. *disput.* 9. *et lib.* 7. *disput.* 74. cum aliis per Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 252. & 253. ubi refert diversas opiniones; vide in *§. Uxor n.* 4. *§. Matrimonium n.* 24.

10 Judæi, quamvis facti fuerint Christiani succedunt eorum parentibus, ac aliis proximioribus, imò statim consequuntur legitimam, & fœminæ non excluduntur à masculis judæis, idem è contra, & retinent bona legitimè, & non ea usuris quæsita, Cardin. Tusch. *litt. I. conclus.* 316. *per tot.* & dixi *in §. Filius n.* Nicoli. *Elucubrat. utriusq. Jur. inst. Imper. lib.* 3. *tit.* 1 *n.* 9. Vide Bertachin. *vol.* 159. *a n.* 16.

Quòd durante judaismo sint in patria potestate, facti vero Christiani ab illa liberentur, cùm non sit conveniens, ut Christianus, etiam filius, sit subjectus patri hebræo, Gratian. *discept. for. cap.* 977. *n.* 7. & Pac. *ad Statut. Urb. glos.* 13. *n.* 45. Viv. *communi. opin.* 392. Cyriac. *contr.* 478. *la* 2. Vide Palm. nep. *decis.* 410. *n.* 77 *tom.* 5.

De judæorum successione facienda secundùm jus civile, & non secundùm legem Mosaicam, latè Rot. in selectis per Farinac. *pur.* 1. *tom.* 1. *decis.* 414. *per totum*, & vide Tiraquel. *de jure primogenit. qu.* 66. *per tot.*

11 Judæi, & alii infideles, tamquam inimici Christianorum, & aliis ea causis, non sunt contra illos idonei testes, & examinati non probant, Grat. *discept. for. cap.* 873. *n.* 19. Farinac. *quæst.* 56. *art.* 6. *per tot.* Ludovis. *decis.* 510. *num.* 8. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 944. *per tot.* ubi pluribus modis limitat, & declarat Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 18. *nu.* 400. *& seqq. ad* 419. ubi multa paucis de more cumulat Ricc. *Collect.* 2364. ubi limitat non procedere in mancipiis, sive sclavis de secenti effectis Christianis, qui admittuntur ad ferendum testimonium contra Christianos, Viv. *communi. opin.* 982. ubi qualiter judæi non possint esse testes contra Christianos, sed benè Christiani admittuntur contra judæos, Conciol. *resolut. crimin. verb. Testis quoad Personas resol.* 21. *per tot.* ubi limitat non habere locum in delictis exceptis, nec quando aliter veritas haberi non potest, nec contra alios judæos, vel infideles, nam his casibus admittuntur ad testificandum, & admissi etiam in casibus in quibus non erant admittendi semper faciunt tale quale indicium, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 194. *n.* 28. *&* 29. ubi quòd non admittuntur inter Christianos litigantes, nisi eorum dictum suppleatur, vel adminiculetur per alios testes Christianos Pignatell. *consult.* 192. *n.* 15 *tom.* 4. Fagnan. *in cap. licet universis n.* 3. *de Testib.* Brunnemann. *sup. C. lib.* 1. *tit.* 5. *leg.* 21. *n.* 3.

Alios casus in quibus judæi admittantur ad testificandum contra Christianos, vide per Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 123. Marquard. *de judæis part.* 2. *cap.* 5. *per tot.* ubi quòd possunt esse testes in contractibus, & in ultimis voluntatibus, quod numquam servatum vidi, sed potiùs in causis criminalibus detracto tamen illis de fide quantum prudentis judicis arbitrio visum fuit.

Qualiter judæi, & infideles Medici non possint curare Christianos ægrotantes, & alia ad rem dixi in *§. Medicus n.* 17.

Judæus non potest esse tutor Christiani pupilli, 12 cum sit inter eos prohibita conversatio, & quia qui Deo infidelis est, quomodo pupillo fidelis esse poterit; quidquid alii multi contrarium teneant, ne ex sua malitia, & improbitate commodum consequantur, ut latè firmat Montan. *de tutor. cap.* 4. *num.* 32. *fol.* 12. *& in cap.* 26. *num.* 15. *&* 35. *fol.* 73. ubi videtur sibi contrarius, & quod judæus non possit se excusare à tutela non judæi, idem Montan. *cap.* 35. *reg.* 1. *num.* 36. *fol.* 162. priore tamen loco supracitato solvit omnia argumenta, & rationes in sequentibus locis adductas Vide Brunneman. *ff. lib.* 27. *tit.* 1. *leg.* 15. *n.* 2.

Verùm quidquid Montan. vel alii dicant, non quia possit se judæus excusare à munere tutelæ, sed quia expedit illum tamquam inimicum Christianorum omninò repelli, mihi absolutè probatur opinio negativa, ut dixi in *Praxi §. Ebrei n.* 17. quam posteà vidi retinere etiam Sperel. *decis.* 1. *n.* 5. ubi tamen quod è contra, potest Christianus esse tutor judæi, cùm militet diversa ratio, & ad quem judicem spectet dare tutorem judæis, vide *in §. Judex num.* adde Paul. Christin. *dec. Belgic.* 42. *nu.* 9. *& volum.* 2. Guttierez. *in Prax. quæst.* 21. *per tot.* ubi quòd nec etiam mater judæa potest esse tutrix filiorum suorum, & quòd idem est in hæreticis, quia eorum doctrina serpit ut cancer, & prohibentur non tantùm illorum consortia, sed etiam salutatio.

Judæi non debent esse infesti, neque molesti Christianis, & ideò non possunt stare antè apothecam Christiani ad vendendum merces suas, sive illas teneant in manibus, si e super banca, ne illius commercia impediant, Gratian. *discept. for. cap.* 658. *in princ. per tot.* ubi etiam possint erigere novã synagogam, veterem restaurare, ac similia facere, & meminit de variis Constitutionibus Pontificalibus circa illorum expulsionem à Statu Ecclesiastico, & posteà de re integratione. 13

Qualiter universitas hebræorum Romæ teneatur solvere pensiones domorum intra eorum regionem existentium, si non habitentur, dummodò tamen sint habitabiles, cùm restauratio non ad eos, sed ad dominos, & locatores spectet, Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 38. *per tot. & decis.* 89. ubi fuit confirmata prima decisio, vide infra *n.* 17. Rot. *part.* 19. *rec. decis.* 49. *per tot.* ubi alia plura de habitatione Hebræorum Romæ.

E contra etiam judæi non possunt per Christianos, vel alios injuria, sive molestia affici, cùm tolerentur ab Ecclesia in memoriam Sanctissimæ Passionis Domin. Nostri JESU CHRISTI Salvatoris, & ut quandoque à suis erroribus exemplo Christianorum resipiscant, *cap. sicut*, *§. fin. de judæis*, *l. Christianis*, *Cod. de Pagan.* Natta *cons.* 620. *n.* 9. Moquard. *de jud. cap.* 2. Card. Tusch. *litt. I. conclus.* 370. *nu.* 12. *& conclus.* 371. *n.* 7. Rot. in Romana alimentorum 11. Januarii 1621. coram Manzanedo penes Scanarol. *de Visitat. Carcer. in Apendice decis.* 8. *n.* 10. *&c.*

Quòd etiam ex lege municipali cavetur in Statu Florentino, ut dixi in *mea Praxi*, *§. Ebrei n.* 5.

An possint in bonis depredari tamquam hostes, Ricc. *Collect.* 2639. ubi refert contrarias decisiones.

Tenentur tamen judæi, etiam de jure communi gestare signum, ut distinguantur à Christianis, *cap. in nonnullis de judæis*, Cardin. Tusch. *litt. I. concl.* 370. *numer.* 8. *& conclus.* 374. *numer.* 25. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 44. *numer.* 5. *vol.* 2. ubi quòd in locis, in quibus tolerantur distingui debent habitatione, vestitu, ac aliis, & coercendi ne noceant Christianis. Nicoli. *Elucubrat. utriusq. Jur. Instit. imper. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 4.

Id quod disponitur etiam per bannimenta Status Florentini sub die 6. Maii 567. quamvis hebræi forenses tolerentur per aliquot dies sine dicto signo, ut *in mea Praxi §. Ebrei n.* 1.

Et itinerantes, sive dum sunt in itinere excusantur à gestatione signi ex gratia ad beneplacitum S. C. S. sub die 1. Novembris 1638. prout in filcia supplicationum dicti anni existente in Cancellaria DD. Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ *sub num.*

Et in summa in Statu Florentino dum hæc scriberem, quoad hebræos res est redacta ad scandalum, nullus enim (exceptis aliquibus paucis mendicis) gestat signum, habitant sparsim per Civitates ad libitum, & extra loca deputata, ac potiuntur pluribus privilegiis, & exemptionibus, partim ex gratia, ut videre est in illorum privilegiis generalibus, & particularibus, partim ex tolerantia, partim per extensiones, partim per abusus, sicuti pluries intra me dolens, & sine remedio animadverti, quandoque enim in partibus ad me spectantibus opponendo laboravi, sed semper frustra, cum illi suis artibus omnia possint, omnia superent.

Licèt posteà Serenissimo Cosmo III. Magno Etruriæ Duce Regnante, summa ejus pietate, multa fuerint correcta, & alia sperantur corrigenda, si Deus illum diu incolumen servabit.

Judæi prohibentur habere penes se nutrices Chri-
54 stianas, adeo ut nec Episcopus in hoc dispensare valeat, ne illas sua conversatione in moribus, & fide corrumpant, quæ ratio militat etiam in aliis famulis, Montan. *de tut. cap.* 4. *n.* 36. cum aliis per Sperel. *decis.* 1. *n.* 6. latè Dian. *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 11. *per tot.* ubi quando sit peccatum mortale, vel tantùm veniale conversari cum judæis, vel illis famulari, & quoad famulatum videtur semper omninò mortale. Et plura de prohibitione civilis communicationis, & maximè familiaritatis, & cohabitationis, convivii, & hujusmodi cum judæis, & aliis infidelibus non baptizatis, Baldel. *Theol. moral. tom.* 2. *disp.* 28. *per tot.* Francisc. de Magistr. *in Silv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 6. *per tot. fol.* 535. *&c.*

Sed an istud servetur per judæos in Stato Florentino commorantes, sciunt multi, & quòd magis refert scit Deus ipse, quæ mala, & scandala inde proveniant, sicuti mihi pluries condolendo retulit Insegerrimus, & Reverendissimus Frater Magister Hieronymus Baronus de Lugo partium Romandiolæ Ecclesiasticæ Inquisitor generalis Florentiæ annis currentibus 1685. 1866. &c. & quinam sint de hoc Deo rationem reddituri.

Quòd judæi, & alii infideles non possint habere mancipium Christianum, & circumcidentes scienter Christianum, vel Cathecumenum pœna capitis puniantur, *l.* 1. *&* 2. *Cod. ne Christ. mancip.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 44. *volum.* 2. Guttierez *in Prax. qu.* 31. *per tot.* ubi quod non possunt habere Christianum mancipium, & qualiter contrafacientes puniantur. Brunnem. *sup. C. lib.* 1. *tit.* 3. *leg.* 36. *n.* 19.

Sed hodiè ea tepiditate (quod dolenter, & erubescens dico] Christianæ Religionis, non est qui talia delicta inquirat;, quousque Deus patietur.

Quamvis omnibus istis pietas, & zelus Serenissimi Cosmi III. Magni Etruriæ Ducis satis abundè providerit per leges particulares de anno 1677. 1679. & 1680. quibus sub gravibus pœnis pecuniariis, & afflictivis prohibetur quodlibet commercium ad malum finem, & cohabitatio, seu accessus possibilis inter judæos, & Christianos, & alia hujusmodi ad obviandum scandalis, & peccatis, ut in dictis legibus, quæ optatum utinam sortiantur effectum.

55 Judæi numquid licitè possint usuras exercere cum permissione, vel expressa licentia Principis sæcularis, in cujus statu degunt, vide latè per septem paginas Thes. *dec.* 57. *per tot.* ubi inserit duo consilia, an Princeps sine scrupulo conscientiæ possit hujusmodi usuras tollerare, vel expressè concedere cum suo privilegio, Martha *vot. Pis.* 213. *num.* 2. *&c.* Bonif. *de Furt. §.* 4. *n.* 46. *& seqq.* Suid. *decis.* 80. *per tot.* ubi quòd illis debentur usuræ etiam antè interpellationem, vide *in §. Princeps n.* 9. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 43. *n.* 12. *vol.* 2. Merlin. *dec.* 409. ubi latè ostendit non licere judæis usuras exercere etiam attenta lege Moysis, nec in suos, nec in alienos, & benè etiam Guttierez *in Prax. quæst.* 78. *per tot.* Vide Brunnemann. *supr. ff.*

Qualiter usuræ hæbreorum tolerentur per Constitutiones Pontificias in Statu Ecclesiæ, vide Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. *&c. fol.* 383. Guttierez & alios præcitatos.

Quod nec Papa possit judæis fænerandi potestatem facere, & alia de usuris prohibitis, Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan.* 5. *n.* 323. *&c.*

An autem possint testari, vel donare causa mortis, non præstita cautione de restituendis usuris, contrarias opiniones refert Diana *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 74. facit quod dixi *in §. Usura n.* 12.

Si tamen sint valdè excessivæ, possunt etiam per Principem sæcularem compelli ad restitutionem, & pœnis Ecclesiasticis puniri, ad tradita per Menoch. *de arbitr. cas.* 449. *n.* 17. *& seqq.*

Quod judæi in eorum odium teneantur edere libros suarum rationum ad fundandum actoris intentionem, Genu. *de script. priv. lib.* 4. *tit. de lib. usur. num.* 23. *&* 24. *fol.* 260. vide *in §. Liber num.*

Quamvis autem judęi in aliquibus locis habeant privilegium mutuandi sub usuris, etiam super rebus furtivis absque eo, quòd teneantur restituere vero domino, nisi sibi soluto pretio cum usuris; tamen debet intelligi, dummodò non habeant scientiam qualitatis rei furatæ, aliàs illis non prodesset, sicut etiam non procederet respectu rerum Ecclesiæ, Ecclesiasticorum, & non Forensium jurisdictioni concedentis non subjectorum, Bonifac. *de furt. §.* 2. *n.* 61. *fol. mihi* 71. Marsil. *singul.* 13. Bald. *cons.* 92. *vol.* 4. Roland. *cons.* 45. *vol.* 1. *n.* 2. Alex. *cons.* 44. *vol.* 5. cum aliis per eos citatis, Bajard. ad Clar. *in §. Furtum n.* 114. *&c.* Paul. Christin. *dec.* 100. *nu.* 18. *&* 20. *vol.* 5.

Quòd hebræorum privilegia sint odiosa, & strictissimè intelligenda, inferendo ad prædicta, & alia particularia, Cardin. Tosch. *litt. I. conclus.* 374. *per tot.*

In Stato Florentino cùm hebræi abuterentur privilegiis, quibus potiebantur mutuandi cum usuris, sub certis capitulis, & conventionibus, fuerunt posteà de anno 1570. expressè id agere prohibiti sub pœna scutorum quingentorum, & similiter hebræi Forenses de anno 1577. prohibiti contrahere, & mutuare subditis dicti status sub pœna amissionis quantitatis, & tantumdem mutuatæ, vel aliàs in contractum deductæ, & actionis repetendi, ut dixi *in Praxi §. Hebrei n.* 9. *& §. Rettori n.* 86.

Judęi, quibus prohibitum est bona immobilia possi- 56
dere, non etiam possunt super eis hypothecas acquirere, & ideò agentes Salviano non possunt immissionem obtinere pro illorum creditis ex defectu hypothecæ, ut latè ad alia plura inferendo, probat Rot. *part.* 14. *recent. dec.* 225. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 16. *nu.* 5. *vers. declaratur secundo &c.* Vide infra *in novissimis addit.* Crescin.

Quòd judæi sit etiam prohibita mercatura frumenti ordei, & cæterarum rerum humano usui necessarium, in quibus locis sit eis reservatus incolatus in statu Ecclesiastico, & alia vigore plurium Constitutionum Papalium, Rot. *dict. part.* 14. *decis.* 225. *n.* 50. *& sequentibus per totum.*

Judæorum universitas Romæ qualiter teneatur sol- 57
vere pensiones domorum existentium in Ghetto illis assignato pro tempore, quo remanent dislocatę; dummodò tamen dislocatio non procedat ex culpa dominorum in non restaurando illas, prout tenentur, ita ut nec per pactum possit hujusmodi onus conductoribus invitis apponi, & alia ad rem, Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 79. *&* 181. *per tot. supra nu.* 13. *vers. Qualiter*, & latè Rot. *part.* 19. *recent. dec.* 49. *per tot.*

Quòd Judæis pensiones domorum augeri non possint pro melioramentis domorum, quas inhabitant, quæ prævia licentia dominorum domus, vel ea denegata, judicis, non immutato domorum aspectu, facta sunt, ex speciali Clementis VIII. Constitutione 5. Junii 1604. Rot. *part.* 17. *recentior. dec.* 388. *n.* 6. *& part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 44. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *§.* 1. *num.* 17. *&* 18. ubi intelligit, nisi fuerint refectæ expensæ ad illorum proportionem, Gratian. *discept.* 842. *num.* 21. & licèt non possint do-

domiai domosum compelli dictas eapensas reficere, debet intelligi quoad melioramenta ad voluptatem, seu majorem commoditatem factam, non autem de omninò necessariis, Rot. *part.* 14. *recens. decis.* 38. *per tot.*

18 Judæi, & alii infideles temporaliter subditi Principibus Christianis, qualiter cogi possint ad audiendum Prædicatores Evangelicos, & sic interesse concionibus non semel tantùm, sed sæpiùs in anno, prout fit Romæ singulis hebdomadis per totum annum, Azor. *Institut. moral. part. pr. lib.* 8. *cap.* 24. *quæst.* 3. cum aliis per Baldel. *Theol. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 23. *per tot.*

19 De Judæis, eorum legibus, & moribus, & privilegiis multa indicans Caltejon. *Alphab. jurid. verb. Judæi*, & Com. August. Font. *Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Hebrei*, *& verb. Judæi fol.* 662. *&* 773. latè Pignatell. *in suis canonic. consult.* De Luc. *in indice verb. Hebreus & verb. Judæus* Fagnan. Brunneman. Rocc. Bertachin. Mans. Palm. & alii moderni.

20 Judæi quomodo tractati fuerint Romæ tempore pestis, de mutua inter eos caritate, & alia, tradit Card. Gastald. *tract. de avert. & proflig. pest.* in multis locis indicatis *in Repert. verb. Hebrei*.

21 Judæi in delictis de jure à quo judice sint puniendi, an à sæculari, vel ab Ecclesiastico, pluribus citatis, & cum distinctionibus resolvit Ant. Gob. *consult.* 28. *per tot.*

22 Judæi qualiter compelli ut possint parietes domus tapetibus ornare faciant ut Christiani, quando Sanctiss. Eucharistia processionaliter in die quo celebratur festum Corporis Christi transit ante domos per ipsos habitatas, & alia ad rem, Tondut. *quæst. canon.* 48. *per tot. lib.* 1.

23 Judæi secundùm illorum ritum jurant tacto calamo, & si pars instet, jurant super Thephilinis, vel super Biblia, etiam per verba imprecativa deferente Rabino, & sic juxta legem, sic vel per legem Moysis, vel per Deum, vel per Patrem Omnipotentem Sabaoth, vel per Deum, qui apparuit Moysi in Rubo, vel per verum Adonai Patrem, vel per Deum Eloy, & respondet juro, ac replicante Rabino, si tu perjurus es, vel culpabilis, sis dispersus inter gentes, & moriaris, in terra inimicorum tuorum, & sic terra te absorbeat sicut Datan, & Abiron, & ipse respondere debet *Amen.* Lepra te apprehendat sicut Naamam Syrum, *Amen.* Marquad. *de jud. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 10. cui addi possunt Pignat. *ad Statut. Ferr. Rub.* 47. *n.* 23. *& seqq.* Guazin. *defens.* 14. *cap.* 6. *nu.* 9. *& cap.* 3. *n.* 11. Cavalc. *de test. part.* 3. *n.* 35. *vers. Judæi vero* Ant. del Re *de juram. calum. cap.* 15. *n.* 271. *& seqq.* Mascard. *concl.* 944. *n.* 15. Specul. *de jur. calum. part.* 1. *§. Restat. n. fin.* Mancin. *de juram. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 15. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 8. *n* 634. *&* 635. Cæsar. Lucatel. *de quæst. jud. inspect.* 5. *n.* 120. *& seqq.* qui agunt etiam de modis jurandi Turcarum, & aliorum Infidelium, & dicit Rot. Florent. civilis in causa de Pamphia, & Botticellis 23. Decembris 1683. Quamvis autem prædicti Auctores loquantur in judicio civili, idem servandum censeo in judicio criminali, cùm procedat argumentum de uno ad alterum ubi non adest urgens ratio diversitatis, Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 53. *nn.* 29. Macerat. *resolut.* 75. *nu.* 6. *lib.* 1. Bucaron. *de diff. int. jud. civil. & crim. præmis* 2. *nu.* 3. prout consultus respondi de anno 1689. in causa homicidii Liburni viriliter agitata inter quosdam hebræos divites, licèt posteà audierim fuisse, ut plurimum delata juramenta tacto calamo, ut moris est regulariter Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 2. *nu.* 12. Bellegrand. *in comp. rer. crimin. meth. tract.* 3. *quæst.* 10. *n.* 4. Abecclef. & Crefein. *obser.* 62. *part.* 1.

24 Judæi, qui non possident stabilia, quando possint collectari super eorum industria, & labora Bertachin. *Vot.* 159. *n.* 5.

25 Judæorum Universitas in Urbe potest imponere collectas Bertachin. *Vot.* 159. *n.* 6.

26 Judæorum Universitas potest statuere, ut Judæi non extrahant magnam quantitatem pecuniæ, & Mercium Bertachin. *dict. Vot.* 159. *n.* 9.

27 In Gheto Judæorum Urbis quando liceat ædificare sine licentia Universitatis Judæorum Bertachin. *loc. cit. n.* 13.

Judæi, & Mons Pietatis habent privilegium, quod mobilia ab eis pro pignore recepta non subjiciant anteriori hypothecæ Bertachin. *Vot.* 9. *n.* 7. 28

Beneficium cessionis bonorum conceditur etiam Judæis Crefein. ad Abeccles. *obser.* 180. *n.* 8. *p.* 1. 29

Juramentum necessarium an possit deferri Judæo contra Christianum Crafcin. ad Abeccles. *obser.* 36. *n.* 12. *p.* 2. 30

Negativam partem sustinent communitèr Doctores Crefein. ad Abeccles. *ibid. n.* 13.

Juramentum potest defferri Judæo contra Judæum Crefein. ad Ab Eccles. *dict. obser.* 36. *n.* 14. *p.* 2. 31

Judæus conversus, qui uxorem, & liberos ad fidem trahere negleait, etiam post multum temporis intervallum à testimonio repellitur Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. tract.* 3. *quæst.* 10. *n.* 1. 32

Judæus admittitur in testem in testamento, & materia usurarum, & aliis contractibus Bellegr. *in compend. rer. Crim. Method. ibid. n.* 2.

Judæus admittitur contra Judæum relapsum, non tamen cum integra fide, neque sine tortura Bellegrand. *in compend. rer. Crim. Method. d. tract.* 3. *qu.* 10 *n.* 2. *&* 7. *& quæst.* 12. *n.* 2.

Judæi, & Pagani non ligantur *cap. Omnis utriusque de pænit. & remiss.* Fagnan. *in cap. canonum statuta n.* 87. *de Constit.* 33

Judæi si matrimonium contrahant in gradibus lege Canonica tantum prohibitis, ad fidem conversi non separantur, & eorum proles legitima est Fagnan. *ibid. n.* 88. 34

Nec tenentur Judæi servare formam à Concilio Tridentino præscriptam in matrimoniis contrahendis Fagnan. *ibid. n.* 89.

Judæus nil potest probare minùs, quàm per duos testes fideles, & honestos, si agit contra Christianum Fagnan. *in cap. Licèt universis n.* 1. *de testibus.* 35

Judæi sub defensione, & protectione Romanæ Ecclesiæ recepti sunt Fagnan. *in cap. inter alia n.* 62. *de immun. Eccles.* 36

Judæus, vel Paganus non acquirit Juspatronatus, si Ecclesiam fundet, vel construat Fagnan. *in cap. Nobis n.* 7. *de Jurepatr.* 37

Tenetur tamen Judæus eam dotare Fagnan. *ibid. num.* 9.

Judæus, vel Paganus puerum baptizans, aut levans de Sacro Fonte, non contrahit cognationem spiritualem Fagnan. *ibid. n.* 8. 38

Judæorum bona, qui facti sunt Cristiani, & postea labuntur in hæresim, reservantur filiis Catholicis Fagnan. *in cap. Vergentis n.* 19. *de hæret.* 39

Judæus qui percussit Clericum, temporalitèr punitus, vel interdicitur commercio, donec satisfaciat Fagnan. *in cap Postulasti n.* 1. *de Judæis.* 40

Judæi quando dicantur irregulares De Luc. *Miscell. disc.* 34. *n.* 4. 41

Judæi conversi ad fidem sunt capaces ordinum, beneficiorum, & dignitatum De Luc. *miscell. disc.* 34. *num.* 2. 42

Judæi in ætate majori quando constitui dicantur De Luc. *de Donat. disc.* 19. *num.* 11. 43

Judæi ex constitutionibus Apostolicis sunt incapaces ad possidendum stabilia Rocc. Episc. *cap.* 139. *n.* 16. Secus ex dispositione Juris communis *ibid. n.* 43. 44

Dictæ constitutiones utpotè correctoriæ Juris communis debent intelligi propriè, nempe de vera possessione, non autem de simplici detentione *ibid. n.* 44.

Judæis interdicta possessio, & dominium bonorum immobilium à Constitutionibus Apostolicis non debet extendi ad prohibitionem, ne possint acquirere hypothecam super eisdem immobilibus; sed solum, ut Jura ejusdem hypothecæ non exerceant ad effectum acquirendi veram possessionem *ibid. n.* 31. Secus verò pro acquirenda nuda detentione in Salviano, quæ non importat translationem, neque possessionis, neque dominii *ibid. n.* 40. Judæis competit immissio in Salviano *ibid. per tot.* & signanter *n.* 40.

Judæis dum Bulla Sixtina permittit mutuare sub obligatione Camerali, pernecessè non excludit hypothecam sub eadem obligationa Camerali inclusam Rocc. Episc. *d. cap.* 139. *n.* 54. Ju-

45 Judæis decretum concessum, ut possint mutuare super pignoribus, operatur, quod possint etiam mutuare super immobilibus in sententia Felini Rocc. Episc. *d. cap.* 139. *nu.* 18. Reprobatur contraria sententia *ibid. n.* 51.

46 Judæis competis Jus Gazagà, & in quo casu Rocc. Episc. *ibid. n.* 36.

47 Judæis competit Jus Prothomiseos Rocc. Episc. *loc. cit. n.* 40.

48 Judæi utuntur Jure communi, & juxta jus civile Romanorum judicari debent Rocc. Episc. *ibid. n.* 19.

Judæi cum Jure comuni Romanorum utantur, omnia, quæ non reperiuntur illis expresſè prohibita, censeri debent permissa Rocc. Episc. *loc. adducto n.* 39.

Inter Judæos, & Christianos jura sunt communia, neque cum ipsis, quoad tramites legum Romanarum, jusque reddendum faciendum est discrimen, nisi in casibus aliter expressis Rocc. Episc. *ibid. n.* 20.

49 Judæos Sancta Mater Ecclesia ob justas tolerat causas *ibid. n.* 21.

50 Judæi ob Ecclesiæ tolerantiam sespectu fori temporalis non sunt personæ odiosæ *ibid. n.* 22.

51 Judæi in humanis actibus nobiscum participant *ibidem n.* 23.

52 Judæi è gremio Ecclesiæ, Christianorumq; communione sunt omnino extranei Rocc. *ibid. n.* 25. Intellige in spiritualibus, & concernentibus salutem animæ Rocc. Episc. *dict. cap.* 139. & *d. n.* 25.

53 Judæus adhuc vivens tenetur dare legitimam filiæ ad Sanctam Fidem venienti Palm. Nep. *all.* 349. *n.* 1. & *all.* 400. *n.* 27.

54 Judæi ex eo quod amiserunt filiationem Abraam ab Ecclesia ejecti sunt Palm. Nepos *dec.* 450. *n.* 1. *tom.* 5.

55 Communicatio inter Christianos, & Judæos est prohibita tam in oratione, quàm in Sepultura Palm. Nep. *dict. dec.* 450. *n.* 8. *tom.* 5.

Sepultura cum Judæis, est comunicatio cum eisdem Palm. Nep. *loc. cit. n.* 9.

56 Merces ad Judæos spectantes, an possint traduci per loca Hyspaniæ, & traducendo Navarchus an sit in culpa Balducc. *de assecurat. tit.* 1. *dec.* 1. *n.* 10. & 11. & *seq.*

57 Judæorum universitati nil potest legari Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit* 9. *l.* 1. *n.* 1. Judæo tamen legatum debetur eidem Brunneman. *sup. Cod. ibid. n.* 3.

58 Judæorum collegia tollerata potiùs, quam probata Brunneman. *sup. Cod. ibid. n.* 2.

59 Judæis magis favetur, quàm hæreticis Brunneman. *sup. Cod. ibid. n.* 4.

60 Pæna Judæorum conversum Judæum realiter injuriantium Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 3. *n.* 1.

61 Judæorum Synagoga religiosa domus est Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 4. *n.* 1. ubi plura de Synagoga.

62 Judæorum religio superstitio potius dicenda Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 4. *n.* 3.

63 Gradus in nuptiis Christianorum prohibiti etiam in nuptiis Judæorum Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 7. *n.* 1. Item Poligamia *ibid. n.* 2. Bigamus Judæus quatenus puniri capitaliter possit *ibid. n.* 5.

64 Judæi sunt Cives Romani Brunneman. *sup. Cod. ibid. n.* 3. etiam in Germania *ibid. n.* 7. legibus uti debent Romanis *ibid. n.* 4., ubi tolerantur, utuntur privilegiis Civium *ibid. n.* 8.

Debent legibus Romanis parere, & Judices Civiles adire, etiam in causis ad eorum cæremonias spectantibus Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 8. *n.* 1. compromittere inter se possunt in Judæum in Civilibus *ibid. n.* 2. præstant Juramentum de calumnia *ibid. n.* 3. & necessarium *ibid. n.* 4.

65 Christiani Judæis pretia, quibus res suas vendant, statuere nequeunt Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 9. *n.* 1. Nec possunt eos compellere ad res suas vendendas *ibid. n.* 4.

66 Judæi à Curiæ muneribus non sunt immunes Brunneman. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 10.

67 Judæi in suis festivitatibus, & Sabbathis non possunt conveniri, nec Christianos convenire Brunnemann. *sup. Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 13. *n.* 1.

68 Judæi an possint esse Judices, & alia officia exercere Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *q.* 6. *n.* 29., & inter se an possint esse arbitri *ibidem n.* 33. *tom.* 2.

§. JUDEX. XLI.

JUdex vel est ordinarius, vel delegatus; Ordinarius dicitur ille, qui jure suo, vel Principis beneficio universaliter jurisdictionem exercere potest, sive is, cui causarum universitas est commissa, vel cui jurisdictio alicujus districtus, territorii, vel Provinciæ Civitatis, vel alterius loci est attributa, Marant. *in Praxi part.* 4. *distinct.* 5. *num.* 2. Bart. & alii *in l. more major, ff. de jurisdict. omn. jud.* Vestr. *in Praxi lib.* 3. *cap.* 3. Scacc. *de jud. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 5. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 3. *nu.* 1. & *seqq. per tot.* ubi plura à quibus jurisdictio ordinaria procedas, & quinam sint judices ordinarii in Curia Romana, & extra quoad Ecclesiasticos Berlich. *pract. conclus. libr. de Arbitr. conclus.* 4. *nu.* 18. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 5. *n.* 23. *tom.* 1. 1

Delegatus verò dicitur ille, cui ab ordinario, vel à Principis delegato, causa commitsitus terminanda, vel exequenda; quot autem sint delegatorum species, qui possint delegare, qui delegari, quæ causæ sint delegabiles, in quibus consistat officium judicis delegati, quando, & qualiter expiret delegatio, quomodo, & ex quibus cognoscatur, an quis sit judex ordinarius, vel delegatus, qualiter inter se differant, & alia vide per Pac. Jordan. *volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *per tot. fol.* 49. &c. Marant. *distinct.* 5. plenè Bellon. *tract. de mandat. Jurisdict. per tot. cum aliis per eos citatis*, dixi in §. *Cansa num.* 5. &c. & §. *Delegatus per tot.* Trivis. *decis.* 1. *per tot.* ubi, quando judex sit ordinarius, vel delegatus. De quibus omnibus latè Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 3. & *seq. tom.* 1. & *rubr.* 10. *quæst.* 1. & *seq. tom.* 2.

Quòd judices teneantur jurare observantiam statutorum, ad quid obligentur, quæ possint facere ex officio, quando denegare audientiam, & alia plenè ad saturitatem, Tusch. *litt. I. conclus.* 393. & *seqq. infrà num.* 21.

Quòd delegatus dicatur, quando aliàs partes non erant illi suppositæ, & à sententia talis delegati appelletur ad delegantem, & non ad alios sub pœna nullitatis, Cabal. *cons.* 158. *per tot. lib.* 1.

Judices, vel Assessores, cujus ætatis, doctrinæ, & qualitatis esse debeant, Menoch. *de arbitr. cas.* 253. *per tot.* Vivi. *comm. opin.* 396. Abecclef. & Crescin. *in præfat. ad obser. forens. Senat. Pedem.* 2

De ætate judicum latè idem Menoch. *d. tract. cas.* 540. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 2. *tit.* 20. *num.* 62. & *seqq. fol.* 392. ubi plura de ætate requisita ad obtinenda officia, beneficia, & similia, vide *in* §. *Ætas num.* Caileval. *de judic. tit.* 1. *disput.* 1. *per tot.* Nasbon. *de ætat. an.* 25. *qu.* 31. Vide Caprar. *decis.* 631. *num.* 12.

Quòd judices debeant habere duplicem salem, unum scientiæ, sine quo insipidi, alterum conscientiæ, sine quo diabolici sunt; abstinere à peccatis ut suum proferant judicium rectum, quia propter peccata nesciunt causarum dubia dissolvere, justitia enim in mentibus quiescit justorum, & non peccatorum, Bald. *in cap. qui procurator col.* 6. *de elect.* Afflict. *decis. ultim. sub n.* 25. Boer. *dec.* 153. Vivi. *commun. opin.* 396. & 638. Cravets. *cons.* 15. *n.* 1. *vol.* 1. Neviz. *in Sylv. nup. rit. Quomodo jud. num.* 98. Joan. Baps. Magon. *de rect. patrocin. rat. cap.* 35. *nu.* 3. &c. Alia ad hoc propositum notat Paul. Christin. *decis.* 6. *vol.* 1. & *ad leg. Municip.* Mechilin. *tit.* 1. *art.* 2. *per tot.* ubi plura notabilia, vide *in* §. *Compend. de qualitat. jud. perfect.* Crescin. ad Abecclef. *in præfat.*

Noli itaque fieri judex, nisi virtute, & scientia valeas dirumpere hominum iniquitates, & non extimescere faciem potentis, ne ponas scandalum in agilitate tua, ut scriptum est *Ecclef. cap.* 7. aliàs cosam omnipotenti Deo teneberis strictissimam reddere rationem de omnibus malis, quibus propter imperitiam tuam, & inscitiam, vel negligentiam, sive nimiam facilitatem occurrere non valuisti, cùm in judice omnis imperitia annumeretur culpæ, ex quo munus judicandi voluntariè, & affectatè suscipis, quamvis enim bona fide, & præter intentionem ma-

lè

lè judicet, ac injustitiam faciat, dicitur injustus saltem materialiter ex traditis à D. Thom. 2. 2. *quæst.* 59. *art.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 339. *num.* 222. *&c.* Boer. *decis.* 153. Leoncil. *decis. Ferr.* 103. *in fine, infrà nu.* 18. *&c.* latè Alvarez de Velasc. *de judic. perfect. Rub.* 13. *&* 15. *per tot.* ubi tamen *n.* 42. *&c.* quòd si recta intentione, & congrua disquisitione adhibita malè judicaverit, & sit non imperitus, sed saltem mediocriter indoctus, excusatur à peccato, & restitutione, ut dixi *in Compend. de qualit. jud. perf. cap.* 30. Crescin. ad Abeccles. *loc. cit.*

Quòd judex dicatur Dei minister in terris, & judicium ejus procedere debeat de vultu Dei, qui est via, veritas, & vita, debeat perquirere veritatem, & illam sequi, Castr. *cons.* 381. *lib.* 1. *& cons.* 302. *lib.* 2. Tusch. *litt. I. concl.* 380. *& litt. V. conclus.* 165. *&c.* recipere integra dicta testium idem Tusch. *litt. I. conclus.* 412. *nu.* 4. plenè Velasc. *dict. tract. de judic. perfect. per tot.* Vivi. *comm. opin.* 396. Crescin. *ubi supra.*

Pulchram, & notabilem cohortationem ad judices, ac terribilem sententiam condemnatoriam contra eosdem, & alios Jurisperitos malè utentes legibus, eorumque posteros, vide per Menoch. *de arbitr. in princ.* dixi *in §. Sindicatus num.* 1. *in fine*, & latè Alvarez de Velasc. *d. Rub.* 15. *annot. fin. num.* 7.

Cujus austeritatis, & incorruptibilitatis sint judices apud Indos, qui possent in hoc Italis esse exemplo, & confusione, vide Ferdin. Mendez. *in suo Itinere cap.* 86. 87. *&* 102. quam refert Sesnaiol. *de Visit. Carcer. in Appendice cap.* 20. *fol.* 55. dixi *in Praxi §. Giudici nu.* 14.

Injustè autem agentes non satisfaciunt posteà in testamento aliquid minimum pro malè ablatis pauperibus relinquendo, quia Deus non vult holocaustum de rapina, vide *in §. Peccatum n.* 10.

De præmiis, & meritis bonorum judicum, & pœnis, ac maledictionibus pravorum, eruditè de more, Alvarez de Velasc. *d. Rub.* 35. *annot. fin.* dixi *in §. Advocatus n.* 1. *& in Compend. de jud. perfect.*

Multa de officio judicum in cuncta diligenter perscrutando, timorem removendo, dilationes competentes assignando, interloquendo ubi opus fuerit, judicando secundum acta, & probata, secundùm leges, & consuetudines approbatas, ac secundùm æquitatem, nulla habita exceptione personarum, cum sufficienti causæ cognitione, solùm Deum, & justitiam præ oculis habendo, & alia, vide per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *per tot. fol.* 43. *&c.* Gibulin. *de univer. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 3. *fol.* 568. Tusch. *litt. I. conclus.* 380. *&* 382. *& seqq.* Paul. Christin. *ad leg. Municip.* Mechilin. *tit.* 1. *art.* 2. *per tot.* ubi quòd quatuor modis humanum judicium pervertitur, nempè timore, cupiditate, odio, & amore, ac alia, infra *nu.* 22. & in Compend. *de qualit. jud. perfect.*

An autem judex mortaliter peccet judicando alios pro eisdem sceleribus, quibus ipse est implicatus, affirmativè, nisi levitas materiæ illum excuset concludit P. Manar. *Nost. Malemol. interrog.* 138. *fol.* 227. ubi etiam an idem sit exercendo justitiam in peccato mortali, licèt diversi generis, & refert Alex. de Alex. affirmantem, cujus opinionem non esse veram profitetur, si peccatum sit occultum, & sine scandalo, vide Bonifac. *de furt.* §. 5. *nu.* 515. *fol.* 207. Dian. *part.* 7. *tract.* 3. *resol.* 17. ubi quòd non est peccatum exercere justitiam in peccato præcipuè, quoad judices sæculares, & latiùs pluribus citatis, ac indistinctè non esse peccatum, nisi speciale in eo judicio adsit scandalum, probat Alvarez de Velasc. *tract. de judic. perfect. Rub.* 7. *Annot.* 4. *per tot.* dixi in Compend. *de qualit. jud. perfect. vers.* 12. *in fine.*

3 Judex quis esse prohibetur tribus ex causis, videlicet natura, lege, & moribus, natura ut surdus, mutus, furiosus, impubes, & cæcus, qui licèt retineat Magistratum, vel jurisdictionem jam antea cœptam, ad novam tamen aspirare non potest, ita ut cùm tales defectus proveniant à natura, non possint à quovis etiam supremo Principe tolli, vel suppleri, & omnia acta etiam parte non opponente sint ipso jure nulla: lege, ut quia jam à Magistratu propter aliquod delictum, ex quo irrogetur infamia amotus sit, vel aliter infamis declaratus, vel excommunicatus, vel bannitus, & similes, nisi appareat Principem habuisse scientiam de hujusmodi qualitate, & voluisse illum dispensare, prout præsumitur ad actum sustinendum, cùm instar sacrilegii reputetur disputare an dignus sit munere judicandi qui à Principe ex certa scientia electus fuit: moribus, ut fœminæ, servi, monachi, & similes, nisi pariter appareat Principem potuisse, ac voluisse cum illis dispensare, ut latè declarat Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. deleg. n.* 38. *& seqq. ad* 85. *fol. mihi* 132. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 3. *num.* 7. *&c. fol.* 16. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 33. *& seqq.* vide Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *qu.* 42. *tom.* 1. *& rubr.* 10. *qu.* 6 *tom.* 2. *& rubr.* 10. *qu.* 10. *& seqq. eod. tom.* 2. & latissimè Mastrill. *de magistrat.*

An autem imperitus, & illiteratus possit esse judex, vide Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 23. *nu.* 9. *&c. in meis resol. cap.* 17. *n.* 27. *& in Praxi §. Giudici nu.* 55. *&* 56. *infrà n.* 18. *&c.* Altimar. *de nullit. rubr.* 10. *q.* 11. *tom.* 2. De Luc. *de Judic. disc.* 4. *num.* 2. *& in summ. n.* 24. Crescin. ad Abeccles. *in præfat. num.* 25. *&* 26.

Judex regulariter tenetur judicare secundùm allegata, & probata, non autem secundùm propriam privatam conscientiam, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 4. *volum.* 1. *& dec.* 148. *n.* 21. *volum.* 2. ubi plures allegat Ricc. *Collect.* 717. 1529. plenè Alvarez de Velasc. *tract. de judic. perfect. Rub.* 14. *annot.* 3. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Judex resolut.* 8. *per tot.* ubi limitat non procedere in delicto commisso coram ipso judice pro tribunali sedente, ipso tamen reo citato, & alia, Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 949. *per tot.* Calvin. *de æquit. lib* 2. *cap.* 113. De Luc. *De Judic. disc.* 22. *num.* 3. *disc.* 36. *num.* 26. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 10. *n.* 1. *tom.* 2. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *præmiss.* 3. *num.* 17. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 106. *n.* 1. *part.* 1. 4

Limita in aliquibus aliis casibus, ut si conscientia esset informata ex actu notorio ut supra, vel si esset talis judex, qui habeat potestatem supra leges, vel si agatur in criminalibus de pœna corporali vitanda, vel de jurisdictione voluntaria, quam judex non tenetur, si nolit, exercere, vel si judex habeat facultatem pronunciandi in scriptis, & sine scriptis, vel si nihil sit apparenter probatum, vel si simus in arbitrariis judici, vel in arbitro, & arbitratore simul, vel in taxatione interesse, vel quando hinc indè esset æqualiter probatum, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 231. *nu.* 2. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 20. *& seqq. fol.* 44. Card. Tusch. *litt. I. concl.* 398. *per tot.* Mascard. *loc. cit.* Vide Altimar. & Crescin. *loc. citat.*

An judex in ferenda sententia debeat attendere tantùm ea, quæ deducta, & allegata fuerunt tam circa factum, quàm circa jus, vel etiam ea, quæ deduci, & allegari possunt, instruendo etiam partem, vel ejus advocatum ad supplendum pro veritate invenienda, vide Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resolut.* 41. ubi refert contrarias opiniones, quas ambas probabiles dicit, concludendo orandum esse Deum, ut judex sit amicus, Paul. Christin. *dec. Belgic.* 105. *vol.* 2. ubi pariter refert opiniones, & videtur concludere quòd judex possit supplere æquitate attenta, Ricc. *Collect.* 1019. ubi quòd potest supplere, quæ desunt advocatis *& Collect.* 3829. ubi quòd tenetur supplere de facto si publica utilitas versatur, vide Arismio. Tepat. *variar. sentent. titul.* 79. *per totum.*

Qualiter debeat judicare super toto, quando possit sibi reservare liquidationem, jura partibus, & alia, Tusch. *litt. I. conclus.* 399. *& seqq.*

Quòd judex in causis gravibus non possit assumere officium Actoarii, etiam de consensu partium, *cap. quoniam contra de probat.* ubi August. Barbos. Gratian. *discept.* 4. *num.* 10. *&c.* cum aliis per Matthæu Sanz. *de re crimin. controv.* 64. *nu.* 55. ubi loquitur in criminalibus, & dixi *in §. Acta nu.* 1. *&c.* adde Zuff. *de legitim. process. lib.* 3. *quæst.* 176. *per tot.* ubi an processus ab ipsomet judice scriptus possit legitimari per declarationem, & videtur affirmativè concludere.

infra

infra num. 50. *in fine* Vide Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *q.* 8. *n.* 10. *tom.* 2. Abeccles. & Crescin. *obser.* 32, *part.* 1.

5 Judex, cui constat ex processu aliquem deliquisse, si ipse sciat ex privata scientia falsum esse, & non deliquisse, potest nihilominus illum condemnare, & supplicio addicere secundùm opinionem Soti *de just. & jur. lib.* 4. *quæst.* 6. Guaz. *def.* 5. *cap.* 9. *& ultim. n.* 29. *&c.* Clar. *§. fin. quæst.* 66. *num.* 2. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 398. *nu.* 12. Card. de Lugo *de justit. & jur.* 2. *part. quæst.* 37. *sect.* 4. & alii plures quos refert, & sequitur Velasc. *loc. supr. cit. per tot.* Vide Crescin. ad Abeccles. *obser* 106. *part.* 1.

Probabilior tamen reputatur opinio contraria, ut potiùs judex hoc casu teneatur abstinere à munere judicandi, & officium testis assumere ad detegendam, & probandam innocentiam inquisiti; postquam verò fecit quod potuit, ut causa alteri delegaretur, & ut constaret de dicta innocentia, non tenetur ab officio discedere, sed potest illum tuta conscientia condemnare, quatenus ex actis, & legitimo processu delinquens appareat, P. Manar. *Noct. Malencol. interrog.* 59. *fol.* 103. P. Stephan. de Neapol. *de præcept. jur. & just. part. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *& seqq. fol. mihi* 65. plenè Cartar. *de execut. sent. capt. banuit. cap. fin. nu.* 316. *& seqq.* Card. Tusch. *d. conclus.* 398. *n.* 11. Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 22. ubi plures citat in utramque partem, & hanc sequitur post factas omnes diligentias, de quibus latius ibi per eum, & *part.* 10. *tract.* 15. *resolut.* 16. *per tot.* ubi an idem sit in civilibus, ut judex conscius veritatis possit contra aliquem ferre sententiam juxta allegata, & probata, licèt sciat veritatem esse in contrarium, De Luc. *dict. disc.* 22. *num.* 3. *de Judic.* & Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 10. *tom.* 2.

E contra etiam judex videns aliquem delinquere, non potest illum sine debitis probationibus condemnare, sed ministrare debet justitiam secundum acta, & probata, & non secundùm propriam privatam scientiam, vel conscientiam, nec potest eum torquere, sed tantùm generaliter inquirere, Clar. §. *fin. qu.* 8. *vers. fin* Covar. *var. resol. lib.* 1. *num.* 8. Cujac. *lib.* 12. *observat.* 19. Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 3. *n.* 19. *&c.* Conciol. *resolut. crimin. Judex resolut.* 8. *per tot.* dixi supra *num.* 4. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 398. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 949. Cacher. *decis. Pedem.* 78. *num.* 43. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 88. *n.* 15. *vol.* 2.

Judices tamen supremi, ut Principes possunt, ac debent potius veritatem ipsis notam attendere, quàm acta, & probata, aliàs peccant secundùm Guid. Pap. *decis.* 29. Menoch. *de arbitr. cas.* 98. *nu.* 10. *&c.* Card. Tusch. *dict. conclus.* 398. *num.* 19. vide Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 20. *&c. fol.* 44. vide *in §. Princeps nu.* 1. & quæ dixi in Compendio *de qualitatibus judicis perfecti, vers. Decimo nono, & vers. Numquid verò sufficiat &c.* & Alvarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 3. *per tot.* de omnibus hoc numero contentis vide latè Less. *de justit. & jur. lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 10. *& seqq.* Ferdinand. Vasq. *controv. Illustr. cap.* 14. *per tot.* Valer. *de differ. utriusque fori verb. Judex differ.* 1. *per tot.* Vide Crescin. ad Abeccles. *dict. obser.* 106.

6 Judex non potest moveri aliundè ad judicandum, sed tantùm ex actis, & processu, cum illud, quod est extra processum dicatur extra Mundum, & sententia sine actis est notoriè nulla, ac non jus probatur ex revolutione actorum, Gratian. *discept. forens. cap.* 550. *num.* 36. *cap.* 755. *num.* 34. ubi quòd ita servat Rot. & *in cap.* 938. *num.* 3. Ricc. *Collect.* 1948. vide Sperel. *decis.* 95. *nu.* 14. *&c.* Cavaler. *decis.* 203. *num.* 6. ubi quòd idem est si in actis fuerint probationes, & judex non viderit Vide Crescin. *ubi supra.* Quòd non debeat rationem habere de instrumento in actis non producto, Duran. *decis.* 409. *num.* 7. Gregor. *decis.* 224 *num.* 5. *&c.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 5. *nu.* 30. *in fine fol.* 45. Nisi ageretur de facto notorio, vel difficilis probationis, quia tunc posset judex extra acta moveri, & se informare, ut notat Beltram. *in Addit. ad Gregor. decis.* 224. *num.* 6.

Quòd imò possit judex moveri ad judicandum etiam ex aliqua confessione coram se facta viva voce, & in actis non scripta, Bald. *in l. quoties §.* 1. *ff. de probat.* Afflict. *decis.* 28. *num.* 6. Magon. *decis. Lucens.* 30. *num.* 9. *& dec. Flor.* 145. *num.* 20. ubi tamen dicit rem esse mali exempli tantum judici tribuere.

Intellige si dicta confessio sit facta judici tamquam judici, & ex absentia Notarii, vel ejus omissione, aut alia de causa in acta non redacta, secùs si facta fuerit tamquam personæ privatæ, ut per Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. Mascard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 939. *num.* 5. Sperel. *decis.* 95. *nu.* 19. Calvin. *de æquitat. lib.* 2. *cap.* 113. *num.* 18. *& seqq.*

Item ex aliis, quæ fuerint sibi demonstrata extra acta, Rot. in Romana de Bambellis Ven. 31. Maii 1613. coram Sacrato penes Post. *de manut. decis.* 9. *num.* 33.

Item ex instrumento à se viso, & lecto licèt non producto, Turet. *cons.* 100. *nu.* 16. *lib.* 1. Rot. *Perus. per D. Borellum de anno* 1651. *vers. secundò dicebatur*, penes me in manuscriptis, Altograd. *cons.* 24. *num.* 102. *lib.* 1.

Intellige omnia in judice habente liberum arbitrium, & auctoritatem ipsius Principis, nam tunc spretis allegatis, & probatis, potest secundùm suam conscientiam, etiam aliundè informatam judicare, aliàs secùs juxta superius notata, Guid. Pap. *decis.* 29. Menoch. 29. *de arbitr. cas.* 98. *num.* 10. *&c.* dixi *in Praxi*, §. *Giudici n.* 16.

Florentiæ per Reformationem editam de mense Septembris 1678. fuit ordinatum non esse attendendas nisi probationes in actis factas, exhibitas, & apparentes.

Plura qualiter judex non debeat esse facilis ad credendum, & quare, ne scilicet decipiatur, Paul. Rub. *in Annot. ad part.* 9. *recent. decis.* 192. *n.* 112. *& seqq. per tot.*

Potest tamen judex extrajudicialiter se informare de stylo loci, ubi judicium agitatur, de quo statur attestationibus Notariorum, & Causidicorum, Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 484. vide *in §. Testes n.* 65. *in fine.* Spad. *cons.* 11. *n.* 7. *vol.* 3. Crescin. ad Abeccles. *obser.* 1. *n.* 28. *part.* 1.

Judex non facit fidem testificando de pertinentibus ad causam, in qua judicavit, nisi concurrant alia adminicula, vel ad instruendum secundum judicem, Gratian. *discept. for. cap.* 235. *num.* 38. *&c. cap.* 938. *n.* 10. *&c.* Franch. *decis.* 185. *&* 398. vide Farinac. *quæst.* 60. *Illat.* 3. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 548. *&c. fol.* 332. Mascard. *de probat. conclus.* 952. *per tot* latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Vide Bertachin. *vol.* 57. *a n.* 1. Abeccles. & Crescin. *obser.* 38. *part.* 1. Caprar. *dec.* 309. *n.* 2. 7

Intellige quando deponit circa ea, quæ justitiam causæ, honorem proprium, vel dedecus concernunt, nam aliàs circa processum, & de gestis coram illo, licèt non scriptis videtur admittendus, Magon. *decis. Florent.* 3. *n.* 2. *&c.*

Quando possit testificari de actis gestis in causa, vel non, vide Socin. *reg.* 247. *per tot.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 68. *n.* 10. *& de arbitr. cas.* 73. *per tot.* Farinac. *d. Illat.* 3. *per tot.* Franch. *decis.* 185. *&* 398. ubi de noto errore uno modo scripto, & alio modo pronunciato, ut stari debeat scripto, nisi probetur error; etiamsi judex diceret aliter pronunciasse, quia judici attestanti de gestis in causa nullo modo creditur, & quare, latè Constantin. Cæsar. Specul. Peregr. *qq. quæst.* 49. *per tot.* Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd assertioni judicis credatur, tam circa illius delegationem, quam circa alia ab ejus animo dependentia, vel sibi commissa, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 76. *per tot.* Tusch. *litt. I, conclus.* 477. Mascard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 949. *per tot. per tot.*

Quòd deposito officio possit testificari probat Tiraquel. *tract. Cessante causa verb. Testimonii nu.* 248. vide Farinac. *loc. cit.* Mascard. *conclus.* 951. *num.* 3. ubi contra.

Quòd non credatur judici, etiam in extremis agenti, si dicat malam, & injustam sententiam se tu-

tulisse, Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *n.* 20.

Intellige quoad rescindendem ipsam sententiam in judicatum transectam, non autem quoad restitutionem damnorum, ad quæ judex ipse tenetur, & vide Farinac. *quæst.* 46. *cas.* 4. Mancin. *de confess. cap.* 8. *num.* 22. *& seqq.* Francisc. de Angelis *eod. tract. lib.* 2. *quæst.* 29. ubi quòd dicta confessio, nisi alia concurrant adminicula, vel sententia contineat injustitiam, non præjudicat illi, ad cujus favorem emenavit ipsa sententia, ac idem esse in arbitro, notario, teste, & similibus.

8 Judex non potest pronunciare ultra petita, & si pronunciaverit non valet sententia, *l.* 2. *Cod. com. divid. l. vinum, ff. si cert. pet.* nisi agatur de aliquo necessario antecedente, vel successorio, sive accessorio ejus, quod principaliter petitur, ut condemnando ad restitutionem pignoris soluto debito, Afflict. *decis.* 32. Gratian. *discept. for. cap.* 40. *nu.* 7. *&c.* Soccin. *reg.* 245. *&* 246. *per tot.* Rot. *part.* 2. *div. dec.* 221. *nu.* 3. Menoch. *de arbitr. quæst.* 31. Altograd. *cons.* 95. *n.* 45. *& seqq. lib.* 1. vide *in §. Sententia n.* 18. *&c.* Ansald. *decis.* 28. *n.* 1. Abecclef. & Crescin. *obser.* 22. *part.* 1. Altimer. *de nullit. rubr.* 53. *quæst.* 26. *tom.* 1.

Quòd judex regulariter impertiatur officium suum petentibus tantùm, & non aliàs, & quando secus, vide Soccin. *d. reg.* 245. ubi 35. modis limitat, & facit *in reg.* 246. *&* 248. *per tot.*

An autem possit condemnare ad usuras, fructus, & expensas, si non fuerint petitæ, dic quod sic, ubi suggerit æquitas, vel stantibus clausulis salutaribus, Mysinger. *observ.* 55. *cent.* 4. Paul. Christin. *dec. Belgic.* 105. *n.* 2. Altimar. Abecclef. & Crescin. *loc. cit. & obser.* 31. *part.* 1.

Qualiter autem, & quomodo possit cognoscere super emergentibus, incidentibus, & connexis, & quæ talia dicantur, latè Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 45. *per tot.* vide Fontan. *in Biblioth. legal. verb. Emerg.* Pen. & Crescin. *decis.* 16. *& decis.* 36. Abecclef. & idem Crescin. *obser.* 11. *part. pr.*

Et an separatim ante definitivam sententiam, vel in ipsa definitiva, debeat pronunciare super hujusmodi emergentibus, incidentibus, & sic an possit, & debeat illa reservare cum sententia definitiva, latè idem Menoch. *de arbitr. cas.* 167. *per tot.*

9 Judex potest suam interlocutoriam revocare, non verò definitivam, cum quoad eam dicatur jam functus officio suo, & non sit amplius judex, *l. quod jussit, ff. de re jud.* Pract. Papp. *for. sent. interloc. glos.* 1. *n.* 8 Disz. *reg.* 351. *cum tribus seqq. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *nu.* 68. *&c. fol.* 561. *& vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 21. *& seqq. fol.* 508. ubi qualiter possit revocare interlocutoriam nisi sit jam executa, vel finem imponat negocio, vel sit geminata, adde Tusch. *litt. S, conclus.* 114. *&* 115. *per tot.* Ricc. *Collect.* 294. ubi exemplificat in multis interlocutoriis, quæ possunt revocari, Caldas Pereyra *quæst. forens. cap.* 9. *per tot.* vide Altim. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 2. *& seqq. & rub.* 9. *quæst.* 34. *tom.* 1. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 1. *n.* 15. Abecclef. & Crescin. *observat.* 13. *part.* 1.

Quòd in revocatione interlocutoriæ sit necessaria citatio, & non possit revocari, re non integra, & sic postquàm fuit executa, nisi cum causa, & auditis partibus, Magon. *decis. Flor.* 131. *n.* 2. *& per tot.* Gabriel. *de cit. conclus.* 1. *n.* 289. Pac. Jordan. *d. titul.* 29. *n.* 44. *&c. fol.* 510.

Quando judex possit mutare, vel declarare etiam definitivam, Gratian. *discept.* 147. *per tot. cap.* 698. *num.* 11. *&c. cap.* 957. *n.* 22. Pac. Jordan. *d. tit.* 25. *n.* 34. *& seqq. fol.* 509. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 503. *n.* 1. *& seqq. vol.* 1. ubi an judex, vel arbiter possit suam declarare sententiam, & quod esset necessaria citatio partis, Ricc. *Collect.* 2728. ubi quod non potest emendare sententiam, nisi tantùm dedisset votum, & nondum esset prolata sententia. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *a n.* 48. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *q.* 34. *tom.* 1. Abecclef. & Crescin. *obser.* 30. *&* 31. *part.* 1.

Quando possit revocari interlocutoria ex novis actis, vel sit revocanda ex eisdem actis, & alia, vide per Gratian. *dec.* 31. *per tot.* Tusch. *litt. S, conclus.* 116. *per tot.*

An judex possit contra sententiam, quæ transitum fecit in rem judicatam, aliam proferre sententiam, Grat. *dec.* 129. Franch. *dec.* 398. *per tot.* Paul. Christ. *decis.* 96. *vol.* 4. vide *in §. Sententia num.* latè Add. ad Gratian. & ad De Franch. *cit. dec.*

Quòd possit reponere à decreto, & à repositione recedere toties quoties gravamen detegatur, & quando secus, Gratian. *discept. for. cap.* 155. *n.* 16. *&c. cap.* 959. *n.* 23. *&c.* Magon. *decis. Lucens.* 17. *n.* 23. *ubi Addit.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. *nu.* 264. *&c.* Salust. Tiber. *in Prax. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 12. *&c.* idem Ridolphin. *d. part.* 1. *cap.* 13. *nu.* 569. *& seqq. ad* 581. Urceol. *Consult. for. cap.* 46. *n.* 4. *& n.* 42. ubi loquitur in manutentione, quæ potest hodie concedi uni, & cras alteri, prout melius constiterit de possessione, *infrà n.* 62.

Quòd elapso termino alicui statuto ad producendum jura, possit nihilominus illum audire, cum id, quod jussit, vel vetuit, possit contrario decreto tollere, *l. quod jussit, ff. de re jud.* Azor. *in Sum. C. ut nem. invit. ag. vel acc. cog.* facit contra *in §. Emption.*

Judex potest cognoscere de exceptionibus, quæ contra ejus jurisdictionem opponuntur, non autem 10
de illis, quæ contra personam, ne sit judex in causa propria, Clar. *§. fin. quæst.* 43. *in fine*, Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 414. *per tot.* facit latè Sanfelic. *dec.* 63. *& in Praxi sect.* 19. *n.* 11. *&* 12. ubi intelligit de judice ordinario, ut possit cognoscere an sua sit jurisdictio, secùs autem in aliis.

An autem, & quando per processum ad ulteriora dicatur reiicere exceptiones oppositas. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 64. *per tot.* Sperel. *decis.* 106. *n.* 20. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 36. *n.* 17. *& seqq.*

An, & quando judex cognoscat de propria jurisdictione, latè Sperel. *decis.* 133. *n.* 1. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *rec. d. dec.* 36.

Quòd judex cujus jurisdictio negatur possit cognoscere an sua sit jurisdictio, & se competentem declarare, ubi contentio est inter partes, vel inter judicem, & partem; secùs si cum alio judice, quia tunc si sunt ordinarii, cognoscit amborum superior, si delegati amborum delegans, vel eliguntur arbitri, & alia ad rem, latè Cortiad. *dec.* 38. *n.* 1. *& seqq. per tot.* Sesse *de inhibit. c.* 5. *§.* 6. *n.* 54. *& seqq. per tot.* Xamar. *de offic. jud. part.* 1. *quæst.* 14. Cancer. *part.* 3. *var. c.* 10. *n.* 1. *& seqq.* Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 9. *&c.* aliique plures ab istis citati, & præcipuè Cortiad. *qui n.* 3. dicit regulam procedere sive judex sit ordinarius, sive delegatus, & idem firmat Cabed. *decis.* 41. *part.* 1. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 21. *tom.* 1. Sanfel. *in Prax. sect.* 17.

Qualiter etiam quilibet judex, & Magistratus possit jurisdictionem suam defendere pœnali judicio contra illam impedientes, vel turbantes, *l.* 1. *ff. si quis jus dicen. non obtem. cap.* 1. *de off. & potest. jud. deleg. cap. ex litteris eodem tit.* latè Sanfelic. *in Praxi sect.* 20. *per tot.* vide *in §. Magistratus num.* 12. *& §. Jurisdictio n.* 6.

An etiam possit cognoscere de injuria sibi, vel familiæ suæ illata, dic quod sic, ubi pœna est à jure determinata, & injuria fuit ratione officii, & Magistratus illata, vel notoria, aliàs secùs, Menoch. *de arbitr. cas.* 263. *numer.* 7. *& seqq.* Sanfelic. *dec.* 63. *per tot.* Conciol *resolut. crimin. verb. Judex resolut.* 7. *per tot.* ubi quòd quando non potest cognoscere, potest tamen offendentem carcerare dum delictum superiori notificat, & alia, Clar. *§. fin. quæst* 35. *in fine*, Cabal. *resol. crimin. cas.* 128. *nu.* 1. *&c.* Guazzin. *def.* 1. *cap.* 18. Farinac. *quæst.* 17. *numer.* 45. *&c.* Card. Tusch. *litt. I, concl.* 402. *&* 403. *per tot.* ubi plenè quis possit esse judex in causa propria, vel non, & latè Paul. Christin. *decis.* 152. *vol.* 2. *& decis.* 223. *n.* 31. *& seqq. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1977. Trivis. *decis.* 10. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 18. *recent. tom.* 2. *decis.* 639. *num.* 11. *& seqq.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 64. *nu.* 50. *& seqq.* Altimer. *dict. tract. rub.* 9. *quæst.* 20. *n.* 74. *& seqq. tom.* 1. Merlin. *cent.* 2. *contr.* 71. *n.* 1. Sciaioy,
de

de for. compet. cap. 45. *n.* 18. Campan. *de forjudic. resol.* 29.

Qua autem pœna sit puniendus offendens, vel occidens judicem, & an dicatur committere crimen læsæ Majestatis, latè Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 14. *per tot.*

Quòd quilibet judex possit cognoscere de crimine coram se commisso in causa jurisdictionis, veluti de falsitate, & hujusmodi juxta *l. nullum, C. de test.* idem Tusch. *loc. cit. conclus.* 383. *n.* 5. Franch. *dec.* 547. ubi de resistente executoribus, ut sit locus præventioni inter judicem ordinarium, & judicem Curiæ, cui facta fuerit resistentia, de materia *d. l. nullum*, latè Sanfelic. *in Praxi sect.* 25. *per tot.* dixi *in §. Clericus n.* 52. *§. Testis n.* 35. *§. Episcopus n.* 52. adde Possent. *sing.* 141. *per tot.*

Amplia ut etiam quilibet major judex ferens testimonium falsum coram minori judice, vel aliàs in ejus jurisdictione delinquens, possit ab eo processari, & puniri, Ricc. *Collect.* 2585. Cabal. *resol. criminal. cas.* 53. faciunt tradita per Sanfelic. *decis.* 65. *per tot. & decis.* 411. *in Addit. observ.* 8. *& in Praxi sect.* 25. *n.* 12. *&c.* Fontanell. *decis.* 366.

11 Judex ordinarius iterùm judicare potest, si prima sententia, quam tulit sit nulla, cum adhuc duret illius jurisdictio, etiamsi fuerit prorogata; non tamen ob id est sublata partibus facultas adeundi superiorem, qui de nullitate cognoscat, vide Ricc. *Collect.* 3447. Guid. Pap. *quæst.* 462. Capyc. *dec.* 1. *n.* 26. *& seqq.* Vant. *de nullit. tit. coram quo &c. n.* 9. *fol.* 21. Seacc. *de sent. & re judic. glos.* 14. *quæst.* 17. *n.* 14. *& quæst.* 59. *remed.* 5. *conclus.* 6. *n.* 81. *& quæst.* 26. *nu.* 7. *&c.* Gratian. *discept.* 103. *n.* 12. Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *Annot.* 5. *num.* 44. *& seqq.* Fontanel. *dec.* 458. *& seqq.* Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 34. *tom.* 1. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 2. *n.* 49. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 30. *n.* 5. *part.* 1.

Delegatus vero postquam semel judicavit, dicitur functus officio suo, & sive nulliter, sive rectè judicaverit, non potest amplius se ingerere, etiam quoad solam sententiæ declarationem, vel etiamsi possit procedere secundum æquitatem, & licet fuerit errore facti deceptus, vel licèt pronunciaverit sine scriptis, & licèt ex nova delegatione vellet denuò judicare, intelligendo de delegato inferioris à Principe, nam delegatus Principis sicut ordinarius potest iterùm judicare, prout etiam quando non fuit servata forma delegationis, cum tunc non dicatur consumpta jurisdictio, vel quando sumus in delegato ad universitatem causarum, qui æquiparatur ordinario. Quando autem sumus in delegato ad negocium extrajudiciale, potest ille denuò tractare, & expedire negocium sibi commissum, si prior expeditio fuit nulla, prout benè omnia prædicta declarat Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 67. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 90. *n.* 10. *& seqq.* Tiraquel. *in repert. l. boves*, *§. hoc sermone*, *ff. de verb. signif. limit.* 1. *declarat.* 4. *& limitat.* 21. *inter reg. divers. fol. mihi* 574. *&* 589. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 432. *per tot. & concl.* 440. Cavaler. *dec.* 347. Buratt. *dec.* 371. Durao. *decis.* 325. Rot. *part.* 2. *recentior. dec.* 631. *part.* 9. *dec.* 112. *n.* 3. *&c. & part.* 18. *dec.* 209. *n.* 1. *et decision.* 391. *per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. n.* 114. *fol.* 100. ubi quòd quando prima sententia est ritè, & rectè lata, censetur quilibet judex, sive ordinarius, sive delegatus, sive arbiter functus officio suo, & non potest amplius se regulariter ingerere in causa semel terminata, latè Ridolphin. *in Prax. part.* 5. *cap.* 13. *n.* 581. *& seqq.* ubi etiam n. 592. qualiter etiam judex delegatus non possit suam exequi sententiam absque speciali rescripto, & commissione executoriali, excepto tamen A. Cam. qui id habeat in facultatibus, & aliis, de quibus latiùs ibidem *n.* 629. *& seqq.* & dixi *in §. Delegatus nu.* 57. vide *in §. Jurisdictio n.* Altimar. *loc. cit.*

An, & qualis delegatus possit suam exequi sententiam, vel non, Menoch. *de arbitr. quæst.* 74. *n.* 57. *& seqq.* qui tamen refellitur ab Ansald. *consil.* 35. *per tot.* ubi concludit Delegatum à Principe posse suam exequi sententiam.

An autem judex tam ordinarius quàm delegatus possit adversus suam sententiam concedere restitutionem in integrum, & de ejus nullitate cognoscere, latè Carlev. *de judic. tit.* 1. *disp.* 7. *fol.* 296. *&c.*

Judex deputatus ad cognoscendum de causis criminalibus, non potest cognoscere de causa criminalibus civiliter intentata, quia tunc inspecto fine dicuntur civiles, in quibus ipse non habet jurisdictionem nisi accessoriè, & incidenter, *leg. solemus*, *ff. de judic.* ubi Bald. Castr. & alii per Menoch. *de arb. q.* 85. *per tot.* Vant. *de nullitat. ex defect. jurisd. n.* 47. *fol.* 86. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 467. *per tot.* Scanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 2. *§.* 2. *cap.* 14. *nu.* 29. *& seqq.* Rut. in Anconitana pecuniaria 5. Julii 1609. coram Manzanado penes Scanarol. *d. tract. in Appendice dec.* 1. *fol.* 85. ubi quod constito de delicto potest judex criminalis, omissa etiam pœna criminali condemnare reum civiliter tantùm ad restitutionem, per tex. *in l.* 2. *§. qui furem ff. de furt.* Crescin. *decis.* 5. Bald. *consil.* 203. *lib.* 1. Soccin. *cons.* 62. *lib.* 1. Boss. *tit. de decret. Mediol. n.* 28. *& seqq.* ubi quòd Judex maleficiorum potest principaliter cognoscere, etiam civiliter quando illa actio civilis descendit à delicto, sequitur Farinac. *q.* 1. *n.* 65. *in fine & cons.* 69. *n.* 4. *& seqq.* Conciol. *verb. Judex resolut.* 6. *nu.* 9. Zuff. *de legitimat. process. lib.* 1. *qu.* 59. *n.* 49. *& seqq.* Guaz. *def.* 1. *cap.* 12. *nu.* 57. *& seqq.* & ita servari Florentiæ dixi *in Pract. §. Giudici nu.* 73. *& præcipuè in Addit.* Pen. & Crescin. *decis.* 149. Merlin. *contr.* 19. *cent.* 1. *n.* 5. 12

De omnibus sub hoc numero contentis, & aliis pluribus contentionibus circa jurisdictionem inter judices criminales, & civiles latè videndus Cortiad. *decis.* 35. *per tot.* Tondut. *de prævent. par.* 1. *c.* 23. *&c.* vide *in §. Absolutio n.* 33. *cum Addit.* vide Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *q.* 8. *tom.* 1. Scialoy. *de for. comp. cap.* 37. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 15. *par.* 1.

Et quando judex civilis possit incidenter cognoscere de re criminali, Card. Tusch. *litt. I, concl.* 468. *per tot.* Abecclef. & Crescin. *loc. cit.*

Quòd autem judex criminalis absolvendo reum à crimine non possit illum condemnare ad restitutionem rei civiliter, Ricc. *Collect.* 2108. *vers. nota secundò*, vide *in §. Absolutio*, *n.* 33. & latè Conciol. *dict. resol.* 6. *per tot.* ubi quòd judex condemnando reum pro delicto, potest, ac debet etiam illum condemnare ad interesse partis, licèt alii contra, parte non petente, quid si non sit confessus, neq; convictus, vel condemnetur in contumaciam, vel ex indiciis, vel ob excessum, vel si absolvatur à criminalitate, & alia ad rem, adde Ant. de Ballis *tract. var. lib* 3. *tit. de litt. Dispens. cas.* 1. *n.* 220. *& seqq.* ubi quod etiam lata absolutoria super crimine, potest inquisitus ex officio condemnari ad restitutionem rei per text. *in d. §. qui furem ff. de furt.* quòd ego intelligo si adsint probationes sufficientes ad obtinendum in casu civili.

Judex deputatus ad cognoscendum de causis majoribus, potest cognoscere etiam de minoribus, licèt in minoribus sit deputatus alius judex, nam nisi aliter sit expressum censetur deputatus cumulativè, non autem privativè quoad majorem, è contra verò non potest judex minor cognoscere de majoribus, nisi ejus jurisdictio prorogetur à partibus, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *qu.* 40. *per tot. & præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 28. *per tot.* vide *in §. Jurisdictio*, *num.* 5. Tusch. *litt. I, conclus.* 406. *per tot.* Bald. *in l. unic. §. ubi autem n.* 7. *Cod. de cad. toll.* cujus verba refert, & declarat Sanfelic. *in Praxi sect.* 18. *num.* 8. 13

Qualiter autem judex, cui est taxata summa per statutum, de qua cognoscere possit, judicare valeat de consensu partium ultra illam summam, vide Mart. Medic. *dec.* 55. *cum Addit. per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 15. *&* 16. Vide Altimar. *de nullit. rub.* 9. *q.* 9. *tom.* 1.

An judex habens limitatam jurisdictionem ad certam summam, si super majori pronunciet sustineatur sententia saltem pro concurrenti quantitate, Paul. Christin. *decis.* 94. *n.* 3. *vol.* 4. ubi refert contrarias opiniones, & vide Cæval. *comm. opin. qu.* 60. *n.* 4. *& qu.* 382. *n.* 1. *&c.* Vide Altimar. *loc. cit.*

Et

Et si statutum v. g. à ducatis 150. infra, habet locum etiam in summa præcisa ducator. 150. nec plus, nec minus, Franch. *dec.* 703.

Reconventio tamen admittitur de majori summa etiam coram judice habente jurisdictionem limitatam ad certam summam, Cephal. *cons.* 406. *n.* 51. *libr.* 3. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 112. *n. pr.* Conciol. *ad Stat. Eugub. libr.* 1. *Rub.* 11. *n.* 8. & de veritate conclusionis, vel non videndus Altimar. *tract. de nullit. tom.* 1. *part.* 1. *Rub.* 9. *qu.* 6. *& seqq.* relatus à Romaguer. in Addit. ad Conciol. *loc. cit. n.* 43.

De judice habente jurisdictionem limitatam ad certam summam, plura dubia resolvit Tondut. *de prævent. p.* 2. *c.* 61. *per tot.* Cyriac. *controv.* 66. *per tot.*

Ubicumque autem quæritur de quantitate ad fundandam jurisdictionem pertinente, semper quantum petitur, & non quantum verè debetur, attendi debet, nec fit coacervatio summarum ad impediendam jurisdictionem, imò si ab initio contingeret dubitari de summa, & valore rei, etiam quòd posteà appareat limites jurisdictionis excedere, ratione dubietatis, quæ à principio inerat, poterit judex super tali re metam suæ jurisdictionis excedente pronunciare, Vant. *de nullit. tit. qualiter seatent. poss. à nullit. def. n.* 70. *fol.* 290. Gratian. *dec.* 226. ubi plura adducit similia, Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 61. *per tot.* Paul. Christ. *dec.* 101. *n.* 21. *& seqq. volum.* 6. ubi plura de hac materia ad fundandam, & excludendam jurisdictionem quando taxata est summa in materia appellationis: latè Noguerol. *Allegat* 32. *num.* 12. *& seqq. fol.* 353. ubi tres casus distinguit, vide *in §. Qualitas n.* 2. Card. Tusch. *litt. Q conclus.* 18. *n.* 15. loquendo in criminalibus dicit quod ab eventu probationis absolvitur, vel condemnatur reus.

14 Judex deputatus ad cognoscendum causas mercatorum, vel artificum, intelligitur tantùm circa negocia ipsam mercaturam, & artificium respicientia, & non in aliis, Genu. *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. mercat. n.* 41. *fol.* 244. Jas. *in l. age C. de transact.* Paul. Rub. *in Annotat. ad decis.* 345. *nu.* 139. *part.* 9. *recent. volum.* 2. ubi adducit alia similia Sanfelic. *in Prax. sect.* 16. *n.* 6. *& seqq. ubi n.* 8. quòd in non concernentibus eorum artem, non potest talis judex cognoscere, etiam contra personas, sed subsunt judicibus ordinariis, *& sect.* 18. *n.* 11. *& seqq.* ubi infert ad officiales extra officium delinquentes.

Sicut etiam deputatus ad certam speciem causarum non potest de aliis cognoscere, etiam ex tacita, vel expressa partium prorogatione, cùm jurisdictio, quæ nullatenus adest respectu causarum diversæ speciei, prorogari non possit, sed tantùm ad causas ejusdem speciei; Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. n.* 51. *&* 52. *fol.* 86. Vide Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 9. *per tot. tom.* 1.

Quòd immunitas, vel privilegium alicui concessum ratione artis, non prosit, si majorem partem substantiæ in illa arte non habet, ideòque delinquentem non posse petere remissionem ad Consules artis, si pro majori parte temporis aliam artem exerceat, Franch. *decis.* 175. Ricc. *Collect.* 94. ubi etiam alia de hac materia, de qua *DD. in l. fin. C. de jurisdict. omn. jud.* Sanfelic. *dec.* 371. *num.* 7. *& seqq.* ubi si quis sit matriculatus in diversis artibus habet diversos judices, coram quibus potest conveniri ad electionem actoris, vel coram judice causæ, ex qua convenitur, & si agatur de negocio extra artem ad neutrum Judicem artium, sed ad forum communem Potestatis convenitur. Vide Add. ad De Franch. *loc. cit.*

Quòd artifex pro gestis tempore, quo erat descriptus in arte, licet posteà deletus, debeat judicari à judice artis, & idem in similibus, Franch. *dec.* 147. Cabal. *res. crim. cas.* 147. ad quos se remittit Sanfelic. *dec.* 21. *n.* 4. Add. ad De Franch. *loc. adduct.*

Et quòd sit probandum exercitium artis, & matricula, nec unum sine altero sufficiat idem Franch. *decis.* 481. ubi Add.

Descriptio tamen patris, & domini operatur etiam in beneficium filiorum, & famulorum existentium in servitio patris, & domini, donec vivit ipse pater, vel dominus, ut judicari debeant à judice artis, Sanfelic. *decis.* 21. *per tot.* *& in Praxi sect.* 25.

Judex, qui habet facultatem condemnandi, habet etiam & absolvendi *l.* 3. *ff. de re jud.* quod procedit etiam in materia stricta, nisi expressè una tantùm potestas esset data, vel nisi diversa subesset ratio, sive nisi simplex factum esset mandatum, vel nisi potestas competat ex privilegio cum aliis declarationibus per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 43. *nu.* 1. *&c. per tot.* ubi etiam qualiter, qui condemnare non potest, nec absolvere possit. Brunneman. *in dict. l.* 3. 15

Judex licèt habeat arbitrium in causis criminalibus, non potest remittere, vel commutare pœnam parti, vel etiam fisco applicandam, nisi quoad fiscum faceret ex justa causa, illam cautè exprimendo, Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 96. *per tot.* latè Farinac. *quæst.* 17. *per tot.* ubi ampliat, & limitat. Vide Fagnan. *in cap. canonum statuta num.* 116. *de Const.* 16

Et ideò benè advertant judices maximè inferiores, ne illis eveniat, quod legitur jussisse Carolum Primum Neapolitanorum Regem, laqueo suspendi judicem, qui pœnam mortis cuidam infligendam commutaverat in abscissionem manus tantùm, vide Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit. ult. nu.* 19. *&c.* Farinac. *q.* 17. *per tot.* Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perf. Rub.* 11. *per tot.* ubi pulchrè, & plenè de hac materia, adde Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 21. *n.* 51. *& seqq. per tot.*

Qualiter autem judex possit ex causa pœnam à lege constitutam minuere, vel augere, & an teneatur causam exprimere, Mysinger. *obser.* 30. *cent.* 2. *& obser.* 81. *cent.* 4. Paul. Griland. *tract. de relax. carcer.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 106. *num.* 4. *&c. vol.* 2. Vivi. *comm. opin.* 4?8. *per tot.* vide *in §. Pœna n.* 54. *& seqq.*

Judex in pœnis arbitrariis, potest arbitrium suum extendere usque ad mortem naturalem, si qualitas delicti, & personarum expostulet, maximè si sit judex supremus, vel habeat brachium regium, vel si sit solitum ita servari in similibus delictis, Marant. *disp.* 3. *per tot.* Menoch. *de arbit. q.* 86. *per tot.* Clar. *qu.* 83. Vivi. *comm. opin.* 417. Anton. de Ballis *tract. variar. lib.* 4. *q.* 5. *per tot.* Conciol. *resolut. crim. verb. Judex resolut. pr.* ubi licèt faciat conclusionem contrariam, admittit tamen extensionem arbitrii ad mortem ex qualitatibus, & circumstantiis delicti, ac in Principe, vel ubi resolvitur consulto Principe, Cabal. *resolut. crim. cas.* 95. *num.* 5. *&c. cas.* 99. *n.* 100. Guaz. *def.* 33. *cap.* 16. *&c.* Farinac. *q.* 17. *per tot.* ubi plenè de potestate judicum in arbitrando pœnas, tam minuendo, quàm augendo, Paul. Christin. *ad l. Municip. tit.* 2. *artic.* 11. *&* 45. ubi tamen quòd non potest arbitrari pœnam mortis, vide *in §. Pœna nu.* 14. *&c. §. Arbitrium num.* 17. *& §. Furtum num.* 22. plene Matthæu. Sanz. *de re crim. controv.* 24. *per tot.* ubi refert plures pro utraque opinione, & videtur concludere posse extendi arbitrium ad mortem in delictis gravioribus reiteratis, secus autem levibus, item à Principe, ut supremis judicibus nomine Principis, vel cum illius participatione judicantibus. Basilic. *decis. crim.* 19. *n.* 20. 17

Qualiter arbitrium judicis versetur circa decem prædicamenta, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 11. *per tot.*

Quibus verbis, & clausulis censeatur judici collatum liberum arbitrium, vel regulatum, & quid in dubio præsumatur, latè idem Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *qu.* 7. 8. *&* 9. *per tot.* Farinac. *d. q.* 17. Vide *in hoc oper. §. Arbitrium n.* 22.

Et qualiter utrumque regulari debeat, idem Menoch. *loc. cit. q.* 13. *&* 14. Farinac. *d. qu.* 17.

An autem, qui habet arbitrium in procedendo, habeat etiam in definiendo, latè idem Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæstion.* 37.

Et quando illud habens in definiendo, & exequendo, habeat etiam in cognoscendo, Menoch. *loc. cit. quæst.* 38.

Item quando habens arbitrium in cognoscendo, & definiendo, habeat etiam in exequendo, & sic an qui tulit sententiam, possit illam executioni demandare, vel non, tam de jure civili, quàm canonico, & sive sit ordinarius, vel delegatus, latè idem Menoch. *de arbitr. q.* 74. *per tot.*

An, & quando, & quomodo judex, cujus conscientiæ fuit aliquid commissum possit argui de injustitia, & teneatur de gestis rationem reddere, vel potius Deum solum scrutatorem habeat, cùm non possit Superior inferioris conscientiam mutuare, neque animo vim inferre, quid si conscientia esset erronea, & alia de commissis conscientiæ executoris, vel alterius, latè Rot. in Neapolitana hæreditatis Lunæ 26. Junii 1673. cor. Rondinino, post Urecol. de transact. dec. 52. n. 6. & seqq. per tot.

18 Judex per imperitiam malè judicans dicitur in culpa, cùm onus viribus suis impar acceptare non debuerit, & punitur arbitrio judicis, ac parti læsæ omnia damna, interesse, & expensas reficere tenetur, quòd procedit etiam in arbitro, & arbitratore, & licèt pars læsa potuerit appellare, & non appellavit, vel si appellavit, & deseruit, vel fuit confirmata prima sententia, nisi possit excusari ob varietatem opinionum, quid si judicaverit cum consilio sapientis, vel sui Assessoris, & alia, vide per Menoch. de arbitr. cas. 335. per tot. Alvarez. de Velasch. loc. infra cit. nu. 57. & seqq. & Rub. 15. annot. 1. nu. 34. & seqq. Farinac. q. 111. art. 16. per tot. Pac. Jordan. Lucub volum. 3. lib. 13. tit. 5. n. 79. fol. 48. Paul. Christin. dec. 95. per tot. volum. 4. ubi videtur intelligere quando judex dolo, vel precibus ductus à recto Justitiæ tramite deviat, secùs si per imprudentiam tantùm. Bellegrand. in comp. rer. crim. meth. tract. 4. q. 22. n. 5. Crescin. ad Abeccl. in præfat. ad obser. forens. Senat. Pedem.

An, & quando judex confessionem dolo, fraudeve extorquens, aut contra, vel præter juris ordinem inquirens, sive de sociis interrogans teneatur ad restitutionem damni ea ratione provenientis, vel possit excusari, latè videndus Alvarez de Velasc. tract. de jud. perfect. Rub. 14. annot. 5. per tot. & dixi in Compend. de qualit. jud. perfect. cap. 19. vers. Judex autem &c. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 9. num. 15.

Qualiter sit puniendus judex per imperitiam aliquem ad mortem condemnans, latè Cabal. de omn. gen. homicid. n. 157. & seqq. ad 179. ubi tres casus distinguit, vide in §. Homicidium n. 26. Boer. decis. 153. per tot. Velasc. d. Rub. 15. annot. pr. num. 40. Vide Bellegrand. loc. cit.

Debet tamen omni casu judex citari ad tuendum honorem suum, si prætendatur malè judicasse, & agatur de pœna illi imponenda, Vivi. comm. opin. 414.

Quòd in foro conscientiæ regulariter judex teneatur tantùm de dolo, & lata culpa, non autem de levi, & levissima, nisi quandoque ex accidenti, declaras idem tenens in Advocato, & similibus, P. Steph. de Neapol. de præcip. jur. & just. part. lib. pr. cap. pr. n. 11. & per tot. Velasc. d. Rub. 15. annot. pr. nu. 26. &c. Card. Tusch. litt. I, concl. 404. per tot. ubi quando, & ex quibus faciat litem suam, vel non, Paul. Christin. d. dec. 95. vol. 4. Navar. in Manual. cap. 25. num. 12. & seqq. ubi de peccatis Judicum. Vide Bellegrand. ubi supra. Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. in præmiss. n. 5.

Quòd judex in sententiis ferendis possit sequi opinionem probabilem relicta probabiliori, etiam contra propriam opinionem, dummodò probabilitas sit circa jus, & non circa factum, quia circa factum tenetur sequi quod probabilius est, & tantò magis ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerit, eligere pro amico, & modò unam, modò aliam sequi cessante scandalo, Dian. part. 2. tract. 13. res. 3. infr. num. 23. idem Dian. part. 3. in Addit. resol. 83. ubi etiam quòd in criminalibus, & part. 11. tract. 2. resol. 60. per tot. latiùs dixi in Discurs. de probabil. num. 22. 122. & seqq. in principio primi vol. ubi videas, & in §. Opinio num. 4. & 6. ubi est damnata judicio Sanctæ Matris Ecclesiæ illa propositio prout jacet, Judicem posse judicare juxta opinionem, etiam minus probabilem. Quibus adde latè Gabr. Vasquez in S. Thom. 1. 2. tom. pr. quæst. 19. art. 6. disput. 62. & 64. cap. 2. fol. 303. ubi quando est diversitas opinionum circa jus litigantium, judex supremus debet judicare juxta opinionem, quam ipse probabiliorem putat, judex verò inferior potest juxta aliorum opinionem, ut ibidem declaras, quem videas. Lezan. qa. regul. vol. 2. verb. Judex n. 20. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 16. sub num. 37. pag. 446. Fagnan. in cap. ne innitaris n. 298. 353. de Constit.

19 Judex injustè reum non condemnans, vel Procurator fiscalis non accusans, non tenentur ad restitutionem pœnæ solvendæ fisco, vel parti, quia non debetur antè judicis sententiam, Dian. resol. moral. par. 1. tract. 10. resolut. 23. & part. 3. tract. 5. resolut. 52. & tract. 6. resolut. 35. & in Compendio verb. Judex num. 2. P. Steph. de Neapol. de præcip. jur. & just. part. lib. pr. de restit. cap. 2. num. 37. fol. mihi 25. ubi tamen quod absque dubio tenentur ad omnia damna partibus, vel Reipublicæ ob injustam sententiam, vel omissam causata, licèt non ad pœnas corporales, vide latè Velasc. de jud. perfect. Rub. 11. annot. 3. per tot. Azor. Institut. moral part. 3. lib. 13. cap. 23. dub. 4. fol. mihi 1102. & de prædictis idem Azor. dict. part. 3. lib. 4. cap. 17. dixi in Pract. §. Gindici, nu. 14. & 52. supra num. 2. & in §. Negativa nu. 18.

Et idem esse quoad custodes Portarum Civitatis, silvarum, & hujusmodi dissimulantes, & non accusantes, ut non teneantur ad restitutionem pœnæ pecuniariæ, quæ alias fuisset imponenda contra fraudantes, Dian. part. 3. tract. 5. resolut. 54. & tract. 6. res. 35. de quibus tamen vide latè Azor. Institut. moral. part. 3. lib. 4. cap. 16. & 17. P. Stephan. de Neapol. de præcip. jur. & just. part. lib. pr. de restit. cap. 2. nu. 22. & seqq. Velasc. dict. Rub. 11. annot. 3. n. 12. &c. Gabr. Vasquez in S. Thom. 1. 2. tom. 2. disput. 175. cap. pr. per tot. fol. 140. ubi prædicta intelligit procedere solùm quando ministri non detulerunt crimen, quod ex officio deferre debebant, & judex non processit ex officio contra delinquentem cum deberet, nam si ab aliquo delatum sit crimen, & petita in judicio pœna, & judex nollet procedere, tunc tenetur ad restitutionem; & in omnem casum tenentur, ut supra, ad damna, ipsorum negligentia, in Republica sequuta.

20 Judex qua pœna puniatur si negligat justitiam administrare tam in civilibus, quàm in criminalibus, vide Menoch. de arbitr. cas. 341. per tot. & cas. 571. per tot. Farinac. quæst. 111. art. 15. per tot. Pac. Jord. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 5. nu. 78. &c. fol. 48. Ricc. Collect. 3832. ubi qualiter non debeat malefactores impunitos relinquere, & tantò minus occultare. Abeccles. & Crescin. obser. 8. et obser. 14. part. pr.

Quòd judex relinquendo delicta impunita magis delinquat, & plus mereatur puniri, quam ipsi delinquentes, ammittat nomen judicis, causam ipsam, ac universam jurisdictionem, possintque ab eo causæ avocari à Superiore, & alteri committi, sicut sæpissimè fieri solet, cum in criminalibus teneatur judex, & maximè in atrocioribus ex se procedere, quidquid in civilibus non teneatur nisi parte instante, Thom. Trivis. decis. ult. lib. 2. infra nu. 63. Matthæu. Sanz. de re crim. controv. 61. num. 23. & seqq. ubi qualiter nimia negligentia in procedendo contra delinquentes sit punibilis in Magistratibus, vel judicibus, & dixi in §. Officialis num.

Quòd mortaliter peccet contra justitiam, si delicta punire negligat, cum hoc casu negligentia æquiparetur dolo, Sperel. decis. 126. num. 24 Sylvester. in Sum. verb. Prælatus, num. 4. Grass. in suis decis. lib. 3. cap. 5. nu. 123. Grass. de effect. Cler. effect. 8. num. 212. & cum aliis per eos citatis, & latè videndus Alvarez. de Velasc. tract. de jud. perfect. Rub. 15. annot. pr. num. 18. &c. ubi quando pecces, faciat litem suam, & teneatur ad interesse.

Quæ autem requirantur ut possit dici denegata justitia, & qualiter ex hac causa succuratur gravato per recursum ad Superiorem, ad quem devolvitur jurisdictio, Mysing. observat. 57. & 58. ceat. 3. & observ. 24. centur. 2. & observ. 82. centur. 5. Paul. Christin. decis. 223. nu. 5. & seqq. ad ar. vol. 5. infra num. 31. in fine, Bajard. ad Clar. §. final. quæst. 73. ubi plura quando dicatur delinquere in officio, & baratteriam committere, vel non.

21 Judex dicitur per sordes judicasse, & baratteriam commisisse, cum aliquid recipit, vel sibi promittitur, vel remittitur, vel mutuatur, vel aliud commodum illi causatur, ut sententiam ferat, vel non

fe-

ferat, etiamsi accipiatur sub nomine sportularum non debitarum, & ut justam sententiam ferat, vel ut causam celeriter expediat, licet ipse nihil promiserit, vel si promiserit, & non fecerit, ac licet spontè detur, vel offeratur. Post tamen latam sententiam accipere potest quod sibi datur nulla præcedente promissione, vel intentione, cum tunc cesset omnis suspicio corruptionis, vel si daretur in recompensationem justæ mercedis, & laborum, ubi judex de publico nihil habet, ut latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 342. *num.* 18. *&c.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 34. Alvarez. de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 2. *per tot. cum pluribus seqq.* facit Sanfelic. *decis.* 170. Larrea *allegat. fisc.* 47. ubi an crimen repetundarum procedat ex solo pacto non effectuato, Farinac. *quæst.* 111. *nu.* 138. *& seqq. ad* 235. ubi etiam quòd ex hac causa sententia licet aliàs justa, esset nulla, Boer. *decis.* 153. *per tot.* ubi plura de hac materia, & an si pactus fuerit, & postea pœnituerit possit excusari, Parid. *de Syndic. verb. Corruptio*, Mascard. *de probat. conclus.* 164. 165. *&* 166. *&* 453. in quibus locis plura habentur de barattaria, & corruptela judicum, quibus modis fiat, quomodo probetur, & puniatur. Alvarez de Velasc. *dict. tract. Rub.* 9. *annot.* 11. *per tot.* ubi etiam de concussionibus, adde Matthæu. Sanz. *de re crimin. controv.* 66. ubi quod non est locus pœnitentiæ, etiam re integra, prout ex Baldo refert servatum fuisse Florentiæ. Vide Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 4. *q.* 22. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 16. *n.* 11. *cum seqq.*

Quomodo judex dicatur committere barrateriam, extorsionem, & concussionem juxta prædicta, & qualiter sit probanda baratteria, Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 66. *cum Addit.* Romaguer. ubi me citat, & se remittit ad meum discursum *de probibit. &c.*

Quando dicatur committere prævaricationem & quomodo puniendus judex prævaricator, Ant. Gob. *consult.* 108. *per totum*.

Qualiter judex teneatur restituere quæ accipit pro justitia facienda, non vero quæ accepit pro injustitia, sed tunc teneatur restituere damna parti læsæ, vel etiam danti ante injustitiam factam, & alia latè Mendo *in Elucidat. Bullæ Cruciatæ, disput.* 34. *cap.* 6. *&* 7. & Ego dixi *in disc. de probib. muner. & præc. &c. in principio primi tomi*.

Quando judex non habens justum salarium à Principe possit in ejus supplementum aliquid accipere à litigantibus, latè idem Menoch. *de arbitr. cas.* 514. *num.* 12. *&c. per tot.* ubi tres casus distinguit, facit quod dixi *in §. Princeps num.* 20. *& §. Salarium num.* 7.

Quòd non teneatur servare taxas mercedis antiquas, si attenta temporum, & circumstantiarum varietate sint nimis tenues, & injustæ, sed possit licitè in conscientia accipere incrementum usque ad limites justi pretii, etiamsi juraverit observantiam hujusmodi statutorum, cum juramentum non extendatur ad taxas injustas respectu temporum præsentium, ac idem esse in Notariis, & similibus ministris, bene probat Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resolut.* 60. & facit *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 39. ubi de juramento servandi statuta quando obliget, vel non, vide *§. Juramentum*.

De prima conclusione circa taxas, idem Dian. *par.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 8. *& part.* 11. *tract.* 1. *resol.* 24. *in fine*, Alvarez. de Velasc. *tract. de judic. perfect. Rub.* 9. *annot.* 12. *num.* 15. ubi asserit esse communem opinionem Theologorum, sed quoad forum exterius non procedere in praxi, & quoad forum conscientiæ allegat Castro Palaum contrarium tenentem *oper. mor. part.* 3. *disput.* 2. *de oblig. & firmit. jurant. punct.* 7. *§.* 5. *num.* 4. *& seqq.* Gabr. Vasquez. *Opusc. moral. tractat. de restitut. cap.* 7. *dub.* 6. *& seqq. fol.* 130. *&c.* Zamoran. *de compensat. disput.* 5. *cap.* 14. *per tot.* ubi quando, & à quibus ministri non habentes competens salarium possint justam compensationem accipere.

Quòd juramenta de observandis statutis, & hujusmodi intelligatur quatenus sunt in usu, & observantia, idem Dian. *part.* 12. *tract. de collocut. & script. tempore Conclavis resolut.* 15. *versic. Et quia*, vide in *§. Juramentum num.* 54.

Quæ dona, & munera, & quando, & à quibus justè capere possit, & à quibus abstinere debeat, latè idem Menoch. *dict. tract. cas.* 517. *per tot.* ubi etiam *num.* 25. quod non creditur juramento illius, qui asserit munera dedisse Farinac. *dict. quæst.* 11. *nu.* 235. *& seqq. ad* 279. *infra num.* 25. Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. *per totum fol. mihi* 1099. *&c.* Ricc. *Collect.* 1150. Calvin. *de æquit. libr.* 2. *cap.* 104. ubi plura de esculentis, & poculentis permissis. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 16. *a n.* 11. Abeccles. & Crescio. *in præfat. ad observat. for. Sen. Pedem.*

An autem judex teneatur restituere id, quod sibi datum fuerit pro justitia facienda, P. Stef. de Neap. *de præcip. jur. & just. part. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 30. Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 4. cum aliis per eos citatis, ubi idem firmavit in teste pro veritate dicenda, ut scilicet tam judex, quam testis teneantur ad restitutionem, intelligendo tamen quando fuit datum ad redimendam vexationem; secus autem si fuerit datum ad alliciendum animum judicis, vel testis, vel ex mera liberalitate, vel si à tertio, vel si causa sit ex utraque parte dubia, & probabilis, licet hoc ultimum reprehendibile dicat, & hæc videtur vera, & communis distinctio, quidquid contrarium in utroque membro nixus fuerit contra Dianam scribere Michael. Ferro Manriq. *part.* 2. *quæst.* 53. vide in *§. Testes n.* 59. *infra n.* 25. *in fine*, & latè Gabr. Vasquez. *Opusc. moral. tract. de restitut. cap.* 7. *dub.* 4. *& seqq. fol.* 124. *&c.*

An peccet qui offert, vel dat pecuniam judici, sive electori ad redimendam injustam vexationem, latè Dian. *part.* 5. *tract.* 7. *resolut.* 17. ubi refert contrarias opiniones & videtur negativam amplecti, quando id simpliciter tenditur ad removendum affectum injustum judicis, & ad illum constituendum in animi æqualitate singulis debita, vide in *§. Simonia num.* 6.

Quòd judex non possit accipere munera, nisi esculenta, & poculenta, quæ intra triduum consumantur, Gratian. *discept.* 56. *num.* 46. *infr. num. seqq.* Viv. *decis.* 113. Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 139. *&* 140. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 104. *per tot.* Pellegrin. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

Potest tamen capere legata ex testamento, Franch. *decis.* 793. Ricc. *Collect.* 1150.

An autem judex, cui debetur salarium à pluribus reis exigendum, contra quos simul, vel separatim procedit inter eos dividendum, possit ab unoquoque insolidum exigere, cæteris solvendo non existentibus, sive procedatur ex contractu, sive ex delicto, vel quasi & alia plura ad rem, Carleval. *de judic. tit.* 2. *disput.* 5. *per tot. fol. mihi* 285. vide *in §. Salarium num.* 25.

Et qualiter possit, tam pro se, quàm pro suis ministris exigere salarium executivè non obstante appellatione ad superiores interposita, idem Carleval. *loc. citat. disput.* 6. *per totum*. Domin. Advocat. Cabrun. *lucub.* 44. *n.* 133.

Judex secluso scandalo, & periculo injustitiæ, po- aa
test de vigore accipere quòd sibi datur à litigantibus, si detur instar muneris liberalis, ut majorem diligentiam adhibeat in causa Less. *lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 9. *num.* 64. Molin. *de just. tom. pr. tractat. disput.* 88. *n.* 6. Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 45. ubi etiam videtur firmare, quod non peccet expediendo mediante pecunia, vel alia re, prius causam unius, quàm alterius, dummodo litigantes sint in tempore æquales, ita ut alteri injuriam non faciat, secus autem si alter diutius expectaverit, vel exindè injustum damnum patiatur, & refert Paul. Layman. *Theolog. Moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 9. facit Gratian. *discept. forens. cap.* 55. *num.* 37. *& cap.* 202. *num.* 4. *&c.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 16. *n.* 18. Abeccl. & Crescin. *obser.* 8. *part. pr.*

Plura in contrarium adducit Menoch. *de arbitr. cas.* 513. *per tot. & cas.* 342. *num.* 19. *& seqq.* quem sequitur Gratian. *disceptat. forens. cap.* 56. *num.* 48. ubi quòd tutius esset abstinere etiam ab esculentis, & poculentis, aliàs communiter permissis, quia in-

terdū est ipsis comeditur justitia, & oritur injustitia, & peccant etiam dantes munera prohibita judicibus.

Debent etiam judices præ omnibus alias mundas servare Deo, & justitiæ manus, alias homicidia, invasiones, vulnera, adulteria, raptus virginum, commerciorum confusio, & contemptus legum, & judicum, citò violatur justitia auro, nullamque reus pertimescit culpam, quam nummis redimere putat, & pauper dum non habet quòd offerat non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, & ideò non licet justum judicium vendere, etsi licet advocato justum patrocinium, & rectum consilium vendere, ut benè probat Paul. Christin. *ad leg. munic.* Mechilin. *tit. pr. art.* 2. facit Michael Ferro Manrique *Quæst. Vicar. part.* 2. *quæst.* 53. *per tot.*

23 Judex solo jure naturæ spectato, non peccat contra justitiam, nec tenetur ad restitutionem, si aliquid accipiat ab una parte, ut in ejus favorem pronunciet, quando adest talis varietas opinionum, ut possit utramlibet in judicando sequi; imò probabile est dicto jure attento posse accipere pro ferenda sententia juxta unam opinionem probabilem, relicta probabiliori, quam non semper tenetur sequi, imò modò juxta unam, modo juxta aliam cessante scandalo judicare; intelligendo ut dixi de jure naturæ, & secluso jure positivo, quod id fieri prohibet, Less. *lib.* 2. *cap.* 24. *dubit.* 9. *n.* 64. Dian. *resolut. moral. part.* 2. *tract.* 23. *resolut.* 3. *& part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 55. *vers. licet contrariam*, P. Steph. de Neapol. *de præcip. jur. & just. part. lib. pr. cap.* 2. *n.* 30. *vers. Notat etiam Lessius*, vide latè Alvarez. de Velasch. *tract. de judic. perfect. Rub.* 14. *annot.* 7. *num.* 10. *& seqq per tot.* & plenius *idem annot.* 8. *per tot.* vide supra *num.* 18. *in fine, & in §. Opinio nu.* 4. *&* 6. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 16. *sub n.* 37.

Contrarium tamen videtur firmare Tanner. *in* 2. 2. *disp.* 4. *quæst.* 6. *dub.* 12. *num.* 290. *&c.* & dictam opinionem reprehensibilem, ac jure positivo vetitam esse fatetur idem Less. & P. Stephan. *loc. cit.* ubi quòd judex, stante prohibitione legis positivæ, de qua *in leg. plebis citò* 18. *ff. de offic. præsid. & leg. solent. §. fin. Cod. de offic. proconsul.* redditur incapax acquisitionis & translationis dominii, & benè probat Velasc. *dict. annot.* 8. *n.* 7. *& seqq.* Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 3. *num.* 17. *&* 18. *fol.* 575. Michael. Ferro Manriqu. *Quæst. Vicar. part.* 2. *quæst* 51. *per tot.* ubi in specie reprehendit Dianam, & quòd ejus doctrina nullo modo scribenda, nec consulenda erat, & re vera est scandalosa, nec plausibilis, nisi pravis, & corruptis judicibus, ut latè ibidem probat, cum sit aperienda via malis cupiditatibus, & injustitiis, sed irreprehensibilis & sana doctrina tradenda; impii autem in die mala, & amara valde videbunt an veniat Diana liberans eos, resipiscant igitur, dum tempus habent.

Quibus ego addo, quòd etiam lex civilis in præsumptione fundata, vel ad obviandum fraudibus regulariter obligat in conscientia, ut dixi in *§. Lex num.* 6. & sic judex non potest illi contravenire tuta conscientia, maximè in hac materia adcò gravi, & periculosa cum declarationibus tamen de quibus ibi summatim ex Sperel. *decis.* 174. Carbon. *de leg. lib.* 7. *disput.* 2. *& seqq.* & vide Menoch. *de arbitr. cas.* 339. *num.* 22. *&c.* ubi qualiter non liceat favere amico in varietate opinionum, nisi prius judex omnem à se exuat, & repellat dubitationem, & certè credat illi jus esse, vel saltem pro eo judicandum juxta acta, & probata, licet ipse uti privato aliter constaret, de quo plenè videndus Alvarez. de Velasc. *de judic. perfect. Rub.* 14. *annot.* 3. 6. 7. *&* 8. *per tot.* cum pluribus ab eo citatis, & dixi in discursu *de probib. muner. etc.*

De materia prohibitionis munerum judicibus dixi in *Praxi §. Giudici num.* 44. *& seqq. & §. Præsenti per tot.* ubi de legibus municipalibus Status Florentini id expressè, & rigorosè vetantibus, & quomodo serventur, & latius explicavi in discursu *de probibit. muner. &c.*

Qualiter etiam in Statu Ecclesiastico sit prohibitum judicibus, aliisque Officialibus temporalem jurisdictionem habentibus recipere munera (præter esculenta, & poculenta, quæ intra biduum consumi possint) à sibi subjectis, pœna tam recipientibus, quam dantibus excommunicationis Pontifici reservatæ, ac restitutionis dupli vigore Constitutionum Papalium, quæ tamen pœna dupli an sit debita ante judicis sententiam, & cui sit facienda restitutio, dic respectu accepti esse debitam ante sententiam ipsi donanti, respectu verò pœnæ non, & lata sententia esse pauperibus, vel locis piis applicandam, & alia Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 42. *per tot.* vide Farinac. *quæst.* 111. *art.* 10. *per totum.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vic. part.* 4. *sect.* 16. *a n.* 11.

Judex stante varietate Doctorum, sive opinionum, 24
potest cum bona conscientia judicare per medium (more rusticorum) in favorem utriusque partis exemplo responsi Salomonis *in cap. afferte mihi gladium de præsumpt.* Boer. *decis.* 42. *num.* 39. *decis.* 155. *nu.* 27. Capyc. *decis.* 176. *num.* 34. Montan. *de tut. cap.* 37. *reg.* 2. *num.* 117. Thes. *decis.* 89. *per tot.* Menoch. *de arbit. lib. pr. quæst.* 53. *num.* 10. *& quæst.* 56. *per tot.* Merlin. *decis.* 72. Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *resolut.* 40. ubi quòd in pari dubio juris tenentur favere possidenti, & si neuter possideat inter utrumque dividere, de quo latè Alvarez. de Velasc. *tract. de judic. perfect. Rub.* 14. *annot.* 7. *num.* 12. *& seqq.* Urceol. *tract. de transact. quæst.* 64. *num.* 13. *& seqq.* Cabal. *cons.* 142. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1.

Quod in ambiguis debeat judex juris rigorem moderari, & utrique parti consulere, *leg. ambiguis, &* 86. *leg. quoties* 200. *ff. de jur.* Duran. *dec.* 396. *num.* 1. Cabal. *loc. cit.*

Quod in conflictu opinionum hincinde communium possit judex pro amico judicare, vel pro reo, & hujusmodi causis privilegiatis, Ceval. *comm. contra comm. in præfat. nu.* 101. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 54. *num.* 4. *volum.* 2. Viv. *comm. opin.* 308. ubi latè demonstrat non posse judicem in judicando à communi opinione recedere.

Quod non debeat conventionalia partium in dubium revocare, sed illius sponte à lite recedentibus omninò assentiri, Magon. *decis. Florent.* 78. *num.* 11. facit Urceol. *dict. quæst.* 64. ubi plura qualiter judex, si non compellendo, saltem efficaciter hortando debeat partes pro posse ad concordiam reducere, & quando etiam ex causa publicæ quietis compellere, maximè Princeps, vel in casu valde dubio, & litigioso, etiam, etiam semoto rixarum periculo, facit quod dixi in §. *Pax num* 8. Caprar. *decis.* 622. *n.* 10. *part.* 2. *pag.* 347. Crescin. ad Pen. *decis.* 72.

In quàm partem debeat inclinare in dubio, & inter dubias probationes quomodo judicare, Tusch. *litt. I. conclus.* 391. *&* 392. *per tot.* Cabal. *cons.* 142. *a. pr. & seqq. lib. pr.*

Quando partes sunt concordes, judex debet secundùm illarum voluntatem sententiare, quòd id debet intelligi, quando pacta partium sunt licita, & honesta, secus si sint à legibus reprobata, & contra bonos mores, veluti super hæreditate viventis sine ejus consensu, nam tunc non sunt per judicem approbanda, Carleval. *de judic. lib.* 2. *in Apolog. ad Rovit. decis* 87. *fol.* 240. *num.* 11. & est juri consona, ac utilis sententia, quia parit actionem pro executione, Cabal. *cons. dec.* 83. *per tot.* facit quod dixi *in §. Princeps num.* 2. *in fine.*

Judex corruptus in judicando per pecuniam, vel 25
aliter qualiter in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ puniatur pœna pecuniaria, privatione officiorum in perpetuum, & infamia notetur, vide Cabal. *resolut. crimin. cas.* 166. *nu.* 7. *&c.* & in mea *Praxi §. Præsenti per tot.*

Quibus autem pœnis de jure communi puniatur, quid servatum fuerit à Cambyse, Dario, & Alexandro Severo contra hujusmodi judices corruptos pulchrè Menoch. *de arbitr. cas.* 342. *per tot.* Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. controv.* 66. *per tot.* ubi etiam an sit locus pœnitentiæ, vel applicationi ad Fiscum pro vitanda pœna, *& contr.* 66. Farinac. *quæst.* 111. *per tot.* Soccin. *reg.* 55. *verb. Baratteria*, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit* 5. *num.* 75. *et seqq. fol.* 48. Alvarez. de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 2. *&* 11. *per tot.* Picard. *Pract. Instit. part.* 3. *tit. de pœn. omn. delict. n.* 74. *fol.* 102. Cardin.

Tusch.

Tusch. *litt. I. conclus.* 408. *nu.* 2. *&c.* Paul. Christin. *decis.* 95. *volum.* 4. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 73. ubi etiam *num.* 24. quòd unus officialis sciens alium officialem baratteriam commisisse, tenetur revelare, per text. *in §. necessitatem Auth. ut judic. sine quoque suffrag.* Port. Imol. *cons.* 96. *nu.* 43. ubi & ut pœnam evitet, in quam sciens, & Principi non deferens de jure incidit.

Qualiter etiam puniatur corrumpens, vel corrumpere tentans judicem, Menoch. *de arbitr. cas.* 342. *per tot.* Farin. *d. quæst.* 111. *art.* 7. *&* 8. Christin. *decis.* 95. ubi tamen quòd corruptori se ipsum deferenti, & judicis sordes probanti datur venia, per Novell. 124. §. *si quis autem, & auth. nov. jure C. de pœn. jud. &c.* ut fraudem judicum detegantur, & ne quis ex eis damnum patiatur, vide Sanz. *loc. cit.* & quæ dixi in §. *Officialis num.* 32. *& seqq.* Bellegrand. *in comp. rer. crim. meth. tract.* 4. *quæst.* 22. *num.* 6. Fagnan. *in cap. pervenit il primo n.* 16. *de test. cogen.*

Ne quis verò temerè prosiliat ad accusandum hujus criminis judices, si non probaverit, graviter punitur, ut habetur in locis hic citatis.

Quomodo delicta judicum probentur idem Christin. *decis.* 107. *num.* 8. *volum.* 5. Larrea *allegat. fisc.* 48. ubi de crimine repetundarum, Parid. *de Synd. in verb. Probatio*, §. *contra Officiales*, Port. Imolen. *cons.* 94. 95. *&* 96. *per tot.* ubi plenè pro Fisco contra Supremum Cancellarium Mediolani ad illum convincendum de dolo, falsitate, & baratteria ex dicto sociorum criminis, mediatorum, aliisque præsumptionibus, & conjecturis.

Qualiter venditor fumi, idest promittens expeditum litis eventum propter gratiam, qua pollet penes Principem, vel judicem, latè idem Menoch. *de arb. cas.* 344. *per tot.* ubi quinam sint isti fumi venditores, & quam perniciosi.

De baratteriis judicum, illos corrumpentibus, vel corrumpere tentantibus, venditoribus fumi, & similibus, vide Bonifac. *de furt.* §. 5. *num.* 83. *& seqq. per tot.* Farinac. *d. quæst.* 121. Cabal. *resol. crim. cas.* 67. *per tot.* quem sequitur Scanarol. *de visit. carcer. lib. pr.* §. 13. *c.* 6. *per tot.* dixi *in Praxi*, §. *Venditori nu.* 42. Bellegrand. *dict. tract.* 4. *quæst.* 22.

Qualiter probetur dolus in judice, Mascard. *de probat. concl.* 532. dixi *in* §. *Dolus nu.* 19. Port. Imolen. *d. cons.* 94. 95. *&* 96. *per tot.*

Quamvis autem, ut dixi, judex corruptus, & illū corrumpentes variis afficiantur pœnis, itaut judex aliquid accipiens pro ferenda sententia, etiam justa, non possit excusari; tamen corrumpentes, vel corrumpere tentantes, quandoque sunt excusabiles, veluti si id agerent pro salute vitæ, vel sanguinis proprii, vel alterius amici inquisiti de capitali crimine, vel pro conservatione proprii juris, vel pro se redimendo ab indebitis vexationibus, vel pro consequenda justitia, sive sollicita expeditione, dummodò semper constet de animo, & sinceritate donantis, aliàs in dubio præsumeretur datum ad malum finem, de quo vide latè Farinac. *d. qu.* 111. *n.* 98. *& seqq. ad* 124. *n.* 288. *&* 329. dixi *in Praxi* §. *Gindici. num.* 96. *&c.* Bellegrand. *dict. quæst.* 22. *n.* 6. *&* 10.

Qualiter judex, vel testis pecunia corruptus, si sequatur mors innocentis non gaudeat immunitate Ecclesiæ dixi *in* §. *Testis num.* 31.

An judex, vel testis aliquid recipiens pro injusta sententia ferenda, vel falso testimonio dicendo, vel quilibet alius pro alio delicto patrando, teneantur ad restitutionem, variæ sunt opiniones, sed probabilior videtur, quòd ante delictum commissum, vel alias fine malo, ob quem datum fuit, non sequuto, obligentur ad restitutionem; obtento autem fine, vel delicto impleto, nihil esse restituendum ante judicis sententiam, imò quicquid in foro externo pro re turpi denegetur actio, & repetitio, in foro conscientiæ videtur licitè deberi, & retineri turpiter promissum, & acceptum post delictum commissum ratione laboris, & periculi suscepti, cum displicentia tamen absoluta peccati, & proposito amplius non peccandi; & licet multi excipiant judicem, putantes eum semper teneri ad restitutionem accepti pro iniqua sententia ferenda, tamen ipsos falli, & eamdem esse in omnibus rationem, ut supra probat Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 110. *per tot.* vide latè Gabr. Vasquez. *Opusc. moral. tract. de restitut. cap.* 7. *dub.* 4. *&c. fol.* 125. *& dub.* 6. *fol.* 130.

Cavendum tamen est ab hac doctrina tanquàm ab igne, quia etsi judex, vel alii ut supra, non obligentur ad restitutionem accepti, peccant gravissimè, & tenentur ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum versus partem læsam, quod certè malum est, & probat Farinac. *quæst.* 111. *nu.* 36. *&* 37. ubi quòd judex corruptus pro decem ducatis non potest absolvi, nisi restituat damna, & interesse, quæ forsè ascendent ad mille; si non habet undè solvat, debet condemnari in pœnam corporalem, vel stare in carcere donec solvat, ac insuper tenetur ad æstimationem litis, quia facit litem suam. Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 16. *n.* 2. 11.

Judex, vel alius de sua familia eo consentiente 26
recipiens mutuo à litigantibus, vel gratis à fœneratoribus, incidit in crimen corruptelæ, & tenetur de baratteria, si faciat contemplatione litis futuræ, vel finitæ, quòd de facili præsumitur; debet enim abstinere non tantùm à malo, sed etiam à qualibet suspicione mali, Cabal. *resolut. crimin. cas.* 195. *per tot.* Farinac. *d. quæst.* 111. *n.* 171. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 4163. Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *quæst.* 7. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 7. Alvarez. de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 9. *nu.* 9. *& seqq. per tot.* Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crimin. controv.* 66. *&* 67. *per tot.* Carlev. *de judic. tit.* 2. *disp.* 3. *per tot. fol.* 270. ubi latè declarat.

An autem, & quando judex prohibeatur cum subditis suis contrahere, vide *in* §. *Officialis, n.* 6. & Velasc. *loc. cit.*

Judices sæculares quàm malè, & sacrilegè agant 27
extrahendo aliquem indebitè ab Ecclesia sine Episcopi licentia; quot crimina committant; quas pœnas tam spirituales, quàm temporales incurrant; an prætextu ignorantiæ, vel erroris, sive diversitatis opinionum excusari possint; quòd non nisi à solo Pontifice absolvi valeant, & alia plura moralia in hac materia, Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 273. *& seqq. fol.* 541. latè Sperel. *dec.* 105. *per tot. & decis.* 183. ubi inserit pulcherrimam, & eruditissimam epistolam per eum scriptam Serenissimo Duci Mutinæ in sui excusationem, eo quia quemdam Prætorem excommunicatum declaraverat, de quo facto conquerebatur dictus Serenissimus, qui postea acquievit, ut ipse dicit, vide *in* §. *Immunitas n.* 13. *&c.* §. *Episcopus, nu.* 31. *&* §. *Absolutio n.* 28. ubi contra quoad absolutionem; & plenè de omnibus Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dub.* 35. 36. 37. *&* 38. *per tot. fol.* 103. *&c.* Gambacurt. *de immunit. lib.* 8. *per tot.* ubi latè de censuris, & pœnis latis, & ferendis contra violantes immunitatem Ecclesiasticam. Vide Fagnan. *in cap. inter alia de immunit. Eccles. cap. pro causa de sent. excomm.*

Quòd teneantur ad restitutionem damnorum, quæ indè passus est reus extractus, probat Dian. *p.* 6. *tract.* 1. *res.* 32. *q.* 3. quamvis contrarium transeunter dixerit D. Thom. 2. 2. *quæst.* 99. *art.* 2. *ad* 3. cui respondet Dian. loc. cit. & cum eo aliis citatis idem probat etiam Ciarlin. *contr.* 162. *per tot.* Alvarez. de Velasc. *de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *nu.* 55. ubi plura hinc indè allegat.

Quòd possint etiam excommunicari retinendo familiarem Episcopi post monitiones, & requisitiones, idem Sperel. *decis.* 129. *per tot.* vide *in* §. *Familiaris num.*

An dicti judices laici trahentes ad sua tribunalia causas, vel personas Ecclesiasticas extra casus à jure permissos possint tanquàm de hæresi suspecti examinari, & puniri in Tribunali Sanctæ Inquisitionis, videtur de jure affirmativè concludere Dian. *par.* 7. *tract.* 1. *resolut.* 28. *vers.* 7. ubi tamen dicit de hoc nihil agendum nisi prius consulta Sacra Congregatione universalis Romanæ Inquisitionis, quæ matura discussione considerabit qualitates personarum,

loci, temporis, frequentiam delicti, rationes contrarias, & hujusmodi.

Quòd in dictis casibus sit absolutio reservata Summo Pontifici, Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 1. resolut.* 41. vide *in §. Episcopus n.* 31. ubi contrarium verius.

Quòd Curia sæcularis non possit obsidere confugientes ad Ecclesiam ad effectum subtrahendi alimenta, & similia necessaria, quia esset manifesta coactio, sed benè possit ad effectum præcavendi ne liberè fugiant, vel ut si spontè exeant, illos capiat, quia hoc non est contra immunitatem, Pac. Jord. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 255. *fol.* 539. Marc. Ital. *de immunit. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 52. Ambrosin. *cel. tract. c.* 11. *in fine*, Farinac. *in Appendice de Immunit. Eccles. cap.* 19. *n.* 299. quicquid Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 73. *n.* 2. & latius *tit.* 9. *quæst.* 11. *per tot.* ac quidam alii sentiant simpliciter Ecclesiam nullo modo posse obsideri, sed non recedas à dicta comuni distinctione, & opinione, quam approbat etiam Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resolut.* 8. *in fine*, late Thom. del Bene *de Immunit. par.* 2. *cap.* 16. *dubitat.* 27. 28. & 29. *per tot. fol.* 91. *&c.* ubi etiam qualiter Ecclesia teneatur præstare alimenta confugienti ad illam, si non habeat aliunde ex propria substantia, vel consanguineorum, & amicorum, eo tamen remanente obstricto ad restitutionem; itaut non possit expelli, nisi incidenter se gerat, idem del Bene *dub.* 48. *per tot. fol.* 128. latè Fontanell. *decis.* 200. 201. *per tot.* ubi quòd in Gallia, & Cathalonia ex concordatis cum Sancta Sede, extractiones delinquentium ab Ecclesia, quando apparet esse extrahendos, fiunt per judicem sæcularem sine Ecclesiastico, Covar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 18. *vers.* 34. & Clar. *in Prax. crimin. quæst.* 30. *n.* 20. & alia plura ad rem tradit idem Fontanel loc. cit. & Cortiad. *decis.* 119. *per tot.* ubi qualiter Bulla Gregoriana, & aliæ similes non sint usu receptæ in tota Hispania, & pluribus aliis Regnis, & Provinciis, & *decis.* 120. *per tot.* ubi an Rectores Ecclesiarum possint cum vi, & armis defendere immunitatem, & judices sæculares frangere portas pro reorum extractione.

Quòd si reo existenti in Ecclesia, judex promittat illum non retinere si spontè compareat, & postea comparens, vel captus fuerit retentus an dicatur per vim, vel dolum extractus, ità ut sit Ecclesiæ restituendus, latè Sperel. *dec.* 148. *per tot.* ubi post relatas plures opiniones, tandem de more nititur probare, esse Ecclesiæ restituendum, & sic persuasisse cuidam Prætori, ut de bono, & æquo reum ad Ecclesiam remitteret, quod fortè non omnibus tam faciliter & feliciter persuasisset, propter contrariam opinionem multis rationibus fulcitam, quam sustinent alii plurimi ab eo relati, & ipse communem fatetur, licèt illam evertere satagat, & idem esse affirmans in egresso ab Ecclesia, sub securitate dolosa unius judicis, si pro delicto mixti fori capiatur à birruariis alterius Curiæ, quæ non assecuravit, ac in egresso ob minas judicis, vel familiæ sæcularis, vel ob victus subtractionem, vel ob præceptum sibi factum, & in aliis casibus similibus, in quibus reus non possit dici liberè, & spontè sua egressus, ut semper sit Ecclesiæ restituendus, quamvis etiam alios contrarium tenentes referat, idem etiam firmare videtur Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 252. & *seqq. fol.* 539. & *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *n.* 215. *fol.* 261. Alvarez. de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *num.* 33. *&c.* ubi distinguit, an alias gauderet immunitate, vel non, ut primo casu debeat restitui, secundo verò possit condemnari, vide *in §. Immunitas n.* 14. & *§. Ecclesia num. infra n.* 48.

Quòd etsi judex, vel alius minister delinquat contra immunitatem, gaudeat tamen ipse immunitate, Th. del Bene *de immun. p.* 2. *c.* 17. *dub.* 24. *sect.* 20. *fol.* 85.

An autem judex laicus mandando reum interfici in Ecclesia, incurrat in excommunicationem Bullæ Gregorianæ tam ipse, quàm ejus ministri exequentes, latè pro affirmativa opinione Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 33. *per tot.* Thom. del Bene *dec.* 37. *fol.* 108. vide *in §. Bannitus n.* 9.

Qualiter autem judex laicus nullam pœnam, vel censuram incurrat procedendo contra reum, qui immunitate Ecclesiæ juvari intendit, si verè illa gaudere non possit per notorietatem juris, vel facti, plenè Mathæu. Sanz. *de re crim. controv.* 78. *per tot.* dixi *in §. Immunitas n.* 13. *vers. Quod ubi notoriè*, & *in §. Princeps n.* 26.

Judices Curiæ sæcularis nullatenus possunt in do- 28
mibus Clericorum facere perquirere bona laicorum, quæ ibi prætenderentur occultata, contra bannimenta Principis sæcularis, sed omninò recurrendum est ad Curiam Ecclesiasticam, ut probat Sperel. *dec.* 49. *per tot.* Ricc. *Collect.* 4079.

Non desunt tamen alii fortè melius tenentes, quòd ubi agitur de fraude à laico contra gabellam, & Principis sæcularis proclamata commissa, licitum sit capere bona quocumque in loco, & sic etiam in Ecclesia, ut auferatur materia delicti, & fraudis, Farinac. *de Immunitat. cap.* 3. *n.* 65. Peguer. *dec.* 160. *n.* 5. & ego pluribus aliis citatis tenui *in Praxi §. Armi n.* 30 *§. Falliti n.* 28. *§. Ladri n* 4. & in hoc opere *§. Furtum n.* 9.

Sed Sperel. *d. dec.* 49. *n.* 26. nititur probare intelligendum esse cum licentia Episc. vel de ordine illius, & Possent. *singul.* 385. vide *in §. Furtum n.* 9. in fine cum ibi citatis.

An judices laici, & eorum ministri possint auferre Ecclesiasticis res, quas contra banna sæcularia vendunt, exportant, vel extrahunt, negativè concludit Dian. *res. mor. p.* 1. *tract.* 2. *res.* 15. & *p.* 3. *tract.* 1. *res.* 41. *in fine*, & *p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 8.

Quòd judices sæculares possint facere auferre arma vetita ab eo, qui cum illis se in Ecclesia recipit, licèt quoad personam gaudeat immunitate, & idem esse in aliis rebus prohibitis; vel furatis ad Ecclesiam delatis, ne Ecclesia videatur tutari delicta, quod indignum omninò reputatur Ecclesiastica Religione, benè probant Covar. *var. resol.* 2. *cap.* 20. *vers.* 36. Foller. *in Prax. crimin. Canon. cap.* 37. *n.* 30. Bajard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 30. *n.* 4. Anton. de Ballis *tract. var, lib.* 5. *tit. de Cleric. num.* 19. & *seqq. fol.* 209. Ricc. *in Prax. var. resolut. cap.* 26. Peguer. *dec.* 260. Daniel. de Nobil. *disput.* 23. *n.* 23. *&c. fol.* 188. & *disput.* 63. *per tot. fol.* 228. & *in Addit. ad d. disp.* 63. *n.* 1. *&c. fol.* 155. ubi plures refert, & contrariis respondet Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib* 13. *tit.* 8. *nu.* 88. *fol.* 80. *dixi in Praxi loc. sup. cit.* & in hoc opere *§. Arma n.* 17. & *§. Clericus n.* 65. & *§. Immunitas n.* 5. sequitur Guaz. *def.* 1. *cap.* 29. *num.* 7. ubi tamen quòd hodie aliter est dicendum per Bullam Gregorianam, Addit. ad Sanfelic. *dec.* 402. *observ.* 16. ubi DD. pro utraque parte. Sed etiam in terminis Bullæ posse omnia prædicta, & similia prohibita per Curiam sæcularem auferri laicis in Ecclesia, requisito prius ad summum illius Superiore, optimè comprobat alios allegando, & rationibus contrariis respondendo Thom. del Bene *de Immunitat. part.* 2. *cap.* 10. *dub.* 30. *per tot. fol.* 94. facit Mich. Ferro Manriq. *Quæst. Vicar. part.* 1. *quæst.* 11. *nu.* 8. & *seqq.* ubi quo pacto possit salvari factum judicis sæcularis, & ejus ministrorum in ablatione armorum clericis, tamquam materia delicti, ac ex consuetudine à Pontificibus cognita, & permissa, etiamsi talia arma judici Ecclesiastico non manifestentur, Grass. *decis. aur. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 158. Peguer. *dec.* 60. *part.* 2. Ripol. *de Regal cap.* 15. *nu.* 36. *et* 57. Cortiad. *dec.* 72. *n.* 9. & *decis.* 87. *n.* 7. admittentes permissum esse ministris Curiæ sæcularis auferre falsam monetam, & instrumenta ad illam cudendam ab Ecclesia vel alio loco immuni, pro faciendo constare de corpore delicti, quamvis Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 5. §. 1. *ad* 3. *n.* 45. credas esse intelligendos interveniente licentia superioris Ecclesiastici vel illa petita, & injustè denegata, aliàs esse probandum corpus delicti per testes de visu, conjecturas, & adminicula, ut ibid. n. 40. Vide Fagnan. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n.* 37. *de Constit.*

Quibus tamen de more nititur respondere, & contrarium docere Sperel. *decis.* 127. *per tot.* sequitur Conciol. *resol. crim. verb. Judex resol.* 2. & 3. *per tot.*

Pos.

Poſſent. *ſingul.* 385. Sed an feliciter, & cum applauſu dicant alii, diſtinguendo loca, & tempora, cum ego pluries viderim ſervari, ut ſupra, contra Sperellum in Statibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, & certè negari non poteſt quin utraque opinio ſit probabilis, & communis, & ideò in hujuſmodi caſibus ſæpè contingit, ut qui potest capere capiat, vide *in §. Furtum n. 9. in fine.*

Quòd judices ſæculares non poſſint propria auctoritate facere ſpoliare Clericos armis, quia id violentiam continet & habet rationem pœnæ, ſed benè poſſint illos in flagranti repertos, vel de propoſito delinquendi, ad obviandum arreſtari facere, armiſque ſpoliare, ut ſuo judici Eccleſiaſtico conſignentur, Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part. 1. c. 9. dubit. 7. per tot. fol. mihi* 408. ubi tamen refert alios contrarium tenentes, à quorum ſententia recedendum non puto, ſtante conſuetudine, ſalvo &c. pro qua facit idem Auctor. *p. 2. cap. 16. dubit. 30. per tot. fol.* 94. Arias de Meſa *var. reſ. lib. 1. c. 31. n. 14. & ſeqq.* Vide Fagnan. *loc. cit. n.* 27.

29 Judices ſæculares examinandi Clericum, vel Monacum ſine ſuperioris Eccleſiaſtici licentia, dummodo voluntarie, & non coactè deponant, licèt non benè faciant, non tamen incurrunt aliquam pœnam, & poſſunt etiam ab illis juramenta recipere, valet regulariter examen, & alia, vide per Sperel. *deciſ. 50. per tot. dixi in §. Cleric. n. 50. & 51. §. Religioſus num.* *§. Licentia n. 12. & in Praxi in Præfat. n. 9.*

Non tamen poſſunt aliquem licèt vulneratum examinare in Hoſpitali, vel alio loco immuni, etiam de licentia Ordinarii, cum ſpectet ad Sedem Apoſtolicam hujuſmodi licentiam concedere ex ſententia ejuſdem Sperel. *deciſ. 51. per tot.* quem ſequitur Conciol. *reſol. crimin. verb. Judex reſolut. 4. per tot.* Poſſent. *ſingul.* 105. ubi dicit poſſe hujuſmodi licentiam concedi tantùm ad effectum faciendi conſtare de corpore delicti, & non examinandi, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 11. num. 14. & ſeqq. & verſ.* 3. Cab.d. *deciſ. 174. part.* 1. ubi quod ſufficit licentia Rectoris Eccleſiæ.

Sed contrarium tenent alii per eum relati nu. 2. nempè per Sperellum, quibus neminem contradicentem reperiſſe fatetur num. 15. & ità ſemper ſervare vidi cum licentia Ordinarii, vel etiam ſolius Rectoris Eccleſiæ, aliàs multa delicta remanerent impunita, *infr. n. 33. & in §. Teſtes n. 54.* & dixi *in Praxi in Præfat. ſub n. 9. novæ editionis*, Poſſent. *d. ſingul.* 105. ubi & ipſe fatetur paſſim obtinuiſſe hujuſmodi licentias, etiam examinandi, dum erat judex laicus, licèt poſtea factus judex Eccleſiaſticus illas denegaverit.

30 Judices laici poſſunt per modum extrajudicialis defenſionis, & non aliter cognoſcere ſuper ſpolio beneficii Eccleſiaſtici, & ſimili modo de omni injuria inter perſonas Eccleſiaſticas, Afflict. *dec. 24. per tot.* alios plures id tenentes propter immemorabilem conſuetudinem à Sede Apoſtolica approbatam refert, & ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 45. num. 5. & 6. volum. 1. & deciſ. 203. num. 25. &c. d. volum. 1. & deciſ. 132. vol. 4.* pulchrè Peregrin. *dec. 145. n. 16. & per tot.* Capyc. Latr. *deciſ* 69. Sanfelic. *dec.* 325. *& 371. lib. 3. & in Praxi ſect. 30. num. 8. &c.* vide Dian. *cum pluribus ab eo relatis part. 1. tract. 2. reſolut. 13. & part. 5. tract. 1. reſol.* 13. ubi an, & quando judices laici poſſint per viam violentiæ, & ſic ad vim Eccleſiaſticis illatam reprimendam de illorum cauſis cognoſcere, vel non. Sed in ſpecie contra Afflict. & alios reſolvit idem Dian. *d. tract. 2. reſol.* 66. Dom. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect. 5. n. 372. & ſeqq.* idem Dian. *part. 3. tract. 1. reſol. 53. & 64.* Fontanel. *deciſ. 313. 314. & 315.* ubi pluſa an, & quando judices laici poſſint ſub prætextu violentiæ admittere recurſus perſonarum Eccleſiaſticarum, & quomodo. Vide Abecelef. & Creſcin. *obſer. 181. part. 1.*

Quid è contra an judex laicus poſſit cogere Clericum ſpoliatorem ad reſtituendam poſſeſſionem laico ſpoliato, Dian. *part. 4. tract. 1. reſolut.* 74. ubi negativè reſolvit, & adeundum eſſe judicem Eccleſiaſticum, quamvis etiam alios pro affirmativa opinione referat, pro qua benè Peregrin. *deciſ. 145. n. 16. &c.* Sanfelic. *in Prax. ſect.* 30. & facit Matthæu, Sanz. *de re crim. contr. 78. per tot. vide in §. Princeps n.* 26. Thom. del Bene *de Immunit. Eccleſ. part. 2. cap. 9. dubit. 25. fol.* 427. ubi declarando opiniones concordat.

Quòd judices laici poſſint cognoſcere ſuper poſſeſſorio, vel quaſi in ſpiritualibus, & beneficialibus, quia poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, latè Peregrin. *deciſ.* 145. Guid. Pap. *deciſ. 1. & 85.* Cevallos *tract. de cognit. per viam violent. part. 2. quæſt.* 65. Jeſſe *de inhibit. cap. 8. §. 3. n. 16. &c.* Bobadil. *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. nn.* 153. Gail. *lib. 1. obſerv. 28. n. 2.* Myniing. *cent. 2. obſer.* 67. Theſ. *deciſ.* 82. & alii relati per Dian. *part. 5. tract. 1. reſolut. 27. in princ.* ubi tamen ipſe de more mordicus contrarium probat; Sed cum prædictis convenit Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 203. nu. 30. vol. 2. & deciſ. 21. & 22 vol. 2. & deciſ. 163. d. vol. 2. & deciſ. 132. vol. 4. & deciſ. 222. vol. 5.* Ludoviſ. Bell. *conſ. 90. n. 1. &c. fol. mihi* 130. Poſſent. *ſing.* 147. Novar. *in Prag. Reg. Neap. Collect. 157. nu.* 8. Th. Trivil. *dec.* 17. Tepat. *var. ſent. tit. 8. vol.* 4. facit Pac. Jord. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 13. n. 9. fol. 355. & eod. lib. 10. tit. 23. n.* 3. Gonzal. *ſup. decr. lib. 2. tit. 1. c fin. n.* 8. ubi quòd in beneficiis duo cõſiderantur, nempè ſpiritualitas, quæ eſt principalis, & temporalitas, quæ eſt acceſſoria, itaut facta collatione per Ordinarium, beneficii poſſeſſio transferatur in beneficiarum quoad ſpiritualia, ſed quoad temporalia requiratur mandatum Principis ſæcularis, idem Jordan. *vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 44. in fine fol.* 167. ubi citat Peregrin. *var. jur. lib. 4. n. 70. &c.* vide latè in hac materia pro juriſdictione Principis, & judicis ſæcularis, Peregrin. *dec. 145. per tot. & deciſ.* 147. Sanfelic. *loc. ſup. cit.* Trivil. *deciſion.* 17. Laurent. Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr.* 78. ubi latè de poteſtate, & obligatione Regum, aliorumque Principum ſæcularium ſublevandi vi oppreſſos, etiam contra Eccleſiaſticos violenter procedentes, vel abſque juriſdictione, dixi *in §. Princeps num.* 26. Fontanel. *deciſ. 310. & ſeqq. & de pact. napt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 13. part. 2. fol.* 285. Grivel. *dec. 128. per tot. & in fine verſ. adde* Fontanel. *de pact. napt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 13. part. 3. per tot. fol.* 299. Antonez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 31. per tot.* ubi plura de regia protectione, & ad quæ ſe extendat, & exemplificando in multis, dummodò tamen ſemper procedatur extrajudicialiter, & per viam facti, non verò juriſdictionaliter contra Eccleſiaſticos, quia in eos Reges, & Principes ſæculares, & tantò minus eorum miniſtri nullam habent juriſdictionem, ut benè ibidem declarat cum multis ab eo citatis.

De ſtatuto dictante non poſſe capi poſſeſſionem Eccleſiæ, vel beneficii à Papa collati ſine licentia, & litteris executorialibus Principis ſæcularis, an ſit validum, vel an potius ſint excommunicati impedientes executionem litterarum Papalium, vide Capyc. *deciſ. 132. n.* 6. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 14. quæſt. 3. &c.* Vivian. *Prax. Juriſpat. lib. 1. cap. 12. n.* 8. facit quod dixi *in §. poſſeſſio num. 5. & §. Electio, num.* 6. Sperel. *dec. 8. num.* 35. ubi damnant hujuſmodi ſtatutum, quamvis rationabile, cum non ſufficiat rationabilitas, ſed requiratur etiam poteſtas in ſtatuentibus, idem pluribus relatis probat Dian. *reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſol.* 62. ubi dicit, Ang. & alios contrarium tenentes communiter reprobari, niſi competat ex privilegio Romani Pontificis, *& part. 3. tract. 1. reſol.* 26. ubi quod non valet ſtatutum, ne beneficia Eccleſiaſtica exteris conferantur *par. 5. tract. 1. reſolut. 12. & part. 1. tract. 2. reſol.* 12.

Pro validitate verò, & rationabilitate dicti ſtatuti, vel conſuetudinis vide Covar. *pract. quæſt. cap.* 36. *Angl. conſ.* 23. ubi loquitur de ſtatuto populi Florentini, & certè ſi non egrediatur fines rationum, ob quas fuit conditum, admodum laudabile eſt, de quo fortè alibi dicam, & facit Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 342. vol. 1.* latè Bonacin. *Oper. mor. tom. 3. tit. de Cenſur. in Bulla Cœnæ contentis diſput. 1. quæſt. 14. part. 2. per tot.*

De

De causis, ex quibus possint examinari litteræ, & Bullæ Apostolicæ, tam gratiæ, quàm justitiæ antequam concedatur *Regium exequatur*, nempè ut cognoscatur cum omni reverentia, & subjectione, an quid dolosum, suspectum, vel furtivum, & subrepritium contineant, quod cedit in obsequium Apostolicæ Sedis, si hi limites non excedantur, & alia ad rem, Sanfelic. *decis.* 361. *num.* 8. *& seqq.* Layman. *part.* 1. *cap.* 9. §. 19. Grass. *decis. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 14 *nu.* 120. latè Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccles. part.* 1. *cap.* 9. *dubit.* 33. *per tot. fol.* 433. ubi quod his cessantibus non potest hujusmodi praxis sustineri, & alia plura ad illius reprobationem, & quando possit sustineri, vel non, Bonac. *loc. sup. cit.*

Sed ad propositum redeundo, quòd judices laici non possint cognoscere super possessorio, vel quasi in spiritualibus, & beneficialibus, verius putat Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. nu.* 54. *fol.* 88. latius Sperel. *decision.* 8. *per tot.* facit quod dixi *in §. Maritus nu.* 5. *vers.* Quis autem ubi de judice competente in caussa possessoriis, & simplicis facti matrimonii Vide Abbecclesf. & Crescin. *dict. obser.* 181. *part.* 2. Pen. & Crescin. *decis.* 480.

An autem possint cognoscere super incidenti spiritnali, Sanfelic. *decis.* 11. ubi quod non si consistat in jure, secus autem si in simplici facto, nisi fuerint inhibiti ab Ecclesiastico, latè Fontanel. *de pact. nupt.* 2. *claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 2. *per tot. fol.* 285. *& part.* 3. *per tot. fol.* 299. ubi plura de competentia jurisdictionis inter judices Ecclesiasticos, & sæculares Fagnan. *in cap. tuam à n.* 9. *de ordin. cogn.* Pen. & Crescin. *decis.* 16.

31 Judices laici non sunt competentes ubi agitur de bonis emphyteuticis Ecclesiæ, etiam inter laicos, & ratione utilis dominii tantùm, & si tulerint sententiam, erit nulla, & idem est si agatur de jurepatronatu laicorum, vel similibus habentibus annexam spiritualitatem, Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. n.* 54. *fol.* 88. latè Rot. *in Ravennaten. Emphyt.* 28. *Martii* 1631. *coram Merlino in Noviss. part.* 6. *decis.* 42. *per tot. inter impressas ejusdem decis.* 903. *& part.* 9. *recent. decis.* 143. *num.* 5. *&c. & part.* 10. *decision.* 319. *n.* 3. *part.* 13. *decision.* 149. *num.* 4. *& seqq.* Bich. *decis.* 136. *num.* 2. *&c.* ubi ampliat etiam in minima parte ratione connexionis, Sperel. *decision.* 24. *n.* 14. *decis.* 99. *num.* 64. *& decis.* 121. *per tot.* & latè tuetur etiam Thom. del Bene *tract. de Immunit. Eccl. part.* 1. *cap.* 10. *dubit.* 16. *per tot. fol.* 487. vide *in §. Possessio num.* 5. *& §. Laudum num.* 7.

Contrarium tamen dum agitur hincinde inter laicos de simplici dominio utili, vel in mero possessorio, quod nihil spiritualitatis in se habet, latè respondendo contrariis probat videndus Ciarl. *controv. jur. lib.* 1. *cap.* 17. *per tot. ad num.* 144. Addit. ad Magon. *decis. Luc.* 10. *in fine*, Possent. *singul.* 147. Guid. Papp. *decision.* 1. Surd. *decis.* 160. *nu.* 7. *&c.* vide *in §. Laicus num.* 7. *&c. §. Emphyteusis n.* 36.

Quando autem, & in quibus casibus possint judices sæculares cognoscere, vel non de causis bonorum Ecclesiasticorum, sive personarum Ecclesiasticarum, vel incidentium spiritualium, tàm civilibus, quam criminalibus, plenè Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 450. *& seqq. ad* 456. Ricc. *Collect.* 53. *per tot* Sanfel. *decis.* 11. *per tot.* Farin. *quæst.* 8. *per tot.* Covar. *pract. quæst. cap.* 31. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *per tot. fol.* 74. *&c.* Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *per tot. part.* 3. *tract.* 1. *part.* 4. *tract.* 1. *part.* 5. *tract.* 1. *& part.* 6. *tract.* 1. *&c.* Rebuff. *tract. variar. tract. de casibus &c. fol. mihi* 311. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 43. *cum pluribus seqq. volum.* 1. *& decision.* 17. *cum pluribus seqq. volum.* 2. *& decision.* 222. *per tot. volum.* 5. Fagnan. *sup. decretal. lib.* 1. *de obligat. ad ratiocin. in c. magnus n.* 54. Thom. del Bene *tract. de immun. Eccl. part.* 1. *cap.* 9. *per tot. fol.* 385. *& seqq.* ubi plura de facultatibus laicæ potestatis in Ecclesiasticos, & quid possint Principes sæculares, & illorum judices in personas Ecclesiasticas, vel non, vide *in §. Princeps num.* 26. *&c.*

E contra etiam quando judices Ecclesiastici habeant jurisdictionem super laicos, possint inhibere, & alia latè idem Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 442. *cum sex seqq.* Farinac. *loc. cit. infr.* & plenè Thom. del Bene *d. tract. c.* 10. *per tot. fol.* 446. *& seqq.*

De pluribus casibus, in quibus Curia Ecclesiastica potest procedere per censuras, & alia remedia spiritualia contra Curiam sæcularem, videndus latè cum multis Cortiad. *decis.* 27. *per tot.* Et de aliis pluribus casibus, in quibus è contra Curia sæcularis potest procedere contra Curiam Ecclesiasticam per occupationem temporalitatum, & alia juris remedia, plenè idem Cortiad. multos allegans *decis.* 28. *per tot.*

Quod judices Ecclesiastici possint supplere negligentiam judicum sæcularium in administrando justitiam contra laicos, non autem è contra, Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 25. Sperel. *decision.* 126. idem Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 80. Gonzalez *ad decret. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 7. *nu.* 4. *supra nu.* 20. *dixi in §. Actor n.* 4. *in fine.*

Judices laici, an, & quando debeant facere exequi sententias judicum Ecclesiasticorum, vel illis præstare brachium sæculare, cum cognitione causæ, vel sine cognitione aliqua, Franch. *decis.* 571. Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 828. *&c.* Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 429. *&* 430. Paul. Christin. *decis. Belg.* 30. *volum.* 2. Sanfelic. *decis.* 239. *num.* 3. *& seqq.* ubi in causis criminalibus, & latiùs *decision.* 293. *per tot.* ubi de causa civili restitutionis dotium, Farinac. *quæst.* 97. *cas.* 4. *per tot.* Cavalc. *de Brach. reg. part.* 4. *num.* 269. *& seqq.* Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 63. *num* 8. Guaz. *defens.* 1. *cap.* 16. *num.* 9. Zuff. *de legit. process. lib.* 2. *quæstion.* 96. *num.* 18. *& seqq.* Donadeus *tract. de renunciat. cap.* 21. *per tot.* Clar. *quæst.* 37. *vers. unum tamen, ubi Addentes*, Vivi. *comm. opin.* 396. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 108. ubi quòd tenetur etiam in causis mixti fori, & absque cognitione, nec possunt prætendere se informari ex actis, refert tamen plures alios contrarium tenentes, *& resol.* 120. ubi an Ecclesiastici judices teneantur præmittere censuras, antequam implorent brachium sæculare, & firmat quod non juxta magis communem opinionem, & si judices laici nolint brachium præstare, possunt cogi pœna excomunicationis, & si agatur contra hæreticos sibi ad puniendum traditos, & negligant, possunt tamquàm illorum fautores puniri per Inquisitores, Dian. *loc. cit. res.* 134. 32

Si tamen agatur de crimine sæculari, vel mixti fori contra laicos, de quo potuisset judex sæcularis cognoscere, non tenetur ipse judex sæcularis, auxilium Episcopo præstare, maximè nisi sibi fiat fides de processu, Clar. *§. fin. quæst.* 96. *vers. quæro etiam in fine*, Guttierez *in Prax. quæst.* 33. *n.* 33. *&* 34. vide Sanfelic. *decis.* 239. *per tot.* ubi quòd judices sæculares in delictis sæcularibus, vel mixtis juxta magis communem, & veriorem sententiam, non debent statim exequi sententias Ecclesiasticorum, sed cum cognitione causæ; in delictis verò merè Ecclesiasticis, ut hæresi, & similibus sunt meri executores, & nullam habere possunt cognitionem, sed tenentur absque dilatione illas exequi, quod interpretatur intra sex, vel octo dies, secundum plura exempla ibi cum formulis actorum impressa, juxta quæ fuit per me bis servatum Florentiæ de anno 1665. & 1679. dixi *in §. Hæresis n.* 11. *infra n.* 56. *in fine*, quod idem pluribus aliis citatis, & impressa formula Sanfelicii probat novissimè Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 1. *§.* 1. *ad* 7. *n.* 89. *& seqq. fol.* 78. ubi quod in causis hæreticorum judices laici sunt merè executores, & tenentur clausis oculis obedire absque mora, & alia ad rem, vide *in §. Litteræ num.* 28. *in his addit.*

An, & quomodo possint procedere contra laicos delinquentes in Ecclesia, vel offendentes personas Ecclesiasticas, vide *in §. Delinquens n. & §. Laicus num.*

Judices laici non possunt facere exhumare cadavera in loco sacro sepulta ad effectum faciendi constare de vulneribus, ac de corpore delicti, sine licentia 33
Episcopi sub pœna excommunicationis, ac etiam nullitatis actorum; tenetur tamen Episcopus ad omnem requisitionem Curiæ sæcularis hujusmodi licentiam concedere, aliàs potest revocari ad Metropolitanum, Guaz. *def.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst.* 4. *n.* 4. Thom. del Bene *de Immunit. Eccles.*

clef. sect. 2. *cap.* 2. *dub.* 3. Sperel. *decis.* 51. ubi quod sit in arbitrio Episcopi dictam licentiam concedere, & dummodò recognitio fiat extra Ecclesiam, & locum sacrum; sed quoad licentiam, dic quod imò non potest illam justè denegare, ne delicta remaneant impunita, prout semel evenisse recordor ex dura cujusdam Vicarii cervice absente Episcopo.

Quòd ad effectum recognoscendi corpus delicti, sufficiat licentia Rectoris Ecclesiæ pro exhumando cadavere, Cabed. *decis.* 174. *per tot. part.* 1. & vide *in* §. *Cadaver. num.* 4. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 5. §. 11. *num.* 24. & *seqq. ubi num.* 19. refert etiam tenentes, Episcopum non teneri dictam licentiam concedere, concedentem incidere in irregularitatem, ex quo alii graves Auctores sumunt argumentum, quod si Episcopus non potest dare licentiam, possit judex sæcularis id ex propria auctoritate agere, quod tamen non est tutum, sed melius esse in hujusmodi casibus probare corpus delicti per testes ultra duos, & alia plura ad rem notabilia, firmando plures conclusiones, quæ videntur ad invicem pugnantes ob varias Sacræ Congregationis resolutiones diversis temporibus juxta qualitates casuum factas, & varias Doctorum opiniones, & num. 44. Sub die 29. Februarii 1684. Sacr. Congregat. scripsit Vicario Capitulari Bononiæ, quod per modum provisionis, & donec aliter ab eadem Sacr. Congregat. esset resolutum, deputaret Rectores, seu Capellanos Hospitalium Vitæ, & Mortis nuncupat., dictæ Civitatis, qui licentiam tribuerent ministris fori sæculari faciendi in casibus contingentibus recognitionem corporis delicti, & vulneratorum depositiones recipiendi. Regulares non habere jus dandi dictas licentias in eorum Monasteriis, sed hoc spectare ad Ordinarios tantùm. Reliqua vide in §. *Corpus delicti num.* 10. &c.

Quòd judices laici, nullum actum contentiosæ jurisdictionis agere valeant in Ecclesia, vel ejus cœmeterio, sive domibus Ecclesiæ sub pœna excommunicationis ferendæ, & nullitatis, etiam de licentia Episcopi, (licet eum dicta licentia alii contrarium sentiant, & servetur in praxi) Conciol. *resolut. criminal verb. Judex resolut.* 4. *per tot.* ubi transit cum Sperel. *dict. decis.* 51. *supra num.* 29. latè Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. part.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 3. *sect.* 2. *per tot. fol. mihi* 75. vide Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 31. *num.* 10. & *seqq. tom.* 1. Fagnan. *in cap. inter alia n.* 99. *de Immun. Eccles.* Abeccles. & Crescin. *obser.* 7. *part.* 1.

34 Judices laici possunt procedere in causis coram illis intentatis, & propositis, non obstante litis pendentia coram Ecclesiastico super absolutione juramenti, cum sit quid diversum, & semper remaneat obligatio etiam sublato juramento, nisi aliud obstet, ita ut judex Ecclesiasticus non possit hoc casu inhibere sæculari, quia ab eo nullam habet dependentiam, nisi secundum aliquos inhiberet sub pœna excommunicationis, Afflict. *decis.* 30. facit Magon. *decis. Flor.* 2. *num.* 37.

Si tamen articulus pendens coram Ecclesiastico esset præjudicialis articulo prophano pendenti coram judice laico, posset Ecclesiasticus inhibere laico, ne procedat ad ulteriora in illo articulo prophano, donec sit decisus articulus præjudicialis, Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 200. *per tot.* aliàs committuntur attentata, quæ sunt purganda, ut ibidem, & *decis.* 201. *per tot. dict. part.* 2. *divers.* vide *in* §. *Causæ nu.* 9. §. *Usura num.* 4. Sanselic. *decis.* 11. *per tot.* ubi an judex Ecclesiasticus possit inhibere judici laico, ne procedat super causa incidente in eam, super qua ipse cognoscit, & videtur affirmare, etiamsi incidens in mero facto consistat.

35 Judex causæ præparantis, efficitur judex causæ præparatæ, *l. Ordinarii Cod. de rei vendic.* Magon. *decis. Flor.* 90. *num.* 5. Sanselic. *decis.* 160. *num.* 3. &c. Unde Ecclesiasticus ratione absolutionis à juramento coram eo petitæ, & ratione matrimonii cognoscit de tota causa, & de dote, Bald. Castrens., & alii *in dict. leg. ordinarii*, Addit. ad Afflict. *d. decis.* 30. Marsil. *de fidejuss. num.* 188. *in fine*, Ferret. *caut.* 21. *per tot.* Viv. *comm. opin.* 401. Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 116. & 119. Anton. Nigr. *tract. de subhast. part.* 2. *cap.* 1. §. 3. *nu.* 48. *fol.* 140. Sanselic. *dec.* 193. *nu.* 5. &c. ubi quòd cognitio sit mixti fori.

Contrarium in practica servari, maximè quoad absolutionem à juramento, Gratian. *decis.* 165. *nu.* 5. Mancin. *de juram. part.* 4. *effect.* 64. Balthas. Thom. *de tut. & curat. tit.* 19. *num.* 748. *fol.* 465. vide Tondut. *de prævent. part.* 1. *cap.* 24. *per tot.* Farinac. *qu.* 8. *num.* 144. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *nu.* 159. *fol.* 86. ubi quòd contrarium servatur, facit quod dixi *in* §. *Juramentum num.* latè Scopp. & De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Qualiter autem judices Ecclesiastici teneantur deceptis succurrere, relaxando, & remittendo juramenta contractuum confirmatoria, ut illis non obstantibus possint agere ad rescissionem, vel restitutionem in integrum, an pars sit citanda, & alia Pract. Papp. *for. juram. à part. delat. glos.* 3. *num.* 3. &c. dixi *in* §. *Absolutio per tot.* ubi vide, & *in resol. cap.* 75. *per tot.* & *cap.* 100. *num.* 31.

Judex competens in dando tutorem pupillo habenti in uno loco originem, in alio domicilium, & in alio bona, est ille, sub quo degit persona pupilli, cum tutor detur principaliter personæ, Pract. Papp. *for. redd. rat. tut. glos. idem Jacobo cum Addit.* Gratian. *discep. forens. cap.* 555. *num.* 6. Montan. *de tut. cap.* 31. *reg.* 1. *nu.* 5. *fol.* 103. ubi vide Tusch. *litt. T*, *conclus.* 431. *per tot.* Balthas. Thomas. *de tut. & curat. tit.* 7. *cap.* 1. *per tot. fol. mihi* 22. &c. latè Rot. *in Romana tutelæ* 15. *Martii* 1641. coram Verospio *part.* 9. *recent. decis.* 12. *num.* 23. & *seqq.* ubi quis præferatur inter plures judices parem jurisdictionem habentes Altimar. *de nullit. rubr.* 11. *qu.* 4. *n.* 113. *tom.* 2. & *rubr.* 2. & 3. *q.* 1. *sect.* 1. *n.* 796. *tom.* 8. 36

Quòd judex loci, ubi sita sunt bona, licet pupillus alibi sit oriundus, possit respectu illorum dare tutorem, vel curatorem, Montan. *de tut. cap.* 7. *nu.* 56 *fol.* 30. vide Rot. *loc. cit. num.* 31. &c. ubi contra, nisi pupillus moretur in illo loco, quia prima ratio est personæ, & datus tutor à judice personæ extenditur ad universum patrimonium ubique situm. Vide Altimar. *dict. n.* 796.

Quòd debeat dare subditum suum, aliàs datio non valeat, nisi datus consentiat, idem Montan. *dict. tract. cap.* 23. *nu.* 33. &c. *fol.* 68. vide in §. *Tutor num.*

Quid in dando curatore ad lites, Gratian. *cap.* 255. *nu.* 40. &c. Montan. *cap.* 29. *num.* 7. &c. *fol.* 83. Altimar. *dict. n.* 796. Rovit. & idem Altimar. *decis.* 58.

Quid in interponendo decreta, idem Gratian. *cap.* 861. *num.* 18. &c. Montan. *cap.* 33. *num.* 55. *fol.* 136. vide in §. *Decretum num.* Altimar. *dict. sect.* 1. *nu.* 316. & *seqq. tom* 8.

Quòd quando pupillus est Clericus debeat tutor dari à Judice Ecclesiastico, Rovit. *decis.* 58. ubi si sit datus tutor laicus, coram quo judice sit conveniendus ad reddendam rationem, Cabed. *decis.* 80. & 81. *part.* 1. ubi quis sit competens ad dandum tutorem, vel curatorem Clerico minori, prodigo, vel mentecapto, vel ad inventarium, ubi refert contrarias opiniones concludens pro Ecclesiastico, Montan. *de tut. cap.* 4. *n.* 22. & *seqq. ad* 28. & *cap.* 20. *per tot.* Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 94. *fol. mihi* 43. ubi plura similia, Thomas. *decis.* 89. *n.* 16. Sperel. *dec.* 1. *n.* 4. ubi etiam quid si agatur de dando tutorem hebræis, & tenet spectare ad Ecclesiasticum ratione instructionis fidei, de cujus opinione dubito, maximè in locis, in quibus (prout Florentiæ) ut dixi in §. *Judæi n.* subsunt judicibus sæcularibus, eum etiam ipsi possint habere hujusmodi respectum, & dare tutorem Christianum, ut dixi *In* §. *Judæi nu.* vide Tusch. *litt. I*, *conclus.* 432. *per tot.* ubi à quo dari debeat tutor Clericorum, Thom. del Bene *tract. de Immunit. part.* 1. *cap.* 10. *dub.* 6. *sect.* 6. *per tot. fol.* 466. ubi idem in curatore quoad bona, quæ verò ad lites datur à judice causæ, sed judex Ecclesiasticus dare debet tutorem, vel curatorem sibi subditum Altimar. ad Rovit. *loc. cit.* Idem Altimar. *de nullit. rubr.* 2. & 3. *qu.* 1. *sect.* 1. *n.* 796.

Quis sit competens in confectione Inventarii bonorum Clerici Dian. *part.* 8. *tract.* 5. *resol.* 64. ubi refert hincinde rationes, & concludit pro Ecclesiastico priva-

vativè ad Laicum; Sed in contrarium facit Thomas. *decis.* 89. *per tot.* vide in §. *Inventarium n.* 2.

37 Judex competens appellationis est superior immediatus judicantis, & regulariter non potest appellari ad supremum omisso medio, Marant. *part.* 6. *de appellat. n.* 369. *&c.* ubi decem modis limitat, Scacc. *de appellat. quæst.* 7. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 461. *&c. fol.* 568. vide *in* §. *Appellatio n.* Sanfelic. *decis.* 368. *n.* 7. *&* 8. *cum Addit.* ubi quod fallit in persona privilegiata habentibus electionem fori: adde latè Anton Pichard. *Pract. Instit. part.* 4. §. 8. *per tot. fol.* 124. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 3. *sect.* 1. *n.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *q.* 25. *a n.* 1. *tom.* 1. De Luc. *de Jurisd. disc.* 72. *n.* 18. Abecelcs. & Crescin. *obser.* 5. *part.* 2.

Quòd judex competens appellationis, vel recursus à laudo, vel sententia sit superior laudantis non autem actoris, nec rei, quorum personæ in hoc non attenduntur, sed judicantis, à quo &c. Afflict. *decis.* 51. *n.* 1. vide latè Thes. *decis.* 14. *per tot* ubi refert quinque opiniones, *& num.* 5. *tenet cum* Bart. ut ad judicem causæ alias competentem recurratur pro reductione à laudo, quod tamen limitat septem modis, Fachin. *contr. lib.* 8. *cap.* 94. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 257. *n.* 7. *&c. vol.* 1. ubi videtur distinguere inter reductionem, ut sit petenda coram judice ordinario partium, & appellationem, ut illa sit proponenda coram superiore arbitri, qui judicavit, vide in §. *Reductio n.* 4. Sanfelic. *dec.* 368. *cum Addit.* ubi plura ad rem.

An autem à tali Judice reductionis detur appellatio ad alium judicem, Gratian. *decis.* 8. *per tot.* vide *in* §. *Appellatio nu.* 24. *in fine*, ubi quod sic, Paul. Christin. *dec. Belg.* 142. *vol.* 2. Scopp. & de Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

38 Judex appellationis in dubio debet potius revocare sententiam primi, quàm illam confirmare ad evitandam conformitatem, & ut damnum partis tollatur, ac causæ melius ventilentur, Petr. Cabal. *consil. decis.* 85. *n.* 8. *& cons.* 118. *n.* 6. *lib.* 1.

Intellige quando opus est corrigere iniquitatem, vel imperitiam primi judicis, non autem quoad sententias ritè, & rectè latas, quæ non debent in pejus [f]ormari, Gratian. *discept. for. cap.* 965. *num.* 25. *&c.* Altograd. *cons.* 15. *n.* 20. *lib.* 1. ubi quòd imò judices appellationum debent potius confirmare, quàm infirmare sententiam, vide Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 465. *per tot.* ubi qualiter judex appellationis pronuntiare debeat salvo honore primi judicis.

Quòd judex appellationis, vel nullitatis, ubi constat de bono jure, debeat sententiam etiam nullam confirmare, Gratian. *discept. for. cap.* 206. *nu.* 4. *c.* 734. *n.* 55. *cap.* 950. *n.* 27. Magon. *dec. Luc.* 25. *nu.* 45. *& decis.* 92. *n.* 3. Rot. *part.* 3. *div. decis.* 116. *&* 529. *lib.* 3. Vant. *de nullit. tit. Qualit. sent. poss. à nullit. def. n.* 129. *& seqq. & in meis resol. cap.* 88. *n.* 9. *&c.* Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Engub. lib.* 3. *Rub.* 7. *n.* 9. ubi quòd ita servatur in Cathalonia.

In contrarium cum nulla major injustitia detur quàm nullitas, idem Gratian. *discept.* 516. *num.* 24. *&c.* Scac. *de appellat. cap.* vide *in* §. *Nullitas num.* *&* §. *Sententia num.*

An autem judex appellationis possit pro parte confirmare, & pro parte reformare sententiam, dic quòd non regulariter quando sententia est individua, secus si sit dividua, & continens plura capita, Paul. Christin. *dec.* 99. *vol.* 6. ubi etiam an tunc sit locus condemnationi expensarum, & dixi in §. *Expensæ num.* 24.

39 Judex appellationis non potest regulariter judicare, nisi super meritis primæ causæ, de qua judex à quo judicavit, Marant. *in repert. l. is potest nu.* 190. *&c. ff. de acquir. hæredit* Afflict. *decis.* 53. Surd. *decis.* 175. ubi quando efficiatur etiam judex super aliis, ac super toto negotio, vide Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 11. *n.* 30. *&* 36. Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 131. *nu.* 11. *& seqq.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 345. *vers. Dum &c.* ubi quòd ideò non potest cognoscere de delictis, & excessibus primi judicis, recedendo in hoc ab opinione ejusdem Sanfelic. qui contrarium anauit *loc. cit.*

Non est enim judex novæ causæ, sed solum cognoscere debet ea causis adductis in prima instantia, an primus benè, vel malè judicaverit, pulchrè Magon. *decis. Florent.* 9. *n.* 18. *dec. Luc.* 26. *nu.* 37. *& decis.* 32. *nu.* 57. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *n.* 830. *& seqq. fol.* 596. ubi benè declarat, Addit. ad Sanfelic. *dec.* 345. *vers. Dum &c.* Fallit quando partes expressè, vel tacitè prorogant jurisdictionem, & consentiunt super aliis cognoscere, Merlin. *decis.* 473. *num.* 2. *&c.* Pute. *decis.* 246. *lib.* 2. Vide Abecclcs. & Crescin. *obser.* 20. *part.* 2.

Contrarium tenet Addit. ad Sanfelic. *decis.* 345. *vers. Nec judex*, ubi quod jurisdictio judicis appellationis est improrogabilis. Sed vide eamdem *Addit. ad decis.* 363. ubi sequitur dictam Merlini decisionem.

Possunt etiam coram judice appellationis non deducta deduci, & non probata probari Magon. *dec. Flor.* 11. *in princ.* Duen. *reg.* 48. Mascard. *de probat. conclus.* 118. ubi latè, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *qu.* 72. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 303. *n.* 2. *&c.* Paul. Christin. *dec.* 115. *vol.* 4. Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 3. *Rub.* 5. *&c.* Vide Abecclcs. & Crescin. *obser.* 10. *&* 20. *part.* 2.

Intellige in appellatione à diffinitiva, secus à simplici interlocutoria, Paul. Christin. *decis.* 103. *vol.* 6. vide *in* §. *Appellatio n.* 48. Abecclcs. & Crescin. *d. obser.* 10. *part.* 2.

Nisi fuerint scienter omissa deduci in prima Instantia, quia tunc non possent allegare in prosecutione appellationis, Magon. *decis. Flor.* 517. *in fine*, Menoch. *de arbitr. d. q.* 72. *n.* 13.

Qualiter judex appellationis teneatur totum negotium principale diffinire, latè idem Magon. *decis.* 63. *per tot. & decis.* 67. *nu.* 29. facit Sanfelic. *decis.* 303. *cum plen. Addit.*

Non pronunciando super aliquo particulari videtur tacitè reos conventos absolvisse, idem Magon. *decis. Floren.* 9. *n.* 19. Mart. Medic. *decis.* 4.. *per tot. cum Addit.* facit Viv. *com. opin.* 419. ubi quod condemnans in aliqua parte, non videtur à contrario sensu in alia absolvere.

Condemnando in expensis, vel absolvendo intelligitur etiam quoad expensas factas in prima instantia, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 88. *per tot.* vide pulchrè Gratian. *decis.* 50. *per tot.* Peregrin. *decis.* 128. *n.* 13. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 168. *num.* 1. *&c.* Leoncil. *decis. Ferr.* 83. *per tot. in meis resolut. c.* 41. *n.* 15. *in* §. *Absolutio num.* *&* §. *Expensæ nu.* 24. *&c. infr. n.* 42. *&* 43. vide Paul. Christin. *dec.* 217. *n.* 8. *&c. vol.* 4. ubi nonnullis modis declarat Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 19. *tom.* 1. Advocat. Cabrun. *lucubr.* 44. *a n.* 75.

An autem judex appellationis possit taxare expensas coram primò judice factas, vel tantum coram se factas, vide Gratian. *discept. for. cap.* 33. *n.* 24. *& seqq. infra n.* 42.

Quòd judex appellationis à sententia revocationis sequestri debeat pronunciare an benè, vel malè fuerit appellatum, & ante hujusmodi sententiam non possit novum sequestrum apponere ad instantiam appellantis absque vitio attentatorum, nisi adsit, & probetur timor dilapidationis *leg. Imperatores ff. de appell.* Lancellot. *de attent. par.* 1. *cap.* 12. *limit.* 12. *num.* 1. Rot. *part.* 4. *recent. dec.* 168. *n.* 1. cum aliis per Bich. *decis.* 438.

Judex appellationis ab interlocutoria qualiter possit omisso articulo appellationis cognoscere super meritis causæ de consensu appellati, etiam invito appellante, revocato tamen prius gravamine per interlocutoriam illato, vel etiam absque alia revocatione gravaminis, quando per judicem à quo fuit appellationi delatum expressè, vel tacitè & alia, vide per Ger. Spin. *cons.* 67. *&* 68. *per tot.* Foller. in Addit. ad Marant. *part.* 4. *distinct.* 12. *n.* 5. Afflict. *dec.* 42. Gratian. *discept. for. cap.* 6. *& cap.* 40. *per tot.* Card. Tusch. *litt. I. conclus.* 458. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæst.* 27. *n.* 10. *&c.* vide *in* §. *Appellatio nu* 49. Ricc. *Collect.* 992. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 246. *n.* 4. latè Sanfelic. *decis.* 363. *per tot. cum Addit.* Trivis. *dec.* 6. Paul. Christin. *dec.* 40

34. *per tot. vol.* 1. *& decis.* 104. *vol.* 6. ubi etiam quid si appellatio sit deserta, an fatalia possint prorogari, & quomodo consideranda ad evitandam desertionem. Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 4. *tom.* 2. *& rubr.* 10. *quæst.* 14. *a n.* 75. *tom.* 2. Abecales. & Crescin. *obser.* 21. *part* 2.

Quid autem si fuerit dictum de nullitate, an primus judex, vel Superior ipse cognoscat de meritis, vide Giurb. *decis.* 70. Sanfelic. *decis.* 95. & dixi in *§. Appellatio n.* 49.

Quod judex appellationis non possit præjudicare appellanti rejiciendo appellationem, vel moderando inhibitionem in causa appellabili, *leg. eos, Cod. de appellat.* Bich. *dec.* 422. *n.* 17. *& seqq.*

41 Judex competens quisnam dicatur pro executione sententiæ, à qua fuit appellarum, an ille, à quo, vel ille ad quem, vel uterque, & quid quando sententia fuit confirmata, vel revocata, vide Gratian. *discep. for.* 40. *n.* 34. *et per tot. & cap.* 978. *num.* 22. *&c.* Franch. *decis.* 355. latè Scacc. *de appellat. qu.* 21. *art.* 7. *n.* 162. *& seqq. per tot.* ubi quòd regulariter executio spectat ad judicem ad quem, nisi sententia fuerit solo cursu temporis confirmata, vel nisi agatur actione judicati, & in aliis casibus, ut ibi per eum, vide Cardin. Tusch. *litt. I. conclus.* 462. *& seqq.* dixi *in §. Executio n.* 13. *& §. Sententia n.* 49. Paul. Christin. *decis. Belg.* 297. *n.* 28. *& seqq. vol.* 2. *& decis.* 112. *num.* 5. *&c. & decis.* 113. *vol.* 4. *& dec.* 200. *vol.* 6. Anton. Picard. *Pract. Instit. part.* 4. *§.* 24. *per tot. fol.* 139. vide Add. ad De Franch. *loc. cit. dec.* 355.

Quòd quando sententia fuit confirmata per aliam sententiam, judex appellationis sit competens pro executione, secùs si ex solo temporis lapsu, etiam declarato à judice appellationis, Altograd. *cons.* 41. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 1. Paul. Christin. *dec.* 217. *num.* 7. *vol.* 4. *& dec.* 200. *vol.* 6.

Quòd lapsis fatalibus appellatio remaneat deserta, & causa ad primum judicem revertatur, qui ideò potest licitè suam sententiam exequi, Lancell. *de attent. appell. pend. amplint.* 1. *n.* 34. *& seqq.* Put. *dec.* 2. *de appell.* Possent. *singul.* 92.

Intelligendo sequuta prius desertionis declaratione per judicem ad quem, præsertim ubi desertio non est clara, vel appellatio fuit commissa in Curia Romana, à quà extrahi non potest absque rescripto Papæ quacumque desertione non obstante, Seraph. *dec.* 555. *n.* 9. Cavaler. *dec.* 333. *n.* 3. cum aliis per Rot. *part.* 7. *recent. decis.* 296. *nu.* 4. *&* 5. *& part.* 10. *decis.* 226. *nn.* 8. *et seqq. per tot.* vide *in §. Causa n.* 10. Rot. *d. part.* 10. *decis.* 264. Thom. Trivis. *dec.* 27. *lib.* 1. ubi quod à quo potest assignare terminum appellandi ad se præsentandum judici ad quam, & eo lapso, nihil acto, nec aliqua justa excusatione adducta, sententia facit transitum in rem judicatam, & absque alia pronuncia potest à judice, qui eam tulit executioni demandari secundum praxim illius Tribunalis, pro qua facit Lancellot. *de attent.* 12. *limit.* 14. *n.* 1. *et seqq.* Possent. *sing.* 92. *per tot.* ubi quòd potest illam exequi absque alia pronuncia super desertione si non sit inhibitus. Vide Abeccles. & Crescin. *obser.* 7. *part.* 2.

Ad quem spectet declarare super desertione appellationis, an judici à quo, vel judici ad quem, Grat. *d. cap.* 49. *n.* 24. *et seqq. et decis.* 223. *per tot.* vide *in §. Executio n.* 13. *§. Sententia nn.* 49. Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 721. *per tot.* ubi quòd post appellationem, illius prosecutionem, commissionem causæ, & inhibitionem, non judici à quo, sed judici ad quem spectat super desertione declarare; quando autem fuit simpliciter appellatum, causa non fuit alteri commissa, & nihil amplius actum, tunc potest judex à quo lapsis solitis terminis suam exequi sententiam si sit ordinarius, secùs si delegatus, qui eget nova commissione: Et de praxi, & stylo Curiæ Romanæ declarandi, vel non declarandi desertas causas de partibus, latè Rot. *dict. part.* 18. *decis.* 772. *per tot.* De Luc. *de Judic. disc.* 37. *n.* 27. *de Alienat. disc.* 56. *n.* 3. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.*

Quamvis judex appellationis procedere debeat confirmando, & non exequando mandata à primo relaxata, tamen potest etiam novum exequatur relaxare, & dicitur virtualitèr, ac implicitè confirmare, ita ut inducatur conformitas sententiarum, Rot. *part.* 9. *recent.* 953. *n.* 1. *et seqq.*

42 Judex pendente appellatione à definitiva non potest expensas litis taxare, licèt sibi taxationem reservaverit, nisi faciat in continenti, & maximè post inhibitionem, adeò ut hujusmodi taxatio esset revocanda per viam attentatorum, Gratian. *discept. forens. cap.* 349. *per tot. cap.* 698. *num.* 13. *etc.* ubi videtur contrarium asserere: ad confirmationem tamen primæ opinionis Magon. *dec. Flo.* 78. *n.* 2. *etc.* vide *in §. Expensæ n.* 26. *et in meis resol. cap.* 41. *n.* 3. *et seqq.* facit supra *nn.* 39. *in fine*. Vide Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *cap.* 349. *cit.*

Quid autem generaliter possit facere judex à quo pendente appellatione, vide Duen. *reg.* 42. *verb. Appellatio* ubi ponit 23 casus, in quibus potest se ingerere, Lancellot. *de attent. c.* 12. *limit.* 4. *etc.* Scacc. *de appellat. quæst.* 3. *n.* 20. *etc.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14 *tit.* 26. *nu.* 811. *et seqq. fol.* 594. dixi *in §. Appellatio nn.* 14. 16. *et §. Attentata num.* latè Tusch. *litt. I, conclus.* 459. *et seqq.*

Quòd judex à quo post appellationem ab interlocutoria, cui non detulit, possit procedere donec fuerit inhibitus, vide Marant. *de ord. jud. par.* 6. *de appell. nn.* 161. *et* 169. Paul. Christin. *dec.* 35. *vol.* 1. ubi etiam an sententia lata eadem die, qua præsentata fuit inhibitio sit revocanda uti attentata, vel præsumatur lata ante inhibitionem ad illam sustinendam, vide *in §. Inhibitio n.* 3.

43 Judex non condemnando in expensis intelligitur tacitè ab illis absolvere, nisi adsit statutum aliter disponens *l. terminata C. de fruct. et lit. expens.* Asin. *in Praxi §.* 32. *limit.* 3. *n.* 6. dixi *in resolut. cap.* 6. *nu.* 11. ubi etiam latè quando justa causa litigandi excuset ab expensis, etiam stante statuto, quòd victus victori in expensis condemnetur, vide *in §. Absolutio n.* 34. 35. *et* 36. Vide Statutum nostrum Parmense *lib.* 2. *rubr. quod victus victori*. Et an hoc nostrum statutum habeat locum in causa criminali, diebus elapsis consulvi pro affirmativa sententia, non obstante prætensa in contrarium observantia.

Intellige dictam conclusionem lia judiciis, quæ explicitam condemnationem requirunt, secùs autem in illis, in quibus implicitè veniunt expensæ ex natura judicii, & juris dispositione, ut in revocatione attentatorum, in manutentione, & hujusmodi, ad tradita per Bich. *dec.* 334. *per tot.*

Qualiter non condemnando ad expensas petitas obligatur ad restitutionem, nisi ex justa causa id omiserit, Alvarez. de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 11. *annot.* 3. *nn.* 14. *&c.* Vivi. *comm. opin.* 404.

Et generaliter an judex in eo, in quo non condemnavit dicatur absolvisse, vel potius omisisse, Mart. Medic. *decis.* 40. *per tot. cum addit.* Magon. *dec. Flor.* 9. *n.* 19.

Quòd præsumatur se velle conformare cum dispositione juris, & actus suos secundùm legem ordinasse, Magon. *dec. Luc.* 30. *n* 19. *&c.*

44 Judex habens reum carceratum, tenetur infra mensem causam expedire, ipsum relaxando, vel condemnando, *l. fin. ubi DD. C. de custod. reis*, quamvis hodie malè servetur, vide *in §. Testis num.* 48. Paul. Christin. *ad leg. Municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 5. *n.* 3. ubi qualiter possit excusari judex, qui delictorum vindictam longa patientia exercet, facit Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 67. ubi de computando tempore carcerationis, vel alterius detentionis in pœnam delicti, de quo dixi *in §. Carcer. n.* 2. *cum addit.* Quæsad. Pilo *contr.* 46 vide *in §. Causa n.* 29. *in fine*.

Qualiter autem teneatur prius condemnare contumaces, & quare, vide *in §. Contumacia n.*

45 Judex originis, vel domicilii potest procedere contra subditum suum pro delicto extra suum territorium, & jurisdictionem commisso, interest enim Reipublicæ bonos subditos habere, quia mali dicuntur ubicunque delinquant, Clar. *§. fin. quæst.* 39. Cabal. *resol. crim. cas.* . 62. *n.* 3. *&c.* Farinac. *qu.* 7. *num.*

num. 20. &c. vide in §. Statutum pœnale n. 8. & stat. general. n. 21. ubi quòd tunc originis, vel domicilii, adde Sanfelic. dec. 336. cum addit. Calvin. de æquit. lib. 3. cap. 226. per tot.

Ad partis querelam, & instantiam non est difficultas, quòd procedere potest, Guaz. def. 1. c. 26. n. 4 Cabal. cas. 3. n. 9. Tondut. de prævent. part. 2. cap. 11. n. 1. &c. Conciol. resolut. crim. verb. Forum resol. 4. per tot. Addit. ad Sanfelic. dict. decis. 336. vers. & licèt maxima &c. Vivi. comm. opin. 420. n. 7. ubi intelligit quando delictum est patratum à subdito contra subditum. Campan. de forjud. resol. 13.

Ex officio verò, & per Inquisitionem negat, latè idem Guaz. def. 1. cap. 14. Roland. cons. 19. Thes. dec. 9. Gramat. dec. 26. n. 6. Merl. dec. 209. nu. 12. Viv. d. comm. opin. 420. ubi limitat in fure, qui repertus cum re furata potest ubique puniri, de quo dixi in §. Furtum. De Paulis in Margarita Fisci c. 7.

Quòd imò possit etiam ex officio procedere, Magon. decis. Luc. 36. n. pr. & decis. 70. per tot. Franch. dec. 66. & decis. 505. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 236. fol. 93. Tondut. d. cap. 11. Conciol. resol. crim. verb. forum resol. 4. nu. 4. & 5. maximè in delictis gravibus, & enormibus. Latè Add. ad De Franch. loc. cit.

Intellige prædicta, dummodò possit haberi, vel probari corpus delicti, nam hoc opus, hic labor, & sine eo nihil agi potest, ut dixi in §. Corpus delicti n.

Quodnam autem forum dicatur potentius, an illud delicti, vel illud originis, vel domicilii, & utroque procedente prævaleat, latè Franch. dec. 505. per tot. Conciol. resolut. crim. verb. Forum resol 4. nu. 8. & seqq. vide in §. Delinquens n. 6. §. Delictum n. 21. §. Forum n. 1. &c. §. Præventio n. 4. Vivi. comm. opin. 420. Sanfelic. dec. 68. per tot. ubi quid si Baro, vel judex originis, vel domicilii prævenit, & habet in suo privilegio clausulam procedendi, etiam pro delictis commissis extra territorium, & post plura hinc inde judicatum refert ad favorem judicis loci delicti in secunda instantia, licèt in prima judicatum fuerit pro judice originis, & dec. 336. cum addit. Vide Add. ad De Franch. loc. cit.

Quòd non attendatur forum personæ offensæ, vide in §. Delinquens num. 6.

Potest tamen in dictis casibus ad omnem bonum finem, & effectum confici processus informativus pro habenda veritate facti, & secundùm aliquos etiam puniri, ut dixi in §. Delinquens num. 6.

Quòd Baro, vel Princeps domicilii, vel originis non possit facere gratiam de delicto extra illius territorium commisso, sed spectet ad Principem loci delicti, & alia Ricc. Collect. 2946. ubi etiam quòd legitimè obtenta gratia, vel aliter concordato in loco delicti, non potest amplius judex originis, vel domicilii cognoscere &c. vide §. Gratia num. 3. Sanfelic. dec. 86. Calvin. de æquit. libr 3. cap. 226. ubi quando punitus in loco delicti possit puniri etiam in loco originis, nempè si pœna non fuit condigna, vel non fuit soluta.

Plura de foro domicilii, & originis tradit, & de ejus effectibus Carleval. de judic. disput. 2. q. 1. & 2. per tot. & q. 7. n. 735. & seqq. Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 6. per tot. ubi examinat doctrinam Carlev. Abecclef. & Crafcin. obser. 112. part. pr. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 26. tom. pr.

Quòd in Dominio Veneto judex originis non puniat delictum à suo subdito alibi commissum, testatur Bonifac. de furt. in §. Contrectatio num. 35. Et idem ego testari possum in Dominio Florentino, ubi tamen supplicatur Principi pro assecuratione, & Princeps remittit ad tractandum cùm Auditore Fiscali, qui facit decretum non molestari; ut videri potest in officio Fisci, Et non sine ratione, quia non desunt gravissimi Auctores tenentes judicem originis, & domicilii non posse procedere contra delinquentes extra territorium, relati per Farinac. d. q. 7. num. 19. & Addit. ad Sanfelic. dec. 336. Caldas Pereyra cons. 23. num. 15. ubi quòd Judex originis, vel domicilii non potest inquirere, & cognoscere contra subditum suum pro delicto alibi commisso extra territorium, & testatur de magis communi pluribus citatis.

Sed quòd Judex originis, vel domicilii possit stante enormitate delicti, & sic in atrocibus, vel atrocioribus punire pœna ordinaria suos subditos extra territorium delinquentes, licèt pro parte offensa nullus compareat ad denunciandum, ve accusandum, cùm procurator fisci suppleat, benè probat Ant. Gob. Consult. 57. per tot. vide Tondut. de prævent. p. 2. c. 11. per tot. ubi etiam de præventione inter Judices originis, & loci commissi delicti, & quando sint remittendi delinquentes.

Non obstante autem prædicta assecuratione, ac ubi agitur de delicto gravi, putà homicidio dolosè, & appensatè commisso, vidi delinquentes processari, & puniri etiam in Dominio Florentino ratione solius originis, non tamen pœna ordinaria, sed arbitraria miniori, veluti confinii juxta opinionem Thes. decis. 90. in fine. Tondut. de prævent. part. 2. cap. 11. nu. 16. Carleval. de judic. part. pr. disput. 2. num. 741. in fine, Calvin. de æquit. d. cap. 226. nu. 20. & signanter ità fuit servatum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum de mense Decembris 1675. in causa contra Romulum Stephani Fabrini, & alios de Vicchio Muselli: imò in atrocissimis reperi fuisse pœna ordinaria furcharum de anno 1654. de voto D. Mercurialis Merlini condemnatum quemdam Josephum Casellum Florentinum pro homicidio proditorio, & assassinio Lucæ commisso, ut in Giornali negotiorum dicti Magistratus 581. a 141. sententia tamen, licèt esset in Fortiis Curiæ, non fuit executioni demandata, sed transmissus in depositum ad triremes, & tandem post 23. annos tempore meo liberatus anno 1677. die 9. Julii.

46 Judex de generali consuetudine omnium tribunalium, potest hodiè ex officio procedere, & inquirere ad publicam vindictam in omnibus criminibus, excepto adulterio, cujus accusatio competit tantùm quibusdam personis de quibus dixi in §. Adulterium n. 3. §. Accusatio nu. 12. & §. Inquisitio nu. 4. Clar. §. fin. q. 3. Cabal. resolut. crim. cas. 114. per tot. Farinac. quæst. pr. num. 10. Boss. tit. de inquisit. n. 8. Zuff. de legitimat. process. lib. 2. qu. 92. num. 12. & q. 120. num. 9. etc. Conciol. resol. crim. verb. Inquisitio resolut. pr. per tot. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 71. per tot. ubi in specie de crimine libelli famosi, &c. latè Cresp. de Valdaur. observat. 4. per tot. ubi plura an, & quando pro adulterio, incestu, & similibus casibus possit Judex procedere ex officio, vel non. Latè Carpzov. in prax. crim. quæst. 107. à num. 56. Vide Pellegrin. in Prax. Vicar. part. 4. sect. 2. n. 55. & 56.

Debent tamen præcedere legitima indicia, & informationes, licèt statutum daret liberum arbitrium procedendi, Magon. decis. Lucens. 22. per tot. aliàs potest judex in Syndicatu conveniri ad omnia damna, & interesse, Rol. cons. 94. num. 13. lib. 4. Guaz. def. 9. cap. 1. num. 7. dixi in Praxi §. Giudici n. 36.

Quando autem præsumatur pro judice, & gestis ab illo, latè Menoch. lib. 2. præsump. 67. & 68. per tot.

Non etiam potest judex procedere pro delicto commisso in personam banniti, sive alterius, cui ex forma statuti non competat actio, quia ubi denegatur actio parti, denegatur etiam Fisco, Clar. §. fin. q. 50. in fine.

In stupro etiam ad servandum decus muliebre, ut plurimùm vidi ex officio non procedi, sed tantùm ad querelam stupratæ, vel conjunctorum, prout in adulterio, & dixi in Praxi in Præfat. n. 7.

Quòd judex asserens famam publicam præcessisse inquisitionem, vel delictum esse notorium, non faciat fidem, sed fama, & notorietas debeat aliter apparere ex actis, & testibus, Clar. §. fin. q. 31. vers. fama publica, Guaz. def. 9. c. 1. num. 4. Magon. dec. Luc. 22. n. 5.

De officio judicis in procedendo, quomodo teneatur procedere per inquisitionem, quotuplex sit inquisitio, quæ ad illam requirantur, & quæ ad torturam, an possit ex indiciis condemnare, & alia pro instructione conscientiæ ipsius judicis, Gibalin. de univer. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art. 4. fol. mihi 576. &c. Pellegrin. dict. sect. 2. per tot.

Ju-

47 Judex dubitans an vulnus alicui illatum sit mortala, debet supersedere in expeditione causæ, donec sibi innotescat exitus illius vulneris, nam si processerit ad transmissionem inquisitionis pro vulnera, & postea sequatur mors, redduntur omnia frustratoria, & opus est novo processu, nova inquisitione, & nova condemnatione, Clar. §. *fin. q.* 32. *vers. sed pone*, Boer. *decis.* 323. *num.* 6. Franch. *dec.* 324. vide *in §. Homicidium n.* & *§. Vulnus n.*

48 Judex potest interdum ad eruendam veritatem promittere reo impunitatem, quam tenetur promissam servare si sit talis, qui possit de delicto veniam, & gratiam facere, aliàs potest non obstante hujusmodi promissione condemnare reum, qui sibi imputare debet, si ità facilis fuit ad credendum; debet tamen judex quantum fieri potest abstinere ab hujusmodi promissionibus, quas servare non potest, Clar. §. *fin. qu.* 55. *vers. Circa primum*, Guaz. *def.* 20. *cap.* 24. & 25. Farinac. *qu* 81. *cap.* 8. *per tot. num.* 276. *&c.* latè Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 16. *per tot.* plenè Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *per tot.* vide, quæ dixi *in Compendio de qualit. jud. perfect. cap.* 19. *vers. & quamvis judex &c.* Vide Basilic. *dec. crim.* 5. Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 4. *quæst.* 4. *a nu.* 15. & *tract.* 7. *quæst.* 3. *num.* 5.

Quòd judices inferiores non possint impunitatem reo promittere, & eam promittendo, & sic reos decipiendo graviter peccent, notat P. Manar. *Noct. Malencol. interrog.* 43. *fol.* 80. Pac Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib* 13. *tit.* 5. *n.* 87. *fol.* 48. latiùs *lib.* 14. *tit.* 16. *nu.* 213. *&c. fol.* 561. Farinac. *de furtis* §. 4. *nu.* 18. *&c.* Farinac. *loc. cit.* Dian. *loc. cit.* latè Velasch. *ubi supra*. Vide Bellegrand. *loc. cit.*

Quòd si confessus sub spe impunitatis perseveret in confessione possit puniri, & qua pœna, quid si revocet, vel non revocet, nec ratificet, Menoch. *de arbitr. cas.* 367. *per tot.* quem sequitur Pac. Jordan. *d. tit.* 16. *num.* 218. *&c.* Sperel. *dec.* 148. *nu.* 61. *&c.* Farinac. *loc. cit.* & dixi *in §. Confessio nu.* 35. vide Velasc. *loc. supr. cit.* & *in meo supr. cit.* Compend. *de qualit. jud. perfect.* Vivi. *comm. opin.* 415.

An, & quando judex possit uti dolo, vel fallacia pro veritate eruenda, vel pro reo capiendo, & an teneatur fidem datam servare, latè Sperel *dec.* 148. Pac. Jordan. *d. tit.* 16. *n.* 213. & *seqq. ad* 238. *fol.* 561. ubi quomodo promissam impunitatem servare teneatur, & quibus cautelis, vel simulationibus licitè uti valeat, & à quibus abstinere debeat, facit quod dixi *supra nu.* 57. *vers. Quod si reo*, vide Dian. *part.* 11. *tract.* 7. *resolut.* 16. *per tot.* plenè Velasch. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *per tot.* & quæ notavi in dicto compendio *cap.* 19. *vers. Et quamvis Judex &c.* Vivi. *comm opin.* 415. *per tot.* latè D. Fulv. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14 & *seqq. ubi num.* 19. *fol.* 112. citat meam Pract. §. *Giudici n.* 33. collocando me honorificè inter viros graves.

49 Judex potest intus carceres cum carceratis mittere exploratores, & similes viles personas ad observandum quid dicant, vel agant, ac uti aliis cautelis licitis, & honestis ad eruendam veritatem, Cartar. *Pract. Interrog. reor. lib.* 2. *n.* 46. Guaz. *def.* 20 *cap.* 32. *nu.* 7. Farinac. *q.* 81. *n.* 307. & *seqq.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 230. *fol.* 563. ubi tamen consulunt excepto crimine hæresis, in aliis abstinendum esse ab hujusmodi cautelis, quod laudat etiam Posseat. *singul* 300. *per tot.*

Et quòd dicta missio exploratorum, sive vilium personarum cum carceratis sit permissa tantùm ad effectum invigilandi ad custodiam reorum, & non aliter, ostendit Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 9. *cap.* 1. *n.* 9. *&c.*

Quibus cautelis, & simulationibus possit uti judex, vide Farinac. *quæst.* 81. *cap.* 8. Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *per tot.* dixi in Compendio *de qualit. jud. perfect. cap.* 19. *per tot.* Bellegrand. *in compend. rer. crim. method. tract.* 4. *quæst.* 4. *n. pr.* & *quæst.* 5. *n.* 19.

50 Judex non potest per suggestionem extorquere à reo confessionem, aliàs totus vitiatur processus, quando autem dicatur ut suggestione, & alia vide per Guaz. *def.* 20. *cap.* 13. *per tot.* Clar. §. *fin. q.* 45. *vers. debet autem*, Farinac. *q.* 83. *num.* 88. & *seqq.* Bellegrand. *dict. tract.* 4. *quæst.* 5. *n.* 11.

De suggestione vitanda, & quomodo se gerere debeat judex, Scanarol. *de visit. carcer. libr.* 2. §. 9. *cap.* 1. 2. 3. 4. & 5. *per tot.* Latè Bellegrand. *dict. qu.* 5. & *in Indic. verb. suggestio*.

Quòd suggestio sit prohibita, etiam circa testes in criminalibus, quicquid sit in civilibus, dixi *in Prax. §. Giudici nu* 37.

Quod judex non possit ex se ipso examinare testes, vel alios absque interventu publicæ personæ notarii sub pœna nullitatis actorum, & suspicionis falsitatis, latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 76. *num.* 68. & *seqq.* vide *in §. Acta num.* 1. *cum addit. supra nu.* 4. *in fine*, & Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 176

51 Judex antequam deveniat ad torturam de jure debet facere decretum de torquendo, & in illo summatim exprimere causas, & indicia, à quo decreto pariter de jure datur appellatio, licèt de consuetudine non servetur, vide Guaz. *def.* 30. *cap. pr. per tot.* & dixi *in §. Appellatio num.* 37. Ant. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *q.* 26. *per tot.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 14. *præsertim n.* 48.

Qualiter puniatur judex indebitè aliquem torquendo, si moriatur, vel etiamsi non moriatur, Menoch. *de arbitr. cas.* 340. *per tot.* Cardin. Tusch. *litt. I, conclus.* 410. & 411. *per tot.* Farinac. *quæst.* 37. & *quæst.* 27. ubi etiam quid si indebitè aliquem carcerare fecerit, Paul. Christin. *ad leg. Municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 7. *n.* 11. Alia vide *in §. Inditium*, & *§. Tortura*.

52 Judex carnaliter cognoscens mulierem, sive honestam, sive meretricem carceratam, vel coram eo litigantem, qualiter sit puniendus arbitrio Superioris, quia lex non permittit sub publica fide vel custodia aliquid turpe committi, Menoch. *de arbitr. quæst.* 88. *n.* 21. *&c.* & *cas.* 592. *per tot.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 503. *per tot.* Guaz. *def.* 6. *cap.* 1. *n.* 58. dixi *in §. Officialis n.* 10. & *§. Coitus n.* 3.

53 Judex dimittens aliquem sub fidejussore non idoneo tenetur in subsidium; ne autem teneatur, debet facere tantùm decretum de excarcerando suo fidejussore idoneo, & in alio non se ingerere, quo casu tenetur Notarius fidejussorem recipiens; sed ne teneatur etiam Notarius, debet adhibere approbatorem, & laudatorem fidejussoris, ac de hujusmodi approbatione facere constare in actis, vel instrumento, quo casu, quamvis, nec approbator sit idoneus, non tenetur judex, neque Notarius, vide Guaz. *def.* 6. *cap.* 2. Bost. *de car. fid. dimit.* Cabal. *resol. crim. cas.* 73. ubi pulchrè docet, quo remedio possit uti judex, qui fidejussorem non idoneum recipit, Marsil. *de fidejuss. num.* 345. vide *in §. Fidejussor num.* 2. & *§. Notarius num.* 26.

Quòd imò in subsidium remaneant obligati judex, & Notarius, & quomodo, vide Gratian. *decis.* 69. *per tot.* Scanarol. *de Visit. Carcer. lib.* 1. §. 11. *cap.* 1. *num.* 35. *&c.* id, quod cautum esse lege Municipali Florentiæ, dixi *in praxi §. Rettori num.* 76. Rovit. *dec.* 83. & 161., ubi Alterius.

An autem, & quando judex possit, vel debeat relaxare carceratum sub fidejussione dixi *in §. Carceratus num.*

54 Judices plures discordantes in condemnando, ut quia unus damnet ad mortem, alius ad confinium, vel aliam pœnam, & alius ad pœnam pecuniariam; qualiter sint ad concordiam reducendi, & cujusnam sententia prævaleat, vide Cabal. *resolut. crimin. cas.* 119. *per tot.* Gratian. *disceptat. cap.* 187. *per tot.* Franch. *decis.* 336 *per tot.*

Quòd stetur sententiæ plurium, & si sint pares numero & ordinarii prævaleat favor rei, si delegati pendeat ex arbitrio delegantis, si arbitri neutra valeat sententia, & si data sit facultas assumendi tertium in casu discordiæ, non est locus hujusmodi electioni, nisi prius legitimè constet de discordia, Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. num.* 186. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 419. *per tot.* facit quod dixi *in §. Periti num.* Vide Constit. Ducales Parm. & Placent. *tit. de Consil. §. sed si vota*

Quando sunt plures judices delegati in eadem causa,

ſa, unus abſque altero nihil facere poteſt, cum cenſeatur eorum induſtria collegialiter electa, Seraph. dec. 535. Maſtril. dec. 292. Chriſtin. deciſ. 397. vol. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 187. num. 11. Ricc. Collect. 3963. vide in §. Delegatus num. 10. in §. Remiſſoria. n. 4. Creſcin. ad Pen. deciſ. 144.

Judices tamen plures dati cum clauſula (ut major pars &c.) dicuntur dati in ſolidum, & ſi ſint dati cum judice ordinario, an dicantur adjuncti, vel omnes principales, quid ſi ordinarius mutetur, an ſucceſſor ſubrogetur &c. Martha vot. Piſ. 251. facit Ludoviſ. deciſ. 327. & dixi in §. Remiſſoria. n. 4.

55 Judex ille qui tulit ſententiam condemnatoriam, non autem, qui eam tantùm executioni demandavit, debet habere ratam pœnæ ſibi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis applicandam, prout de Capitaneo Juſtitiæ Senatum firmat Gratian. diſcept. for. cap. 956. nu. 12. &c. vide Card. Tuſch. litt. I, concl. 431. per tot. ubi de emolumentis debitis judici anteceſſori, vel ſucceſſori.

Debet tamen pœna ſolvi in manibus depoſitarii Fiſcalis, qui poſtea diſtribuit ratas cuique tangentes, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 840. n. 2. & per tot. vide in §. Pœna n.

56 Judex unius loci; vel territorii non poteſt exequi in bonis condemnatis ſitis in alieno territorio, niſi per litteras requiſitorias in ſubſidium juſtitiæ; l. à divo Pio §. Sententiam ff. de re jud. Petr. Cabal. reſol. crim. caſ. 291. n. 2. Alin. in Praxi §. 31. cap. 9. per tot. Montan. de tut. cap. 32. reg. pr. num. 5. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 389. per tot. Card. Tuſch. litt. I, concluſ. 466. per tot. Pac. Jordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 25. n. 334. & ſeqq. fol. 530. ubi de hoc plura ſummatim de more, Martha vot. Piſ. 120. n. 3. & ſeqq. ubi quod judex territorii, in quo eſt facienda executio dicitur executor mixtus, poteſt ac debet cognoſcere de viribus, & juſtitia ſententiæ judicis alterius territorii, ac de nullitatibus, & ſic tunc cauſa bis revideri poteſt à diverſis judicibus diverſæ dictionis, idem Mart. vot. 179. n. 7. & vot. 197. ubi idem ſi ſententia ſumat robur à jure municipali, & quare, Roſa conſult. 4. De Luc. de juriſd. diſc. 109. Abecclef. & Creſcin. obſer. 177. & 178. part. pr. Altimar. de nullit. rubr. 3. quæſt. 20. n. 1. tom. 1.

Quid autem in criminalibus, an judex unius territorii poſſit exequi ſententiam judicis alterius territorii; dic quod ſic, quando ſunt ſub eodem Principe, & ſub eodem Præſide Provinciæ, ſi videat quòd ſententia mereatur executionem, aliàs ſecùs, Clar. §. fin. q. 54. n. 6. & quæſt. 96. n. 9. cum Addit. latè Guaz. defenſ. pr. cap. 16. per tot. & defenſ. 38. cap. 4. Farinac. quæſt. 11. num. 61. Cabal. reſol. crim. caſ. 161. per tot. Cartar. de execut. ſent. cap. bannit. cap. fin. n. 21. & ſeqq. Scacc. de jud. lib. 2. cap. 63. n. 6. & ſeqq. cū aliis ab ipſis citatis, & facit quod dixi ſupra nu. 32. idem Cartar. d. tract. cap. 1. nu. 241. vide in §. Sententia num. 40.

57 Judex inferior tenetur exequi ſententiam ſuperioris, etiam injuſtam, præterquam in criminalibus, Aſin. in praxi §. 31. cap. 17. col. 4. per text. in cap. paſtoralis §. quia ubi notant DD. extr. de off. deleg. latè Marant. ad partes diſput. 1. per tot. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 146. & cap. 389. Rot. part. 13. recent. deciſ. 75. n. 5. ubi quòd judices inferiores neceſſitatem potiùs parendi habent, quàm auctoritatem, & juſtitiam mandatorum Rotalium diſcutiendi Abecclef. & Creſcin. dict. obſer. 177. part. 1.

Judex successor in officio utitur jurisdictione prorogata antecessoris. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *qu.* 54. *n.* 1. *tom.* 1.
Judex superior Judicis prorogati cognoscit de appellatione sententiæ Judicis prorogati. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *quæst.* 14. *n.* 4. *& 5. tom.* 1.

535 Judex potest cogi sententiare. Altimar. *de Null. rubr.* 9. *quæst.* 14. *n.* 9. *tom.* 1. & potest causas prorogatas delegare sicut proprias. Altimar. *ibid. n.* 20.

536 Judex loci ubi est latum laudum, nulliter procederet in revisione illius, si non citaret arbitros. Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *qu.* 16. *n.* 42. *tom.* 1.

537 Judex appellationis potest excomunicatos appellantes absolvere cum reincidentia. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 22. *n.* 34. *& 35.* Caprar. *dec.* 610. *n.* 22. *part.* 2.

538 Si Jurisdictio non aderat in primo Judice, concurrere non potest in altero illi subrogato. Ubert. *de Citat. p.* 3. *cap.* 13. *sub n.* 678. *vers. quandoquidem.* Caprar. *dec.* 63. *n.* 8. *part.* 1.

Judicis Jurisdictio cessat secuta transactione. Rota 539
cor. Amat. Dunozet. *dec.* 298. *n.* 5. *& 6.* Caprar. *dec.* 94. *n.* 12. *part.* 1.

Judices, sive Laici, sive Ecclesiastici, non tenen- 540
tur in eorum sententiis rationes exprimere. Caprar. *dec.* 215. *n.* 10. *p.* 1.

Judex non est, nisi qui habet Jurisdictionem. Rot. 541
dec. 132. *sub nu.* 10. *& seqq. part.* 19. *rec.* Caprar. *dec.* 213. *n.* 2. *p.* 1.

Concessa facultate judicandi, & judicium ferren- 542
di, quæ dicantur concessa. *text. in l. alium* 7. *§. fin. ff. de ver. oblig.* Caprar. *dec.* 215. *n.* 5. *p.* 1.

Judices, & alii Jurisdictionem exercentes tenentur 543
in ingressu eorum Officii juramentum præstare de bene, & fidelitèr, amore, odio, & favore postpositis judicando. Pignatell. *consult.* 6. *n.* 1. *& seq. & per tot. tom.* 7. Caprar. *d. dec.* 213. *n.* 3. *p.* 1.

Judex ob aliqua accidentia superventa post obitum 544
testatoris, debet facere, quod verisimiliter faceret testator si viveret, ut pote in ejus locum subrogatus Fontanel. *dec.* 546. *in fin. & dec.* 547. *& 548. nu.* 8. *p.* 1. Caprar. *dec.* 163. *n.* 14. *part.* 1.

Judicis mens talis præsumitur, qualis de Jure esse 545
debet. Rot. *dec.* 112. *sub n.* 3. *p.* 2. *divers.* Caprar. *dec.* 484. *n.* 3. *part.* 2.

Judex, quæ in processu videre teneatur. Pellegr. 546
in prax. Vicar. part. 2. *sect.* 2. *subsect.* 14. *num.* 1. *pag.* 169.

Judex quis sit, & unde dicatur. Pellegrin. *in prax.* 547
Vicar. part. 2. *premiss.* 2. *n.* 16. *pag.* 72.

Judex quid facere debeat, antequam sententiam 548
proferat. Pellegrin. *in prax. Vicar. part.* 4. *sect.* 16. *n.* 1. *pag.* 442.

Judices, & assessores nequeunt eligi de Loco, seu 549
Civitate, vel in Patria. Pellegrin. *in Pract. Vicar. in princ. in monit. gener. pro Episc. nu.* 2. Crescin. ad Abecceles. *addit. ad Præf. n.* 31. & affertur auctoritas D. Caroli Borromei. Card. De Luc. *de Jud. disc.* 4. *n.* 8. Crescin. ad Anecceles. *ibid. n.* 32. *p.* 1. Adducuntur Ducal. Constit. & Statut. Parm. *ibid. n.* 33.

Si Princeps dedit certum locum Judex non potest 550
extra illum jus dicere Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *qu.* 32. *n.* 1. *tom.* 1. & latè Crescin. ad Abecceles. *obser.* 9. *n.* 10. *p.* 1. Judex tenetur sententiam ferre in loco suorum majorum, & ubi Jus reddi solet, latissimè Crescin. ad Abecceles. *obser.* 6. *n.* 1. *p.* 1.

Judex debet scire Leges, & Canones, & habere 551
experientiam causarum. Crescin. ad Abecceles. *obser.* 58. *n.* 2. *p.* 1.

Judex decreta Signaturæ Justitiæ religiosè debet ser- 552
vare, nec quidquam facere contra, vel præter illius formam. Emerix Jun. *dec.* 802. *n.* 3.

Judex judicare debet secundum opinionem curren- 553
tem de tempore actus judicati, licèt posteà contraria invaluerit. Rot. *dec.* 496. *num.* 5. *& 6. part.* 17. *rec.* Emerix jun. *dec.* 1084. *n.* 5.

Judex ordinarius eligi non potest in Arbitrem, 554
secus in arbitratorem, seu amicabilem compositorem Blanch. *de compromiss. q.* 2. *n.* 40. Emerix Jun. *dec.* 793. *n.* 2. *& dec* 894. *n.* 1.

Quilibet Judex potest inhibere ad tuendam pro- 555
priam jurisdictionem. Emerix Jun. *dec.* 1011. *num.* 1. Limita quando ad hunc ipsum effectum sunt deputati Judices particulares. Emerix Jun. *loc. cit.*

Judex subdelegatus vigore remissorialium non po- 556
test alteri delegare examen testium, receptionem etiam Juramenti, & compulsationem, extractionem, & collationem scripturarum. Rot. cor. Burat. *dec.* 290. *n.* 1. *& 2.* & cor. Bichio *dec.* 264. *num.* 9. *& 10.* Emerix Jun. *dec.* 1031. *n.* 9 *& 10. et seq.*

Judex Ecclesiasticus licitè inhibet sæculari, ne contra Clericum procedat Guazz. *def.* 1. *cap.* 3. *n.* 4. *in* 557
fin. Ciarlin. *contr.* 20. *n.* 41. Cabrun. *lucubr.* 7. *n.* 9.

Judex ecclesiasticus cognoscit, an Clericus gaudeat 558
privilegio fori Guazz. *loc. cit. n.* 1. Ciarlin. *ubi sup. n.* 42. Cabrun. *loc. adduct. n.* 10.

Judex sæcularis, cui constat de clericatu, etiam 559
per solam præsentationem litterarum ordinationis, statim Clericum per ejus familiam captum, tenetur remittere, & si non remittit, est excommunicatus Guazzin. *n.* 9. Ciarlin. *n.* 61. Cabrun. *n.* 16. *et* 17.

Ju-

160 Judex criminalis per accusationem procedens post processus publicationem, nec primos, nec novos testes examinare potest Cabrun. *lucubrat.* 11. *n.* 43. oedum super eisdem, sed neque super oovis *ibidem num.* 44.

161 Judex causæ principalis est etiam competens accessorii De Luc. *de Dot. disc.* 31. *n.* 5.

162 Obligatio facta ad favorem Judicis est nulla De Luc. *de Alienat. disc.* 42. *n.* 2. Quod intellige, ut *ibid. n.* 10.

163 Judex in arbitrariis non de facili convincitur de injustitia De Luc. *de Credit. disc.* 92. *n.* 16. *de Fideicomm. disc.* 11. *nu.* 7. *de Benef. disc.* 26. *nu.* 4. *de Tutor. disc.* 2. *n.* 8.

164 Plura de Judicibus Fagnan. *sup. Decretal. verb. Judex* ubi de Judice in genere, de Judice quoad appellationem, de Judicis arbitrio, de Judicis competentia, de Judice quoad compromissum, de Judice in criminalibus, de depotatione Judicis, de Judice ecclesiastico, de Judice quoad exequutionem, de Judice in causa propria, de Judice super incidenti, de Judice quoad juris interpretationem, de Judice laico, de Judice quoad litteras apostolicas, de Judicis officio, de Judice quoad pœnas, & censuras, de Judicis judicio, de Judicis recusatione, de Judice synodali Card. De Luc. *in Indice verb. Judex*, ubi de Judice in communi, de Judice appellationis, de Judice competente, de Judice delegato, de Judice ecclesiastico, de Judice laico, de Judice ordinario, de Judice suspecto, de Judice synodali Bellegrand. *in comp. rer. crim. method. in indic. gen. verb. Judex*, ubi de Judice in ordine ad appellationem, de Judice in ordine ad capturam, de Judice in ordine ad examen rei, & testium, de Judice in ordine ad impunitatem, de Judice injustè judicante, de Judice in ordine ad pœnam, & punitionem, de Judice in ordine ad probationem, de Judice in ordine ad processum, & illius publicationem, de Judice in ordine ad illius recusationem, de Judice in ordine ad Reum, de Judice in ordine ad testem, de Judice in ordine ad torturam.

§. JUDICIUM. XLII.

1 JUdicium est actus legitimus trium personarum in judicium contendentium, scilicet judicis, actoris, & rei, vel est ministratio justitiæ, quæ fit à judice in causa coram eo proposita, Marant. *part.* 2. *num.* 2. *&c. ad* 12. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *n.* 6. *fol.* 2. ubi plura de nomine judicii, illius significatione, etymologia, definitione, divisione, quot sint in judiciis consideranda, qui termini servandi, quomodo procedendum in summariis, & alia Tusch. *litt. I, conclus.* 478. *&c.* Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 1. *per tot. & part.* 13. *cap.* 1. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic.* 248. *volum.* 2. Peregrin. *tract. var. lib.* 2. *per tot.* ubi plenè de materia judiciaria, de qua etiam Costa *tract. de judiciis ad Rub. & cap.* 1. *Decretal. de judiciis*, vide De Luc. *de judic. disc. pr. num.* 27. *& seqq.* Rubeum *de confess. Jur. cap.* 3. *n.* 349. Fagnan. *in cap. vestra n.* 26. *de Cohabit. Cleric. & Mulier.*

2 Judicium habuit originem à jure naturali primævo, & divino, quando expulsus fuit Adam à Paradiso terrestri, quem cùm Deus citasset dicendo ubi es? & eo comparente & culpam suam in Deum retorquente, dicendo: mulier, quam dedisti mihi sociam ipsa me decepit, introductus fuit ordo litigandi ex necessitate, ne quis sibi ipsi jus diceret, & propria auctoritate sumeret ultionem, quod lex habuit pro abominabili, statuendo pœnam amissionis jurium talia facientibus, Marant. *part.* 3. *nu.* 123. *& seqq.* Tusch. *litt. I. conclus.* 479. Ridolphin. *in prax. in præfat. n.* 1. *& seqq. & part.* 3. *cap.* 1. *n.* 6. *& seqq.* vide Mancin. *de jure sacro dissert.* 3. *cap.* 6.

Quòd judicium sit universale, vel particulare, & qualiter universale faciat silere particulare, quomodo cognoscatur unum ab altero, an possit cumulari, & alia, Merlin. *dec.* 451.

De publicis judiciis ordinariis, & extraordinariis, & de publicis, vel privatis judiciis, capitalibus, & non capitalibus, *DD. in Rub. & titul. Institut. de pub. jud.* Gabriel. de Ballis *tract. de delict. cap.* 1. *n. &c. fol. mihi* 260. ac alii passim, Vela *de ordin. proced. in caus. cap.* 1. Pancirol. *lib.* 3. *var. cap.* 30.

Judicium accipitur variis modis secundum subjectam materiam, ut explicat Marant. *part.* 1. *per tot. gloss. in §. præterea Institut. quibus non est permiss. fac. test.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *n.* 3. *&c. fol.* 1. ubi ponit tresdecim judicii significationes, Tusch. *dict. conclus.* 478. *per tot.* 3

Qualiter judicium reddatur in invitum, idem Tusch. *litt. I. conclus.* 480.

Quæ sint substantialia judicii, quæ dicantur judicialiter gesta, quid operetur judicii valor, & alia, Tusch. *litt. I. conclus.* 481. *& seqq.*

Judicium ubi cœptum est, ibi terminari debet, *leg. ubi cœptum ff. de jud.* nisi fuerit cœptum ex necessitate suspicionis fugæ, vel simili quia tunc posset etiam alibi agitari, Gratian. *discept. for. cap.* 996. *n.* 5. *&c. cap.* 241. *n.* 25. *&c.* vide *in §. Forum n.* latè Tusch. *litt. I. conclus.* 487. *per tot.* Brunnemann. *in d. l. ubi cœptum* De Luc. *de Feud. disc.* 33. *n.* 2. *& disc.* 55. *n.* 3. *&* 4. 4

Vel nisi agatur cum miserabili persona, quæ potest virtute sui privilegii, judicio illo omisso, adire Principem, Menoch. *de arbitr. cas.* 66. *nu.* 30. ubi dupliciter istud declarat.

Quòd dicta regula, ubi judicium cœptum, ibi terminari debeat, maximè si opponatur de pendentia litis, fallat in multis casibus, ut si agatur contra contumacem, si primus judex sit negligens, & coram eo non possit justitiæ complementum obtineri, si superveniat urgens necessitas, si ex privilegio possit forum declinari, si agatur coram delegatis cum clausula *si non omnes &c.* vel de crimine hæresis, vel si cœptum sit coram arbitro, quia soluta pœna potest agi coram ordinario, vel si sumus in judicio executivo, vel si primum fuisset nullum, vel si per appellationem, recusationem, vel Superioris revocationem aliud fieri contingeret, Barbos. *de Axiom. jur. Axiom.* 132. *nu.* 1. *&c.* Tusch. *litt. I. concl.* 407. *per tom.* Gabriel. *comm. conclus. lib.* 2. *tit. de judic. conclus.* 1. *per tot.*

Quòd judicium non debeat ab excusatione incipere, sed à citatione Peregr. *dec.* 115. *n.* 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 3751. vide *in §. Præceptum num.* 1.

Judicium non potest mutari propter cessionem alteri factam lite pendente, cum post deductam actionem coram judice, etiam in casibus, in quibus esset tunc licita cessio, non possit cessionarius illam prosequi; Gratian. *disceptat. forens. cap.* 906. *num.* 15. *&c.* Duran. *decis.* 281. *n.* 6. *&* 7. vide *in §. Res litigiosa num.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 141. *vol.* 2. juxta tit. *C. de alienat. mutan. jud. cau. fact.* Brunnemann. *in d. tit. Cod.* 5

Sicut etiam assumens judicium pro alio non potest mutare qualitatem illius, nec liberare reum, sed continuari debet cum reo, & ipse citari, Peregrin. *dec.* 60. *n.* 4. *& seqq.*

Quòd cœpto judicio contra aliquem, qui postea banniatur, debeat Fiscus in illius prosequutione citari, & coram suo judice, Novar. *de elect. forens. quæst.* 40. *sect.* 4. *n.* 6. *&c.* Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 306. *& part.* 14. *decis.* 486. *n.* 9.

Judicium quando, & ex quibus causis reddatur nullum, vide Marant. *part.* 4. *dist.* 16. *per tot.* ubi 30. nullitates adducit, alias docet Vant. *de nullit. per tot.* Altimar. *in ejus doctiss. tractat. de nullit.* 6

Quòd judicium nullum possit convalidari per jus superveniens lite pendente ex causa de præterito, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 526. *nu.* 56. *cap.* 531. *n.* 13. *&c. cap.* 546. *n.* 36. *&c. cap.* 895. *n.* 19. *&c.* 903. *n.* 22. *&c. cap.* 918. *num.* 20. *&c.* Rot. *part.* 2. *div. decis.* 277. *nu.* 3. Sperck. *decis.* 74. *num.* 16. *&c.* Giurb. *decis.* 17. *per tot.* vide *in §. Exceptio num. §. Insinuatio num. & §. Sententia num.* latè Tusch. *litt. I. conclus.* 630. *&* 631. ubi generaliter quando jus superveniens convalidet actum nullum, vel non, Peregr. *decis.* 95. *n.* 16. ubi intelligit si jus superveniat ante conclusum in causa, secus autem si post.

Nisi tamen si tale jus fuisset ab initio sciente omis-

omissum deducit, Magon. *decis. Flor.* 117. *nn.* 56. *&c.* vide Soccin. *reg.* 269. *per tot.*

7 Judicium subterfugiens de jure suo diffidere præsumitur, & è contra qui festinat ad judicium, præsumitur bonum jus fovere, & in criminalibus præsumitur innocens, ubi benè declarat, Menoch. *lib.* 2 *præsumpt.* 91. *per tot.* Rot. coram Caprar. *decis.* 687. *n.* 8. *part.* 2.

Quòd ex tarditate judicii usque ad tempus quo sint mortui illi qui poterant esse informati, oriatur falsitatis, & calumniæ suspicio, Cravet. *cons.* 28. *nu.* 5. *&c.* cum aliis per Rot. *in Romana Filiationis* 1. *Julii* 1639. coram Carillo *num.* 18. penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom.* 2. *decis.* 81.

8 Judicium sicut contractus potest claudicare favore Ecclesiæ, & Minoris, non potest tamen pro parte approbari, & pro parte reprobari, & potest Ecclesia, vel minor cogi ad declarandum an velit stare contractui, ne altera pars cogatur stare diù in suspenso, Surd. *decis.* 69. *n.* 23. cum aliis per Ludovis. & Beltramin. *decis.* 467. *n.* 5. *&* 16. dixi in §. *Contractus*, idem Ludovis. *decis.* 574. vide *in §. Sententia n.* 11.

Aliàs autem æqualitatem in judicio esse servandam, & quòd conceditur uni parti, non esse denegandum alteri latè comprobat, & exemplificat Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 581. *per tot.* Et æqualitas est servanda in judicio inter actorem, & reum Emerix jun. *decis.* 895. *nu.* 5. Crescin. ad Abecclef. *obser.* 67. *n.* 11. *part.* 1.

9 Judicium temerarium de proximo, etiam de re gravi non est peccatum mortale, nisi habeat assensum firmum, & credentiam certam; ad hoc enim ut sit tale plura requiruntur, nempè quód efficiatur sine indiciis sufficientibus, cum plena deliberatione, & sine ulla formidine, vel dubitatione, quæ omnia raro simul concurrunt in homine male de proximo suo judicante, Caspens. *Curs. Theol. tract.* 18. *disp.* 10. *sect.* 6. *per tot. fol. mihi* 233. Gibalin. *de univers. negot. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *art.* 2. *fol.* 669 benè Tursian. *tract. de justit. disput.* 4. *dub.* 3. *per tot.* Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 31. ubi plures allegat Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 6. *etc.* Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 13. *c.* 1 *per tot. fol. mihi* 1064. latè P. Stephan. de Neapol. *tract. de restitut. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. *et seqq.* ubi etiam de suspicione, & qualiter dubia semper sint in bonam partem interpretanda, & de proximo semper benè judicandum, & credendum, quòd melior sit nobis, nam qui alios judicat se ipsum condemnat, nollite igitur judicare, & non judicabimini, condemnare, & non condemnabimini, Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 2. *& seqq.* ubi plura.

10 De judiciis varia decisa tradit Thoro *Compend. decis. Neapol. verb. Judicium*, & plura remissivè Castejon. *Alphab. juridic. verb. Judicium*, & Com. August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 283. *et seqq.* non nulla Em. De Luc. *in Indice verb. Judicium* Fagnan. *sup. Decret.* Brunnemann. *sup. ff. et Cod.*

11 Quæ sint differentiæ judicii in foro externo, & foro interno, Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Judicium*, Pallador. *Different. quotid. differ.* 12. *per tot.* ubi etiam in antecedentibus, & subsequentibus adducit, & examinat 150. differentias circa diversa judicialia, & extrajudicialia, quæ deserviunt ad intelligentiam, & interpretationem multarum rerum, & verborum.

12 Judicium in Curia potest inchoari cum Procuratore generali non citato Principali Card. De Luc. *de Feud. disc.* 33. *n.* 4.

13 Judicium de futuro, seu præventivum an, & quando permittatur De Luc. *de Regal. disc.* 66. *n.* 2. *&* 3. *de Emphyt. disc.* 52. *n.* 14. *de Donat. disc.* 4. *n.* 7. *de Fideicom. disc.* 201. *n n.* 8. *de Judic. disc.* 16. *n n.* 14. *Conflict. obser.* 289. Bertachin. *vot.* 60. *a n.* 1. & vide infra *n.* 22.

14 Judicium debet institui in loco, ubi sita sunt bona, ratione quorum dicitur forum sortiri. Caprar. *dec.* 65. *n.* 10. *p* 1.

15 Judicium particulare ubi pendet super rebus communis debitoris coram Judice deputato debent etiam alii creditores coram illo una cum aliis concurrere. Caprar. *dec.* 741. *n.* 2. *p.* 2.

16 Judicium requisitorium ex quibus excludatur. Caprar. *dec.* 65. *n.* 9. *p.* 1.

17 Ordo Judicii postulat, ut prius probationes terminentur, antequam ad discussionem testium deveniatur Caprar. *dec.* 106. *n.* 4. *p.* 1.

18 Judicium cæptum prius terminari debet favore reorum, antequam permittatur actori aliud inchoare. Emerix Jun. *dec.* 20. *nu.* 6.

19 Judicium cœptum citatis interesse habentibus, si terminetur illis non citatis, est nullum. Emerix. Jun. *dec.* 572. *n.* 4.

20 Judicium cœptum per unum ex fideicommissariis transit ad reliquos successivè vocatos. Rot. *decis.* 177. *n.* 3. *part.* 8. *rec.* Emeria Jun. *dec.* 895. *nu.* 16.

21 Judicium diffamationis, seu *l. diffamari* constito de jactationibus, ac servatis terminis de jure, ac stylo servandis, nihiloque per jactantem in actis producto terminatur per sententiam absolutoriam favore possessoris. Emerix. Jun. *dec.* 1030. *n.* 1. De hoc judicio vide De Luc. *de Judic. disc.* 2. *n.* 3. *& in Indic. verb. Remedium.*

22 Judicium executivum non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem. Rot. cor. Priol. *dec.* 55. *n.* 18. Emerix Jun. *dec.* 838. *n.* 3. Et de hoc judicio vide De Luc. *in Indice verb. Judicium exequutivum, & actio exequutiva.*

23 Judicium fieri potest super jure de futuro, quando per actum de præsenti potest alteri præjudicium inferri. Emerix Jun. *dec.* 195. *n.* 8. Et signanter favore fideicommissarii super incompetentia Trebellianicæ vivente adhuc hærede gravato. Emerix Jun. *dec.* 937. *per tot.* vide supra *n.* 12.

24 Judicium ordinarium intentari debet contra possidentem ex titulo subhastationis. Rot. *dec.* 711. *n.* 1. *part.* 1. *& dec.* 127. *n.* 3. *&* 4. *part.* 7. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 574. *nu.* 2.

25 Judicium petitorium suspendi potest in qualibet parte Judicii. Rot. *dec.* 105. *n.* 3. *p.* 1. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 1167. *n.* 15.

26 Judicium terminatus per renunciationem. Rot. cor. Cocin. *dec.* 1034. *nu.* 10. Emeria Jun. *dec.* 723. *num.* 3.

27 Judicium validum præsumitur, donec contrarium concludenter probetur. Emeria. Jun. *dec.* 853. *n.* 4. Fortius concurrente lapsu longissimi temporis. Emerix Jun. *ibid.*

28 Judicium variari potest stante obligatione Camerali in Instrumento adjecta. Rot. *dec.* 160. *num.* 18. *usq; ad fin. p.* 6. *& dec.* 343. *num.* 21. *& seq. p.* 10. *rec.* Emeria Jun. *dec.* 892. *n.* 11.

29 Judicium quando dicatur reale, & quando personale De Luc. *de Dot. disc.* 184. *num.* 9. *de Judic. disc.* 1. *n.* 17.

30 Judicium proprietatis est agendum cum proprietario, non cum usufructuario De Luc. *de Locat. disc.* 53 *n.* 6.

31 Judicium metiendum ex persona Actoris, non autem Rei De Luc. *de Judic. disc.* 2. *n.* 34.

32 Judicium certum non potest dari in conjecturalibus De Luc. *de Fideicomm. disc.* 100. *n.* 9. præsertim in fideicommissis Idem *de fideicomm. disc.* 63. *n.* 2. *disc.* 85. *num.* 2. Et quomodo sit regulandum *ibid. disc.* 82. *a n.* 7. *et disc.* 89. *a n.* 11.

33 Judicium universale facit silere particulare De Luc. *de Judic. disc.* 3. *n.* 45. *disc.* 15. *nn.* 10. *disc.* 40. *nn.* 33. & de Judiciis universalibus vide Abeclef. & Crescin. *obs.* 24. *p.* 1.

34 Judicium respectu finis dividitur in civile, criminale & mixtum Abecclef. & Crescin. *obser.* 24. *p.* 1. ubi latissimè de hac materia De Luc. *de Regal. disc.* 69. *n.* 11.

35 Judicium quando dicatur publicum, & quando privatum De Luc. *de Judic. disc.* 1. *n.* 2. *&* 3.

36 De Judicio summario vide De Luc. *de Judic. disc.* 1. *nn.* 15. *& in Indic.* Abecclef. & Crescin. *in obser. for. Sen. Pedem.*

37 De Judicio ordinario, & de exequutivo De Luc. *in Indic.*

38 A Preceptis non sunt inchoanda Judicia Crescin.
ad

ad Abecclef. *obser.* 115. *part.* 1. *num.* 7.

38 Judicium redditur in invitum Crefcin. ad Abecclef. *obf.* 40. *n.* 1. *p.* 1.

§. JURAMENTUM. XLIII.

1 JUramentum eft affirmatio, vel negatio, facræ rei affertione, vel atteftatione facta, vel atteftatio divini Numinis, vel invocatio divini teftimonii ad fidem faciendam, Goffr. *in Sum. de jurejur. nu.* Leff. *de juft. & jur. lib.* 2. *cap.* 42. D Raymund. *in Sum. lib.* 1. *tit. de immunit. fol.* 80. Bonac *de leg. disput.* 4. *quæft.* 1. *nu.* 1. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 2. *&c. fol.* 430 ubi etiam *n.* 6. *&c.* tradit multiplices juramenti divifiones, nempè quòd aliud fit affertorium refpiciens tempus præfens, & præteritum, aliud promifforium refpiciens tantùm tempus futurum, aliud comminatorium, aliud expreffum, aliud tacitum, aliud per Deum, aliud per creaturas, aliud fimplex, aliud folemne, abfolutum, vel conditionale, voluntarium; vel neceffarium, judiciale, five extrajudiciale, in litem, vel affectionis, & fimiles, de quibus Leff. & alii fupracitati, & infra per difcurfum, Tufch. *lit. I. conclus.* 496 *& feq.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 117. *& feq.* Candid. *Difquifit. moral. part.* 2. *Difquifit.* 26. *per tot.* ubi plura maximè pro Confeffariis, Suarez. *de Relig. tom.* 2. *tract. de juram. fol.* 298. *& feqq.* ubi plenè. De Juramenti definitione latè Setfer *in tract. de juram. cap.* 1. *per tot.* Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 2. *tom.* 2.

2 Juramentum debet habere tres comites, five conditiones, nempè veritatem, juftitiam, & judicium, aliàs dicitur perjurium, & illicitum, *cap. animadvertendum* 22. *qu.* 2. *cap. et fi Chriftus de jurejur.* Seraph. *de juram. privil.* 71. *nu.* 3. Pic. *ad Statut. Urb. glof.* 23. *nu.* 34. Menoch. :*de arbitr. caf.* 260. *n.* 35. Farinac. *quæft.* 160. *n.* 361. *etc.* Ricc. *Collect.* *n.* 168. Cardin. Tufch. *lit. I, conclus.* 500. Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de juram. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot. fol.* 306. Bonac. *de legibus disput.* 4. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 4. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *nu.* 16. *etc.* ubi quid fi aliquid ex dictis requifitis deficiat, & videtur concludere, quòd licèt tunc fit illicitum, poffit nihilominus effe obligatorium, quia etiam temerarium, non contrarium bonis moribus, nec in tertii præjudicium eft fervandum, quatenus fine interitu falutis æternæ fervari poteft, fi fponté & fine vi, aut dolo fit præftitum *per text. in cap. cum contingit* ubi *glof. et DD. de jurejur.* Farinac. & alii *in loc. cit.* qui benè dicta requifita declarat, & Suarez *d. tract. lib.* 3. *cap.* 5. *et feqq. fol.* 465. *etc.* ubi plura an juramentum incautum habeat malitiam perjurii, an confuetudo jurandi incautè fit peccatum mortale, & alia ad rem, *et cap.* 12. ubi an juramentum fine judicio, & juftitia fit mortale peccatum. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *quæft.* 14. *n.* 668. *tom.* 3. *et rub.* 2. *et* 3. *qu.* 1. *fect.* 1. *num.* 480. *tom.* 8. Cyriac. *contr.* 182. *nu.* 29. *et contr.* 240. *a nu.* 28. Ventutin. *conf.* 12. *a n.* 76.

Quòd de jure canonico fit fervandum juramentum quatuor concurrentibus, primo ut poffit fervari fine interitu falutis æternæ. Secundò non fit contra publicam utilitatem principaliter licèt fecundario fic. Tertiò non tendat in alterius, quàm jurantis præjudicium. Quartò non fit contra bonos mores, Peregr. *dec.* 91. *n.* 12. *etc.*

Quòd contineat tacitam conditionem, nifi actus, de quo agitur gravamen in fe habeat læfionem, quia illa ftante poteft contraveniri, non obftante juramento, Altograd. *conf.* 102. *n.* 26. *lib.* 2. Vide Altimar. *d. n.* 480.

Quòd non operetur ubi adeft enormiffima læfio, cùm ex ea dolus præfumatur, Gratian. *difcept. for. cap.* 108. *n.* 10. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 11. *n.* 578. *et feqq.* Rot. *part.* 2. *diverf. dec.* 82. *nu.* 2. Urceol. *confult. for. cap.* 48. *n.* 35. *et* 42. *etc.* Altimar. *dict. n.* 480.

An autem his cafibus fit neceffaria abfolutio, ultra fupracitatos DD vide *in §. Abfolutio n.*

Quòd juramentum fit individuum, & qualiter interpretandum, Tufch. *lit. I, concl.* 499 *et feq.*

Qualiter poffit remitti à parte, & quando continet dictos tres comites, & eft illicitum, poffit creditor compelli illud relaxare, latè Tufch. *lit. I, conclus.* 515. 516 *et* 517. *infr. nu.* 34. *in fine, et in §. Debitor n.* 62.

Juramentum promifforium [quidquid fecùs fit in affertorio] continet in fe plures tacitas conditiones, quæ in eo fubeffe intelliguntur juxta facti, & perfonarum qualitatem, nempè rebus fic ftantibus, fi placet Papæ, vel fuperiori, fi Deo placuerit, fi juranti fervabitur fides, fi honeftè, & poffibiliter, fi numeretur pecunia, fi nuptiæ fuerint fequutæ, fi non immoderatum quid percipiatur, fi potero, commoditas; item recipit omnes conditiones, quæ veniunt ex natura contractus, ex mente jurantis, vel ex difpofitione juris, fi verum juretur, nifi licitè fieri poffit, quod quia juravit non facere, nifi pars remiferit, nifi conceffa fuerit abfolutio, nifi judex contrarium jufferit, nifi vergat in damnum alterius, fi arbiter æquè judicaverit. Si tamen jurans tacitam habeat intentionem excludendi hujufmodi conditiones, & fe fimpliciter obligandi, remanet obligatus, ne Deum faciat teftem mendacii, de quibus & aliis Card. Tufch. *lit. I, concl.* 503. *& feq.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 24. *& feq. ad* 47. *fol* 439. 3

Qu d ftante ignorantia juramenti co tenti in fcriptura fubfcripta abfque lectura deficiat confenfus, fine quo juramentum non obligat, & nihil operatur, Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 243. *n.* 5.

Juramentum nõ eft propriè fpecies probationis, nec legitima, fed potius relevatio ab onere probandi, & ideò non fufficit quando à lege, vel ftatuto requiritur legitima probatio, Jaf. *in l. fi quando n.* 9. *&c. C. unde vi*, Menoch. *de arbitr. caf.* 526 *nu.* 44. *& feqq. & de præfumpt. libr.* 1. *q.* 1. *n.* 32. ubi videtur velle quod fit probationis fpecies, Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 136. ubi quòd juramentũ nõ eft propriè probatio, fed relevatio ab onere probandi, Paul. Chriftio. *dec.* 3. *n.* 1. *vol.* 3. Mafcard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 953. *per tot.* Abecclef. & Crefcin. *obfervat.* 31. *in princ. part.* 2. 4

Dicitur tamen probatio legitima in cafibus in animo confiftentibus, & ab eo dependentibus, cùm tunc recipiatur à jure, ut probetur juramento, Menoch. *de arbitr. caf.* 186. *num.* 4. *& feq. & caf.* 245. *num.* 4. vide *in §. Probatio n.* latè Tufch. *lit. I, concl.* 531. *per tot.* Ricc. *Collect.* 211. 2357. 2995. Mafcard. *dict. concl.* 953.

Quòd juramentum admittat probationem in contrarium idem Menoch. *de arbitr caf.* 546. *num.* 46. plenè Mafcard. *de probat. vol.* 2 *concl.* 954. *per tot.*

Juramentum fuppletorium regulariter defertur femiplenè probanti ad fupplendam probationem, nifi agatur de negotio inverifimili, matrimoniali, beneficiali, criminali, etiam civiliter intentato, vel de facto alieno, vel de infolitis, vel de præfcriptione odiofa, vel de maximo præjudicio, vel de femiplena probatione præfumptivè tantùm, & non neceffario concludente, vel nifi in contrarium adfit plena probatio, vel nifi jurare debens, five volens fit fufpectus de perjurio, ufurarius, vel fpurius, ita ut per quamcunque levem, five leviffimam fufpicionem impediatur, Addit. ad Afflict. *dec.* 36. Alex. *conf.* 39. *nu.* 10. *lib.* 5. Gratian. *difcept. forenf. cap.* 144. *n.* 41. *&c. cap.* 537. *n.* 8. *&c. capit.* 753. *n.* 3. Maginde. *dec. Flor.* 52. *n.* 13. *&c.* Omot. *in §. Item fi quis Inftit. de act. nu.* 39. *&c. fol.* 406. Menoch. *de præfumpt. lib.* 1. *qu.* 82. *&* 83. ubi quæ præfumptio fufficiat, ut fit locus huic juramento, & quæ præfumptio contraria illud excludat, vel impediat, adde latè Mafcard. *de probat. volum.* 2. *concl.* 956. *per tot.* Paul. Chriftin. *dec.* 2. *nu.* 8. *& feq. volum.* 3 ubi etiam an poffit deferri judæis, vide *in §. Judæi num.* 7. Myfing. *obferv.* 6. *cent.* 5. *& obferv.* 20. *cent.* 6. Ricc. *Collect.* 380. 2169. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 414. *num.* 6. *&* 7. ubi quòd in beneficialibus non admittitur, nec quando probationes aliundè poffunt haberi, nec quando adverfus femiplenam probationem concurrit alia probatio illam excludens Abecclef. & Crefcin. *obfervat.* 31. *& obfervat.* 5

36.

36. *part.* 2. Carol. Ant. De Luc. *in Pract. judic. cap.* 66. *n.* 12. *&* 13.

Quòd verisimiliter pejeraturo non sit deferendum, Menoch. *de arbitr. cas.* 192. *per tot.* ubi exemplificat in multis casibus, & affirmat hodiè sanctius esse in totum juramenta litigantium prohibere, quod alicubi servari audio, & non sine magna ratione Sanchez *libr.* 3. *sum. cap.* 8.

Quòd possit tale juramentum suppletorium, nisi aliud obstet, deferri etiam judæo adversus alium judæum, non tamen adversus Christianum, Gratian. *discep. forens. cap.* 842. *n.* 5. *&c.* facit quod dixi *in §. Judæus n.* & latè Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 143. *per tot.* ubi plura quod non deferatur judæis, &c. Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 36. *part.* 2.

Quòd quilibet minimus defectus in teste examinato impediat hujusmodi delationem juramenti suppletorii, Natt. *cons.* 53. *& cons.* 279. *n.* 5. *&c.* Magon. *dec. Flor.* 12. *n.* 13. *&c.* ubi intelligit si opponatur, alias secùs, idem Magon. *dec. Luc.* 9. *num.* 22. Vide Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.*

Decisa lite per juramentum suppletorium non essn succumbentem in expensis condemnandum, Peregrin. *decis.* 152. *n.* 6. Magon. *d. dec.* 12. *in fine*, vide Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 625. *& seqq.* ubi quòd secùs est in decisivo, & in suppletorio, etiam distinguit ibidem *n.* 627. Cabrun. *lucubrat.* 44. *num.* 44. *& seqq.*

Ad delationem juramenti suppletorii, requiri semiplenam probationem, vel adeò vehementem præsumptionem, quæ arbitrio judicis sufficiat; agi de facto proprio, vel etiam quandoque de alieno, concurrente tamen verisimili scientia arbitrio pariter judicis, vel si certum sit defunctum voluisse jurare, debentem esse personam legalem: causam non esse magni ponderis, in dubio autem, & stante æquali probatione potiùs reo, quàm actori deferendum esse juramentum attentis circumstantiis arbitrio judicis latè Menoc. *de arbitr. cas.* 190. *per tot.* Marant. *de ord. jud. part.* 6. *act.* 9. Seraph. *de privil. juram. privil.* 33. Ridolphin. *in Prax. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 137. *& seqq. ad* 157. Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 32. *& dict. obser.* 36. *part.* 2.

Quid sit juramentum suppletorium, quando possit deferri, quibus deferendum, & in quibus casibus, vel non, plenè Tusch. *litt. I, d. conclus.* 539. *&* 540. *per tot.* Seraphin. *d. privil.* 33. *per tot.* Ridolphin. *d. cap.* 4. *num.* 157. *& seqq.* ubi 40. casus enumerat in quibus non est locus juramento suppletorio Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 956. *per tot.* Carol. Rota *in ejus Florileg. conclus.* 24. *per tot.* ubi plura de juramento suppletorio, Scop. ad Gratian. *dec.* 36. Hermosil. *ad leg. partit. par.* 5. *leg.* 10. *tit.* 1. *glos.* 4. *nu.* 411. *&c.* Carol. Rot. *pract. conclus.* 24. Berlich. *concl. jur. part.* 1. *concl.* 53. *&* 54. *per tot.* cum aliis per Conciol. & Romaguer. *ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 13. *per tot.* Carol. Ant. De Luc. ad Gratian. *dict. dec.* 36. *& cap.* 144. Vide Seraph. *de privil. Juram. privil.* 33. Abeccles. & Crescin. *obser.* 32. *et* 36. *part.* 2.

6 Juramentum suppletorium, vel necessarium non defertur actori semiplenè probanti in causis criminalibus, etiam si civiliter agatur; reo autem accusato, vel ubi esset plusquam semiplenè probatum potest judicis arbitrio deferri, etiam in criminalibus, & magnis, vel arduis causis, Menoch. *de arbitr. cap.* 464. *per tot.* ubi quid in hoc prudens judex servare debeat.

Quòd quando fuit plusquam semiplenè probatum admittatur dictum juramentum suppletorium, etiam in causis magni ponderis, Marc. Ant. Macerat. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 32. *circa finem*, cum aliis per Genu. *de script. privat. lib.* 2. *q.* 1. *nu.* 80. *fol.* 84. Sperel. *dec.* 28. *n.* 70. *et dec.* 75. *num.* 58. *etc.* ubi ex hac ratione admitti etiam in causa matrimoniali ad illud subvertendum.

An in probando matrimonio sit locus juramento suppletorio, latè Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1033. *per tot.*

De materia juramenti suppletorii, quando ei locus esse possit, vel non, latè Soccin. *reg.* 252. *per tot.* ubi 80. fallentias, & casus adducit, in quibus non admittitur hujusmodi juramentum, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 143. *et seqq. fol.* 447. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 956. *per tot.* Card. Tusch. *lit. I, concl.* 539. *et* 540. *per tot.* Ridolphin. *in Prax. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 157. *et seqq.* ubi enumerat 40. casus, in quibus non est locus juramento suppletorio, ad quos dicit reduci omnes alios à Soccin. & Tusch. relatos, Ricc. *Collect.* 380. *et* 2169. Abeccles. & Crescin. *loc. cit.* Carol. Ant. De Luc. *in Prax. Judic. cap.* 66. *n.* 12. *et* 13.

Quòd possit admitti etiam in causis criminalibus, quoad pœnam extraordinariam, si fuerit plusquam semiplenè probatum, Possent. *singul.* 398.

Juramentum suppletorium potest secundùm aliquos etiam ex officio dari per judicem dum videt probationes dubias parte non petente deferri, etiam post conclusum in causa, licèt magis communis opinio videatur tenere, esse petendum à parte, & ante conclusum in causa, ac parte citata, aliàs delatio sit nulla; si tamen non fuerit petitum in causa principali, potest peti in causa appellationis, etiam in tertia instantia, cùm in causa appellationis omnes errores purgari possint, Capyc. *dec.* 35. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 464. *in fine*, Ridolphin. *d. cap.* 4. *nu.* 145. *& seqq.* Vide Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 12. *num.* 14. Crescin. ad Abeccles. *obs.* 105. *part.* 1. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit.* 7

Primam tamen opinionem sequitur Gratian. *decis.* 36. *n.* 12. Alex. *cons.* 53. *nu.* 5. *lib.* 1. Seraph. *de privil. juram. privil.* 33. *nu.* 195. Ridolbin. *loc. cit. num.* 148. *§. Simulatio num.*

Juramentorum dicitur adesse, quando in apoca fuit apposita clausula, quòd habeatur pro jurata, & parit suum effectum civilem erga hominem, non tamen inducit Sacramentum, & religionem juramenti formalis erga Deum, adeò ut transgressor non efficiatur perjurus, nec ulla indigeat absolutione, Rot. *in Noviss. par.* 6. *dec.* 26. *n.* 42. *et* 49. facit quòd dixi *in §. Scriptura n.* 8

Quòd juramentum appositum in scriptura privata quamvis obliget ad observantiam, & possit contra veniens sine absolutione dici perjurus, hoc tamen procedat quando non solum est insertum in corpore scripturæ, sed etiam repetitum in subscriptione, aliàs juramentum sit nullius valoris, nec propriè possit dici juramentum, quia non sit delatum à judice, nec juratum, sive sumptum à subscribente, ad tradita per Tusc. *lit. I, conclus.* 521. dixit Rot. *Florent. in libro Motivorum* 99. *à* 77. *vers. præmissis.*

Prout etiam censetur adesse juramentum quoad omnes effectus civiles, quando fuit facta promissio sub verbo nobilium, vel ipsius Principis, Surd. *dec.* 154. *num.* 2. *& decis.* 234. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 215. *nu.* 57. vide *in §. Promissio n.* 4. *& §. Donatio num.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 475. *num.* 12.

Quòd juramentum resultet ex illis verbis, *& in fede della verità*, Bardellon. *cons.* 82. *num.* 24. *etc. lib.* 1. Surd. *decis.* 159. *num.* 20. ubi etiam de aliis clausulis vim juramenti habentibus.

An promissio sub fide importet juramentum, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 125. *num.* 2. *&c. vol* 2. Sperel. *decis.* 180. *n.* 46. ubi quòd sic, & vide Mart. Medic. *Exam.* 17. *n.* 13. *et seq.* Tusch. *litt. I, conclus.* 521. *in fine*, ubi etiam qualiter debeat esse expressum, Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 24.

An omissum possit suppleri per Notarium, vel habeatur pro apposito tanquam solitum, Urceol. *consult. forens. cap* 31. *num.* 32. Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 32. *n.* 3.

Juramentum ut dicatur solemniter præstitum, an, & quando requirat tactum scripturarum, quid in dubio præsumatur, & quæ scripturæ tangi debeant, ac de antiquo more jurandi super altare Sancti Antonii, latè Thes. *decis.* 47. *per tot. et decis.* 61. *in principio*, Sanfelic. *in Prax. sect.* 55. ubi de more jurandi in Regno Neapolitano super quacumque scriptura, & in aliquibus casibus super Evangeliorum scriptura, vel tacto pectore, Vivi. *comm. opin.* 432. 9

Quòd tactus scriptutarum non sit de substantia, sed possit solo verbo, & aliis modis jurari, Surd. *decis.* 159. Conciol. *resol. crim. verb. Testis quoad examen resol.* 2. dixi *in §. Testis n.* 8. *&* 49. Possent. *sing.* 167.

ubi

ubi quòd in testibus juramentum debet esse cum tactu scripturarum, vel alio signo externo, alias examen est nullum, & invalidum. Cevall. *comm. qu.* 407.

Qualiter, & per quæ sit jurandum, & quod regulariter per Creatorem, & non per creaturas quamvis etiam præstitum per creaturas debeat servari, si aliàs licitum sit, *an* per Principem, per fidem, per Sanctos, & similea modos, an jurans possit uti æquivocatione contraria intentioni illius, qui juramentum exigit, & alia vide per Bonac. *de legibus disput.* 4. *q.* 1. *part.* 2. Farinac. *q.* 160. *nu.* 373. *& seqq.* cum aliis per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 68. *etc. ad* 81. *fol.* 442. Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de jurum. lib.* 1. *cap.* 5. *fol.* 311. Conciol. *loc. cit. per tot.* Pignatell. *consult.* 203. *tom.* 4. Vide Abeccles. & Crescin. *obser.* 62. *part.* 1.

Quòd possit juramentum deferri cum imprecatione, quòd pejerans comburatur igne Sancti Antonii, & super altare dicti Sancti, cùm juramentum sit actus pius, & spiritualis, ac sit suscipiendum eo modo, quo defertur, quamvis aliis magis placeat abstinendum esse ab hujusmodi forma juramenti, & ideò hoc totum esse in arbitrio judicis inspectis personarum, & facti qualitatibus, Gratian. *decis.* 121. *n.* 19. *et seqq. et in addit. n.* 3. Thes. *dec.* 61. Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 62. *part.* 1.

De pluribus formulis juramenti, & illarum effectibus, Farinac. *d. q.* 160. *§. Forma per tot.*

10 Juramentum decisivum jam oblatum, an possit re integra revocari, si offerens videat alias probationes supervenire, Bart. & alii *in l. si non fuerit §. fin. ff. de jurejur.* Addit. ad Pract. Papp. *for. jurum. quod præst. à part. glos.* 2. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 140. *et seq. fol.* 447. Ridolph. *in Prax. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 162. *et seq.* Paul. Christin. *dec.* 2. *vol.* 3. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 957. *nu.* 11. ubi quòd sic. Vide Brunnemann. *in l. non erit ff. de Jurejur.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 16. *n.* 6. Abeccles. & Crescin. *obser.* 71. *part.* 1.

Plura de juramento decisivo quando ei sit locus, vel non, quid operetur, & alia, latè Ridolphin. cum aliis ab eo citatis *d. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 121. *et seqq. per tot.* Paul. Christin. *dec.* 1. *et seq. vol* 3. Ricc. *Collect.* 1359. ubi habebis octo requisita, Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 957. *per tot.* Cabed. *dec.* 34. *per tot. part.* 1. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Engub. lib.* 2. *Rub.* 12. *per tot.*

An autem minor restituatur adversus juramentum judiciale à se alteri delatum si sibi superveniant probationes, vide Thes. *dec.* 240. *etc.* Paul. Christin. *dec.* 226. *n.* 1. *etc. vol.* 5. ubi concludunt quòd sic.

11 Juramentum delatum reo ab actore potest recusari, si actor nihil probavit, quia actore non probante, reus etsi nihil præstiterit absolvi debet; si tamen actor habeat aliquam juris præsumptionem pro se, satis est, ut sit locus delationi juramenti, & reus tenetur jurare, vel deferenti referre, Menoch. *de præsumption. lib.* 1. *quæst.* 81. *per tot.* Boer. *decis.* 95. Soccin. *reg.* 255. Ridolphin. *dict. cap.* 10. *n.* 160. *& seqq.* ubi quod potest ab initio etiam nullis propositis probationibus deferri, & dixi *in §. Actor num.* 1. adde Christin. *dict. decis.* 1. *num.* 2. *vol.* 2. ubi refert contrarias opiniones Vide Brunnemann. *in l. manifestæ n.* 2. *ff. de Jurejur.* Berlich. *part.* 1. *concl.* 29. *n.* 8. Abeccles. & Crescin. *obser.* 68. *part.* 1.

An post tentatas probationes, vel assumptum onus probandi sit locus juramento litis decisivo, & quomodo, Gratian. *decis.* 121. *per tot.* Natt. *cons.* 35. *nu.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 957. *num.* 9. Fachin. *contr.* 20. *lib.* 1. Osasch. *decis.* 97. *num.* 6. *&c.* Thes. *decis.* 93. *num.* 2. Boer. *dec.* 95. *nu.* 6. Ridolphin. *dict. cap.* 10. *num.* 157. *& seqq.* ubi refert contrarias opiniones, quas distinguendo concordat, vide Scopp. & De Luc. ad Gratian. *loc. cit.*

Ex quibus causis possit dictum juramentum recusari, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 97. *nu.* 24. *&c.* plenè Ridolphin. *dict. cap.* 10. *nu.* 134. *& seqq. per tot.* ubi 19. justas causas refert, & declarat, ex quibus ille, cui defertur, non tenetur jurare, aut solvere, aut referre Mascard. *dict. conclus. per totum*. Brunnemann. *in dict. l. manifestæ ff. de jurejur.* Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 3. *intersect.* 16. *nu.* 7. Abeccles. & Crescin. *dict. obser.* 68. *part.* 1.

Quod ille cui defertur juramentum decisivum debeat regulariter jurare, vel deferenti referre, vel solvere, & referendo non possit à deferente recusari sub eadem conceptione, & forma à se oblata, nisi ob personarum, aut rerum diversitatem aliter judici videatur, nam alias iniquum esset talem jurandi conditionem alteri proponere, secundum quam ipse non jurasset, Menoch. *de arbitr. cas.* 189. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *cap.* 14. *tit.* 22. *num.* 161. *fol.* 448. Ridulphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 128. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 2. *vol.* 3. Ricc. *Collect.* 858.

Juramento decisivo à parte oblato, & facta per judicem comminatione, quod si in termino assignato non fuerit juratum, adversario referetur, si in die cadente pars non compareat, & non juret, *an* sit statim locus comminationi, vel potius sit facienda nova assignatio cum iterata comminatione, Thes. *decis.* 1. *per tot.* ubi tenet faciendam esse aliam comminationem juxta stylum, & de jure communi, secundum quod non potest contra absentem procedi in contumaciam, nisi fuerit ter citatus, ut dixi in *§. Citatio n.* 12

An juramentum defuncto delatum possit per hæredem præstari, Paul. Christin. *decis. Belg.* 3. *num.* 3. *& 5. vol.* 3. ubi negativè concludit, nisi defunctus paratus fuerit jurare, vel mandatum speciale ad jurandum dederit, ad tradita per Mysing. *obser.* 13. *cent.* 2. Vide Crescin. ad Abeccles. *obser.* 69. *n.* 9. *part. prim.*

Juramentum decisivum delatum reo per actorem juxta *leg. Manifestè ff. de jurejur.* habet executionem paratam, ante tamen partium oblatum debet jurari de calumnia, si petatur, & quando ei sit locus, vel non propter præsumptam obligationem ex cursu decennii, Gratian. *discept. for. cap.* 946. *num.* 25. *&c.* Oinot. *in §. item si quis num.* 85. *Instit. de Act. fol.* 410. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 153. *&c.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 957. *per tot.* 13

An autem causa per juramentum decisa possit retractari, si veritas repugnet juramento dic regulariter quod non, nisi de novo committatur, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 50. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *nu.* 140. *&c. fol.* 447. vide *in §. Actor num.* 1. Ridolphin. *loc. cit. nu.* 168. *& seqq. per tot.* ubi quòd à sententia lata vigore dicti juramenti decisivi non datur appellatio, & quando secùs, adde Fachin. *lib.* 1. *controv.* 23. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 3. Paul. Christin. *decis. Belg.* 3. *num.* 4. *vol.* 3. Vide Abeccles. & Crescin. *obser.* 64. *part.* 1.

De juramento decisivo, illius forma, & virtute, quomodo sit acceptandum, vel offerenti referendum, & alia Card. Tusch. *lit. I, conclus.* 535. *&* 536. *per tot.* Mascard. *de probat. volum.* 2. *conclus.* 957. *per tot.* Pac. Jordan. *loc. citat. num.* 138. & Ridolphin. *dict. cap.* 10. *num.* 121. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 1. *& seqq. vol* 3. Ricc. *Collect.* 1359. ubi ponit octo requisita Carol. Ant. De Luc. *in Prax. judicial. cap.* 64. *n. n.* 14. Pellegrin. *in Prax. Vicar. loc. cit.* Abeccles. & Crescin. *ubi supra.*

Qualiter impediat litis ingressum, & contestationem, cum pariat exceptionem litis finitæ, quando fuit judicialiter præstitum, Everard. *à vi Juram. n.* 57. ubi etiam *nu.* 44. qualiter inducat remissionem causæ ad locum contractus *infra num.* Setser. *de Juram, libr.* 1. *cap.* 25. *n.* 134. Brunnemann. *in l. nam postcaquam n.* 2. *ff. de Jurejur.* Abeccles. & Crescin. *obser.* 64. *part.* 1.

Datur tamen actio criminalis ex juramento litis decisivo, si veritas appareat in contrarium, & potest jurans criminaliter puniri à Judice laico, quia perjurium est delictum mixti fori, ad latè tradita per Caren. *resol.* 247. vide *in §. Perjurus.*

Juramentum in litem præcedente judicis taxatione, datur pupillo facto adulto contra tutorem, vel curatorem, qui vel nullum, vel non solemne, & debitum fecit inventarium, sivè non benè tenuit libros rationum, qui cùm sint quid diversum ab inventario, illo remisso à testatore, non videntur remissi, nec possunt remitti, Gratian. *discept. forens.* 14

rens. cap. 59. *n.* 23. *cap.* 71. *per tot.* Cavalcan. *de tut. n.* 58. *&c.* Plot. *de in lit. juran.* §. 5. *nu.* 28. Roman. *cons.* 425. *& cons.* 114. Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *n.* 26. *&c.* ubi ampliat ad quuscumque rei alienæ administratores, contra quos habet locum hujusmodi juramentum, vide *in* §. *Administrator n.* 7. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *nu.* 386. *& seq. fol.* 464. Muntan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 6. *per tot. & reg.* 5. vide *in* §. *Tutor n.* 13. *etc.* Ridolphin. *loc. cit. num.* 380. *& seqq.*

Generaliter autem de juramento in litem quid sit, quotuplex & alia Fontanel. *decis.* 300. *per tot.* Hermosill. *de leg. partit. glos.* 7. 8. *&* 9. *leg.* 8. *tit.* 3. *part.* 5. *per tot.* Card. de Luc. *de tut. & curat. disc.* 8. *&* 9. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 33. *num.* 23. *& seqq.* Cyriac. *controv.* 5. 60. *&* 89. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 142. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 21. *per tot.* Castald. *consult.* 207. *per tot.* ubi quando competat pupillo contra tutorem, & ejus hæredes, & quando non competat, idem Castald. *consult.* 251. *num.* 21. *& seqq.* vide *in* §. *Tutela*, in quibus actionibus, vel casibus, contra quos, ad quorum favorem quibus requisitis concurrentibus possit habere locum, vel non, latè Plot. *dict. tract.* & Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 150. *& seqq. ad* 229. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1349. 2383. *&* 2384. vide Altimar. *rubr.* 2. *&* 3. *quæst.* 2. *sect.* 1. *n.* 989. *&* 1054. *& sect.* 2. *n.* 32. *& num.* 152. *tom.* 8. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 11. *n.* 40. *& part.* 2. *sect.* 3. *intersect.* 11. *n.* 3. Abecclesi. & Cresc. *obser.* 30. *par.* 2.

Et dictum juramentum potest deferri in ipsa sententia, taxando summã usque ad quam possit actor jurare, & non ultra, & statim lata sententia jurabit Actor, prout in casu occurrenti ego aliàs servari feci per text. *in l. generaliter ubi glos. in verb. definitiva, Cod. de reb. cred.* ubi etiam Bart. *num.* 4. quod & in simili notavit Altograd. *consil.* 53. *n.* 66. *lib.* 2. Vide Tusch. *litt. I. conclus.* 538. *num.* 37 *&c.* ubi an debeat præcedere taxationem, vel sequi post sententiam, vide Ridolphin. *dict. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 24. *& seqq. num.* 28. *& num.* 180. *vers. quòd si hæres in fine, & num.* 224. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 339. *num.* 10. *&c* Crescin. ad Pen. *decis.* 81 *& decis.* 132.

Ad hoc tamen ut dicto juramento sit locus requiritur probatio doli, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 711. *&c.* & dixi *in* §. *Inventarium num.*

Decem, & ultra requisita ut sic locus juramento in litem vide per Ridolphin. *dict. cap.* 2. *num.* 216. *& seqq. per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 44. *per tot.* ubi quòd debet primò per necessarium antecedens constare rem super qua petitur esse debitam; secundò de dolo vero ex parte ejus contra quam petitur; tertiò de difficultate probationis ex parte patentis ex dicto adversarii causata, & idem probat *part.* 13. *decis.* 339. *num.* 6. *&c. infra num* 15. & dicta Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 150. ubi quòd duo copulativè requiruntur, nempè dolus ex parte illius, contra quem petitur, & difficultas probandi ex parte illius, cui defertur proveniens ex dicto dolo, qui excluditur ex rusticitate tutoris, & difficultas probandi si agatur de bonis stabilibus, quorum fructus taxantur à lege. Pellegrin. *dict. intersect.* 11.

Item cessat dictum juramentum, & omnis alia pœna ex omissione inventarii, quando illud fuit remissum à testatore, Gratian. *dict. cap.* 711. *per tot.*; Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 26. 98. *& seqq. reg.* 6. *per totum & reg.* 8. *num.* 19. *&c.* Altimar. *dict. sect.* 2. *num.* 32.

Item nec habet locum contra hæredes tutoris, nisi cum ipso tutore fuerit lis contestata tempore mortis, Gratian. *dict. cap.* 711. *n.* 21. *&c.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 373. *&c. fol.* 463. ubi quòd nec generaliter datur contra alios, qui ex facto alterius teneantur, Paul. Christin. *decis.* 165. *volum.* 3. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 44. *numer.* 25. ubi quod non datur contra hæredes dolosi, nisi lis fuerit cum eo contestata, quod benè comprobat Bich. *decis.* 173. *num.* 15. Altimar. *dict. sect.* 1. *n.* 990.

Quòd imò etiam hæredes tutoris in dolo præsumantur, si rationes illius non reddant, & ob id contra eos in litem jurari possit, vide Munoz. *de ratiocin. capit.* 10. *num.* 6. quem sequitur Genu. *de script. privat. lib.* 4. *tit. de lib. tut. & curat. num.* 33. *in fine, fol.* 212. intellige ex proprio dolo.

An autem dictum juramentum detur hæredi pupilli, alterius damnificati prædefuncti, videtur quòd non, nisi sit eodem modo instructus hæres, prout prædecessor ex traditis per Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *num.* 12.

Imò quoad hæredem minoris, illi dari hujusmodi juramentum ex causis permissis dixi in *resol. cap.* 8. *num.* 50. auctoritate Castr. & Soccin. *in leg. pœn.* §. *fin. ff. ne quis eum, qui in jus &c.* Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 6. *num.* 15. *fol. mihi* 112.

Et quòd sicut juramentum nõ datur regulariter contra hæredes debitoris, ita nec probatio ex illo resultans quidquam probet contra tertios possessores, Capyc. *decis.* 91. *num.* 2. quem sequitur Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 339. *nu.* 13. ubi quòd non potest contra tertium possessorem deferri.

15 Juramentum in litem datur contra tutorem, qui non servatis legum solemnitatibus alienavit bona minorum, cum dicatur in dolo contrahendo adversus legum interdicta, Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 65. *&c.* Gratian. *decis.* 90. *num.* 5. *& seqq.* ubi quod in actione tutelæ, & curæ datur etiam ex culpa lata, vel levi, non tamen deferri ex officio, sed opus esse petitione, vel saltem clausulis salutaribus in libello, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 339. *num.* 7. ubi quòd ex speciali privilegio sufficit lata, seu levis culpa contra tutorem, quam tamen in illo casu non extasse demonstrat.

Item dictum juramentum in litem datur contra tutorem, qui defensionem pupilli non suscepit, utilia non fecit, vel aliter quam oportebat, & sic malè administravit, Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 2. *nu.* 4. *fol.* 104. *reg.* 3. *nu.* 7. *& reg.* 9. *per tot. fol.* 121. *&c.*

16 Juramentum in litem, licèt ex prædictis causis detur contra tutorem, tamen cessat, quando probaret, quæ bona pupilli extabant, quæ ad illum pervenerunt, ac de illis rectam rationem reddendo, ut dixi *in* §. *Tutor num.* Altimar. *de nullit. rubr.* 2. *&* 3. *q.* 1. *sect.* 1. *n.* 1054. *tom.* 8.

Item cessaret, quando propter simplicitatem, & rusticitatem omisisset facere libros rationum, vel si fuerit commissa administratio sine redditione rationum, Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *num.* 21. *& seqq.* quod procedit in omni administratore, vide Farinac. *in Fragm. part.* 1. *nu.* 54. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 389. *fol.* 464. *supra num.* 14. *&* 15. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 150. *num.* 3. *& per tot.* ubi fuit declaratum non esse locum dicto juramento ob rusticitatem tutoris, quæ excusat à dolo.

17 Juramentum in litem quando detur fideicommissario adversus hæredem gravatum, qui omisit facere inventarium, vel saltem descriptionem bonorum hæreditariorum, vide Gratian. *disceptat. forens. cap.* 215. *num.* 26. *&c.* dixi *in* §. *Fideicommissarius n.* §. *Gravatus num.* *&* §. *Substitutio num.*

Quando detur contra hospites, vel caupones, & similes ob res ablatas, Viv. *comm. opin.* 431. & dixi *in* §. *Caupones, &* §. *Hospites num.*

Qualiter detur contra conductorem in casu non factæ restitutionis de reconducta, Magon. *decis. Luc.* 21. *nu.* 23.

Qualiter in actione ad exhibendum ob contumaciam dixi *in* §. *Contumacia num.* 8.

Quòd detur generaliter duobus concurrentibus, dolo scilicet debitoris legitimè probato, & difficultate probationum, ut in multis exemplificat Menoch. *de arbitr. cas.* 208. *per tot.* Pac Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *nu.* 361. *& seqq. ad* 404. *fol.* 463. ubi plura summatim de more.

Quòd sit duplex nempè veritatis, & affectionis, quando quibus concurrentibus, & in quibus casibus sit deferendum, vel non, latè Tusch. *litt. I. conclus.* 538. *per tot.* vide Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 150. *& seqq. per tot.*

18 Juramentum affectionis datur, quando res per dolum possessoris extare desiit, vel restitui non potest, & ita appellatur, quia sumitur non juxta verum valorem,

lorem, sed juxta domini affectionem cũ utilitate conjunctam, in quo tamen est attendenda rei natura, an sit talis, in qua possit cadere affectio, quòd jurans sit pubes, & sanæ mentis, quod in reo non restituente adsit dolus, & demum natura actionis, an sit bonæ fidei, vel etiam stricti juris, in qua agatur de exhibitione, aut restitutione rei, ut bene declarant Oinot. §. *Præterea num.* 54. *&c. Instit. de act. fol. mihi* 302. Menoch. *de arbitr. cas.* 207. *per tot.* ubi plures enumerat casus, in quibus tale juramentum affectionis locum habet, Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 24. *tit.* 22. *num.* 362. *& seqq. fol.* 463. Tusch. *litt. I. conclus.* 531. *num.* 7. *& seqq.* Fab. *de Error. Pragmat. part. pr. decis.* 27. *err.* 6. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 225. *num.* 9. *& seqq.* vide *in §. Exceptio n.* 29.

19 Juramentum calumniæ petitum debet præstari, aliàs totus vitiatus processus tam in civilibus, quàm in criminalibus, licet etiam fuerit cum juramento responsum positionibus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 208. *num.* 15. *&c.* latè Fenzon. *ad Stat. Urb. cap.* 66. *num.* 11. *&c. & cap.* 59. *num.* 13. *&c.* Rot. post illum *decis.* 33. *per tot.* Ferret. *caut.* 12. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 281. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 20. *per tot.* Cavaler. *dec.* 414. *n.* 3. Card. Tusch. *litt. I. conclus.* 533. *per tot. & conclus.* 529. ubi etiam generaliter quando quis compellatur jurare, Ridolphin. *in Prax. part. pr. cap.* 8. *num.* 96. *& seqq. ad* 112. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 147. *per tot. vol.* 2. *& decis.* 131. *n.* 15. *& seqq. volum.* 5. Merlin. *decis.* 337. *per tot.* Navar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 178. ubi latè quando sit necessarium, vel non. Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 2. *n.* 3. De Luc. *de Judic. disc.* 35. Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 3. *n.* 5. *tom.* 2. Abecceles. & Crescin. *obser.* 60. *part.* 1.

Cessante tamen suspicione calumniæ, & ubi adesset plena probatio, non esset necessarium, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 909. *num.* 13. *&c.* Ridolphin. *loc. cit. nu.* 11. Rot. post Cenf. *de Cens. decis.* 215. *n.* 6. Merlin. *decis.* 874. *num.* 1. ubi quòd quando sententia est justa, non ob id annullatur, & Rot. *part.* 21. *recent. decis* 254. *num.* 1.

Item non esse præstandum per procuratorem Fiscalem, licet multa faciant in contrarium, Surd. *decis.* 18. *per tot.* Christin. *d. decis.* 147. *num.* 7. *vol.* 2. ubi quòd est quæstio multum controversa, & opinio affirmativa de jure verior, negativa verò de consuetudine servatur.

Quòd juramentum calumniæ, licet ab initio petitum, possit remitti, & censeatur remissum per actus subsequentes non repetita protestatione hujusmodi juramenti, Cavaler. *decis.* 349. *nu.* 1. *&* 6. Rot. *part.* 1. *divers. decis.* 779. *nu.* 5. Mohed. *decis.* 2. *de judic.* Ridolphin. *loc. cit. num.* 109. Merlin. *decis.* 38. *n.* 21. *&c.* ubi etiam quòd hæc nullitas non attenditur à Rota, cum non sit una ex tribus, nempè jurisdictionis, mandati, & citationis.

Esse præstandum per eum, qui habet præsumptionem contra se Menoch. *de præsumpt. lib. pr. quæst.* 85. *per tot.*

Quòd juramentum calumniæ expressè petitum, & non præstitum vitiet processum, nisi jam ex actis constet de bono jure illius, pro quo lata fuit sententia, vel etiam post petitionem juramenti, nam quoties constat ex actis de bono jure, talis nullitas non attenditur, latè Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 47. cum aliis per Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 209. *n.* 6. ubi quod aliàs esset attendenda, licet non sit de tribus ad Seraph. *decis.* 1355. *num. pr.*

Qualiter dictũ juramentum possit præstari per procuratorem specialem, vel etiam generalem ad lites, saltem de consuetudine, Ludovis. cum Beltram. *decis.* 282. *per tot.* Altimar. *de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 3. *n.* 13. *tom.* 2. Abecceles. & Crescin. *obser.* 61. *part. pr.*

Plura de juramento calumniæ, an & quando petitum, sit de necessitate præstandum ab utraque parte, quæ sit pœna nolentis jurare, & alia ad propositum, latè Soccin. *reg.* 257. 258. *& reg.* 259. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 7. *per tot. fol.* 145. Ridolphin. *d. cap.* 5. *num.* 96. *& seqq. ad* 112. Ricc. *Collect.* 1231. 2810. 5846. 3796. Thom. *decis.* 11. *per tot.* Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad stat. Eugub.*

lib. 2. *Rub.* 10. *per tot.* Altimar. *de nullit. Rubr.* 13. *quæst.* 3. *tom.* 2. Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* De Luc. Pellegrin. Abecceles. & Crescin. *loc. cit.*

An excuset ab expensis litis, Faber. *Instit. de pæn. temer. litig.* Everard. *à vi juram. num.* 56. Clar. *quæst.* 62. *vers. sed quid* Christin. *dict. decis.* 147. *vol.* 2. Brunnemann. *sup. ff. lib.* 48. *tit.* 26. *leg.* 1. *n.* 7.

Qualiter tollat præsumptionem doli, & calumniæ, *l.* 3. *§.* 1. ubi Alex. & Jas. *ff. de jurejur.* vide in §. *Calumnia num.* 5.

Jurare faciens aliquem, quem scit falsum esse juramentum, peccat, nisi sic jurare faciens esset persona publica, & procederet servato juris ordine, quia tunc non peccat, etiam si sciret illum, cui defert juramentum, esse juraturum falsum, *cap. qui hominem* 22. *qu.* 5. Jas. *in leg. ambiguitates num.* 5. *de indict. viduit. toll.* D. Thom. 1. *quæst.* 2. *art.* 4. Soccin. *reg.* 260. *per tot.* Farinac. *quæst.* 160. *num.* 76. *& seqq.* Ricc. *decis. Neap.* 2. *num.* 6. *&c. part.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 292. Bonac. *de legibus tom.* 2. *disput.* 4. *quæst. pr. punct.* 11. *num. pr. & seqq. fol. mihi* 266. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 50. *& seqq. vol.* 440. *& eod. tit. num.* 261. *fol.* 455. ubi etiam quòd sic jurare faciens puniri debet, vide Dian. *part.* 5. *tract.* 7. *resolut.* 9. ubi etiam in privato refert contrarias opiniones, & putat posse excusari à peccato, dummodò juramentum non petatur, ut reus juret falsum, vel si adsit aliqua justa causa petendi juramentum, & *resolut.* 10. ubi an liceat persuadere alicui, ut juret objectum quidem verum, sed quod ille ignorat, & probat quòd sic, dummodò juraturus sibi prius persuadeat rem ita esse, ut possit formare dictamen practicum de honestate juramenti, & juret eo modo, quo scit, & non vidisse si non vidit, dixi *in §. Testis num.* 34. & de omnibus prædictis latè Suarez *de relig. tom.* 2. *tract. de juram. lib.* 3. *cap.* 14. *per tot. fol. mihi* 481. Vide Fagnan. *in cap. constitutus il* 2. *num.* 7. *de appellat.* 20

An autem licitum sit inducere aliquem ad jurandum de aliqua re, quam ipse ex ignorantia veram esse putat, licèt re vera falsa sit, sciente etiam ipso inducente, Dian. *resol.* 14. *part.* 5. *tract.* 7. ubi refert diversas opiniones, & vide Suarez *loc. proximè cit.*

Juramentum secundum præstitum contra primum, non valet, nec est servandum, maximè si cum primo concurrebat dispositio juris communis, & nisi ille, ad cujus favorem secundò juratur, ignoraret primum juramentum, nam tunc ei non præjudicaret, Afflict. *decis.* 321. *num.* 3. *&c.* Addit. ad Pract. Papp. *libel. restitut. in integr. glos. Tunc juravit sub nu.* 14. *litt. G*, Fabr. *Institut. quibus alien. lic. vel non in prin.* Marsil. *de fidejuss. num.* 204. Michalot. *de fratr. par.* 3. *cap.* 12. *num.* 67. *&c.* Moutan. *de tut. cap.* 33. *num.* 600. *& seqq. fol.* 156. Magon. *decis. Flor.* 64. *nu.* 36. Diaz. *reg.* 479. Card. Tusch. *litt. I, concl.* 510. *& seqq.* Sperel. *decis.* 171. *num.* 10. *& seqq. & decis.* 180. *per tot.* ubi appellat quæstionem brocardicam, an actus contra præcedens juramentum gestus sit nullus, in qua varii varia dixerunt, & distinguendo opiniones concordat, ut in his, quæ ab agentis libera voluntate dependet, & per se absque judicis ministerio expediri possunt, valeant gesta contra præcedens juramentum, licèt agens in perjurium incidat; in his autem, quæ judicis ministerium exigunt, gesta contra dictum præcedens juramentum sint nulla, & permitti nequeant, quia judex debet denegare ministerium suum, ne viam perjuriis aperiat; sicut etiam indistinctè sunt nulla, quando ex præcedente actu jurato est alteri jus quæsitum, vel quando secundus contrahens non ignorabat primum juramentum, ut latè probat Sperel. *loc. cit. per tot.* vide *in §. Promissio num.* *§. Actus nu.* 35. Martha *vot. Pis.* 11. *nu.* 2. *& seqq.* ubi in terminis mandati jurati ad prætendendum in jurepatronatu, & dixi *in §. Patronus nu.* 16. adde Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de juram. lib.* 2. *cap.* 19. *fol.* 396. 21

Quòd licèt juramentum habeat vim clausulæ derogatoriæ ad sequentes, vel præcedentes actus, tamen non reddat actum posteà sequutum nullum, sed incurratur perjurium, Everard. *loc. à vi, & energ. juram. num.* 32. Gratian. *discept. forens. cap.* 48. *nu.* 19.

Sperel. *decis.* 178. *n.* 18. *&c.* *& num.* 39. Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 504. *n.* 11. *& conclus.* 512. 513. *&* 514. *per tot.* Gabriel. *de jurejur. conclus.* 1. Seraphin. *de juram. privil.* 75. Farinac. *quæst.* 160. *nu.* 144. *& seqq.* quos vide cum aliis supracitatis.

Quòd juramentum de non fidejubendo uti illicitum, & fontem pietatis exhauriens, non teneat, stante magna proximi necessitate, & contraveniens fidejubendo non efficiatur perjurus, seclusa autem hujusmodi necessitate sit validum, & contra illud fidejubens, non obligetur, Maur. *de fidejuss. part.* 2. *sect.* 4. *cap.* 10. *& sect.* 8. *cap.* 57. *&* 58. Marsil. *cod. tract. num.* 203. *&c.* Tusch. *litt. I, conclus.* 508. latè Hering. *de Fidejussor. cap. pr.*

Quòd non obligetur, intellige, si ille ad cujus favorem fidejubet, sciat dictum primum juramentum, aliàs secùs juxta superiùs dicta.

22 Juramentum est tantæ efficaciæ, ut ex illo quæretur jus absenti, licèt nullus pro eo acceptet, cum virtute juramenti videatur facta promissio Deo, qui ubique est, & favorabilia pro absente acceptat; cum tamen Deus velit esse liberum cuicumque arbitrium, & invito beneficium non conferat, non quæritur dictum jus absenti, nisi post acceptationem, & ratificationem ab illo factam, Clar. §. *Donatio quæst.* 13. Everard. *loc. à vi, & coerg. juram. num.* 10. Thesaur. *decis.* 70. *num.* 8. *&c.* Felic. *de societ. cap.* 14. *nu.* 33. *&c.* Magon. *dec. Flor.* 39. *num.* 4. *&c.* Rot. *in Faventina dotis* 14. *Maii* 1635. coram Motmae. post Zacch. *de oblig. Cameral. decis.* 123. *nu.* 17. latè Sperel. *decis.* 168. *num.* 65. *& seqq.* cum tribus aliis decisionibus sequentibus, ubi reddit rationem, quia juramentum absentem reddit præsentem in actibus sibi favorabilibus, vide *in §. Donatio num.* *& in meis resolut. cap.* 5. *&* 48. *per tot.* vide controvers. Boscul. *art.* 2. *n.* 64. *&* 84 *& seqq.* impress. inter oper. Em. De Luc. Get. Spin. *cons.* 16. *n.* 95. *& seqq.*

Idem etiam operatur guarantigia, ut absenti quæratur actio sine cessione, Capyc. *decis.* 73. *n.* 6.

Quid autem sit guarantigia, & quid operetur, Card. Tusch. *litt. F, conclus.* 81. *per tot.*

23 Juramentum dicitur habere vim expressi, & quando aliqua dispositio esset invalida tamquam generalis: quia deberet fieri in specie, si sit jurata, valebit tamquàm expressa, Everard. *loc. à vi, & coerg. juram. num.* 33. *infra n.* 39. Quod habeat vim specialis expressionis Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 564. *à n.* 9.

Quòd habeat vim specialis promissionis, Altograd. *cons.* 15. *num.* 30. *lib.* 1. *& in Addit. ad cons.* 69. *sub num.* 18. *in fine libri primi*, ubi etiam quod suppleat defectum certiorationis, vide Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 98. *& seqq. fol.* 443. Magon. *decis. Flor.* 64. *num.* 69. *&* 70. Gratian. *discept. forens. cap.* 409. *n.* 7. *&c.* ubi videatur contrarium tenere, & intellige prædicta quoad defectum solemnitatum, quæ supplentur per juramentum, secus autem ubi deficit actus ratione consensus, nam tunc nihil operatur, idem Gratian. *discept. forens. cap.* 763. *num.* 10. *&c.* *& cap.* 814. *n.* 20. *etc.* Magon. *d. decis.* 64. *n.* 54. *etc.* ubi quòd non excedit consensum, nec illum supplet, sed secundum illum restringitur, & regulatur.

24 Juramentum regulariter confirmat contractum celebratum sine debitis solemnitatibus, nisi statutum illis non adhibitis disponeret juramentum præsumi dolo, & metu extortum, vel adimeret fidem, sive probationem instrumento, quia tunc nihil operaretur, cum per indirectum possint illi auferri vires à statuto etiam laicorum, ut dixi *in §. Statutum generale num.* 4. vide Genc. *de Cens. quæst.* 15. *num.* 39. Felic. *de societ. cap.* 5. *num.* 24. *etc. et num.* 75. Pic. *ad stat. urb. glos.* 7. *num.* 193. *etc.* Scapuc. de Salvian. *lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 6. Gratian. *discept forens. cap.* 27. *numer.* 27. *cap.* 483. *num.* 9. *cap.* 513. *num.* 2. *cap.* 532. *num.* 58. *cap.* 691. *num.* 29. *cap.* 750. *nu.* 10. *cap.* 490. *num.* 10. *cap.* 498. *num.* 21. *etc.* Monren. *de tut. cap.* 33. *nu.* 575. *etc. ad* 610. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 91. ubi an, & quando juramentum suppleat defectum causæ, & alia plura, vide Urceol. *consult. forens. cap.* 54. *num.* 20. *etc. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 179. *numer.* 17. *et seqq. per tot. et decis.* 262. *numer.* 9. *etc.* ubi pro nullitate obligationis non obstante juramento, *et par.* 11. *decis.* 98. *num.* 5. *et part.* 13. *decis.* 145. *n.* 20. *et decis.* 361. *per tot.* ubi pariter pro nullitate, & post Urceol. *de transact. decis.* 35. *num.* 13. *et seqq.* ubi pro nullitate non obstante quocumque juramento; etiam geminato, ne fiat fraus legi, & statuto, quia ea facilitate, qua minor inducitur ad consentiendum, induceretur etiam ad jurandum, & habentur, *part.* 17. *rec. decis.* 352. *num.* 16. *et seq.* adde latè Francisc. de Anglis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 13. Rota *rec. part.* 19. *decis.* 490. *et* 528. *tom.* 2. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 14. *n.* 29. *vol. pr.*

Quod juramentum firmet contractum non servata forma statuti celebratum, tribus copulativè concurrentibus, nempè ut ex parte jurantis possit sine reatu peccati servari, ex parte creditoris nulla versetur turpitudo, & ex parte contractus formaliter, aut æquipollenter adsit promissio illum non revocandi, Spetel. *decis.* 46. *per tot. & decis.* 47. *per tot.* ubi convenit cum prædictis per alios firmatis, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 387. *num.* 66. *& seqq.* ubi pro validitate instrumenti jurati non adhibitis aliis solemnitatibus statuti, Gibalin. *de univers. negotiat. lib.* 3. *cap.* 3. *per tot. fol. mihi* 583. *&c.* ubi plura quomodo possit contractus juramento firmari, de quo etiam Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de juram. cap.* 26. *per tot. fol.* 411. *cum pluribus seqq.* Vide Fagnan. *in cap. naviganti n.* 67. *de Usur.*

Quòd juramentum non firmet contractum, quando forma, vel solemnitas fuit inducta ob publicam utilitatem ad obviandum fraudibus, vel ubi à statuto præsumitur dolo, vel metu extortum, pulchrè Urceol. *consult. forens. cap.* 44. *n.* 4. *&c.* vide *in §. Absolutio num.* Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 262. *n.* 9. *&c.* *part.* 11. *decis.* 98. *num.* 5. *&c.* *par* 13. *decis.* 145. *nu.* 20. *& decis.* 495. *num.* 4. *& seqq.* ubi intelligit quando mulier, vel minor dolo contrahentis circumventi inducuntur ad jurandum, secùs autem ubi nulla ex parte creditoris circumventio considerari potest, nam tunc sustinetur contractus, Duran. *decis.* 18. *per tot.* Card. Tusch. *litt. I, conclus.* 497. *num.* 11. *& seqq. et conclus.* 528. *per tot.* Farinac. *quæst.* 160. *per tot.* *§. nullus per tot. et quæst.* 162. *part.* 2. ubi an convalidet contractus simulatos de quo dixi *in §. Simula-* 26
tio num. Rot. *rec. part.* 19. *tom.* 2. *dec.* 490. *et decis.* 528., quæ benè materiam declarant Vide Fagnan. *in cap. sicut a n.* 20. *de Probat.*

An autem, & quomodo lex civilis possit tollere vim, & efficaciam juramenti, Marescott. *var. resolut. lib. pr. cap.* 62. Bonac. *de legibus disput.* 4. *quæst. pr. punct.* 17. Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 164. *et* 165. *fol.* 449. ubi benè declarat Martha *de jurisd. part.* 4. *Cent. pr. cas.* 72. *n.* 18. *&c.* D. Carol. de Grass. *de effect. Cler. eff.* 2. *nu.* 18. *etc.* Dian. *resolut. moral. part. pr. tract.* 2. *resolut.* 73. *et* 74. 113. *et* 115. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 125. *num.* 6. *vol.* 2. ubi an Princeps sæcularis possit juramentum relaxare, & refert contrarias opiniones, vide *in §. Absolutio num.* Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 30. *et seqq.* ubi plura circa Principis sæcularis potestatem super viribus juramenti præstiti, vel præstandi, prohibendo ne interponatur, de quo etiam Valer. *de differ. utriusque fori, verb. Juramentum diff.* 9. Rot. *rec. par.* 19. *tom.* 2. *cit. dec.* 528. *et* 490. De Luc. *de Dot. disc.* 85. *et disc.* 143. *de Donat. disc.* 29. *et* 35. *de Alien. disc.* 28. *de Judic. disc.* 35. *sub n.* 27. *Miscell. disc.* 9. *n.* 16.

An autem juramentum ex natura sua obligationem inducat in foro conscientiæ latè disputat Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 3. *dub.* 2. *per tot. fol.* 249. *etc.* ubi refert tres opiniones, concludendo non obligare ex natura sua, nisi quando firmat contractum, quo casu obligatio procedit ex contractu, ut ibidem plenè declarat Suarez *de Relig. loc. cit.*

Juramentum præstitum contra ea, quæ publicam utilitatem respiciunt, vel super contractu ipso jure 25
nullo, nihil operatur, quia annullato contractu principali expirant etiam, vel non probantur ejus accessoria, prout juramentum, guarantigia, obligatio cameralis, & similia, *glos. in auth. si qua mulier, C. ad Vell.* Jas. *in l. jurisgentium, §. si paciscar num.* 4. *ff. de pact.* Castr. *in l.* 2. *num.* 6. *C. quod met. caus.* B cc.

cons.

cons. 52. num. 40. &c. et cons. 99. num. 24. lib. pr. Dec. cons. 587. n. 2. Gratian. discept. forens. cap. 108. n. 9. cap. 531. num. 95. etc. cap. 691. num. 8. cap. 715. n. 17. etc. cap. 722. num. 38. etc. Montan. de tut. cap. 33. n. 603. Duran. decis. 18. n. 8. etc. Urceol. consul. foren. cap. 44. num. 3. et seqq. ubi etiam probat non obligare in foro conscientiæ cessante locupletatione, & latè Rot. in Bonon. nullitatis contractum Lunæ 13. Junii 1672. coram Matthæio post Urceol. de transact. decis. 35. num. 14. et seqq. per tot. & habetur part. 17. recent. decis. 352.

Plura casus, in quibus juramentum non obligat propter publicam utilitatem, & aliis de causis, vide Tusch. litt. I, conclus. 511. per tot.

Quòd juramentum non convalidet actum ipso jure nullum, Magon. decis. Flor. 92. num. 33. etc. vide Sperel. decis. 47. per tot. et in §. Falsum num.

Quia juramentum non probatur ex instrumento nullo, & cui per statutum via, vel probatio aufertur, Gratian. discept. forens. cap. 513. n. 3. etc. nu. 21. etc. Rot. part. 2. divers. decis. 104. nu. 2. etc. et part. 13. decis. 8. num. 4. & post Urceol. de transact. d. decis. 35. n. 15. Rot. dict. dec. 490. nu. 12. part. 19. tom. 2.

Et in specie, quod juramentum non operetur quando in contractu mulieris, vel minoris requiritur à statuto consensus proximiorum, si illi non intervenerint, Bart. in l. si quis pro eo ff. de fidejuss. Alex. decis. 95. lib. pr. in fine, Montan. de tut. cap. 33. nu. 203. Duran. decis. 18. nu. 3. etc. ubi pulchrè demonstrat hujusmodi statuta respicere publicam utilitatem principaliter, quo casu juramentum nihil operatur, Urceol. consult. forens. cap. 44. num. 4. &c. Pic. ad Stat. Urb. glos. 23. num. 2. etc. vide in §. Statutum num. et §. Absolutio num. Rot. par. 9. recent. dec. 262. num. 9. et seqq. & post Urceol. de transact. d. decis. 35. num. 14. et seqq. ubi quòd nec obligat in foro conscientiæ, quando mulier, vel minor nullum commodum, nec utilitatem ex contractu recipit, & habetur part. 17. recent. decis. 352. num. 16. et seqq. ubi plura pro nullitate contractus, non obstante juramento, etiam millies adhibito, cum semper ex eadem facilitate procedat.

26 Juramentum unicum non potest plures defectus supplere, sed unum tantùm, nisi esset in ampla forma apta comprehendere plures, ac omnes defectus aliàs tot deberent esse juramenta, quot sunt defectus sanandi, Gratian. discept. forens. cap. 27. num. 37. etc. cap. 231. n. 10. etc. Montan. de tut. cap. 33. num. 598. Magon. decis. Flor. 64. num. 27. etc. Seraphin. decis. 284. num. 15. Ludovis. decis. 391. num. 6. Mart. Medic. decis. 29. per tot. cum Addit. vide De Luc. de Dot. disc. 180. n. 6. et seqq. Vide Crescin. ad Abeccles. obser. 107. n. 4 part. pr.

Quando est præstitum in ampla forma de non contraveniendo ex quacumque causa, supplet omnes defectus, Altograd. cons. 5. nu. 49. ubi loquitur in donatione facta à muliere minore patri, & vult per juramentum omnes istos defectus suppleri, de quo etiam Ludovis. cum Beltramin. decis. 391. per tot.

Duplicatum autem, vel appositum in contractibus, in quibus non solet regulariter apponi, facit contractum magis suspectum, dicitur enim juramentum esse velamen mendacii, Corn. cons. 23. lib. 3. Menoch. præsumpt. 122. num. 62. lib. 3. Felic. de societ. cap. 29. nu. 28. &c. Gratian. discept. forens. cap 761. num. 20. &c. Rot. post Urceol. de transact. decis. 35. num. 16. ubi quod eodem modo censeri, ac reputari debet unum juramentum, ac si mille juramenta intercessissent, quando stipulatio est dolosa, cum non debeant esse iniquitatis, nec deceptionis vincula, & alia ad rem; habetur ista decisio part. 17. recent. decis. 352.

27 Juramentum non convalidat contractum minoris, quando per errorem credebat esse majorem, cum verè minor esset, Montan. de tut. cap. 33. num. 585. etc. infra n. 53.

Item quando minor non fuit certus de facto, ut quia non sciverit valorem, vel putaverit subesse justam causam, Montan. loc. cit. num. 597. &c.

Item quando ex parte alterius contrahentis versatur turpitudo, ut quia sciverit verisimiliter minorem pretium consumpturum, Montan. loc. cit. n. 599.

Item quando juramentum non esset appositum in ipso contractu, sed ex intervallo, Montan. loc. cit. num. 602.

Item quando cum prohibitione legis concurreret prohibitio testatoris, quia tunc fortior redditur prohibitio ex duplici cumulo, Montan. loc. cit. n. 604. &c.

Plura an, & quando juramentum excludat minorem à beneficio restitutionis in integrum adversus contractum juratum, quod non debeat esse vinculum iniquitatis, & si servaretur rigor Auth. Sacramenta puberum, esset mors, & destructio minorum, de absolutione, & alia, Paul. Christin. decis. 225. et 226. per tot. vol. 5. vide in §. Restitutio nu. 18. & §. Minor. num. 11. & 14.

Ubi de juramento an, & quando excludat minorem à beneficio restitutionis in integrum adversus contractum juratum, adde Caldas Pereyra tract. de restit. in integr. verb. Minoribus num. 2. & seqq. fol. 193.

Quòd imò contractus minoris ratione juramenti, etiam sine ulla causa sustineatur vigore d. Auth. Sacramenta puberum, ubi non adest statutum contrarium disponens, & maximè etiam cessante lesione, Rot. part. 19. recent. decis. 297. per tot.

28 Juramentum super contractu turpi, impossibili, vel contra bonos mores, non operatur, & generaliter quid operetur, Pract. Papp. cum Addit. libell. restit. in integr. glos. tunc juravit per tot. Everard. loc. à vi, & energ. juram. Seraph. de privil. juram. Mancin. eod. tract. Suarez. de Relig. tom. 2. tract. de juram. lib. 2. cap. 20. & seqq. fol. 399. &c. ubi plenè de juramento super actu à lege prohibito, vel contrà bonos mores, naturales, vel civiles, an sit obligatorium.

An jurans dare meretrici pro actu fornicario centum aureos teneatur promissionem servare, Dian. part. 4. tract. 4. resol. 27. dixi in §. Meretrix n. 11.

De eo, quod est contra bonos mores, Gratian. discept. forens. cap. 531. num. 95.

Quòd non extendatur ad sanandum ea, quæ proveniunt ex defectu, & culpa partis, Magon. decis. Flor. 64. nu. 57. &c. neque ad ignorata, Card. Tusch. litt. I, conclus. 505. Farinac. quæst. 160. §. Dolus.

Quòd juramentum quantumcumque generaliter præstitum, non extendatur ad illicita, etiamsi de sola veniali culpa tractetur, cum non debeat esse vinculum iniquitatis, & alia, vide per Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 117. & seqq. fol. 446. ubi etiam nu. 129. & seqq. quòd confirmat quoscumque actus contra bonos mores civiles, non autem contra bonos mores naturales, & qui dicantur boni mores civiles, & qui boni mores naturales, & alia plura de juramento illicito non servando, repetis idem Jordan. d. tit. nu 212. & seqq. ad 238. fol. 452. ubi etiam quando, & ex quibus causis dicatur illicitum, turpe, temerarium, vel indiscretum, Farinac. quæst. 160. §. illicitum, Donadeus tract. de renunciat. cap. 31. per tot. ubi plura de distinctione bonorum morum, & quòd renunciatio contra bonos mores non sustineatur, nec juramento validari possit.

29 Juramentum non convalidat donationem factam per filium familias sine consensu patris, nec præstitum à prodigo, vel pupillo aliquid operatur, Gratian. discept. forens. cap. 781. num. 3. etc. vide in §. Donatio num. & §. Minor num.

Appositum in contractu minoris, qualiter faciat cessare restitutionem in integrum, vide in §. Restitutio num. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. nu. 8. ubi quòd facit restitutionem, nisi interveniat dolus adversarii. Vide De Luc. de alienat. disc. 29. n. 13., & 14., & disc. 67. nu. 6. & ibidem disc. 36. nu. 17. & 58. & disc. 45. n. 8.

30 Juramentum in contractu simulato non operatur, & quare, Bellon. cons. 47. num. 10. & cons. 48. num. 4. Gratian. discept. forens. cap. 255. nu. 28. cap. 479. num. 62. &c. cap. 826. n. 31. Montan. de tut. cap. 33. num. 591. Farinac. quæst. 160. num. 336. cap. 10. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. nu. 108. fol. 445. vide in §. Simulatio n. 8. & §. Absolutio num. 22. Rot. part. 12. recent. decis. 126. num. 45. &c.

31 Juramentum interpositum in die Dominico, vel alio festo de præcepto super contractu, habetur pro

non apposito, & contractum non convalidat secundùm multos, licèt secundùm veriorem, & approbatam opinionem, hoc sit potius de consilio in extrajudicialibus, & ideò eosdem effectus semper operatur, etiam præstitum in die Dominico, vel alio festo de præcepto, secùs autem in judicialibus, text. ubi glos. Innoc. Hostien. Abb. & alii in capit. 1. de feriis, Seraph. dec. 782. Pic. ad Stat. Urb. gl. 23. n. 4. Fenzon. eod. tract. cap. 58. n. 13. etc. Leonell. decis. Ferr. 103. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. pr. nu. 196. fol. 504. ubi tamen quòd peccant ita facientes, nisi ex aliqua justa causa excusentur, idem Jordan. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 76. fol. 442. vide in §. Contractus nu. 36. §. Decretum n. 11. et §. Feriæ nu. 6. etc. Dian. part. 2. tract. 15. resolut. 34. Possevin. sing. 166. ubi quòd juramenta in diebus festivis absque necessitate non sunt recipienda, etiam de consuetudine, quæ potius dicitur abusus non tolerandus, loquitur tamen in judicialibus. Vide Mantiss. ad De Luc. libr. 15. decis. 6. n. 13. vol. 4.

32 Juramentum non operatur circa ea, de quibus non fuit specialiter cogitatum, cùm addat tantùm robur, non autem consensum, l. fin. C. de non num. pec. Bart. in l. 4. §. quæsitum, ff. si quis caut. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 41. n. 35. etc. Magon. dec. Flor. 64. n. 69. etc. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 86. et seqq. fol. 443. ubi infert ad plura, latè Tusch. litt. I, concl. 505. per tot. et 522. et seqq. facit Rot. rec part. 19. tom. 2. dec. 564. nu. 15. Fagnan. in cap. quoniam n. 7. de Privileg. et in cap veniens n. 11. et 24 de Jurejur.

Quòd non immutet naturam contractus, nec augeat effectum obligationis, sed solum addat religionis vinculum, & robur, l. fin. C. de non num. pec. Gratian. discep. forens. cap. 799. nu. 30. etc. Pac. Jordan. loc. cit. num. 106. et seq. Magon. d. dec. 64. num. 53. Barbos. de Axiom. jur. Axiom. 134. ubi quòd regulatur secundùm naturam contractus, cui adjicitur, & recipit omnes tacitas illius conditiones, Tusch. lit. I, conclus. 506. et 507. per tot. Mantiss. ad De Luc. libr. 6. decis. 15. vol. 3. et libr. 15. decis. 34. num. 14. vol. 4.

Non etiam operatur circa ea, quæ errore, aut falsa causa gesta sunt, Gratian. discept. forens. cap. 324. num. 12. etc. Jordan. loc. cit. n 89. et seqq. Vide Pen. & Caesein. decis. 70. et decis. 93.

33 Juramentum non convalidat contractum metientosum non quidem ex eo, quòd in jurante deficiat consensus, sed quia ille, qui obligationem per metum extorquet, ob resistentiam juris nullum jus, nullamque actionem acquirit, nec meretur sibi promissa servari in pœnam sui doli, & licèt juramentum obliget respectu Dei, quem jurans in testem adduxit, tamen de facili erit concedenda absolutio, & ei succurrendum, latè Rot. in Novis. part. 6. dec. 26. nu. 42. & seq. Altograd. cons. 5. num. 54. lib. pr. et cons. 24. nu. 29. lib. 2. ubi adducit aliam rationem, quòd scilicet, qui metu inducitur ad contrahendum, dicatur etiam metu inductus, ad jurandum, facit Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 28. ubi an obliget in conscientia, & refert contrarias opiniones, part. 8. tract. 7. resolut. 57. per tot. et part. 9. tract. 8. resol. 56. Suarez de Relig. tom. 2. tract. de juram. libr. 2. cap. 10. fol. 367. ubi plura de juramento metu extorto, an, & quando obligationem inducat, vel non, vide in §. Metus num. 17. etc. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. par. 7. fol. 413. De Luc. de Credit. disc. 10. n. 10. Rot. recent. part. 19. decis. 525. n. 3.

Quòd quando fuit præstitum per dolum adversarii, non obliget jurantem, si dolus sit talis, qui excludat consensum, ita ut nec sit necessaria absolutio, benè probat Sperel. dec. 150. num. 51. & seq. per tot. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 78. &c. fol. 444. Suarez loc. cit. cap. 11. per tot. fol. 371. ubi latè an juramentum per dolum, vel errorem factum sit validum, & obliget. Vide De Luc. loc. cit.

Quòd juramentum obliget jurantem, licèt sit præstitum per metum, dummodò servari possit sine interitu salutis æternæ, nec impugnari valeat, nisi obtenta absolutione, quæ tali casu non denegatur, Everard. loc. à vi, & energ. juram. n. 38. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 11. qu. 12. fol. mihi 34. Pic. ad Stat. Urb. glos. 25. n. 19. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. n. 232. & seqq. fol. 454. & n. 269. & seqq. fol. 456. vide Paul. Christin. dec. 226. vol. 5. Sperel. dec. 25. ubi tamen excipit matrimonii contractum, qui stante metu potest impugnari sine alia absolutione, & quare, vide in §. Absolutio n.

Non etiam esset necessaria absolutio in hærede jurantis, cum juramentum sit personale, ex parte jurantis, ut infra dicetur, Gratian. discept. for. cap. 14. n. 19.

Qualiter juramentum sit servandum quotiescunq; servari potest sine interitu salutis æternæ, latè Tusch. litt. I, concl. 504. Paul. Christin. decis. 226. in fine vol. 5.

Jurans omnia contenta in Instrumento fuisse solemniter acta, vel se non contraventurum aliquo modo, prohibetur posteà allegare defectum solemnitatum, imò etiam petere absolutionem ad effectum agendi, quia pro illa obtinenda poneret pro falso quod juravit esse verum, ac se perjurum ostenderet, suamque turpitudinem allegaret, Gram. dec. 45. n. 2. Jas. in l. sciendum n. 323. vers. decimo, ff. de verb. oblig. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. libr. 14. tit. 22. n. 100. fol. 445. vide Farinac. quæst. 190. nu. 343. &c. Fagnan. in cap. non sine n. 25. de Arbitr. De Luc. de Donat. disc. 62. nu. 10. de Judic. disc. 35. n. 35. 34

Quòd jurans non petere absolutionem à juramento, efficiatur perjurius, si illam petat, nisi prius obtineat absolutionem à juramento, de non petendo, Rom. cons. 326. Afflict. dec. 30. n. 6.

Quando autem, & ex quibus causis, ac per quos possit juramentum remitti, vel non, quæ remedia competant ad illud infringendum, & alia plura vide summatim per Jordan. vol. 3. lib. 14. tit. 22. n. 330. & seqq. ad 362. fol. 460. & dixi in §. Absolutio n. 7. Tusch. litt. I, conclus. 515. cum duabus seq. Fagnan. in cap. inter cæteras n. 8. de Rescript. Abecel. & Crescin. obser. 63. n. 7. par. 2.

An principaliter præstitum in honorem Dei, possit remitti à creditore, in cujus utilitatem resultat, Dian. par. 10. tract. 14. resol. 5. ubi refert contrarias opiniones, & affirmativam sequitur.

Juramentum præcisè obligat jurantem, etiam ad factum, ita ut solvendo interesse non liberetur, sed debet implere in forma specifica; an autem hoc procedat in hærede, Everard. loc. à vi, & energ. juram. n. 39. Felic. de societ. cap. 32. n. 68. Capyc. dec. 75. n. 4. Gratian. discept. forens. cap. 14. n. 16. c. 150. n. 5. cap. 725. n. 17. cap. 853. n. 71. cap. 981. n. 16. &c. Sperel. dec. 171. n. 13. &c. & n. 42. &c. Card. Tusch. litt. I, conclus. 527. per tot. Rot. part. 9. rec. dec. 413. n. 97. & seqq. Domin. Advocat. Cabrun. lucubr. 43. n. 6. 35

Juramentum ex parte jurantis est personale, & ideò non ita præcisè compellit ejus hæredem, qui contraveniendo non efficitur perjurius, nec tenetur absolutionem petere, Felic. de societ. cap. 32. nu. 68. Capyc. dec. 174. n. 12. &c. & dec. 75. n. 4. Cravet. cons. 141. Scapuc. de Salvian. lib. 2. quæst. 16. nu. 8. Gratian. discept. for. cap. 150. num. 5. Rot. par. 2. divers. dec. 102. n. 19. Pic. ad Stat. Urb. glos. 23. n. 28. Card. Tusch. lit. I, conclus. 518. per tot. & 519. Suarez de Relig. tom. 2. tract. de juram. lib. 2. cap. 31. n. 12. fol. 429. Vide De Luc. de Donat. disc. 62. n. 19. Fagnan. in cap. cum pro causa n. 27. de sent. excomm. Layman. Theol. Moral. lib. 4. tract. 3. cap. 10. n. 3. tom. 2. 36

Intellige ubi juramentum non firmat contractum, quo casu nihilominus obligat jurantem, sed non ejus hæredem, aliàs secùs quando firmat contractum, nam tunc operatur ejus effectum confirmatorium, etiam contra hæredem jurantis, Magon. dec. Flor. 64. n. 72. & 73. Diaz. reg. 386. Card. Tusch. litt. I, conclus. 518. n. 20. &c. Mart. Medic. dec. 29. nu. 7. &c. Sperel. dec. 169. nu. 64. & decis. 170. n. 40. & seqq. Pac. Jordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. nu. 197. & seq. fol. 451. n. 273. fol. 459. Paul. Christ. dec. Belg. 3. n. 6. vol. 3. Suarez loc. cit. Vide Laym. in loc. cit.

Quòd

Quòd veniens contra patris juramentum, non ſit audiendus, quia quoad robur contractus tranſit ad hæredes, & operatur ſuos effectus, etiam quoad pœnam incurrendam, dummodò tamen civiliter agatur Magon. *dec. Luc.* 21. *n.* 24. & 25. *ubi Addit.* & vide alios ſupracitatos.

Quòd juramentum non tranſeat ad ſucceſſorem in officio, quoad vinculum perjurii, Rot. *part.* 2. *diverſ. decis.* 97. *n.* 9.

Quòd hæres creditoris, qui pro ſe, & ſuis hæredibus juramentum recepit, poſſit accuſare debitorem de perjurio contra ſe, non autem contra defunctum commiſſo in non obſervando juramentum, Capyc. *dec.* 75. *per tot.* facit latè Suarez *loc. cit. num.* 14. & *ſeqq.* ubi qualiter juramentum tranſeat ad ſucceſſores ex parte ejus, ad cujus favorem interpoſitum fuit, & alia ad rem.

37 Juramentum non poteſt præſtari à procuratore ſine ſpeciali mandato, Pract. Papp. *for. juram. à part. oblat. gloſ.* 2. vide Gratian. *diſcept. for. cap.* 97. *nu.* 10. &c. Tuſch. *litt. I, concl.* 530. & *lit. M. concluſ.* 52. *n.* 9. &c. Abeccleſ. & Creſcin. *obſer.* 62. *part.* 1.

Quibus caſibus poſſit juramentum præſtari per procuratorem, vel non, etiam cum mandato, maximè quando requireretur proprium juramentum, latè Sperel. *decis.* 106. *per tot.* Navat. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 108. ubi de juramento fidelitatis præſtando Domino à Vaſſallis, Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de juram. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 1. & *ſeqq. fol* 427. Golin. *de Procurat. part.* 2. *c.* 5. *n.* 25. 26. & 29. Abeccleſ. & Creſcin. *loc. cit.*

38 Juramentum impedit pœnitentiam in contractibus, ubi aliàs ei locus eſſet, & facit rem deſinere eſſe integram, undè à contractibus innominatis juratis, non poteſt jurans reſilire, vel recedere, Everard. *loc. à vi juram. n.* 40. Gabriel. *de jurejur. concluſ.* 9. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 222. Seraph. *de privil. juram. privil.* 134. Coſta *tract. de re integr. diſt.* 16. *per tot.* Vide De Luc. *de Regul. diſc.* 35. *n.* 4. *de Donat. diſc.* 15. *n.* 10. & 14. & *diſc.* 25 *n.* 10.

39 Juramentum excludit jurantem à quacunque exceptione tanquàm in genere cogitata, & in ſpecie renunciata, & ſic etiam à remedio, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* Everard. *loc. à vi juram. n.* 35.

Poſſet tamen jurans allegare errorem tanquàm contrarium conſenſui, latè Gratian. *diſcept. for. cap.* 324. *n.* 12. & *cap.* 824. *n.* 24. &c. Theſ. *dec.* 165. *per tot.*

40 Juramentum purgationis defertur reo, contra quem non adſunt ſufficientia inditia ad torturam, illius tamen loco videtur hodiè ſucceſſiſſe juramentum de veritate dicenda, Clar. *§. fin. quæſt.* 63. *verſ. ſolet etiam.*

41 Juramentum impedit purgationem moræ; an autem hoc procedat de æquitate canonica, & quando jus partis non eſt factum deterius, Everard. *à vi juram. n.* 42. Sperel. *dec.* 130. *n.* 25. &c. Gratian. *diſcept. for. cap.* 387. *n.* 23. & *cap.* 515. *nu.* 26. 34. 37. &c. vide *in §. Mora n.*

An autem impediat compenſationem, Everard. *loc. cit. n.* 39. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 235. &c. *fol.* 447. & dixi *in §. Compenſatio n.* De Luc. *de Credit. diſc.* 46 *n.* 4.

42 Juramentum eſt cauſa ut credatur teſtibus, vel peritis in arte, quibus ſine illo non crederetur, ita ut nec Princeps reſcribat, quòd credatur teſti non jurato, cùm juramentum ſit inductum favore partium, Everard. *à vi juram. n.* 59. Gratian. *diſcept. for. cap.* 581. *n.* 24. &c. *cap.* 677. *nu.* 18. &c. *cap.* 697. *num.* 57. &c.

Quòd ſit neceſſarium in teſtibus, quamvis judex haberet liberum arbitrium, cum ſit ſubſtantia depoſitionis, & non ſolemnitas, Gratian. *loc. cit.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *qu.* 26. *per tot.* Ricc. *Collect.* 919. 1409. 1532.

Poteſt tamen de conſenſu partium remitti, idem Gratian. *cap.* 722. *n.* 8. vide *in §. Teſtis n.* 49. & *in Praxi §. Giuramento n.* 26. *et ſeqq.*

43 Juramentum aut teſtis non probatur per verba enunciativa notarii, [teſtis juratus] niſi ita ſervetur de ſtylo, vel niſi ſit in termino cadentis citationis ad videndum jurare, vel niſi concurrant alia adminicula, vel niſi fuerit receptum examen in præſentia judicis, vel niſi procedatur jure militari, ut benè ſingillatim probat Beltram. ad Ludoviſ. *dec.* 39. vide alios *in §. Teſtis n.* 49. ſequitur Bich. *dec.* 79. *n.* 15. *et ſeq.* ubi etiam quod dictus ſtylus ſatis probatur contra adverſarium ex eo quòd eodem modo enuncietur juramentum ſuorum teſtium.

44 Juramentum facit valere remiſſionem doli futuri præſumpti, quæ aliàs non valeret, cùm videretur dare occaſionem delinquendi, ſecùs tamen in dolo vero, vide Everard. *d. loc. à vi juram. n.* 63. Gratian. *diſcept. for. cap.* 96. *n.* 38. dixi *in §. Dolus n.*

Item facit valere confeſſionem, vel promiſſionem extrajudicialem ſine cauſa factam, licèt aliàs tanquàm indiſcreta non valeat, intelligendo tamen, dummodò jurans ſit ſagax, & prudens, ſecùs ſi ſit ſimplex, prout minor, mulier, vel ruſticus, Everard. *loc. cit. n.* 64.

Poſſet tamen prætextu falſæ cauſæ, vel erroris, non obſtante juramento, & quibuſcunque renunciationibus contractus reſcindi per conditionem indebiti, vel ſine cauſa, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 324. *per tot.*

Item impedit petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, niſi interveniat dolus, vel gratia arbitratoris, Everard. *loc. cit. n.* 65. Marant. *part.* 6. *de appellat. n.* 127. Vide Fagnan. *in cap. veniens n.* 20. *et* 21. *de Jurejur*

Item tollit exceptionem, ſi dolo facis petens quod reſtituturus es, Everard. *loc. cit. n.* 66. vide *in §. Compenſatio n.*

Alia plura, quæ operatur juramentum, & quando ſecùs, vide latè per Tuſch. *lit. I, concl.* 524. *et ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2053. *et* 2413. ubi adducit plures effectus, & *Collect.* 205. & 2170. Seraph. *tract. de juram. et alios*, Vivi. *com. opin.* 434. ubi qualiter faciat valere actum omni meliori modo.

45 Juramentum ex quo habet vim conteſtationis, litis interrumpit præſcriptionem, non videtur procedere contra inſtrumentum juratum, cùm etiam diſpoſitio generalis non trahatur ad actum juratum, niſi tamen ulterius procedat auferendo vim probatoriam inſtrumento, quia tunc ex eo non probaretur juramentum, Caſtr. *conſ.* 61. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 170. *lib.* 7. cum aliis per Rot. *part.* 3. *div. decis.* 8. *per tot.* vide *in §. Præſcriptio n.* 7. *et* 26. Ricc. *Collect.* 3773. ubi intelligit de juramento deciſorio, ſecùs in confirmatorio, & promiſſorio, Martha *vot. Piſ.* 133. ubi quòd imò ſtatutum de præſcriptione comprehendit etiam contractum juratum ex rationibus, & auctoritatibus, de quibus ibidem, & quodnam ſtatutum ſit attendendum, an illud loci deſtinatæ ſolutionis vel loci contractus.

46 Juramentum habet vim clauſulæ rato manente pacto, Gratian. *diſcept. for. cap.* 515. *nu.* 57. *et cap.* 770. *n.* 13. *etc.*

47 Intelligitur etiam rebus ſic ſtantibus, idem Grat. *cap.* 534. *n.* 51. *cap.* 863. *n.* 19. *etc.* Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 592. Magon. *dec. Flor.* 64. *n.* 52. & cum pluribus aliis conditionibus, de quibus ſupra *nu.* 3. Vide Fagnan. *in cap. cum veniſſent n.* 34. *de Inſtit.*

48 Juramentum appoſitum in venditione cum pacto de retrovendendo quandocunque, facit ut nulla currat præſcriptio, intelligendo quando ei fuit expreſsè renunciatum cum juramento, Gratian. *diſcept. for. cap.* 2. *n.* 53. *etc.* vide *in §. Pactum num.* 57. & *§. Præſcriptio n.* 25. ubi contra.

49 Juramentum firmat contractum, qui alioquin de jure communi eſſet invalidus, niſi deficiat in ſolemnitate probatoria, Aſin. *in Prax. §.* 19. *cap.* 5. *limit.* 6. *fol. mihi* 130. *n.* 2. &c. latè Montan. *de tut. cap.* 33. *n.* 575. & *ſeqq. ad* 610. Farinac. *q.* 160. *n.* 247. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 96. vide ſuprà *n.* 24. &c. latè Tuſch. *lit. I, concluſ.* 528. *etc.*

Juramentum facit tranſire verba enunciativa in diſpoſitiva, & ſic diſpoſitionem inducere, licèt de illis contingat principaliter diſputari, Gratian. *diſcept. for. cap.* 739. *n.* 34. *etc.* vide *in §. Clauſula n.* & *§. Verba n.*

Item

Item appositum in tutelis facit cessare beneficium divisionis actionum inter tutores, Montan. *de tut. cap.* 39. *n.* 166. *fol.* 207.

50 Juramentum an, & quando admittatur ad probandum amissionem scripturarum, sive illarum tenorem vide *in §. Amissio*. Fagnan. *in cap. cum olim il primo n.* 7. *de Privil.*

51 Juramentum si quis dubitet præstitisse, an obligetur in conscientia, vide *in §. Votum n.*

Non autem præsumitur in dubio juramentum, nisi probetur, vel simus in antiquis, vel fuerit enunciatum à notario, vel probetur per testes, Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 955. *per tot.*

52 Juramentum an possit deferri personis Ecclesiasticis per judices sæculares, quando coram illis deponunt de licentia superioris, affirmativam probat Sperel. *decis.* 50. *n.* 4. *&c.* vide *in §. Clericus num. §. Judex nu. §. Religiosus nu.* Abeccles. & Crescin. *obser.* 62. *p.* 1.

53 Juramentum est mixti fori, addit forum foro, & quotiescunque agitur de illius observantis, potest uterque judex tam laicus, quàm Ecclesiasticus cognoscere, Guaz. *ad def. cap.* 11. *nu.* 15. *&c.* Sperel. *dec.* 1. *n.* 13. *&* 14. melius *dec.* 169. *n.* 65. *&* 66. *& dec.* 170. *n.* 41. *& seqq.* ubi quòd laicus potest virtute juramenti trahi à creditore etiam laico, vel ejus hærede coram judice Ecclesiastico, non tamen illius hæres, nisi agatur de exoneranda conscientia defuncti, per text. *in cap. fin. de for. compet. in* 6. *capit. nova de judic. cap.* 1. *& cap. cum contingat de jure jur. cap. licet eod. tit. in* 6. *cap. quamvis pactum de pact. in* 6. *& cap. à nobis in fine de sent. excom.* idem Sperel. *dec.* 180. *n.* 48. *&* 49. ubi amplius quod licèt lis coram alio judice agatur, potest Episcopus cogere partem, ac etiam judicem sæcularem ad juramenti, observantiam, nec potest sibi obiici exceptio litis pendentiæ, & ante eum Gutter. *de Juram. confir. part.* 3. *cap* 15. *n.* 4.

De dicta conclusione vide Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13 *tit.* 8. *n.* 147. *& seqq. ad* 161. *fol.* 85. Farinac. *quæst.* 8. *n.* 141. *& seqq.* Bonac. *de legibus disput.* 4. *quæst.* 1. *punct.* 13. Ricc. *in Prax. rer. quot. tit. de juram. resol.* 225. *&* 227. Jordan. *d. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 162. *& seqq. fol.* 448. ubi etiam quid in juramento Infidelium, & latè Tusch. *litt. I. conclus.* 498. *per tot.* ubi an & quando juramentum faciat jurantem de foro Ecclesiæ Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 5. *n.* 29. ubi allegatam conclusionem intelligit, & declarat procedere quando principaliter agitur de observantia juramenti, secùs si tantùm de executione contractus jurati, quia tunc laicus convenitur coram Judice laico, & allegat Torre *de pact. fut. succ. lib.* 2. *c.* 32. Olivam *de for. eccles. par.* 3. *quæst.* 36. *per tot.* & alios. Layman. *Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 51. *n.* 10. *tom.* 2.

Alicubi tamen extat consuetudo, quòd laici etiam per juramentum foro Ecclesiastico se submittere non possunt in præjudicium sæcularis jurisdictionis, Mut. *super cap. Regn. Reg. Alph. cap.* 511. *num.* 13. *&* 14. Mar. Cutel. *super cap. Regn. Reg. Petr. cap.* 5. *n.* 4. *fol.* 295. & in concordantiis *l. Off. cap.* 2. *n.* 48. *fol.* 356. prout refert, & sequitur Honufr. Cigal. *tract. de act. §.* 10. *item si quis n.* 28. *fol. mihi* 96. Et sic etiam ego servatum vidi passim in partibus Etruriæ inter laicos hincindè litigantes, nam si creditor laicus vellet suum debitorem pariter laicum trahere ad forum Ecclesiasticum virtute juramenti, sive alio simili prætextu ad effugiendam jurisdictionem sæcularem puniretur rigorosè, & cogeretur desistere sub pœnis &c. & non sine ratione, non enim possunt subditi, & Vassalli Principis sæcularis jurisdictionem alterius prorogare sine voluntate, & licentia domini sui, & Principis, Guid. Pap. *decis.* 275. *n.* 3. *&c.* Gramat. *cons. civil.* 68. *n.* 2. Osasch. *dec.* 68. *n.* 14. *in fin. Iter. super Constit. Regn. cum satis abundè in fine*, Honufr. Cigal. *loc. cit.* facit quod dixi *in meis resol. cap.* 95. *n.* 9. ubi quòd cùm hodie juramentum de consuetudine in omni contractu apponatur ex abrupto, non debet esse tantæ efficaciæ, ut Principis ordinariam potestatem impediat, & tantò minus jurisdictionem auferat, quæ aliàs hoc modo per juramentum de facili posset per subditos evitari, quod mihi absurdum magnum videretur, & probant in aliis terminis Thes. *dec.* 186. *nu.* 16. *&c.* Dec. *cons.* 352. *in fine*, Surd. *cons.* 299. *n.* 15. Genu. *de scrips. privat. lib.* 3. *tit. de lit. judicial. sive dilat. nu.* 18. *& seqq. fol. mihi* 171. ubi testatur de multorum locorum consuetudine concedendi dilationes etiam per Principes sæculares adversus debitum juratum, quamvis illam improbat Gaspar. Anton. Thes. *in Addit. ad dict. dec. Thess.* 186. & dixi *in Praxi §. Giuramenta n.* 31. *&* 32. vide *in §. Jurisdictio n.* 7.

An autem Princeps sæculares possint per legem vel statutum, sive alio modo prohibere, ne in contractibus apponatur juramentum, vel illius effectum impedire, sive obligationem relaxare, ne prorogetur jurisdictio judicum Ecclesiasticorum, Dian. *res. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 113. *cum duabus seqq.* ubi refert contrarias opiniones, *& par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 24. *in fine*, *par.* 5. *tract.* 1. *resol.* 8. *per tot.* ubi mordicus negativam sustinet opinionem, refert tamen plures DD. & decisiones in contrarium, cum quibus transeundum puto per prædicta, & statutum esse Mantuæ testatur Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 54. De validitate hujusmodi legum, & statutorum prohibentium ne in contractibus apponatur juramentum, vel impedientium illius effectus, maximè quoad jurisdictionem, sic servari in Hispania, & alibi, Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *& seqq.* Arias de Mesa *lib.* 2. *cap.* 34. Valasch. *Consult.* 99. *num.* 8. *& seqq.* Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 11. *& seqq.* & benè confirmat Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *§.* 4. *n.* 19. *& seq.* Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 53. *& seqq.*

Juramentum ligat, & obligat impuberem doli capacem, & valet quia sicuti peccando obligatur impubes Diabolo, ità etiam jurando debet obligari Deo, Bart. *& glos. in Auth. Sacramenta verb. Puberum, C. si advers. vendit.* Gratian. *discept. forens. cap.* 740. *n.* 39. *cap.* 525. *nu.* 1. *&c.* Cabal. *cons. decis.* 141. *per tot. lib.* 2. Vide De Luc. *Conflict. obser.* 7. 54

Contrarium quòd imò impubes non obligetur juramento probat Montan. *de tut. cap.* 5. *num.* 94. *fol.* 21. *cap.* 57. *num.* 48. *fol* 182. *& in eod. cap. reg.* 2. *nu.* 79. *fol.* 188. vide Fachin. *contr. jur. lib.* 3. *cap.* 12. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 125. *vol.* 2. *per tot.*

Pro concordia distingue, ut prima opinio procedat de jure canonico, quod in materia peccati prævalet, secunda verò de jure civili, & alia ad materiam, qui jurare possint, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *num.* 47. *&c. fol.* 440. vide *in §. Minor num.* 6. *& §. Pupillus num.* 13.

Juramenta de observandis statutis, legibus, & Constitutionibus sæcularibus, vel Ecclesiasticis, intelliguntur quatenus sint in usu, & observantia, ut ex pluribus probat Dian. *par.* 3. *tract* 6. *resolut.* 39. *& par.* 12. *tract. de collocut. & scrips. vetitis tempore Conclavis resol.* 55. *vers. Et quia*, dixi *in §. Judex num.* 21. *vers. Quod non teneatur*, Alvarez de Velasc. *tract. de Jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 6. *n.* 21. *infr. nu.* 57. Card. Tosch. *lit. I. conclus.* 393. Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 12. 55

Intelliguntur etiam secundùm jus, illiusque restrictionem, sive limitationem, etiamsi simpliciter, & generaliter fuerint prolata, Seraph. *de juram. Privil.* 47. *num.* 79. Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 4. *n.* 42. Alvarez de Velasc. *tract. de jud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 3. *num.* 30.

Juramentum non operatur contra testem, cui ex illo posset præjudicium inferri, quando præjudicium versatur circa jus jam quæsitum, vel saltem spe considerabili, & proxima quærendum, vel quando ex juramento principaliter infertur præjudicium, non autem secundariò tantùm, Bart. *in l. Titia seja* 89. *§. Imperator, ff. de leg.* 2. Soccin. jun. *cons.* 69. *num.* 40. *lib.* 5. Gabriel. *conclus.* 1. *de donat. nu.* 68. Vivi. *comm. opin. verb. Donatio concl.* 212. Cancer. *var. resol. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 5. *& seqq.* Marcian. *disput. for.* 54. *nu.* 3. *& seqq.* & apud Sanfelic. *in Prax. sect.* 27. *nu.* 41. ubi in terminis juramenti appositi in donatione ad supplendum insinuationis defectum, vide *in §. Insinuatio* 56

nuatio eem. 6. & *eum.* 9. Rovit. *decis.* 48. *per tot.*

57 Juramentum fidelitatis, sive assecurationis præstandem Domino directo à Vassallis suis, quid sit, quomodo præstetur, & alia, Novar. *in Pragm. Regn. Collect.* 108. *per tot.* Mart. *vot. Pis.* 221.

Quod dictum juramentum non præsumatur præstitum in feudalibus ex antiquitate temporis, Martha *vot. Pis.* 201. *per tot.* & alique de dictu juramento fidelitatis, idem Mart. *vot.* 200. 210. & Em. De Luc. *in Indic. gener. verb. Juramentum fidelitatis.* Adde circa hanc materiam Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 19. *n.* 207. *tom.* 4. Rot. *recen. part.* 19. *in Indice* Fagnan. *sup. Decr. pariter in Indic.*

58 Juramentum additum fictæ promissioni, & sic sine animo se obligandi, an inducat obligationem, contrarias opiniones refert, utramque probabilem asserens Dian. *resol. moral. par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 33. & 34. vide alios citatos supra *num.* 9. *vers. Qualiter &c.* Fagnan. latissimè *sup. Decr. in Indic.*

Hodie tamen in hac materia juramenti per decretum Innocentii Papæ XI. publicatum Romæ sub die 4. Martii 1679. fuerunt damnatæ, & prohibitæ tamquam scandalosæ, & in Praxi perniciosæ infrascriptæ conclusiones, prout jacent, videlicèt *sub num.* 24 & *seqq.*

Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit aut possit damnare hominem.

Cum causâ licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec est perjurus.

Causa justa utendi his amphibologiis est quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendos, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ità ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi; non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

Sed ut dixi omnes istæ propositiones sunt damnatæ judicio Sanctæ Matris Ecclesiæ, cui me, & omnia mea semper subiicere gloriosum puto, & credere volo, facit Thom. Hurtad. *resol. moral. par.* 2. *tract.* 7. *per tot. fol. mihi* 38. *&c.* ubi plura de prohibita vocum æquivocatione, & nominum restrictione mentali, Suarez *de Relig. tom.* 2. *tract. de juram. lib.* 3. *cap.* 9. & *seqq. fol.* 473. *&c.* ubi an juramentum amphybologicè præstitum sit perjurium, & quale sit peccatum, Crespin. à Borgia *Quæst. moral. select. contra Caramuel. quæst.* 11. *per tot.* ubi an restrictiones mentales sint concedendæ necne.

Ad prædicta faciunt notata in §. *Mendacium* e. 1.

59 Florentiæ per Decretum de mandato Serenissimi Magni Ducis obtentum in Supremo Magistratu, & publicatum sub die 21. Aprilis 1679. fuit abrogata consuetudo deferendi juramenta reis de veritate dicenda in causis quibuscumque criminalibus, & mixtis, & ad tollenda perjuria ordinatum in posterum, juramenta in dictis causis criminalibus, vel mixtis, reis, quoad se, examinandis non deferri, sed tantùm quando uti testes in caput alienum, vel quoad alios examinantur, sub pœna contrafacientibus indignationis S.C.S. ultra privationem officii, nihil innovando ubi civiliter procederetur, etiam in causis ex delicto descendentibus.

Sed ratione etiam testes sæpissimè perjuria non committerent in his partibus in quibus veritas semper difficulter habetur, cum ad illam occultandam ferè omnes sint intenti in præjudicium Fisci, & justitiæ; huic autem malo provideri non potest remedio prædicto, cùm juramentum in testibus sit de substantia depositionis, & de jure divino, ut dixi supra *n.* 43. & *in §. Testis n.* 8. & *n.* 49.

Et quoad reos veritatem negantes, licèt sine juramento, adest mendacium semper in judicio ubi agitur de re gravi peccaminosum, ut dixi *in §. Mendacium num.* 1. quia Deus inter simplicem loquelam, & juramentum non facit differentiam.

De juramentis aliqua decisa refert Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 1. & 3. *verb. Juramentum*, & plura remissivè Castejon. Alphab. *jurid. verb. Juramentum*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 4. *cod. verb. fol.* 789. & *seq.* Valer. *de differ. utriusque fori verb. Juramentum per tot.* Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap.* 4. *per tot.* Cancer. *var. resol. part.* 2. *cap.* 8. *per tot.* Mendo *tract. de Jur. Accadem. ut in Indice verb. Juramentum.* Plura Seiser. *in ejus tractat. de juram.* & Em. De Luc. *in indic. general. verb. juram.* Brunnemann. *sup. ff.* & *Cod.* Fagnan. *sup. Decret.* Pignatell. Piton. Ursay. Panimol. Bertachin. Ansald. Emerix Caprar. Crescin. & alii recentiores. 60

Juramentum an, & quando dicatur præstitum Bertechin. *vot.* 129. *n.* 6. 61

Juramentum suppletorium semper admittitur, quoties constat de credito, sed dubitatur de ejus quantitate Mantiss. ad De Luc. *libr.* 8. *decis.* 5. *n.* 3. *vol.* 1. Et juramentum creditoris super quantitate an sufficiat probata substantia debiti Car. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 29. *n.* 8. 62

Juramentum nihil operatur, quando fuerunt omissæ solemnitates requisitæ à Statuto pro actus probatione Mantiss. ad De Luc. *libr.* 6. *decis.* 14. *n.* 29. *vol.* 1. 63

Testes qui deponent non recordari vidisse jurare contrahentem, non excludunt juramenti veritatem à publico instrumento resultantem Farinac. *de falsit. q.* 158. *a n.* 118. Mantiss. ad De Luc. *decis.* 7. *n.* 21. *libr.* 16. *vol.* 4. 64

Exceptio juramenti, seu perjurii quæ sit, & an repellat jurantem à limine Judicii, & an transeat in hæredes & alia Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 7. Car. Ant. De Luc. *in Prax. judic. cap.* 23. 65

Juramentum est quædam tortura spiritualis Abb. *in cap. per tuas circ. fin. de prob.* Pellegrin. *loc. cit. part.* 4. *sect.* 9. *n.* 13. 66

Juramentorum pluralitas in uno contractu an sit exprimenda in absolutione Dunozett. *decis.* 792. Fontanell. *de Pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 7. *nu.* 21. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. n.* 3. 67

Quando juramentum fuit præstitum sponte, & sine dolo, ut fieri solet assertio in prohæmio donationis, tunc debet exprimi in petitione absolutionis Andreol. *contr.* 292. *n.* 10. Carol. Ant. De Luc. *loc. cit. sub n.* 17. 68

Jurare an debeat testis in principio, vel fine examinis Vide Carol. Ant. De Luc. *in Prax. crim. cap.* 20. *n.* 11. 69

Juramentum Partis potest præstari à Judice laico in Ecclesia super Altare Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 31. *n.* 10. Abecceles. & Crescin. *obser.* 7. *part.* 1. 70

Juramentum est Juris divini Altimar. Abecceles. & Crescin. *loc. cit.* 71

An Episcopi sint privilegiati in eorum juramentis Abecceles. & Crescin. *obser.* 62. *part.* 1. 72

Et quid observandum in juramentis Ecclesiesticorum Abecceles. & Crescin. *loc. cit.*

Juramenti actus Ordinario Loci est committendus, si is, qui debet jurare, sit legitimè impeditus ad comparendum personaliter Abecceles. & Crescin. *loc. cit.* 73

Juramentum dicitur individuum Franch. *decis.* 173. *n.* 6. Rubeu. *in annot. ad decis.* 56. *n.* 41. *part.* 9. *rec. tom.* 1. Abecceles. & Crescin. *obser.* 64. *n.* 1. *part.* 1. 74

Quando juramentum est interpositum super uno facto, simul, eodemque tempore, tunc juramentum non potest dividi, nec illud factum Rubeu. *loc. cit. n.* 42. Baldue. *tit.* 1. *decis.* 14. *n.* 38. Crescin. ad Abecceles. *loc. cit n.* 2.

Denuò jurandum est, quando legitimè non est juratum Brunnemann. *in l. quo per salutem* 33. *n.* 1. *ff. de Jurejur.* Abecceles. & Crescin. *dict. obser.* 64. *part.* 1. 75

Maximum remedium litium expediendarum est juramentum Ridolphin. *in Prax. part. pr. cap.* 10. *sub num.* 117. Abecceles. & Crescin. *loc. cit.* 76

Contumax in præstatione Juramenti habetur pro con- 77

confesso, si Judex declaravit esse jurandum Crescin. ad Abecclef. *obser. 68, n. 3. part. 1.*

78 An quis cogi possit ad jurandum super facto alieno Crescin. ad Abecclef. *obser. 69. à n. 2. part. 1.*

79 Ignorans etiam compelli potest ad jurandum de credulitate Crescin. ad Abecclef. *loc. cit. n. 11.*

Juramenti credulitatis delatio non temerè nec indiscretè, sed prudenti, & circumspecto Judicis officio fieri potest Crescin. *loc. cit. n. 12.*

80 Quibus in causis juramentum purgatorium deferri soleat Crescin. *ubi supra obser. 72. part. 1.*

81 Sacerdotes jurare solent tacto pectore, quod etiam procedit in aliis personis Ecclesiasticis: Et equites jurant tacta cruce sui habitus: Et alii testes regulariter jurant tactis scripturis Crescin. *ubi supr. obser. 63. part. 2.*

82 Juramentum, quod recipitur à testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, est extrajudiciale, & ideo potest recipi, etiam die Dominico Mantil. ad De Luc. *libr. 15. decis. 6. n. 14. vol. 4.*

83 Juramentum obedientiæ probat Jurisdictionem Rot. coram Emeria jun. *decis. 1257. n. 2.*, Et vide eumd. *in Indice verb. Jurisdictio.*

84 Juramentum an sit operativum in præjudicium Tertii Card. De Luc. *de Donat. disc. 62. sub n. 19.*

85 Juramentum præstitum super primo actu an operetur quoad alios actus consequutivos De Luc. *de Donat. disc. 41. n. 9.*

86 Juramentum quando fuerit introductum De Luc. *de Alien. disc. 61. n. 6.* Et enumerantur plures species juramenti per eumdem De Luc. *de Judic. disc. 25. n. 5.*

87 Juramentum in litem an permittatur hæredi contra hæredem De Luc. *de Tut. disc. 8. nu. 11. de Credit. disc. 148. n. 10.*

88 Juramentum non potest præstari per relationem ad scripturam, nisi fiat incontinenti Fagnan. *in cap. veniens n. 15. de cognat. spir.*

89 Juramentum non violat, qui in melius commutat Fagnan. *in cap. magnus n. 18. de oblig. ad ratioc.*

90 Juramentum est fortius vinculum, quàm confirmatio in forma communi, & firmat actum invalidum Fagnan. *in cap. si quis n. 31. de confir. util. vel inutil.*

91 In juramento semper intelligitur excepta superioris authoritas Fagnan. *in cap. quoniam num. 8. de Privil.*

92 Juramento damnum passi de rebus subtractis, vel absumptis statur tantum contra illum qui damnum dedit, non contra Tertium Fagnan. *in cap. cum olim n. 8. de Privil.*

93 Juramenti forma in Electione Summi Pontificis Fagnan. *in cap. cum dilectus n. 54. de Consuet.* Juramenti forma in creatione Tabellionum Idem *in cap. sicut te n. 19. & 55. ne Cler. vel Monac.*

§. JURISDICTIO. XLIV.

1 Jurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate jusdicendi, & æquitatis statuendæ, *glos. in l. 1. ff. de jurisdict. omn. jud.* Jas. & alii communiter *in l. Imperium, ff. eod.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 2. num. 12. fol. 12.* Tusch. *lit. I. conclus. 543.* ubi etiam de multiplici jurisdictione Paul. Christin. *decis. Belg. 159. 160. vol. 2.* fluit, & refluit à Principe veluti à suo fonte Magon. *decis. Flor. 87. num. 1.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 14. & 15. per tot.* Tusch. *litt. I. conclus. 545.* ubi qualiter resideat in Principe, & ex quibus actibus acquiratur, & probetur, Sanfelic. *decis. 301.* ubi qualiter omnis jurisdictio resideat in Principe, possit ab eo supprimi, dividi, separari, uniri, vel dismembrari &c. latè Peregrin. *tract. var. tit. de jurisdict. ordin. & deleg. lib. 1.* Ansald. *cons. 30. per tot.* ubi qualiter omnis jurisdictio in Principe resideat, suisque Magistratibus communicetur, ab ipsis exerceatur, & alia plura ad rem, Donad. *tract. de renunciat. cap. 29. num. 1. & seqq.* Cabed. *decis. 43. part. 2. & decis. 11.* Anton. Perez. *ad tit. de jurisdict. omn. judic. num. 2. &c.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 44. n. 12. &c.* Quid sit Jurisdictio Jannin. *de citat. real. lib. 1. cap. 1. n. 1020. & seqq.* Altimar. *de nullit. rubr. 10. quæst. 4. n. 29. tom. 5.*

Jurisdictio est basis, & lapis angularis cujuslibet judicii naturaliter penes Principem existens, ab eoque, veluti à fonte per concessiones fluens, & ad eumdem per appellationem, vel quædam refluens, & quicquid extra illius fines fit, nullitatis vitio insanabili subjacet, Magon. *decis. Luc. 30. num. 1. & seqq.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. num. 9. & seqq. fol. 82.* Menoch. *d. præsumpt. 14. & 15.* Altograd. *cons. 71. num. 29. & 30. lib. 2.* ubi quòd omnis jurisdictio fluat, & refluat à Principe, nullusque illam habere possit sine Principis concessione, latè Peregrin. *loc. cit.* Donad. *loc. cit.* ubi plura ad rem, Cabed. *decis. 11. & seqq. par. 2.* vide Altimar. *de nullit. rubr. 9. quæst. 1. & seqq. tom. 1.* 2

Jurisdictionis nomen stat loco generis, & loco speciei; generaliter sumpta continet tres species, nempè merum, & mixtum imperium, ac simplicem jurisdictionem, & quælibet species continet sub se plures gradus. Insuper jurisdictio alia est spiritualis, sive Ecclesiastica, alia politica, sive temporalis, prout duæ sunt potestates Pontificalis scilicet, & Regalis, alia nata, alia data, alia personalis, alia realis, alia voluntaria, alia contentiosa, alia denique ordinaria, alia delegata, alia arbitraria, prout has, & alias species jurisdictionis enumerant Marant. *in Specul. jud. par. 4. per tot.* Vestr. *in Praxi lib. 3. cap. 3.* Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 13. cap. 13. fol. mihi 1068.* Bollon. *tract. de mandat. jurisdict.* Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 2. per tot. fol. 31.* ubi etiam qualiter proveniat à Deo, à quo omnis potestas, & imperium, qualiter à Papa, ab Imperatore, & cæteris supremis Principibus, qui illam immediatè obtinent à Deo, & in Magistratus, ac judices suos transfundunt, Torreblanch. *de Magia lib. 3. cap. 9. per tot.* 3

De multiplici jurisdictione, Tusch. *litt. I. conclus. 543. & seqq.* Peregr. *tract. variar. lib. 1. tit. de jurisd. ordin. & deleg.*

De mero, & mixto imperio, quid sit, & in quibus consistat, Novar. *sup. Pragm. Regn. Neapol. Collect. 33. per tot.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1053.* ubi plura, quibus modis probetur merum imperium Obrecht. *de Jurisdict. lib. 2. cap. 1.* Capiblanc. *de Baron. tom. 2. cap. 36.*

Qualiter omne Dominium sit à Deo, considerata natura Entis, & motus cujuslibet naturæ creatæ, quia cor Regis in manu Dei est, quocumque voluerit inclinabit illud, ut in *Proverb. 21. cap. scribitur*, & quia omne quod movetur, ab aliquo movetur, & in moventibus, & motis, non est abire in infinitum, ergo oportet venire ad aliquod primum movens immobile, quod est Deus, sive causa prima, benè D. Thom. *in Opusc. de Regim. Princip.* & ibi Salzedo *Politic. lib. 3. cap. 1. & 2. per tot. fol. mihi 209. &c.* facit quod dixi *in §. Princeps num. 1. in fine.*

Jurisdictio, & merum, ac mixtum imperium quando dicatur concessa, vel concessum ei, cui per Principem fuit infeudatum Castrum, vel donatum, sive venditum, latè Menoch. *lib. 3. præsumpt. 97. per tot. & in seqq.* ubi de pluribus aliis quæstionibus feudalibus, Pac. Jordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 2. nu. 18. fol. 12.* Altograd. *cons. 71. num. 17. &c. lib. 2.* Tusch. *lit. I. conclus. 547. per tot. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg. 159. num. 7. &c. vol. 2. & decis. 7. per tot. vol. 6.* Ricc. *Collect. 2591.* Sanfelic. *decis. 66.* Novar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 33. num. 8.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæst. 2. per tot.* latè Fontanel. *de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 14. per tot. fol. 318. & seqq.* Cabed. *decis. 11. & seqq. par. 2. & decis. 40. d. par. 2.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 8. & 9. per tot.* ubi qualiter suprema potestas, & jurisdictio semper remaneat in supremo Principe; nec possit ab eo etiam volente abdicari; an præscribi, & alia plura ad rem notabilia, *& lib. 3. cap. 44. per tot.* ubi quòd non venit nisi id, quòd fuit expressè, & nominatim concessum; *& nu. 33.* quod quamvis jurisdictio sit generaliter concessa, intelligitur cumulativè cum concedente, qui ideò concurrere potest cum donatario, & carceratos trahere ad suos carceres, quicquid justitiæ causa præcipere, nec donatarius impedire valet, sed litteras requisitorias exequi tenetur pro bono justitiæ, & alia, vide *in §. Dominus num. 38.* 4

38. Ramon. conſ. 24. & 25. cum Annot. Moderni Jacob. Balduc. Vide Bertachin. vot. 88. n. 58. & 59.

Qui casus censeantur reservari ipsi Principi infeudatis, vide Franch. decis. 275. Paul. Christin. decis. Belg. 175. vol. 1. ubi de jure confiscandi, & refert diversas opiniones, vide in §. Feudum num. 26. §. Lex num. 20. §. Dominus num. 38. §. Confiscatio num. 1. Sanfelic. decis. 55. ubi de jure faciendi gratias delictorum, & in Prax. sect. 24. ubi de jure conferendi beneficia Ecclesiastica ex privilegio competente alicui Regi, Imperatori, vel Principi; qui concedendo feudum, hujusmodi jus non transfert, sed sibi retinet, Cabed. decis. 40. per tot. part. 2.

An possit jurisdictio esse sine territorio, & territorium sine jurisdictione, Gratian. discept. forens. cap. 918. num. 56. Menoch. de præsumpt. 97. num. 6. ubi videtur affirmare, vide Tusch. litt. I. concl. 558. Sanfelic. decis. 301. num. 7. &c. ubi videtur negare, Peregrin. tract. variar. lib. 1. tit. de jurisdict. ordinar. & deleg. num. 30. & seqq. ubi quòd potest esse sine territorio, ut in notariis, judicibus cartulariis, Episcopis, & Abbatibus Ecclesiasticis; sicut & territorium sine jurisdictione, ut in Civitatibus, & Castris subditis.

5 Jurisdictio pluribus concessa, an dicatur cumulativè; vel privativè competere, quando possit prorogari, & quando dicatur turbata ad effectum criminaliter agendi, Gratian. disceptat. forens. cap. 154. num. 35. & per tot. cap. 270. num. 10. &c. ad 18. infr. num. 6. Rot. part. 11. recent. dec. 184. nu. 6. & seqq. ubi plura quando dicatur cumulativè, vel privativè concessa, & part. 13. decis. 425. num. 9. ubi quòd quando est simpliciter duobus concessa, penes utrumque cumulativè resider, & plura de præcedentia inter eosdem, Sanfelic. in Praxi sect. 18. ubi quòd intelligitur cumulativè concessa, nisi adsit clausula, quòd unus solus cognoscat, vel quod alius non se intromittat, vel nisi sit concessa ratione feudi, & non in officium, vel administrationem, vel nisi unus esset deputatus tamquam superior alteri, ut in causis appellationum, vel nisi esset concessa in privilegium personarum subjectarum, & alia, Ludovis. decis. 4. num. 5. & 6. Gabriel. de Ballis tract. de feud. par. 1. cap. 2. § 1. fol. 24. Ansald. conſ. 19. ubi inter Commissarium Pisarum, & Consilium Illustrissimæ Religionis Sancti Stephani, & conſ. 30. ubi de aliis differentiis jurisdictionalibus inter dicta Tribunalia, Cabed. decis. 13. per tot. part. 2. Antun. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 44. num. 33. ubi contra Cabed. firmat posse Regem cum donatario concurrere, cum intelligatur tantùm cumulativè, & non privativè jurisdictionem concessisse, nisi aliter fuerit expressum, quo casu tamen penes Regem semper remanet altum dominium, & suprema potestas, quam à se abdicare non potest, cujus vigore multa sunt ei permissa, ut dixi in §. Dominus n. 38. de qua quæst. & aliis seqq. latè Altimar. de nullit. rub. 10. quæst. 3. per tot. tom. 2. Vide Bertachin. vot. 88. n. 60. De Luc. de Jurisdict. disc. 85. à n. 6. disc. 108. à n. 6. de Judic. disc. 3. nu. 76. Miscell. disc. 16. n. 8. Fagnan. sup. Decr. in Indice verb. Jurisdictio cumulativa.

Quando jurisdictio dicatur privativè concessa Andreol. controvers. 320. num. 9. & seqq. ubi quòd si ex universali jurisdictione evellatur aliqua species causarum, & alteri concedatur vel sit distributæ causæ, vel aliquæ ablatæ à Judice inferiore habente universalem jurisdictionem, & commissæ Judici majori, & similibus casibus, jurisdictio dicitur privativè concessa, vide etiam Tondut. de prævent. part. 1. cap. 31. per tot. & part. 2. cap. 45. per tot. ubi distinguit 54. casus ex Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. & aliis.

Quòd quando est privativè concessa, non possit alius se ingerere, idem Gratian. cap. 628. nu. 16. &c. Sanfel. decis. 419. nu. 36. & seq. ubi quòd stante clausula abdicativa non potest alius judex, vel tribunal se intromittere, etiam si agatur de resistentia, vel offensa suis ministris, vel officialibus facta, idem Sanfelic. in Prax. sect. 25. num. 25. & seq. Gratian. decis. 545. per tot. latè distinguit Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. per tot. & de arbitr. lib. 1. quæst. 40. ubi quod regulariter censetur data cumulativè, nō autē privativè quoad majorem Magistratū, quando in civitate adest statutū eā tribuens alicui in causis minimis, vel in causis mercatorū, & ob id major judex sēper potest cognoscere cumulativè de hujusmodi causis, non autem è contra minor judex potest se ingerere in causis majoribus, nisi ejus jurisdictio prorogetur ab ipsis partibus, dixi in §. Judex num. 13. & 14. num. et in Pract. §. Magistrato nu. 8. Martha vot. Pis. 171. ubi plura de jurisdictione, & facultate concessa Abbati, & Comendatario alicujus Conventus, ut non præjudicet Generali totius Ordinis, neque regulæ sub qua vivunt Monaci illius Conventus, & alia ad rem, Surd. conſ. 56. Viv. comm. opin. 435. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de jurisdict. resol. 1. per tot. Mart. Medic. Exam. 32. num. 25. et seqq. ubi quando dicatur uni tantum privativè concessa, quo casu non potest prorogari, nisi aliter servetur de stylo, & consuetudine.

Quòd per deputationē judicis specialis in certis causis, vel casibus, non censeatur derogatū jurisdictioni judicis generalis, & ordinarii, qui aliàs de dictis causis cognoscere poterat, sed inter eos sit locus præventioni Paul. de Castr. in leg. testamenta num 6. Cod. de testam. Sanfelic. decis. 290. num. 2. & in Prax. sect. 25. num. 32. et seqq. Merlin. decis. 152. ubi quòd jurisdictio inferiori concessa intelligitur cumulativè cum Superiore, & ordinario, non verò privativè, & signanter quoad Episcopum, nisi aliter constet de mente concedentis, & decis. 295. per tot. decis. 690. n. 3. Ricc. Collect. 392. & 1227 ubi limitat quando est concessa in certum genus personarum ad universitatem causarum, vel non circumscripto territorio, vel præscripta, vel concessa favore personæ, in quam debet exerceri, & ejus favor sit non exerceri per plures, vel stante consuetudine contraria, nam his omnibus casibus privativè, & non cumulativè competere probat, & facit Rot. part. 7. recent. decis. 257. num. 5. part. 11. decis. 184. per tot. Sanfelic. decis. 13. & decis. 419. num. 34.

Quòd jurisdictio specialis alicui Magistratui concessa circa quasdam personas, vel causas, etiam per verba taxativa, non deroget jurisdictioni generali alterius Magistratus, qui circa easdem personas, vel causas cognoscere poterat, Bart. in l. viros C. de divers. off. lib. 12. Roman. plures casus similes adducens, & in specie de Rectore Militum, & juribus comprobans conſ. 393. per tot. & præcipuè num. 4. et 11. quoad verba taxativa, licet postea contrarium concludat, Dec. conſ. 3. ubi de jurisdictione speciali concessa Officialibus Mercantiæ Civitatis Florentiæ, ut non deroget jurisdictioni ordinariæ, & generali Potestatis, Gratian. responſ. 71. num. 11. & 12. lib. 2. qui omnes loquuntur etiam si alicui judici per verba taxativa, & ut ille solus cognoscat, jurisdictio fuerit specialiter concessa, & vide Tondut. de prævent. parte 2. cap. 45. per tot. fol. 230. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 18. per tot. ubi multos casus distinguit, & declarat Mart. Medic. decis. 54. n. 9. & 10. ubi quòd censetur concessa cumulativè, & non privativè ad judicem ordinarium, & generalem, etiam si dictum sit, quòd ille solus, vel tantum cognoscat, licèt videatur contrarium dixisse, Exam. 32. n. 30. Franch. decis. 723. per tot. Sanfelic. decis. 290. nu. 3. & decis. 336. num. 32. Pac. Jordan. Lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 2. num. 36. Tusch. litt. I. conclus. 566. nu. 11. & seqq. ubi pluribus modis declarat, Paul. Christin. decis. Belgic. 346. vol. 1. ubi plures in contrarium allegat, quos videtur sequi, quando dictum fuit quòd ille solus procedat, vide in §. Magistratus num. 7. Sanfelic. decis. 419. numer. 34. & seqq. ubi quòd effectus clausulæ abdicativæ adimit jurisdictionem ab illis, & in Praxi sect. 25. nu. 34. & seqq. Burat. decis. 911. num. 4. & 5. Rot. in Juvenacens. jurisdictionis 5. Martii 1677. coram Bourlemont. post Urceol. de transact. decis. 91. num. 12. & seqq. ubi quòd quando agitur de eo, qui jam habebat jurisdictionem, tunc jurisdictio, quæ alteri conceditur intelligitur cumulativè, etiam si adesset taxativa, solum, vel dumtaxat, dummodo de contraria mente concedentis non constet. Vide Fagnan. in cap. accedentibus n. 42. de excess. Prælat.

Quòd quando jurisdictio est concessa in feudum, vel

vel ratione feudi censeatur privativè concessa quoad concedentem in prima instantia, excepto alto dominio, & superioritate, quæ concedenti censetur reservata saltem cumulativè Tusch. *dict. conclus.* 556. *n.* & *seqq.* vide *in §. Dominus num.* 38. Jo. Paul. Melii *observ.* 32. ubi refert contrarias opiniones Sanfelic. *decis.* 73. & *in Praxi sect.* 18. *n.* 3. Gabriel. de Bellis *loc. sup. cit.*

Quòd jurisdictio dicatur privativa quoad alios, ubi est alicui concessa per dictiones, *plenariè, omnimodè* &c. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 303. *num.* 1. & *seqq.* & *part.* 18. *dec.* 810. *per tot.* ubi ultra illas dictiones censetur etiam privativa quando est concessa ad vitam, & titulo oneroso, vel cum residentia in certo loco pro causis certæ speciei, & quoad judices Cameræ, qui tamquam Procuratores Cæsaria habent in causis fiscalibus jurisdictionem privativam quoad alios.

6 Jurisdictionem sibi usurpans, quam non habet, incidit in pœnas graves, & aliquando læsæ Majestatis, nisi dolus absit, & agatur de levibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 10. *n.* 18. &c. Menoch. *de arbitr. cas.* 320. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1626. Sanfelic. *decis.* 336. *n.* 15. Thom. Trivis. *decis.* 11. *num.* 14. *lib.* 2. Vant. *de nullit. ex defect. jurisdict. nu.* 18. *fol.* 83. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 2. *nu.* 33. *fol.* 14. ubi etiam *n.* 32. quòd causæ jurisdictionales sunt magni præjudicii, imò maximi, & gravissimi, maxime quando agitur inter Ecclesiasticum, & sæcularem judicem, & ideò unusquisque propter dignitatem jurisdictionis, debet illam tenaciter defendere, & sustinere, vide in §. *Magistratus num.* 6. & 12. Cabal. *resolut. crim. cas.* 291. *nu.* 26. & *seqq.* ubi qualiter puniantur facientes capturam in alieno territorio, facit Matthæu. & Sanz. *de re crim. contr.* 4. *per tot.* ubi de illis, qui sub nomine Curiæ, faciendo se illius Ministros, cum non sint, & causas supponendo, pecunias extorquent, Rot. *crimin. Florentiæ de mense Septembris* 1680. in causa contra Sebastianum Matthæi Lombardi, & alios in filcia negotiorum prima *num.* 36. pro captura facta in Statu Florentino, cum essent subditi, & servirent in Statu Ecclesiastico, illos condemnavit in pœnam furcarum, & confiscationis bonorum, & rursus die 22. Octobris 1682. in alia simili causa Terræ salis condemnavit executores subditos, ut supra, & forenses ad triremes ad beneplacitum Principis, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 13. §. 25. *per tot.* ubi qualiter puniantur delinquentes sub nomine Curiæ, ita ut aliquando dicantur rei læsæ Majestatis, nempe si fiat animo usurpandi jurisdictionem, vel sequatur homicidium, &c. Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 2. *num.* 22. & *seqq. tom.* 1. Rovit. *in Pragm.* 2. *de Jurisdict. ad invic. non turban.*

Quòd non possit jurisdictio alterius turbari, sed una debeat adiuvari ab alia, & grave esse delictum turbare jurisdictionem, & alia, Larrea *decis. Granat.* 1. Capyc. *decis.* 130. Ricc. *Collect.* 3901. facit Sanfelic. *in Prax. sect.* 20 & *sect.* 25. *per tot.* Novar. *in Prag. Collect.* 122. Peregrin. *tract. var. lib.* 1. *tit. de jurisdict. ordin.* & *deleg. n.* 143. &c.

Qualiter mediante præscriptione acquiratur, Gratian. *discept. forens. cap.* 441. *per tot.* Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 259. *per tot.* Peregrin. *tract. var. lib.* 1. *tit. de jurisdict. ord. et deleg. num.* 61. *et seqq.* late Cabed. *decis.* 41. *part.* 2. De Luc. *de Jurisdic. disc.* 20. *a n.* 23. *Relat. Cur. disc.* 2. *n.* 9. *de Regul. disc.* 7. *num.* 5. *Miscel. disc.* 22. *n.* 15.

An in juribus Regalibus, procedat præscriptio contra Regem, vel Regiam Coronam, Cabed. *decis.* 165. *per tot. part.* 2. vide *in §. Præscriptio num.* 18.

7 Jurisdictio potest prorogari etiam in causis criminalibus in præjudicium partium, non verò Reipublicæ, sive aliorum judicum competentium, Clar. §. *fin quæst.* 42. Guaz. *ad def. cap.* 7. *per tot.* Marant. *part.* 4. *distinct.* 12. *num.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 29. *per tot.* ubi qualiter in civilibus possit prorogari, vide Sanfelic. *decis.* 335. *et* 336. *cum additione,* & *decis.* 419. *num.* 66. *et seqq. et in Praxi sect.* 25. *n.* 29. *et seqq.* Ludovis. *dec.* 325. *n.* 23. *etc.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 64. *num.* 63. *seqq.* Donadeus *tract. de renuntiat. cap.* 18. *per tot.*

Ubi agitur de prorogatione jurisdictionis, adde Raymund. *Syntax. rer. crim. in Proœm.* §. 11. *nu.* 46. *et seqq. fol.* 47. Fontanel. *decis.* 375. ubi quando est limitata ad certam summam non potest prorogari, *et decis.* 367. Cabed. *decis.* 22. *per tot. part.* 2. De Luc. *de Jurisdict. disc.* 51. *a n.* 4., *et disc.* 110. *nu.* 10. *et disc.* 3. *n.* 23. 29. *et* 35. Emerix. jun. *decis.* 737. *n. pr. decis.* 177. *n.* 7. *decis.* 1031. *n.* 3. *et* 4. *decis.* 1160. *n.* 4.

Quòd jurisdictio tam ordinaria quam delegata, possit de consensu partium, & judicis expresso, vel tacito prorogari de tempore ad tempus, de re ad rem, de persona ad personam de loco ad locum, & quæ requirantur, Vant. *de nullit. tit. Qualiter sent. poss. de nullit. dess. numer.* 76. *et seqq. fol.* 292. Mart. Medic. *Exam.* 32. *cum Addit. per tot. ubi num.* 49. quòd Florentiæ adest statutum, ne possit prorogari, vide Card. Tusch. *litt. I. conclus* 74. *num.* 2. *et concl.* 561. *per tot. et litt. P. conclus.* 927. plenè Bald. *in leg. si quis ex consensu num.* 6. *et seqq. Cod. de Episc. aud.* Ricc. *Coll.* 322. 1500. *et* 2449. Peregrin. *tract. var. tit. de jurisd. ordin. et deleg. num.* 24. *et seqq. lib.* 1. Donad. *loc. cit.* De Luc. *loc. cit.*

Quòd jurisdictio alterius judicis possit prorogari à partibus, etiam sine proprii illarum judicis, vel Principis consensu, ita ut proprius judex, vel Princeps non possit illas coram alio litigantes repetere: Limita tamen istud non procedere in subditis Principum, & Dominorum perpetuorum, qui sine illorum licentia non possunt litigare, & jurisdictionem alterius judicis non subditi prorogare, nec quando resultaret in præjudicium proprii judicis, & in aliis casibus, ut per Capyc. *decis.* 9. *per tot.* Tusch. *d. concl.* 561. *num.* 10. *et* 13. vide in §. *Juramentum num.* 52. Ursil. ad Afflict. *decis.* 155. *num.* 3. Cacheran. *decis. Pedem.* 7. Surd. *cons.* 47. *num.* 24. Schradrer. *de feud. part.* 10. *sect. pr. nu.* 137. Paul. Christin. *decis. Belg.* 159. *in fine,* & *decis.* 160. *num.* 4. *vol.* 2. *et decis* 224. *num. pr.* & *vol.* 5. Peregrin. *decis.* 149. *nu.* 4. & *seqq. per tot.* ubi benè declarat Sanfelic. *dec.* 166. & *addit. ad eumdem dec.* 335. *vers. Quicquid,* & *dec.* 336. *n.* 38. &c ubi quod nō potest prorogari in præjudiciū judicis illam habentis cum clausula privativè, nec tunc attenditur locus delicti, idem Sanfelic. *decis.* 419. *nu.* 66. & *seqq. in Praxi sect.* 25. Donad. *loc. sup. cit.* & facit *in cap.* 29. ubi an Baro possit in præjudicium suorum subditorum renunciare remissioni petitæ.

Quando possit prorogari, vel non, Sperel. *decis.* 266. *num.* 33. &c. vide *in* §. *Juramentum num.* 52. & *in* §. *Prorogatio num. pr.* Peregrin. *loc. cit.* Donad. *loc. cit.* Altimar. *de nullit. rub.* 9. *quæst.* 9. *tom. pr.* De Luc. Emerix. *loc. cit.*

Multa quando jurisdictio non possit prorogari, Gratian. *decis.* 78. *per tot.* ubi Addent.

Et quando incompetentia proponi possit, vel non, Matt. Medic. *Exam.* 32. *cum duabus decis. seqq.* & *Addit.* Tusch. *litt. I. conclus.* 74. *per tot.*

Jurisdictio existens penes plures Dominos in solidum, debet alternis annis per singulos exerceri, & idem est in similibus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 552. *num.* 38. &c. *cap.* 675. *num.* 6. &c. & *cap.* 997. *per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.* 537. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 1125. 12. & 13. 8

An autem unus possit alium punire, Franch. *dec.* 274.

Quòd possit etiam aliis modis dividi, & de pluribus controversiis in materia præventionis, & jurisdictionis inter hujusmodi condominos, Tondut. *de prævent. part.* 2. *cap.* 2. *per tot.* vide Tusch. *d. conclus.* 537. *per tot.* Gabriel. de Bellis *tract. de feud. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. & *seqq.* ubi plura de feudo dividuo, & individuo *fol.* 117. Vide infra *n.* 29.

Quòd interdum debeat pro bono pacis, commodo dominorum, & subditorum, tota uni assignari cum castro, & alteri alia bona æquivalentia, vel pecunia, & talis divisio obliget quoscumque descendentes, quamvis esset jurisdictio ex pacto, & providentia, & aliter facta, effectum sortita, & longo tempore observata, ex dictis causis possit ex integro revideri, & rescindi, latè Gratian. *dict. cap.* 997. *per totum.*

Quòd quando competit jure hæreditario transeat etiam ad fœminas, Altograd. *cons.* 71. *n.* 53.

Utrum

Utrum autem possit dividi à Domino, & Barone creando plures Officiales pro administratione justitiæ diversimodè judicatum refert Ricc. *Collect.* 4194. Sanfelic. *decis.* 73. ubi an, & quando sit divisibilis, vel indivisibilis, & an privativè, vel cumulativè, facit idem Sanfelic. *decis.* 322. ubi quando jurisdictio Civilis, & criminalis sunt divisæ, an unus cogi possit alteri vendere pro unione utriusque jurisdictionis, vel præferatur alteri tertio in emptione, ac alia de bonitate unius.

An autem si fuerit vendita jurisdictio, competat retractus populo petenti eodem pretio oblato, ut aliis ementibus præferatur, Larrea *Alleg. fisc.* 45. *per tot.* vide *in §. Juscongrui num.* 7. *in fine.*

9 Jurisdictio sive à lege data, sive à Principe, sive ab inferiore, sive ab eo, qui ordinariam, & delegatam dare potest, an, & quando præsumatur, potius ordinaria, vel delegata, latè Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 56. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 411. *cum Addit.* vide *in §. Causa num.*

Quòd jurisdictio, & cognitio causarum expressè judici tribuatur à jure, *leg. ædiles* 25. *ff. de ædilit. edict.* & alia Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 425. *nu. pr. & seqq.* ubi plura de præcedentia, & manutentione inter duos judices, nempè *inter* Judicem Cameræ, & Thesaurarium.

20 Jurisdictio tam ordinaria, quam delegata qualiter probari possit ad sustinendum processum, vel sententiam, quæ nulla diceretur ex defectu jurisdictionis, latè Vant. *de nullit. tit. Qualiter sent. poss. à nullit. def. num.* 34. *&* 35. *&c. fol.* 265. *&c.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 945. 946. *&* 947. *&* 948. *per tot.*

Plura qualiter possit jurisdictio probari per scripturas, per testes, per impositionem, & exactionem collectarum, sive gabellarum, per furcarum erectionem, per appellationem, per gratias, & liberationes à delictis, per liberationem à præstatione homagi, per juramenta fidelitatis, per conditionem, vel approbationem statutorum, & similes modos, Mascard. *de prob. conclus.* 946. *& seqq.* Pac. Jordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 501. *& seqq. fol.* 298. Tusch. *litt. I. conclus.* 545. *&* 560. Ludovis. *decis.* 325. ubi de probando exercitio jurisdictionis per testes, Peregrin. *tractat. variar. lib. pr. titul. de jurisdict. ordin. et deleg. num.* 517. *et seqq.* Pen. & Crescin. *decis.* 195. *[et] decis.* 546. Emerix jun. *decis.* 1167. *n.* 2. *et seqq.*

Qualiter ex communi errore populi, vide *in §. Error n.* 7.

Quibus autem modis, & per quos actus possessio jurisdictionis acquiratur, latè Peregrin. *tract. var. lib. pr. tit. de jurisdict. ordin. et deleg. num.* 78. *et seqq.*

21 Jurisdictio delegata est minus favorabilis, quam ordinaria, & ideò strictè interpretanda, ut dixi *in §. Delegatus*, Sanfelic. *decis.* 411. *per tot. cum Addit.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. deleg. n. pr. fol.* 125.

Si tamen rescriptum parum, aut nihil jus commune offendat, latissimè interpretari debet ad actum sustinendum quantum patitur proprietas verborum, juris necessitas, & delegantis intentio, ut benè declarat Vant. *de nullit. tit. Qualiter sent. poss. à nullit. def. n.* 65. *et seq. fol.* 289.

Quòd jurisdictio delegantis, & delegati sit eadem, *cap. Janè* 11. *de off. deleg.* Rot. *part.* 11. *recent. dec.* 350. *nu.* 19.

Qualiter jurisdictio ordinaria sit favorabilis, & pro illa præsumatur, delegata verò odiosa, & quomodo intelligatur, Tusch. *litt. I. conclus.* 553. *et* 554. *per tot.* latè Sanfelic. *decis.* 441. *cum Addit.*

Plura de jurisdictione delegata, Peregrin. *tractat. var. lib. pr. tit. de potest. et off. jud. deleg. per tot.* Bellon. *tract. de mandat. jurisdict. per tot.* & alii plures ab istis citati, dixi *in §. Delegatus per tot. et §. Judex n.* 11. *et seqq.* De Luc. *in Indice verb. jurisdictio delegata, et alibi* Crescin. ad Abeccles. *in Indic. verb. Judex delegatus* Fagnan. *in Indic. Decr. verb. Jurisdictio delegata et alibi.*

22 Jurisdictio delegata quocumque modo fuerit revocata, vel suspensa, ipsi judici notificari debet, aliàs si ante exceptionem, & notificationem sententiam proferat, est utique valida, ità ut nec per creationem, sive deputationem alterius judicis, vel Vicarii, censeatur primus revocatus, de quo vide Boer. *decis.* 347. Vant. *loc. cit. num.* 73. *fol.* 291. dixi *in §. Error. nu.* et *§. Mandatum nu.*

Jurisdictio amittitur per destructionem Castri, & revertitur ad Principem, sine cujus licentia non potest transferri ad aliud Castrum, nec destructum reædificari, sed tantùm restaurari antequam sit penitus destructum, Gratian. *discept. forens. cap.* 396. *per tot.* 53

Qualiter, & quibus modis finiatur jurisdictio ordinaria, & alia plura ad rem, Peregrin. *tract. var. lib. pr. tit. de jurisdict. ordin. et deleg. n.* 135. *et seq.*

Jurisdictio delegata, non expirat morte delegantis, quando est ad universitatem causarum, & maximè quoad cœptas, Gratian. *discept. forens. cap.* 941. *nu.* 9. *etc.* vide *in §. Delegatus num.* 12. Tusch. *litt. I, conclus.* 555. 562. *et* 563. ubi etiam quòd in pluribus adiunctis, vel delegatis an expiret per mortem alicujus eorum, Lap. *alleg.* 80. *n.* 3. Ricc. *Collect.* 2589. Amat. *dec. Ferr.* 17. *per tot.* ubi plura an expiret, vel non morte concedentis, & firmat Gubernatorem à Papa electum esse admittendum ad officium, etiam Sede vacante antequam illius possessionem fuerit adeptus. 54

Quando verò est particularis delegatio expirat morte delegantis re integra, quando res dicatur integra, & qualiter possit dicta jurisdictio prorogari, & alia, Thom. Trivis. *dec.* 49. *per tot. lib. pr.*

Quòd favore fidei morte mandantis non expiret mandata jurisdictio, & ideo mortuo Inquisitore delegante maneat jurisdictio in ejus delegato, & quasi, Thom. Trivis. *dec.* 66. *lib. pr.*

Quòd jurisdictio delegata expiret per actum, & sententiam nullam, cùm judex dicatur jam functus officio suo, ità ut si velit non possit iterum se ingerere, & validè judicare, licèt secùs sit in judice ordinario, ac etiam in delegato Principis secundùm aliquos, dummodò intra tempus primæ instantiæ; Primum dictum intellige in definitivis, non in informationibus, provisionibus, gratiis, & similibus, in quibus potest toties per delegatum actus reiterari, donec suum sortiatur effectum, Magon. *decis. Flor.* 90. *an.* 10. *& seq.* Menoch. *de arbitr. lib. pr. quæst.* 67. *per tot.* vide *in §. Judex num.*

Quòd expiret jurisdictio delegati ubi semel functus est officio suo, sive benè, sive malè, Cavaler. *decis.* 347. *num.* 2. *etc.*

An per mortem Papæ, & Sede vacante cesset jurisdictio A. C. & aliorum, Merlin. *decis.* 157. Ricc. *Collect.* 2589. ubi plura.

Quot, & quibus modis finiatur jurisdictio delegata, latè Peregr. *tr. var. lib.* 1. *tit. de pot. & off. judic. Deleg. n.* 33. *& seqq.* Bellon. *tract. de mandat. jurisdict. cap.* 10. *per tot.* ubi de morte tam mandantis, quàm mandatarii, tempore, revocatione, & hujusmodi latè Altimar. *rub.* 10. *qu.* 15. *& duabus seq. tom.* 2.

Jurisdictionis possessio an amittatur per alluvionem ex quibus actibus, & quomodo per testes etiam singulares talis possessio possit probari, Cavaler. *dec.* 561. *per tot.* 55

Quòd ex non usu jurisdictionis, & permissione, ut ab alio privativè exerceatur, non acquiratur exercenti quasi possessio juris negativi, quæ in actibus merè facultativis nunquam admittitur; & talis non usus non præjudicet successoribus, quinimò nec explicita confessio, Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 425. *n.* 4. *& seqq.* ubi etiam pulchra de præcedentia inter duos judices.

Jurisdictionis defectus non potest allegari ab eo, qui consensit in judicem, maximè post sententiam, cùm censeatur prorogata, & possit prorogari in præjudicium comparentis, quicquid secùs sit in præjudicium ejus, cui fuit concessa ad effectum impediendi, ut is quandocumque ante sententiam causam avocare non possit, Natt. *cons.* 636. *n.* 62. cum aliis per Rot. in *Auximana Census* 10. *Martii* 1636. *n.* 12. *&c. coram Ghisilerio*, Magon. *dec. Flor.* 31. *nu.* 14. *&c.* Marc. Medic. *dec.* 55. *per tot. cum Addit. supra n.* 7. Rot. *par.* 18. *rec. dec.* 209. *n.* 9. ubi quòd jurisdictio non potest impugnari ab eo, qui remissioni causæ acquievit. Vide Emerix jun. *dec.* 737. *sub n.* 1. 56

17 Jurisdictio quando est dubia inter judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, ut quia pro unoquoque adsint rationes probabiles, definienda est quæstio per judicem Ecclesiasticum, non tamen per eum, qui contendit de sua jurisdictione, sed per alium eligendum, ad latè tradita per Dian. *resol. moral. part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 5. *per tot.* Hoc autem admisso jam est definita ad favorem judicis Ecclesiastici, & idem esset è contra, ac ideò potest dici in dubio judicandum pro judice Ecclesiastico, vide *in §. Ecclesia num.* 34.

Jurisdictio quando est dubia, &c. Ad quem spectet de jure cognoscere de contentionibus, & competentiis inter Judices Ecclesiasticos, & sæculares, & alia plura de jurisdictione unicuique eorum competenti in variis casibus dubiis, plenè multis in unoquoque articulo de more citaris Cortiad. *dec.* 2. *per tot. cum multis seq.* ubi etiam quid servetur in Regnis Coronæ Aragonum; ac de omni contentione, & competentia inter diversos Judices, tam ordinarios, quàm delegatos, & hujusmodi ad saturitatem. De contentione jurisdictionum multa etiam Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 10. *per tot.*

18 Jurisdictione alicui simpliciter mandata, vel concessa, transferuntur ea omnia, sine quibus redderetur elusoria, & contemptibilis, & sic modica saltem coercitio, & plectendi potestas, sive coercendi contumaces, atque inobedientes, *l.* 1. *§. ultim. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. leg.* 2. *ff. de jurisdict. omn. jud. cum concordantibus*, ut benè explicat Merlin. *decis.* 610. *per tot.* ubi etiam respondet objecto aliquorum tenentium posse dari jurisdictionem sine coercitione, & mulcta, quomodo intelligi debeat, vide *in §. Magistratus n.* 12. Capiar. *dec.* 213. *n.* 4. *part.* 1. *pag.* 347. *& dec.* 610. *nu.* 15. *part.* 2. *pag.* 327. ubi latissimè.

19 Jurisdictio quando competit pluribus, ut universis, non potest unus sine aliis judicare, sed debet major pars convenire, & licèt mandatum legis cuilibet in solidum intelligatur datum, tamen secùs est in mandato hominis, ac etiam legis quando est data forma, ut probat Sanfelic. *dec.* 67. *n.* 10. *& seqq.*

Auditores tamen Rotæ Romanæ omnes constituunt unum tribunal, & commissio uni facta tribuit jurisdictionem aliis, ac unus potest subscribere sententiam alterius, ac in causa se ingerere, etiam semoto impedimento, vel absentia, maximè altero non se opponente, & consensu partium concurrente, Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 209. *per tot.*

20 Jurisdictio non potest quoquomodo alienari, nec locari, etiam ad modicum tempus, nec alio modo tractari sine Regio consensu, quicquid alii teneant, ut probat Camil. de Medic. *cons.* 147. *n.* 9. *&c.* refert Sanfelic. *dec.* 356. *n.* 6.

21 Jurisdictio maximè contentiosa non potest exerceri extra territorium, & ideò non posse judicem condemnare aliquem ad exulandum à loco suæ jurisdictioni non subjecto, quia exilium non extenditur ultra territorium, & jurisdictionem judicis, qui sententiam tulit, etiam si ipsemet condemnatos promiserit observantiam cum juramento, cùm nemo possit per pactum se ad pœnam personalem obligare, & alia ad rem, Sanfelic. *dec.* 385. *per tot. cum Addit.* facit quòd dixi *in § Episcopus nu.* 15. *&* 16. ubi plura. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 31. *tom.* 2. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 6. *a nu.* 7. Abeccles. & Crescin. *obser.* 6. *part.* 1.

Quòd jurisdictio contentiosa non possit exerceri extra territorium, etiam inter suos subditos, non solum per judicem ordinarium, sed nec per Principem, secùs autem in voluntaria, quæ inter subditos ubique exercetur, Peregrin. *tract. var. lib.* 1. *tit. de jurisdict. ordin. & delegat. num.* 52. *& seq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *q.* 31. *tom.* 1. De Luc. *loc. cit.* Abeccles. & Crescin. *ubi supra*.

22 Jurisdictio concessa alicui Gubernatori in suos Ministros, vel officiales, intelligitur regulariter quoad concernentia illorum officium, & administrationem, & non quoad diversa, & penitùs separata, nisi aliter sit expressum in privilegio, Bald. *in l. ait Prætor, §. & ita loquitur, ff. naut. caup. & stabul. & in l. fin. qu.* 2. *C. de jurisdict. omn. jud.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 18. *n.* 11. *& seqq.* facit quod dixi *in §. Judex n.* 14.

Quòd jurisdictio alicui tributa per enumerationem certorum casuum, vel in certis casibus, ultra illos extendatur in præjudicium habentis universalem jurisdictionem, Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *sub n.* 53. Bich. *dec.* 157. *n.* 5. & habetur *in part.* 9. *rec. dec.* 257. *n.* 5.

Jurisdictio qualiter fundatur ex petitione, & libello, vide *in §. Judex n.* 13. *in fine, & §. Qualitas n.* 2. 23

De jurisdictione nonnulla decisa refert Thoro *Compend. decis. Neapol. par.* 1. 2. *&* 3. *verb. Jurisdictio* De jurisdictione ordinaria, delegata, & prorogata plura Castejun. *Alphab. jurid. verb. Jurisdictio ordinaria*. Item de jurisdictione sæculari quoad Ecclesiasticos, & in causis mixti fori; qualiter sæcularis possit cognoscere de clericatu ad effectum remittendi, & hujusmodi jurisdictionelic plenè idem Castejon. *in verb. Jurisdictio sæcularis etc.* Cum August. Fontan. *Bibliotb. legal. part.* 4. *verb. Jurisdictio fol.* 804. *&c.* Em. De Luc. *in Indic. gener. verb. Jurisdictio*. Brunnemann. *sup. ff. & Cod.* Rocc. Pignatell. Ursaya Piton. Ansald. Emerix Capiar. Altimar. Mans. Palm. & alii moderni. 24

De jurisdictione omnium judicum, & foro competente, latè Cancer. *var. par.* 2. *cap.* 2. *per tot.*

Jurisdictionem Ecclesiasticam quocumque modo usurpantes, vel impedientes, sive turbantes, vel contra libertatem Ecclesiasticam agentes, quibus afficiantur pœnis, plenè Carol. Anton. Thesaur. *de pæn. Eccles. part.* 2. *verb. Jurisdictio fol.* 203. *per* 20. *capita*. Vide infra *in novissimis additionibus* Crescin. *n.* 36. 25

De differentiis circa jurisdictionem in foro externo, & foro interno plura Valar. *de different. utriusque fori verb. Jurisdictio per tot.* 26

Et de jurisdictione, atque auctoritate Episcoporum, & Archiepiscoporum circa multa videndus Ventrigl. *tract. de jurisdict. Archiepiscop. per tot.* Card. De Luc. *in Indice verb. Jurisdictio*, ubi latissimè Mantuss. ad eumdem De Luc. Pignatell. Ursaya Piton. & alii recentiores.

Jurisdictio non potest acquiri sine Concessione Principis, vel immemorabili De Luc. *de Feud. disc.* 132. *n.* 14. Episc. Rocc. *cap.* 57. *n.* 38. *lib.* 1. 27

Jurisdictio potest stare de per se, licèt Feudum sit penes alium De Luc. *de Feud. disc.* 11. *n.* 10. *disc.* 56. *nu.* 20. *& in summ. nu.* 152. Rocc. Episc. *c.* 57. *n.* 40. *lib.* 1. 28

Et jurisdictio Castri potest esse allodialis, licèt Castrum esset feudale De Luc. *de Feud. dis.* 62. *n.* 7. vide eumd. *in Indic. verb. Feudum, & Castra.*

Jurisdictio de sui natura est individibilis Boscol. Palm. *in contr. feud. art.* 2. *nu.* 152. impress. inter oper. Card. De Luc. Fagnan. *in c. statuimus n.* 47. *de suppl. neglig. Prælat.* 29

De inconvenientibus resultantibus a communione Jurisdictionis De Luc. *de Feud. disc.* 38. *a num.* 9. *disc* 120. *n.* 14. Boscol. *loc. cit. art.* 1. *nu.* 46. *&* 65. *art.* 2. *n.* 153. Mantuss. ad De Luc. *libr.* 16. *dec.* 38. *n.* 8. *&* 11. *vol.* 4.

Quomodo divisio Jurisdictionis fieri possit in feudo Dignitatis Boscol. *loc. cit. art.* 1. *num.* 68. *&* 71. De Luc. *Annot. ad Concil. disc.* 8. *n.* 9.

Duo possidere possunt idem genus jurisdictionis divisum in species De Luc. *de Jurisdic. disc.* 1. *n.* 26.

Jurisdictio censetur concessa in concessione facta Ecclesiæ. De Luc. *de Feud. disc.* 60. *n.* 8. Et quid in aliis concessionibus *ibidem n.* 7. Et an concesso Castro, censeatur concessa Jurisdictio Rocc. Episc. *cap.* 57. *lib.* 1. 30

Exercitium unius actus etiam minimi conservat illam in omnibus Albic. *disc.* 1. *nu.* 93. inter oper. Card. De Luc. Bertachin. *vot.* 141. *n.* 17. ubi quod sufficit pro manutentione. 31

Jurisdictio viarum spectat ad Principem, seu Communitatem De Luc. *de Regal. disc.* 136. *nu.* 19. 32

Jurisdictio competens alicui corpori, si aliqua membra fuerint impedita, consolidatur in non impeditos 33

De

De Luc. *de Benef. disc.* 23. *n.* 10.

34 De jurisdictione Capituli Sede vacante, vel Episcopo absente, vel impedito De Luc. *de Canon. disc.* 31. *n.* 13. & 15. *Annot. ad Concil. disc.* 1. *a n.* 1. & vide eumd. *in Indic. verb. Capitulum.*

35 Jurisdictio ecclesiastica, & spiritualis concedi potest per Papam Laicis De Luc. *de benef. disc.* 9. *n.* 3. & 10. *disc.* 73. *n.* 13. Quod tamen non præsumitur, ut *ibid.*

36 Jurisdictio ecclesiastica si impediatur, an, & quando Bulla Cœnæ afficiatur impediens De Luc. *Miscell. disc.* 19. *n.* 11. & 22. Vide supra *n.* 25.

37 Jurisdictio non acquiritur ex actibus equivocis De Luc. *de Regul. disc.* 24. *nu.* 9. Mantiss. ad eumd. *libr.* 3. *decis.* 7. *n.* 23. *vol.* 3.

38 Jurisdictio an, & quando amittatur per non usum De Luc. *de Regul. disc.* 7. *a n.* 2.

39 Jurisdictio probanda non venit ab eo, qui habet juris assistentiam De Luc. *de Regul. disc.* 24. *n.* 3.

40 Jurisdictio non tribuitur per commissiones conditionales De Luc. *de Judic. disc.* 8. *n.* 18.

41 Offensa, vel turbata si fuerit jurisdictio, quando ad Judicem offensum cognitio spectet De Luc. *de Regul. disc.* 1. *n.* 30. *disc.* 65. *n.* 15. *Annot. ad Concil. disc.* 43. *n.* 7.

42 An Jurisdictio cohæreat Territorio, vel potius personæ, & an Jurisdictio possit separari a territorio, & e contra Rocc. Episc. *cap.* 57. *lib.* 1.

43 Habens Castrum sine Jurisdictione, si illam postea acquirat, an Feudo accrescat, latè Rocc. Episc. *d. cap.* 57. *lib.* 1.

44 Jurisdictio tributa in causis criminalibus non potest prorogari ad civiles Rot. coram Pen. *dec.* 148.

45 Jurisdictio una debet alteram adjuvare Pellegrin. *in Prax. Vicar. part.* 1. *sect.* 3. *subsect.* 2. *n.* 27. Altimar. *de nullit. rubr.* 3. *quæst.* 20. *n.* 4. *tom.* 1. Crescin. ad Abecclesi. *observ.* 177 *n.* 3. *part.* 1.

46 Litteræ hortatoriæ probant Jurisdictionem De Luc. *de Jurisd. disc.* 1. *n.* 30. Bertachin. *vot.* 88. *n.* 76.

47 Jurisdictio non censetur data peritis, ut arbitris *l. si cui libertas* ubi Castr. & alii *ff. de Condit. & demonst.* Rub. *de confuss. Jur. cap.* 3. *§.* 1. *n.* 402.

48 Jurisdictio administrandi probatur ex regula, seu statutis alicujus Loci editis cum consensu, & approbatione ordinarii, & ex pluribus aliis. Emerix Jun. *dec.* 1257. *à n.* 1. & *dec.* 1308. *à n.* 1.

49 Jurisdictio concessa ab Imperatoribus, & Regibus, intelligitur de laicali Emerix Jun. *dec.* 395. *nu.* 15. & *dec.* 840. *n.* 1. & *seq.*

50 Jurisdictio ecclesiastica non potest concedi à Principibus laicis. Emerix Jun. *dec.* 395. *n.* 15.

51 Jurisdictio Episcopi est in Jure fundata super omnibus locis sitis intra limites suæ Diœcesis Emerix Jun. *dec.* 478. *n.* 2. & *seq.*

52 Exercens Jurisdictionem de mandato alterius fatetur non habere propriam Ansald. *de Jurisdict. part.* 2. *tit.* 21. *cap.* 30. *num.* 35. Emerix Jun. *decis.* 1167. *n.* 6.

53 Jurisdictione exercita relativè ad certum titulum, non est referenda ad alium Gratian. *disscept.* 224. *n.* 81. Rot. cor. Cerr. *dec.* 360. *nu.* 16. Emerix Jun. *d. dec.* 1167. *n.* 7. & 8.

54 Jurisdictio Judicis Commissarii regulatur à commissione. Rot. *dec.* 324. *n.* 2. *part.* 14. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 168. *n.* 2.

55 Jurisdictio Judicis delegati nunquam expirat, quando in causa superest aliquid faciendum. Emerix Jun. *dec.* 204. *n.* 6.

56 Jurisdictio præscribi non potest ab inferiore privativè quoad superiorem Lother. *de re benefic. qu.* 24. *lib.* 2. *n.* 203. Emerix Jun. *dec.* 592. *n.* 4.

57 Jurisdictio non expirat per sententiam latam super rescissione transactionis obstativæ immissionis ab initio petitæ; sed potest in ejus sequelam concedi immissio. Rot. *dec.* 86. *nu.* 9. *p.* 6. *rec.* Emerix Jun. *dec.* 204. *n.* 6.

58 An Jurisdictio Judicum in Curia Romana, & aliorum habentium Jurisdictionem immediatè à Papa expiret mortuo Papa. Altimar. *de Nullit. rubr.* 3. *quæst.* 30. *à n.* 22. *tom.* 1.

59 Jurisdictio Judicis Ecclesiastici facilius prorogatur

à laico, quàm è contrà Altimar. *loc. cit. rub.* 3. *quæst.* 50. *n.* 61. *tom.* 1.

Jurisdictionis defectus maximus est in sententiis 60
& decretis, & laudis. Altimar. *sup. rub.* 9. *quæst.* 1. *à n.* 1. *tom.* 1.

Jurisdictionis nullitas est magna, sed in supremis Se- 61
natibus non attenditur, si non concurrat injustitia Causæ. Altimar. *sup. rubr.* 5. *quæst.* 30. *numer.* 67. *tom.* 1.

Jurisdictionis exceptione opposita retardatur exe- 62
cutio sententiæ. Altimar. *loc. cit. rub.* 9. *quæst.* 1. *à n.* 4. *tom.* 2.

Defectus Jurisdictionis opponi potest, non obstan- 63
te statuto vetante dici de nullitate sententiæ. Altimar. *d. quæst.* 1. *n.* 7.

Jurisdictio omnis penès Pontificem Maximum, 64
& penès Imperatorem, Regesq; & Principes, & à Principe fluit in suos Magistratus, & ad eum refluit tanquam flumina ad Mare. Altimar. *d. rubr* 9. *quæst.* 2. *à n.* 1. & *n.* 8. & *quæst.* 28. *n.* 17.

Jurisdictio Judicis inferioris suspenditur per præ- 65
sentiam Judicis superioris. Altimar. *de Nullit. rub.* 9. *q.* 28. *n.* 21. *tom.* 1.

Jurisdictio an expiret per adventum in Civitatem, 66
alterius Judicis, in cujus locum ille erat suffectus. *d. rub.* 9. *q.* 33. *n.* 23.

Jurisdictio an expiret mortuo uno ex delegatis, 67
vel arbitris. Altimar. *d. rub.* 9. *quæst.* 50. *à n.* 3.

Jurisdictio antecessoris delegati, vel ordinarii, an, 68
& quando transeat ad successorem Altimar. *loc. cit. rub.* 10. *quæst.* 8. *tom.* 2.

Jurisdictio delegata est debilior, quàm ordinaria. 69
Altimar. *d. rub.* 10. *quæst.* 1. *n.* 1. *tom.* 2.

Jurisdictionem, qui habet in territorio, habet 70
etiam in Mari adjacenti Altimar. *de Nullit. rubr.* 9. *q.* 31. *n.* 57. *tom.* 1.

Submissio expressa, vel tacita jurisdictioni qua- 71
rumcunque Curiarum, intelligi debet de Curiis competentibus, vel ratione originis, vel domicilii, aut contractus, & non de Curiis incompetentibus Caprar. *dec.* 554. *n.* 3. *part.* 2. *pag.* 222.

Jurisdictionis exercitium non debet stare in suspen- 72
so Caprar. *dec.* 37. *n.* 4. *part.* 1. *pag.* 64. Et jurisdictione cessante, cessat actuum exercitium Caprar. *dec.* 154. *n.* 1. *part.* 1. *pag.* 246.

Potestas exercendi actus jurisdictionales sufficit ani- 73
mo retenta Caprar. *decis.* 214. *num.* 11. *part.* 1. *pag.* 351. & vide eumd. *in Indic. verb. Episcopus.*

Actus jurisdictionales specialiter expressi in Con- 74
cordia non restringunt generalitatem Jurisdictionis superius expressam Caprar. *dec.* 710. *num.* 3. *part.* 2. *pag.* 479.

Aliqualis Jurisdictio attributa ordini militari in 75
quibusdam actibus particularibus, non importat titulum Ordinarii, neque separatum Territorium Caprar. *dec.* 641. *n.* 12 *part.* 2. *pag.* 380.

Ex concessione Jurisdictionis ad casûs simplices 76
oritur exceptio quoad casus graves Mantiss. ad De Luc. *lib.* 3. *decis.* 24. *n.* 11. *vol.* 3.

Condominus rei jurisdictionalis præfertur in pari 77
pretio emptori extraneo Mantiss. *loc. cit. lib.* 16. *decis.* 32. *n.* 7. *vol.* 4.

Jurisdictio ex consuetudine, & observantia judi- 78
candi acquiritur Mantiss. *loc. cit. lib.* 3. *decis.* 1. *n.* 8. *vol.* 3.

Jurisdictio consuetudine, & observantia quæsita 79
competit privative Mantiss. *loc. cit. lib.* 3. *decis.* 2. *n.* 11. *vol.* 3.

De Jurisdictione Vicarii latissimè Pellegrin *in Prax.* 80
Vicar. Et plura alia de Jurisdictione Fagnan. *supra Decretal. in Indic.*

§. JUS ACCRESCENDI. XLV.

JUs accrescendi habuit originem à conjunctione; 1
& fuit introductum ex præsumpta mente testatoris, ità ut dicatur quædam tacita substitutio, ac ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vel ne cum expressè vocatis, & prædilectis succedant alii minus dilecti contra testatoris voluntatem, quæ quamdiù locum habere potest, cessat le-

gitima successio, l. quandiu, ff. de acquir. hared. l. jus nostrum, ff. de reg. jur. l. un. §. bis ita, C. de cadu. toll. DD. in Rub. C. quando non pet. part. Bart. & alii in l. re conjuncti, ff. de leg. 3. Menoch. lib. 4. præsumpt. 86. per tot. Altograd. cons. 77. n. 5. lib. 1. & cons. 103. num. 34. 51. & 52. lib. 2. Paul. Christin. dec. Belg. 312. vol. 1. ubi quòd in illis partibus potest quis decedere pro parte testatus, & ideò non dari jus accrescendi, nisi ex conjunctione, & voluntate testatoris, non autem ex legis potestate. Vide Brunnemann. in Jurib. allegat.

Quid sit jus accrescendi, & quando locum habeat, vel non, latè Tusch. lit. I, conclus. 564. & seqq. Ant. Fabr. de error. Pragmat. decad. 49. & 50. Fachin. lib. 4. controv. 98. Clar. §. Testamentum quæst. 74. Duaren. tract. de jure accresc. Grass. lib. 1. sent. §. Jus accrescendi, Gomez. var. resol. lib. 1. §. Jus accrescendi, Paul. Christin. dec. 57. vol. 4. & dec. 213. n. 65. & seqq. vol. 4. & ad leg. municip. tit. 16. art. 46. Ricc. Collect. 3471. & omnium pulcherrimè Jo. Anton. Bellon. in suo celeberrimo tract. de jur. accrescendi per tot. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 610. & 711. Rot. par. 16. recen. dec. 248. & 256. Gabr. Vasquez Opusc. Moral. tract. de testam. cap. 7. §. 4. Boer. per tot. fol. 323. &c. Rot. part. 19. rec. decis. 406. Nicoli. Elucubr. utriusq; Jur. in Instit. Imper. lib. 3. tit. 4.

2 Jus accrescendi in ultimis voluntatibus locum habet inter verbis conjunctos, & re disjunctos, nam inter re conjunctos, & verbis disjunctos, cùm omnes vocentur ad rem in solidum, habet locum potius jus non decrescendi, uno enim deficiente ejus pars non decrescit alteri ad eandem rem vocato, prout decresceret si omnes concurrerent, Dec. in. Rub. C. quando non pet. part. & l. un. §. ubi autem C. de cad. toll. vide Gratian. discept. for. cap. 533. n. 1. & seqq. ubi probat habere locum inter verbis conjunctos, idest in eadem oratione vocatos ad eandem rem expressis intellectualiter partibus, non ad oculum tamen demonstrabilibus, ut quando vocantur pro dimidia non divisa, & sic non ad oculum demonstrabili, nam tales ità vocati simul pro indiviso ad aliquam rem, licèt expressis partibus non dicuntur penitùs re disjuncti, nec adeò taxativè vocati, ut excludatur jus accrescendi, cùm sola distinctio partium non faciat, quin sint adeò confusæ, ut potius intellectualiter percipiantur, quàm ad oculum demonstrentur, & ideò propter unitatem sermonis, tales sic conjuncti unum corpus reputantur, & vice unius tantùm personæ funguntur ad effectum jurisaccrescendi, ut benè declarat. Gratian. loc. cit. & c. 807. n. 23. &c. latè Altograd. cons. 103. per tot. lib. 2. Mart. de success. legal. par. 4. qu. 27. art. 1. & 4. per tot. Tusch. litt. I, conclus. 566. per tot. ubi quando locum habeat, vel non inter conjunctos re, & verbis, & lit. C. conclus. 737. ubi qualiter dicantur conjuncti, Rot. part. 12. rec. decis. 197. nu. 7. &c. dec. 393. n. 15. &c. p. 14. decis. 427. n. 5. p. 16. dec. 248. & 226. & p. 19. dec. 406. per tot.

Quando plures ad eandem rem vocantur habere locum jus accrescendi in legatis, & fideicommissis, Peregrin. de fideicom. art. 9. n. 7. &c. Mart. loc. cit. d. art. 1. n. 13. & seqq. per tot. Paul. Christin. dec. 57. per tot. ubi plura de triplici conjunctione, nempè re tantùm, verbis tantùm ac re, & verbis simul, illius effectu, natura, & differentia, Fusar. de substit. qu. 495. Rot. d. par. 19. rec. dec. 406. ubi decisiones concordantes referuntur in terminis fideicommissi, & substitutionum. Vide Brunnemann. sup. Cod. tit. de cad. tollen. n. n. 52. & sup. ff. de legat. & fideicom. 3. leg. 89. n. 6. Carpzov. decis. 134. n. 6. part. 3. Berlic. decis. 285. n. 15. part. 2.

Quod jus accrescendi locum habeat inter verbis conjunctos, & re non omninò disjunctos (quicquid per modum disputandi contrarium nixus fuerit defendere Anton. Fabr. de error. Pragmat. decad. 49. error. 3. & 4. & alii nonnulli] esse receptissimam sententiam docent Bellon. tract. de jur. accrescendi cap. 5. quæst. 38. n. 8. & seqq. Fusar. de substit. qu. 495. n. 14. Rot. per Farinac. dec. 506. n. 1. &c. Altograd. cons. 103. n. 28. lib. 2. vide Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 27. art. 1. n. 23. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 159. n. 18. Vasqu. de success. lib. 1. cap. 10. n. 128. Rot. par. 14. recent. dec. 197. n. 7. & 8. dec. 393. n. 16. part. 14. decis. 427. n. 5. part. 19. dec. 406. Vide Rot. recent. part. 19. tom. 2. decis. 437. n. 8. & 21.

Inter verbis verò, & re disjunctos, hoc est vocatos in diversa oratione, & ad rem diversam, ità demùm procedit jus accrescendi si versemur in hæreditate, & sic inter hæredes, secùs autem in relictis particularibus, & fideicommissis, cùm tunc portio vacans remaneat in corpore hæreditatis, DD. in Rub. C. quando non pet. part. & in l. re conjuncti, ff. de leg. 3. Peregrin. de fideicom. art. 9. num. 2. &c. Altograd. cons. 54. n. 77. &c. lib. 1. Mart. de success. legal. par. 4. q. 27. art. 1. & 4. n. 2. Tusch. d. dec. 566. per tot. Bellon. de jur. accresc. cap. 7. q. 78. n. 20. & seq. Rot. d. dec. 406. n. 2. par. 9. rec.

Plura de jure accrescendi, quod non possit inter hæredes prohiberi, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & quando secùs, sed quod incapaci relinquitur, capaci accrescat, & non hæredibus ab intestato, latè Paul. Christ. dec. Belg. 51. n. 43. & seqq. per tot. vol. 1. & decis. 213. n. 65. & seq. vol. 4. & ad leg. municip. tit. 16. art. 46. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 11. Cevall. commun. contr. commun. quæst. 707. Bellon. de jur. accrescen. cap. 10. quæst. 16. Rot. part. 18. recent. decis. 368. n. 4. & seqq. ubi pro hæredibus ab intestato vigore clausulæ codicillaris per quam testator dicitur verè testatus decedere omni meliori modo, quo potest, & sic jure aliquo fideicommissi, quod facit cessare absurdum decedendi pro parte testatus, & pro parte intestatus, vide in §. Clausula nu. 1. &c. §. Præsentia num. 1. &c. et §. Testamentum. Episc. Rocc. cap. 30. n. 9. lib. 1. Card. De Luc. de servit. disc. 48. nu. 13.

Jus accrescendi, vel non decrescendi habet locum etiam in relictis particularibus, quando sumus inter re, & verbis conjunctos, idest in eadem oratione ab eodem verbo recta, & ad eandem rem non discretis partibus vocatos, quo casu tales sic vocati, vel etiam re tantùm conjuncti faciunt sibi partes per concursum, cùm aliàs unusquisque censeatur in solidum vocatus, & sic in isto casu magis propriè dicitur jus non decrescendi, quàm accrescendi, licèt hæc verba accrescere, vel non decrescere, ut plurimùm per scribentes confundantur, ac promiscuè usurpentur. glos. in l. 1. §. fin. ff. de usufr. accresc. Bart. in l. re conjuncti 87. n. 16. ff. de leg. 3. Crass. in §. Jus accrescendi quæst. 6. Bellon. de jur. decresc. cap. 5. quæst. 20. n. 3. Oinot. in §. si eadem res, Instit. de legat. Altograd. cons. 103. n. 5. & seq. lib. 2. Martha de success. legal. part. 4. quæst. 27. art. 1. per tot. Rot. part. 9. rec. dec. 358. ubi de legato, cui deficiente conditione accrescat. 3

Quando jus non decrescendi locum habeat, vel non Tosch. litt. I, concl. 537.

An autem verbis tantùm conjunctus, in jure accrescendi præferatur re tantùm conjuncto in portione alterius verbis pariter conjuncti deficiente, vel potius simul concurrant, quæstio est valdè controversa habens suos hincindè fautores, ut videre est per Altograd. d. cons. 103. nu. 90. & seqq. ad 100. lib. 2 Paul. Christin. dec. Belg. 313. vol. 1. Fachin. contr. lib. 4. cap. 98. ubi de pluribus ad idem legatum concurrentibus, inter quos alii sint re tantùm conjuncti, alii mixtim, & alii verbis tantùm, quis sit præferendus, & videtur concludere, re, & verbis conjunctum cæteris præferri, aliosque casus benè distinguit, & declarat, facit Rot. part. 16. rec. dec. 248. ubi in terminis jurispatronatus pluribus relicti, infr. n. 16.

Jus accrescendi habet locum etiam inter verbis tantùm conjunctos, licèt re quodammodo disjunctos, & in relictis particularibus, ut quando plures in eadem oratione ad eamdem rem distributis partibus vocantur, vel cum copula posita inter nomina; intelligendo quando talis conjunctio non respicit solùm figuram verborum, sed etiam quodammodo ipsam rem legatam; nam si conjunctio esset 4
in

in ſola figura verborum, ut quia vocarentur in eadem oratione ad res diverſas, vel etiam ad eamdem rem, ſed realiter diſtributis partibus ad oculum demonſtrabilibus, ut quia fuerit dictum uni à parte ſuperiori uſque ad talem locum, vel terminum, alteri verò reſiduum, non eſſet locus juri accreſcendi, ſed portio vacans remaneret in corpore hæreditatis, cum quælibet pars ſic realiter diviſa, & ad oculum demonſtrabilis effecta, reputetur fundus ſeparatus, & res omninò diverſa; ſecùs autem ubi fuiſſent intellectualiter tantùm diſcretæ partes, ſed indiviſæ, & non ad oculum demonſtrabiles, ut quia ſit dictum cuilibet pro dimidia, vel tertia parte, nam cum hoc caſu unuſquiſque jus habeat in toto, & in qualibet parte, donec ſequuta fuerit realis diviſio, non poſſunt dici penitùs re disjuncti, cum talis prima diviſio ità incerta, & non viſibilis, non impediat quin ad eamdem rem dicantur vocati ad effectum, ut non ſit locus juri accreſcendi, & ideò aut adeſt ſola verbalis conjunctio, & omnimodà rei legatæ disjunctio, vel reſpectu diverſitatis, vel realis diviſionis à teſtatore factæ, & non procedit jus accreſcendi ad favorem collegatarii, ſed pars vacans remanet in hæreditate; aut cum verbali conjunctione non adeſt omnimoda rei disjunctio, ut quia legatus ſit fundus æquis portionibus, vel aliter pro indiviſo, & tunc habet locum jus accreſcendi ad favorem collegatarii, ſi pars unius deficiat, cum hujuſmodi partes non ſint ad oculum demonſtrabiles, & viſibiles juxta egregiam doctrinam Bart. communiter receptam *in l. re conjuncti nu. 23. ff. de legat.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 533. *num.* 1. *& ſequentibus*, Cancer. *variar. reſol. lib.* 3. *c.* 22. *n.* 58. *& ſequentibus*, Bellon. *de jur. accreſcend. cap.* 5. *quæſt.* 16. *n.* 26. *& ſequentibus*, & latè tuetur Altograd. *conſ.* 103. *n.* 7. *& ſeqq. per tot. ad* 149. *lib.* 2. Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 27. *art.* 1. *n.* 4. *& ſequentibus, ad* 13. Rot. *par.* 4. *diverſ. deciſ.* 506. *& part.* 15. *dec.* 322. *n.* 8. *&* 9. *part.* 16. 248. *&* 256. *per tot.*

Quòd ubi pluribus conjunctim eadem res legatur, portio repudiantis accreſcat collegatario non tamen invito, cum non cogatur illam habere; quicquid ſecùs ſit in hæreditate, quæ etiam invitis cohæredibus accreſcit, Peregr. *deciſ.* 151. *num.* 5. *&* 6. Gabr. Vaſquez *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 7. §. 4. *dubit.* 12. *&* 13. *fol.* 327. Card. de Luc. *de legat. diſcurſ.* 32. *num.* 3.

5 Jus accreſcendi ut locum habeat inter plures verbis tantùm conjunctos, quatuor requiruntur.

Primò, quòd ſint vocati in una, & eadem oratione.

Secundò, quòd ſint ad eamdem rem vocati.

Tertiò, quòd ſint vocati per expreſſam teſtatoris voluntatem.

Quartò, quòd non ſint vocati ad ſolidum, ſed ad partes factas à teſtatore, aliàs diceretur potius jus non decreſcendi, Bellon. *de jur. accreſc. cap.* 5. *quæſt.* 15. *nu.* 2. *quæſt.* 16. *&* 17. ut refert Altograd. *d. conſ.* 503. *n.* 12. *lib.* 2. ubi oſtendit dicta omnia requiſita extitiſſe in ſuo caſu, & ideo fuiſſe locum juri accreſcendi, ſicque teſtatur in fine fuiſſe per Rotam Florentinam judicatum anno 1647. 18. Januarii, & extare plenam deciſionem d. Rot. *in l. Mott. d. anni.*

Quòd alia quatuor ſint neceſſaria, ut ſit locus juri accreſcendi, nempè

Primò, ut portio, quæ debet accreſcere, non ſit alteri effectualiter acquiſita,

Secundò, ut deficiat ipſo jure.

Tertiò, ut illa, cui accreſcit, eodem & non diverſo jure ſuccedat.

Quartò, ut non jure ſpeciali, ſed ordinario ſuccedat, Dec. *in Rub. C. quando non pet. part.* ubi etiam Cagnol. Sap. Claud. Jo. Gater. Maſſin. Goſadin. & alii, Magon. *dec. Florent.* 4. *num.* 16. ubi de tertio requiſito Ger. Spin. *conſ.* 93. *num.* 29. *&c.* ubi de ſecundo, Ricc. *Collect.* 842. ubi de quarto.

6 Jus accreſcendi ceſſat, quando repudians habet ſubſtitutum expreſſè in ſua portione, *l.* 2. §. *duo de bon. poſſ. ſecund. tab.* niſi aliter appareat de mente teſtatoris, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 87. *per tot.* Duaren. *tract. de jur. accreſc. lib.* 2. *cap.* 16. Vaſquez *de ſucceſſ. lib.* 3. §. 23. Magon. *deciſ. Florent.* 4. *num.* 4. *& n.* 38. Surd. *deciſ.* 54. *& deciſ.* 152. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 741. *num.* 16. Ger. Spin. *conſ.* 93. *num.* 29. *&c.* dixi *in reſolut. cap.* 76. *nu.* 2. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 78. *num.* 5. *part.* 16. *deciſ.* 377. *num.* 11. Gabr. Vaſquez. *Opuſc. moral. tract. de teſtam. cap.* 7. §. 4. *dub.* 10. *fol.* 327. Vide Rocc. Epiſc. *cap.* 22. *n.* 3. *libr. pr.* Card. De Luc. *de Servit. diſc.* 48. *nu.* 12. Rot. *recent. part.* 19. *tom.* 2. *deciſ.* 487. *n.* 46.

Idem eſt in ſubſtitutione tacita vulgari contenta ſub expreſſa pupillari, Gratian. *d. cap.* 741. *num.* 20. *&c.* Magon. *d. deciſ.* 4. *num.* 4. Rot. *in Bonon. fideicommiſſ.* 1. *Aprilis* 1650. coram Veroſpio *nu.* 17. *&c.* Menoch. *d. præſumpt.* 87. *nu.* 5. vide *in d. reſol.* 76. *n.* 3. Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 27. *art.* 4. *num.* 25. *& ſeqq.* Rot. *loc. cit.*

Item ceſſat, vel impeditur per jus, & ſpem competentem ex teſtamento alicui naſcituro, vel ſaltem operatur, ut revocabiliter tranſeat, Magon. *deciſ. Flor.* 92. *num.* 44. *&c.* Menoch. *d. præſumpt.* 87. *nu.* 3. *&* 6. facit Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 256.

Item ceſſat jus accreſcendi quotieſcumque poteſt habere locum tranſmiſſio, potius enim vadit ad hæredes deficientis, quàm ad conjunctos, Dec. & alii *in Rub. C. quando non pet. part.* ubi Maſſin. *numer.* 229. *& ſeqq. ad* 294. Cagnol. *num.* 46. Sap. *num.* 53. Bald. *in l. un. C. de his qui ant. apert. tab.* Altograd. *conſ.* 83. *num.* 11. *&c. lib. pr. ubi num.* 91. intelligit hoc procedere in tranſmiſſione regulari Suitatis, & ſanguinis, ſecùs irregulari, quæ fit in patrem, juxta *l. ſi infanti, C de jur. delib.* vide *in* §. *Tranſmiſſio num. & in reſolut. cap.* 76. *nu.* 6. *&c. ad* 14. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 78. *nu.* 5. *& ſeqq.*

Quæ faciant ceſſare jus accreſcendi, vel non, Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 23. *per tot.* ubi 52. caſus refert, in quibus ceſſat dictum jus accreſcendi, Maſſin. Dec. Cagnol. & alii *in Rub. C. quando non pet. part.* Duaren. *de jur. accreſcen. lib.* 2. *cap.* 16. Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 27. *art.* 4. *et* 15. *et ſeqq.* Mantiſs. ad De Luc. *libr.* 13. *deciſ* 43. *vol.* 4.

Quòd per dationem ſubſtituti in uno caſu, qui non avenit, non impediatur jus accreſcendi in aliis, Bart. *in l. re conjuncti nu.* 36. *et* 38. *ff. de legat.* 3. Peregrin. *de fideicom. art.* 9. *num.* 13. cum aliis per Rot. *part.* 16. *recent deciſ.* 256. *num.* 34.

7 Jus accreſcendi tranſit ad quemcumque tranſeat portio non vacans, nam ei portioni, & non perſonæ accreſcit portio vacans, *in l. ſi ex pluribus, ff. de leg. hæred.* Pract. Papp. *libell. ex ſubſtit. gloſ. breviloquè n.* 17. *etc.* Rot. *part.* 12. *rec. deciſ.* 194. *nu.* 12. *etc.* Mart. *dict. quæſt.* 27. *art.* 3. *per tot.* ubi an tranſeat ad ſucceſſorem univerſalem, & an ad ſingularem, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 14. *etc.* ubi an tranſeat in emptorem hæreditatis, & poſt plura hincindè concludit *nu.* 22. portionem deficientem non ad emptorem, ſed ad venditorem ſpectare, ut defendit Fachin. *controv.* 102. *lib.* 5. *et contr.* 69. *lib.* 10. Coſta *de ratione ratæ quæſt.* 49. *per tot.* ubi qualiter portio accreſcat portioni, & non perſonæ &c. Card. De Luc. *de Feud. diſc.* 8. *ſub n.* 15.

Quòd tranſmittatur ad hæredes, *l. ſi pluribus, ff. de ſuis, et legit.* Tuſch. *litt. I, concluſ.* 571. *et litt. T, concluſ.* 369. Gabr. Vaſquez *Opuſc. Moral. tract. de teſtam. cap.* 7. §. 4. *dub.* 10. *fol.* 327.

8 Jus accreſcendi quando locum habet, pars deficiens accreſcit cauſæ inſtitutæ, & non venientibus ab inteſtato, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 605. *num.* 23. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 52. *num.* 63. *&* 64. *vol. pr. & deciſ.* 314. *volum. pr.* ubi qualiter accreſcat invito, & cum onere ſuo.

Quòd tamen hæres, qui partem ſuam agnovit, poſſit partem cohæredis repudiare, ne ſibi accreſcat, Gomez. *tom. pr. cap.* 10. *num.* 27. Jaſ. *nu.* 41. & Bald. *in l. un. C. quand. non pet. par.* quos ſequitur Chriſtin. *deciſ.* 223. *num.* 18. *volum.* 4.

Quando autem non eſt locus juri accreſcendi, tunc pars deficiens remanet penes hæredem, & multa de verbali, & reali conjunctione, Ger. Spin. *conſ.* 40. *num.* 28. *& ſeqq.*

Quòd parte deficiente, vel repudiata, ſit locus juri accreſcendi, & quando ſecus, Soccin. *reg.* 266. *per tot.*

ubi 22. modis limitat, vide Vasq. Duaren. Mart. & alios supracitatos.

Quòd pars accrescens transeat ad conjunctum cum eodem onere elimentandi, licèt nominatim fuerint relicta alimenta, Gratian. *discept. forens. cap.* 104. *num.* 50. *& cap.* 603. *num.* 16. *&c.* ubi procedit tantùm quando onus est adiectum favore piæ causæ, aliàs secùs.

Quòd portio accrescens transeat ad conjunctum cum onere suo simpliciter probat Duen. *reg.* 177 *limit.* 4. *& reg.* 178. *limit. ult.* Martha *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 27. *art.* 4. *nu.* 3. *& seqq.* vide Paul. Christin. *decis. Belg.* 314. *vol. pr.* ubi benè distinguit, Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 7. §. 4. *dub.* 14. *per tot. fol.* 328. Brunnemann. *sup. Cod. tit. de caduc. toll. a n.* 52.

In quibus prævaleat jus accrescendi, & cui competat inter plures vocatos, Tusch. *litt. I, concl.* 568. *&* 569.

9 Jus accrescendi regulariter non habet locum in contractibus inter vivos, sed interdum contingit accidentaliter, vel ratione individuitatis rei, vel ratione interesse, *l. fundus, ff. de contrahend. empt. l. stipulatio, §. alteri, ff. de verb. oblig. l. proprium, ff. comm. præd. DD. in l. re conjuncti, ff. de legat.* 3. Gratian. *discept. forens cap.* 272. *num.* 10. *etc. cap.* 330. *& cap.* 356. *n.* 57. *etc.* Soccin. *reg.* 267. *per tot.* ubi octo modis limitat, vide Mart. *de success. legal. par.* 4. *quæst.* 27. *art.* 4. *num.* 27. *et seqq.* latè Tusch. *litt. I, conf.* 967. *per tot.* Gabr. Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 7. §. 4. *dub. pr. per tot. fol.* 323. ubi benè declarat, infra *num.* 17. Mantiss. ad De Luc. *lib.* 13. *decis.* 43. *n.* 13. *vol.* 4.

Quod imò locum habeat etiam in contractibus inter plures collectivè vocatos, Bald. *cons.* 281. *num.* 1. *lib.* 3. Bellon. *de jur. accresc. cap.* 6. *quæst* 32. *nu.* 35. *etc.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 34 *num.* 5. Rot. *part.* 31. *recent. decis.* 154. *num.* 12. Emerix. jun. *decis.* 238. *et* 267.

An habeat locum in emphyteusi, ità ut illa non devolvatur ad dominum directum pro parte deficiente, sed potiùs ad alios vocatos, Caldas Pereyra *de univers. jur. Emphyt. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 39. *et seqq. fol.* 163. Ant. Gob. *Consult.* 102. *num.* 11. *et seqq.* latè Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 435. Gratian. *discept. forens. cap.* 272. *cap.* 451. *cap.* 707. Clar. §. *Emphyteusis qu.* 39. Mart. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 27. *art.* 4. *num.* 37. *etc.* Magon. *decis. Luc.* 8. *per tot. decis.* 7. *nu.* 33. *et* 42. *etc.* Cavaler. *decis.* 219. vide in §. *Emphyteusis num.* 10. *etc.* Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 222. *et decis.* 297. *et par.* 9. *decis.* 57. *num.* 10. *et seqq.* quæ sunt in *Portuen. bagni* 27. *Aprilis* 1640. 19. *Junii* 1641. *et* 17. *Decembris* 1641. omnes coram Panairolo, & in quibus habentur plura ad exclusionem juris accrescendi in emphyteusi, & quando locum habeat, Fulgin. *de jur. emphyt. quæst.* 54. *num.* 21. *& de success. in dictis bonis quæst.* 20. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 18. *n.* 30. *part.* 12. *decis.* 398. *par.* 14. *decis.* 183. *per tot. & decis.* 452. *num.* 10. Gabr. Vasquez *loc. cit. num.* 97. Card. De Luc. *de Emphyt disc.* 20. *num.* 2. *& disc.* 66. *per tot.* Pen. *decis.* 876. Rot. *recent. part.* 19. *decis.* 590. *nu.* 16. *&* 17. *tom.* 2. Captar. *decis.* 642. *num.* 16. *part.* 2. Emerix jun. *decis.* 721. *nu.* 14. *& decis.* 1314. *num.* 56. *&* 17.

Et quando deficiente linea unius vadat ad alios per jus accrescendi, pulchrè Magon. *decis. Flor.* 62. *per tot. decis.* 117. *num.* 1. *& d. decis. Luc.* 8. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 183. *& in aliis supracitatis, & decis.* 452. *num.* 10. *&c.* Rot. post Urceol. *tract. de transact. decis.* 10. *num. pr. et seqq.* ubi etiam quod venit in dispositione testatoris in præjudicium vocatorum. Et quòd jus accrescendi non habeat locum in emphyteusi acquisita pro se, & fratribus, sed extincta linea unius, portio deficientis nō ad superstites, sed ad dominum directum devolvatur, Bellon. *de jur. accresc. cap.* 6. *quæst.* 38. *num.* 165. *lib.* 1. cum aliis per Rot. *p.* 19. *recent. decis.* 340. *num.* 8. *& seqq.*

Quòd quamvis regulariter jus accrescendi non habeat locum in contractibus, & ita nec in emphyteusi, tamen secus si sit in concessione facta à Principe, etiam superiorem recognoscente in contractibus bonæ fidei, quales sunt (præter alios) celebrati cum Principe, stante clausula *quibus decedentibus &c.* quæ videtur operari, ut bona non revertantur ad dominum, nisi post mortem omnium, in concessione titulo oneroso facta, stante clausula *in perpetuum, vel in infinitum*, quando est concessa ad plures generationes, nam dicitur unicuique in solidum concessa, & ex qualitate bonorum commodam divisionem non patientium, ut probat Altograd. *cons.* 11. *per tot. lib.* 2. vide Mart. *de success. legal. dict. art.* 4. *nu.* 27. *et seqq. per tot.* Paul. Christin. *decis.* 15. *num.* 16. *et seqq. vol.* 5. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 90. *num. pr. et seqq.* ubi quod quando emphyteusis est concessa pro se filiis, nepotibus, non devolvitur ad dominum, nisi omnes vocati deficiant, & sic distinguitur inter jus accrescendi legale, & conventionale &c.

Item habet locum in concessione facta ab Episcopo, cum & Episcopus dicatur Princeps, & in concessionibus Principis etiam superiorem recognoscentis, in contractibus bonæ fidei, & stantibus clausulis perpetuitatem denotantibus, procedat jus accrescendi; idem Altograd. *cons.* 91. *num.* 5. *etc. lib.* 2.

Item habet locum jus accrescendi in feudo antiquo, & emphyteusi pariter antiqua, non autem in novo, vel nova, nisi feudum novum, vel emphyteusis sit concessum à Principe non recognoscente superiorem, vel cum verbis denotantibus concessionem in solidum, sive acquisitum communi pecunia, vel servitio, vel nisi sit indivisibile, vel cum clausula quod post mortem acquirentium revertatur ad dominum, sive quamdiù aliquis ex dicta generatione &c. vel liberis, & generationis, sive ut possit pervenire de uno in alium, vel nisi agatur de concessione facta duabus jam finita linea, usque ad quam durabat prima concessio non addita nova qualitate, retinet naturam primæ antiquæ, & habet locum jus accrescendi, prout singillarim probat, & declarat Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 93. *num.* 20. *et seqq. per tot. et cons.* 400. *nu.* 66. *etc. volum.* 4. Mart. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 27. *art.* 4. *nu.* 45. *&c.* ubi tamen videtur concludere, quod hoc non sit propriè jus accrescendi, sed succedendi ex pacto investituræ, quo circumscripto pars vacans rediret ad dominum, Rot. in selectis per Farinac. *part. pr. tom. pr. decis.* 435. *n.* 5.

Quòd habeat locum in feudo antiquo, ita ut non sit necessaria petitio novæ investituræ, pulchrè Bardellon. *cons.* 198. *per tot. lib.* 2. vide Mart. & alios supracitatos, Tusch. *litt. I, conclus.* 565. *num. pr. & seqq.* Schrader. *de feud. part.* 7. *cap. pr. num.* 10. *&c.* Rosental. *cod. tract. cap.* 6. *conclus.* 73. Paul. Christin. *decis.* 26. *n.* 34. *& seqq. vol.* 6. Vide De Luc. *de Feud. disc.* 8. *a n.* 15. *disc.* 41. *n.* 4. Boscol. Parmens. *in contr. feud. art. pr. a n.* 81. inter oper. Card. De Luc. Captar. *decis.* 155. *n. pr. & decis.* 184. *n.* 7.

An, & quando jus accrescendi locum habeat, vel non in contractu locationis pluribus factæ, latè Pacion *tract. de locat. & conduct. cap.* 26. *per tot.*

Jus accrescendi non habet locum in dispositionibus limitatis, non sufficeret tamen ad hunc effectum testatorem vocasse pro æquis portionibus, sed requiritur taxativa *tantùm*, vel similis, ex qua appareat testatorem voluisse illud impedire, & prohibere, intelligendo in legatis, & fideicommissis, secùs autem in institutionibus, in quibus testator non potest illud impedire, neque prohibere, Gratian. *discept. forens. cap.* 533. *n.* 3. *&c. cap.* 821. *n.* 7. *&c. cap.* 942. *nu.* 16. *&c.* Surd. *decis.* 152. *per tot.* Clar. §. *Testamentum quæst.* 74. Paul. Christin. *decis.* 11. *num.* 6. *vol.* 4. Martha *vot. Pis.* 123. *num. pr & seqq.* Vivi. *comm. opin.* 312. Vide Fusar. *de substitut. quæst.* 53. *& quæst.* 495. *n.* 5. 10

Quòd jus accrescendi possit secundùm aliquos nedùm expressè, sed etiam tacitè per dispositionem limitatam impediri à testatore, intelligendum est quando ex hujusmodi prohibitione causa intestati non trahit ad se causam testati, prout evenit in legatis, & fideicommissis, in quibus ideò prohiberi potest ut supra, secùs autem in universali institutione, vel substitutione directa, in qua nec expressè, nec tacitè prohiberi potest juxta veriorem, & receptiorem sententiam, cum quis non possit decedere pro parte testatus,

tus, & pro parte intestatus, nisi expressè declaraverit se velle potius intestatum decedere, quàm quòd sit locus juri accrescendi, cum per hujusmodi declarationem possit revocari etiam quodlibet testamentum solemniter factum, ut dixi in §. Testamentum n. & latè probat contrariis respondendo Altograd. cons. 77. n. 7. et seqq. per tot. lib. pr. Menoch. cons. 1063. n. 18. & seqq. Peregrin. de fideicomm. art. 9. num. 3. etc. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 2. Simon. de Praet. lib. 3. solut. 3. num. 19. fol. 108. Mart. de success. legal. part. 4. quaest. 27. art. pr. num. 40. & num. 53. Tusch. litt. I, conclus. 572. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 51. num. 43. & seqq. volum. 1. & decis. 312. volum. pr. ubi quod juxta consuetudines illarum partium non attenditur ista subtilitas, sed quilibet potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, prout disposuerit.

11 Jus accrescendi habet locum etiam in legitima virtute conjunctionis legalis, Alex. & Jas. in l. planè, §. si duabus ff. de legat. pr. Crass. in §. jus accrescendi quaest. 23. Gratian. discept. forens. cap. 178. nu. 3. etc. ubi etiam de aliis relictis particularibus, Mart. d. quaest. 27. art. 2. num. pr. etc. ubi etiam cui accrescat portio filii exhaeredati, an fratribus, vel haeredi, vide Merlin. de legit. lib. pr. tit. 4. quaest. 5. per tot. Tusch. litt. I, conclus. 565. num. 12. &c. lit. L. conclus. 208. per tot. Gabr. Vasquez Opusc. moral. tract. de testam. cap. 7. §. 4. dub. 11. fol. 327.

21 Jus congrui competeas proximioribus agnatis, poteſt exerceri à quocumque proximiore agnato, etiam minore ioſaata, val in utero exiſtente tempore alienationis, & etiam à filio, & hærede alienantis, tam eo vivente, quam mortuo, aec impeditur contravenire facto defuncti, cum tala jus competat ex propria perſona, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 432. *per tot. cap.* 205. *num.* 29. Peregrin. *decis. Pat.* 21. 22. & 23. ubi etiam an poſſit cedi, & an remotiora redimente poſſit proximior ab illo retrahera, & alia Magoa. *decis. Flor.* 26. *num.* 26. & 29. ubi in filio hæreda patris appellat nodoſum articulum, & videtur coatrarium firmare, vida latè Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. titul.* 11. *art.* 3. & *ſeqq. per tot.* & *decis. Belg.* 174. *per tot. vol. pr.* ubi pro opinione Magon. & iterum *decis.* 239. *d. vol. pr.* & *dec.* 281. *n.* 12. *&c. vol. pr.* & *decis.* 368. 372. & *ſeqq. dict. vol. pr.* & *decis.* 333. *dict. vol. pr.* ubi de bonis per decretum venditis, & de hac materia latè idem Chriſtin. *decis.* 55. *cum pluribus ſeqq. vol.* 3. & *decis.* 30. *et ſeqq. vol.* 6. ubi latè de retractu feudali.

Non tamen competit legitimatis, niſi eſſent legitimati per ſubſequens matrimonium, Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 744. *n.* 26. *etc.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. *pr. gloſ.* 8. *num.* 10. *etc.*

Contrarium quòd imò competat, etiam legitimatis per reſcriptum Principis, Covar. *in* 4. *de ſponſal.* 2. *part. cap.* 8. §. 10. *num.* 3. Paul. Chriſtin. *decis.* 57. *num.* 3. *vol.* 3.

An autem competat baſtardis, vel eorum filiis legitimis, an fœminis per ſtatutum à ſucceſſione exclusis, an adoptivis, an ſpiritualibus, an religioſis, & monacis, ſive monaſterio, an novitiis nondum profeſ-

fessis, an Clericis sæcularibus, an ingratis exhæredatis, vel se ab hæreditate abstinentibus, latè Tiraquel. *dict. glos.* 8. *per tot.*

Quòd competat etiam bastardis, dummodò non ex damnato coitu natis contra Tiraquel. probat Christin. *dict. decis.* 57. *per tot. vol.* 3.

22 Jus congrui non potest intentari ab eo, qui alienationi præstitit consensum, & voluntariè emptorem recognovit in dominum, Gratian. *discept. for. cap.* 250. *num.* 15. *&c.*

Potest etenim illi renunciari per consensum non tantùm expressum, sed etiam tacitum, & ex quibus inducatur hujusmodi renunciatio, idem Gratian. *dict. cap.* 672. *per tot. cap.* 745. *num.* 41. 51. *&c.* vide *in §. Fidejussor. nu. & §. Renunciatio num. supra nu.* 9. *in fine*, Merlin. *decis.* 698 *num.* 11. *&c.* Tiraquel. *de retract. consangu.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 35. *& n.* 160. idem Merlin. *decis.* 740. *num.* 19. Donad. *tract. de renunc. cap.* 26. *per tot.*

Non tamen obstaret renunciatio, quando emptor vellet alteri concedere, vel nomine alterius retinere, Rot. *par.* 2. *divers. decis.* 242. *num.* 8. facit Capyc. *decis.* 99. *num.* 8. ubi decidit casum notabilem, quòd hujusmodi consensus restringatur ad primam alienationem tantùm, & dixi in *resolut. cap.* 68. *nu.* 46.

Item qualiter non possit intentari à bannito, vide in §. *Bannitus num.*

23 Jus congrui, an possit respectu unius rei tantùm intentari, quando plures res fuerunt simul alienatæ, vide Magon. *dec. Flor.* 29. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 171. & dixi *in §. Dominus num.* 18. *& §. Venditio nu.* 61. *& in resolut. cap.* 68. *num.* 71. Paul. Christin. *decis.* 31. *vol.* 6. ubi an quis possit retrahere bona feudalia omissis propriis, uno eodemque contractu, & pretio cum feudalibus venditis, etiamsi emptor contradicat, *& decis.* 72. *per tot. dict. vol.* 6. *ad leg. Municip. tit.* 21. *art.* 4. *num.* 9. *&c. art.* 21. *per tot. dict. tit.* 21. Balduc. *tit.* 2. *decis.* 10. *a n. pr.*

An autem vicinus, vel consors, qui petiit, & obtinuit in jure congrui, possit pœnitere, & nolle retrahere, vel potius sit compellendus ad retrahendum, vide Franch. *decis.* 346. *per tot.* ubi quòd potest pœnitere tam ante, quàm post sententiam, & dixi in §. *Emptio num.* 21. vide Add. ad De Franch. *loc. citat.* De Luc. *de servit. disc.* 81. *à nu.* 8. Balduc. *tit.* 2. *decis.* 12 *à n.* 18.

Intellige quando reus purè contestatus est litem, nec petita agnovit, ac omnibus refusis expensis; nam si reus receptaverit retractum, non potest actor pœnitere, nec liti renunciare, Rom. *sing.* 150. Alex. *lib.* 5. Paul. Christin. *decis. Belg.* 302. *n.* 17. *volum.* 1. *& ad leg. Municip. tit.* 11. *art.* 22. *num.* 6. *&c.*

Quòd in jure congrui attendatur statutum loci, in quo sita sunt bona, licet contrahentes sint forenses, Tiraquel. *de retract. lignag. §. pr. glos. pr. per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 11. *art. pr. nu.* 12. vide supra *num.* 4. *in fine*.

Quòd sit actio in rem scripta, & possit intentari coram judice loci, in quo sita sunt bona retrahenda *l. fin. C. ubi in rem act. l.* 2. *C. ubi de hæredit. agi.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 11. *in prin. nu.* 7. ubi tamen allegat Gayl. *lib.* 2. *observ.* 16. dicentem plerosque tenere, esse jus personale, & coram judice ordinario exemptoris experiendum. Vide De Luc. *de servit. disc.* 105. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæst.* 26. *n.* 160. *tom. pr.*

24 Jus congrui qualiter possit impediri, & de variis cautelis ad excludendos vicinos, ut pactum resolutivum, vel quod res habeatur pro inempta casu quo retrotrahatur, Petr. Cab. *cons. dec.* 36. *lib.* 1. Tiraquel. *de contract. lignag. in Præfat. num.* 68. *& seqq.* Corn. *cons.* 29. *lib.* 3. ubi de cautela ad statutum Florentinum, quæ est infrascripta, & illa tamquam juridica ad evitandum damnum, & incommodum videtur approbare, & an tale pactum possit fieri De Luc. *de servit. disc.* 98. *à num.* 17.

An impediatur per reservationem frustuli terræ, vel partis domus, ne res vendita contineat cum vicino, qui retrahere vellet dictam partem reservatam postea eidem emptori facto vicino ex prima emptione vendendo, Capyc. *decis.* 38. Tusch. *lit. I. conclus.* 583. *num.* 32. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 29. *num.* 17. dixi *in resolut. cap.* 68. *num.* 50. *&* 51. ubi quòd cessante præsumptione doli, vel fraudis, ut quia constet de alia utilitate, & commoditate sic contrahendi, vel pars reservata habeat per se accessum separatum, vel sit omninò corpus separatum, possunt hujusmodi cautelæ, arbitrio judicis admitti, aliàs secus facit Merlin. *dec.* 168. *num.* 10. sequitur Cabal. *dict. cons.* 36. *lib. pr.*

Quod impediatur per flumen vel viam publicam dividentem unum prædium ab alio, cum prædia non dicantur in confinio stantibus hujusmodi intermediis, *leg.* 4. §. *fin. & leg. seqq. §. fin. regund.* secùs autem in via vicinali, & simplici aquæ rivo, quæ separationem non inducunt, Bard. *tract. de temp. util. et contin. cap.* 16. *num.* 10. ubi refert Amic. *cons.* 81. *num.* 10. Afflict. *decis.* 62. ubi Ursil. *in Addit.* videtur idem tenere in via vicinali, de qua non extat memoria, vel quæ originem trahit à via publica, & exitum habet in aliam viam publicam, cum tunc pro publica habeatur, Cæpol. *de servit. rust. præd. cap.* 3. *de via num.* 34. *&c.* De Luc. *de servit. disc.* 69. Vide infra *n.* 30., ubi etiam Crescin.

Non tamen obstaret intermedium viæ publicæ, vel fluminis, quando prædia conjungerentur per Pontem, vel aliam superficiem existentem supra viam publicam, vel flumen, Ursil. *dict. decis.* 62. *in fine*.

Et quòd imò via publica intermedia, non impediat coherentias, seu confines, nec alluvionem, *leg. Martius* 38. *ff. de acquir. rer. dom. glos. in §. riparum Institut. de rer. divis.* cum aliis per Surd. *decis.* 42. *num.* 12.

Quod autem retractus non possit fraudari sub pœna peccati mortalis. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 74. Paul. Christin. *decis. Belg.* 56. *sub nu.* 4. *vol.* 3. facit quod dixi *in §. Lex num.* 6.

Jus congrui, sive prælationis competens vicino in emptione domus vigore Constitut. Gregor. XIII. ut 25
locum habeat, plura requiruntur, primò quod retrahere volens sit vicinus verè, secundò offerat se ædificaturum intra certum tempus, tertiò ædificium tendat in ornatum, & decus Urbis, quartò quod ex domo vicini retrahentis, & domo retrahenda possit unum confici ædificium, prout latè declarat Merlin. *decis.* 437. *per tot. & decis.* 465. *per tot.* ubi alia plura ad intelligentiam dictæ Bullæ, de qua late etiam Ricc. *Collect.* 3467. Rot. *part.* 12. *recent. in Append. decis.* 413. *per tot.* ubi qualiter vigore ejusdem Constitut. quilibet Dominus directus, etiamsi esset Ecclesia, vel alio modo privilegiatus possit cogi, & compelli ad affrancandum, & liberandum domum, vel fundum &c. à canone, alia re stabili loco illius constituta, & hoc ne ex dicta causa Emphyteuta retrahatur ab ædificando ad ornatum Urbis, prout contingeret ob periculum devolutionis, quod postea cessat facta dicta affrancatione. Vide circa hanc Constit. De Luc. *de servit. disc.* 96. *disc.* 99. *&* 100. Bertachin. *vot.* 87. *n.* 39. Mantiss. ad De Luc. *libr.* 4. *decis.* 5. *vol.* 3. *& decis.* 45. *&* 46. *libr.* 5. *vol. pr.*

Quod dicta Bulla sit favorabilis, & alia, Rot. post Pacific. de Salvian. *dec.* 143. *& part.* 13. *decis.* 538.

Et procedat etiam contra Ecclesiam, aliquibus tamen servatis, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 408. *infr. num.* 27. De Luc. *de servit. disc.* 97. *per tot.*

Quòd comparente vicino, prælationem, & retractum petente, prima venditio evanescat, ipsique vicino usque ab initio intelligatur facta, non obstante omissa ædificatione à Bulla ordinata, quia hæc inducit obligationem ædificandi, non autem venditionem, resolvit Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 292. *per tot.*

Jus congrui quando intentatur, an debeat attendi valor rei de tempore primæ venditionis, sive pe- 26
titionis, vel potius executionis sententiæ, Franch. *decis.* 390. Ricc. *Collect.* 3555. ubi refert fuisse judicatum, esse attendendum pretium de tempore litis contestatæ, licet aliàs fuerit tentum de tempore executionis sententiæ, ad tradita per Franch. *loc. cit.* vide *in §. Pactum num.* 40. §. *Pretium num.* 3. Sanfelic. *decis.* 102. ubi quodnam pretium sit attendendum oblatumne, & conventum, & quod habiturus erat possessor, an verò quod communiter reperiri posset, &

latiùs idem Sanfelic. *decis.* 108. *per tot.* ubi quòd debet attendi pretium de tempore executionis sententiæ latæ contra emptorem ad relaxandum: an emptor amittat expensas, & meliorамenta, an teneatur ad restitutionem fructuum, & à quo tempore, & alia, latè Add. ad De Franch. *loc. cit.* Vide Balduc. *tit.* 2. *decis.* 7. *à n. pr.* & 43.

27 Jus congrui vigore Bullæ Gregorianæ, de qua supra *nu.* 25. quando quis vult ædificare ad ornatum Urbis, an locum habeat, si intimatus ad vendendum ex dicta causa, se declaret, & exhibeat velle se ædificare, eumdemque ornatum facere, quem facere intendit alter vicinus, & videtur quòd non, & sic non posse vicinum compelli ad vendendum alteri ædificare volenti ad ornatum Urbis, si ipse dominus velit eodem modo ædificare, ex latè congestis per Rot. *part. pr. divers. decis.* 475. *per tot.*

28 Contrarium tamen verius est, quando non resultat paritas ornatus, vel ratione præventionis, cum aliàs quilibet conventus ad vendendum pro ornatu Urbis, posset eludere dispositionem legis, & ex aliis rationibus præcipuè autem favore ornatus Urbis, & sic fuisse pluries decisum, vicinos conventos ad vendendum pro ornatu Urbis, concurrentibus aliis requisitis Bullæ, esse compellendos, non obstante illorum oblatione, & etiam promissione de ædificando pariter ad ornatum Urbis, constat inter decisiones Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 538. *per tot.*

29 Quando autem, & quomodo sit necessarium depositum in retractu, vide in §. *Depositum nu.* & §. *Vicinus nu.* 13. Vide supra *n.* 9.

30 Jus congrui, an impediatur per viam intermediam, dixi *in §. Via num.* 5. An per rivum privatum intermedium, Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 417. *num.* 483. Cæpol. *de servit. rust. præd. cap.* 3. *num.* 34. Castald. *consult.* 267. *nu.* 2. ubi quod non. Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 201. *tom.* 4., Vide supra *n.* 24.

31 Jus congrui, vel retractus, an, & quando possit cedi latè in terminis statuti Florentini, cum decisione Rotæ Florentinæ, Mans. *consult.* 352. *lib.* 4. & vide alios per me citatos *in hoc §. num.* 8. Vide Balduc. *tit.* 2. *decis.* 10. *à n.* 29. De Luc. *de servit. disc.* 76. *num.* 5.

32 An habeat locum in re in emphyteusim concessa, idem Mans. *dict. consult.* 352. *lib.* 4. *nu.* 16. & 17. ubi pro affirmativa in terminis dicti Statuti Florentini, ex Gratian. *discept.* 460. *nu.* 20. 29. & *seqq.* & est decisio Rotæ Florentinæ *in Liburnens. Retractus* 7. *Novembris* 1662. *lib. Mot.* 122. *à* 214. & ego dixi alios citando *in hoc §. n.* 11. latè Altimar. *de nullit. rubr. pr. part.* 2. *quæst.* 18. *à nu.* 497. *tom.* 4.

33 Jus congrui, vel retractus an competat ex reservatione dominii sibi facta à venditore, donec fuerit de pretio satisfactus, dixi in §. *Reservatio num* 10. Altimar. ad Rovit. *decis.* 7. Gob. *consult.* 141. *n.* 14.

34 In emptorem, vel conductorem ad vitam, quando intret retractus prælativus activus, & passivus De Luc. *de Servit. disc.* 74. *à n.* 3. & *disc.* 109. *per tot.*

35 An retractus intret in concessione sub annuo censu, vel præstatione De Luc. *de Legat. disc.* 59. *n.* 12.

36 Jus congrui à quibus fuerit introductum. Corradin. *in noviss. tract. de prælat. quæst. pr. n.* 10., & *per tot.* Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec. pr. n. pr.*

37 Jus congrui actio est personalis in rem scripta, quæ sequitur possessorem. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 12. *n.* 7.

38 Jus congrui an competat alteri ex pluribus dominis directis pro rata pretii, approbato contractu per alios remissivè. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *decis.* 10. *num.* 26.

39 Jus congrui consanguineo, an competat in bonis emphyteuticeis, vel in censu reservativo, vel in re ad longum tempus locata remissivè. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 10. *n.* 24.

40 Jus congrui competens transit in hæredem solummodo, si fuerit à defuncto in Judicio deductum Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 17. *n.* 26.

41 Jus congrui differt à prælatione quoad aliquos effectus, sed in pluribus fraternizat Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec. pr. n. pr.*

Emptor obtento jure congrui non tenetur cavere, nec de evictione promittere, sed bona relaxare debet sub iisdem conditionibus, & oneribus affecta Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 7. *n.* 33. 42

Expensæ necessariæ, & utiles an sint reficiendæ in jure congrui. Rot. *dec.* 237. *nu.* 4. & 5. *part.* 16. & *dec.* 537. *n.* 8. *part.* 18. *rec.* Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 7. *n.* 28. *et* 30. 43

In dolo præjudiciali quis an dicatur fingens aliquid ad conservandam rem suam, & in fraudem juris congrui, & qualiter hoc procedat. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 4. *n.* 18. *et* 19. *et seq.* 44

Jus congrui est materia judic arbitraria. De Luc. *de serv. disc.* 85. *nu.* 7. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 50. *n.* 17. 45

Jus congrui quoad omnes domos, an procedat, ubi venditæ sunt plures domus, quarum prima non sit confinis. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 12. *n.* 12. 46

Res una ad effectum juris congrui dicitur alteri cohærere, quando absque illa commodè stare nequit. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 10. *num.* 10. *et seq.* Idq; probatur ex testibus, & descriptione loci. *ibid. nu.* 11. & *seq.* 47

Clericus pro jure congrui statutario, an conveniri possit coram Judice laico, relatis hinc inde opinionibus. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 12. *n.* 13. & 14. 48

Jus congrui cumperit eo ipso, quod contractus, non est talis, qualis à partibus fuit denominatus. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 4. *n.* 12. 49

Visitatio loci plurimum attenditur in materia juris congrui, etiam ad determinandos confines. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 10. *n.* 12. 50

Retrahens collusione pretii probata non tenetur solvere, nisi pretium verum, non quod contrahentes asseruerunt. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 7. *n.* 1. & 43. 51

Emptor retrahenti an teneatur solvere interesse, quoties res de tempore emptionis reddita est infructifera. Balduc. *de prælat. tit.* 2. *decis.* 5. *num.* 11. *usque ad finem.* 52

Fructus an competat retrahenti, qui pretium deposuit loco damnorum, & interesse ex æquitate *l. Curabit.* Balduc. *de prælat. tit.* 1. *dec.* 5. *n.* 17. 53

Retrahere consanguineus nequit aliqua bona avita signanter fertiliora, cæteris omissis, unico contractu venditis. Balducc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 10. *n.* 9. *et* 15. 54

Quis pro alio retrahere nequit, & unde dicatur id voluisse, remissivè Balducc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 4. *num.* 24. 55

Retrahere vicinus potest rem vicinam, altera omissa, non ita consanguineus. Balducc. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 10. *n.* 4. 56

Jus congrui an competat universitatibus. Marant. *disput.* 8. *n.* 56. *et* 58. De Luc. *de Serv. disc.* 68. *n.* 15. 57

Modica vicinitas, seu cohærentia, an sufficiat, & quando de majori, vel minori vicinitate inspiciatur. Gratian. *discept.* 745. *n.* 47. De Luc. *de Servit. disc.* 74. *n.* 19. 58

Jus congrui an habeat locum in promissione de vendendo. De Luc. *de serv. disc.* 70. *n.* 14. *et seq. de Cens. disc.* 40. *ex n.* 4. Quando dicatur effectuata venditio, licet verba sonent in alium contractum locationis. De Luc. *d. disc.* 70. *n* 16. *et seqq.* 59

Fallit, ubi contractus potius sonaret in illum emptionis, & venditionis de Luc. *de Serv. disc.* 70. *n.* 17. Quid in concessione rei in emphyteusim, vel censum cum facultate redimendi pro certa quantitate. De Luc. *de Serv. disc.* 73. *n.* 7. *disc.* 76. *n.* 8., *et* 9.

Secuto jure congrui legali vel conventionali resolvuntur onera medio tempore imposita. De Luc. *de Donat. disc.* 13. *n.* 4. 60

Jus congrui non habet locum, ubi fiat ex causa lucrativa ratione affectionis naturalis, vel conjunctionis sanguinis. De Luc. *de feud. disc.* 125. *nu.* 2. Neque ex causa onerosa si retrahens præstare non valeat id, quod præstat alter, in quem facta sit alienatio. De Luc. *dict. disc.* 125. *n* 2. *de serv. disc.* 73. *n.* 2. *disc.* 76. *n.* 2 *disc.* 93. *n.* 19. 61

Emptor, quamvis Juri congrui subiectus, interim est verus, ac perfectus dominus ad omnes effectus. Gratian. *discept.* 520. *n.* 15. *cum seq.* De Luc. *de Serv. disc.* 75. *n.* 8. 62

Ci-

63 Civitates & loca subdita non possunt facere statuta contra Jus congrui. Rot. *dec.* 438. *tom.* 2. *part.* 4. *rec.* & sæpissimè. De Luc. *de Serv. disc.* 71. *num.* 8. *et seqq.*

64 Jus congrui competens ex Bulla Gregoriana, an competat ad bona possessa per Ecclesiam, Hospitalia, vel alia loca pia. De Luc. *de Serv. disc.* 97. *per tot.*

65 Statutum loquens de venditione facienda an procedat etiam in venditione jam facta. De Luc. *de Serv. disc.* 96. *n.* 16. *vers. idem Judex.*

66 Statutum loquens de vicino in singulari, an conveniat ubi sunt plures vicini. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 33. De Luc. *de Serv. disc.* 72. *num.* 2. *et seqq.* Loquens de simplici non capit casum qualificatum. De Luca *d. disc.* 72. *n.* 5. *disc.* 82. *nu.* 6. *disc.* 96. *num.* 13.

67 Jus retrahendi dicitur esse in fructu. De Luc. *de Serv. disc.* 109. *n.* 16.

68 Qualis actio competat pro jure congrui. De Luc. *de Serv. disc.* 105. *n.* 7. De differentia inter jus congrui legalem, & conventionalem. De Luc. *dict. disc.* 105. *n.* 8.

69 Intentans jus congrui sibi non præjudicat in prælativo. Rovit. *prag. pr. de offic. provis. n.* 15. De Luc. *de Serv. disc.* 75. *n.* 11.

70 Petens Jus congrui, vel prælationem non dicitur dominus rei retrahendæ, unde ad ipsum non pertinent fructus decursi. De Luc. *de Emphyt. disc.* 62. *ex n.* 14. *et* 18. ubi declaratur. Si deposuerit pretium, & lis longo tempore protracta fuerit ei assistit æquitas *l. curabit.* De Luc *de Emphyt. dict. disc.* 62. *nu.* 28. Secus in Jure congrui conventionali, in quo venditor efficitur dominus statim ac pactum redimendi exerceat. De Luc. *d. disc.* 62. *num.* 16. *de Serv. disc.* 105. *n.* 8.

71 Retractus conventionalis prælativus, an activè, & passivè transeat ad hæredes. De Luc. *de Serv. disc.* 85. *n.* 2. *et seq. et disc.* 96. *n.* 11.

72 Prælatio vigore Juris congrui quando competat vicino censuario, vel inquilino Rot. cor. Merlin. *dec.* 386. *n.* 15. Bertachin. *vol.* 97. *per tot.*

73 In dubio judicari debet Jus congrui non competere. Balduec. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 10. *n.* 16.

74 Jus congrui vicino, vel agnato concessum intelligendum est strictè, & ad limites verborum statuti. Balduec. *de prælat. tit.* 2. *dec.* 6. *n.* 28.

75 Ubi emptor sit etiam creditor censuarius habens prælationem Pianam, an vincat Inquilinum, seu vicinum. De Luc. *de Serv. disc.* 98. *ex n.* 3.

Jus congrui censualis est omnibus aliis inferior, & vicino, vel inquilino datur, prælatio adversus censuarium. De Luc. *d. disc.* 98. *n.* 5. ubi declaratur.

76 De libertate, & onemptione rei retractæ à vinculis, & oneribus cum eorum refusione in pretium quando procedat. De Luc. *de Serv. disc.* 102. *per tot.* Et an procedat in censibus consignativis, hypothecis, & Juribus Creditorum. De Luc. *d. disc.* 102. *nu.* 7. *& seq.* Quid ubi res subrogata pereat, vel minuatur. *d. disc.* 102. *n.* 7.

77 Emptor cum pacto de retrovendendo dicitur perfectus dominus pro utroque Jure congrui activo, & passivo. De Luc. *de Serv. disc.* 98. *nu.* 13. *disc.* 109. *n.* 2. *et* 11.

78 Judicium Juris congrui est ordinarium terminandum per tres conformes. De Luc. *de Serv. disc.* 96. *num.* 10.

79 Retrahens ab Ecclesia tenetur dare rem stabilem æquivalentem. De Luca *de Serv. disc.* 97. *n.* 6.

80 Ecclesiæ competit retractus ex *l. si quis sepulchrum* pro ejus ampliatione De Luc. *de servit. disc.* 83. *a n.* 2., ubi de ampliationibus *& disc.* 97. *a n.* 4. *& Conflict. obser.* 250.

81 Quando Dominus Ædificii volens ædificare, excludat retractum Card. De Luc. *de servit. disc.* 79. *n.* 3. *& disc.* 100. *a n.* 2.

82 An per verba extrajudicialia denotantia animum non retrahendi censeatur renunciatum retractui, & ubi prolata fuerint per unum ex fratribus, an præjudicent aliis De Luc. *de servit. disc.* 75. *a n.* 2. *disc.* 80. *n.* 4. *disc.* 86. *n.* 3.

83 An pupillus, vel minor possit renunciare retractui absque solemnitatibus. De Luc. *de servit. disc.* 75. *num.* 5.

§. JUSPATRONATUS. XLVII.

JUspatronatus est jus honorificum, onerosum, & utile competens ei, qui de consensu Ordinarii Ecclesiam construxit, dotavit, vel fundavit, vel ei qui ab illo causam habuit, Panor. *in Rub. de jurepatr. in princip.* Lambertin. *eod. tract.* Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 4. *fol.* 226. ubi latè de consensu Ordinarii necessario in acquisitione jurispatronatus expressè, vel tacitè, & de modis, acquirendi juspatronatum, Tusch. *litt. I. conclus.* 196. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 316. *nu.* 6. *& seqq. per tot.* ubi plura de dicto consensu necessario, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 3. *per tot.* Fagnan. *in cap. quoniam nu.* 31. *de Jurepatr.* Sanchez *cons. moral. libr.* 2. *cap.* 3. *dub.* 52. Rot. apud Episc. Piton. post *alleg.* 44. *nu.* 9. *tom. pr. de Jurepatr. & ibidem n.* 82. *&* 99. 1

An veniat appellatione beneficii Ecclesiastici, Gratian. *discept. for. cap.* 809. *num.* 4. *&c.* vide in §. *Beneficium nu.* 8.

Juspatronatus, vel est laicale, vel Ecclesiasticum, vel mixtum, quæ sint differentiæ inter utrumque, Hostiens. *in Sum. de jurepatr. num.* 10. Felin. *in cap. cum Bertoldus de re jud.* plenius Lambert. *de jurep. libr.* 3. *quæst.* 10. *prin. fol. mihi* 418. ubi ultra 49. differentias recenset, quas compendiant Vivian. *in prax. de jurepatr. part.* 5. *lib. pr. cap.* 3. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 498. *fol.* 273. Ricc. *Collect.* 488. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 959. *per tot.* ubi quando præsumatur Ecclesiasticum, vel laicale, de quo Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 242. De Luc. *de Jurepatr. in Sum. ex num.* 45. *& disc.* 59. *&* 64. De Jurepatronatus laicali, ecclesiastico, & mixto latè Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 500. *nu.* 289. *tom.* 2. Rot. apud eumdem post *alleg.* 18. *n.* 34. *tom. pr.* & *in supplem. post alleg.* 100. *n.* 105. *tom.* 2., in quibus locis habetur quod qualitas Jurispatronatus ecclesiastici, vel laicalis desumitur ex qualitate personæ, apud quam residet, non ex qualitate bonorum, super quibus fuit fundatum & de mixto vide eumdem *alleg.* 100. *a n.* 82. *tom.* 2. & Rot. post eumd. *alleg.* 18. *n.* 33. *& alleg.* 48. *n.* 50. *tom. pr.* 2

Materiam jurispatronatus examinat etiam Antunez. de Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 28. *per tot.* occasione investigandi an veniat in confiscatione bonorum patroni, & Cab. *tractat. de Patron. Reg. Coronæ*, qui habetur post ejus *decis.* Card. de Luc. *in tract. de Jurepatr. & alibi prout. in Indie.* Episc. Pit. *eod. tract. & alibi prout pariter in Indie.* Pignatell. Rocc. & alii infra citandi.

Mixtum, cujus naturam sequatur, an laicalis, vel Ecclesiastici, & quotuplex sit mixtura, Tusch. *litt. I, concl.* 614. *per tot.* Merlin. *decis.* 213. *per tot.* ubi quòd non cadit sub regula 9. reservatoria mensium, & ex quibus probetur tale Rot. *decis.* 242. *par.* 9. *recent.* De Luc. *locis cit.*

Quòd Juspatronatus mixtum in favorabilibus semper sequatur naturam illius qualitatis, quæ patronis est utilior, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 250. ubi exemplificat in pluribus.

Quando dicatur Ecclesiasticum, idem Tusch. *loc. cit. conclus.* 619. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 353. ubi etiamsi sit fundatum ex bonis laicalibus, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 10. *& seqq.* ubi plura quando juspatronatus reputetur Ecclesiasticum, laicale, vel mixtum &c Rot. *p.* 18. *rec. decis.* 411. *num.* 12. *& seqq.* cum concordantibus in calce relatis, De Luc. *de Jurepatr. disc.* 59. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 5. *n.* 17. *tom. pr.*

Et quòd juspatronatus laicorum aliud sit hæreditarium aliud gentilitium, sive familiare, aliud verò ex pacto, & providentia, & quomodo utrumque cognoscatur, Carol. Marant. *controv. p.* 3. *respons.* 74. *nu.* 36. *& seqq. & p.* 4. *respons.* 66. *num.* 17. *&c. infra nu.* 16. idem Marant. *controv. part.* 5. *respons.* 61. *&* 81. *per tot.* Et quomodo gentilitium, & familiare differant, De Luc. *de Jurepatr. disc.* 22. *num.* 10. *disc.* 60. *num.* 30. De Jurepatronatus familiari vide Piton.

Piton. *de Jurepatr. allegat.* 9. *numer.* 31. *allegat.* 11. *num.* 20. *alleg.* 92. *a num.* 44. *alleg.* 96. *num.* 12. *alleg.* 100. *n.* 198. & *alleg.* 75. *a nu.* 81. De Jurepatronatus gentilitio vide eumdem *ibidem alleg.* 10. *a num.* 3. *alleg.* 37. *a n.* 7. *alleg.* 66. *a n.* 19. *alleg.* 75. *a num.* 78. *alleg.* 91. *n.* 25. *alleg.* 92. *a nu. pr. alleg.* 100. *num.* 255. 363. 596. 606. 621. 279. 683. De Jurepatronatua hæreditario latè Idem *alleg.* 14. *nu.* 3. *alleg.* 22. *num.* 26. *alleg.* 37. *a n.* 3. *alleg.* 46. *n.* 16. *alleg.* 69. *a n.* 7. *alleg.* 76. *a n.* 8. *alleg.* 88. *n.* 19. *alleg.* 91. *a nu.* 33. *alleg.* 92. *n.* 9. *alleg.* 77. *n.* 22. *alleg.* 96. *n.* 16. *alleg.* 100. *a num.* 188. 247. & *a n.* 264. & *a n.* 359. & *a n.* 469.

8 Juspatronatus acquiritur mediante fuodatione, constructione, vel dotatione Ecclesiæ, etiamsi non fuerit expressè reservatum, dummodò expressè non fuerit remissum; nisi hæres gravatus de fundando, vel dotando Ecclesiam non spontè, sed coactè id fecerit, latè Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 167. *per tot.* Bich. *dec.* 106. *num.* 4 Paul. Christin. *decis. Belg.* 352. *vol. pr.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 781. *nu.* 3. Merlin. *decis.* 422. ubi etiam quid si agatur de Capella constructa intra Ecelesiam, vel septa Ecclesiæ, vel intra Parochiam, an Rector Ecelesiæ, vel Parochus possit aliquod jus prætendere, & videtur concludere quod sic de jure in primo casu, secùs autem de consuetudine, & in secundo casu; Fagnan. *in c. Ecclesia Ulterana n.* 35. *de elect.* & *in c. quoniam*, & *c. nobis de jurepatr.* Card. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 55. *n.* 3. Spad. *cons.* 3. *libr.* 2. Cresein. ad Pen. *dec.* 257.

De modis aequirendi juspatronatus, plenè Thom. Trivis. *dec.* 55. *n.* 4. & *seqq. lib.* 2. eadem Rot. *d. par.* 2. *div. dec.* 269. *per tot.* ubi etiam qualiter censeatur revocatum per Regulam Adriani, & Concilii Tridentini juspatronatus acquisitum ex aliis causis, præter fundationem, & dotationem, Tusch. *litt. I, conclus.* 598. & *seqq.* ubi etiam an acquiratur ex reædificatione Ecelesiæ collapsæ, & concludit quòd sic, concurrente Episeopali licentia, & reædificatione totali à fundamentis *infra nu.* 22. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 492. ubi qualiter *ex* augmento dotis pro medietate, & tunc non dicatur ex privilegio, nec cadat sub revocationibus Concilii, Em. De Luc *de Jurepatr. disc.* 19. *n.* 14. *disc.* 55. *a n.* 2. *disc.* 56. *n.* 15. *disc.* 69. *a nu.* 11. Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 43. *n.* 2. *alleg.* 73. *n.* 22. *alleg.* 100. *n.* 40. Et de Constitutione Adriani vide Pen. *decis.* 35. Piton. *loc. cit. alleg.* 58. *n.* 20. & 32. *alleg.* 59. *n.* 25, Caprat. *dec.* 176. *n.* 15.

Quod juspatronatus ex privilegio sit revocatum per Concilium ut supra ubi privilegium fuit ex mera causa lucrativa, secùs si ex causa onerosa, vel mixta, veluti ex augmento, an debeat attendi causa, quæ præponderatur, an cadat sub regula reservationis, & alia ad rem, latè Beltram. ad Ludovis. *dec.* 397. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 725. *per tot.* ubi quod stante præponderatione causæ privilegii veluti restaurationis, & conservationis non cadit sub simplici derogatione, reservatione, vel affectione, & præsumptio stat pro adæquatione oneris injuncti, vel suscepti, &c. vide Fagnan. *in c. cum propter n.* 46. *de jurepatr.* & *in c. ex parte il* 2. *num.* 38. *de Privil.* & Pitoo. *discep. Eccl.* 22. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 2. *n.* 8. *disc.* 10. *a n.* 3. *disc.* 12. *nu.* 5. *disc.* 20. *n.* 20. *disc.* 55, *n.* 17. *disc.* 83. *n.* 6.

Quod acquiratur ex fundatione, & dotatione, etiam si non sit expressè reservatum, Cavaler. *dec.* 30. *n.* 1. *decis.* 265. *per tot. dec.* 336. & 378. *per tot.* Merlin. *dec.* 442. Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 249. ubi etiam quòd si unus construit, & alter dotat, acquiritur utrique, latè Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 4. & *seqq. per tot. fol.* 226. *ubi n.* 59. quod etiam fœminæ, & meretrices sunt capaces hujusmodi acquisitionis, ut dixi in §. *Meretrix. num.* adde Rot. *part.* 18. *rec. dec.* 423. ubi de modis acquirendi, & probandi, & *dec.* 421. ubi qualiter loco fundationis, & dotationis sufficiant plures præsentationes effectum sortitæ per sæcula, & hujusmodi, & *dec.* 697. *per tot. d. part.* 18. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 55. *n.* 2. & 3. *disc.* 69. *n.* 11. & 12. *Miscell. disc.* 30. *n.* 20. Caprar. *dec.* 278. *n.* 3.

Qualiter regulari debeat juxta disposita in institutione, dotatione, & fundatione, & quando secùs, Tusch. *litt. I, concl.* 607. *per tot.*

Licèt autem in dubio censeatur juspatronatus reservatum per fundantem, vel dotantem, ut supra, tamen secùs est si constet de contraria mente erigentis, vel ex mera pietate, & devotione sola spe retributionis æternæ, vel prò adimplendo jussu alterius, vel aliis de causis, vel si non adsit consensus Ordinarii, & alia ad exclusionem jurispatronatus, Rot. *cum pluribus citatis part.* 12. *recent. dec.* 93. *per tot.* De Luc. *de jurepatr. disc.* 55. *n.* 20.

Quòd ex assignatione dotis ex causa necessaria non acquiratur juspatronatus, Ludovis. *dec.* 397. Rot. *part.* 6. *rec. dec.* 220. *n.* 10. Vide Piton. *de Jurep. alleg.* 53. *n.* 15. *tom.* 2.

Qualiter hæres ex ordinatione testatoris erigens Capellam non possit sibi juspatronatum reservare in præjudicium aliorum vocatorum ab ipso testatore, cum tunc sit nudus executor, & non fundator, neque dotator, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 136. *per tot.* dixi in §. *Hæres n.* 9.

Quòd non possit acquiri nisi mediante fundatione, vel dotatione Ecclesiæ, nec sufficiat augmentum dotis, quod potius dicitur ditatio, quàm dotatio; posset tamen acquiri etiam per aliquam egregiam ditationem in Ecclesia inope, & modici redditus, Gratian. *discept. for. cap.* 176. *n.* 24. & *seqq.* Pac. Jord. *d. tit.* 7. *n.* 47. &c. *fol.* 230. & *num.* 72. ubi quod ex concessione Papæ potest acquiri per augmentum dotis, Paul. Christin. *dec.* 352. *vol.* 1. Merlin. *dec.* 693. *n.* 8. & *seqq.* Trivis. *decis.* 55. *lib.* 2. ubi non sufficit consensus Episcopi, Ricc. *Collect.* 1558. & *seqq.* ubi plura prout *in repert. verb. Jurispatronatus* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 96. *n.* 27. & 28. *ac per tot.* & *dec.* 492. De Luc. *de jurepat. disc.* 83. *n.* 6. *et alibi.* Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 76. *n.* 30. *et* 31. *tom.* 2. *alleg.* 200. *n.* 613. *col. tom.* 2.

Non acquiritur si quis donet beneficio jam fundato, & dote destituto, nisi exprimat dare pro dote, aut illud expressè sibi reservet, cum alias videatur simplex benefactor, quod tamen fallit stantibus conjecturis in contrarium, Duran. *dec.* 411. *n.* 3 *et per tot.* vide Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 249. *per tot. et part.* 13. *dec.* 96. *n.* 27. *et* 28. *et dec.* 514.

Nec etiam acquiritur ex constructione Ecclesiæ facta ex eleemosinis, nec ex assignatione stipendii facta Rectori, Ludovis. *decis.* 397. Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 106. *per tot. part.* 13. *dec.* 514. *nu.* 9. *et seqq.* ubi an ex reædificatione, restauratione, & nova dotatione, & negativè concludit, quando non erat prorsus diruta, & ex integro reædificata, & nova dos non excedit medietatem primæ, vide *in* §. *augmentum n.* 11. Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 163. *nu.* 8. *et seqq.* Piton. *de Jurepatr. alleg.* 53. *n.* 18. *tom.* 1. ubi quod non acquiritur ex dotatione facta ex decimis.

Qualiter juspatronatus acquiratur, & quibus conjecturis probetur, latè Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 958. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 90. *per tot.* ubi refert, & declarat verba Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 9. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 199. latè Ludovis. cum Beltramin. *decis.* 222. ubi qualiter debeat probari, quando quis habet jurisdictionem temporalem in loco, & sic prætenditur à familia potenti, Ricc. *Collect.* 58. Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 25. *per tot.* ubi de privatis, *et decis.* 70. *per tot.* Cavaler. *dec.* 89. 159. *et* 236. Merlin. *decis.* 277. ubi quando ab Universitate, *et decis.* 1349. *per tot. decis.* 354. *dec.* 403. *dec.* 407. ubi quando prætenditur à Confraternitate laicorum, idem Merlin. *dec.* 850. ubi de familia privata, latè Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 164. 245. 321. 446. Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 67. *et seqq. fol.* 232. ubi quæ sit differentia inter potentes, & privatos circa probationem jurispatronatus juxta dispositionem allegati Concilii Tridentini. Qui veniant sub nomine potentium, inter quos enumerat omnes dominos temporales jurisdictionem exercentes in loco beneficii, etiamsi superiorem recognoscant, Communitates, familias potentes, & signanter familiam DD. de Sabellis, & aliàs similes, qui cum sint suspecti de usurpatione jurispatronatus, tenentur (ultrà jus commu-

mune] vigore dicti Concilii . quotieſcumque immemorabili conſuetudine, privilegio; vel præſcriptione ſe juvare intendunt probare non ſolum ipſam immemorabilem , verùm etiam (& omnia per antenteas ſcripturas , & non per teſtes) præſentationes multiplicatas , continuatas, & effectuatas per ſpatium quinquaginta annorum , Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 77. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi etiam de probatione per inſtrumentum publicum fundationis, & dotationis, *& decis.* 444. *d. part.* 14. ubi plenè de probatione Juriſpatronatus in familia potente, & domina loci per immemorabilem teſtibus etiam ſubditis probatam, & aliàs conjecturas, & eadem *part.* 14. *dec.* 488. ubi quando non dicatur ſufficienter probatum à Domino loci, *& part.* 18. *dec.* 782. *per tot. par.* 19. *decis.* 136. *per tot.* Alii verò privati per omne genus legitimum probationis , cum circa privatos nihil ſit immutatum , ut videri poteſt in locis citatis , quibus me remitto, ubi plura alia habentur in hac materia, & ad Ricc. *Collect.* 58. 638. 1691. *& alibi prout in repert. verb. Juſpatron.* & plenè Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 245. *per tot. & dec.* 321. *& part.* 10. *dec.* 168. *per tot.* ubi magiſtraliter de probatione juriſpatronatus, & ibidem *decis.* 169. *per tot. & decis.* 321. *per tot. dec.* 367. *per tot.* ubi quod in Univerſitate etiam parva præſumitur uſurpatio , & qualiter ſit ab ea probandum, & latè eadem Rot. *part.* 12. *decis.* 90. *per tot. & decis.* 176. *per tot.* ubi pariter de Univerſitate, etiam parva, *& decis.* 187. ubi quando prætenditur à perſona potente , *& decis.* 224. *d. part.* 22. *& dec.* 279. *videnda per tot.* ubi quando ceſſet præſumptio uſurpationis in Univerſitate , & ſufficiant probationes ordinariæ , *& dec.* 341. *per tot. & part.* 23. *decis.* 84. ubi quod ceſſat præſumptio uſurpationis , quando cum patronis laicis æquè commixti ſunt Eccleſiaſtici , & alia *dec.* 323. *per tot. infra num.* 29. Ceſſat etiam dicta præſumptio uſurpationis quando ſimul cum potente, vel Univerſitate poſſidetur etiam à perſona privata, Rot. *part.* 18. *recent. dec.* 768. *n.* 6. *&c.* De probatione Juriſpatronatus neceſſaria in familia potente latè Pen. & Creſcen. *dec.* 431. *& decis.* 536. De Luc. *de Jurepatr. disc.* 3. *num.* 5. *&* 14. *disc.* 5. *n.* 3. *disc.* 58. *per tot. disc.* 72. *num.* 8. *&* 9. *Annot. ad Concil. disc.* 11. *de Benefic. disc.* 12. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 97. *nu.* 2. *&* 3. *et alleg.* 73. *numer.* 6. *&* 7. Bertachin. *vot.* 138. Caprar. *dec.* 497. *&* 573. *&* 495.

Quomodo probetur inter privatos , Cavaler. *dec.* 560. Tuſch. *litt. I, conclus.* 617. *per tot.* Merlin. *dec.* 850. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 298. *num.* 1. *et ſeqq. part.* 10. *dec.* 159. *per tot. part.* 11. *decis.* 73. Cabal. *conſil. dec.* 76. *lib.* 1. Rot. *part.* 17. *dec.* 163. *& dec.* 333. *per tot. & part.* 18. *dec.* 576. *n.* 9. *& ſeqq. per tot.* De modis probandi Juſpatronatus inter privatos latè Vivian. *de Jurepatr. lib.* 11. *part.* 2. *cap.* 5. Rot. apud eumdem *dec.* 152. De Luc. *eod. tract. disc.* 57. *n.* 10. *& disc.* 9. Barboſ. *de Episc. alleg.* 72. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 150. Pen. & Creſcen. *dec.* 129. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 12. *nu.* 1. *alleg.* 43. *n.* 1. *alleg.* 72. *n.* 3. *alleg.* 73. *nu.* 17. *alleg.* 97. *n.* 17. *in ſuppl. ad alleg.* 100. *n.* 101.

Quòd præſumatur acquiſitum ex fundatione, vel dotatione ſtante poſſeſſione centum annorum ex præſentationibus continuatis , & effectum ſortitis, idem Cavaler. *decis.* 547. Rot. *p.* 14. *rec. decis.* 509. ubi plenè, *et part.* 18. *dec.* 421. *per tot. et dec.* 576. Late Episc. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 52. *num.* 32. *alleg.* 58. *et.* 59. *per tot. alleg.* 65. *n.* 10. *alleg.* 98. *n.* 25. *alleg.* 47. *n.* 64. & vide eumdem *in Indice verb. centenaria et verb. immemorabilis.*

Quòd ad unum Altare poſſint plura beneficia inſtitui , cum ſpiritualia locum non occupent Lotther. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 46. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 206. *n.* 6.

Qualiter poſſit acquiri per præſcriptionem , & quanto tempore , latè Tuſch. *litt. I, conclus.* 604. *per tot.* Merlin. *dec.* 36. *& decis.* 689. *dec.* 850. Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 323. ubi de quadragenaria juncta fama , & adminiculis inter privatos , *& decis.* 503. Thom. Triviſ. *dec* 55. *nu.* 57. *& ſeqq. lib.* 2. Rich. *dec.* 188. *per tot.* ubi de centenaria , & quadragenaria in familia privata , & quomodo etiam poſſit præſcribi libertas beneficii , & mutari ſtatus de jurepatronatu in liberum, de quo *infra n.* 22. De Luc. *de benef. disc.* 12. *nu.* 5. *&* 7. Vide Fagnan. *in c. querelam n.* 22. *de Elect.*

Quòd per 40. annos præſcribatur pertinentia juriſpatronatus inter comparronos, ita ut non impediatur præſcriptio ſub prætextu ignorantiæ, niſi beneficio reſtitutionis in integrum, & alia ad rem, Rot. *p.* 16. *rec. dec.* 352. *n.* 5. 6. 19. *et* 20. *et part.* 17. *dec.* 333. Add. ad Pamphil. *dec.* 539. Piton. *de Jurepatr. alleg.* 63. *n.* 7.

Juſpatronatus non poteſt aliquo ex dictis modis 4
acquiri per perſonas ab Eccleſia damnatas, & reprobatas, quales ſunt omnes infideles cujuſcumque ſectæ, & illis adhærentes, nec ex bonis alienis reſtitutioni obnoxiis, quales eſſent uſurarii , fures, aut ſimiles injuſtè poſſidentes , à quibus poſſet fieri repetitio , ſecùs in aliis malè quæſitis, de quibus non detur repetitio, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 61. *&c. fol.* 231.

Juſpatronatus quoad præſentandum non acquiritur 5
à conſtruente Eccleſiam Conventualem , ſed tantum quoad præeminentias in proceſſionibus , in ſedendo, & ſimilibus, de quibus Cavaler. *dec.* 31. *per tot.* Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 12. *n.* 2. *tom.* 1.

Poteſt etiam talis conſtituens Eccleſiam Conventualem habere jus conſentiendi electioni Abbatis , vel Abbatiſſæ, ſed poſt electionem impedire, vel caſſare non poteſt , & ſic debet tantùm poſtulari conſenſus, nec habet jus Sepulturæ, quamvis in concurſu aliorum ſit præferendus, idem Cavaler. *dec.* 445. *per tot.*

Quòd in limine fundationis poſſit ſibi reſervare jus nominandi Moniales, & alia, vide per Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *nu.* 318. *fol.* 253.

Qualiter poſſit acquiri etiam in Eccleſia regulari Tuſch. *litt. I. concl.* 615. Vide Spad. *conſ.* 6. *n.* 5. *&* 6. *conſ.* 18. *n.* 3. *conſ.* 33. *n.* 5. *vol.* 2.

Juſpatronatus, ſive præſentandi qualitèr in limine 6
fundationis poſſit acquiri etiam in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis auctoritate Papæ quoad Episcopum, vel alium Prælatum eligendum , ſive auctoritate Ordinarii quoad aliàs Præbendas Canonicales , & quod dicitur de Collegiatis intelligendo etiam de Conventualibus quoad nominationem Abbatis, vel Abbatiſſæ, ſive Monialium vide Pac. Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 316. *& ſeqq. fol.* 253. ubi meminit de Monaſterio Convertitarum Piſis, in quo ex jure fundationis ad nutum Sereniſſimi Magni Ducis recipiuntur Mulieres , & de alio Monaſterio Civitatis Collis de jurepatronatu Dominorum de Uſimbardis pro nominatione puellarum recipiendarum.

Quòd ad acquirendum juſpatronatum in Eccleſiis Regularibus requiratur privilegium Apoſtolicum in limine fundationis, *c. nobis* 25. *ubi gloſ. de Jurepatron.* Rot. *part.* 7. *recent. dec.* 29. *nu.* 9. *& part.* 12. *dec.* 224. *n.* 17. *&c.* ubi quòd verùm in Eccleſiis principalibus Conventualibus, & Collegiatis, non autem in aliis etiam ab illis dependentibus, & tamen hoc non vocatur Juſpatronatus ex privilegio Piton. *diſcept. Eccl.* 33. *n.* 12.

Quòd lex fundationis , etiamſi repugnet diſpoſitioni juris poſitivi ſemper attendenda ſit , Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 34. *&* 35. Rot. *p.* 16. *recent. dec.* 352. *n.* 23. Vide Piton. *de Jurepatr. alleg.* 24. *n.* 4. *alleg.* 42. *n.* 5. *alleg.* 50. *n.* 2. *alleg.* 73. *n.* 23. *alleg.* 80 *n.* 6. *alleg.* 88. *n.* 7. *& alibi* Bertachin. *vot.* 199.

Jus nominandi honorificum, (abſque tamen jure 7
patronatu formali) competit Incolis loci , non coactivè, ſed deprecativè , ubi ſibi detur Vicarius, ſive Rector Benevolus, & Notus, Cavaler. *dec.* 419. Pac. Jordan. *d. lib* 10. *tit.* 7. *n.* 69. *fol.* 232. ubi intelligit etiamſi per tempus immemorabile conſueverint Parochiani præſentare ſacerdotem illis gratum rogantes Episcopum, ut digneretur illum inſtituere, & fuerint gratificati, quia hujuſmodi gratificatio non eſt propriè juſpatronatus , ſed quædam honorantia, & beneficentia gratioſa , quæ non obligat ad continuandum, idem Jordan. *d. tit.* 7. *nu.* 416. *fol.* 263. & latè Rot. *part.* 9. *rec. dec.* 197. *per tot. & decis.* 245.

n. 28 *& seqq. per tot.* ubi quando præsentationes Parochianorum importent juspatronatum, ut quia tamquam patroni semper elegerint, *& part.* 10. *dec.* 83. *per tot. & p.* 11. *dec.* 314. *n.* 18. *& seqq.*

Quando autem Juspatronatus spectat ad Universitatem, debet Rector nominari à duabus ex tribus partibus ipsius Universitatis, & à personis cognitis, quando possit variari, & alia, Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 262. *per tot.* vide *in §. Patronus.*

8 Juspatronatus si remaneat indotatum, non potest alteri acquiri per novam dotationem, nisi prius requisito primo patrono, an velit redotare, Duran. *dec.* 411. *n.* 9. Vide Fagnan. *in cap. quoniam de Jurepatr. n.* 59.

An etiam probato Ecclesiam remansisse penitus indotatam, Pac. Jordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 52. *&c. fol.* 231. facit latè Trivis. *dec.* 55. *lib.* 2. Capar. *dec.* 453. 478. 632. 372. 176. *n.* 18. 756. *nu.* 4.

9 Juspatronatus acquiritur per ædificationem Ecclesiæ de consensu Ordinarii, & licentia ædificandi videtur concessa ad finem acquirendi juspatronatum per ædificantem, Rot. *part.* 2. *div. decis.* 85. *per tot.* ubi etiam quod talis licentia potest concedi etiam tali jure ab Abbate, qui habet potestatem dandi licentiam ædificandi in sua Ecclesia, & dicta decisio fuit confirmata prout *in decis.* 99. *dict. par.* 2. vide supra *n.* 3. Vide Fagnan. in *cap. quoniam a num.* 50. *de Jurepatr.*

Et si unus inceperit edificare, & alter perfecerit, non incipienti, sed perficienti acquiritur juspatronatus, Paul. Cittadin. *de jure patron.* §. 3. *nu.* 4. *in fine* Lambertin. *cod. tract. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 4. *princ.* Martha *vot. Pis.* 29. *n.* 5.

Quod juspatronatus non acquiratur ex reædificatione Ecclesiæ ubi Ecclesia non erat totaliter diruta, ita ut deberet iterùm consecrari, Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 6. *art.* 3. *n.* 11. *& seqq.* cum aliis per Rot. *part.* 17. *rec. dec.* 220. *nu.* 27. *infra nu.* 22. vide Fagnan. *in c. quoniam n.* 50. *& seqq. de Jurepatr.*

